COMMENT

IN CAPITVI

REGNI NEAPC

EXCELLENTISS

DO. IOANNI

de Nigris de ciuit

Hac postrema editione a

SEBASTIANI AC

Bartholomæi de Cap

quædam a

Eiusdem Auctoris cura

Cum Indice rer



ud I

COMMENTARII IN CAPITVLA REGNI NEAPOLITANI.

D. Ioannis Antonij de Nigris Campani I. V. Consultissimi.

SVMMARIVM.

1 *Scientia abscondita, & thesaurus inuisus an afferat vtilitatem.*
2 *Omnia corrumpuntur, & tabescunt tempore.*
3 *Studiosi diutius laborantes in aliqua disciplina, an debeant aliquid posteris scriptum relinquere.*
4 *Doctores qui scripserunt super capitulis regni.*
Bartholomæus de Capua fuit vir magnæ auctoritatis, & logotheta, ibidem.
5 *Sebastianus de Neapoli quo nomine vocabatur.*
6 *Ioannes Antonius de Nigris scripsit suppletiones ad capitula regni, & ordinate posuit.*
7 *Federici Imperatores fuerunt tres.*
Federicus secundus fuit depositus, ibidem.
Petro de Vinea auctori constitutionum regni fuerunt eruti oculi, tanquam suspecto de proditione, ibidem.
8 *Manfredus filius naturalis Federici occupauit regnũ.*
9 *Regnũ Siciliæ an sit de patrimonio ecclesiæ, & exemptum ab Imperio.*
10 *Papa Vrbanus concessit Regnum Carolo primo.*
11 *Rex regni an sit feudatarius ecclesiæ Romanæ.*
12 *Carolus primus multa bella fecit cum Manfredo pro recuperatione regni.*
13 *Carolus quare dictus est Carolus primus.*
Carolus magnus quo tempore fuit, ibidem.
14 *Conradinus inuasit regnum, & fuit decapitatus.*
15 *Capitula regni fuerunt edita a Carolo primo post habitas victorias.*
16 *Carolus primus cuius staturæ erat.*
17 *Papa Honorius sustulit grauamina regni, & confirmauit capitula.*
18 *Carolus secundus cuius filius fuit, & de laudibus eius.*
19 *Carolus secundus quam vxorem habuit, & quot filios procreauit.*
20 *Rex Robertus habuit magnã litem de regno cũ nepote.*
[2]1 *Filius primogeniti an excludat patruum a successione regni.*
[illegible] repræsentet patrem & in eius locum s[illegible] [illegible]m.
[illegible] regis si decedat, in regno quis succ[illegible]
[illegible] nom[illegible] ia ecclesi[illegible]
[illegible] mittatur a[illegible]
[illegible]dem.
[illegible]
Ni[illegible]is.

Rex Robertus an propter sapientiam obtinuit regnum, ibidem.
25 *Primogenitus si acquisiuit regnũ, & postea decessit, an transmittat ad filium, vel succedat secundogenitus.*
26 *Constitutio dictans, vt filius primogeniti succedat, an excludat patruum.*
27 *Nepos natus ante patruum an eum excludat.*
28 *Nepos an succedat in feudo nouo ex linea transuersali.*
29 *Pater an possit feudũ antiquum dare secundogenito cũ assensu regio in præiudicium neptis ex primogenito.*
30 *Primogenitus naturalis legitimatus an præferatur secundogenito legitimo & naturali. Et quid si est legitimatus per subsequens matrimonium.*
Et quid in foro conscientiæ, ibidem.
31 *Rex huius regni quare dicitur Rex Hierusalem.*
32 *Capitula regni an debeant pro lege seruari.*
33 *Capitula regni, & constitutiones regni an dicantur ius commune in regno.*
Prouincia qualibet suo sensu abundat, ibidem.
Regnum Siciliæ an habeatur pro vna prouincia, ibidem.
Principes alij habent magnam inuidiam et admirationem de constitutionibus, & iuribus regni, ibidem.
34 *Capitula & constitutiones regni an debeant intelligi, vt aliquid addant vltra ius commune.*
35 *Capitula & constitutiones regni an extendantur ad alios casus, de quibus non loquuntur.*
Constitutio regni puniens personam delinquentis, an comprehendat mandantem, ibidem.
36 *Constitutiones regni an extendantur, an sint strictè interpretandæ.*
37 *Periurus qualiter puniatur.*
Mandans committi periurium an puniatur sicut periurus, ibidem.
Testis, qui deponit falsum in criminalibus [illegible] bus qualiter puni[illegible] [illegible]dem.
[illegible]
38 [illegible]

Mandans aliquem offendi cum baliſta ſeu ſcoppetta an puniatur pœna mortis, ibidem.

41 *Ordinatio doloſa an puniatur.*

Mandatum ad illicita an puniatur, ibidem.

42 *Aſſaſsinus an & qualiter puniatur non ſequuto homicidio.*

43 *Statutum puniens ludentem ad azardum an comprehendat facientem taxillos.*

44 *Conſtitutio quæ aliàs extenditur, an extendatur reſpectu pœnæ.*

45 *Conſtitutio conformis cum iure cõmuni an extendatur.*

Ius commune an ſeruetur, vbi conſtitutiones & capitula non loquuntur, ibidem.

46 *Capitula regni ad quid fuit neceſſe facere.*

47 *Pœna ſtatutaria an tollat pœnam iuris communis.*

48 *Pœnę diuerſę à diuerſis legib⁹ an omnes imponi poſſint.*

1 HABETVR eccleſiaſtici, ca. 21. in fin. & c. 41. † ꝙ ſcientia abſcondita & theſaurus inuiſus nullam affert vtilitatem: nemo enim accẽdit lucernã, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum; vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Matth. c. 5. Cum itaq; quamplures præclari viri ſuper capitulis regni quamplura ſcripſerint, & eorum ſcripta in lucem hucusq; non venerãt, & pauci illa mendoſa & inordinata habebant, ita ꝙ eorũ ſcripta nullam aut modicam afferebant vtilitatẽ, & propter temporis antiquitatem obliuione quadã operiebantur.
2 † omnia enim corrumpuntur & tabeſcunt tempore, & Saturnus, quod generat, deuorare non ceſſat, oẽm mundi gloriã operiret obliuio, niſi Deus mortalibus authenticorum ſcriptorũ remedio prouidiſſet. Alexander orbis domitor, Iulius Ceſar & vrbis & orbis inuaſor, qui & Marte & arte primus in vnitatem perſonæ aſſumpſit imperium, fidelis Fabritius, & Cato rigidus, hodie memoria caruiſſent, ſi memorabilium geſtorũ ſuffragia defuiſſent, vt dicit Saly. in prologo. C. Multotiesq; mente reuoluẽs, quàm turpe ſit, vt lateat in obſcuris clara condita virtus, & ardentes lucernæ per defectum olei penitus extinguantur.
3 † Et quia vt dicit Bald. in prælu. feu. col. 1. Qui in diſciplina aliqua diutius laborarunt, aſtringuntur ex profeſsionis debito, quæ mente cõceperint, inſtar ſeminis in lucem proferre, & Bal. in proœ. decre. in 2. col. non minus verè quàm eleganter. Quemadmodum (inquit) triſte eſt diuiti decedere ſine hærede, ita miſerrimũ eſt habẽti gratiam intellectus, poſteris ſuis, ideſt ſtudioſis nihil ſcriptũ tanquã hæreditarium relinquere.
4 ¶ † Sciendũ eſt namq;, ꝙ multi excellentes doct. ſuper capitulis regni quaſdam additiones fecerunt, vt fuit Ioan. Arcamonus, de quo pluries facit mentionem Sebaſt. in iſtis capitulis, Bartholo- de Capua, qui fuit vir magnæ authoritatis, & fuit & Prothonotarius regni tẽpore Regis Caroli redegit in [illegible] textum cõſuetudinum [illegible] menti. paſtoralis. de re iud. vt dicit Matth. de Affli. in cõſtituti. item dura & dira. col. 2. Et ſcripſit etiã ſuper capitulis Regni Nicolaus de Neapoli.
5 † Et Neapodanus Sebaſtianus de Neapoli, qui ꝓprio noĩe vocabatur Neapodanus, vt patet in proœmio cõſuetudi. Neapolita. & cognomen eius erat Sebaſtianus, ideſt de familia Sebaſtianorũ de Neapoli, vt dicitur in fin. conſuetudi. Neapo. car. pen. ibi, actum Neapoli &c. Et hodie generaliter omiſſo noĩe proprio vocatur Sebaſtianus de Neapoli, & ſcripſit præ cæteris ſuper capitulis regnĩ, & poſt iſtam cõpoſitionem fuit doctor, vt dicitur in prologo conſuetu. Neapo. col. 2. in addi. incipiente, nota ꝙ iſte &c. Gloſſauit etiã iſte Sebaſtianus cõſuetudines Neapo. anno Dñi 1351. patet in fi. cõſuetu. Neapo. in pen. car. ibi, actũ Neapoli &c. Et cõnumerando tpa fuit cõtemporaneus cũ Bartholomęo de Capua, licèt iunior, & obijt anno Dñi 1362. 20. die mẽſis Auguſti 15. indi. vt in d. prologo conſuetu. dicitur, Lucas etiam de Penna nonnulla ſcripſit ſuper d. capitulis regni.
6 ¶ † Ideo ego Ioãnes Antonius de Nigris de Ciuitate Cãpaniæ. I. V. Doctor immeritus, ne tantorũ virorũ ſcripta in abſcondito manerent, Deo auſpice, in lucem eſſe proferẽda cenſui, additis per me apparatu & ſuppletionibus neceſſarijs, nodoſas difficultates elicere procurando, cuiuſlibet auctoris, qui ſuper his capitulis & alibi ſcripſerũt ſententias referẽdo, vnicuiq; quod ſuum eſt reddendo, argum. 12. q. 2. c. ſeculi, vt ipſa ſcripta in hoc opuſculo demonſtrabunt. Numeris capitulorũ pro faciliori inuẽtione, ac ſummarijs & repertorio additis. ADDITIO noua.
7 ¶ † Eſt etiam ſciendum, ꝙ tres fuerunt Federici Imperatores, & de tertio nihil ad nos, & fuit pacis ſtudioſiſsim⁹, de eo omitto, videre poteris Ioan. Bapt. Egnatiũ lib. 3. in c. de Federico tertio. Primus Federicus Imperator Enobarbus, dictus Barbaroſſa, Enoſ. n. Grecè, Latinè rubeus. Et iſte Federicus Barbaroſſa multũ conquaſſauit & afflixit eccleſiam Dei, deinde cruce ſignatus in quodã flumine Armeniæ Dei iudicio extitit ſuffocatus & mortuus, vt in cronicis dicitur, & Ioan. Bapt. Egnatius libro tertio in c. de Federico primo, Andr. de Iſer. in c. qm col. 1. de pace tenen. Par. in tract. ſindica. in rub. de exceſsi. regum. col. fin. circa fi. Et aduerte ad vnum, ꝙ Bar. æquiuocauit, quia in tracta. de Gelph. & Gibell. circa principium dicit, ꝙ Federicus ſecundus vocabatur Barbaroſſa. Sed nõ eſt verum, qa primus Federicus dicebatur Enobarbus, vt dictũ eſt. Fuit etiã Federicus ſecundus Imperator, qui ante eius depoſitionem cõpilauit conſtitutiones regni per Petrũ de Vinea eius cõſiliarium doctorẽ peritiſsimum Capuanũ, vt dicitur in fine cõſtitutionum regni, qui erat multũ intrinſecus & familiaris Imperatoris, poſtea de proditione ſuſpectus, oculos ei eruere fecit, & ipſe Petrus de Vin. deſperatione ductus ſeipſum poſtea interemit. Et iſte Petrus de Vinea fuit valde literatus & eloquẽtiſsimus, vt dicit Matth. de Afflic. in prælu. cõſti. q. 1. in princ. Iſte etiã Federicus ſecundus cõpilauit multas leges in vſibus feudorũ, vt dicit Bar. in d. trac. de Ghelph. & Gibell. in prin. & fuit tyrandus crudeliſsimus & ſęuus dñator, vt dicit Andr. de Iſer. in cõſtit. regni, ſi dãna clandeſtina, verſus fi. & Federicus ſecundus fuit filius Henrici Imperatoris de Sueuia, & Conſtantiæ filię Regis Guilielmi primi de Normãdia, regione Galliæ vltra Sequanã flumen. Et dicta Cõſtantia erat monialis in Ciuitate Panormitana, & cũ Rex Guilielmus ſecũdus filius Guilielmi primi, & frater Cõſtãtię, deceſsiſſet ſine filijs, ex diſpenſatione Põtificis egreſſa a monaſterio fuit Regina regni, & cõtraxit matrimoniũ cum dicto Henrico Imperatore, & ab eis fuit natus dictus Federicus ſecũdus, qui in obitu patris erat infans anno[illegible] [illegible], & effectus maior, vt tyrãnus dominabatur [illegible] [illegible]mites & barones Regni cum vxoribus [illegible] fecit. Et dicit Bar. in auth. ſi verò. C. de [illegible] [illegible] Federicus ſecundus m[illegible] [illegible] hęreticę. qa a d[illegible] [illegible]am purgare [illegible]

gare neglexit,& sic de hęresi suspectus, fuit à Papa depositus. Dictus etiã Federicus nõ soluerat censum Ecclesiæ pro regno per nouem annos, vt dicit glo. in c.ad apostolicæ.in glo. in verbo nouẽ, de sen. & re iudi. in vi.fuit ob dictam etiã causam depositus,& ibi Pet.de Anch. & Paris in tra. de reintegra. feu. c.an si quis,col.2.sub rub. An res particulares feudi, car.8. Et quia dictus Federicus secũdus collectas in regno imposuit, & homines seruiliter tractabat, & multa cõtra ecclesiam cõmiserat, fuit excõmunicatus,& demũ fuit per Innocentium quartũ depositus: vt d.c.ad apostolicę.de sen.& re iudi.in vi.& infra in c.regni,vt quæ ab excellentia,nume.31. & Matth. in prelu.consti.in prima quæstione,& in quæst.21. & quæst.22. & Par.in tra.findi.in rub.de excessi. regum,col.fi.in fi.& idem Par. in c.imperialẽ,de prohi.feu.alie.per Fede. Iste etiã Federicus secundus antequã esset depositus,cũ Papa Gregorius nonus misisset legatos per diuersas partes orbis ad conuocandum cõcilium . Et cum q̃ plures prælati & legati Pontificis venirent Romam ad conciliũ,fuerunt capti,quibus captis dictus Federicus misit literam continentẽ duos versus tales. Omnes prælati Papa mandante vocati. Et tres legati veniant hucusq; ligati. & ita factum fuit. & fuerunt capti in mari:vt refert Boati. quẽ refert & sequitur Ioan.Andr.in d.c.ad apostolicæ.in prin.Aduerte etiã: quia Decius in autentica cassa.in princ.C.de sacrosanc.eccle.dicit,ꝙ iste Federicus Imperator fuit coronatus per Honorium Papã in anno Dñi ducentesimo vigesimo. & est corruptus: quia vult dicere in anno Dñi millesimo ducentesimo vigesimo, in festo Sancti Martini. Et fuit depositus in anno Dñi.1242. vt per Matth. de Afflic. in prælud.consti.q.1.in prin.in vigilia beatę Mariæ Magdalenæ. Iste tandem Federicus in vltimis cõstitutus se reduxit ad gremium sanctę matris ecclesię,& obijt in quodam Casali vocato Florentino in partibus Apuliæ, & est sepultus in ecclesia Panormitana,& in eius sepulcro literis aureis sunt infrascripti versus. Si probitas sensus, virtutũ gloria,census. Nobilitas orti,possent obsistere morti. Non foret extinctus Federicus qui iacet intus: vt per Decium in d.autentica cassa,in prin. Et multa de isto Federico vide per Alua.in titu.de pace tenen.in prin.& Archiep. Flor. in tertia parte,& Matth. de Afflic. vbi supra. Et adhuc viuẽte Federico ꝓcurante Papa fuerũt duo Imperatores successiuè electi, Lantgrauius Turingię,q̃ parũ vixit.Et post eũ comes Olãdię,qui ꝑ Frisones fuit occisus, vt dicit Io.Andr.in d.c.ad apostolicę, col.3.circa mediũ.

8 ¶ † Et habuit plures filios,& inter alios habuit Manfredũ filium naturalem,qui post mortem patris regnum Sicilię occupauit, & multa cõtra Romanam ecclesiam cõmisit.

9 † Et quia regnum Siciliæ est de patrimonio Romanę ecclesiæ, vt probatur in c. valde necessariũ. & ibi glo.fi.94. distinc. & tex. in d.c.ad apostolicę.§.præter, & ibi glo.& glo.in clem.1.§.dudum,de iureiurando, & Matth.de Afflic.decis.77.fuit satis, col.1. cum concor. Ac etiam quia regnum Siciliæ est exemptũ ab Imperio,nec subest Imperatori,sed rex huius regni est ligius sanctę Romanę ecclesiæ,Clemen.pastoralis,extra de re iudi. & Andr.de Iser.in prælud. feud. col.9. ibi regnum Siciliæ est exemptum ab imperio, & Matth. de Afflict.in prælud. constit. quæst.2. col.2.& ibi glo.& Andr. & Matth. de Afflic.decisio.120.

10 292.& 305.in secundo dubio. † Et propterea Papa Vrbanus natione Gallicus concessit Regnum Sicilię dño Carolo Comiti Andegauensi, filio Ludouici octaui Regis Francorum,fratri Sancti Ludouici noni Regis Francorũ, & hęredibus ipsius domini Caroli,vt dicit glo.in clem.1. in verbo Vrbano, extra de reli. & vene. san. & Matth. de Afflic.in prælud.consti. quæst.22. Fuitq; dictum regnum [illegible]cessum dño Carolo contra Manfredum, & postea à [illegible] quarto fuit de dicto regno inuestitus cũ pacto, [illegible]ertum tributum quolibet anno Romanę Ec[illegible] enim huius regni dicitur feudatarius Papæ [illegible]omanæ, & habet vtile dñm generale totius [illegible] D. [illegible]nt. de Nigris.

Regni. Sed in quantum ipse rex concedit castra comitibus,vel baronibus Regni in feudum,in illis dicitur habere directum dominium:vt per Bald. & Alex.in l.1.C. vnde cogna.& per Bald.in l.1.C.si plu. vna sen. & in l.1.C. de confes. & in princ.feorum. & per glo.& Andr.in proę. constitu.& in reper.Andr. super cõsti. in verbo Rex Siciliæ. Et de dicta inuestitura facta per Papam Clementẽ dicto dño Carolo facit mentionem Bal. qui ponit quasi totum priuilegium in l.cum antiquioribus,col.5.C. de iure

12 delibe. † Dictusq; Carolus inuestitus Rex cum exercitu venit ad recuperandum Regnum,& multa bella & prelia fecit cum Rege Manfredo,tandẽ exercitus Manfredi fuit superatus & conquassatus apud Beneuentũ,in illoq; bello fuit occisus Manfredus, & de hoc facit mentionẽ tex. infra in c.subditorum,nu.6.in rubr.de violentijs. Et con-

13 sequuto regno † dictus est Rex Carolus primus; quia ipse fuit primus Carolus,qui fuit Rex huius regni, multasque habuit perturbationes, & prælia in regno, vt probat tex. in c.frequens,nu.7.infra de testimo. publi. distrob. Et iste Carolus non fuit Carolus magnus filius Pipini; quia ille fuit satis ante,anno Domini.776. gl. in c.venerabilem,in verbo trãstulit,de electi.& glo.in clem. Romani. de iure-

14 iuran. † Et post mortẽ Manfredi superuenit Corradinus nepos Federici Imperatoris,qui inuasit regnum, qui tandem fuit captus,& per sententiam morti traditus,vt dicitur in cronicis,& probatur infra c. & si frequẽter. nu.17. & de prædictis etiam facit mẽtionem Ioan. Andr.in c.ad

15 apostolicæ.col.4.de sen.& re iudi.in.vi. † Et post habitas victorias; quia in regno erant tot iurgia & lites, tot abusus,tot grauamina,& discordię,Rex Carolus ipse fecit capitula Regni, vt patet in supradictis capitulis, pro pacan-

16 do & quietãdo regno. † Et fuit iste Rex Carolus primus vir magnę staturæ,rectus,rubicundus,habens magnũ nasum,ferocis aspectus,multum animosus,& seuerus,vt dicitur in cronicis, & magna rectitudine & zelo charitatis accensus supplicauit multipliciter Martino Papæ quarto de tollendis grauaminibus regni, Quæ multa grauamina

17 † demũ Honorius Papa dicti Martini successor eneruauit, & sustulit, confirmans capitula,quæ Rex Carolus secundus ediderat in planicie sancti Martini tempore, quo erat Princeps Salerni,& vicarius generalis in regno,dum eius pater Carolus primus esset in bello, & proficisceretur versus Burdegelas,versus Burgundiam, vt patet in capitulis Papæ Honorij,& in capitulis editis per ipsum Carolum secundum in cap. incipiente,ingentia, nume.175.

18 † Et iste Carolus secũdus fuit filius vnigenitus Caroli primi, & fuit captus pugna nauali ꝓpe Neapolim, & asportatus in Siciliã,& post mortẽ Regis Caroli primi eius patris, mediante cõcordia,fuit à Rege Iacobo liberatus, & successit in regno propter mortem patris d.c.ingentia. Et fuit aliquantulum loripes,sed fuit valde iustus, & catholicus,fauens ecclesijs,liberalis, & nobilissimus Princeps, & ædificauit molem Neapolis, & multas ecclesias,& multa capitula edidit in regno, tam tẽpore, quo erat vicarius regni,q̃ postquã fuit Rex,vt in cronicis regni,libro quarto & quinto,& multa refert Seb. de Neap.in proę. cõsue.

19 Neap.in quib⁹ locis videre poteris.† Et habuit iste rex Carolus secũdus in vxorẽ dominã Mariã filiã Regis Ste[illegible]ni, Regis Vngariæ, ex qua nouẽ filios mascul[illegible] feminas ꝓcreauit. Et prim⁹ filius fuit Car[illegible] aliàs Ma[illegible] [illegible]itus, q̃ fuit R[illegible] cessi[illegible] n[illegible]

20 [illegible]

rolo Numberto, & dicto Roberto eius fratre, & iste Ro-
bertus erat natus ante eius nepotem . mortuo Carolo se-
cundo patre Roberti, Numbertus Rex Vngariæ dicebat,
ꝙ regnum spectabat ad ipsum ; quia subintrabat in locũ
eius patris, qui fuerat primogenitus. Robertus dicebat, ꝙ
ipse erat natus ante Numbertum nepotem, & sic ipse erat
primogenitus; quia ius primogenituræ non transmittitur
ad filium, & etiam quia erat magis idoneus pro regimine
regni. Et ex hoc fuit orta illa magna & famosa quęstio in-
ter Regem Robertum & eius nepotem . Quis præferatur
in successione regni, seu feudi, filius primogeniti & sic ne-
pos, an filius secundogenitus natus ante nepotem? In qua
quæstione si vellem ad partes arguere & argumẽta pro &
contra referre, multas occuparem membranas, sed vt bre
21 uius potero, referã opi. doct. In hoc igitur articulo † an
filius primogeniti Regis excludat patruũ, idest filium se-
cundogenitum Regis. Et pro nepote, ꝙ excludat patruũ,
adducitur : quia ius primogenituræ potest cedi. c. q̃ peri-
culosum. 7. q. 1. ergo ad hæredẽ trãsmitti potest; quia quod
cedi potest, potest etiam transmitti. l. ex pluribus. ff. de ad-
mi. tuto. Secundò: quia filius primogeniti videtur eadem
persona cum primogenito ; quia pater & filius eadẽ per-
sona reputatur. l. fi. C. de impub. & ali. subst. & . §. ei verò,
Inst. de inutil. stip. vnde sicut primogenitus excluderet se-
cundogenitum , pariter videtur, ꝙ filius primogeniti de-
beat patruum excludere ; quia filius primogeniti non so-
lùm fictè, sed etiam verè potest dici pro parte primogeni-
tus, cum in eo sit substantia & caro patris. c. afferte. & ibi
not. extra de præsump. Et filius patrem repræsentat, & in
eius locum subrogatur. §. cum filius. insti. de hære. quæ ab
intest. defe. l. vt intestato. C. de suis & legi. §. posthumorũ,
Insti. de exhære. lib. Et hoc etiam procedit in feudis; quia
filius in locũ patris succedit. c. 1 in prin. de suc. feu. c. 1. de
gra. succ. in feu. in prin. c. 1. de natu. suc. feu. in prin. & ibi
glo. c. 1. §. 1. de feu. march. Et pro nepote adduci possunt
omnes rõnes, quas ponit Bal. in l. cum antiquiorib. col. 5.
versi. his præmissis. C. de iure delib. & Marti. Laud. in tra.
de primogeni. colum. antepen. versi. amplectamur nunc.
Et istam partem pro nepote tenuit Old. cõsi. 224. istę sunt
allegationes, vbi latè Ioan. And. in add. spe. in titu. de feu.
in rubr. in addi. magna. Pet. de Ancha. in c. licet, extra de-
uoto. & in c. grãdi, de suppl. negli. præla. in 6. Abb. in d. c.
licet, col. 2. versi. sed dubiũ est, Abb. in cõsi. 85. in præsenti
quæstione, col. pen. Paul. de Cast. cõsi. 164. in præsenti cau
sa. 2. vol. Bal. in l. ex hoc iure. col. 2. versi. sextò quęritur. ff.
de iusti. & iur. & Bal. in l. liberti libertęq;. C. de oper. lib.
col. 5. versi. item ſm, & in l. 3. C. de suis & legi. & Franc.
Are. consi. 164. diligenter & maturè discussis, & ibi etiam
dicit, ꝙ filius fratris secũdogeniti excludit patruum ter-
tiogenitum, Alber. de Ro. in proę. fforum. §. discipuli, col.
antepen. versi. denuo ista materia, vbi latè, Paul. de Castr.
in l. fin. C. de lib. præte. Pet. de Anch. consi. 82. dicta facti
narratio. Andr. Barba. consi. 10. col. 2. & 3. in 2. volum. &
ibi in pen. colum. dicit, ꝙ doctores maiores numero pon-
dere & mensura tenent istã opi. pro nepote, & Bart. Soci.
consi. 252. visis instrumentis. 2. volu. qui arguit ad partes,
tandem tenet istam partem, & istud consi. Soci. est etiam
[illegible] post lecturã Soci. & ibi. etiã ponit de filio secun-
[illegible] excludet tertiogenitum, & Cardin. Alexan. in
[illegible] ch. Ad prædicta faciunt, quæ dicit Bald. in
[illegible] ato ex [illegible] contra vbi dicit
[illegible]

in d. cõsi. 224. & ita etiam fuit iudicatum per Regem An-
gliæ cum consilio suorũ procerum, vt dicit Bald. in d. l. ex
hoc iure, & in d. l. liberti libertęq;. col. 5. Et pro ista parte
faciunt, quæ dicit Matth. de Afflic. in consti. regni, violen-
tias. col. 19. versi. sextus casus, vbi refert sentẽtiam latã per
Regem Robertũ. ADDI. Eandẽ opi. pro nepote vide-
tur tenere Anto. Cor. in reperto. Abba. in verbo successor
versi. in regno. & plenius ponit in repe. c. grandi, de suppl.
negli. præla. in. 6. & istam partem pro nepote tenuit Phil.
Decius cõsi. 397. viso puncto, col. fi. 3. vol. Et licet Matth.
de Afflict. in consti. regni, vt de successionibus, colum. 8.
nu. 18. multa pro & cõtra adducat, tñ nullam partem fir-
mat. & ista opi. in fauorem nepotis magis de consuetudi-
ne obseruatur, vt dicit Matth. de Affli. in c. 1. col. 4. de na-
tu. succ. feu. Et pro ista parte in fauorẽ nepotis fuit iudi-
catũ in sacro cõsilio Neapolitano, vt tenet Tho. Gra. deci
sio. prima, orta lite, & ista magis de cõsuetudine obseruat.
¶ Pro parte verò contraria cõtra nepotem in fauorẽ pa-
trui, & sic secũdogeniti adducitur † quia ius primogeni-
23 turæ non transmittitur ad filium: vt tenet Andr. de Iser. in
c. 1. §. hoc quoq;, colum. 2. de succ. feu. & in c. 1. in princ.
col. 1. eod. tit. vbi dicit, ꝙ quando feudũ defertur primo-
genito, tunc intelligitur primogenitus ille, qui inuenitur
natus primo tẽpore mortis eius, de cuius successione agi-
tur. Nisi verba concessionis repugnent, idem tenet And.
de Iser. in c. 1. §. quid ergo, col. 2. versic. item quid in feu-
do antiquo, de inuesti. de re alie. fa. & in ca. 1. §. fin. col. fi.
ibi, pater habens feudum, in ti. an agna. vel fili. defun. & in
c. 1. in princ. versi. & hoc est regulare de eo, qui sibi & hę-
redi. suis, & in ca. 1. §. his verò, de gra. succ. in feu. vbi di-
cit, ꝙ patruus, qui reperitur primogenitus tempore mor-
tis eius, de cuius successione agitur, excludit nepotem fi-
lium primogeniti præmortui, & Andr in c. 1. col. 5. versi.
hæc essent vera, de na. succ. feu. istam etiã opi. pro patruo
cõtra nepotem tenuerunt Ricchar. Malumb. Cy. & Gui-
do de Valodo vltramon. in l. si viua matre. C. de bo. mat.
& ibi. Bal, quia primogenitus est nomen ætatis, & ætas nõ
transit in hæredem, not. in l. ea. C. de temp. in integ. restit.
pet. Eandẽ opi. tenuit Bar. in aucten. post fratres. C. de le-
gi. hære. vbi dicit, ꝙ regnum debetur filio primogenito
ex constitutione principis, & nepos non assumit locũ pa-
tris, meritò dicit ipse , fuit iudicatum pro Rege Roberto
contra nepotem. Idem tenet Bal. in l. tutela. §. si duo. ff. de
legi. tuto. & Lucas de Pen. in l. tirones. C. de tiro. lib. 12.
col. 4. & Saly. in d. l. si viua matre. C. de bon. mat. & Anto.
de Rosell. in tra. de successi. ab intesta. colum. 31. Fran. de
Proce. in suo tra. de duo fra. in tertia par. quæst. 54. Anto.
de Pratouete. in repe. l. in quartam, in 6. quęst. ff. ad leg. fal.
vbi facit trigintasex argumenta pro patruo , & respondet
ad omnia argumẽta pro nepote, & Guil. de Perno cõs. 13.
in hac causa agitata, Arch. in c. fi. 24. q. 1. Gemi. in c. gran-
di. col. fi. de supple. negli. præla. in 6. & ibi Imo. & Philip.
Fran. Et dicit Imo. ibi, ita fuisse consultum. Hanc opi. te-
net etiam Alex. in l. is potest, colum. 2. ff. de acq. hære. De-
cius sibi contrarius consil. 445. in casu ad me transmisso,
colum. 5. num. 18. 4. volu. & Marti. Laud. in tra. de primo-
geni. col. penult. Hanc etiam partem tanquã magis com-
munem & melioribus rationibus cõprobatã tenuit Alex.
consi. 4. ponderatis verbis testamenti, colum. pen. 4. vol. &
Philip. Decius in cõsi. 443. quod est primũ consi. in 4. vol.
& incipit in casu ad me trãsmisso de regno, vbi dicit hãc
esse magis cõmunem, & eam tenet & latè pro & cõtra di-
sputat & ad cõtraria respondet . Pro ista etiã parte addu-
ci possunt omnia argumenta posita per Bald. in d. l. cũ an-
tiquioribus. C. de iure delib. vbi non determinat, sed in fi-
ne quæstionis dicit, soluat Apollo . Et possunt adduci [illegible]
tiones positę p Marti. Laud. vbi supra, quas breuitatis
[illegible] refero . Et ad cõtraria responde, vt per Ant. de
[illegible] ouete. in d. l. in quartam, & per Marti. Laud.
[illegible] Decium in d. consilio. 443. Et istam eti[illegible]
[illegible] Petrus Piccolus, quẽ refert & sequitur [illegible]

in c.1.de na.succ.feu.col.4.& in conſt. quàm plurimum,
24 colum. 10. verſi. quartadecima & vltima dubitatio. † Et cõfirmatur iſta opi. quia maior ætate præſumitur ſapientior & prudentior. 20. diſtinc.c.quibus,& 84.diſtin. c.fin. Et iſta etiam ratione attenta propter publicam vtilitatem rex Robertus obtinuit regnum, ex quo erat ſapientiſſimus, & reputabatur ſecũdus Salomon, & nepos nõ erat ſic, & expedit regno regi & gubernari a ſapientiſsimo rege. & qñ primogenitus eſt inſufficiens poteſt regnum ſecundogenito dari: vt fecit Rex Dauid, ita dicit Bal. prædicta referẽs in auctẽn. hoc amplius, col. 2. in fin. C. de fideicom. & tenuit Bald. in l. 3. in fi. C. de ſuis & legi. & faciunt, quæ dicit Andr. de Iſer. in conſti. regni, non ſine. Et pro rege Roberto etiã faciebat: quia ſufficiebat regi Vngariæ regnũ Vngariæ, nec decens erat in eccleſia Dei eſſe duplex, vt dicit Bald. in d. l. 2. Et iſtam opi. in fauorem patrui cõtra nepotẽ dixit eſſe præſtantiorẽ & de iure veriorem Oldr. conſi. 94. flaganter, col. pen. in princ. verſic. ſed certum eſt. Et per prædictas rationes ita fuit pronuntiatũ per Papam Bonifatium in fauorem Regis Roberti, & in eius ſtatutis non eſt repertus error, vt dicit Bald. in d. l. cũ antiquioribus. Et licet iſta opin. in puncto iuris ſit verior & maioribus auctoritatibus roborata, tñ alia opi. eſt magis de cõſuetudine approbata. Tenendo tamen iſtam vltimam opinionem in fauorem patrui cõtra nepotem, quę eſt de iure verior, eam limitare poteris, vt infra.

25 ¶ † Limita. ſupradictã concluſionem procedere, quando filius primogenitus anteq̃ fuiſſet adeptus regnum fuiſſet mortuus, ſecus ſi primogenitus fuiſſet adeptus regnum, & poſtea deceſsiſſet; q̃a tunc eius filius, & ſic nepos ſine dubio pferet patruo, vt tenet Philip. Fran. in d. c. grãdi, col. j.

26 ¶ † Limita. 2. niſi aliud diceretur in conceſſione, puta ſi in ea dicitur, ꝙ filius primogeniti excludat patruũ: quia tunc illud deberet attendi, vt tenet Andr. de Iſer. in ca. 1. in princ. colum. 1. & §. hoc quoque, colum. 2. de ſucc. feu.

27 ¶ † Limita. 3. niſi nepos eſſet natus ante patruũ, & cõſtitutio ſeu conſuetudo diceret ſimpliciter, ꝙ primogenitus ſuccedat, non dicendo filius primogenitus; quia tunc ſecus eſſet; vt per Bald. in l. 3. C. de ſuis & legi. & ſequitur Decius in d. conſil. 443. in caſu ad me tranſmiſſo, col. 4. in quarto volumine, cum ibi allegatis.

28 ¶ † Limita. 4. niſi tractaretur de ſucceſſione feudorũ per lineam tranſuerſalem; quia tunc in feudo nouo filij fratrum & ſic nepotes non ſuccederent, vt in conſt. regni, vt de ſucceſsionibus. §. filij autem fratrum, & ibi doct. & de iure cõmuni feudorum extra regnum etiam frater in feudo nouo non ſuccederet. c. 1. §. cum non, & ibi notat. qui feu. da. po. c. 1. & ibi notat. de inueſti. no. feu. Secus ſi feudum eſſet paternũ vel antiquum, vt declarat Soci. d. conſil. 252. viſis inſtrumentis, in prin. 2. volum. Et an quando agitur de ſucceſsione tranſuerſali habeat locũ primogenitura inducta per repreſentationẽ, vide Matth. de Afflic. in d. conſti. vt de ſucceſſionibus, col. 8. verſi. cui adde. & Anto. de Butri. conſil. 48. cum concor. & Matth. vbi ſupra videtur tenere quòd ſic: vt ibi latius per eum. Et quando intentatur via: quia eſt maior natu, & feudum ad eum ſpectat, bonum eſt hoc ſpecificare, vt colligitur ex dictis per Decium dicto conſil. 445. colum. 6. quarto volumine.

¶ Ad prædicta vide etiam Matth. de Afflic. in conſti. regni, in aliquibus, col. 19. vi. nota. verſi. & quid ſi pater, vbi
29 ponit. † An pater habẽs feudum antiquum, in quo viuitur iure Francorum, poſsit cum aſſenſu regio relinquere feudum ſecundogenito in præiudicium neptis ex primogenito, vide ibi, vbi dicit fuiſſe deciſum quòd ſic. licet ipſe videat r aliter ſentire, & hæc nota, vt ſcias adhibere cautelam pro ſecundogenito.

¶ † An autem ſtante cõſuetudine, ꝙ primogenitus ſuc-[illegible]at in regno, vel in ducatu, ſi rex habet filiũ naturalem [illegible]ogenitum, & habet ſecundogenitũ legitimũ [illegible], ſi facit legitimare primum filium naturalẽ, [illegible]us ſecun[illegible]genitus ſuccedat? Dicas ꝙ ſic; quia in eo prius concurrit vtrunq; vinculum naturale & ciuile ex quibus ius ſuccedendi quæritur, vt tenet Iacob. Butri. Bald. Sali. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. quoties, col. 9. C. de rei vendic. niſi naturalis fuiſſet legitimatus ante natiuitatem ſecundogeniti, vt per Saly. & Iaſ. ibi.

¶ Quid autem ſi aliquis habebat concubinã, ex qua ſuſcepit filium naturalẽ, poſtea duxit vxorem, ex qua ſuſcepit filium legitimum & naturalem, mortua vxore cępit concubinam in vxorem, & ſic per ſubſequens matrimonium filius naturalis primogenitus dicitur legitimatus, quis eorum ſuccedet tanquàm primogenitus. Iac. de Aret. & Bar. in l. cum decem. §. ſi. ff. de ſolu. & Ioan. Andr. in reg. ſine culpa, extra de reg. iur. in vi. tenent, ꝙ præfertur ille primogenitus legitimatus per ſubſequens matrimonium, idẽ tenet Abb. conſil. 75. videtur primò dictam donationem. primo volu. & Bar. in l. bonorum, col. 2. ff. rem ratam hab. quia ſufficit extrema eſſe habilia, vt ibi latius per eum, & iſtam opi. tanquàm cõmunem tenuit Iaſ. in l. Pomponius. §. quæſitum col. 2. ff. de acq. poſſ. de quo etiam vide Alex. in d. l. Pomponius, §. quęſitum. Iaſ. in l. quoties. colum. 12. C. de rei vend. Et ibi etiam ponit, an primogenitus in foro conſcientiæ poſsit retinere totam hæreditatem vigore conſuetudinis, vide ibi. & tenet quòd ſic, vt ibi per eum.

31 ¶ † Quare autem rex huius regni vocatur rex Hyeruſalẽ? Dicas, quòd illud regnum fuit datum & datur in titulum regi Siciliæ: vt illud recuperet ad fidem Chriſti, vt dicit Matth. de Afflic. in conſtit. regni, non ſine grandi, in vi. nota. colum. penul. in fine cum ſeque.

32 ¶ † An autem iſta capitula regni debeant pro lege ſeruari? Dicas ꝙ ſic; quia, quod principi placuit, legis habet vigorem. §. ſed & qđ principi. Inſti. de iure natu. Et cum rex huius regni non ſubſit Imperatori, vt ſupra dictum eſt, & probat tex. in Clem. paſtoralis, extra de ſen. & re iudi. meritò poteſt facere leges, & conſtitutiones, etiam cõtra ius poſitum, vt latè per Matth. de Afflic. in prælu. conſti. quæſt. 2. quia rex in ſuo regno dicitur Imperator, ſaltim de facto ſecũdùm Ioan. Andr. in addi. ſpe. in tit. de inſtru. edi. §. porrò, in addi. magna, & Bald. in l. exemplo, col. 2. C. de proba. & Andr. de Iſer. in prælu. conſti. colum. 9. & Matth. de Afflic. in d. prælu. conſt. quæſt. prima col. fin.

33 ¶ † Quæro. An capitula regni dicantur ius cõmune in regno, an verò dicantur ſtatuta, vel edicta prętorum. Et primò videtur dicẽdum, ꝙ capitula regni dicãtur ius municipale, & ſtatutarium in regno, non autem ius vniuerſale; quia vnaqueq; prouincia ſuo ſenſu abundat. 25. diſtin. c. fin. & totum iſtud regnum habetur pro vna prouincia; vt dicit Andr. de Iſer. in conſt. regni, conſuetudinem. in titu. de præſcri. ſicut etiam dicimus, ꝙ conſtitutiones regni dicuntur ius municipale in regno, vt tenet Matth. de Afflic. in vltima deciſio. col. 3. in fin. in ſecunda difficultate, & tenet Matth. de Affli. in rub. conſti. ſi damna clandeſtina, in fi. vbi dicit, ꝙ conſtitutiones regni dicuntur ſtatuta regni, & Tho. Gram. deci. 101. colum. 1. in fin. Et ſecundum hoc iſta capitula & conſtitutiones regni eſſent ſtrictè interpretandæ. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. In contrariũ adducitur, ꝙ capitula & cõſtitutiones regni dicuntur ius cõmune in regno, vt tenuit Andr. de Iſer. in ca. 1. in fin. de eo, qui ſib. & hære. ſuis, & tenet Matth. de Afflic. in prelu. conſt. in prima quæſt. col. 1. poſt medium, & in conſti. cũ ſatis. colum. pen. in fin. Pro iſta parte adducitur; quia rex huius regni nõ eſt ſu[illegible]ectus Imper[illegible]ri, vt ſupra dixi, & rex in ſuo [illegible] [illegible]it Matth. in prelu. in [illegible] [illegible] latè conclu[illegible] M[illegible] [illegible] & conſt[illegible] tio[illegible] [illegible] d[illegible] [illegible]

commune in regno, est verior & magis cõmunis, & sunt
generales in omnibus locis regni, vt tenet Matth. in con-
stitutione,priuilegia,col.2.in tertio nota. Immo dicuntur
constitutiones Imperiales,& non edicta prætorum,vt di-
34 cit Matth.in consti. violentias,col.5. circa princ. † Et ista
capitula & constitutiones debent intelligi,vt aliquid ad-
dant vltra ius commune, secundùm Matthe. de Afflict.
in constit. diuorum Principum,columna secunda.
¶ Aduerte tamen,ꝙ licet capitula,& constituti.dicantur
35 ius cõmune in regno † Tamen nõ extenduntur ad casus,
de quibus non loquuntur,sed illi casus determinantur se-
cundùm ius cõmune,vt tenet Matth. de Afflic.in constit.
regni probationũ incursibus,in fi.& idem Matth.in d.de-
cisio. vltima, col.3. vbi per hoc infert. Quòd constitutio
regni puniens personã deliquentis non cõprehendit man
dantem,nisi expresse de eo fecerit mentionẽ;quia in pœ-
nalibus nõ fit extensio, vt ibi per eum,& Andr. de Iser.in
consti. prosequentes,& Matth.in consti. pœnam eorum,
in vltima col.vbi dicunt,ꝙ constitutiones regni nõ exten
duntur extra suos casus,cũ sint stricti iuris,vt ibi per eos.
36 ¶ † ADDITIO. Et ꝙ cõsti.regni nõ extendantur cum
sint stricti iuris,& sunt interpretãdæ in casibus,in quibus
loquunt, vt minus lędãt ius cõmune,quàm possint, tenet
Andr.de Iser.in consti.regni,si quis aliquem. & in consti.
prosequentes.col.3.in fine & in rubrica. de homi. cland.
& in consti.pœnam eorum.in glo.in ver.occultatores, &
in consti. probationũ defectũ. in glosa magna. & Matth.
de Afflic.decis.21. Tho.Gra.dec.74.colum.1. & dec.47.
col.2.in princ.& decisio.27.col.3. & decis.101. col.1. in
fin. cum seq. & idem Tho. in voto.8.nume.19.& voto.9.
nume.7.& voto.15.nume.6.Matth. de Afflic. in consti. si
quis aliquem,col.5.in fin.versi.An autem,& in consti.eos
37 qui scienter,col.pen. Vbi ex hoc infert. † Quòd licet se-
cundùm dictam consti. periurus puniatur pœna manus:
tñ mandans cõmitti periurium punitur pęna iuris cõmu-
nis legis corneliæ de falsis,vt ibi per eum. Hoc autem vl-
timũ hodie est immutatũ; quia extant duæ nouellæ prag-
maticæ,vna Cesareę Maiestatis Caroli Quinti de Austria,
& alia Regis Philippi de Austria tempore,quo erat Vice-
rex in regno Ferdinandus Aluares de Toledo Dux Albæ,
per quas disponitur,ꝙ testis,qui falsum testimoniũ perhi
buit in criminalibus tam ad offensam q̃ ad defensam,pu-
nitur pęna mortis naturalis irremisibiliter. Et eadem pę-
na puniuntur,qui consuluerint, instruxerint, vel manda-
uerint falsum testimonium cõmitti. Si verò in causis ci-
uilibus falsum testimoniũ deposuerint tam testes, q̃ con-
sulentes & instruentes pœna truncationis manus dexte-
ræ & prępetui exilij à regno puniuntur. Et si delictũ præ-
dictum reiterauerint, pœna mortis naturalis puniantur.
Et licet videantur rigidæ: tñ propter frequentiam talis
delicti fuit hoc statutum. Et lex quantumcunq; dura ser-
uanda est.l.prospexit.ff.qui & a quibus. Supradictã etiam
opi.ꝙ cõstitutiones non extendantur,tenet Tho.Gra. de-
38 cisio.28.colum.fi.vbi ex hoc infert. † Quòd licet per cõ-
sti.regni, si quis aliquem. imponatur pœna truncationis
manus vulneranti aliquem, quod nõ est de iure cõmuni,
tamen talis pœna non extenditur ad mandantem, seu or-
39 dinantem inferri vulnus,vt ibi per eũ. † Et idem dicitur
de capitulis regni & regijs pragmaticis: quia non exten-
duntur, cum sint stricti iuris, sicut dicimus de cõstitutio-
nibus regni,& cum sit eadem ra[...] idem ius statui d.l.il-
40 lud.ff.ad leg.aquil[...] [...]er.regñ
[...]ragmaticam [...] [...]ruę
[...]ipit, ad re[...] [...]n
[...]etis,se[...] [...]

extraordinariè crimine stellionat. per ea,quæ dicit Gan-
di.in suo tra.malefi. in rubrica, de homi. & eorũ pœnis.
colum.4.ver.sed pone.& Aug.Ari.in addi. in tra.malefi.
in verbo Sempronium mundatorẽ, colum.4. vbi dicunt,
42 † ꝙ licet in assasinamento,si do pecuniam alicui,vt ali-
quem occidat, tñ homicidio non sequuto mandans non
punitur tanquàm de homicidio sed pœna extraordina-
ria,vt tenent Dy. & Ang. in l.item.§.si curauerit.ff.de in-
iur.& Gandi.& Ari.vbi supra,& sequitur Tho.Gra.in vo
to.8.col.penul.nume.20. & voto.9. in fi.& voto.20.cum
concor. Et ex prædictis infertur, ꝙ non bene dixit Hyp.
in l.2.quoq;.ff. ad leg. Cor. de sica. vbi per illũ tex.dixit
43 † Quòd si statutum prohibet sub pœna,ꝙ nemo ludat ad
azardum,ꝙ ille, qui fecit taxillos, punietur eadem pœna
per illum tex.in quo disponitur, ꝙ facientes instrumenta
ad castrandũ puniuntur lege Cornelia de sicarijs, sicut
illi,qui castrant: quia tale statutũ cum sit pœnale,strictè
44 intelligitur, & nõ fit extensio,vt supra dictũ est. † Immo
cõstitutio,quæ aliàs extenditur,nunquàm exten. respectu
pœnę Ioan.Andr. in c.dispendia, de rescri. in vi.& latè
dixi in c.ad hoc, de furtis. quia odia restringi debent.c.
odia de reg.iur. in vi.& in regula in pœnis, de reg. iuris
in vi. Nec obstat.d.l.2. quoq;. quia ibi lex expresse hoc
dictat, & extendit ad facientem instrumenta ad castran-
dum, quo casu ipsa lex facit extensionem, quod nõ est in
casu dicti statuti. facit tex. in auth. de non elig.secund.
nub.§. cum igitur. alias.§. optimũ, ibi, nec quælibet est
lex aliquod tale dicens. & faciunt dicta per Ias. in l.cum
45 quidam.col.4.versic.3.ff.de lib.& posthu. † Intellige ta-
men prædicta, nisi constitutio, vel capitulũ, seu pragma-
matica esset conformis cum iure cõmuni:quia tunc pos-
set etiam sumi argm̃ a contrario sensu,vt dicit Matth. in
d.consti.probationũ defectum. in fin. de quo latè per Ias.
& alios in l.1.§.huius rei.ff.de offi.eius, cui man. est iur.
Et vbi consti.vel c.regni non loquitur, seruatur ius com-
mune,vt dicit Matth. de Afflic. in consti. Regni in pecu-
niarijs,in 7.nota. Et quando constitutiones, vel capitula
regni sunt contra ius cõmune, quanto minus possunt læ-
dere ius commune, sunt interpretandæ, vt per Matth. de
Afflict. in rubr. const. regni, si damna clandestina.
46 ¶ † Sed quæro ad quid opus fuit facere ista capitula re-
gni,ex quo erat ius diuinum,canonicũ, & ius ciuile com
mune,& regni constitutiones, & ideo nõ videbantur ne-
cessaria. Sed dico,ꝙ fuerunt necessaria;quia istud regnũ
semper indiget nouis legibus magis, q̃ aliæ ciuitates im-
perij: vt ꝓbatur in proę.consti.§.nos itaq;,& ibi Matth.
de Afflic.col.2.in sexto nota.& eo magis quia fuerant tot
bella,& perturbationes in regno, vt dictũ est,& ad com-
pescendum effrenatas cupiditates, & ad tollendum ma-
teriam litium,& iurgiorum,& malos abusus, & ad refre-
nandum noxium appetitum, & vt regnum in concordia,
pace & tranquillitate permaneret,& ad casus dubios de-
cidendos, ꝓpterea fuerunt necessaria ista capitula regni.
47 ¶ † Quæro, an per pœnam impositam per capitula regni
videatur sublata alia pœna imposita de iure cõmuni, an
verò vtraq; pœna imponatur? Ista est longa quæstio, &
doctores diuersimodè loquuntur,& si per longum exami
naretur,multas occuparet membranas,& quęstio ista. An
pœna inducta a statuto tollat pœnam iuris cõmunis,po-
nitur per spe.& Ioan.Andr.in titu. de accusa.§.1.in prin.
Gui.de Suza.in l.qui sepulcra.C.de sepul.viol. & ibi Al-
ber.de Ro.& Saly. qui latè ponit vnam distinctionẽ, Bal.
in l.cunctos populos,in 9.opp.& etiam in 6.quæst.C. de
sum.tri.& in l.data opera,in 2.col.C. qui accu. non pos.
& in l.placet.C. de sacrosan. eccle. & in l.& si seuerior.
C.de infami.& in l.in eum.C.de fur.& Bar. in l.fin.C. de
aquæ du.lib.12.& in l.sanctio legũ,circa prin.ff.de po[...]
& in l.nunq̃ plura.ff.de priua. deli. Pet. de Arch.in re[...]
c.canonum statuta,extra de consti.versi.quæ
cut statutum secundum. Imo.in l.cum mulie[...]
sol.matr.& in l.2.ff.de pub.iudi. & per Cy.&

in d.l.qui ſepulcra, per Ange. Aret. in.§.quadrupli.col.7. verſi. An autẽ,& ibi Iaſ.col.7. Inſti.de actio. Dy.l.1.ff.vi bo.rap.& ibi Alex.in addi.ad Bar.Dy.in l.3.in princ.ff.de lib.ho.exhi.Gemi.in c.2.de tem.ordi. in vi.Ioan.Andr.in c.fœlicis,extra de pẽn.in vi.Ant.de Butr. in c.cum ſit generale,extra de foro cõpe.& in c.tuæ.col.2.extra de procur.Pet.de Anch. in regula ea quæ. in nona quæſt.de reg. iur.in vi.Io.de Ana.in c.de his,col.2.extra de accuſ.& in c.2.col.1.extra de adul.Andr.de Iſer. & Matth. de Afflic. in c.1.in verbo pœnarũ,in 7.q.quæ ſint rega.Abb. in c.de cauſis,extra de off.dele.Bar.in l.1.ff.vi bo.rap.Alex.in l.j. §.hoc aũt edictum.ff.de oper.no.nunci.Lud.Ro.cõſ.117. ex pręmiſſa,in fi.Cuma.cõſi.154.viſis,Bar.Cepo.cõſi.14. pro declaratione,Ang.in auth. de ſan.epi.§.fi. Ange.Are. in tract. maleſi. in verbo & ibi caput à ſpatulis. col.1. & ibi Augu. in addi. Gemi. Pet. de Anch. & Philip. Franc. in d.c.fęlicis;de pœni.in vi.Ang.in d.l.1.ff.vi bo. rap.vbi latè loquitur,Bald. in l.extat.ff. quod met.cau. Ange.in l. quoties.ff.de actio.& obli.Ang. in l.q.d ergo.§. pęna grauior.ff.de his qui not.infa.Alber.Bru. in tra.de cõſtit. decre.&c. in verbo pœna,col.6.Matth.de Afflic. in cõſti. ſi quis aliquem.quæ eſt vltima,in fi.operis, col.3. & in prælu.cõſti.q.7.& in cõſti.patarenorũ,col.8.cum ſeque.Philip.Decius in c.de cauſis,col.9.de off.deleg.Albe.de Roſ. in quæſt.ſtatu.q.8.in prima par.Et in iſta quęſt.Alb.de Roſa.in d.l.q ſepulcra. dicit, ꝙ doctores antiqui cõmuniter tenent, ꝙ per pęnã ſtatuti nõ videtur receſſum a pęna iuris cõmunis,& cũ iſta opi.tranſit Matth. in prælud.cõſtit. in 7.q.& hanc opi. pro regula tenet idẽ Matth.in d.cõſti. patarenorũ,col.8.cũ ſeque.vbi ponit iſtã regulã,&poſtea ponit decẽ limitationes,vt ibi per eum videre poteris.Sed Io.And.in add.Spe.de pœ.teme.litig.in fi.dicit,ꝙ fuit iſta q̃ſtio diſputata Ianuę, & fuit cõcluſũ,ꝙ puniaẽ pęna ſtatutaria,& cenſeẽ ſublata pœna iuris cõis,& ita dicit Alb. de Roſ.in d.trac.de quæſt.ſtatu.q.8.q dicit,ꝙ ita obſeruat totus mundus,& hoc etiã tenet Pau.de Caſt.in l.1.§.dixerit aliq̃s.ff.de publ.qui dicit, ꝙ ita ſeruatur in practica.& idẽ tenet Cor.cõſi.114.licet primo aſpectu, 1.vol.& Augu.Ari.in addi.ad Ang.in tra.maleſi.in d.verbo & ibi caput a ſpatulis,col.2.cũ ſeq.&Deci⁹ in d.c.de cauſis,col.9. qui oẽs dicũt, ꝙ in practica ſeruaẽ iſta opi.niſi aliud appareret de intẽtione ſtatuẽtis, vt dñt doc. vbi ſupra.& Matt. de Affl.in plu.cõſt.q.7.vbi dicit,ꝙ tot⁹ mũdus ſeruat hoc.

48 ¶ Quid autem † ſi diuerſæ pęnæ imponuntur pro eodem delicto,puta vna pœna a iure ciuili,alia a iure canonico, an omnes pœnæ imponi poſſint,vide Abb.in c.tuæ.extra de procur.& Fran.Are.cõſi.58.col.3.in fi. Fely. in c.cum ſit generale,col.9.de foro cõpe.Bal.& Andr.Barb. in c.1. de off.ordi.Matth.de Affl.in cõſti.maieſtati noſtræ.col.2. quinto nota.& in cõſti.blaſfemãtes,in fi.& in cõſti. multæ leges. Maria. Soci. in d.c.cum ſit generale, col.5.verſi. ſed tu clarius.Fely.in d.c.de cauſis,&Fran.de Are.in d.c. de his,col.2.extra de accu.Matth. de Afflic.in d.cõſti.patarenorum,col.8.vbi ponit regulam affirmatiuam cũ decem limitationibus,& latiſſimè Philip. Fran.in d.c.fœlicis.§.per hoc,col.1. cum ſeque. vbi ponit regulã negatiuam,ꝙ regulariter pro eodem delicto nõ poſſunt imponi plures pęnę. & ibi ponit octo limitationes, & videtur diuerſus ab opi.Matth.de Affli. qui ponit regulã contrariã, & magis eſt iuri conſonũ facere regulã negatiuã,per l.ſenat⁹.ff.de accu.& c.at ſi clerici,de iud.& gl.in d.c.fęlicis. §.fi.ĩ ver.adimim⁹,vide ibi per eos,q̃a nõ eſt materia nr̃a.

Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Cãpanię V.I.D.

DE PORTVLANIS ET EXTRActione victualium, ſalis, & aliarum mercium a portubus.

VMMARIVM.

ſunt in multis inordinatè poſita.

3 *Portus & flumina an ſint publica, & an omnibus ibi piſcari liceat.*

Portus ingenio hominũ fabricati an ſint publici, ibidẽ.

4 *Teſtamentum factum in portu ſaracenorum an valeat coram duobus teſtibus.*

Teſtamentum factum apud ſaracenos cum duobus teſtibus an valeat, ibidem.

5 *Portus quò ad iuriſdictionem cuius ſint.*

Vectigalia, & redditus nauigiorum, & portus, cuius ſint, ibidem.

6 *Portus an ſint loco inſulæ.*

Deprehenſus in portu inſulæ, an poßit puniri in ciuitate, ſub qua eſt inſula, ibidem.

7 *Portulani, familiares, & vxores, an poßint aliquid ab vniuerſitatibus recipere.*

Magiſtri ſalis an aliquid poßint recipere ab vniuerſitatibus, ibidem.

Officiales Regij an poßint aliquid a litigantibus percipere, ibidem.

8 *Portulani, & eorũ ſubſtituti an debeant eſſe idonei, & ſufficientes, & de quibus debeant curię reſpondere.*

Portulani an teneantur pro ſubſtitutis, ibidem.

9 *Portulani, & ſubſtituti, & notarij ipſorum, an poßint aliquid exigere pro commißionibus, pactis, & apodißis, & alijs ſcripturis, quas faciunt.*

Et quid in magiſtro ſalis, ibidem.

10 *Officia Regia habentes an debeant perſonaliter ſeruire, & non per ſubſtitutos.*

11 *Portulani an poßint formare inquiſitiones contra tenentes bona demanij.*

12 *Excadentialia quæ dicantur.*

13 *Portulani an poßint capere infamatum de inuentione theſauri.*

14 *Portulani an poßint capere vaſcella pro ſeruitijs curiæ ſine ſalario.*

15 *Portulani an poßint capere extrahentes aliquid a portubus, quos habent ſuſpectos de fraude.*

Portulani an poßint capere proditores, homicidas, & bannitos, ibidem.

16 *Portulani quid exigere poßint pro excadentijs, mortitijs, & baliatu pupillorum.*

17 *Portulani officium in Apulia quod ſit.*

RVBRICA DE PORTVLANIS.

1 IN iſta rubrica & in iſto titulo Doctores nihil ſcribunt. † Et capitula huius tituli potuiſſent magis ordinatè poni: quia primũ capitulũ huius rub. debebat eſſe vltimũ, & vltimũ debebat eſſe primum, vt patet etiam ex data. Et in multis alijs locis capitula regni nõ ſunt ordinatè poſita, ſed quia ita ab auctoribus ſunt poſita, ideo nec[illegible] eſt eorum ordinem ſequi.

¶ Et quo[illegible] [illegible]ctionis merciũ

2 a port[illegible] [illegible]locus conclu-

ſus, [illegible] [illegible]antur: ea ni-

hilo[illegible] [illegible]a Angi[illegible]

tus di[illegible] [illegible]

Et d[illegible]

mor[illegible]

mu[illegible]

3 &

[illegible]

Insti.eo.§.flumina. Et ideo ius piscandi in portu & fluminibus omnib⁹ cōmune est, vt dictis iuribus. ¶ Sed an portus maris ingenio hoīum fabricati sint publici oīum populorū, an verò sint ædificantiū? Et videt̄ ꝙ sint publici. d.§.flumina.cum cōcor. In cōtrariū videtur, ꝙ sint ædificantiū l.in tantū.ff. de rerū diui. Sed in cōtrariū videt̄, ꝙ sint cōes, sicut aqua est cōis. Tu dicas, ꝙ ædificia sunt ædificantiū, sed ipse portus est public⁹, vt tenet Bal.in rub.ff. de re.diui.col.4. & Cep.ī d.tra.de ser.in ti.de portu.col.2.

4 ¶ † Et ex hoc inferunt ad quæstionem, quæ fuit de facto. An testamentū factum in portu cuiusdā ciuitatis Soldani dicatur factū in terris Soldani & saracenorū, ita ꝙ valeat coram duobus testibus cùm non requiratur solēnitas iuris ciuilis, an verò dicatur factū in terris christianorū, & requiratur maior numerus testiū, de qua quæstione vide Bal.in d.rub.ff.de rer.diui. col.4. versi. & reuocabitur, & Cepo.vbi supra. ADDITIO noua. Et cōcludunt, ꝙ non valet corā duobus testibus: quia portus est cōis Christianorū & infidelium, cū sit publicus, & debet testari secundùm ius ciuile. ¶ Quid autē si Christianus mercator, vel alius, puta legatus, seu ambasciator condidit testamentū in terris saracenorū coram duobus testibus nō adhibitis solemnitatibus iuris ciuilis, an valeat tale testm̄. Bald. in l. 2.C.quemad.testa.aper.tenet, ꝙ valet; quia dicit̄ esse factum ſm ius gentiū, quod præsumitur in dicto loco vigere, nisi aliud appareat; quia ius gentiū omni humano generi cōmune est, & apud oēs gentes pereque obseruat̄.§. ius autē ciuile.versi.quod verò.Insti. de iure natu. Et seruari debet cōsuetudo loci, vbi fit testamentū.l.si fundus, de euictio.d.l. 2.C.quēad.testa.aper. Idē tenet Bal.in l.ius ciuile.col.2.ff.de iusti.& iur. & dicit habuisse de facto in quodā mercatore Anconitano. Sed Bar.in l.qui a latronibus.col.fi.ff.de testa.tenet contrariū; quia nō potest testari apud hostes ſm eorum cōsuetudinem; quia hostes perdiderunt ea, quę sunt de iure ciuili, & sic nō possunt testari ſm eorum cōsuetudinem, sed secundū ius ciuile & nostras cōsuetudines. Nec obstat, ꝙ debet seruari consuetudo loci, in quo testatur; quia ill[u]d est verum, qn̄ testatur in solo Romano & in loco, qui est de Imperio Romano: vt dicit Bar.vbi supra, Paul.de Castr.in l.nutritoribus.C. com.de succ.& in d.l. 2.quēad.testa. ape. tangit istā quæstionem, & refert opi.Bar.& Bal.& nullā approbat. Bart. Cepo.in tra.de serui.in tit.de portu.col.fi. ponit istā quæstionem, & refert Bal.tn̄ in fine dicit, adde quæ notat Bar. in d.l.qui a latronib⁹.& nihil firmat, Alex. in d.l. 2.tangit istam quæstionē, & nihil firmat, & idem Alex. in l.si non speciali. col. 2. tangit quæstionē, & se remittit & nihil firmat. Andr.Barb.in addi.ad Bal. in d.l. 2. reliquit cogitandum, & nihil firmat. Tu verò in ista quæstione tene opi. Bar.in d.l.qui a latronibus.quā simpliciter tenet Ange.in l.de die.ff.qui satisd.cog. & tenet Bal.cons. 265.incipiente, in Damasco, vbi primò recitat suā opi. postea dicit, ꝙ Iaco.de Are.& Old.dicūt, ꝙ aduena, qui a casu & fortuna ibi testat̄, si est de populo Romano, idest sub Papa vel Imperatore, debet testari iure Romano: quia absurdū est, ꝙ siquis tempestate maris esset impulsus ad Tartaros, ꝙ propterea legem suā mutaret, & magis daretur materia falsificandi in remotis partibus, & tandem concludit ibi Bal. ꝙ si sunt sex testes in illo testamento nō valet, & ista opi. Bar. est maioribus auctoritatibus roborata, pro qua etiā adducitur [illegible] adhibere oēs solemnitates [illegible] dispo[illegible] rit ad pias [illegible] tatē [illegible] centiū c. [illegible] de- l.6. [illegible] e. & [illegible] te- [illegible] te- [illegible] t, [illegible]

lius dñi, vel ciuitatis, vel territorij, in quib⁹ sunt.c. 1. quæ sint reg. Et ideo vectigalia, seu redditus illius portus & nauigiorum prouenientes ex mercibus sunt de regalibus, & dicuntur publica vectigalia.d.c. 1. quæ sint reg.l.inter publica.§.fi.ff. de verb. sig. Et ꝓpterea ad Cesarem spectāt; Et de istis loquitur iste titulus. Quod intellige, nisi dominus ciuitatis, vel territorij, seu loci, in quo est portus, haberet regalia, quia tunc ad eum spectarent illa regalia, vt tenet Cepo. in d.trac. de serui.in titulo de portu, col. 2. & in titulo de naui.in fine, & Bald.in d.c. 1.quæ sint reg. hodie vero ciuitates Italiæ de cōsuetudine pręscripserunt iura Imperiū & portus & flumina, vt dicūt doc. vbi supra.

6 ¶ † An autē omnes portus insulæ, sint insulæ. dic ꝙ sic.l. Cesar.ff.de publ.& vectig.& ideo ibi dicit Bart. Quòd siquis in portu insulæ ciuitatis Pisanæ deprehendatur, potest puniri in ciuitate, sub qua est insula, de quo tamē vide Cepo. in trac. de serui. in rubr. de portu, colum. 2. & latius in titulo de mari, columna tertia, vbi vide.

¶ Et ad materiam huius rubr.de portulanis, vide infra.c. item ꝙ iustitiarij & iudices, num. 38. sub rubrica, ꝙ nihil

7 recipiatur ab vniuersitatibus &c. vbi dicit. † Quòd portulani, familiares, ipsorū vxores, filij, & coniunctæ personæ nihil debēt recipere ab vniuersitatibus terrarum, nec in pecunia, nec in ioiectis, nec in alijs quibuscunq; reb⁹, nec etiā exculenta & poculenta, & contrafacientes [illegible] habent gagia pro esculentis & poculentis, priuentur gagijs vnius anni, & si non habent gagia puniuntur in quadruplum receptorum. Et pro alijs muneribus, & donis arbitrariè puniuntur, vt ibidem. Idem est in Magistris salis, & alijs Officialibus, vt ibi idem tenet And.de Iser. in reper. consti.in verbo officialis Regis. Immo nullus officialis, qui habet iurisdictione a Rege, nec per se nec per alium debet aliquid recipere a litigātibus, vt per Matth. de Afflic. in constitu. apud iustitiarios: vbi latè, & est Regia prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit, cum multa [illegible]

8 ¶ † Similiter etiā portulani & eorū subofficiales & substituti debent esse sufficientes & fideles, & debent de meris & puris iurib⁹ & redditibus tantùm ſm ꝙ anno quolibet prouenerint curiæ respondere, nec vltra meros prouentus & redditus a subofficialibus eorū exigere debēt; & cōtrafacientes, restituto eo quod acceperunt, in nonuplum puniuntur, vt infra.c. 61. incipiente. Item in eadem forma, sub rub.de obseruanda simili forma &c.iuncto.c. præcedenti, quod incipit, imprimis, num. 60. sub rubr. de offic. secretiæ. Idem etiam est seruandū in gabella salis, vt dictis capitulis probatur. Insuper etiā dicti portulani tenentur ordinare eorū substitutos idoneos & sufficientes, & habiles ad cōmissa seruitia, aliàs puniuntur. Et pro insufficientia substitutorū ipsi portulani tenentur curiæ, vt infra c. 61. Item prędicti.sub rub.de ordinan. suboffic.

9 idoneis &c. † Et tales portulani, & substituti, ac etiam officiales de gabella salis, & eorum notarij non possunt aliquid exigere pro cōmissionibus, pactis, apodissis, & alijs scripturis, quas faciunt, vel fieri faciunt, nec pro sigillo, nec pro scriptura, & contrafacientes puniuntur: vt infra. ca. 63. Item prædicti officiales sub rubr. quòd nihil exigat pro sigillo vel scriptu. &c.

10 ¶ † Et aduerte, quòd hodie per nouissimam prag. Cesa. Maiestatis, quæ incipit. Item mandamus, est prouisum, quòd habentes officia debent ipsi personaliter seruire, & non per substitutos absque licentia, nisi per priuilegium esset concessum, vt possint substituere, vt ibi latius.

11 ¶ † Possunt etiam portulani & ꝓcurator fiscalis, formare inquisitiones cōtra tenentes bona demanij Regis, vel quę spectant ad regem, dummodò nō procedāt ad destit[illegible] [illegible] burgensaticæ, vel feudalis, sed formare deb[illegible] cessum inquisitionis, & postea dictā inquisitionē [illegible] ad regiā curiam, & expectare respōsum. [illegible] tenetur ad restitutionem possessionis de[illegible] bus, & obuentionibus medio tēpore per[illegible] nia alia damna parti læs[illegible] etur a[illegible]

augustalium:vt infra c.66.prædicti magistri procuratores, sub rub. ꝙ non procedat ad destitu. &c. ¶Et aduerte,ꝙ ēt de iure communi potest procedi per inquisitionem contra tenentes iura principis: vt latè per Luc.de Pen.in l.1.C.de condu.& procu.lib.11.Et etiam per constitutionem regni inter multas, potest contra tales detinentes bona fisci occupata procedi,tam ad denunciationē,q̃ ēt per inquisitionē: vt ibi per Matt.de Affl.in 7.not. Sed est aduertendum secundùm And.de Iser.in reperto.consti.in verbo,officialis fisci,ꝙ prædicta videntur correcta per aliud cap.regni. 120.Item statuimus,sub rub.ꝙ si aliquis tenet aliquā possessio,&c.vbi probatur,ꝙ si procuratores fisci,vel alij officiales,ad quorum officium spectat, credāt aliquas possessiones, seu iura ad fiscum spectantia detineri per aliquos occupata,debent illos conuenire coram competenti tribunali,& contra ipsos seruato iuris ordine procedatur, nec possessores possessione priuentur,antequam legitimè fuerint conuicti,& condemnati, & cū istud capitulum sit posterius,corrigit d.c.magistri procuratores.Et hoc verū,nisi in excadentiis,& morticiis,in quibus dicti procuratores fisci,& portulani possunt procedere: vt d.c.prædicti magistri procuratores,de quibus nihil innouatur in d.c. Itē statuimus. Et ꝙ Portulani possunt inquirere de morticiis, & excadentiis,probatur in ca.regni. 64. Item cum inquirere, sub rubr. ꝙ secreti non intromittant se inquirere &c.vbi probatur, ꝙ secreti non debent se intromittere de demaniis morticiis, & excadentiis, sed portulani, nisi data negligentia prædictorum. Sed hodie in regno iudex competens inter fiscum & priuatū est regia camera summariæ: vt dicit Mat.in d.cōst.inter multas,col.3.in 4.no.nisi aliter expresè esset per priuilegium concessum portulanis, per ea quæ dicit And.in d.consti.inter multas. ¶An autem debeat summariè,vel ordinariè procedi, vltra prædicta vide And.de Iser.& Matt.in d.consti.inter multas,in quarto no. vbi dicit, ꝙ ordinariè in causis magnis, secus in modicis

12 causis,vt ibi per eos est videre. ¶†Quæ autē dicantur morticia,& excandentialia,dicas,ꝙ sunt bona vacantia.l.si vacantia.C.de bo.vac.lib.10.vel quæ per mortem vacant,vel deficiente legitimo successore: vt ibi. Et dicuntur excadētia a casu, seu a cado.C.de delato.li 10.l.omnes.& dicūtur, quę iacent sine dño.l.1.in prin.ff.de succ.edi.vt per Pari.in tra.de reinte.feu.c.& circa.sub rub.qui barones locāt.car. 15.de quo vide in cōsti.reg.constitutionē,& in consti.si qñ contigerit,& in consti.dignū,& Par.in d.tra.de reinte. feu. c.& aduertendum,car.14.col.3.sub rub.de bonis redititiis feudorum.& clarius.in c.& circa.in fi.car. 1. sub rubr.qui barones locant. col.4.& c.an bona.car. 116.col.2.& c.baro vendidit.car.121.col.1.& in c.excadentialia, de ver.sig.

13 car.180.col.1.cum concor.in d.locis allegatis. ¶†Portulani ēt non possunt aliquem capere infamatum de inuentione thesauri,sine mandato regio, nisi constaret de thesauro inuento plenè,vel per indicia,verisimilia,quo casu ipsum de persona capere pñt,&diligenter custodire,& significare debent Regiæ curiæ.Sed ad tormenta non procedant sine mandato Regio.Nec debent audire accusantes, & deferentes,inuentores thesauri,nisi præstito sacramento, ꝙ malitiosè non procedant,sed in rei veritate ita est,vel saltim ita credunt esse: vt probatur in d.c.66. Prædicti magistri procuratores.& tenet And.de Iser.in d.reper.consti.in

14 verbo portulani in regno. ¶†Nec etiam portulani,vel procuratores fisci possunt capere vascella, occasione seruiciorum curiæ,sine iusto salario,& si cōtra fecerint, tenentur restituere damnū,& interesse parti.& tenentur ad pœnam vnius vnciæ pro qualibet vice, & quolibet vascello capto,vt inf.ca.67.Itē prædicti magistri procuratores,sub

15 rub.de non capi.vascello &c.†Similiter dicti portulani,vel procuratores fisci non possunt capere aliquos extrahentes de portubus, quos habent suspectos, ꝙ fraudauerunt,vel probabilem præsumptionem de fraudibus,etiam pñt capere proditores,homicidas, si fuerint publici proditores,& homicidæ, vel banniti,secus si essent occulti, nec eorū vascella capere possunt,& si contra fecerint, pro quolibet capto puniūtur pœna vnius libræ auri, & tenentur ad damnum parti læsæ,vt infra c.68.Item ꝙ prædicti, sub rub. de nō capien.

16 aliquos &c.¶†Insuper portulani,procuratores fiscales, & alii,exigentes morticia,& excadentias, pro dictis iuribus, & baliatu pupillorum,vltra meros prouentus, & obuentiones, exigere non debent, nisi redditus & mercedes obuenientes ab illis, quibus procuranda, committunt, pro qualitate sterilum & fertilium proueniente, secundùm ꝙ communiter ipsi redditus quodlibet anno valent, & si cōtrafecerint tenentur restituere partibus, quod vltra cęperint,& ad pœnam quadrupli tenentur,vt inf.c.69. item ꝙ ab illis, sub rub.de non exigen. a procuran. demania &c.

17 †Item est sciēdum, quòd in Apulia officium magistri portulani est officium camerarii,quia ibi non est officium secreti,sicut est in prouincia Calabriæ,vt dicit Matth.de Affli.in rub.de off.mag.came.& rub.de offi.secreti.in quibus locis ponit,quid spectet ad eos. Et sic in Apulia magister portulanus de omnibus cognoscit, de quibus camerarius & secretus. Et dicit Matth. de Affli.in constit.iustitiarii nomen.in fi.Quòd hodie in regno, vt plurimum recesserunt ab aula officia istorum camerariorum,bene tñ in prouincia Apuliæ est officium magistri portulani, qui in defectū baiulorum cognoscit de causis ciuilibus. Et a baiulis ad portulanum appellatur.Sed omnes isti dicuntur procuratores regis ad bene gerendum & gubernandum res,& iura regis: vt latè per Matth.in d.rubr.de off.magi. camera.

Ioan.Anto.de Nigris I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones & statuta edita esse,an prosit, si debita exequutio non subsequatur.*
2 *Portulani, & eorum substituti quid seruare debent.*
3 *Iura esse in ciuitate, parum esset, nisi essent,qui exequutioni mandarent.*
Sententias ferri parum esset, si debita executio non subsequatur.ibidem.
4 *Confirmatio capitulorum regni & 2.*
5 *Ciuitates,& castra,quæ non habent iurisdictionem,an possint facere statuta pœnalia, vel in aliorum præiudicium.*
6 *Confirmatio statutorum, vel priuilegiorum generaliter facta,an se extendat ad illicita,& iniusta, ibid.& 8.*
7 *Confirmatio Papæ, vel superioris generaliter facta an referatur ad actus inualidos.*
8 *Confirmatio priuilegiorum an prodest priuilegiis iniquis.*
Statuta quædam si sunt confirmata, an non confirmata censeantur derogata,ibidem.
9 *Priuilegium confirmationis subreptitium an valeat.*
10 *Confirmans aliqua ex pluribus statutis, vel capitulis, an alia videatur reprobare,vel econtra.*
11 *Confirmatio generalis an extendatur ad iniusta.*
12 *Cautela baronum, quādo confirmant priuilegia sub[illegible]*
13 *Confirmatio ex certa scientia quando dicatur.*
14 *Priuilegium quot modis [illegible]*
15 *Rex, vel eius su[illegible]*
teri fact[illegible]
16 *Concessio [illegible]*
[illegible]
17 *Conce[illegible]*
regen[illegible]
18 *Priuil[illegible]*
cari,[illegible]
fuer[illegible]

19 *Priuilegia concessa per inuasorem regni an possint in domo retineri sine pœna.*
20 *Pœna vna an possit imponi, & alia regis arbitrio reseruari.*
21 *Rex Carolus an dicatur auarus, vel cupidus pro eo quòd vnam pœnam imposuit, & aliam eius arbitrio reseruauit.*
Auarus numquam desiderium suum implet. ibidem.

CAROLVS PRIMVS REX SICILIÆ &c. CAP. I.

1 CVM nihil prosint † Constitutiones, & statuta edita. Nisi debita executio subsequatur. Volumus, & fidelitati vestræ firmiter, & di
2 strictè præcipimus. † Quatenus constitutiones nostras editas super victualibus, & mercibus aliis quibuscúque enumerandis, & extrahendis cum vascellis quibuslibet, de singulis portubus nostri regni, & de nominibus extrahentium ea, ac de iure debito, & soluto pro eis officii vestri tempore tenaciter obseruetis. Et per portulanos, & subofficiales nostros mandetis, & faciatis inuiolabiliter obseruari, sub pœna in eadem constitutione contenta, & pœna alia in vos, & portulanos, & subofficiales vestros, si secus feceritis, iusta nostrum beneplacitum infligenda, cuius constitutionis tenor sequitur, & per omnia talis est.

ADDITIO.

CVM nihil) Doctores in isto c. nihil scribunt. Tu aũt aduerte, ꝙ prin. huius c. est sumptũ ex tex. in
3 l. 2. §. post originẽ. ff. de orig. iur. vbi dr̃ ꝙ † parũ est iura esse in ciuitate, nisi essent, q executioni mãdarẽt. & in c. quod ad cõsultatione. extra de re iudi. gl. in rub. C. de execu. rei iud. And. de Iser. in const. dilationes. col. 2. cir. fi. add. & ex. de re iud. c. cũ aliquibus. ff. de const. pecu. l. promissor. §. constituto. facit: quia parum esset sñias ferri, nisi debita & efficax executio subsequatur. Lucas de Pen. in l. 1. co. 6. C. de deserto. li. 12. versi. sed pone. ¶ In tex. (cõstitutiones nostras editas) intelligitur de duobus capitulis seq.
4 ¶ In tex. (obseruetis) Nota † ꝙ mãdat seruari capitula super extractione victualiũ & aliarũ merciũ a portubus. Et de confirmatione generali capitulorũ regni, vide infra c. 138. Itẽ statuimus, ꝙ cõstitutiones, sub rub. ꝙ obseruentur cõstitu. domini nostri Caroli &c. vbi similiter rex Carolus Secundus mandat seruari capitula regni, edita per regẽ Carolum Primum eius patrem. Idem probatur in c. 172. cõstitutiones igitur, sub rub. ꝙ seruentur constitu. vbi mandat seruari constitutiones, & capitula, sublatis iuribus, constitutionibus & consuetudinibus aduersantibus. Idẽ probatur. in c. 175. Ingẽtia & immẽsa. Et similiter capitula regni fuerunt cõfirmata per regẽ Robertũ, vt in ca. 212. salubrẽ statum, sub rubrica, cõfirmatio consti. &c. quod est duplicatũ [illegible] c. 254. salubrẽ. Et est regia prag. regis Ferdinandi, quę [illegible] ad perpetuã rei memoriã, in prin. vbi mandat con[illegible] & capitula seruari quacunque contraria cõsue[illegible] obstante. ADDITIO noua. Et est alia re[illegible] Caroli Quinti de [illegible] ndi de Cardo- [illegible] olis die [illegible] gma- [illegible]

iudiciũ; quia pœnæ impositio pertinet ad iurisdictionem, vt latè per Innoc. & ali. in capitulo cum accessissent. extra de constit. tamen, si sunt confirmata a superiore, valent. vt latè per Matth. de Afflic. in prælu. const. quæst. 3.

ADDITIO noua. Et ad prædicta, quòd ciuitates & castra, quæ recognoscunt superiorem non possunt facere statuta pęnalia, vide Cappel. Tolos. quæstio. 405. & ibi addi. impressa. Et licet Azo in summa. C. de decr. decurio. columna fina. libr. 10. videatur tenere, quòd decuriones & regentes ciuitatem possunt facere banna pœnalia, & malè diceret: tamen saluando eum potest intelligi de decurionibus ciuitatis habentis iurisdictionem, aliàs si causa occupandæ iurisdictionis fierent talia banna & statuta pœnalia, puniri possent: ut per Angel. Aretin. in §. Ius autem ciuile, columna tertia, numero 17. Insti. de iure natu. nisi essent per superiorem confirmata, vt dictum est. Ad prædicta etiam, quòd vniuersitas, quæ non habet iurisdictionem, non potest facere statuta pęnalia, vide Angel. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Matth. de Afflict. in prælud. consti. quæstio. 3. & 6. & Felyn. in capitulo cum omnes, colum 8. numero 16. versicu. tangunt etiam, cum sequen. ex̃ de const. vbi ponit duas limitationes. Primò limitat, nisi vniuersitas haberet potestatem faciendi statuta concessam ab habente iurisdictionem secundum Bartol. in l. ambitiosa. versicu. tertia regula. ff. de decre. ab ordi. faci. & Bald. in l. 1. in fin. C. si rector prouin. & in l. 2. columna secunda, C. quomodo & quando iud. & Felyn. vbi supra. Secundò limitatur, nisi carentes iurisdictione obligarent se ad inuicem sub pœna ad obseruantiam statuti: quia hoc possunt, Domi. & Innoc. in dicto capitulo cum omnes. & ibi Felyn. vbi supra. Tertiò limitatur, nisi talia statuta essent per superiorem confirmata, vt proximè dixi. sed tamen est ad-
6 uertendum, quòd † quando est facta aliqua confirmatio statutorum, vel priuilegiorum generaliter, non autem particulariter, & specialiter, talis confirma. se non extendit ad statutum illicitum, vel inhonestum, vel contra leges, & constitutiones, & capitula regni: vt per Matth. de Afflict. vbi supra columna secunda, & Angel. Aret. in §. in potestate columna 2. in fin. Insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. Immo iurans seruare statuta, vel consuetudines, intelligitur de iustis, secundum Bald. in l. si ad excludendam, cum addi. ibi impressa columna prima, C. de reb. cre. & iureiur. Et pro prædictis facit. Quia quando confirmatio potest referri ad actum validum, & inualidum, referri debet ad validum tantum: vt tenet Inno. & Anton. de Butri. in capitulo dudum. extra de decisio. Alexand. consilio 38. viso statuto. 4. volumine & Ias. in l. legata inutiliter. in prin. in tertio nota. ff. de leg. 1. Et confirmatio generalis statutorum cum clausula, nisi sint contra ecclesiasticam libertatem, non comprehendit statuta iniqua, & aliàs inualida. Bartol. Bal. & Imo. in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & Alexan. in dicto consilio 38. 4. volumine Immo confirmatio generalis statutorum, non comprehendit ea, quæ sunt contra ecclesiasticam libertatem, etiam si non exprimatur. Bald. in l. omnes populi. columna quarta versiculo sed nunquid Papa. ff. de iusti. & iur. & Alexand. dicto consilio 38. columna penult. 4. volumine. Et ad prædicta facit illud famosum dictum Innoc. in cap. dudum. extra de deci. quem sequuntur & comendant ibi Ioan. Andr. & Anton. de Butri. qui dicit
7 alibi non reperiri, quòd † confirmatio Papæ, vel superioris, quamuis sit simpliciter & generaliter facta: tamen debet referri ad actus validos, & non ad inualidos. tenet Inno. in cap. 1. extra de transf. & facit tex. in ratione sui in l. ex facto. in prin. & ibi Raph. Cu. & Mod. ff. de vulg. & pup. & Alexand. & Ias. in l. quamquam. C. de testa. mil. & d. consi[illegible] 38. 4. volum. & consilio 122. 4. volumine & Ias. in dicta l. legata inutiliter, in prin. columna 3. in tertio nota. [illegible]
8 leg. 1. ¶ † Et quòd generalis confirmatio statutorum [illegible] tenditur ad statuta iniqua, & iniusta, probatur in [illegible] Bald. in 2. nota. C. de mono. & in c. 1. in prin[illegible] ta argumẽtũ ad generalem confirmatio[illegible]

fiat inuesti. & in l. 1. C. de testa. manu. & in l. nominationes. C. de app. & in l. ex placito. in prima quęst. prin. C. de rerũ permu. & Bald. in l. cum oportet, col. 2. vers. idem de generali cõfirmatione. C. de bo. quæ lib. & in l. 1. col. 1. in 2. opp. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & Bal. in l. bonorum la 2. col. 1. versic. item adde. C. qui admi. Innoc. in c. nihil, extra de electio. Bald. consi. 83. pręmittendũ. col. 1. 5. volu. allegat Cy. in l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & Dy. in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. cũ cócor. ibi. Alex. d. consi. 38. viso statuto. 4. volu. ¶ Similiter talis generalis cõfirmatio priuilegiorũ non extenditur ad priuilegia inualida, & iniusta, vel iuri cõtraria scdm Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. Ang. in l. fi. C. de tẽp. app. Bal. in c. 1. col. 1. per quos fiat inuesti. Bart. in l. 1. in 2. opp. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Bald. in c. in præsentia. col. 5. extra de ꝓba. & in l. nec dãnosa. C. de preci. imper. offe. & Saly. in l. fi. C. ne rei do. vel tẽplo. & Bal. in c. 1. de natu. feu. & Anto. de Butr. in c. 2. extra de rescri. Et cõfirmatio priuilegiorũ non prodest priuilegijs iniquis. Bal. in l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Fely. in c. ex parte. col. 21. versi. leges insertæ. de rescri. vbi multa corellaria adducit.
9 † Quinimmo, etiã si priuilegiũ confirmationis impetratũ a Papa, vel a Principe sit subreptitium, puta, quia sit cõfirmatoriũ alicuius instrumẽti falsi, vel simulati, & de his nõ sit facta mẽtio principi cõfirmãti, talis cõfirmatio est nulla, etiã si in cõfirmatione apponãtur illa verba, cõfirmamus actũ, si de se est validus, aliàs de nouo cõcedimus. Immo plus, si adesset clausula, supplentes de plenitudine potestatis oẽs defectus, tam iuris, q̃ facti, siqui sunt, adhuc confirmatio nihil operatur, ꝓpter vitiũ subreptionis: vt nota. decidit Abb. in c. inter dilectos. col. 5. cum sequen. extra de fide instru. & vide Fely. in c. ex parte. extra de rescrip. versiculo leges insertæ. Ad supradicta etiã faciunt; qa si princeps cõfirmat feuda, solũ vera & legitima feuda dicitur cõfirmare. c. 1. & ibi Bal. per quos fiat inuesti.
10 † Item aduerte, ꝙ si sunt plura statuta, vel capitula, & cõfirmat vnum tñ, videtur alia reprobare. Et similiter si vnũ reprobat, alia videtur cõfirmare: vt per Bar. post Dy. in d. l. legata inutiliter. in fi. prin. ff. de leg. 1. & Bal. in c. 1. col. 1. per quos fiat inuesti. & Bal. cõsi. 143. casus talis est, quidam noĩe. 1. volu. de quo etiã per Alex. d. cõsi. 38. col. pen. & fi. 4. vol. Et illud, qđ supra dictũ est, ꝙ per generalẽ cõfirmationem nõ intelligitur confirmare iniusta, & iuri
11 cõtraria. † Fallit, nisi aliter cõstaret de intentione confirmantis, ar. l. Aurelius. §. testamento. ff. de lib. leg. & tenet Bal. in d. c. 1. col. 1. per quos fiat inuest. Item fallit, nisi Papa cõfirmaret factũ propriũ d. l. legata inutiliter. Vel nisi quædã confirmaret, & quædam infirmaret: vt per Bald. in d. c. 1. per quos fiat inuesti. & cũ Bal. remissiue transeunt Alex. & Ias. in d. l. quanquam. C. de testa. mili. Item fallit, nisi specialiter, & ex certa scientia princeps confirmaret priuilegia inualida: quia tunc valeret, vt tenet Bar. in d. l. priuilegia. C. de sacrosan. eccl. & Alex. in d. cõs. 38. col. 3. 4. vol. de quo etiã vide Deciũ in rubr. extra de cõfir. vtil. vel inutil. & in c. 1. 2. & 3. eo. tit. & ibi per alios, Alex. Ias. & Decium in l. more maiorum. col. 4. ff. de iur. om. iud. &
12 Matth. de Afl. in d. pręal. cõsti. q. 3. vbi ex hoc ponit † cautelam, vt barones, qñ confirmãt priuilegia, vel statuta, generaliter cõfirment, non aũt specialiter, nec apponant ex certa scientia, qa tunc talis cõfirmatio nõ extenderet ad
13 illicita, & ad ea quæ sunt cõtra ius: vt dictũ est. † Qñ autẽ dicatur ex certa sciẽtia cõfirmare, vide Deciũ in d. rubr. extra de cõfir. vtil. vel inutil. An aũt statuta possint cõfirmari per magistratũ nõ habentẽ merũ imperiũ, vide Bal. in d. cõsi. 143. 1. vol. qui tenet, ꝙ nõ possunt cõfirmari sta[...] per magistratũ nõ hñtẽ merũ imperiũ. Et ibi etiã di[...] superior quædã statuta cõfirmat, quicquid nõ in[...] confirmatũ, videtur derogatum, vt ibi per eum.
14 [...]ter [...]perdatur priuilegiũ, & quot modis, vide [...]di. §. nunc aũt, versiculo, itẽ oppono, [...]c. Item oppone, ꝙ priuilegiatus, & in [...] D. Ioan. Anto. de Nigris.

c. pro illorũ, & ibi doct. extra de præb. latè per oẽs in c. cũ accessissent. extra de cõstit. vbi Fely. col. 10. cũ sequentibus, vbi per multas col. & quia multas occuparet mẽbranas, ad ibi dicta me remitto. Et quid in statutis, de quo per Bart. in l. oẽs populi. ff. de iusti. & iur. & per Fely. in d. c. cũ accessissent. col. 2. vbi ꝙ regulariter statuẽtes possunt tollere statutũ cõfirmatũ, si principaliter respicit eorũ fauorem. Et an, qñ ex statuto cõfirmato est alteri ius quæsitũ, possit reuocari, dic ꝙ non sine eius cõsensu, de quo vide Lapũ allegatione. 86. in causa & quæst. col. 3. & Fel. in d. c. cũ accessissent, col. 3. in prin. cũ cõcor. in d. locis. & Fir. in suo reper. ĩ verbo priuilegiũ finitur, col. 1. cũ cõcor. in d. locis q̃ nota, qñ est cõtrouersia inter dños, & vasallos.
15 ADDITIO. Adde etiã † ꝙ si rex fecit alicui cõcessionem, potest ipsemet, & etiã eius successor reuocare cõcessionẽ cũ causa, sed sine causa expressa, vel ꝓsumpta nõ po
16 test, vt latè per Tho. Gra. decis. 46. altercãtibus. † Et ibi ex hoc decidit. Quòd cõcessio facta per regẽ de ꝓuentibus alicui vniuersitati cõcessis, potuit cũ causa reuocari per eius successorẽ, & concedi baroni illius loci. & vide, quæ dicit Anto. Capi. decis. 121. & ibi col. 6. in fi. nu. 15. ponit.
17 † Quod licet cõcessio iurisdictionaliũ possit ad nutũ concedentis reuocari etiã sine causa, Gemi. in ca. 1. col. 6. de cõsti. in vi. Fran. de Are. & Fely. in c. nouit. de iudi. Tamẽ, qñ talis cõcessio, seu donatio fit ob merita, nõ potest reuocari. Andr. de Iser. in cõsti. ea quæ ad decus, & Capicius
18 ubi supra. Et ad materiã † an & qñ priuilegia cõcessa possint per regẽ reuocari, uel aliqua conditio apponi. Et qđ si per cõtractũ fuerunt cõcessa, an possint reuocari, uide latè Andr. de Iser. & Matth. de Afflic. in cõsti. reg. cũ concessiones. per Bar. in proẽ. ff. orum Bal. in l. rescripta. C. de preci. Impe. offe. Cardi. Flo. in c. perpẽdimus. de sen. excõ.
19 & Matth. in d. cõsti. cũ cõcessiones. col. fi. nu. 10. † Ponit, ꝙ nõ est licitum retinere in domo priuilegia cõcessa per inuasores regni, aliàs punitur, ut ibi, de quo per eundẽ in cõsti. instrumẽta. & uidi istũ casum de facto in regia prouinciali audientia; quia fuit præsentatũ priuilegiũ Regis Francię inuasoris regni, & fuit cõtra præsentantẽ exposita querela. ¶ In tex. ibi (sub pęna in eadẽ consti. cõtenta,
20 & alia.) Nota casum secundũ doc. hic, in quo † pęna una imponitur, & alia regis arbitrio reseruat. Simile in c. pridem. uersi. quicunq; aũt, in fi. nu. 5. sub rub. de bobus ara. idem ꝓbatur in c. subditorũ, nu. 8. uersi. ut tñ, sub rubr. de uiolen. similiter etiã in c. subditorũ. nu. 8. sub rubr. de occupatis, & in multis alijs. c. hoc probatur. Sed iuxta hoc
21 quæro, † an dicat rex auarus, pro eo ꝙ eius arbitrio maiorem pœnã reseruauit imponẽdam. Et uidetur prima facie dicendũ, Regem Carolũ fuisse cupidũ, & auarũ propter cõmodum, quod percipit. 4. distinc. c. erit autem, ibi, nullo priuato cõmodo. Et dicit Bart. in l. 1. colum. 6. circa prin. ff. solu. matr. uersi. 4. modo assumitur, ibi, ꝙ si quærimus de iure nouo cõdendo per principem, tunc princeps debet pręferre utilitatẽ priuatorum, ne uideretur auarus, allegat. l. 2. C. de secund. nup. & C. de cadu. toll. l. 1. in fin. Auarus enim nunquã desiderium suũ implet; quia dicitur ecclesiast. qui diligit diuitias, fructũ non capiet ex eis. Sed in cõtrariũ adducitur; quia principale propositũ est attendendũ, l. si qs nec causã. ff. si cer. pet. sed principale ꝓpositum regis nõ fuit suũ cõmodũ, sed arcere hoĩes a fraudibus, & maleficijs, & ideo excusat a uitio cupiditatis, ar. l. licet. e[...] l. nõ cogendũ. §. qui ita. ff. de procur. & bene faciunt, quæ dici[...] [...]lo Affli. in cõsti. si quis in posterũ, col. [...] uer. [...] Antonius de Nigris. V. I. D.

[...]ARIVM.

1 Formo[...] [...]gistros port[...]
m[...]
ri[...]

2 Port[...]
de[...]

CAROLVS PRIMVS CAP. II.

VT ILLORVM fraudibus iam cōmissis, vel in posterum committendis, qui concessa licentia temerarijs ausibus abusi sūt vel abuti contigerit in posterū, congruis remedijs obuietur, & fisci nostri cōmodis, quæ quàm plurium machinationib⁹ lęsa fore didicimus, prouisione congrua
1 succurratur. † ¶ Volumus in extractione victualium salis, & omnium, quæ pro parte nostrę curiæ ad credentiam procuratur, de portubus regni nostri, tam per magistros portulanos, & salinarū magistros, quàm per extrahentes res ipsas de portubus ipsis, subscriptam formā inuio-
2 labiliter obseruari. † Vt omnes magistri portulani, & portulani quotiescunq; concesserint alicui licentiam extrahendi de portubus commissionis eorum, teneātur exprimere in literis, seu apodissis ipsius licentiæ ipsorū victualiū quantitatem particulariter, & distinctè, diem & locum extractionis eorum, nomina & cognomina mercatorum illa de portubus ipsis extrahentium, nec non nomen & cognomen vascelli, in quo onerata sunt, & ipsius vascelli patroni, & quantum magistri portulani receperint pro iu-
3 re exituræ victualium prædictorū. † ¶ Et quòd mercatores ipsi ad locum prohibitum nō accedant, fideiussores idoneos coram prædictis magistris portulanis præstabunt, seu coram portulanis habentibus potestatem a nobis, seu a magistris portulanis dandi licentiā extrahendi victualia de portubus, cōmissionis eorum, quorum fideiussorum nomina prædictorum magistrorum, seu portulanorum literæ continebunt.
4 † ¶ Pęna transgressoribus imminente, quod magistri portulani, qui cōtra prædicta commiserint, & sub suo lucro quodam transilientes, quantitatem & qualitatem rerum ipsarū in literis suæ commissionis non expresserint, nec prædictam formam seruauerint, tanquàm de latrocinio, & periurio manifestè conuictos pro nostro arbitrio se nouerint puniendos. ¶ Portulanos etiā cōtra pdicta temere venientes simili pęna volumus subiacere. ¶ † Et vt magistri portulani
5 dicti ī custodia portuū cōmissionis eorū te[illegible] tur diligentes subofficiales statuere, psent[illegible] stræ puisionis tenaciter seruato[illegible] [illegible] ex defectu, seu negligentia port[illegible]

eosdem magistros portulanos ad alicuius por-
tus custodiam deputatorum, qui præscriptam
formam contempserint obseruare, prædicti ma
gistri portulani ad valorem nauis, & oneris no
stræ curiæ teneantur, & vltra nostro arbitrio pu
6 niantur. ¶ † Et quia comperimus, quàm plures
impunita hacten⁹ audacia deliquisse, dum se sic
statuebant, cōponebant, quòd assumpti, immo
præsumpti ordinis, vel habitus priuilegio, cor-
poralibus nō poterāt subijci pœnis, quantum-
cunq; latrocinia, & periuria cōmittebant, pro-
uidimus illorū fraudibus occurrendum. Vt nul
lus deinceps ad portulanatus officiū assumatur,
de quo nō possit haberi vindicta sanguinis. Et
si qui sunt in ipso officio, volumus amoueri.
¶ Volumus insuper, ꝙ si qui deinceps in portu-
lanatus officio constituti, se in eo statu posue-
rint, pro quo de eis non possit pœna corporalis
assumi, ipsos statim volumus a statuente ab of-
ficio amoueri. ¶ Et si magistri portulani talem
prærogatiuam habētes statuerint, vel passi fue-
rint in officio ipso morari, postquàm ita se cō-
posuerint, vt de eorū excessibus corporalis vin-
dicta non possit assumi, & si statuti deliquerint,
pro eorū excessibus ipsi magistri portulani, qui
tales creauerint, vel tenuerint in officio portu-
lanatus, punientur pœna, qua sic creati, vel re-
tenti per eos puniri debebāt. Statuto super prę-
missis apud Brundusium per nos habito in suo
robore duraturo. Quinimmo existēte statuto,
& recipiente augmento, præscriptam etiam for
mam in extractione salis, & aliarum rerum, quę
ad credentiā pro parte curiæ procurantur, pro-
7 uidimus obseruandam. ¶ † Et ne mercatores
victualia, salem, seu quæcunq; alia de portubus
regni nostri volētes exrrahere, de quib⁹ ius exi-
turæ curiæ nostræ debetur, figmento concepto,
quodam modo ius nostræ curiæ debitum oppri
mere valeant, seu quadam collusione minuere.
Volumus, vt mercatores ipsi, in literis, seu apo-
dissis, quas de ipsorum victualium, & aliorum
extractione, a magistris portulanis, seu portu-
lanis receperint, procurent, ꝙ contineatur par-
ticulariter & distinctè qualitas, & quantitas vi-
ctualium, salis, & aliarum rerum, quæ per magi-
stros portulanos, seu portulanos, & salinarum
magistros eis extrahi sunt cōcessa, nec nō quan
titas pecuniæ proinde solutæ. Et qui contrafe-
cerit, punietur ad instar illius, qui non obten-
ta licentia, victualia, seu alia prohibita de por-
8 tubus nostris extrahere præsumpserit. ¶ † Et si
cōtingat mercatores ipsos plus de portub[illegible]
gni nostri extrahere, quàm literæ magistr[illegible]
portulanorum, seu portulanorum licentię [illegible]
tinebunt, mercatores ipsos prædicta pœna [illegible]
r[illegible]ndos esse censemus. ¶ Et vt præsens nostra
[illegible]rouisio omnibus patefiat, nec possit se aliquis
ob[illegible]ctu ignorātiæ excusare, mandamus, vt prę-
scr[illegible]m ordinationem, seu ꝓuisionem nostrā
iustitiarij regni nostri in decretis eis prouincijs
per loca maritima faciant publicari, tam regni-
colis, quàm exteris, & exterorum consulibus,
prædicantq; omnibus, ꝙ formam præfatæ pro-
uisionis in archiuo nostro facimus conseruari.
¶ Et quia cordi nobis est, ordinationem nostrā
ipsam temere violantes omni studio & diligen-
9 tia perscrutari. Volumus, vt † portulani, vel eo-
rum vicem gerentes loci, ad quē contigerit na-
uem aliquam, seu vascellum aliquod oneratum
victualibus applicari, ad nauim, seu vascellum
illud statim accedant cum quatuor bonis, & le-
galibus viris, qui non attineant portulanis, &
cum notario publico loci ipsius, & illis præsen-
tibus faciant sibi ostendi apodissam, quam ha-
bere mercatores se dicunt, seu literas de licen-
tia extrahendi victualia, seu alia a portulanis il-
lis, sub quorum custodia portus existit, in quo
vascellum, seu nauis dicitur onerata. Et si non
ostēderint eis literas mercatores de dicta licen
tia, tam onus, quàm nauis ad opus curiæ capia-
tur, & mercatores ipsi de personis tanquàm te-
merarij capiantur. Et si in prædictis literis per
mercatores ostensis non contineatur quantitas
victualium, seu aliarum rerum, de quibus est eis
data per mare extrahendi licentia, tam nauim
ipsam, quàm onus nauis per portulanos volu-
mus detineri. Et si in ipsis literis certa cōtinea-
tur quantitas, tam per portulanos, q̃ per prędi-
ctos quatuor, & notarium publicum (quos an-
te omnia volumus ad sancta Dei Euangelia sa-
cramenta prestare, ꝙ in prædictis nullam frau-
dem cōmittant) æstimari volumus, & attentius
ꝓuideri, quòd si in dicta naui, seu vascello ma-
ior quantitas est victualium onerata, quàm de
ipsorum oneratione contineat apodissa. Et si
contigerit, præfatos inuenire, maiorem quan-
titatem esse, vt præscriptum est, nauim & onus
ipsum pro parte nostræ curiæ faciant detineri,
& mercatores de personis arrestare curabunt, &
statim processum eorum totum per eos in prę-
missis habitum per instrumētum publicum in-
de cōfectum de prędictis nostræ curiæ volumus
10 intimari. ¶ † Et vt portulani, & prædicti qua-
tuor, & notarius ad inuestigationem prędicto-
rum fraudum citius animētur, volumus, vt me-
dietatem fraudatę quantitatis, q̃ citius ob ipso
rum cōpertæ solertiam consequātur. Volumus
tamen, ꝙ si quod incrementum erit in victuali-
bus oneratis propter inundationē, vel humidi-
tatem [illegible]aris, consideratione proborū virorum
ad ho[illegible] expertorum præhabita, illud nō debeat
mercatorib⁹ imputari. Et quia veremur, ne prę-
textu prædictæ prouisionis mercatores per
tulanos prædictos, m[illegible]moratos quatu[illegible]
tarium, inde[illegible] prou[illegible]
si cōtingat to[illegible]ar
ratorū vict[illegible]
mercatorū fide[illegible]

prædicti quatuor, & notarius ad prędicta inuestiganda (pręsente patrono vascelli) pro quolibet marinario, qui in seruitio ipsius vascelli fuerit, dieb⁹ singulis, per quos detinuerit, illis soluent tarenũ auri vnum, & quicquid impensum fuerit per mercatores in onerãdo vascello, & in reonerando mercatoribus ipsis de ꝓprio resarcibunt. ad quæ consequenda patroni vascellorum, seu mercatores nostrę curię suffragium poterunt postulare, vel si elegerint iustitiarij loci, in quo prędicta contigerint, cui ex nunc damus expresius in mandatis, vt sine strepitu iudicij portulanos prædictos quatuor, & notarium ad præscriptam emendam patronis vascellorum,
11 & mercatoribus districtè compellãt. ¶ † Illud præsertim non vidimus omittendum, ꝙ si portulani pfati quatuor, & notarius viderint quantitatem contentam in literis eis mercatoribus pręsentatis capacitati nauis, seu vascelli conuenire. Volumus, vt portulani mercatores nullatenus impedire seu molestare præsumant. Et vt magistri portulani nullam possint excusationẽ prætendere, ꝙ pręsens constitutio non peruenit ad notitiã eorundem. Volumus, vt quilibet iustitiarius magistro portulano, & portulanis iustitiariatus sibi cõmissi constitutionẽ ipsam redactam in publicam formam, & iustitiarij sigillo signatã debeant assignare, & de assignatione huiusmodi recipere scriptũ competens ab eisdem.
12 ¶ † Ad hoc, si aliquis clericus in alicuius portuum custodiam nostrorũ sit statutus, eum nullam habere volumus potestatem, vel dandi licentiam super rebus aliquibus extrahendi de portu, vel recipiendi pro nostra curia, siue res alias, aut quicquid etiam arrestandũ: sed ipsum vt notarium tãtùm esse iubemus, ad videndum videlicet, & scribendũ, quę in huiusmodi portu fient, & ad significãdum nobis protinus, si quid ibidem fieret in nostri honoris dispendium, vel nostrorum iurium detrimentum. Dat. Neapoli per magistrum Guilielmum de Sarumuilla &c. Mense Februarij xx. eiusdẽ tertiæ indictionis.

ADDITIO.

V T illorum] istud.c.cum sequẽti ortum habuit ex.l.2.C.de nauicula. libro.x.vt dicit ibi Lucas de Penna.in fin. ¶ In tex.ibi, (Et ꝙ mercatores ipsi ad locũ prohibitum nõ accedant &c.)
13 † Quæro, quæ sint ista loca prohibita de iure? Respond[illegible] ꝙ ad barbaros & saracenos nõ est licitum etiã mer[illegible] causa nauigare, nec ad eos deferre vin[illegible], oleu[illegible] [illegible]ligna-mina l.1.& 2.C.quæ res expor.[illegible] po.[illegible]o.in d.l.1.esse in quibuscunq; arm[illegible] victualibu[illegible] eadẽ est ratio. Idem est in ferro, [illegible] armorũ gener[illegible] [illegible] in d.l.2. Idem est in co[illegible] lapidibus, qu[illegible] [illegible]cuendũ, & vulgo d[illegible] molæ. Idem est in fru[illegible], vt l.co[illegible] [illegible] & vecti. Et [illegible] bona confi[illegible] [illegible]on possunt. & [illegible] .cun. glo.C. [illegible] glo.[illegible], ꝙ merces, quæ prohibitæ sunt ad barbaras nationes portari, sunt victualia, & arma, nec licet mercatoribus nostris aurum pro mancipijs, aut quibuscunq; speciebus cõparandis ad barbaros transferre.l.2. de commer. & merca. nec animalia transducere in barbaricum solum.l.vsurpatione, & ibi nota.C.de vectig. & cõmi. Idem est dicendũ de hostibus; quia nõ est licitum portare prædicta ad hostes, vt probatur in d.l.2.iuncta gl.1.C. quæ res expor. nõ po. tex. in l.cuiusq;.ff. ad leg.iu.maie. vbi prohibetur ad hostes portare arma, equos, pecuniam, & alia vt ibi, & faciunt, quæ dicit Bart. in l.hostes.ff. de capti. & postli. reuer. Et prædicta etiã sunt statuta de iure canonico, vt in c.ita quorundam.& in c.significauit, & c.quod olim & c. ad liberandã, extra de iude. vbi etiã exprimitur idem esse in deferentibus ad saracenos lignamina galearũ & contrafacientes vltra prædictas pœnas sentẽtiam excõmunicationis incurrunt, & serui capientium efficiuntur d.c. ita quorundam, & in extrauag. multa, de iudeis, in extrauag.com. vbi cõtra talia deferentes imponitur pœna excõmunicationis ipso facto. Et imponuntur aliæ pœnæ, vt ibi. Et ad prædicta vide Hosti.in sum.extra de Iudę.& Sarac.§.qualiter, & Astens. in sum.lib.7.tit.2.col.13.versic. trigesimusquintus casus est, & lib.2. tit.57. de Iudeis.c.3. col.fin. Alexan. latè consi.130.super eo, de quo quæritur, 7 volu. Inno.Ioan.Andr. Cardi. Anto. de Butri.Ioan. de Ana.& Abb.in d.c.quod olim, extra de Iudę.Archie.Flo. in sum.in secunda tertiæ.Fran.de Pla.in tra.resti.Sum.ro. in verbo absolutio. in.§.87. Sil. latè in sum. in verbo excõmunicatio.7.col.32.cum pluribus sequen. versi.21. Et in dictis locis latè tractant. An sit licitum Christianis mercari & mercimonij causa nauigare ad barbaras nationes, & ad illas mercaturas deferre, extra specialiter prohibita. Et quid de Saracenis, & quid de Turcis, & q̃d de subiectis Soldano, de omnibus vide ibi, quia cum distinctione procedunt, & per Alex.d.consi.130.& Sil. vbi supra. ¶ In tex. ibi (statuto apud Brundusium &c.) loquitur de cap.sequẽti, quod incipit, super exactione, & illud debet præcedere ante istud capitulum. ¶ In tex. ibi (volumus vt mercatores &c.) Nota, quid debet continere apodissa
14 & literæ licentiæ extrahendi victualia. † Quid autem debeat continere apodissa, & de modo cõficiendi rationes, vide Bart.& Lucam de Pen.in leg.2.C.de nauicula.lib.x. Et talis apodissa debet cõtinere particulariter et distinctè qualitatẽ & quãtitatẽ victualiũ, salis, & aliarũ rerũ extrahi cõcessarũ, vt in isto.c. Et qñ fit apoca de soluto, debet cõtinere diẽ factæ solutionis. Et ille, q̃ cõficit librũ rõnis debet scribere a quo recipit noĩatim, & ex qua causa, & noĩatim cui dederit, & diẽ receptionis: q̃a aliàs non põt cõprehẽdi, si aliqua fraus est cõmissa. Nisi in expẽsis valde minutis, ĩ quib⁹ stať iuramẽto administratoris, de qb⁹ oĩbus vide Bar.& Lucã de Pen.in d.l.2.C.de nauic.lib.x. ¶ In tex.ibi (& si cõtingat &c.) Nota, ꝙ fraudãtes gabel-
15 lam, seu ius exituræ a portubus puniuntur. † Quæ autẽ sit pœna inducta de iure cõmuni contra fraudantes gabellas. Respondeo, ꝙ res, quæ vehuntur, de quibus nõ est facta ꝓfessio, & solutio gabellæ, incidunt in cõmissum, id est cõfiscantur fisco, cui debebat solui gabella ꝓ illis rebus.l.1.& 2.C.de vectig.& cõmi.l.cõmissa.in prin. & ibi docto.ff.de publi. Quod est verũ, si pro fisco exigatur gabella, aliàs applicari debet emptoribus gabellæ tam res, quæ incidit in cõmissum, q̃ pęna cõtra fraudãtes inducta per [illegible]atutũ.l.si quis sine.C.de vectig.& cõmi. & ibi Bald. [illegible].Quod ꝓcedit, etiã si de hoc nihil fuerit actũ tem[illegible] [illegible]cationis gabellæ, cũ sufficiat, nõ esse in contrariũ [illegible]t ibi per eum. Et supradictã opi. tenet etiã Saly. in co.titu.& Cyn. in addi.in l.creditor.§.1.ff.de actio. empt.& Bal.in c.2.de feu. cogni. in l.1.col.4.C. de fin.& li. expen.& Bald. in l.1. in fin.C. si propter pub. pensi. [illegible] Ang.in l.at vbi.ff. de peti.hære. per l.fin.§.diui.ff.de pub[illegible]. & colligitur ex nota.per Bart.in l.in prouinciali.§.[illegible] ff.de oper.no.nunci.& Bart.Cepo. in l.inter publ[illegible] [illegible]lica.

blica.in 4.q.ff.de verb.sig.& Ioan.Berta.Firma. in tra. de gab.in nona parte prin.col.3.in 4.quæst. & Alex. in d.l.si quis id quod col. pen.ff.de iur.om.iud. & Philip. Decius cõsil.4.incipiente,& pro tenui,col.2.1.volu.& Ang. Are. in §.penales.col.5.Insti.de actio.cum cõcor.in dictis locis. Licet contrariũ tenuerit Ang.in d.l si quis id quod.ff. de iur.om.iud.qui tenet, ꝙ pœna nõ spectet ad emptores, & pro ista vltima parte faciunt,quę dicit Firma.in reperto.in verbo fraus,col.fi.versi.fraudans emptorẽ,versi.32. vbi tenet,ꝙ fraudans emptorem datiorum, vel gabellarũ non dicitur fraudare cõmune,vel pecunias cõmunis,nec punitur statuto de fraudante pecunias cõmunis;quia mutatione personarum mutantur priuilegia,vt ibi latius per eum,& tenet idẽ Firma.in tra.de gab.in nona parte principali, col.pen.versi. trigesimoprimò quæro. Sed non est recedendum a prima opi.quæ est cõis,& dicta per Firma. si rectè ponderent, loquuntur in casu diuerso de fraudante pecunias cõis,non aũt loquitur de fraudante gabellas.

16 ¶ † Infra quantum autem tempus possit fiscus, vel communitas vendicare res, quæ inciderunt in cõmissum ratione gabellæ non solutæ. Dic, ꝙ infra quinquennium, non autem post,vt est casus in.l.2.C. de vecti.& cõmi. & ibi Bar.Bald.Saly.& alij, & Bart. in l.commissa. in princ. ff.de publi. & Firma.in trac. de gab.in nona parte princ. colum.3.in fin. & Matth. de Afflict. in constit. Magistros fundicarios. colum. fin. in nono nota.

17 ¶ † Quanto autem tempore durat licẽtia data per gabellotum transeundi & portandi merces per territoriũ,vide Bar.l.1.C.de detrac.lib.12.& Lud.in rub.de arbi.col.22. Firma.in d.trac.de gab.in nona parte princ.col.2.in quibus locis dicunt, ꝙ durat septem diebus, vt ibi per eos.

18 ¶ † An autem in foro cõscientiæ sit licitũ fraudare gabellas,& datia, vide Bart.in l.vectigalia in princ.ff. de publi. & ibi Ang.de Periglis & moder.& Bal.in c.1. col.1. quæ sint rega.& Abb.in c.innouamus. extra de censi. Bald. & Ang.in l.2.C.de iure aure.anul. & Bal. in l.1. in princ.C. de cadu.toll.& in l.3.C.de nau.fœno.& in l.1.col.2.ff.de rerũ diui. & in l.veluti.ff. de iusti. & iur. Hosti.in titu.de censi.§.ex quibus causis, versiculo, exactiones aũt pedagiorum,& Pet.de Anch.in regula possessor,in 4.quæst.de reg.iur.in vi.& per doct. omnes in d.c.innouamus.& per omnes summistas in verbo pedagiũ, & Firma.in d.tra.de gab.in nona parte principali, in princ. & latè Sil.in summa,in verbo gabella.3.in octaua questione, cum sequen. & magis cõmunis opi. est, ꝙ si gabella est iustè inducta a principe, vel ab alio habente potestatẽ, non possunt sine peccato fraudari gabellæ.i. earum solutio omitti, tam a ciue, q̃ a forense, sed si sunt inductæ gabellæ a nõ habẽte potestatẽ in ducendi, vt sunt multi populi, vel nobiles de facto exigentes gabellas,& tunc cũ dicantur extorsiones, possunt licitè fraudari,tam a subditis, q̃ a forensibus. Intellige,nisi talis inferior a principe habeat priuilegium a principe, vel ex præscriptione; q̃a tunc licitum est forensibus tantũ fraudare,nõ aũt subditis. Et ꝓpterea dicit Abb. in d.c.innouamus, ꝙ sine metu peccati licitũ est laicis & clericis fraudare gabellas nõ legitimè impositas,cum nõ dicat propriè fraus,sed oneris euitatio. Sed ipsi ciues,qui sibi cõmuni cõsensu imposuerũt gabellas, nõ possunt eas licitè fraudare; q̃a potuerũt hoc statuere in eorũ prẹiudicium ſm Abb.ibi. quod est notanter menti tenendum,& istam opi. tanquàm cõmunem sequitur Firma. vbi supra.

19 ¶ † An autem fraudans gabellam, si moriatur infra quinquennium, infra quod potest fiscus vendicare res,quę inciderunt in cõmissum,an eius anima teneatur, vide Bald. in d.l.2.C.de vectig.& cõmi.vbi dicit,ꝙ eius anima non tenetur. Sed de ista doctrina non est confidendum; quia fraudando peccauit, & non pẹnituit,nec restituit,vt dicit Firma.vbi supra col.2.quem vide,& tangit Matth.de Afflic.in constitutione regni.magistros fundicarios.col.fin.

20 ¶ † Et an magnæ pœnæ,quę imponuntur fraudãti gabellas,licitè possint exigi? Vide Sil. in d.verbo gabella, tertio,in decima questione,vbi tenet,ꝙ de iure potest exigi. Tamen quò ad Deũ melius faceret reddere,ne ex auaritia fecisse videat.Et an pẹna debeat in foro cõscientiæ? Vide glo.in c.fraternitas tua.12.q.2.Abb. in proœ. Greg.& in c.1.ex.de cõsti. & in c.Raynaldus extra de testa.& in c.si egressus.ex.de iniur. & in c.quia pleriq;. extra de immu. eccles.& Abb.in c.dilecti,extra de arbi. & Abb.in c.suã. extra de pœ.& Abb.in c.2.de test.in fi.& gl.in d.c.fraternitas. quæ allegatur pro notabili, dicit, ꝙ pœna statuta a lege non potest imponi in foro conscientiæ, de quo per Fely.in cap.1.de constit. vbi hoc limitat multis modis.

21 ¶ † Et de materia fraudantiũ gabellas latissimè vide Io. Berta.Firma. in d.trac.de gabel. in nona parte princ. vbi super ista materia scribit multas col.&vide latissimè Sil. in dicto verbo gabella.3.cum concor. in dictis locis.

22 ¶ † Sed an fraudãs ius fundici,vel attentãs fraudare, perdat merces? Et an applicentur regię curię? Vide in cõstitutione regni,magistros fundicarios.& ibi Matth. de Afflic.in nono nota.col.fin.qui tenet, ꝙ fraudans ius fundici perdit merces, & applicantur regiæ curiæ, & similiter perdit,si attentauit fraudare.& hoc etiã dicitur in ritibus regiæ camerę,vt ibi per eum.& doc.in locis præallegatis.

23 ¶ † Et an de uictualibus & alijs rebus, de quibꝰ soluit ius exiturę,& de aĩalibꝰ solui debeat ius fundici,vide Matth. de Aff.in rub.de off.magi.fundi. & tangit in cõstitutione magistros fundicarios, eo.tit. Et in d.locis ꝑ And.de Iser. & Matth.tractat latè de iure fundici,& quantũ debet solui pro vncia,& de quibꝰ rebus soluat,& an de ferro, sale, azario,possessionibꝰ,pannis,carnibus,pane vẽdito,ferro, pice,& alijs,vide ibi. Et a quo fuit inuentũ ius fundici,vide ibi ꝑ eos, vbi ꝙ fuit inuentũ ab Imperatore Federico, & fuit cõtra cõscientiã, vt ibi per eos. Aduerte tñ pro omnium dictorũ declaratione,ꝙ hodie sunt duę prag. Regis Ferdinãdi,& prima incipit, Ferdianãdus &c. Magnifico viro & egregio dohanerio, per quã statuit, ꝙ non exigat aliq̃d per dohanerios Neap.ab extrahentibus res emptas in apotecis dictę ciuitatis.Et alia prag.incipit,Ferdinandus,pateat vniuersis,per quã statuit,ꝙ deferẽtes mercantias solutis granis sex per vnciam extrahere possint dictas mercantias ad eorũ libitũ per mare tantũ, vide latius ibi.

24 ¶ † Sed iuxta ꝓdicta quero,quidã mercator fraudauit ius exituræ, propter qđ eius merces fisco applicari debebãt, & infra quinquenniũ poterãt vendicari, vt supra dictum est, ille mercator in itinere in mari a piratis derobatꝰ est, an teneatur fisco ad preciũ rerũ, quas portabat cõtra deuetum? Dicas,ꝙ non,vt tenet Bal.in l.2.C.de vecti.& cõmi.& sequit Firma.in reper.in verbo fraus,col.1.vers.11.

25 ¶ † Nunquid aũt debeat solui gabella ꝓ rebus in portum illatis vi tẽpestatis, vel ꝑꝑ incursum hostiũ, seu piratarũ? Respõdeo ꝙ nõ.l.fi.§.si ꝑꝑ necessitatẽ. & ibi Dy. & doc. ff.de pub.& l.Cesar.eo.tit.not.in l.1.& ibi Bar.C.de naufra.lib.11.Bal.in l.3.in fi.C.de nau.fęno.& Io.Berta. Firma.in tra.de gab. in 2.parte octauæ par.princip. col.3.in 7.quæst.qđ intelligit, nisi aliter disponeret per statuta terrarũ,vt ibi per eũ,& ad ꝓdicta vide Feli.in c.querelã. ante fi.extra de iureiu.ibi,& nauis vi ventorũ,& in c.significauit.in fi.extra de Iudęis.Similiter etiã nihil debet solui fisco de mercibꝰ,q̃ sunt in naui naufraga, nec ꝓ iure dohanæ,vel gabellæ, vel alio iure,ꝑ d.l.1.C. de naufr.lib.x. Et ideo dicit ritus regiæ camerę summarię de iure fundici.c.fi. ꝙ si vascellũ venit vi ventorũ, vel tẽpestate maris, vel aliqua iusta & euidẽti necessitate, cessante tẽpestate, & necessitate, debet recedere, & nihil debet soluere de iure fundici,si nihil exonerauit,vt tenet Matth.de Affl. in cõsti.reg. rapinas.col.3. Et dicit Bar.in d l.1.C.de nau lib.x.idẽ esse,si vicini ꝑꝑ timorem hostiũ fugerunt [illegible] ritoriũ nostrũ,ꝙ in [illegible] possun[illegible] [illegible]as extrahere tare nõ soluta gab[illegible] [illegible]statis [illegible] ni territorij veniun[illegible] in territorio nost[illegible] quia ꝓpter necess[illegible]

¶ In tex. ibi (volumus tamen, ꝙ si quod incrementū &c.)
26 Nota † ꝙ victualia propter inundationem, & humiditatē recipiunt incrementū. Ratio: quia propter humiditatem ingrossantur. Et hoc incrementū debet arbitrari arbitrio expertorū, vt in isto tex. Et de tali incremento non soluitur ius exituræ, nec dicitur fraudare, & consequenter nō tenetur ad pœnam: quia nō interuenit dolus, nec fraus. l. igitur. §. potest. ff. de lib. cau. & quælibet causa etiā iniusta excusat a dolo, & consequenter a pœna, vt ibi, & latè Decius cōs. 667. nō cōsonat, col. 1. 5. vol. & cōs. 605. col. j. 5. volu. & Soci. in l. iuste possidet. col. 1. ff. de acqui. poss.
27 ¶ In tex. ibi. (Et quia veremur &c.) Nota † quòd indebitè impedientes tenentur ad expensas, & interesse. facit tex. in l. 3. ff. si quis cautio. & in l. fin. in princ. ff. de eo, per quem factum est, faciunt dicta per mod. in rub. C. de sen. quæ pro eo quod interest proferun.
28 ¶ In tex. ibi (pro quolibet marinario &c.) Nota † ꝙ salarium marinarij est tarenum vnum pro quolibet die.
29 ADDITIO noua. Adde ad materiam † ꝙ Iudex qñ inquirit in causa naufragij, & in oībus causis dependentibus a naufragio, & contra surripientes bona naufragorum, inquisitio talis fit leuato velo, & summariè. l. quoties. & ibi doct. & l. de summersis. C. de naufrag. lib. xj. Rob. Maran. in suo spe. in quarta parte, nona distin. nu. 6. car. 7. & in sexta parte in verbo inquisitio, numero. 118. car. 51. secundū primam impressionem. Ioannes Antoni. de Nigris de Ciuitate Campanea. I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Forma quę debet seruari per portulanos, quando conceditur licentia extrahendi victualia a portubus.*
2 *Magistri portulani quando scribunt literas substitutis, vt permittant mercatores extrahere victualia a portubus, quomodo debent scribere.*
3 *Apodissa, quæ fit mercatoribus per portulanos, quid continere debet?*
4 *Portulani qui omittunt seruare formam eis traditam, an tanquam fures, & periuri puniantur? 8.*
5 *Mercatores & alij an possint extrahere victualia à portubus absque licentia. Et an debeant soluere ius exituræ.*
6 *Extrahentes victualia, quæ prouenerunt ex massarijs, seu fructibus terræ extrahentium, & portantes de vna terra ad aliam, an teneantur soluere gabellam, seu ius exituræ, & dohanæ? Et quid de victualibus emptis.*
7 *Gabella an solui debet de frumento, quod extrahitur causa seminandi?*

DE FORMA PER PORTVLANOS in extractione victualium seruanda iure exituræ. Et pœna portulanorum.

CAROLVS PRIMVS. CAP. III.

1 SVPER † Extractione victualium, quā aliquando mercatoribus, & alijs fidelibus nostris de gratia nostra cōcedimus. Placet, & volumus, ꝙ formā subscriptā obserues, & facias per sub[illegible]s tuos in[illegible]iliter obseruari. † Vide[illegible] [illegible]nādati nostri [illegible]rahendis scri[illegible]ous tuis, ꝙ permitterent mercatores extrahere de portub⁹ eorum custodiæ deputatis aliquā victualiū quantitatem, in literis tuis exprimas quantitatē, & qualitatem victualium, & vtrum sit frumentū, vel ordeum, vel legumina, aut merces aliæ, nomina, & cognomina mercatorū extrahentium, ad quam rationē ius exiturę recipi debebat pro quolibet cētenario eorundem, vel mandaueris
3 recipi per portulanos ipsos. ¶ † Et si ius exituræ pro parte curiæ nostrę per te receptum sit, in apodissa, quā eisdem mercatoribus feceris, exprimas quātitatem, & qualitatem victualiū extractorum, nomina, & cognomina mercatorū ipsorum, & ad quam rationem ius exituræ pro quolibet cētenario per te receptū sit cum transcripto mādati nostri, quod tibi proinde transmittetur. Et nihilominus significes portulanis portus, a quo victualia ipsa extrahi debēt, quātitatem pecuniæ, quam a mercatoribus receperis, & ad quā rationem pro quolibet centenario nominibus, & cognominibus mercatorum ipsorum in eisdem tuis literis denotatis. Si vero mandaueris ius ipsum recipi per portulanos & subofficiales tuos, mandes per easdem literas tuas eisdem portulanis, ꝙ in apodissa, quam faciunt mercatorib⁹, ponāt & scribi faciant transcriptum mandati tui cum quantitate, & qualitate victualium extractorum, ad quā rationem ius exituræ receptū fit per eosdem pro parte nostræ curię a mercatoribus ipsis expressis in eadem apodissa nominib⁹, & cognominibus mercatorum extrahentiū ad curiæ nostræ cautelā.
4 ¶ † Sciturus, ꝙ si præscriptam formam nō obseruaueris, vel feceris obseruari, te & subofficiales tuos tanquā fures, & periuros volumus curiæ nostrę teneri. Et vt præsens mandatum nostrum per te executioni debitæ demādetur, scire te volumus, ꝙ ipsū in registris nostris scribi mandauimus imperpetuū duraturū. Dat. Brundusij. xxvj. Ianuarij, secundæ indictionis.

ADDITIO.

SVPER] Materia huius capituli cōtinet illud, quod supra proximo capitulo dictū est, & istud c. fuit apud Brundusium editum, vt patet ex data, & fuit editum ante capitula præcedentia, vt patet supra. c. no stro, ibi, statuto super pmissis apud Brun-
5 dusium habito. ¶ Nota ex princ. huius. c. ꝙ † Mercatores & alij fideles & vasalli Regis non possunt extrahere victualia a portubus absq; gratia & licentia Regis, seu magistri portulani. Et quādo extrahunt cum licentia debent soluere ius exituræ, vt in isto. c. probatur, & supra. c. proximo. Sed istud limitatur non procedere, † quando fru-
6 mentū, & victualia peruenirent ex massarijs & terris ipsorum extrahentium, & portarentur de vna terra ad aliā intra Regnum; quia tunc liberè possunt extrahi per mare absq; solutione exituræ, vel dohanæ. Sed si illa victualia non peruenissent ex massarijs, vel redditibus terrarū ipsarum, sed fuissent empta, & portarentur de vna terra ad aliam, non soluitur ius exituræ: sed soluitur ius dohanę, dummodo extrahantur de portubus licitis, & statutis, & cum barcis paruis a centū salmis infra, & similiter exonerentur

onerentur in portubus licitis, & statutis, & de hoc præstet fideiussoriam cautionem, & portent responsales literas a portulanis portuum, in quibus exonerata sunt: vt probatur in c. Regis Caroli secundi, num. 105. Item statuimus, ꝙ prælati, sub Rubri. ꝙ quilibet possit per mare extrahere de vna terra ad aliã &c. ADDITIO noua. Ad prędicta vide etiã Ioan. Berta. Firma. in tra. de gab. in secunda parte octauæ partis princ. col. 5. in quintadecima quę-
7 stione, vbi dicit. † Quòd de grano, qđ quis extrahit causa seminandi, non debet solui gabella, allegat Saly. in l. vniuersi. C. de vecti. & commi. ¶ In tex. ibi (sciturus &c.) Idem tenet Andr. de Iser. in reperto. consti. in verbo por-
8 tulani omittentes, vbi dicit. † Quòd portulani, qui omittunt seruare formam eis traditam, tanquàm fures, & periuri puniuntur. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. Doctor.

DE BOBVS ARATORIIS NON pignorandis, nec capiendis.

SVMMARIVM.

1 *Boues aratorij, & instrumenta aratoria ad agriculturam pertinentia, an possint capi pro exequutione, & pro debito fiscali. nume. 9. 12. 16.*
2 *Capiens boues aratorios tenetur illos restituere, & parti damnum resarcire, & arbitrariè punitur. 28.*
3 *Officialis negligens in seruari faciendo, ne executio fiat in bobus aratorijs, & instrumentis ad agriculturã, qualiter puniatur? 9.*
4 *Debita omnia an censeant priuata, exceptis fiscalib⁹. 7.*
5 *Pactum vt liceat creditori capere boues aratorios, an valeat? 9. 12.*
6 *Pacto an possit fieri, quod nõ potest fieri per legem. 12.*
Potentia legis est maior potentia hominis. ibidem.
9 *Animalia vaccina an possint capi pro executione. 12.*
10 *Rationes plures, quare boues aratorij, & instrumenta ad agriculturam pertinentia capi non possint.*
11 *Boues aratorij coloni an sint tacitè hipotecati pro pensione fundi.*
Boues aratorij an cedant fundo empto? Et an dicantur instrumentum fundi? ibidem.
Boues aratorij an connumerentur inter immobilia, sicut fundus, & ascriptitius, ibidem.
Boues an computentur in expensa facta circa agriculturam? ibidem.
Vestes necessariè an possint capi pro executione. ibidẽ.
12 *Boues aratorij in quibus casibus capi possunt pro executione. 9.*
13 *Boues indomiti an possint capi pro executione? 12.*
14 *Boues an possint capi, si fuerint inuenti damnum dare, & ad quem duci debeant?*
Boues sine campanis possunt sumere pascua in defensis, dummodo custodes arma, neq; canes habeant. ibidẽ.
15 *Agriculturæ laudes multæ sunt.*
16 *Priuilegia, & specialia fauore agriculturæ multa sunt. 22.*
Agricultores, & rustici, dum sunt in agricultura, an possint capi, nume. 16.
Agricolę tempore, quo exercent agriculturã, an habeãt immunitatẽ a muneribus extraordinarijs? ibidem.
17 *Colonis imperatoris an possit imponi onus descriptionis, vel possint imponi extraordinariæ functiones?*
Locans operas suas pro vno anno, si in ciuitate sua munera personalia indicantur, an excusetur? ibidem.
18 *Feriæ an sint tempore messium?*
19 *Rustici pro causa ciuili an sint trahẽdi extra ciuitatẽ?*
Conueniri quis an possit extra propriũ domiciliũ? ibid.
Neapolitani habent priuilegium: quia trahunt alios ad tribunalia Neapolitana, & ipsi ab alijs nõ trahuntur extra tribunalia Neapolitana. ibidem.
20 *Vendere an quis possit prædium, & eius retinere agricolas.*
21 *Feriatis diebus in honorem Dei quando necessitas iminet, an opera ruralia exerceri possint?*
Feriatis diebus quæ fieri possint, & quæ non, ibidem.
Panem coquere, cibos præparare, scribere, legere, & studere, an liceat tempore feriarũ in honorem Dei? ibidem, & nume. 22.
22 *Famulus, qui per annum locauit operas suas, an teneatur etiam diebus festiuis deseruire domino?*
Famulus, qui locauit operas suas per annũ, an debeat iubente domino alijs operas præstare? ibidem.
Agricolæ in multis sunt deterioris conditionis, quàm alij, ibidem remissiuè.
23 *Agricolæ an sint vtiles reipublicæ?*
Agricultor an differat ab operatore terræ?
Agricultoris appellatione an contineatur hortulanus, ibidem.
Periculũ maius an versetur in fructibus arridis, quàm liquidis, ibidem.
Agricolæ quibus temporibus excusentur à muneribus extraordinarijs. ibidem.
24 *Gabella an solui debeat de rebus necessarijs ad agriculturam?*
Gabella an debeat solui de grano, quod quis extrahit causa seminandi? ibidem.
25 *Boues aratorij an teneantur ad tributum? ibidem.*
Executio in quibus bonis fieri non potest?
Animalia deputatata ad centimulũ an possit capi? ibi.
26 *Interesse an primò taxet per iudicem, et postea iuretur?*
Periurijs via aperiri non debet, ibidem.
27 *Expensæ an primò taxentur, & postea iuretur? ibidem.*
Iuramentum in litem, an primò deferatur, & postea modificetur? ibidem.
29 *Damnum passum fuisse, an primò constare debeat.*
30 *Taxatio iudicis an præcedere debeat iuramentũ, quod defertur damnum passo.*
31 *Citari an debeat pars ad videndũ taxationem damni.*
32 *Iudex an possit reuocare taxationem damni.*
33 *Actio an oriatur ex iuramento super damno dato.*
34 *Statutum, vt credatur iuramento damnum passi, an credatur infami.*
35 *Statutum, vt credatur iuramento damnum passi, an possit probari contrarium.*
36 *Statutum vt credatur iuramento damnum passi.*
An credatur, si aliàs fuit periurus.
37 *Statutum, vt stetur iuramento damnum passi [illegible] rans debe[illegible] esse omni e[illegible]one maior?*
38 *Statutum, vt stet[illegible] ex causa pos[illegible] re a iuram[illegible]to*

39 *Statutum, vt ſtetur iuramento damnum paſsi, ſi iurat vltra debitũ, an reducatur ad arbitrium boni viri.*
40 *Statutum, vt ſtetur iuramento damnum paſsi, an habeat locum in furto.*
Negligentia Officialis an puniatur?

CAROLVS PRIMVS. CAP. IIII.

PRIDEM contra inſolentiam deſtituentium auctoritate propria poſſeſsiones edictũ infraſcripti tenoris duximus ꝓmulgandũ. Verùm quia vrgens nos cura ſollicitat, vt circa ſubditos noſtros non ſolũ quæ ſunt pacis, & iuſtitiæ cogitemus: ſed etiam amoueamus incõmoda, quibus copia rerum prouenientium ex agricultura præcipuè impeditur, eidẽ priori edicto partem non modicæ commoditatis addentes.

1 ¶ † Statuimus, & in toto regno noſtro, tam videlicet terris demanij, q̃ quibuſlibet alijs diſtrictius prohibemus, ne pro debito, vel alia cauſa quacunq;, quæ inter priuatas perſonas agãtur, aratorij boues, aut aratrũ, ſeu quicquid de inſtrumentis, vel rebus ad aratrum pertinẽtibus, etiam ſi nulla alia bona debitoris exiſtant. Pro debitis quoq; curię noſtrę, dummodo inueniatur ſufficiens debitor in rebus alijs, vnde ipſi cu
2 riæ ſatisfiat, aliquatenus capiantur. ¶ † Quicunq; autem huiuſmodi ſtatuti violator extiterit, præter id, ꝙ teneatur reſtituere rem ablatã, & reſtaurare totum damnum, quod rei dñi toto tempore detentionis incurrerint, ſub quacunq; præmiſſa taxatione iudiciaria, ipſius domini rei ſtabitur ſacramento. Alia inſuper eum pœna, tanquàm pro re violenter ablata, volumus ſecundùm iura puniri: minuenda tñ iuxta
3 noſtrũ arbitrium, vel augenda. ¶ † Iuſtitiarius, vel officialis alius, qui requiſitus (quantũ pertinebit ad ipſum) in exequẽdo, vel faciendo ſeruari ſtatutum huiuſmodi negligẽs, vel remiſſus extiterit, ipſis eiſdem pœnis, quibus & illator violentiæ ſubiacebit: vt & ad eas de ſuo ꝓprio
4 teneatur. ¶ † Declaramus tamẽ (perſona & debitis noſtris exceptis) alia omnia eſſe priuata, tam debita quàm perſonas. ¶ Et vt pręſens ſtatutum ad omnium & ſingulorũ notitiam deducatur, vniuerſis iuſtitiarijs, & officialibus alijs diſtrictè præcipimus: vt ſtatuto ipſo ſub ſigillo noſtro recepto, illud per decretas eis ꝓuincias nulla mora protracta publicare debeãt. & in fine ſui officij eorum ſucceſſoribus aſsignare, qui ſimiliter in principio ſui regiminis illud publicent, & firmiter obſeruare procurent, ſpem de impunitate nullam decętero habituri, ſi pęnam [illegible]m nondum tulerint, pro commiſsis per [illegible]enus neglig[illegible] in noſtris cõſtitutio[illegible]ſsioni [illegible] [illegible]dis. ¶ Et cũ tam [illegible] per [illegible]os edita veli[illegible] [illegible]ropo nentes etiã prædictas officialium negligentias non tranſire aliquatenus impunitas: ſed inquiſitione de his diligenter præmiſſa, ſic in eis pro præteritis animaduerſuri grauiter, ꝙ pœnę acerbitas diligentiam excitet affuturam. Datum Auerſæ anno Domini. 1262. anno octauo.

PRIDEM, ibi (aratorij boues &c.) hæc bona, de quibus hic loquitur, etiam de iure communi non poſſunt capi. l. executores. C. quæ res pig. obl. po. Sed attende: quia hoc c. inducit quoddã nouum, nam etiã ſi debitor nihil aliud habeat, prædicta nõ poſſunt capi, quod tñ videbatur ſecus de iure cõi, vt ſentit glo. in d. l. executores. ¶ Nota ex tex. ibi (quibus copia rerum) ꝙ forte dici po-
5 teſt † ꝙ pactum, quod fit quaſi cõmuniter per debitores, vt ſi ad certũ tempus pecunia nõ ſoluatur, poſſit creditor propria auctoritate capere boues aratorios, non tenet, cũ tangat fauorem publicũ, ne hoc fiat, vt hæc litera innuit, ergo non poteſt pacto fieri. l. 2. §. ſed quia. C. de iur. cal. Item hoc pactũ eſſet contra legem iſtorũ capitulorum & contra rõnem. d. l. executores, & aut. ibi poſitæ, nam quod non poteſt fieri per legem, nõ poteſt fieri per pactum, cũ
6 † maior ſit potentia legis, q̃ hominis, vt no. Carol. in longo. in titulo, de debitis & guadimo. & quæ liceat pig. vel non l. ſi quis fideiuſſorem, in glo. triginta dies, qui a tempore, ſed hodie tale pactũ valet, & poſſunt boues, & aratra capi iuxta cõuentionem expreſſam inde habitã, ſi debitor alia bona nõ habeat. Similiter poſſunt capi per executorem pro executione, ſi fuerit debitor cõdemnatus, vt infra in c. conſtitutioni, quod eſt Regis Caroli ſecundi, Regni eius anno duodecimo, ſub ea rub. Iſtud vero c. eſt Regis Caroli primi. Regni eius anno octauo. ¶ In tex. ibi
7 (declaramus.) Nota † quòd omne debitum cenſetur & iudicatur eſſe priuatum, excepto fiſcali debito, vt hic. ¶ In fine tex. ibi (ſed inquiſitione.) Nota caſum, in quo inquiritur contra Officialem de negligentia, ſi contenta in hoc ca. non obſeruauerit. Sebaſt. de Neapoli.

ADDITIO.

8 PRIDEM, † boues aratorij, & inſtrumenta aratoria non poſſunt capi pro debitis, etiam ſi debitor non ſit aliàs ſol endo, niſi pro debito fiſcali, quando nõ haberet alia bona, vnde ipſi curiæ ſatisfiat, & qui contrafecerit, rem ablatam reſtituere tenetur, et parti damnũ reſarcire, et arbitrariè punitur. Officialis aũt requiſitus, qui negligẽs fuerit in exequẽdo, vel ſeruari faciendo, eiſdẽ pęnis ſubiacebit, & de ſuo ꝓprio tenetur. Et omnes perſonæ, & debita cenſentur priuata, Regis perſona, & fiſcalibus debitis duntaxat exce-
9 ptis, hoc dicit. ¶ † Nota, ꝙ boues aratorij, & alia inſtrumẽta neceſſaria ad agriculturam, vt ſunt ligones, aratra, & alia ad operã ruſticalem pertinentia nõ poſſunt capi pro executione; vt hic, & l. executores. & aut. agricultores ibi poſita. C. quæ res pig. obl. po. & in titulo de ſtatu. & conſue. contra lib. eccle. §. agricultores. col. 10. in vſi. feu. & Berta. Firma. in tra. de gab. in ſecũda parte octauę partis princip. col. 5. in decimaquinta quæſtione. Et idẽ etiã ſtatuitur de iure longobardo, vt in titulo de debi. & guadi. l. ſiquis caballos, bene facit tex. in c. fi. extra de treg. & pa. & tenent Bar. Bal. Saly. & alij in d. l. executores, & authentica agricultores, & Andr. de Iſer. in d. §. agricultores, cum ſequen. & idem Andr. & Matth. de Afli. in conſti. regni, ab officialib. in fin. & in conſtit. quiſquis. col. 2. verſus fin. & Andr. in reperto. cõſti. regni in verbo boues. & Sebaſt. de Neap. in conſue. Neap. quæ incipit, pro penſione. in Rub. in quibꝰ caſibus lice. aucto. prop. pig. in gl. in verbo pignorare, in fin. & ſpe. in titu. de primo & ſecundo decre. §. reſtat videre. col. j. verſi. & ſcias. & D. m. Rob. Maran. in ſuo tra. intitulato ſpeculũ aduocato. in penultima

tima carta,in 3.q.princ.in ſecũda limitatione. Et quia di-
ſpoſitio dictorum iurium de facto malè ſeruabatur, vt di
cunt Bal.& Saly.in d.l.executores.& Ant.de Fano in trac.
de pig.& hypo. in tertio membro, ſecundæ partis, nu.49.
verſic.4. limitatur, propterea Rex Carolus primus reno-
uauit per hoc c.& idem ſtatuit & addidit hoc procedere,
etiam ſi alia bona non habeat. Et ſic iſtud.c.habuit origi-
nem a dictis iuribus,& ſimiliter quædã conſtitutio regni,
quæ non reperitur impreſſa, de qua faciunt mentionem
Andr.& Matth.de Afflic.in d.conſti. ab officialibus.in fi.
& in d.§.agricultores. cum ſequen. & poſtea per c.Regis
Caroli ſecundi, quod incipit conſtitutioni, numero.156.
fuit in parte correctum : & limitatum : vt infra dicetur.
ADDITIO noua. Et aduerte, ꝙ nouiſsimè eſt facta
regia nouella pra.per Regem Philippum de Auſtria tem-
pore Reuerẽdiſsimi Bartholomei dela Cuouas Cardina-
lis Sanctæ Crucis, generalis Locumtenentis in regno ſub
die 18.Aprilis ſecundæ Ind. 1559. per quam pragmaticã
eſt confirmatũ iſtud capitulum, & mandat inuiolabiliter
obſeruari ſublato quouis abuſu. & ſtatuit, vt inde in an-
tea nullo modo exequatur in bobus aratorijs, nec in alijs
animalibus bouinis,& vaccinis vtriuſq; ſexus,nec in ma-
gnis,nec in paruis, etiã vitulis,pro quacunq; cauſa etiam
vrgentiſsima,nec contra vniuerſitates,nec cõtra particu-
lares,etiam pro debito fiſcali ordinario,vel extraordina-
rio, nec pro donatiuis,releuijs, vel alijs impoſitionibus,
tam ad inſtantiam regiæ curiæ, q̃ aliarum priuatarũ per-
ſonarum: etiam ſi dicta animalia eſſent expreſſe obliga-
ta eorum creditoribus, & cõtrafacientibus fuit impoſita
pœna regiæ indignationis & ducatorũ duorum mille, &
in bobus aratorijs fuit ſtatutum fauore agriculturæ, vt ſit
abundãtia victualium. Et de alijs animalibus vaccinis vt
ſit abundantia carniũ comeſtibiliũ, vt latius in dic. prag-
matica. Et per dictã pragmaticam eſt correcta vna limi-
tatio inducta per iſtud ca. in quo permittebatur exequi in
bobus aratorijs pro debito fiſcali, & per d.prag. hoc eſt
correctum. Similiter per aliud c.conſtitutioni, infra erat
inductum, ꝙ quando boues erant ſpecialiter obligati,po
terat exequi,& per dictam pragmaticam eſt hodie corre-
10 ctum, vt dictum eſt. ¶ † Et rationes plures aſsignari poſ-
ſunt, ne cultura agrorum adimatur.l.quemad.C.de agri.
& cenſi. lib.xj. neve cultura turbetur.ff. de tig. iniuncto.
l.1. Et ideo agricultores ab agricultura trahendi nõ ſunt,
ne circa res alias occupati agriculturam deſerant. l.1.C.
de aqueduct.lib.xj.vnde Hiero.ſuper Zacha. olim ꝓpter
agricolas, ne haberent neceſſe vrbes intrare, iudices ſta-
bant in portis. Et propterea agricolis ſolùm circa opera-
tionem terræ debet eſſe concupiſcentia,vt in authen.qui.
mo.natu.effi.legi.§.ſed neq; agricolam, & iſta reſpiciunt
publicam vtilitatem l. qui agros. C. de omni agro deſer.
libro vndecimo,ne ſterilitas fructuũ inducatur, arg.l.j.§.
de opere.ff.de aqua plu.arcen.ita dicit Bart.in d.l.execu-
tores.C.quæ res pig.obli.po.& in l.quemadmo. col.2. in
princ.C.de agri.& cenſi.lib.xj.item etiam ne tributorum
illatio retardetur: quia ſi prædicta caperẽtur, deſereretur
agricultura,& nõ poſſent ſolui tributa.d.l.executores. &
ibi glo. & etiã ne deſtituatur annonæ præbitio.ff. de nun-
di.l.2. & in auth. de quæſto.§ ſi verò forſan,el primo, &
docto. vbi ſupra. ADDITIO noua. Et Berta. Firma.
in trac.de gab.in ſecunda parte octauæ parti. prin. col.5.
in quintadecima quæſtione,vbi dicit,ꝙ inſtrumenta ara-
toria, & boues nõ veniunt in hypoteca pro penſione.d.l.
ſi non inducta,& ſpe. in tit.de primo & ſecundo decreto.
§.3.verſi.& ſcias. Immo plus dicit ibi,ꝙ etiam de grano,
quod quis extrahit cauſa ſeminandi, non debet ſolui ga-
bella,allegat Saly. in l.vniuerſi.C. de vectig. & commi.
11 ¶ Ampliantur prædicta;quia etiã † boues aratorij coloni
non ſunt tacitè hypotecati domino fundi pro penſione;
quia nõ fuerunt inducti, vt ibi perpetuo permanerent; ſi-
cut nec alia inſtrumẽta fundi.l.ſi non inducta,& ibi Bart.
& Bald.C.in quib.cau.pig.ta.contra.ſpe. in titu.de primo
& ſecundo decreto.§. reſtat videre, verſiculo & ſcias, &
Firma. in reperto. in verbo boues aratorij,pro hoc; quia
boues aratorij non cedunt fundo empto, niſi expreſſè ſit
actũ, ſm Bal.in l.2.C.de v erb. ſig. Et ſimiliter boues ara-
torij dicuntur inſtrumentũ fundi,ſed nõ cõputantur inter
immobilia,ſicut fundus & aſcriptitius,vt dicit Bal. in l.1.
in 3.opp.C.de ſer. fug.nec boues cõputãtur in expenſa fa
cta circa agriculturã.Bal.in l.1.in fi.C.de fru. & lit.expẽ.
ADDITIO noua. Amplia etiam: quia non ſolùm bo-
ues aratorij, & alia inſtrumenta ad agriculturã pertinen-
tia capi non poſſunt: ſed etiam veſtes neceſſariæ minimè
capi poſſunt: ſecus de veſtibus,quæ ſunt ad ornatum: vt
tenet Lucas de Pen.in rubr. de milita. veſte.
12 ¶ Et ex prædictis habemus regulam, ꝙ † boues aratorij,
& alia inſtrumenta neceſſaria ad agriculturam non poſ-
ſunt capi pro executione, vt in ſupra allegatis iuribus.
¶ Fallit primò in debito fiſcali,qñ aliunde non poteſt ſa-
tisfieri,vt in hoc tex.& tenet hic Bar. de Capua in addi.&
Sebaſt.hic, pro hoc facit: quia pro tributo res tributariæ
& etiam aliæ ſunt tacitè obligatæ,vt.C.in quib.ca.pig.ta.
contrah.l.1. Et per ceſſationem tributorũ res, de quibus
tributa debẽtur,diſtrahi poſſunt.C. ſi propter pub. penſi.
l.2.& tenet Carolus in longob. in titu. de debi.& guadi-
mo.l.nulli liceat, in glo.1. Sed hodie iſta prima fallentia
non habet locum: quia per regiam nouellam prag. Regis
Philippi eſt ſtatutum: vt etiam pro debito fiſcali nõ poſ-
ſit fieri exequutio. Fallit.2. in debitore condemnato, qui
non habet alia bona; quia tunc in ſubſidium per decretũ
Iudicis poteſt fieri exequutio in bobus aratorijs, & alijs
inſtrumentis neceſſarijs agriculturæ,vt infra. c.156.inci-
piente,conſtitutioni boues aratorios, ſub ea.rubr.noſtra,
& tenent Barto.de Capua & Sebaſt.hic in fin.& Spe.in d.
titulo de primo & ſecundo decreto.§.reſtat videre,col.1.
verſiculo & ſcias. Et per illud c.corrigitur & modifica-
tur in hoc iſtud c.vt tenent Andr.de Iſer.& Matth.de Af-
flic.in d.conſtit.ab officialibus. in fin. & Andr. de Iſer. in
d.reper.cõſti. in verbo boues. ADDITIO no.& Ro-
ber. Maranta in ſuo Spe. in tertio & vltimo actu in tertia
quæſtione,col.2.verſi.limita.ſecundò.nu.84.& eſt in pen.
car.d.trac. ſm primam impreſsionem. & pro iſta fallen-
tia eſt gl.in d.l.exequutores,& gl.in l.ſtipendia.C.de exe-
cu.rei iud. Facit etiam;quia inalienabilia veniunt in exe-
quutione rei iudicatæ,ſi condemnatus aliud nõ habet: vt
per Andr.de Iſer.in d.§.agricultores.cum ſequen. coll.x.
in vſi.feud. Immo ſi aliud nõ haberet,poſſet debitor per-
ſonaliter capi,niſi bonis cederet, ſm Andr.in d.conſti.ab
officialibus, licet contrarium tenuerit Anto. de Fano in
trac. de pign. & hypo. in tertio membro ſecundæ partis,
nume.49.verſiculo quartò limitatur, vbi tenet,ꝙ etiam ſi
aliud non haberet in bonis, non poſſet exequutio fieri in
bobus aratorijs, & inſtrumentis ad agriculturam, & hoc
etiam tenet Pet.Cy. & Saly. in d.l.exequutores. & hoc vt
cõſeruetur vtilitas reipublicæ, vt ibi per eos,ſed in regno
hoc eſt ſopitum,per d.conſtit. ADDITIO noua. Iſta
ſecunda fallentia non eſt tacta,nec de ea facta mentio in
dicta nouella pragmatica.& ſic quando non habet debi-
tor alia bona, remanet in diſpoſitione iuris. Fallit tertiò,
niſi expreſsè eſſet factum pactũ, vt poſsit fieri exequutio
in bobus aratorijs, & inſtrumentis ad agriculturam per-
tinentibus, vel niſi debitor ſponte offerret dicta bona,per
tex.in d.c.conſtitutioni.& tenent Barto. de Capua & Se-
baſtia.hic. & Andr. de Iſer.in d.§.agricultores. cum ſeq.
& Matth. de Afflic. in d.conſtitu. ab officialibus, in fine.
ADDITIO noua,& Rober.Maranta vbi ſupra,vbi di-
cit,ꝙ ex hoc inoleuit cõmunis practica notariorum,
in inſtrumẽtis in ſpecie obligari faciunt boues arat
& omnia inſtrumenta perti[illegible] agriculturam
in Regno clarè p[illegible] [illegible]
cõmuni contrari[illegible]
exequutores. per [illegible]
& in authen.vt n[illegible]

tenuit Anto.de Fano in d.trac.de pig. in d.tertio mēbro, secundæ par.num.49.versic.4.limitatur,& hoc vt conseruetur vtilitas reipublicæ: vt ibi per eos. & cum versetur publica vtilitas pactis priuatorum ius publicū mutari nō potest.l.ius publicum.ff. de pact. & quod non potest fieri per legem,nec etiam fieri potest per pactum, vt dicit Seb. hic cum concordantijs,quas posui in extrauag. Clementis vij.contra clericos non incedentes in habitu, & tonsura,in glo.in verbo priuilegio,nume.70.in rubr. de vita & hone.cleri. Item, ex quo respicit publicā vtilitatem,partes renuntiare nō possunt, per ea quæ dicit Alex. in l.alia. §.eleganter.ff.solu.matri.faciunt, quæ in simili habentur in c.si diligenti,extra, de foro cōpet.vbi probatur, ꝙ clericus etiam volens non potest renuntiare priuilegio;quia respicit totum ordinem. pro hoc etiam facit, ꝙ quando venditio prohibetur ꝑpter publicam vtilitatem, sicut nō potest fieri venditio priuata pactione, ita nec etiā auctoritate iudicis, secus quādo esset propter priuatam utilitatem,ut dicit Bart.in l.si quis.C.de agric.& censi.libro.xj. ADDITIO noua. Aduerte tamen, ꝙ hodie ista tertia fallentia non habet locū: quia per regiam pragmaticam Regis Philipphi statuitur, ut non posit fieri exequutio in bobus aratorijs & alijs animalibus uaccinis, etiā si dicta animalia essent specialiter obligata,& sic est correctū in hoc c.constitutioni.infra,& est approbata opi.Pet.Cy.& Bar. & sequacium, de qua supra dixi. Et similiter quarta & quinta fallētia,quæ sequuntur, sunt correctæ: quia etiā iuuenci indomiti non possunt capi pro quacunque causa etiam urgentissima, ut in dicta prag. dicitur. intellige tamen,quando caperetur pro exequutione,vt loquitur dic. prag.secus si inueniret boues damnum dantes,& caperet ad sciendum dominum animalium,ut dicit Bal.in l.2.C. de ser.fug.& Matth.de Afflic.in consti.peruenit,col.2.in quarto nota. debet tamen illa animalia assignare baiulo: ut ibi per Matth. & est constitu. quæ incipit, animalia. ¶ Quid autem si interuenisset iuramentū,uide Bar.in d.l. si quis, & quæ dicit Alex.in d.l.alia.§. eleganter.ff.solut. matr. & quæ habentur per doct.in d.c.si diligenti, cum concor.in dictis locis. ADDITIO noua. Et breuiter conclude, ꝙ licet uersetur publica utilitas, ne exequatur in bobus aratorijs: tamen nō est principaliter sed secundariò publica utilitas. & ideo iurans obligatur ex iuramento; quia non est cōtra bonos mores naturales,sed iudex, qui non iurauit, nō debet exequi in bobus aratorijs, cum sit prohibitum per istud c.& regiam prag.& alia iura.& poterit etiam debitor petere absolutionē a iuramento,ut colliguntur hæc oīa ex dictis per Abb. in c.cū contingat. col.2. & 3.extra de iureiur. & sic licet debitor iu-
13 rasset, iudex tñ exequi non debet. Fallit.4. † Nisi boues essent indomiti,& non ararēt, ut sunt iuuenci; quia in eis posset fieri exequutio: quia ex quo istud c.& d.l. exequutores,& alia iura supra allegata loquuntur de bobus aratorijs, & domitis, ergo a contrario licitum est pignorare & capere boues non aratorios,& indomitos: quia omnia pignora sunt licita, quæ nō reperiuntur prohibita, ita tenet Caro.glo.in Longob.in titulo de debi.& guadim.l.si
14 quis caballos,in pri.glo. ¶ Fallit quintò; nam licet † boues non posint capi pro exequutione sentētiæ,& pro debito,ut dictū est: tamen si fuerint inuenti damnum dare, possunt capi, ut tenent Carol. in long. in titulo de eo qui peculium in dan.inuene.l.si quis currū,in glo.1. & idem Caro.in d.l.si quis caballos.in glo.in uerbo nouū,de quo tñ uide Matth.de Afflic.in consti.regni peruenit,ubi etiā, [illegible] animalia capta debeāt duci ad baiulum, & an retinēs [illegible]niatur, & multa uide ibi per eum. Aduerte tamen, [illegible] essent boues sine campanis, qui sumerent pascua [illegible]is, non posse[illegible] dummodo custodes nō ha- [illegible] neque [illegible] incipiente,item [illegible] [illegible]panis &c. [illegible] agriculturæ,ut [illegible] censi. lib.xj.

16 † Considerantes itaq; antiqui iuris prudentes laudes, & utilitates agriculturæ multa specialia cōcesserunt fauore agriculturæ. ¶ Primum speciale priuilegium est:quia boues aratorij, aut aratrum, & alia instrumenta ad agriculturam non possunt capi pro exequutione, ut hic & supra dictum est. Nec etiā in eis potest fieri immissio ex primo, uel secundo decreto ratione contumaciæ,ut per Spec. in dic. titulo de primo & secundo decreto.§. restat uidere. col.1.uersiculo & scias. ¶ Secundū speciale est, ꝙ agricultores, & rustici, & personæ, quæ sunt in agricultura, siue sint liberi,siue serui, donec laborant agrum, nō possunt capi pro debito,& cōtrafaciens punitur d.l.exequutores,& auth.agricultores.C.quæ res pign. obl.po.& ibi Bald.& in titulo de sta.& consue. contra lib.eccl.§.agricultores, & ibi Andr.de Iser.Et hoc est notabile pro rusticis,qui dum degunt in uillis, siue agris, quos colunt, non possunt capi personaliter,& duci ad Ciuitatem,ſm Bald. ubi supra. Quod intellige, dum insistūt culturæ,ut ibi per eum. licet hoc malè seruetur ſm Bald. ibi, & Matth. de Affl.in d.cōsti.quisquis.col.2.in fi.uersic.Item ꝑ debito. ¶ Tertium speciale est; quia agricolę tempore, quo exercent agriculturam, habēt immunitatem a muneribus extraordinarijs.l.1.& ibi Bart.Lucas de Penna & alij.C.de agri.& censi.lib.xj.Et ibi ponit Bart.quę munera sint or-
17 dinaria, & quæ extraordinaria. † An autē colonis Imperatoris posit imponi onus descriptionis, vel posint imponi extraordinariæ functiones, vide in.l.dominicos.C. de agri.& mancipijs,libro vndecimo, vbi probatur quòd non, & in dicto titulo multa inuenies ad materiam. ¶ Quid autē si aliquis locauit operas suas pro vno anno continuo ad agriculturā, & ad alia seruitia,& iurauit seruire, si durāte tempore in ciuitate sua munera personalia indicuntur,an excusetur,an verò seruire teneatur pro toto anno. Vide latè Lucā de Pen.in l.nullus col.1. cum sesequen.C.de agri.& mancipijs, libro vndecimo. ADDITIO noua. Vbi concludit, ꝙ ille, qui locauit operas suas,regulariter tenet præstare operas,& hoc maximè si ipse ꝓcurasset, vt reuocaretur ab illis operis, vel quando posset soluere interesse vniuersitati, vel si interuenisset licentia saltim tacita vniuersitatis. Sed si primò iurasset præstare vniuersitati operas,tunc primū iuramentū deberet seruari.si verò nullum de prędictis casibus interuenit, posset ciuitas, seu vniuersitas ad necessaria onera reuocare,nō obstante ꝙ esset alteri obligatus,vt latius ibi
18 per eum videre poteris. ¶ Quartū † speciale est;quia tempore messium occupati circa rem rusticam,& messes nō possunt inuiti trahi ad iudiciū: cum sint ferię indictæ fauore hominū, vt patet in l.1.ff. de ferijs, & in l.omnes.C. eo. Hoc tamen in multis casibus non habet locum,vt ibi. & in l.publicas.C.de ferijs. Ad prædicta facit ratio; quia fructus tempore messium,& vindemiarū, quasi tolluntur a manibus,facit.ff.de nundi.in greco,quod est ibi. Ad humanitatē quippe Dei pertinet rusticorū simplicitati consulere.C.de test.mili.l.si. post prin. Si enim ad alia occupatur cultor agrorum,possessiones depereunt,& ad tributa soluenda idonei nō existunt: vt dicit Gregorius in Regi.libro sexto.c.8.& Lucas de Pen.in d.l.1.C. de agric. & censi.lib.xj. Et ad prædicta vide Innoc. & Ioan.Andr. in c.fi.extra de ferijs,colum. pen. vbi plus dicunt, ꝙ dantur istæ feriæ, licet in terris suis non colligant granum: quia oportet,vt eis prouideant de grano,& vino,vt ibi per eos: sed in multis locis istæ ferię non seruantur. ¶ Quintū spe-
19 ciale est; † quia rustici pro causa ciuili extra Ciuitatē nō sunt trahendi,cum solùm corā defensore Ciuitatis,si hoc elegerint,valeant cōueniri.C.de defen. ciui.l.3. & Lucas de Pen.in d.l.1.C.de agri. & censi. lib.xj. Et ꝙ non posit conueniri pro primis causis extra locum proprij domicilij,hodie est generale; quia extat regia prag.Regis Ferdinandi, quæ incipit, Ferdinandus &c. Illustrissimo huius Regni,per quā statuitur,vt pro primis causis nullus posit extra districtum proprij incolatus extrahi,& cōueniri,&

citatus

citatus non teneatur comparere: vt ibi latius. Hoc tamen intellige, nisi coueniretur a pupillo, vel vidua, vel alia miserabili persona, quæ haberet fori electionem, ut. C. quādo Imp. inter pup. & vid. l. 1. & perhorrefceret potentiam aduersarij; quia tunc allegando perhorrefcentiā cum iuramento haberet electionē fori, vt in consti. regni statuimus. la. 2. & ibi latè Andr. de Iser. & Matth. de Affli. Et similiter Neapolitani habēt priuilegiū; quia trahunt alios ad tribunalia Neapolitana, & ipsi in alijs tribunalibus extra Neapolim trahi non possunt, & exteri, qui habitant in Ciuitate Neapolis, si ibi habent domū, & vxorem Neapolitanam, & ibi habēt incolatum, gaudent eodem priuilegio: vt est regia prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit, Ferdinandus &c. pateat vniuersis &c. ¶ Sextum speciale est:
20 † quia fauore agriculturæ quis non potest vendere prædium, & eius retinere agricolas. l. si quis, & ibi Bart. C. de agri. & censi. lib. xj. Et similiter vendens partem fundi, in quo sunt originarij, serui, vel censiti, videntur venditi illi, qui in ea parte steterunt, aliàs emptio facta non valet, & emptor pretium amittit, & venditor vendicationē habet l. quemadmodū, & ibi melius per Bar. C. de agri. & censi.
21 lib. xj. ¶ † Septimū speciale est: quia agricola opera ruralia potest exercere etiam die feriato in honorē Dei, & agriculturæ vacare, quando necessitas imminet. l. 3. quæ incipit, omnes, la prima, & ibi Bald. C. de fer. qm frequenter euenit, vt non alio die aptius fieri possit, & occasione momenti, idest diei feriati, cōmoditas cęlesti prouisione concessa perire non debet: vt ibi dicit tex. glo. & doct. & Lucas de Pen. in d. l. 1. C. de agri. & censi. col. 1. lib. xj. Et vbi mora est periculum allatura, ibi non sunt feriæ, vt dicit Bal. in d. l. 3. Et ideo saluator noster Iesus Christus curabat Sabbato, & reprehendebat non extrahentē asinum de puteo, in quo ceciderat: vt dicitur in Euangelio, vt habetur Luc. c. 14. & refert Sali. in d. l. 3. sicut etiā eo tempore licitum est coquere cibos, & præparare panem, scribere, legere, studere, prædicare, & omnia spiritualia facere, sm Archi. extra de conse. distinc. 3. c. ieiunia, vbi vide, de quo tamen, an diebus feriatis in honorem Dei liceat doctorib⁹, siue scholarib⁹ studere, aut legere, vide. S. Tho. 2. secundæ. q. 122. articulo quarto, & quæst. 41. arti. fin. latè per Anto. Corf. in reper. Abb. in verbo feriæ, col. 1. versiculo, si diebus, vbi plenissimè. Et generaliter a quibus sit abstinendum diebus festiuis, & quæ fieri, & exerceri possint, vide latè sum. Ang. in verbo feriæ. col. 4. num. 9. cum alijs col. sequen. vbi ponit vigintiquatuor casus, in quibus non obstantibus ferijs possunt aliqua exerceri, vt ibi per eum. bonum tñ esset in recompensam facere aliquā eleemosinam, vt probatur in c. licet. in fin. & ibi Abb. in vlti. nota. extra, de ferijs. Et ex prædictis Lucas de Pen. in d. l. 1.
22 col. 1. C. de agri. & censi. lib. xj. ponit quæstionem † de famulo, qui per annum locauit operas suas, an teneatur singulis diebus, etiam festiuis, deseruire domino, dummodo ꝙ habeat spacium necessarium pro cultura, & refectione corporis. Vide ibi per eum, vbi etiam ponit. An doctores licitè diebus feriatis possint docere, scribere, & studere, & tenet ꝙ sic, non tamē tenetur laborare in festis insignibus, vt ibi per eum. vide ibi. vbi etiam disputat. Nunquid patronus possit iubere famulo, qui sibi locauerat operas suas, vt alij præstet operas, & concludit ꝙ sic, dummodo non odioso, vel aliàs oneroso, dum tñ illas præstet in loco, vbi patronus habet domicilium. Et multa alia priuilegia, quæ habent rustici exercentes agriculturam, vide per Ioan. de Platea in d. l. 1. C. de agri. & cēsi. lib. xj. & Matth. de Afflic. in d. consti. quisquis. col. 2. in fin. cum sequenti. Et econtra, in multis agricolæ sunt deterioris conditionis
23 q̄ cęteri: vt ibi per eos. † Iusta ergo ratione oportuno fauore sunt agricolæ cōfouendi, & etiā a publicis oneribus eximendi; quia sunt perutiles reipublicæ, vt latè per Lucam de Pen. in d. l. 1. colum. fin. C. de agri. & censi. lib. xj. ADDITIO noua. Quia agricolis subueniendum est propter publicā vtilitatem, & terrarum culturam, vt dicit Bal. in auth. ad hæc. in princ. C. de vsur. Et maius periculum versatur in fructibus aridis, vt in frumento, & fabis, & similibus, q̄ in fructibus liquidis, vt in vino, oleo, & similibus: quia ex periculo fructuū aridorum sequitur fames, & nō sic ex defectu liquidorum: quia rustici de facili non moriuntur: quia solent bibere aquā; vt dicit Bald. in d. auth. ad hæc. in prin. & ibi Iac. de Bel. & Cy. Et agricola tempore sationis, vel tpe colligendorum fructuū, & tempore vindemiæ, si insistit sationi, vel messi, vel vindemiæ excusatur ab oneribus extraordinarijs, ne gens fame pereat. Tex. glo. & doct. in l. 1. C. de agric. & censi. lib. xj.
24 † An autē aliud sit esse agricultorē, & aliud operatorem terræ, vide Matth. de Afflic. in d. constit. quisquis. col. 3. Et an appellatione agricultoris contineatur hortulanus, vide tex. & ibi Abb. in c. ex parte. lo. 2. primo nota. extra,
25 de decimis. † Nunquid aute de rebus necessarijs ad culturam agrorū debeat solui gabella, Saly. & doct. in l. vniuersi. per illum tex. sm vnam lectu. tenent ꝙ non, propter quod infert ibi Saly. Quòd de grano, quod quis extrahit causa seminandi, non debet solui gabella. Et idem de rastris & bobus, & similibus: quia instrumēta aratoria sunt multum priuilegiata, & tenet Ioan. Berta. Firma. in tra. de gab. in secunda parte, octauæ partis princ. colum. pen. in quintadecima quæstione. sed Bald. in l. executores. C. quę res pig. oblig. po. tenet, ꝙ boues aratorij tenentur ad tributum extra Italiam, nō autē in Italia, & sequitur Firma.
26 in reper. in verbo bos, versiculo boues aratorij. † Et ex ꝓdictis habes, ꝙ in supradictis bonis non potest fieri executio. Et de multis alijs, in quibus non potest fieri executio, vide Iaso. in. §. item seruiana, col. 10. Instit. de actio. & in l. cetera. §. hoc Senatusconsultū, col. 1. cum sequen. ff. de leg. 1. In quibus locis habes, an possint capi libri scholarium, vel vestes quotidianæ, & alia supellectilia. Et an tegulæ de tectis, vel trabes, vel hostia, & alia affixa domibus. Et vide, quæ dicit Bald. in rub. C. qui bon. ced. po. & D. m. Rob. Maran. in suo trac. intitulato, speculum aureū, in pen. car. in 3. quæst. principali, vbi multa ponit, & limitat vt ibi. Et similiter etiam animalia deputata ad centimulos, nō possunt capi ad loerium, & vecturam per officiales, nec etiā per stipendiarios, vt infra. c. 53. Incipiente, item iustitiarij, & subofficiales eorū, in rub. ꝙ non capi. anima. deputa. ad centi. ¶ Itē ex tex. in versiculo (quicunq; autem, in verbo iudiciaria) notat hic Bart. de Ca-
27 pua, † ꝙ primò taxatur interesse per iudicē, & postea iuratur, secus dicit esse in alijs iuramētis, vt in consti. regni, vt dignitatum, in fin. Sed aduerte, ꝙ illa consti. probat, ꝙ primò taxatur per iudicem, & postea iuratur, vt patet ex ordine literæ, ibi, taxatione iudicis, & sacramento &c. Et hoc ne aperiatur via periurijs. similiter etiā in taxatione expensarū, primò taxatur, & postea iuratur, vt in authen. nouo iure, aliàs incipit, post iusiurandū. C. de iudi. & ibi glo. & docto. ADDITIO noua. Et Azo in sum. C. de sumptu. recupera. lib. x. & vide gl. in authen. de exhi. reis. in fi. princ. in verbo taxationē, quæ dicit, ꝙ primò taxatur expēsæ, & postea iuratur, & post fertur sentētia, & ibi vi-
28 de Ang. In tex. ibi. (quicunq;.) † Nota, ꝙ capiens boues aratorios, vel instrumenta destinata ad agriculturā tenetur restituere rem captam & ablatā, & tenetur ad damnū, quod dñs incursit tēpore detentionis, quod damnū & interesse debet primò taxari per iudicem, & facta taxatione stabitur iuramēto dñi rei ablatæ: vt in hoc tex. Et aduer-
29 te, † ꝙ primò debet cōstare, qualiter ille fuit passus damnum propter detentionem boum aratoriorū captorū, vel ꝓpter detentionē aliorum instrumentorū agriculturæ, puta q a nō potuit colere agros & alia facere, ita Hypo. sin. 570. aduertas ad vnū. & bene faciunt, quæ dicit Ias. [illegible]
30 quādo. col. 2. i[illegible] 4. not. C. [illegible] Item ad hoc mentū possit præstari dam[illegible]
præcedat taxatio iudici[illegible]
taxationē postea sequ[illegible]
met. cau. Saly. in d. l[illegible]

nota. & est ratio: quia istud dicitur iuramẽtum veritatis, non autẽ iuramentũ affectionis, in quo taxatio iudicis potest præcedere & sequi: vt ibi dicit Iaso.; & sic erit practica: quia primò iudex debet taxare, postea præstare iuramentũ, & postea facere cõdemnationẽ, vt dicit Ias. in d.l. si quãdo. col.3. in fi. versi. item nota.
31 † Et qñ iudex vult facere taxationẽ, necesse est, vt pars citetur: quia in quolibet actu pars est citãda. l. de vno quoq;. ff. de re iud. l. nam ita diuus. ff. de adop. Ias. in d.l. si quãdo. col.3. in fi. cũ seque. versi. nunc operepretium. sed dum defertur iuramentum nõ est necesse partem citari: quia etiã si pars esset præsens non posset cõtradicere, licet bonũ esset partem citare ad euitandum dubia: vt dicit Ias. vbi supra. Et pòstquàm est iuratũ, iudex tenetur in tantũ condẽnare, quantũ fuit iuratũ, nec in plus, nec minus, aliàs iudex faceret litem suã: vt per Ias. in d.l. si quãdo, col.4. in vltimo nota.
32 † Quod tñ limitat, nisi iudex vellet reuocare taxationẽ per eum factam, antequã deueniat ad cõdemnationẽ: quia illa taxatio dicitur sentẽtia interloquutoria, & potest reuocari. l. quod iussit. ff. de re iudi. ca. cum cessante. de app. ita Innoc. in d.c. fi. & licet de hoc dubitetur inter doctores: tñ ista opi. Inno. est verior & tenenda: vt per Ias. in d.l. si qñ. col.4. versi. limita tñ, & col.5. & 6. in fin. versi. & sic concludo.
33 ¶ † Aduerte etiã ad aliud, ꝙ quamuis ex iuramẽto voluntario, vel iudiciali præstito à parte parti oriatr actio. l. actori. C. de reb. cred. Tamen ex iuramento necessario, quod defertur in defectũ totalis ꝓbationis, vt in isto tex. & in iuramento in litem de affectione nõ oritur actio; qa pœna, seu interesse in actionibus personalibus nõ pręstatur, nisi per officiũ iudicis, gl. est nota. in. §. præterea quasdam. in verbo ex arbitrio. Insti. de actio. & sequitur Ias. in d.l. si quãdo. col.5. versi. nota. ex ista. cũ concor. ibi, & dictam glo. sequuntur Ange. & Lud. Ro. in l.2. ff. de iureiur. Bart. & Saly. in l. nam & postea. §. fin. ff. de iureiur.
34 † Illud etiam nõ est omittendũ, ꝙ stante statuto vt credatur denuntiatori, vel damnũ passo cum iuramento, si est aliquis infamis, etiã sola infamia facti, nõ stabitur eius iuramento, ita tenet Ang. in l. qui iudicio. ff. de accus. sequitur Ias.
35 in §. sed istæ. col.25. nume.97. Instit. de actio. † Similiter etiam tale statutũ intelligitur, ꝙ stetur iuramento alicuius, nisi probetur contrariũ. Ang. in l. qui restituere. col.2. in fin. ff. de rei vend. Alex. & alij in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infe.; Ias. in d. §. sed istæ. col.25. num.95. Alb. de Ros. in quæst. statu. in 2. par. quæst.14. Ias. in d.l. si quãdo. col.4. in fin. cũ seque. C. vnde vi, bene faciunt, quæ dicit Matth. de Afflic. decis.91. cum concor. in dictis locis.
36 † Similiter etiam nõ crederetur iuramento damnũ passi stante dicto statuto, qñ ille, qui vellet iurare, aliàs fuisset periurus. Ita tenet Hypo. in sua pra. cri. §. diligenter. col.21. secundũ primam impresśionẽ. Quod cõfirmatur: quia si damnũ passus est persona infamis, non debet eius iuramento stari, vt per Alex. in d.l. qui bona. §. qui dãni. col.2. & Alber. Bru. in trac. de cõsti. decr. statu. & consue. in verbo damnũ. col.5. versi. statutũ, ꝙ stetur dicto. & ibidẽ versi. stante statuto, in tertio volu. dicit, ꝙ
37 † stante dicto statuto requiritur, ꝗ iurãs sit omni exceptione maior, allegat Ang. in l.2. §. si dubitetur. ff. quemad. testa. aper. & in l. popularis. ff. de popula. actio. Fran. Cur. in repe. l. admonendi. col.80. ff. de iureiur. Bald. in rubr. C. qui accu. non po.
38 vlti. col. † Et dicit Alex. consi.119. in causa & lite. col.2. 4. volu. ꝙ non est credendũ damnum passo, si iusta causa moueat iudicem nõ deferri iuramentũ, & Ang. in authẽ. de exhi. reis. in princ. & in l. qui restituere. ff. de rei vendi. Et dicit Ias. in d.l. si quãdo. col.5. ꝙ stãte dicto statuto iudex posset in totum recedere a dicto iuramento, qñ videtur est calumnio[illegible] quia malitijs hoĩum est obuian[illegible] ibi per eu[illegible] [illegible]ter etiã damnũ passus iu[illegible] [illegible] boni viri reducetur ad [illegible] net Matth. de Afflic. in [illegible] ciunt, quæ dicta sunt [illegible] dicem. Ang. Alex. & Iaso. in l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iura. & dicit Alex. in d.l. qui bona. §. qui damni. col.3. in fi. ꝙ si statutũ disponit, stari debere sacramento accusatoris, in hoc iuramentum potest refrenari per iudicem, vt non audiatur iurãs. Et si in totũ apparet iudici illud esse calumniosum, nullatenus debet credere iuramẽto illius, allegat Iaco. de Are, ibi: quia non est aperienda via periurijs. l. fi. C. de indi. vidu. tol. nec est aperiẽda via malicijs. l. in fundo. ff. de
40 rei vend. † Similiter etiam statutũ, vt de damno dato stetur æstimationi damnum passi nõ habet locum in furto. Alex. in l. damnũ. in prin. ff. de dam. infe. Bal. in l. nauta. §. quicunq;. ff. nau. caup. stab. & Alex. cõsi.20.5. volu. sed in iuramento in litem, primò iuratur, & postea per iudicem modificatur. l. videamus. §.1. ff. de in lit. iur. ¶ Circa vltimum notabile, quod colligit Seba. hic. dum notat, hic es-
41 se casum, in quo † negligentia officialis punitur, de hoc, an & quãdo officialis teneatur in sindicatu pro negligentia, vide Par. in tra. sindi. in verbo negligentia, & eundem in rub. de mod. & for. sind. car.16. in lib. meo, col.2. in fin. cum sequen. latè de negligentia per Fely. in ca. si authen. col.3. in verbo negligentia, extra de rescrip. & ego plenè dixi in commento clem. extrauag. Clementis septimi cõtra clericos non incedentes in habitu, & tonsura, in gl. in verbo neglexerint, vbi vide. Ioan. Antonius de Nigris de Campania Ciuitate. I. V. Doctor.

DE VIOLENTIIS.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de violentijs seruari iubetur.*

CAROLVS PRIMVS. CAP. V.

NVPER In Ciuitate Auersæ fęliciter residentes, statutis sup violẽtijs per nos prius editis quoddam aliud statutũ adiunximus vtriusque tenorem præsentibus inseri facientes, tibique præci-
1 piendo mandamus, † quatenus statutũ vtrunque in omnibus, quę ad tuum officiũ pertinent, diligenter obserues, & facias obseruari.

ADDITIO.

NVPER In tex. ibi (statutis super violentijs prius editis &c.) loquitur de c. pridem, pręcedenti, ibi in versiculo, quicunque autem, ibi, eum tanquàm pro re violenter ablata, volumus secundum iura puniri &c. Et loquitur etiam de ca. subditorum, quod proximè sequitur, vbi plenius ista materia tractabitur. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Spolians aliquem auctoritate propria possessione, vel quasi, rei mobilis, vel immobilis, qualiter puniatur.* 15.23.
2 *Modus procedendi contra violentos.*
3 *Accusans, vel denuncians aliquem de violentia, & spolio, an debeat se obligare, vel præstare cautionem fideiussoriam de stando iuri super possesśione et proprietate coram eodem iudice.* 16.
4 *Principalis spoliatus qualiter debeat examinari & interrogari.*
5 *Accusatus, seu delatus de violentia, & spolio an debeat citari, & examinari, & qualiter interrogari debeat? Testes super destitutione, & spolio an & quando ci-*

tari

tari debeant, & examinari. ibidem.

6 *Accusatus de violentia & spolio an & quando possit carcerari. Et an debeat fideiussoribus relaxari.*

7 *Accusatus de violentia, si aliquos testes producere voluerit, an examinari debeant, & eorum depositiones in scriptis redigi.*

8 *Accusatus de violentia, si fuerit confessus, vel conuictus, an teneatur ad restituendum possessionem, & ad damna, & interesse, & ad pœnam.*

Appellari an possit in causa spolij, & violentiæ, ibidem. & 8.

9 *Iudex an possit sub pęna mandare partibus, vt lite pendente se non offendant, nec aliquid innouent.*

10 *Vasalli illius, qui in pœnam incidit, an teneantur eorum domino obedire, vel eum recipere, si fuerit contumax regiæ curiæ. 18. in fine.*

11 *Officialis an possit implorare auxilium subditorum, & exequi contra contumaces.*

12 *Officialis an & quomodo procedere possit in omnibus maleficijs.*

13 *Violentia committi prohibetur tam in rebus mobilibus, quàm stabilibus.*

Officialis an possit violentiam inferre subditis, & eos, vel eorũ animalia mittere pro seruitijs curię, ibidẽ.

Officialis, stipendiarij, & alij, an possint inuito domino capere domos priuatorũ, & ibidẽ habitare. ibid.

Incidens in pœnã pecuniariam, vel in pœnam banni, an possit de persona capi, si cauere voluerit, ibidem.

Violentia circa bona stabilia de iure cõmuni qualiter puniatur, & qualiter secundum iura regni. ibid. 15.

Bona demanialia occupari an possint, ibidem.

14 *Violentia inferri an liceat viduis, pupillis, pauperibus, & alijs miserabilibus personis, & quomodo super his procedatur.*

Iustitiarius regni an habeat sub protectione ecclesias, viduas, pupillos, & alias miserabiles personas, ibi.

Exceptio excommunicationis si fuerit opposita, quomodo procedatur, ibidem.

Iustitiarius regni an possit cognoscere de iniurijs, violentijs, et oppressionibus illatis per clericos, & pręlatos vasallis regis, ibidem.

15 *Pœna contra violentiam committentes in rebus stabilibus, vel mobilibus quæ sit.*

16 *Procedi an possit ex officio sup destitutione possessionis.*

Fideiussorem præstare an teneatur delatus, si contra eum præsumptio aliqua non existit, ibidem.

Illustris persona an teneatur præstare fideiussoriam cautionem, si ciuiliter, vel criminaliter conueniatur, ibidem.

Accusatus criminaliter an possit carcerari de iure cõmuni. ibidem.

17 *Causa, in qua summariè proceditur, quas probationes requirit.*

18 *Appellari an possit in causa possessorij.*

Appellare an possit condemnatus ad interesse possessionis non restitutæ, vel turbatæ, ibidem.

Appellare an possit confessus, vel conuictus tantum in crimine violentiæ, ibidem.

19 *Pœnam grauiorem imponere an possit iudex sine causa.*

D.Ioan. Anto. de Nigris.

Princeps an possit mandare torqueri liberum hominem sine indicijs, ibidem.

20 *Officialis an teneatur soluere salariũ subditis coadunatis pro exequendo iustitiam contra contumaces.*

21 *Accusator, & accusatus an & quãdo debent præstare fideiussoriam cautionem ad euitandum carceres.*

22 *Denuntiator an teneatur dare testes, per quos maleficium probetur.*

Denuntiator an debeat se obligare ad pœnam de probando maleficium, ibidem.

24 *Vis quid sit.*

Violentiæ species quot sunt, ibidem.

Actio iniuriarum an detur pro vi turbatiua, ibidem.

Expulsus per vim a possessione fundi quot remedia habeat, ibidem.

Ingredi fundum alienum an liceat, vel pedem immittere inuito domino, ibidem.

Impeditus colere, vel arare fundum, vel fructus percipere, an dicatur vis ei inferri, ibidem.

Succidens arbores alienas inscio, vel prohibente possessore an committat vim inquietatiuam, ibidem.

Caporalis ingrediens castrum, in quo habebat partem clamando, sacco sacco, an puniatur & teneatur ad rei restitutionem. ibidem.

25 *Spoliatus an ante omnia sit restituendus.*

26 *Violentiæ varijs legibus, & cõstitutionibus puniuntur.*

27 *Fundum alterius ingredi inuito domino in quibus casibus liceat.*

Pascere an liceat in prædijs alienis inuito domino, ibid.

28 *Remedia recuperandæ possessionis multa sunt.*

Libellorum formas pro recuperanda possessione in remedijs possessorijs, remissiuè ibidem. & 49.

29 *Interdictum vnde vi cui competat.*

30 *Interdictum vnde vi an solùm locum habeat, quando fit violentia personæ deiectæ de possessione.*

31 *Interdictum vnde vi vt competat, quot requiruntur. nume. 31. cum pluribus sequentibus.*

Interdictum vnde vi vt cõpetat, an requiratur, vt res, pro qua agitur, sit immobilis. ibidem.

32 *Interdictum vnde vi an competat, si aliquis fuit deiectus de ædibus ligneis.*

33 *Interdictum vnde vi an competat pro iuribus incorporalibus.*

Debitor eo ipso quòd non soluit pensionem, an dicatur spoliare, ibidem.

34 *Interdictũ vnde vi an cõpetat, si aliquis ingressus fuit fundũ tuũ te absente, & ibi stat cũ gentibus armatis.*

35 *Interdictum vnde vi an competat, vbi non interuenit violentia.*

36 *Interdictum vnde vi an debeat intentari infra annum.*

37 *Interdictum vnde vi vt competat, an sit necesse, vt deiectus possedisset tempore spolij.*

38 *Vsufructuarius deiectus an habeat interdictũ vnde vi.*

39 *Interdictum vnde vi an competat ciuiliter possidenti.*

40 *In interdicto vnde vi quid probari debeat.*

Probatio in interdicto vnde [illegible] quomodo fieri debeat, ibidem.

41 *Conuentus interdicto rec[illegible]dæ, an possit excipere de spoliatione.*

Interdictum

82 Condictio

82 Condictio incerti, quæ competit ad recuperandam possessionem, cui, & quando competat?

83 Remedium c. frequens, de restitu. spoli. in 6. quando locum habeat?

84 Condictio ex constitutione regni circa violentiarum, quando, & cui competat, & quid per eam inducatur, & quid debet narrari in libello.

85 Remedia per capitula regni, omnis prædatio, finis præcepti charitas, & ad regale fastigium, qñ competãt?

86 Remedium huius. c. regni subditorum, quando, & cui competat, & pro quibus rebus?

87 Officium iudicis, remedium possessorium, quando, & quibus competat; & an plenius alijs prouideat.

88 Officium iudicis intentare, an sit vtilius, quàm interdictum vnde vi, quãdo spoliatio est facta lite pendẽte.

89 Officium iudicis, & actio in factum an detur non solùm poßidenti, sed etiam detentori, cadenti a sua detentatione vitio furti, vel violentia?

90 Officium iudicis quanto tempore durat?

91 Libellus in officio iudicis quomodo formetur?

Restitutio in beneficialibus an fieri debeat, si is, qui petit restitutionem, non ostendit de sua canonica institutione, ibidem in fine.

Remedia possessoria an dentur pro fructibus, quos nunquàm possedit, ibidem.

92 Attentatorum remedium contra quem detur.

Attentatorum remedium non solùm habet locũ in attentatis a partibus, sed etiam a iudice, ibidem.

93 Attentare aliquid post recusationem, vel post appellationem, an a pari procedat?

Processus factus a iudice allegato suspecto an sit nullus, ibidem.

94 Attentati remedium an habeat locum contra tertium succedentem in re attentata?

Attentati vitium an dicatur reale, ibidem?

Exequutio an fieri poßit ex eodem processu cõtra succedentem in re attentata, ibidem.

95 Attentati remedium an sit magis priuilegiatũ, quàm possessorium recuperandæ?

96 Attentati remedium an plenius prouideat, quàm remedium canonis reintegranda?

Probari quid sufficiat in remedio attentati, ibid. 92.

Cautela, vt timens spoliari, vel turbari, appellet extraiudicialiter, ibidem?

97 Attentati remedium an detur contra tertium, quando ipse principaliter spoliasset appellantem, appellatione pendente?

Officium iudicis pro recuperanda posseßione contra tertium quare datur, ibidem?

Attentati remedium an habeat locum, quando est attentatum a tertio habente causam a partibus vel a iudice, ibidem.

98 Iudex a quo est appellatum, an poßit innouare contra tertium.

Attentari an poßit appellatione pendente contra fideiussorem, ibidem.

99 Appellatione, vel nullitate pendente, regulariter nihil est innouandum, etiam pendente tempore dato ad appellandum.

100 Attentata appellatione pendente an sint nulla, siue appellatio sit iudicialis, siue extraiudicialis.

Attentata per iudicem a quo post inhibitionem an sint reuocanda, & in pristinum reducenda, ibidem.

Attentata appellatione pendente an sint nulla, etiam si appellatio fuerit deserta, vel ei renunciatum, ibid.

101 Iudex ecclesiasticus si inhibeat seculari, ne procedat in causa, & postea reuocat inhibitionem, & a reuocatione appellatur, an secularis poßit procedere appellatione pendente?

102 Attentatorum reuocatio an fieri debeat, antequàm diffinitiuè sententietur super iustitia vel iniustitia appellationis. 93.

Cautela, vt appellans statim petat attentata reuocari, ibidem.

Attentatorũ remediũ intentans, quid ꝓbare debet, ibi.

Attentata lite pendente vsque ad conclusionem, an poßint peti reuocari, ibidem.

Appellans si præsentat libellum, & petit sententiam retractari, & attentata ante omnia reuocari, si super dicto libello lis contestatur, an poßit petere per officium iudicis attentata reuocari, ibidem.

103 Appellatione pendente vt nihil innouetur, an procedat, siue fuerit appellatum in princ. siue in articulo habente connexitatem cum principali.

Articulus quando dicatur habere connexitatem cum principali, ibidem.

104 Appellatione pendente an poßit innouari in fauorem appellantis.

105 Attẽtata an reuocent appellatione existẽte nulla. 110.

106 Exequutio sententiæ an fieri poßit pendente reuisione a sententia sacri Consilij.

107 Attentata post appellationem ab interloquutoria an reuocentur.

108 Attentata pendente appellatione in casu, in quo non poterat appellari, an reuocentur.

Nullitas, quæ patet ex actis, an impediat exequutionem, ibidem.

109 Attentatorum remedium an locum habeat, quãdo notoriè constat de non iure petentis reuocationem.

110 Attentata an reuocentur, quando appellatio non fuit intimata iudici & parti.

111 Attentatorum remedium an locum habeat in irretractabilibus.

Attentata non reuocantur in casibus, in quibus nõ obstante appellatione licitum est attentare, ibidem.

Attentata post appellationem interpositam post decem dies an reuocentur, ibidem.

Attentata post inhibitionem non canonicè factam an reuocentur, ibidem.

Attentata post appellationem, quæ est expreßè iuri contraria, an reuocentur, ibidem.

112 Attentata pendente causa restitutionis ad appellandum an reuocentur.

113 Attentatorũ remedium an habeat locum cõtra fiscum.

114 Condemnatus per remedium attentati an cogatur ad restitutionem fructuum?

115 Agenti remedio attentati [illegible] obstet exceptio excommunicationis, spolij [illegible] vel proprietatis.

Occidens

D.Ioan.Anto.de Nigris.

CAROLVS PRIMVS CAP. VI.

SVBDITORVM nostrorum cõmoti clamoribus, cõtra eos, qui spreto pacis ac iustitiæ cultu, auctoritate ꝓpria destituunt possessores, quod ex multorum insolentia temporibus istis inualuit, destitutorum ipsorum crassantiam seuerioris cõstitutionis edicto prouidimus coercen-
1 dam. ¶ † Statuimus igitur, ꝙ nullus de regno
nostro potens, vel humilis, nobilis, vel plebeius,
cuiuscunq; gradus, vel conditionis existat, ali-
quem aliũ de regno similiter, vel in regno, pos-
sessione, vel quasi possessione rei mobilis, vel
immobilis auctoritate propria spoliare præsu-
mat, ꝙ si quis præsumpserit, pœnam super hoc
regni constitutionibus cõprehensam, vel si ma-
iorem, vel minorẽ, serenitas nostra decreuerit,
2 se nouerit incursurum. ¶ † Et vt tam dissoluta
temeritas seuerius arceatur, subscriptum modũ
in hoc volumus obseruari, vt si quis per aliũ fue
rit infra regni nostri tẽpora, videlicet a tempo-
re prælij Beneuenti citra, vel erit decętero tali-
ter destituturus, & id magnę curiæ nostrę, vel of
ficialibus nostris, ad quorum iurisdictionem &
officium exinde possessoris iudiciũ pertinebit,
denunciare voluerit, fauorabiliter admittatur.
3 ¶ † Dum tamen velit, ac eidẽ magnę curiæ no-
stræ, vel officiali, cui hoc denũciauerit, offerat,
nec non iuret, ac si poterit, prebeat fideiussoriã
cautionem, ibidem stare iudicio, tam de posses-
sione, quàm de proprietate rei, cuius possessio-
ne se dixit destitutum, ac parere super eo curię
4 nostræ mandatis. † Et tunc, recepto ab eo cor-
porali iuramento de veritate dicenda, interro-
getur & examinetur attentè, quãdo fuerit eius-
dem rei possessionem adeptus, & qualiter ipsam
destitutionis tempote possidebat, per quem, &
quorũ auxilio, vel fauore, quibus præsentibus,
qui de nulla, vel aliqua parte forent, vbi, quan-
do, qualiter, qua occasione, vel causa, & vtrum
cum armis, vel sine armis fuerit destitutus, & ea
5 omnia in actis fideliter redigantur. ¶ † Demũ,
vocatis, tam illo, qui super destitutione delatus
est, q̃ illis, quibus pręsentibus dicetur destitutio
fore facta, nec non alijs (si quos is, qui destitutũ
se dixerit, ꝓducere forte velit) ac recepto ab eo-
rum singulis iuramẽto de veritate dicẽda, dela-
tus interroget, si destituerit huiusmodi posses-
sorem, & qñ, & quali[illegible] quib⁹ pręsentibus, qui

de aliqua vel neutra parte,forent,vbi,qualiter,
& vtrum cum armis, super quibus omnibus in-
terrogentur similiter omnes alij cũ ipso delato
6 vocati. ¶ † Delatum tñ vocari volumus, & sub
fideiussione teneri de præmissis oĩbus, de qui-
bus a denuntiatore fuit fideiussio requisita. Ea
tamen conditione subiecta, ꝙ si delatus fideiuſ-
sionẽ huiusmodi dare noluerit, vel forte nequi-
uerit, si quidẽ aliqua fuerit de destitutione prę-
sumptio, personaliter capiatur in carcere deti-
nendus, quousq; fideiussionẽ huiusmodi exhi-
beat, vel post causæ decisionem super mandatis
curiæ pareat, & satisfaciat, prout inferius conti-
7 netur. ¶ † Quòd si delatus forte aliquos alios
interfuisse deponat, vel aliquos ꝑ se viderit vti-
liter producendos, hi ad examinationem simi-
liter euocentur, quorum quidem omnium præ-
dictorũ depositiones, & dicta similiter conscri-
8 bantur. ¶ † Et sic de negocio ipso nõ per libel-
li oblationem, vel delationem, sed celeriter &
summariè iuxta ipsorum probatorũ merita co-
gnoscatur. Et si forte ante vlteriorem causę co-
gnitionem delatus de obiecta fuerit destitutio-
ne confessus, vel postmodũ ex causæ cognitione
conuictus, ad restituẽdum destituto possessio-
nem vel quasi possessionẽ, vti destitutionis tem
pore possidebat, & satisfaciendum sibi de dam
nis, expensis, & interesse, nec nõ ad pœnam Re-
gni constitutionibus comprehensam, vel si ma-
iorem aut minorem de futuris destitutionibus
nostra dictauerit celsitudo, compellatur instan
ter appellatione aliqua non obstante. Vt tamen
de acriori pœna (si nobis placuerit) prouidere
possimus, id statim, ꝙ delatus confessus fuerit,
vel cõuictus, nostro culmini volumus intimari.
9 ¶ † Volumus etiam, vt ab ipsius principio cau-
sæ cuilibet partium sub aliqua magna vel certa
pœna mãdetur, & id inter acta scribatur, ꝙ cau-
sa pendente se offendere nõ præsumant, nec ali-
quid innouare, quæ pœna si contempta fuerit,
exigatur instanter, & id protinus nostræ curiæ
10 intimetur. ¶ † Et si forte aliqua partium debi-
tæ satisfactionis pœnæ ipsius obtemperare vo-
luerit, vasalli eius (si quos habuerit) vel aliqui
alij, eum nullo modo recipiant, sibiq; in aliquo
non pareant, nec intendant. Quòd si fecerint,
subibunt pœnam nostrę maiestatis arbitrio in-
11 fligendam. ¶ † Nihilominus tamen, Officialis,
qui pœnam imposuit vocatis & adunatis fideli-
bus nostris, quos, & quot ad hoc viderit opor-
tunos, & cõtumaces huiusmodi, vel rebelles po
tenti manu destituat omnibus bonis suis, & ca-
piat de personis, nec ipsos liberare, aut bona eo
rum restitui eis nolumus nostra conscientia in-
12 cõsulta. ¶ † Eodem modo procedi volumus in
omnib⁹ ma[illegible] (scilice[illegible]) ꝙ accusator, vel de-
nunciator, [illegible] [illegible]ciã, vel delatus, iurent,
& dent securita[illegible] dicant totum factum,
tempus, & locum, & [illegible] illorum, per quos
poterit veritas indagari. Actum Neapoli Anno
Domini. 1272. Mense Martij. xv. eiusdem. xv.
Indictione, Regni nostri Anno septimo.

SVBDITORVM. Circa hoc c.pro-
13 hibens † uiolentias committi in rebus
mobilibus uel immobilibus, adde.c.
quod incipit, contra effrenatas, nu. 21.
ubi prouidetur personis, & bonis uio-
lenter arrestatis, & cum eo concordat
c.terrerij, in prin.nu.87. Item adde.c.
grauamina, infra.nu. 23, in quo prohibetur officiales uio-
lentias subditis inferre pro seruitijs exigendis, nec potest
mittere eos, nec eorum animalia, expensis ipsius subditi.
Item c.ad audientiam.nu. 24. ubi prohibentur stipendia-
rij, officiales, & alij, domos priuatorũ inuitis dominis uio
lenter recipere, uel retinere, & ibi habitare. Item c.statui-
mus, num. 22. sub rubrica, ut nullus offi. capi aliquem de
persona, per quod c.prohibetur officialis, aliquem inci-
dentem in pœnam pecuniariam, seu bannum de persona
capere, si idoneè cauere uoluerit de soluendo. De uiolen
tijs uerò bonorũ stabilium iura cõmunia ciuilia prouide
runt. C.unde ui.l. ui pulsos, & l.inuasor & l.si quis in tan-
tam. Postea uerò in Regno factæ fuerunt prouisiones spe
ciales, primò Imperatoris Federici, qui super hoc fecit
duas cõstitutiones, quarum prima incipit uiolentias, alia
incipit circa uiolentiarũ. Postea Rex Carolus primus ꝓ-
uidit per hoc c.subditorũ. Item super occupationibus bo
norum demanialium ꝓuidetur infra in c.prædecessorum
14 nostrorum. num.8. ¶ † Rex uerò Carolus secundus pro-
uidit super uiolentijs illatis, uel inferendis uiduis, pupil-
lis, pauperibus, ecclesijs, uel alijs miserabilibus personis.
Et similiter de modo procedendi, ut infra in c.Caroli se-
cundi, quod incipit, de uiolentijs.nume. 150. Postq; Dux
Calabriæ Robertus existens uicarius in Regno aduersus
destitutores prouidit, ꝙ magnus officialis iustitiarius re-
gni haberet sub protectione sua ecclesias, & personas ec-
clesiasticas, uiduas, pupillos, orphanos, & cęteras misera-
biles personas ab omnib⁹ indebitis grauaminibus, & mo-
lestijs. ut infra in c.quod incipit, iniunxit nobis, num. 258.
sub rubr. literæ dñi Ducis ad magnũ iustitiarium, in capi
tulis dicti Roberti in ultimo. Item dictus Rex Robertus
prouidit in modo procedendi aduersus opponẽtes exce-
ptionem excõmunicationis, ut patet in suis capitulis in c.
sicut materiam, aliàs incipit, pro bono statu, nu. 201. sub
rubr. de exceptione excõmunicationis. Et idem Rex Ro-
bertus ꝓuidit, ut iustitiarius regni cognoscat de iniurijs,
rapinis, damnis, & uiolentijs, illatis uasallis per clericos,
& ecclesiarũ prælatos, ut patet in eius. c.quod incipit ad
regale fastigium, num. 213. ¶ In tex. ibi (pœnã in consti-
15 tutionibus cõprehensam) † quæ est in medietate æstima-
tionis rei, in qua fuit uiolẽtia cõmissa, si est immobilis res
ipsa, cum legitimis obuentionibus, restituta integrè, ut in
consti.regni, de uiol.l. 2. quæ incipit, uiolẽtias, sed de uio-
lentia cõmissa in re mobili est pœna quadrupli cõputata
æstimatione rei, seu ipsa re, ut in ea constit. ad fi. Sic ergo
nota tria iura in puniendo uiolentiã in re immobili, unũ
in l.si quis in tantam. C.unde ui, quod punit in æstimatio-
ne totius rei. Aliud in constitutione uiolentias, quod pu-
nit in medietate æstimationis, ut supra dictũ est. Tertium
est c.istud, quod addit pœnã ultra per arbitrium inferen-
dam. ¶ In tex.ibi (dum tamen uelit ac eidem magnæ cu-
16 riæ.) † Nota casum, in quo potest ex officio procedi, præ-
cedente tamen partis denuntiatione, uidelicet super de-
stitutione possessionis, tenetur tamẽ denuntiator præsta-
re fideiussoriam cautionẽ de stando iuri, & parendo man
datis curiæ, ſm formam hic positã. Et eodem modo dela-
tus de uiolentia debet fideiussoriam cautionem pręstare,
aliàs debet carcerari, ut patet infra uersi. ea tamen cõdi-
tione subiecta. Quod est, qñ præsumptio aliqua est con-
tra de-

tra destituentem delatũ,aliter nõ carceratur, vt ibi patet.
¶ Et nota in tex. dum dicit (præsumptio) quia si præsum-
ptiones cessent,nõ esset locus carcerationi,si fideiussores
dare non posset. Ex quo casum habes,in quo delatus, seu
accusatus fideiussoriam cautionem non præstat, ſm for-
mam consti.regni,humanitate nobis. in titulo de his qui
fideiuſ.da. po. ne incarce. Est & alius casus de iure com-
muni,in quo accusatus criminaliter nõ præstat fideiusso-
riam cautionem , vt est, qñ illustris persona ciuiliter, vel
criminaliter côuenitur, qui etiam si immobilia nõ possi-
deat,fideiussoriam cautionem non præstat,sed statur eius
iuratoriæ cautioni.l.quoties.C.de dig. lib.xij. & quod ibi
per Bar. ¶ An autem delatus vel accusatus criminaliter sit
carcerandus,vel vinculandus de iure cõmuni,recurre ad
Bar. in l.1.ff. de custo. reo. in regno recurre ad notata in
dic.constit. humanitate nobis, & ibi per D.Andr.de Iser.
¶ In tex. ibi (de ipso negotio nõ per libelli oblationem.)
17 † Nota, ꝙ in casu violentiæ & destitutionis debet proce-
di celeriter & summariè, iuxta merita probatorũ, & non
per libelli oblationem,& dilationem, pro quo facit opti-
mè,quod not.gl.in l.1.in prin.C. quo. bono. vbi vide no-
ta.per Bar. dicẽtem, hoc esse magnæ vtilitatis, ꝙ summa-
riè procedatur : quia sufficient probationes nõ ita claræ
sicut in petitorio , nam sufficent probationes semiplenæ,
& præsumptiuè concludentes. Et quæ sit ratio, dic vt ibi
per eum. Aduerte tñ : quia idem Bar. in extrauag. ad re-
pri. videtur tenere oppositum,scilicet, ꝙ requiratur plena
probatio,vide ibi in glo.in verbo summariè,ſm Ioan.Ar-
chamonum hic, qui etiam dicit, ꝙ dispo. huius.c.in mo-
do procedendi in causa destitutionis cõformat se cũ iure
antiquo,pro quo vide Bald. in l.momentaneæ.C.vnde vi.
18 ¶ In tex. ibi (appellatione aliqua non obstante.) † Nota,
ꝙ in causa destitutionis possessionis non est locus appel-
lationi,nec in ea quis auditur appellans,idem de iure cõ-
muni.l.vnica. C.si de momen. poss. fue.app. & ibi Bar. &
plenius per eundem in l.2.ff. de app. recip. vel non. Et at-
tende, ꝙ in causa possessoria regulariter quis nõ auditur
appellans, vt hic & iuribus præallegatis, qñ iudicatur de
ipsa possessione, secus si aliquis condemnetur ad interes-
se possessionis non restitutæ, vel turbatæ per ipsum, quia
tunc locus est appellationi, & cõdemnatus auditur appel
lans, de iure cõmuni, vt not. Bar. in l.creditor.§. iussus.ff.
de app. vbi vide per eum. Sed ſm dispositionem huius.c.
secus est ; quia non auditur, vt hic patet, dum dicit hic,&
satisfaciendũ sibi de damnis & interesse, & postmodum
subijcit, appellatione aliqua nõ obstante,& hoc nouũ in-
ducit dispositio huius.c.quod est notandum ſm Ioan.Ar-
chamonũ hic. ¶ Item aduerte: quia intelligendo hanc li-
teram ſm præcedentẽ alternatiuam.s.confessus, vel post-
modũ ex causæ cognitione conuictus, ꝙ fieri debet; quia
præcedentia declarant sequentia, ar. l. si seruus pluriũ.§.
vlti.ff.de leg.1.habetis, ꝙ licet de iure cõmuni duo copu
latiuè requirantur , vt nõ audiatur appellans.s. ꝙ sit con-
fessus & conuictus.l.2.C.quo.app.non recip. & ita debet
intelligi.l.qm̃. in fi.C. ad leg.iul. de vi. Tamen hic statui-
tur ius nouum,& speciale,vt in crimine violentiæ conui-
ctus vel confessus tantum nõ audiatur appellans , sicut in
quibusdã alijs casibus notatis in glo.in d.l.2. ¶ In tex. ibi
in versi. (vt tamen,ibi id statim) subaudi.i.ante publica-
tionem, ar. infr. in c.ab illo inchoandum, quod est Regis
19 Caroli secundi, num.140. † Et ex hoc tex. habes, ꝙ licet
iudex pœnã grauiorem absq; causa imponere nõ possit.
l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui nota.in fa.Tamẽ
ipse princeps, qui est iudex iudicum, bene imponere po-
test, vt hic, de iure verò cõmuni not. per Andr. in constit.
regni, prosequentes, in fin. in titulo de pugnis subla.lib.2.
vbi ponit. An princeps possit mandare torqueri liberum
hominẽ absq; indicijs , quod hodie est declaratum ꝙ sic,
vt in c.tormenta, in fi.num.144.& est Caroli secundi, vbi
vide ſm Ioan.Arcamonum hic. ¶ In eo versic.ibi (volu-
mus.) Nota, ꝙ in causa destitutionis iudex debet manda-
re partibus sub pęna in actis scribenda, quòd dicta causa
pendente ad inuicẽ se non offendant, nec aliquid debeant
innouare . Et si quidem aliqua partium fuerit cõtumax in
parendo huiusmodi mãdato, eius vasalli possunt sibi obe
dientiam denegare , vt hic in tex. ibi vasalli eius &c.
20 ¶ In tex.ibi (nihilominus.) † Nota, ꝙ officiales regij pro
faciendo exequutiones cõtra cõtumaces & rebelles , tam
in persona, q̃ in bonis possunt fideles regios coadunare,
& eorũ suffragium implorare pro exequutione prædicto-
rum.C. de his qui latro.l. si qui.§. fin autẽ. Quod sanè in-
telligas, quãdo talis officialis non habet sufficientem fa-
miliam, vt directò ꝓbat tex.in l.siqui, ad quod optimè fa-
cit tex.secundũ Bar.in d.l.si quis in hoc genus.in fin.C.de
episco.& cleri. Secus si haberet sufficiẽtem familiã; quia
tunc non posset, arg.l.1.C.ne rusti.ad vllum obsequi.deu.
lib.xj.& l.vnica.C.ne o ꝑa a colo.exhi.lib.x.& in authen-
tico de manda.princ.§. deinde cõpetens, collatione.3. Et
ita etiam intelligas infra sequens.c.prædecessorum.§.sta-
tuimus. Item attende, quod in primo membro dixi, scili-
cet qñ non habet familiam sufficientem, oportet, ꝙ co-
adunatis & imploratis competens salarium præstetur per
coadunatorem, ar.l.1.& 2.C.quib. ex cau.ser. pro pręm.
liber.accepe.& C.de Fabri.l.fin.lib.xj.ibi de publico, vbi
gl.nota. de publico.& hoc ne publica vacillet vtilitas, ad
quod facit.C.de cursu publi.l.vlti.lib.xij. secũdum Ioan.
21 Arcamonum. ¶ † In tex. ibi (scilicet ꝙ accusator & ac-
cusatus iurent, & dent securitatem) supple per fideiusso-
riam cautionẽ, vt supra, per hoc carceres euitabũt. Quod
intellige præter quàm in certis casibus notatis in d.cõsti.
humanitate , in quibus dato quòd vellent dare fideiusso-
riam cautionem, nõ propterea carceres euitabunt, vt ibi.
facit.ff. de custo. reo. l.1. & ibi plenè per Bar. nota.
22 ¶ † In tex. ibi (& nomina illorũ) per hunc tex. probatur
practica quotidiana, videlicet, ꝙ denuntiator tenetur da-
re testes, per quos maleficium denuntiatum probari pos-
sit. Item ſm ritum magnæ curiæ vicariæ denũtiator obli-
gat se ad dictam pœnam de probando, quam soluit, si in
ꝓbatione deficiat, circa quod vide not. per Inno. in c.sta-
tuimus.circa fi.& in c.cũ dilecti. col.fin. extra de electio.
& in c.super his.extra de accusa.& Ang.C.si reus, vel ac-
cusa.mor.fue.& in l.qui crimen.C.qui accusa.non po.se-
cundùm Ioan.Arcamonum hic. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

23 SVBDITORVM. ¶ † Nullus aliquem
rei mobilis, vel immobilis possessione vel
quasi, auctoritate propria spoliare præsu-
mat pœna in cõstitutione regni contenta
contrafacientibus imminente , vel maio-
ri, vel minori, prout regia serenitas decre-
uerit,& ponit modũ in procedendo. Et accusatus, si con-
tra eum aliqua præsumptio fuerit de destitutione , perso-
naliter detinetur,& carceratur, donec fideiussionẽ dede-
rit de parendo mandatis curiæ,& de restituẽda possessio-
ne , vel quasi destituto, vti destitutionis tempore posside-
bat,& de satisfaciendo sibi de damnis, expensis, interesse,
& de pœna soluenda, si confessus, vel causa cognita con-
uictus fuerit. Et in causa destitutionis,& spolij summariè
absq; libelli oblationę procedatur, appellatione remota.
Et mandari debet partibus sub pœna, vt pendente causa
se nõ offendant, nec aliquid innouent, & pœna a contra-
facientibus exigatur . Et officialis contra innobedientes,
& contumaces, si ei videbitur, potest suffragium fidelium
implorare pro exequutione contra eos facienda , tam in
persona, quàm in bonis, & eos non liberare, nec bona re-
stituere, rege inconsulto hoc dicit. ¶ Ad materiam huius
rubricæ,& huius.c.adde, quæ habentur [illegible] cõsti.regni vio
lentias,& in consti.circa violen [illegible] latè per doct.
& infra in c.si de furto [illegible] c.de violentijs
24 nume.150. Et pro deci[illegible] materiæ adde † ꝙ vis est
rei maioris impetus, cui re[illegible] n potest,& aduersus quã
persona-

personarum parũ prodest cũstodia.ff. quod met. cau.l.1. & ff.de actio.empt.l.si ea res. Et sciendũ est. Quòd plures sunt species violentiarũ, de quibus per glo.& doct.in l.1. C.quod met.cau.Bar.in l.extat.in prin.col.2.ff.eo.Host. in sum.ext.de his quæ vi met.ve cau.§. qualiter distinguatur, per Ang.Are.in.§.quadrupli.col.8.Insti. de acti.& in §.ex maleficijs.eod.titu. Bar. in l.si quis in tantã.col.1.in versic.opp.dicitur hic.C.vnde vi. glo. in l.Pomponius.§. cum quis,& ibi Alex.col.10.versi.vlterius pro expeditione.ff.de acqui.possess.glo.Albe. de Rosa. in l.quod ipsis.ff. de reg.iur.& Petrus de Boatterijs in suo libro de arte notariæ, in titulo de inutilibus stipulationibus rõne metus, in rubri. de speciebus violentiæ. Et, vt dicunt præallegati doct. species violentiæ sunt quinq;. ¶ Prima est violentia expulsiua, quæ parit interdictũ vnde vi, videlicet cũ quis expulit me de possessione mea, & ista violentia solùm habet locũ in rebus soli, & sic stabilib⁹, & in rebus solo cohærentibus, etiã si sint mobiles, & si ad violentum peruenerint, perpetuò datur, si ad alium peruenerint infra annum,& cõpetit interdictũ vnde vi, vt.ff. de vi & vi arma. l.1.in princ. & §.hoc interdictũ,& Instit.de interdi.§.recuperandæ.glo. in l.extat.ff.quod met.cau.gl.in.§. deinde cõpetens, in verbo inuasionis, in auctent.de man.prin. glo.in §.recuperandæ. Insti.de interdi.& ibi Ange.Aret. & latius per eundem in.§.quadrupli. col.8.cum pluribus seque. Insti.de acti.in quibus locis ponit etiã. Quid si quis fuit deiectus ab ædibus ligneis,& de forma libelli,& quę probari debent, vide ibi per eum, & ibi etiam col.9.circa princ.ponit de vtili interdicto vnde vi. ¶ Secunda est vis, quæ dicitur inquietatiua, quæ parit interdictum quod vi aut clam, scilicet cum aliquis inquietat me in possessione mea,& quiete me possidere non sinit. Et habet locum in rebus soli, vt cum prohibui, ne aliquis inquietaret me in possessione, & post prohibitionẽ aliquid in solo fecit, & cõpetit, vt destruat sua impẽsa quod fecit, & restituat rem in pristinã causam,& condemnatur ad interesse. Et ex ea proditum est interdictum quod vi aut clam. Et dicitur inquietatiua; quia possidentem quietè possidere non sinit, probãtur hæc.ff.quod vi aut clam, l.1.in princ.§.quod sit vi factum,&.§.hoc interdictũ.& l.competit. ¶ Tertia est vis, quæ dicitur turbatiua, quæ parit interdictũ vti possidetis: vt quia turbat me in possessione, & me arare & colere non patitur, asserens se possidere,& sic rem in dubiũ reuocat. Et ex tali violentia duo nascuntur interdicta, scilicet interdictum vti possidetis, quod locũ habet in rebus immobilibus, & interdictũ vtrobi, quod locum habet in rebus mobilibus, de quibus dic, vt.ff.vti possi.l.1. in prin. &.§. hoc interdictum, & Instit. de interdi.§. retinendæ. ADDITIO noua. Et plus dicit Alex.consi.103. videtur.col.4.1.vol. Quòd pro vi turbatiua, vel expulsiua datur etiã actio iniuriarum.l.iniuriarum.§. si quis me prohibeat, versic. aut si quis in ea, & ibi doct.ff. de iniur. l qui pendentem.ff. de actio. emp. Bar. in l.extat.ff. quod met. cau. Dicit etiã Bald. in l.si quis ad se fundũ.C.ad leg.Iul. de vi. Quòd expulsus per vim a possessione fundi, vt loquitur illa.l.habet quatuor remedia ciuilia.s.interdictum vnde vi, reiuendicationẽ, actionẽ triticariam,& actionem iniuriarũ, vt ibi per eum,& Alex.in d.cõs.103.col.4. & Tho.Gra.voto.19.col.pen.& fi. Sed criminaliter agendo pro violentia poterit accusare de vi publica, si cũ armis fuit illata vis, vel de vi priuata, quando sine armis, vt in.§.item lex Iulia.de vi.Insti.de pub.iud.cum similibus, & habetur per Ange.Aret. Insti. vi bo.rap.in princ. Et est sciendum, ꝙ quis turbatur & inquietatur in possessione pluribus modis. Aliquando si aliquis inuito dño ingreditur fundum.ff. de ser. rusti. prædi.l.diuus. Ex quo nec pedem, nec aliud licitũ est in aliena possessione immittere inuito possessore l.sicuti.§.Aristo.ff.si ser.vendi. Aliquando turbatur per alium a[illegible], puta quia impeditur colere, arare, fructus pcipere,& [illegible].ff. de vi & vi arma.l.vim facit.ff.vti possi.l.si duo.§.[illegible]mus. in fi. Aliquãdo turbatur: qa alius arbores succidit possessore inscio, vel ꝓhibente,& iste vim inquietatiuã facit.ff.quod vi aut clam l.nam & si ramos, in princ.l.deniq;.§. arbores.& l.si immaturam.eo.titu.& ff.de iureiur.l. duobus.§. colonus,& ad prædicta vide Bald. qui ponit etiã prædicta, consi.446. sciendum est. 3.volu. ¶ Quarta est vis, seu violentia, quæ dicitur ablatiua, quæ parit actionẽ vi bono. rapto. quę locum habet in rebus mobilibus, vt si aliquis vi rapit aliquã rem mobilem. Et ex ista inducitur actio vi bonorũ raptorum, vt.ff.vi bon.rap.l.2.§.hæc actio.&.§. in hac actione, & Instit.vi bon.rap.§.pen.& glo.in d.l.extat.ff.quod met. cau. & in d.§. recuperandæ. Institu. de interdi. ADDITIO noua. Et vide Alexan.consi.102. videtur 1.volu.vbi ponit de quodã caporali, qui coadunauit, duxit & incitauit gentes armatas,& intrauit in quoddã Castrum cum clamoribus, dicendo, sacco sacco, hostia frangendo,& bona capiendo, etiam ꝙ ipse haberet partem in dicto Castro, punitur & ꝓ bonis asportatis tenetur vi bonorum raptorũ, etiam si nullus esset in loco, qui ei resisteret; quia animũ inferendæ violentiæ præsumitur ex eo, ꝙ armatus accessit ad locum, ut ibi latius per Alex. cũ concor. ibi. ¶ Quinta dicitur uis cõpulsiua, quæ parit actionem, quod metus causa; ut quia conclusus est ab aliquo per metum cõtinentem mortis periculũ, uel corporis cruciatum, ut rem aliquã sibi tradat, uendat, donet, uel eum ab obligatione liberet, ex qua cõpetit actio, quod metus causa, ut restituatur in pristina obligatione, uel possessione, & similibus, ut per doct. ubi supra, & per Petrum de Boatterijs in loco supra allegato. ADDITIO noua. Et latissimè de materia actionis, qđ metus causa, uide per Ange.Aret. & Ias.in.§. quadrupli. col.8.cum pluribus sequentibus, insti.de actio. Et ibi ponunt, quomodo formet libellus, & quomodo positiones, & quomodo probetur, uel præsumatur metus, uide ibi. ¶ Et ex prædictis infertur, ꝙ in odium spoliantis, & fauo-

25 rẽ spoliati est inductũ, † Quòd spoliatus ante oĩa est restituendus, l.si quis ad se fundum.C.ad leg.Iul.de ui.& facit tex.in d.§.recuperandæ. Insti.de interdi. Quæ regula fallit in multis casibus, ut per docto. in l.naturaliter.§.nihil cõmune,& ibi latè Bal.nouellus in ultima carta.ff.de acquir.possess.& ibi Alex.col.9.& alij moder.Fran.de Aret. in c.si cõstiterit, col.1.extra de accus.per Ang.Are.in d.§. quadrupli.col.9.Instit.de actio. Barto.Vero. alias Cepo. consil.59.incipiente, omissa facti serie. Matth.de Affli.decisio.116.incipiente princeps.col.2.& Præposi. in cap.1. 3.q.1.cum concor. in dictis locis.

26 ¶ † Et uiolentiæ multis modis,& uarijs legibus, & cõstitutionibus puniuntur, de quibus per gl. magistram in d.l.extat, in uerbo nõ habebit.ff.quod met.ca.& ibi per doc.& per Roff. Beneuentanum in titulo de constitutio. si quis in tantam, qui facit mentionem de cõstitutione regni uiolentias,& per Hosti. in sum.extra de his quæ ui met.ue cau.§.qualiter retractetur, per Odof.& alios in l.siquis in tãtam.C. unde ui. & in d.l.1.C.quod met.cau.& in d.constit.uiolentias,& ibi latè Andr.de Iser. & Matth.de Afflic. & aliquid per eosdẽ in constit.circa uiolentiarum, & in isto. c.subditorum,& per Petrũ de Boatterijs ubi supra.

27 ¶ † Nota etiã, ꝙ multi sunt casus, in quibus quis potest ingredi fundum alterius, etiam inuito dño, & non tenetur de uiolentia, nec punitur; quia quod fit lege permittente, pęnam nõ meretur.l. Graccus.C.de adul.& dicti casus ponuntur per glo.in §. feræ.in uerbo planè.Insti.de rer.diui.& gl.in c.2.1.distin. de quo etiã per Bald. in l.per agrum.C. de serui.& aqua. ubi ponit, an & qñ liceat per agrum alienum transire. Et quid si uia publica est destructa, an possim transire per agrum. Et an etiam cum animalibus transire possim, uide ibi,& Cepo.in tracta.serui.in titu. de serui.iti.col.6. cum sequen.Fely. in d.c.2. in addit. quas ponit in fine sui operis.c.omnis.col.5.cum sequen.ubi ponit sex casus, in quibus licitum est transire per agrũ uicini. Et an in prædijs alterius licitum sit inuito dño pascere, uide Alex. cõsi.34. uiso pro-

viso processu.col.2.& 3.quarto volum.& ibi etiam,'quid si est facta præscriptio,de quo etiam per Cepol.in d.trac. serui. in titulo de serui. iuris pascendi; & prædicta nota: quia quotidie de eis dubitatur in curijs Baiulorum.

¶ Et qm̄ violentiæ vt plurimum cõmittuntur in destituendo,& spoliando alios bonis,siue immobilibus, siue mobilibus. Et pro recuperãda possessione,& punienda violentia per tex. nostrũ, & per alia iura multa sunt prodita remedia,& cum sint quotidiana, ideo plenius attingenda, iuxta doctrinã Iurisconsulti.in l.legaui.ff.de lib.leg. Ideo
28 sciendũ est,ꝙ tam de iure cõmuni, q̃ de iure regni † multa sunt prodita remedia pro recuperanda possessione, de quibus latè per Spec.in titu.de restit.spo..in princi.vbi ferè omnia remedia ponit,& ibi etiam ponit multas formas libellorũ in ista materia,& per Ang.Aret.in.§. quadrupli. col.11.cum sequen.Instit.de actio. Matth.de Affli. in cõstitu.regni violentias, in rubr. vbi succinctè narrat multa remedia,de quibus multa referre solebat (licet tacito auctore) colendissimus dñs,& præceptor meus Ioan.Nico. de Vicarijs de Salerno in l.naturaliter.§.nihil cõmune.in prin.ff.de acqui.posses.& magis plenè Philip.Fran. in dispu.de petitorio,quę incipit.Ex nobilissima vrbe,latè per D.Prepo.in c.1.col.15. cum pluribus seque.3.q.1. & dñs & prçceptor meus Robert.Maran.Venusinus in suo trac. intitulato, Speculum aureum, & lumen Aduocatorũ, in septima distin.princ.col.5.cum sequen.qui similiter tacito auctore dicta remedia ponit. Ex quorum dictis breuiter,vt res patiet, infrascripta remedia possessoria collige.
29 ¶ † Primum remediũ est interdictum vnde vi, quod cõpetit spoliato per vim contra spoliatorem, vel mandantem, vel ratum habentē.l.1.§.deiecisse,& l.cum a te.ff.de vi & vi arma.c.cum ad sedem. circa fi.extra de restitu. spolia. ADDITIO noua. Et dicit Alex.consi.94.col.4.in fin.
30 5.volu. † Quòd interdictũ vnde vi locũ habet,quando fit violentia personæ deiectæ de possessione,& Pau.de Cast. consi.205.col.1.2.volu. Et tale interdictũ nullo modo potest cõpetere contra detinētem, qui nõ spoliauit,nec spoliare mandauit,nec spoliationem ratã habuit,vt tenet Maria. Soci. in c.qm̄ frequenter.§. quod si super.col.11.post medium,in 7.quæst.extra de lit.conte. Et ibi etiam ponit, ꝙ hoc casu non habet locũ nominatio, vt ibi per eum. Et datur hæredi spoliati, & cõtra vniuersalem successorem spoliantis, non autē contra singularem successorem, etiã si habuisset causam lucratiuã.l.1.§.fi.& l.3. in fi.& d.l.cũ a te.ff. de vi & vi arma. Etiam si possideat rem affectã vitio violentiæ.d.l.cũ a te. & ibi Bar. & d.c.cum ad sedem, & ibi glo.& Innoc. & habetur in c.significauerunt. extra de testi.Abb.in c.quia v.colum.3.de iudi.& ibi per alios. Hoc intellige, nisi contra istũ singularem successorē bonefidei possessorem de præsenti ageretur ad interesse, auctore suo spoliatore nõ existente soluendo; quia tunc cõtra eũ agi posset,vt notat gl. in d.l.cum a te. & Ang.Aret. in d.§.quadrupli.col.11. post mediũ,ante versic. 2.principaliter. Instit.de actio. Et dicit dñs meus Robert. Maran. in d.tract.Speculum aureũ,in septima distin.princ.col.8. versic. quintumdecimũ remedium, Quòd condictio.d.l. cum a te. datur, si tu spolias me per vim, & alius similiter spoliat te per vim, nõ ago contra illũ tertium, qui te spoliauit,sed contra te,qui me spoliasti (licet non possideas) ago interdicto vnde vi. Sed in regno per cõsti. circa violentiarum, est aliter prouisum; quia datur electio spoliato agendi ad interesse contra spoliatorem non possidentem, vel eius hæredem, vel contra possessorem ad rei restitutionem. Et vide octo requisita vt competat istud interdictum, quæ ponit. D. m. Rober. vbi supra.
31 ADDITIO noua. † Primò requiritur, vt res, pro qua agitur,sit immobilis.l.1.§.generaliter.& §.illud.ff.de vi & vi ar. Nam pro re mobili non cõpetit interdictũ vnde vi, sed actio vi bono.rapto.vel alia remedia possessoria, quæ non sunt interdicta,de quibus per Bar. Alex. & alios in l. rem quæ nobis.ff. de acquir. poss. Et hoc intellige principaliter,sed accessoriè daretur etiam ad mobilia, quæ erãt in illo loco, vnde fuit expulsus.l.1. in prin.&.§.si fundus. ff.de vi & vi arma. Alex.in l.vendicatio.ff.de rei vend.D. m.Rob.Maran.vbi supra,Tho.Gra.in vot.19.num.6.& 8.
32 Competit † etiã hoc interdictũ, si aliquis fuisset deiectus de ædibus ligneis affixis in terram, & quæ solo coherent; vt dicit Ang.Aret.in §.quadrupli. col.9. versus fi.Insti.de actio. Et hoc procedit,siue illæ res mobiles solo affixę essent ,ꝑprię,siue apud eum depositæ, cõmodatæ, pignoratæ,vel locatæ,vel habebat ad custodiã.l.1.§. quod autem ait.ff.de vi & vi arma. Etiam si tales res haberet vi,clam, vel precariò.l.sed si vi arma.ff.de vi & vi arma.Ang.Aretinus vbi supra.
33 ¶ † Amplia etiã dictum interdictum vnde vi, seu remedium recuperandæ possessionis nõ solum cõpetere pro rebus soli, sed saltim vtile interdictũ unde ui competere etiam pro iuribus incorporalibus ei,qui est in quasi possessione dicti iuris incorporalis.l.1.§. hoc interdicto,& ibi glo.& Bar.ff. de iti.actuq; priua. Quod intelligit Ang.Aret.in d.§.quadrupli.col.9. circa princ.esse uerum, qñ hoc ius incorporale adheret alicui rei immobili,puta pro iurisdictione,quæ coheret castro, ar.l.1.§.si quis de naui.ff. de ui & ui arma. Et ꝙ pro iuribus incorporalibus agi possit remedio possessorio, tenet Abb.in c. querelã. in tertio nota.extra de electi. Et agi potest etiam pro pensione nouiter subtracta solita annuatim præstari. Et eo ipso ꝙ debitor non soluit pensionem solitã, uidetur spoliare facultate,seu possessione percipiendi dictã pensionem,quod secundũ Abb.ubi supra, intellige procedere,qñ pensio fuit petita,& debitor recusauit soluere, non propter impotentiam,sed quia noluit soluere, tunc cõpetit possessorium. Et debet probari,ꝙ pensio debetur,& ꝙ soluere noluit. Et tunc agi potest, ut reducatur in eũ statum,in quo primò erat,licet nihil doceat de ꝓprietate iuris pensionem illam percipiendi,sed solũ sufficit probare possessionē, & ꝙ fuit spoliatus, recusando soluere, ut dicit Abb.in d.c.querelam.col.2.in tertio nota. cũ ibi alle-
34 gatis. † Competit etiam interdictũ unde ui,qñ aliquis ingressus fuit fundũ tuum te absente, & qñ redis ad fundũ, ille stat cum gentibus armatis in fundo,& dicit, ingredere: quia ego sum contentus,quia nõ propter hoc excusatur; quia debet pati plenè & liberè ingredi, & eo modo, quo primò possidebas.Bar.in l.1.§.siue autē.ff.de ui & ui arma.Ang.Aret.in d.§.quadrupli.col.9.uersi. ac etiã. In-
35 stit.de actio.¶ Secundò requiritur † ꝙ sit illa uiolẽtia personæ pro re,& sic ꝙ sit uiolenter expulsus de possessione. d.l.1.§.1.& 2.ff.de ui & ui arma. Alex. consi.94. col.5. in 5 uolu.& ubi non interuenit uiolentia non cõpetit, & sic est necesse,ꝙ persona sit præsens, aliàs nõ dicitur cõmitti uiolentia,ita Pau.de Castr. consi.205.col.1.in fin.2.uolu. & Rob.Mara.ubi supra. Intellige,ut proximè dixi,quãdo dñm reuertētem nõ admisit;quia tunc cõpetit saltim utile interdictũ.d.§.siue autē.& ibi glo.& Bar.Alex. in addi. ad Bar.in l.1.§.interdictũ.ff. uti possid. Ad prædicta uide Soci.in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.col.3.in ultimo nota.ff.de acq. posses. ubi dicit,ꝙ si aliquis ingressus est possessionem alicuius,& reuersus dñs non fuit admissus,dicitur inferri uiolentia ab ingresso, ut ibi latius per eum, ubi etiã ponit, an & qñ naturaliter possidens possit
36 propria auctoritate expelli,dic ut ibi. ¶ † Tertiò requiritur, ꝙ tale interdictũ unde ui intentetur infra annum.l.1. in prin.ff.de ui & ui arma. Et talis annus est utilis, d.l.1.§. annus. Et post annum nõ competit,nisi ad id,quod peruenit ad deiectorem l.ui pulsos,& ibi doc.C.unde ui. Et intellige,ꝙ datur annus in agendo. Sed excipiendo perpetuo datur,gl.in d.l.ui pulsos.per l.purè,§. fi.ff.de doli ex-
37 cept. & Rob.Maran. ubi supra. ¶ Quartò requiritur † ꝙ deiectus possidebat tpe spolij,aliàs, qui non possidet, nõ dicitur deijci, l.1.§. interdictũ autē hoc.ff. de ui & ui arma.& in c.consultationibus. & ibi doct. de offi. deleg. Et hoc siue possideat per se,& pro se, & iustè, siue possideat ui,clam,uel precariò l.sed si ui arma.ff.eod.titu. siue possideat

ſideat per ꝓcuratorem, factorem, uel colonos ſuos; quia ſi colonus, uel factor fuit deiectus, ipſe dominus uidetur deiectus, etiam ſi ignoret colonũ, uel alios ſuos eſſe deiectos. d.l.1.§.quod ſeruus, &c.§.non autẽ. & ibi Bar. & Bar. in d.l.1.§.ſiue autem, Ang. Aret. in §.quadrupli. col.8. uerſus fi. uerſi. & aduertas. Inſtit. de actio.
38 † Si tamen uſufructuarius mei fundi eſſet deiectus, non competit mihi interdictum; quia ipſe poſſidet ſuo nomine & ſuo iure l. naturaliter. in prin. ff. de acqui. poſſeſ. Bar. d.§. non autem. & l.3.§.unde ui. ff. de ui & ui arma. & Ang. Aret. ubi ſupra. Sed interdictum competit ipſi uſufructuario deiecto. l.3.§.unde ui, & ibi glo. & Bar. & quod not. Bar. in d.§. interdictum autem hoc. & Ange. Aret. ubi ſupra.
39 ¶ † Si quis autem fuiſſet abſens & ciuiliter poſſidebat, & aliquis ingreſſus fuit eius fundũ, & reuertentem dominũ non admiſit, uel dñs abſens ſciens illũ ingreſſum poſſeſſionem, ſeu fundũ, & timens ſe poſſe repelli, noluit ad fundum redire, iuxta. l. clam poſſidere.§.qui ad nundinas. ff. de acqui. poſſ. & ibi doct. ſimiliter cõpetit interdictũ, ut latè per Ang. Aret. d.§.quadrupli, col.9. in princ. Cautius tñ erit, ut accedat ad fundum; quia ſi ingreſſus illum non admiſit, facilius poterit ꝓbare, tam de tempore, quàm de deiectione, ut dicit Ang. ubi ſupra col.9.
40 † Et aduerte, ꝙ regulariter agens interdicto recuperãdæ poſſeſſionis debet duo probare, ut poſſit uincere. ſ. ſe poſſediſſe rem, cuius poſſeſſionẽ petit ſibi reſtitui tempore ſpolij, ſecundò debet probare ſe fuiſſe ſpoliatũ l.1.§.interdictũ autẽ hoc. ff. de ui & ui arma. c. cõſultationibus. de offi. deleg. Abb. in c. cum ad ſedem. col.7. de reſti. ſpo. Et quia iſta uis expulſiua diuerſimodè committi poteſt. Ideo diuerſimodè probationes fieri debent, ut per Bal. in cõſi.68. ad euidentiam. 2. uolu. Et pro clariori intelligentia ex dictis Bald. in d. conſi. facias infraſcriptos caſus. Primus caſus eſt, qñ præſens infert uiolentiã præſenti, & tunc ꝓbationes ſunt faciles, & directæ; quia iſte hoĩs actus poteſt probari per uiſum, ut not. Dy. in l.1. in fi. ff. de aqua plu. arcen. & Bal. ubi ſupra. Et ſic probabit, ꝙ poſſidebat talem fundũ. Et ꝙ talis eum expulit de poſſeſſione. Secundus caſus eſt, qñ uiolentia non fuit illata præſenti, ſed eius miniſtris, puta ſeruo, colono, uel alijs, qui ꝓ eo tenebãt, ut. C. ſi per uim uel alio mo. l.1. & ſupra tetigi, & illis expulſis, dicitur expulſus ille, cuius nomine detinebant. ff. de acqui. poſſeſ. l. peregre.§.quibus, expulſis namq; pro alio detinẽtibus dicitur dñs ui expulſus. ff. de ui & ui arma. l.1.§.non alij autem. & facit, quod not. in l. fi. C. de acqui. poſſ. in hoc ergo caſu, ſi quis prætendat ſe expulſum, eo ꝙ detinẽtes pro eo fuerunt expulſi, debet de neceſsitate ꝓbare, ꝙ illi fuerunt expulſi, & ꝙ tempore expulſionis illi deiecti pro eo detinebant. l.1.§.interdictum aũt hoc. ff. de ui & ui arma. unde infert Bald. in d. cõſi. ꝙ quando intentatur interdictum unde ui, eo ꝙ præſens intulit uiolentiam abſenti per quoddam medium: quia expulit detinentes poſſeſsionem pro illo abſente, oportet probari una poſſeſsio tp̃e uiolentiæ illatæ. Item ꝙ dicta poſſeſsio tenebatur pro eo, & eius noĩe per exiſtentẽ in fundo, ſeu caſtro, uel alio loco. Item ꝙ reus conuentus per uim eos expulſit, ut ibi per Bald. Et in iſto caſu non eſt de neceſsitate probandũ, ꝙ expellens ſciebat illos detẽtores detinere pro illo abſente, niſi eſſet probanda aliqua qualitas, ut per Bald. d. conſi.68. 2. uolu. Tertius caſus eſt, qñ aliquis eſt ſpoliatus ab alio expellente nomine & cõtemplatione alterius abſentis, & ꝓpterea cõtra ipſum abſentem intentat interdictũ unde ui, & hoc caſu probationes nõ ſunt ita faciles: quia cõſiſtunt in fictione, ideſt ratificatione, & tunc uis non probatur niſi ꝓbatis medijs, & oportet probare media, ex quibus inferatur probata actionis natura, ut dicit Bal. ubi ſupra. Et hoc caſu debet probare de ſua poſſeſsione tempore deiectionis, & ꝙ tempore deiect[illegible]onis illi expulſores habebãt mandatum ab illo abſen[illegible] [illegible]pellendũ ipſum poſſeſſorem, & ꝙ illa expulſio fu[illegible] [illegible] noĩe illius mandantis abſentis, & ꝙ poſtea ille ab[illegible] [illegible]habuit dictam expulſionem. ff. de ui & ui arma. l.1.§.deieciſſe, &c.§.quoties. ff. de reg. iur. l. hoc iure.§. deijcit. Et nõ ſufficit probare, ꝙ expellens eſſet familiaris eius; quia per hoc non probatur mandatum; quia ex quo eſſet mandatum ad delinquendũ tali caſu requiritur ſpeciale mandatum. c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpo. Similiter etiã non ſufficit quò ad interdictũ unde ui probare, ꝙ poſtea peruenit ſcientia ad dñm illius familiæ, ſed probari debet, ꝙ ipſe dñs ſciebat uim ſuo nomine illatam, & eam ratã habuit, alias cum in dubio præſumatur ignorantia. l. uerius. ff. de proba. non poteſt dici ratificaſſe. l. in totũ. ff. de reg. iur. Sed iuxta prædicta quæro
41 † an reus cõuentus interdicto recuperandæ poſſeſsionis poſsit contra agentẽ excipere de ſpoliatione facta per agentem tertiæ perſonæ, a qua reus ius habet, uide Ioan. Andr. & Phil. Fran. in c.1. col.2. & ibi Gemi.§. illũ autẽ. col.2. de reſti. ſpo. in vi. qui tenent ꝙ non, & hoc qñ ciuiliter agitur ut ibi.
42 Sed quæro † pone aliquis fuit per uim ſpoliatus, & alienauit illum fundũ, an poſsit cedi interdictum unde ui. Dic ꝙ ſic. l. quòd ſi in dicta.§. Iulian⁹, & ibi Bald. ff. de peti. hære. l. licet. & ibi glo. Bald. & Saly. C. de except. Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de interrogatio.§. nunc, in addi. quæ incipit in princ. & tangit Bald. in addi. Spec. in titu. de ceſsio. actio. Intellige prædicta, ꝙ poteſt cedi expreſsè, nõ autem tacitè, uel generaliter, ut probant dicta iura, & tenet Soci. in l. rem quæ nobis. in fine ſecundæ quæſtionis principalis, col.8. ff. de acquir. poſſ. ſi uerò non eſt ceſſum dictũ interdictũ unde ui non tranſit, ut dicam infra in remedio canonis reintegrãda. ubi teneo cõtra Soci. ut ibi dicam.
43 † Nunquid autẽ contra procuratorem agentem de ſpolio nomine dñi poſsit excipi; ꝙ ipſe procurator ſuo noĩe ſpoliauit reum. Dic ꝙ non, ut tenet Spec. in titu. de peti. & poſſe. col.3. uerſi. Sed nunquid, Io. Andr. & Philip. Franc. in c.1. col.1. & 2. de reſti. ſpo. in 6. & ibi Gemi. in §. illum autẽ. col.1. Et idem eſt dicendũ, ſi uniuerſitas agat interdicto recuperandæ, & Sindicus ſuo nomine ſpoliaſſet, nõ poteſt excipi contra uniuerſitatẽ, ut ibi per eos, &
44 † exceptio ſpoliationis eſt dilatoria, & debet proponi ante litem cõteſtatam, & antequã ſuper negotio principali procedatur c.1. & ibi Gemi. Phil. Fran. & alij de reſti. ſpol. in vi. glo.2. q.2. c.1. glo. in c. ex conqueſtione. de reſti. ſpo. Inno. in c. cũ dilectus. de ordi. cogni. in uerbo exceptionis. Et non ſufficit excipienti ſuam exceptionem proponere, ſed debet illam probare. Gemi. in d.c.1. col.1. in not. de reſtit. ſpo. Et ſi propoſita tali exceptione iudex procederet ad ulteriora, uidetur tacitè pronunciare ſuper dilatoria oppoſita nõ admittenda, Gemi. ubi ſupra, & in c. dilectus. lo.2. de reſcri. & ideo tũc opus eſſet appellare.
45 Et nota unum in iſta materia, † ꝙ ille, qui intentat interdictum recuperandæ poſſeſsionis cõfitetur ſe amiſiſſe poſſeſsionẽ, & trãsfert in aduerſarium poſſeſſionem, ut dicit Inno. in c. cum ueniſſent. col.1. de reſti. in integr. & ibi etiam dicit in col.2. in princ. ꝙ ſi amiſit poſſeſsionem, nõ prodeſt ei agere interdicto retinendæ poſſeſsionis, & ſic uti poſſidetis, ut ibi latè per eum. Aduerte
46 etiam ad unum † ꝙ ſi actor dicit ſe uiolenter ſpoliatũ, & non probauit, nec deduxit uiolentiã, & ſic nõ probauit ſe uiolenter ſpoliatũ, licet probauerit ſe olim poſſediſſe, & poſſeſsionem ad aduerſarium perueniſſe etiã per fraudẽ, dummodo non per uim, debet actor ſuccumbere in iſto interdicto unde ui: ut per Inno. Cõpo. & Ioan. Andr. in c. ſuper literis. de reſcri. & per doc. in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpo. & Gemi. cõſi.146. D. Burgenſis col.1. & ibi etiã Gemi. ponit, ꝙ agens poſſeſſorio recuperandæ in beneficialibus non habet de neceſsitate probare titulũ, ſed ſufficit probare poſſeſsionem aliqualiter coloratam, ut per Inno. in c. ex parte. de reſti. ſpo. & ibi Ioan. Andr. & in c. bonæ. el 2. de poſtu. præla. Lapus allegatione 30. & 52. in fin. Gemi. cõſi.147. ſuper iſto dubio, col.2. Ioan. Andr. in addi. Spec. in rub. de reſti. ſpo. qui dicit, ꝙ poſſeſsio habita aucte ordinarij habet cauſare poſſeſſorium recuperandæ, nec habet probare proprietatem, uel titulũ, ut ibi per eum, &

eum,& latius Gemi.in d.consi.vbi vide. Ad prædicta etiã vide Gemi.consi.5.quia supra,vbi dicit,ꝙ spoliatus a iudice sine ordine iudiciario potest agere possessorio recuperandæ, vt ibi per eum.

47 † ¶ Quintò requiritur in isto interdicto vnde vi, vt in libello apponatur locus & tempus deiectionis,seu spolij.Bar.in d.l.1.§.siue autem.ff.de vi & vi arma.Alex.cõsi.94.col.5.quinto volu.& consi.6.col.1.3.volu.Ang.Are.in §.quadrupli. col.8.Insti.de actio.Rober.Maran.vbi supra.

48 † Quomodo aũt formetur libellus in violẽtia expulsiua,& sic in interdicto vnde vi,vide Bar. in l.1.§. siue autẽ, &.§.rectissimè, & l.interdicto.ff. de vi & vi arma.Oãof.in summa in titu. de interdicto vnde vi, vbi ponit in specie formam,sed tu vide clarius per Ange. Aret.in d.§.quadrupli.col.8.Instit.de actio. Aduerte etiã circa istam materiã ad vnam difficultatẽ.

49 † Pone enim,ꝙ ecclesia, seu prælatus vult agere interdicto recuperandæ possessionis, in cuius persona debet cõcipi libellus, vtrũ prælatus debet agere noĩe proprio, vel nomine ecclesiæ ad recuperandã possessionẽ pro rebus ablatis, ex quo res ecclesiæ posidet Christus, vel vniuersalis ecclesia,vt dicit Bar.in l.1.§.municipes.circa fi.ff.de acqui.poss.Inno. in c.sup electione,de cau.pos. & propri. de qua questione vide Abb. & alios maximè Maria. Soci. in c.1.col.23. cum seq. in 7.principali articulo, extra de lib.obla. Fely. in c.cõstitutus.col.11.cum seq.de rescr. c.edoceri.col.1. eo.titu.c.ex literis.col.2.extra de proba.& Maria.vbi supra distinguit tres casus. Primus casus est,qñ agitur pro iuribus particularib⁹ ipsius ecclesiæ,& tunc prælatus agere debet noĩe ecclesię suæ,siue petitorio,siue possessorio; quia prælatus est solũ administrator ecclesiæ, & non dñs. Secundus casus est,qñ prelatus ageret pro corpore ipsius ecclesiæ: vt quia prælatus fuit ecclesia spoliatus, & tunc prælatus agit remedio possessorio recuperandæ, nomine proprio ipsius prælati,& non noĩe ecclesiæ. Tertius casus est, qñ prælatus ageret pro iuribus cõpetentibus ipsi prælato,siue rectori, puta pro iuribus episcopalibus, & tunc agere debet noĩe proprio ipsius prælati,vt latius per Maria. vbi supra. Et ibi etiã ponit,quid in canonico, vel alio clerico particulari,vide ibi.Aduertas etiã,ꝙ si aliqua Ciuitas,vel baro vellet petere vnum castrũ, quod detineretur ab alio,libellus debet dari cõtra detentorem corã superiore detentoris, non autẽ contra castrũ & eius hoĩes, etiã voluntariè detentos,nisi castrũ detineretur per se, & proclamaret in libertatẽ; quia tunc cõtra castrũ, & hoĩes illius castri libellus esset dandus,vt dicit Bar.in l.1.§.per hanc.ff.de rei vend.& Ang.Are.in §.præiudiciales.col.4. Insti.de act.quæ nota.

50 † Et nota diligẽter tu aduocate cautelas, per quas poteris facere tuum clientulum obtinere, si enim vides, ꝙ vtraq; pars æqualiter ꝓbauit, poteris dicere clientulo,si est potens,vt possessionẽ,de qua est controuersia,armata manu ingrediatur, & denunciet aduersario,vt veniat ad possessionem,si audet,& si ille non venit: quia suspicatur se posse repelli, statim perdit possessionem, quã dicebat se habere.l.si id quod.§.fi.ff. de acq. poss.& sic clientulus tuus erit potior. Et si ille eiectus eat ad iudicem dicens, ꝙ violenter est eiectus a possessione, quã tuus clientulus ingressus est propria auctoritate,& ꝙ puniatur & restituat possessionem,poteris replicare,ꝙ ex quo probatũ est, ꝙ tuus clientulus posidebat, sicut & ille,& sic suã possessionem ingressus est,& non alienam,& aduersarius, qui fuit suspicat⁹ posse repelli amisit possessionem,si quã habebat, ita tenet Spe.in tit.de peti.& poss. col.pen. versic. nota tñ. & dicit ita tenuisse Vber. de Bobio,& Roff.in tit.de interdicto vtrobi,in prima col.Abb. antiquus,& Ioan.Andr.in c.licet causam.de proba. super glo.bene tamen. Alia etiam cautela vti poteris, qñ vis:vt amicus tuus apprehendat possessionem alicuius rei absq; vitio,quã ad se asserit pertinere,ignorante amico tuo,fac vt alius spoliet possessorem, & postea statim ille spoliator deserat possessionem coram testibus,& illa vacua possessione existente poteris dicere amico tuo, vt vacuã apprehendat possessionem;quia per hoc nõ videtur habere ratam spoliationẽ, nec dicitur rem a deiectore recipere, & sic habebit cõmodum retentionis: vt per Spec.in d.tit.de peti.& poss.col.pen.in fi.versi. Item nota. Sed ista cautela in regno nõ procederet per cõsti. regni,vt dicam infra in vigesimotertio remedio,consti.circa violentiarũ. Alia etiã cautela vti poteris,si forte habes clientulũ, qui habet controuersiam super possessorio alicuius fundi, & habet forte duriorẽ aduersarium, & magis potentem, ita ꝙ non potest suã possessionem retinere ob aduersarij potentiã. Cautela est,vt tuus clientulus notificet aduersario, ꝙ ipse nunc vult accedere ad dictum fundũ, & manutenere suã possessionem,& si aduersarius vult cõtradicere,veniat ad fundum, & postea iste timidus portet secum testes, & vadat ad fundum, & si non inuenit resistentem, ingrediatur fundum,& retineat possessionẽ,si postea venerit, & deiecerit per vim,habebit testes,ꝙ ipsum deiecit, & spoliauit tali tempore, & poterit agere remedio recuperandæ possessionis interdicto vnde vi. & si inuenerit resistentẽ, qui non patitur ingredi, similiter habebit interdictũ vnde vi. & poterit via iuris recuperare possessionem,vt colligitur talis cautela ex dictis per Spe.in tit.de peti.& poss.in fine, & per Ang.Aret.in d.§.quadrupli. col.9.Instit. de actio.

51 ¶ Et debes esse cautus † qñ agis remedio possessorio recuperãdæ possessionis,& agis de spolio,debes in actis ꝓtestari,vt ante omnia cognoscatur de spolio, & ante omnia tibi restituatur possessio,& ꝙ nullo modo cõsentis,vt de proprietate discutiatur, & sic tibi nõ præiudicas, alias si permittis de proprietate cognosci, tibi præiudicares in possessorio,ita dicit Ange.Aret.in d.§.quadrupli. col.10. in fine, cum seque. per iura ibi per eum allegata.

52 ¶ † Sextò in isto interdicto vnde vi requiritur de iure cõmuni,vt detur cõtra eum,qui verè spoliauit, adeo quòd si possessio non reperitur penes spoliatorem,sed penes aliũ, non competit hoc interdictũ contra tertium,qui non spoliauit.l.cum a te.ff.de vi & vi arma. & Alex. d.consil.94. colum.6.quintò volum. sed hodie in regno est inductum remedium per constitu. regni, circa violentiarum. vt dixi supra, & dicam in vigesimotertio remedio.

53 ¶ † Septimò requiritur, vt agens interdicto vnde vi non posideat.l.1.§.non autem alij.ff.de vi & vi arma.quia tale interdictum est recuperandæ possessionis, & sic si possidet,frustra ageret ad id, quod habet.

54 ¶ † Octauò requiritur,vt agens hoc interdicto verè possederit, & nõ sufficit,si detinuisset tantum: quia tunc non cõpeteret hoc interdictũ, sed cõpetunt alia remedia: vt infra videre poteris,& dicit Rober. Maran. vbi supra.

55 ¶ † Secundũ remedium est condictio legis, si quis in tantã.C. vnde ui, quæ est pœnalis,& locum habet cõtra uiolentum,qui occupauit per uim rem suã ab alio possessam, de quo dic, ut ibi plenè per doct.& Præpo.in c.1.col.21.3.q.1.Et an conditio.d.l.habeat locũ in clericis, & bonis ecclesiarũ, uide per glo & doct.in c.1.extra de dolo & contu. Et aduerte, ꝙ pœna.d.l.si quis in tantam, in regno est modificata per constit.regni, uiolentias,& per istud c.subditorũ. de quo etiam per D.m. ubi supra col.8. Et quid de prælato inuadente propria auctoritate rem ecclesię ab alio possessam, an teneatur.d.l.si quis in tantã,uide per Alex.in d.l.naturaliter.§. nihil cõmune, col.11. circa princ.ff. de acquir. posses. Et ad materiam.d.l.si quis in tantam,uide in c.placuit.16.q.6.glo. in c.pastoralis, in uerbo intentare, & ibi Abba. colum.7. & 9.extra de ca.poss.& proprie.

56 ADDITIO noua. † Quanto autem tempore præscribatur cõdictioni seu actioni descendenti ex d.l.si quis in tantam,uide Ioan.Franc.Balb.in trac.de præscr.in quarta parte, quartæ partis principalis, quæstione uigesimaquinta, ubi tenet, ꝙ præscribitur spacio triginta annorũ, Et ibi etiam ponit, an dispositio. d.l.habeat locum de iure canonico, & per cano.in ca.1.de dolo & contuma.

57 ¶ † Tertium remedium est cõdictio.l.inuasor.C. unde ui, quæ locum habet cõtra occupantem possessionẽ uacantem sine

tem sine dolo. Oportet tamen, ꝙ tale possessorium fundetur super dominio agentis, licet sibi nõ incumbat probare plenè de dominio, vt per Bar. in l. fin. & in d. l. inuasor. C. eod. titu. Et ẜm Ang. in d. l. inuasor. in princ. habet locũ etiam cõtra inuadentẽ rem ab alio possessam absq; dolo; quia tenetur ad restitutionẽ possessionis, vt ibi per eum, quem sequitur Philip. Fran. in d. dispu. de petito. col. pen. versic. 20. de quo per doct. in d. l. inuasor, & Præpo. in c. 1. colum. 22. 3. q. 1. & D. m. Robertus Maranta, vbi supra.

58 ¶ † Quartum est remedium condictio legis, conquerebatur, quę est lex fin. C. vnde vi, quæ locũ habet contra eum, qui scienter & dolosè occupauit possessionẽ alterius vacantem, vt ibi per doc. & Hostiensis in summa extra quod metus causa. §. qualiter retractetur, col. 3. in prin. vbi hoc limitat, vt ibi per eum. Ad prædicta vide Bald. in c. pastoralis, col. 1. extra de cau. possess. & proprie. vbi dicit, quòd istud non est propriè remedium recuperandæ possessionis, sed quasi recuperandæ, vt ibi per eum. Ad prædicta vide Præpo. in d. c. 1. colum. 21. 3. q. 1. & D. m. vbi supra.

59 ¶ † Quintum remedium est condictio legis, meminerint. C. vnde vi, quæ locum habet, quando quis auctoritate iniustæ sententiæ, vel iniusti rescripti ingreditur possessionem ab alio possessam, & talis spoliatus est ante omnia restituendus, vt ibi etiam habetur per doct. & in c. conquerente. extra de restitu. spolia. Quia spoliatus auctoritate iudicis iniustè habet remedium possessorium, vt per D. Præpo. in d. cap. 1. colum. 21. 3. q. 1. & D. m. vbi supra.

ADDITIO noua. Et aduerte ad ea, quæ dicit Gemi. consi. 146. Dominus Burgensis. col. 1. vbi dicit, ꝙ quando agit de spoliatione facta a Iudice in forma iudicij, oportet probare tria, scilicet suã possessionem, spoliationẽ iniustè factã a iudice, & possessionẽ penes tertium, cui iudex assignauit, vt ibi per eum. Et in casu d. l. meminerint. ad hoc vt cõpetat interdictum recuperandę possessionis, non requiritur de necessitate, ꝙ spoliator sit in dolo, & ꝙ dolosè deiecerit, sed sufficit lata culpa; q̃a intrat possessionem cum decreto iudicis inualido, & licet excusetur a dolo; tamẽ quia est in lata culpa: quia debuit diligenter perscrutari, vtrum decretũ iudicis esset iuridicum & rite concessum nec ne, tenet ex d. l. meminerint. vt tenet Ang. Aret. in d. §. quadrupli. colum. 10. Insti. de actio. & Bar. in l. 3. §. si fundum. ff. de vsuc. ex cuius dictis colligitur limitatio, nisi possessio fuisset vacans, vt ibi per eum. Et de materia, an & q̃n ingrediens possessionem auctoritate iudicis inualida excusetur a pœna vel nõ, vide Fely. in c. cum causa. de off. deleg. vbi ponit regulam & fallentias. Et de materia d. l. meminerint. vide Ang. Are. in d. §. quadrupli. col. 10. Insti. de actio. & doc. in d. l. meminerint, & aliquid per doct. in l. iustè possidet. ff. de acq. possess. Vbi etiam q̃n dicitur decretũ iniustum, vel nullũ, per Alex. & Soci. ibi. Et ad prædicta vide, quæ dicit Maria. Soci. cõsi. 32. ex his quæ superius. col. pen. 1. volu. vbi dicit, ꝙ amotus, & destitutus sine causæ cognitione dicitur de facto priuatus, quamuis fuisset destitutus auctoritate regiarũ literarum; quia illud dicitur de facto fieri, quod fit sine causæ cognitione, & sine p̃nuntiatione sententiæ, vbi sententia requiritur: vt est gl. quæ reputatur sing. secũdùm Bar. in l. ictus fustium. ff. de infami. vt latius per Maria. vbi supra.

60 ¶ † Sextum remedium est cõdictio. l. auctoritate. C. vnde vi, & l. fin. C. si per vim vel alio modo, quæ cõpetit contra occupantes possessionẽ alterius, & postea impetrãtes cõfirmationẽ suæ possessionis per rescriptũ principis; quia nõ obstante tali rescripto nõ poterit retinere possessionẽ, sed cogitur restituere, vt ibi per doct. & D. m. vbi supra.

61 ¶ † Septimum remedium est condictio. l. 1. C. si per vim vel alio mo. quæ datur contra eum, qui occupauit possessionẽ absentis; nam cum absens reuersus est, ante oĩa est restituendus. Et contra agentẽ condictione. d. l. nõ obstat exceptio dominij, vt ibi ex illo tex. not. & voluit gl. 3. q. 1. in sum. Quòd abs[illegible] qui perdidit possessionem, potest eam recuperare [illegible]nque possidente, & habetur per Philip. Franc. in d. disputã. de petito. col. pen. versiculo vigesimum secundum, & D. Præpo. in d. c. 1. col. pen. 1. q. 1.

62 ¶ † Octauum remedium est condictio. c. sępe. extra de restit. spol. quæ competit spoliato contra quemlibet successorem, etiam singularem, & tertium possessorem, scienter succedentem in re affecta vitio violentiæ, licet sit tertius & mediatus successor, etiam sine dolo, vt est casus secundùm communem intellectum in d. cap. sæpe.

ADDITIO noua. Et Ang. Are. in d. §. quadupli. col. xj. versic. 2. principaliter. & Maria. Soci. in c. q̃n frequenter. §. quòd si super. col. xj. circa fi. in 7. quęst. de litis cõtę. vbi dicit, ꝙ condictio. d. c. sæpe. datur tantùm aduersus possidentem noĩe proprio, qui scienter successit in vitium, vt ibi per eum. Et aduerte: quia intentans hoc remediũ tria debet probare. Primò, ꝙ agens probet se spoliatũ. Secundò, ꝙ conuentus, qui possidet, sciuerit dictam spoliationem; quia ista qualitas, ꝙ scienter successit in re affecta vitio violentiæ, est pro forma probanda per actorẽ agentem remedio. d. c. sæpe. ita ꝙ non sufficeret p̃bare, ꝙ sciebat rem esse alienã, sed de scientia violentiæ, vt dicit Præpo. in c. 1. col. 20. cum seque. 3. q. 1. Tertiò debet probare, ꝙ sciebat ille conuentus tẽpore acquisitionis, secus si postea, vt latius per doct. in d. c. sæpe. & Philip. Fran. in d. dispu. versic. 11. remedium. Et ad prædicta vide glo. pen. in consti. regni, circa violentiarũ. Et competit etiã dictũ remediũ pro rebus laicorũ, vt per Abb. in d. c. sæpe, vbi etiã ponit, q̃n competit, & in quo discrepat a canone reintegranda. 3. q. 1. Ad prædicta etiã vide Ang. Aret. in. §. quadrupli. col. 11. Instit. de actio. & Lanfran. in rub. de cau. poss. & pro. col. 2. in secunda cõclusione, & per d. c. sæpe. est prouisum ad illud, quod ante deficiebat, per d. l. cum a te. ff. de vi & vi arma. secũdùm D. m. vbi supra, uersic. 17.

63 ¶ † Nonum remedium est cõdictio. l. si me & Titium. ff. si cert. pet. quæ competit bonæfidei possessori, qui cecidit a sua possessione, & ex æquitate illius. l. poterit recuperare a quocunq; possidente; quia æquũ est, ut rem restituat, & nõ fiat locupletior cum aliena iactura, ita tenet Bar. in l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. 11. Hosti. & alij in c. bonæ. extra de app. & doc. in d. l. si me & Titium, & Philip. Fran. in d. disputa. col. 2. ¶ Sed aduerte: quia remedium d. l. est subsidiariũ, & tunc habet locum, q̃n actori non potest esse consultũ, agendo cõtra eum, qui principaliter tenebatur; si enim posset agi cõtra illum, tunc nõ posset agi contra tertium; quia cessat æquitas. d. l. ut per Bar. & doct. in d. l. si me & Titium. Et sic in casu etiam, q̃n spoliator, uel eius hæres, non esset soluendo; quia tunc in subsidiũ posset etiã agi contra tertium, etiã bonęfidei possessorem, qui nõ spoliauit; ut per Bar. in l. cum a te. ff. de ui, & ui arma, latè Philip. Fran. in d. disp. col. 2. & col. 4. & Alex. cõsi. 92. prospectis his, col. 3. 1. uolu. Præpo. in c. 1. col. 17. 3. q. 1. ¶ Item, ad hoc ut cõpetat dictum remediũ, est necesse, ut ille, qui cecidit a possessione, fuisset bonæ fidei possessor, secus si fuisset malefidei possessor; q̃a tunc non haberet locũ æquitas. d. l. ẜm Bar. in d. l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. 11. & Philip. Franc. ubi sup. col. 2. Item remediũ d. l. tunc habet locum, q̃n reus, contra quem agitur, possidet rem ex causa lucratiua, secus q̃n ex causa onerosa, ut per Bar. & doct. in d. l. si me & Titiũ, & Ang. Aret. in d. §. quadrupli. col. 11. Instit. de actio. Alex. in d. consi. 92. prospectis his, col. 3. 1. uolu. & Philip. Fran. ubi supra, cum concordantijs in dictis locis. ¶ An autem remediũ d. l. si me & Titium. habeat locũ solùm in re mobili, uide ibi doct. & Ang. Aret. in d. §. quadrupli. col. 11. in fin. Bald. Saly. & & alios in l. 2. C. de fur. Bar. & doct. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. possess.

64 ¶ † Decimũ remedium est condictio. l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. 11. quia ex generali remedio illius. l. uidetur esse consultũ cuicunq; bonę fidei possessori, qui cecidit iniustè a sua possessione, licet careat titulo, quo mediante præscriberet, ut non obstet sibi exceptio dominij, sed ante oĩa debet reintegrari ad suã possessionem, ut tenet Bar. ibi, & Inno. in c. post electionẽ. in fi. extra

extra de elect.& in d.c.sæpe,& glo.in l.inciuilē.C.de fur.
De cuius legis intellectu vide latè Phil.Franc.in d.dispu.
col.3. versic.6.& colum.8. versic.7.Sed ad hoc vt habeat
locum remedium d.l.duo requiruntur. Primò,vt ille, qui
agit, fuerit bonæ fidei possessor, secus si fuisset malefidei
possessor, vt per Bar.in d.l.si coloni. Secundò requiritur,
ꝙ res ipsa peruenerit ad aliū cum vitio & nō aliter, secus
si res nō esset affecta vitio furti,vel violentiæ; qa tunc bo-
næ fidei possessor cōtra alium bonę fidei possessorē nullū
haberet remediū, vt per Bar. in l.manifestissimi.§.fin au-
tem.col.2.C.de fur.& in l.rem quæ nobis, & ibi per alios.
ff.de acqui.poss.Philip.Franc.vbi supra,Ang.Aret. in d.§.
quadrupli.col.11.post mediū. Instit.de actio. latè Præpo.
in c.1.col.19.3.q.1.D.meus Rob.Maran.in d.tra.in 7.di-
stinc.princ. col.7. An autem d.l.si coloni, habeat locū in
detentatoribus,vide Bar. in d.l.manifessimi.§. fin autem.
ADDITIO noua. Et ad materiam d.l.si coloni. vide
Fran.Cur.Senio.cōs.71.super cōtrouersia,vbi ponit quę-
stionem,an agens cōdictione d.l.siquis cōductionis,si dn̄s
probat,ꝙ ignoranter conduxit in emphyteusim rem suā a
se possessam, an debeat succumbere, & tenet quòd non.
65 ¶ † Vndecimū remedium est cōdictio triticaria,quę gn̄a-
liter datur ad quālibet possessionē deperditā recuperan-
dam.l.1.& 2.ff.de cōdi.tri. Et datur cōtra possidentē rem
amissa possessione vitio violentiæ, vel furti, vt per Philip.
Fran.in d.dispu.de petit.col.2. in fi.& col.4. Et datur etiā
cōtra eum, ad quē peruenit possessio etiā absq; vitio vio-
lentiæ,vel furti,vt dicit Bar. in d.l.si coloni. circa prin. &
Philip.Fran.vbi supra,col.4.in fi.& hoc remediū est com
mune,& per eū non inducitur aliqua nouitas, sed cōcur-
rit cū alijs,de quo per Ange.Aret. in.§. quadrupli,col.11.
in fin.cum sequen.& Prępo.in c.1.col.17.3.q.1.Alex.in l.
rem quę nobis,col.3.in fi.ff.de acq.poss.& D.m.vbi supra
col.6. Et est aduertendū,ꝙ actio triticaria non datur, nisi
qn̄ aliquod negotium est gestū inter actorē & reum, con-
tra quem agitur,vt dicā infra in decimoseptimo remedio
66 cōdictionis indebiti,ibi vide. ¶ † Duodecimū remedium
est cōdictio l.si nulla.C.de acq.poss. quæ datur bonæfidei
possessori cadēti a sua possessione vitio violētię,vel clan-
destinitatis ad recuperandā possessionem,etiā contra ter-
tium bonęfidei possessorē,vt ibi per glo.& plenius per D.
Præpo.in c.1.col.17.3.q.1.& Phil.Fran. vbi supra col.2.
67 in fi.cum sequen.& col.4. ¶ † Tertiumdecimū remedium
est condictio.l.siquis cōductionis.C.loca.quæ cōpetit lo-
catori contra conductorē finita conductione, vt teneatur
prius & ante omnia restituere possessionem,quā accepit,
nec potest referre quæstionē dominij, quia eo ipso, ꝙ de-
negat restituere, spoliat, & spoliatus ante omnia est resti-
tuendus,vt ibi plenius per Bar.& doct.latè per Fran.Cur.
Senio.cōsi.71. Incipiente super controuersia,vbi etiā po-
nit,quid sit probandū. Et ibi etiam col.4.in fin.ponit vnā
limitationem ad d.l.vt non habeat locum, qn̄ conductor
fuisset dn̄s, & possessor tempore conductionis; quia tunc
obstaret exceptio dominij,vt ibi per eum.Secundò limita
non habere locū,quando exceptio dominij esset notoria,
vt per Iaso. in l.naturaliter.§.nihil cōmune, col.10.ff. de
68 acqui.poss. ¶ †Quartumdecimū remediū est condictio l.
non ab re.C.vnde vi.& l.cōductores.C.loca.quę ampliat
remedium d.l.siquis conductionis, vt ibi per Bart. Et cō-
petit,quando inquilinus,vel colonus meus, vel qui aliàs a
me precariò possidet, expectato ordine iudiciorum mihi
resistat, idest nisi mihi reddat ante sententiā diffinitiuam,
mihi victori cogitur restituere possessionē, & æstimatio-
nem eiusdem,d.l.nō ab re.& ibi doct.& Hosti.in sum.ex-
tra de his quæ vi,metusve cau.§.qualiter retractet, col.3.
in princ.versiculo. Item si quis,& Philip.Fran.in d.dispu.
versiculo decimumquintū,& D.m.in d.trac.in septima di
stinc. principali, colum.8. versiculo quartumdecimum.
69 ¶ † Quintumdecimū remediū magis latum & pingue est
condictio ex canone reintegranda.3.q.1. quæ cōpetit spo
liatis,quomodocunq; sint deiecti de possessione,siue eam
amiserint iniustè, siue metu, siue dolo, siue alijs iniustis
causis. Et inducit hoc speciale remedium, ꝙ quādo quis
iniustè perdidit possessionē suam, potest eam recuperare
a quocūq; possessore,siue sit possessor bonefidei,siue ma-
lefidei,ad quem res peruenit, siue cū vitio, siue sine vitio,
siue cū titulo, siue sine titulo, siue intentans hoc remediū
sit possessor bonefidei,siue malefidei,ꝭm cōmunem intel-
lectum illius c.reintegranda,vt tenent Archi.Gemi.& D.
Præpo.ibi,Abba.in c.cum ad sedem.col.14.versic.in pri.
intellectus,extra de resti.spol.Hosti.& Anto.de Butr.in c.
dilecti,extra de maio.& obed.Lud.Ro.post Bart. in l.rem
quæ nobis,in 5.col.ff.de acqui.poss.& ibi.D.Soci.col.2.in
fin.cū sequen.& col.6.versic.4.dubitatur,&Alex.cōsi.5 ri.
viso & discusso,col.1.in 1.vol.cum cōcor. in dictis locis.
ADDITIO noua. Et vide Alex.consi.6. circa proces-
sum,col.5.3.volu.versi.nec obstat etiā si diceretur,vbi te-
net, quòd etiā cōtra possidentē cum titulo datur remediū
dicti canonis reintegranda, quia ꝭm veras conclusiones,
agenti cōdictione ex illo canone nō potest opponi exce-
ptio dominij,vel similis,sed ante omnia debet fieri restitu
tio possessionis,Anto.de Butr. in d.c.sæpe.col.fi. vbi dicit
esse de mente Inno.& Io.Andr.in c.post electionē.de cō-
cess.præb. Abb.in d.c.sæpe.cū cōcor. per Alex.vbi supra.
Et vide etiā Alex.cōsi.117.viso,col.2.2.volu.& cōsi.200.
2.volum.& Maria.Soci. in c.qm̄ frequenter.§.ꝙ si super.
col.11.in 7.quæst.ext.de lit.conte. vbi in duobus locis il-
lius col.tangit,& in fi.dicit, ꝙ licet condictio dicti cano-
nis competat cōtra quemcunq; possessorem, etiā bonefi-
dei,non tn̄ competit cōtra detentorē, & possidentem no-
mine alterius, ne fiat præiudicium dn̄o absenti, vt ibi per
eum. Ad materiā etiā d.canonis reintegrāda.adde ea,quę
dicit Ioan.Fran.Balb.in repe.l.Celsus col.18.nu.44.ff. de
vsuca.vbi referendo Bar. ibi dicit, ꝙ si filius successit pa-
tri, & reperijt aliquā rem in hæreditate, quam eius pater
possederat decem annis, & ipse decem alijs annis, postea
cecidit a possessione, & nō reperit aliquem titulū nec per
instrumenta, nec per testes,dicit ibi Bar. ꝙ cautela est, vt
alleget titulū,& probet aliquā causam,ex qua causetur ti-
tulus putatiuus iusto errore, & probet de possessione de-
cem, vel uiginti annorū, & sic poterit rem uendicare, sed
tn̄ dicit ipse in d.repe. ꝙ melius erit consultū hoc casu, ut
pro recuperanda possessione rei, quā amisit, & a qua ce-
cidit, pro qua nullū potest inuenire titulū, ꝙ intentet uti-
lissimum remediū d.canonis reintegranda, quod cōpetit
cuilibet priori & antiquiori possessori,etiam malefidei,&
sine titulo,qui cecidit a possessione absq; sui facto,& cul-
pa; etiā contra bonefidei & cum titulo possidentem, ad
quem possessio peruenit, ut ibi latè per eum. Facit, quod
dicitur in simili, ꝙ tutius est intentare interdictum quorū
bonorum,q̄ petitionem hæreditatis;quia in petitione hę-
reditatis requiruntur difficiliores ꝓbationes,q̄ in interdi-
cto quorū bonorum,ut dicit nota.Ang.Aret.in §.quadru-
pli.col.3.in fi.versi.ex quo nota.Instit. de acti.quia est re-
medium adipiscendæ possessionis. Dictum uerò remediū
dicti canonis reintegrāda, est remediū recuperandæ pos-
sessionis;quia solùm aduocat nudam possessionē:ut dicit
Archi.in d.c.reintegranda.3.q.1.col.2.Et aduerte,ꝙ quā-
do fit restitutio possessionis ex dicto canone reintegrāda,
fit sumptibus spoliatoris.l.si uerò.ff.de rei uend. & glo.in
d.c.reintegrāda. ¶Nunquid aūt in materia d.canonis re-
integranda,si quis uult laudare auctorē,ut eum ueniat ad
defenddendum, sit audiendus, ponit Archi.in d.c.reinte-
granda,in fi.& tenet ꝙ non; quia quasi ex suo delicto cō-
uenitur, ut ibi per eum. ¶ A quo autem tp̄e ueniant fru-
ctus in materia d.canonis reintegranda, dicit Archi. ibi
col.fi.ꝙ ueniunt a tēpore perceptionis istius successoris,
qui tunc fingitur deiecisse. ¶Amplia primò dictū reme-
dium competere, non solùm pro rebus immobilibus, sed
etiā pro mobilibus & iuribus incorporalibus,ut tenet So-
ci.in d.l.rem quæ nobis,in quinta quæstione principali,&
Præpo.in d.c.reintegranda, col.1.cum cōcor. in d.locis.

¶ Amplia secundò, locũ habere in quacunq; vi siue compulsiua, siue expulsiua, siue ablatiua, & in oĩbus casibus, in quibus habet locũ.c.si.extra quod met.cau. Non tamẽ quantum ad pœnam, neq; quò ad effectũ d.l.siquis in tantam.C.vnde vi, vt tenuit Bald. in rub. extra de his quæ vi met.ve cau.& Præpo.in d.c.reintegranda. ¶ Amplia tertiò, cõpetere etiam depositario, vel cõmodatario, cui res deposita, vel cõmodata aufertur; quia potest pro recuperatione vti remedio dicti canonis, ſm Spec. & ibi Ioan. And.in addi.in titu.de petito.& poss.§.1.col.3.versiculo, sed nunqd depositarius, Soci. in d.l.rem quæ nobis, col.6. in princ.ibi tertiò dubitatur, & Præpo.in d.c.reintegranda.col.2.vbi infert gñaliter, ꝙ dictum remedium cõpetit etiam nõ habenti dominium, nec possessionẽ, sed meram detẽtationem, vt ibi per eum. Et ad materiam, cui cõpetat dictũ remediũ dicti canonis reintegrãda, & quid debeat probari, vide Soci.cõsi.266. In causa quæ vertitur, col.7. 2.volu.& D.m.Rob.Maran. in d.tra. septima distin.principali, col.9.versiculo decimumnonum, cum concor.ibi.

70 ¶ † Amplia quartò, dictum remediũ habere locũ non solùm in personis ecclesiasticis, & pro rebus ecclesiæ, sed etiã inter laicos pro rebus profanis; vt tenuit Ant. de Butri.in c.cũ ad sedem.extra de restit.spol.Inno.& Io.Andr. in d.c.sæpe. de resti.spo.Ang.cõsi.157.Incipiente, in prędicta quæstione.Alex.consi.51.viso & discusso.1.volu.& cõsi.6.circa ꝓcessum.3.volu. Alex.cõsi.117.col.2. 2.vol. & consi.200.2.volu.& cõsi.6.circa ꝓcessum.col.2.3.vol. & Soci.consi.266. In causa quæ vertitur, col.9.2.volu. & istam opi.tenuerunt Rom.Fran. de Aret.Alex. & Soci. in d.l.rem quæ nobis, col.3.& 4.in scđa quæst.principali, & dicit ibi Alex.ꝙ ita vidit seruari, & ita seruaretur in practica, licet cõtrarium tenuerint Abb.Imo.& Ioan.de Lig. in d.c.cum ad sedem, & in d.c.sæpe, & multi alij, quos nõ refero, & licet in puncto iuris ista opi. esset sustentabilis, vt per Præpo.in d.c.reintegranda.colum.2.in fin.cum sequen.Tamen in practica nõ est recedendum a prima opi. ¶ Nunquid autẽ remedium d.canonis reintegranda.transeat in singularem successorem spoliati, vide Soci. in d.l. rem quæ nobis.col.8.in fi. secũdæ quæstionis principalis. ADDITIO noua. Qui tenet ꝙ sic, non tamen firmat, sed cogitandũ reliquit. Sed ista opinio Soci.mihi nõ videtur vera, & est cõtra tex.in d.c.reintegrãda.3.q.1. vbi probatur, ꝙ remedium d.canonis reintegranda. cõpetit spoliatis, vel eiectis, & ibi etiam hoc tenet Præpo.col.4.in fi. versic.an istud, vbi tenet, ꝙ requiritur, vt intentans remediũ illius canonis possederit naturaliter, vel ciuiliter, aliàs dictũ remedium nõ competit, allegat Dominos de Rota, vt ibi per eũ, sed iste singularis successor spoliati non fuit ipse spoliatus, vel eiectus, nec tẽpore spolij posſidebat ciuiliter, vel naturaliter, ergo ei nõ cõpetit. Item spoliatus, qui petit se restitui, duo tenetur probare.s.se possedisse, & spoliatũ fuisse, tex.in c.consultationibus. & ibi gl. in verbo possessionẽ, ext.de offi.deleg. c.olim causam de restit. spo.extra qui fil.sint legi.c.causam quæ. Sed talis singularis successor spoliati nõ posſidebat tẽpore spolij, nec ipse fuit spoliatus, vel eiectus, ergo ei non cõpetit dictũ remedium. Ad prędicta etiã adducitur, quæ dicit Soc.cõs.266. col.9.versi.confirmo. 2.volu.vbi tenet, ꝙ condictio ex illo canone reintegranda, competit spoliatis & eiectis. Pro hoc facit, quod dicit Alex.consi.94.col.4.in fi.5.volu.vbi tenet, ꝙ interdictũ vnde vi locũ habet, quãdo fit violentia personæ deiectæ de possessione. & Pau.de Cast.cõsi.205. col.1.2.volu. Et est differentia inter hæredẽ vniuersalem, qui repręsentat personã defuncti, in auct.de iureiur. a mori.præsti.in prin.& successorẽ particularẽ, qui non censetur eadẽ persona cũ defuncto, vt dixi supra in primo remedio in interdicto vnde vi. Adducitur etiã, quod dicunt Dñi de Rota decis.439.si agenti, vbi dicunt, ꝙ si reus cõuentus possessorio recuperandę potest ꝓbare, ꝙ aduersarius nõ posſidebat. sed alius tpe spoliationis, audietreus, ergo eodẽ modo est dicendũ in casu nostro, ꝙ si reus conuentus dicit, ꝙ singularis successor non posſidebat tẽpore spolij, audietur. Et tanto magis; quia ille spoliatus tempore spolij non posſidebat nomine singularis successoris. Immo si aliquis cõstituat se pro alio absente posſidere, nõ acquiritur possessio illi, antequã ratum habeat. Et si fuerit expulsus de possessione, antequã ratũ habeat, non cõpetit sibi remedium recuperandæ possessionis. Alex. in l. quod meo, col.2.ff.de acq.poss.Lud.Goza.cõsi.31.in hac causa, col.2.versi.videamus, cũ concor. in dictis locis. Et dicit Alex.in d.l.quod meo.col.6.versi. sit ergo, ꝙ cautus debet esse emptor, qui ꝓducit instrumentũ, in quo venditor se constituit nomine emptoris posſidere, vt probet, ꝙ tempore constituti venditor posſidebat, aliàs non dicitur translata possessio, & sequitur Io.Franc.Balb. in l.Celsus. col.28.in fi.versi.adde.ff.de præscr.cum concor. in dictis locis. Et ex prędictis cõcludo, ꝙ singularis successor spoliati, qui nõ fuit spoliatus, nõ habet remedium d.canonis reintegranda, & si erat appositũ constitutũ in instrumento venditionis tẽpore, quò nõ posſidebat, minimè ei opitulatur per prædicta. Similiter etiã petens in integrum restitutionem aduersus contractũ, ex quo possessionẽ rei alteri dedit, & ex eadem causa intentat interdictũ vnde vi, vel remediũ canonis reintegranda, siue quò ad fructus, siue quò ad rei restitutionẽ non auditur; quia in integrum restitutio est remediũ extraordinariũ, & remedium d.canonis, vel interdictũ vnde vi, est remedium ordinarium, & ordinaria & extraordinaria remedia simul purè & sine conditione nõ intentantur. Egi.Bell.decis.494. Præpo. in d.c.reintegrãda, col.2.in prin.3.q.1. ¶ Et an detur hæredi pro eius ficta possessione occupata, quãdo ex forma statuti possessio defuncti fingitur ad hæredem cõtinuari, vide Soci.in d.l.rem quæ nobis, in quinta quæstione principali, qui videtur velle ꝙ sic.tamen relinquit cogitandum.

71 ¶ † Limita remediũ dicti canonis nõ habere locum, quãdo quis culpa, neglig̃etia, vel iusta causa, amisisset possessionem, cõcludunt Io.Cald. Imo. & cõiter alij in d.c.cũ ad sedẽ, Lapus allegatione.52.Imo.Ant.de Butri.& Abb. in c.cum ad sedem, el 1.extra vt lit.nõ conte.Inno.& Anto.de Butr.in d.c.sæpe.col.pen.de rest.spol.Præpo.in d.c. reintegranda.col.2.in prin.Soci. in d.consi.266.in causa quæ vertitur.col.10.2.vol.& in d.l.rem quæ nobis, col.7. versic.5.dubitatur, vbi ex hoc infert, ꝙ si emphiteuta cecidit a possessione propter canonẽ non solutũ, & sic culpa sua, non datur sibi remediũ illius canonis, vt consuluit Alex.consi.94.visis & sæpius.5.volu. Et ad prædicta uide Alex.consi.92.perspectis his, col.2.in fi. cum sequen. uersiculo nec etiam, primo uolu. ¶ Limita secundò non habere locũ, quando quis cecidit a possessione proprio cõtractu perfecto, puta per contractum uenditionis, & suæ uoluntariæ traditionis; quia tunc non habet remediũ dicti canonis reintegranda, ut per Alexan. in d.consilio.92. perspectis his, colum.3.in princ. primo uolum. & Soci.in d.consi.266. colum.9. in fin. secundo uolumine. ADDITIO noua. Et ad prædicta uide Philip. Deciũ consi.56.in causa appellationis, col.2.in fi.1.uolu.ubi dicit, ꝙ licet probãs de antiquiori possessione præualeat in iudicio possessorio, ut not.in c.licet causam.extra de proba.Bart.in l.si duo, in prin.col.2.ff.uti posſi.Bar.cõsi.112. quidã accusatus.Bald.in l.ordinarij.C.de rei uend.Pet.de Anch.cõsi.275. ad declarationẽ. Tamen istud est uerum, nisi antiquior possessor cecidisset a possessione ex facto suo, & causa sua; qa tunc antiquior possessio sibi nõ prodest: ut tenet Decius in d.consi.56.col.2.in fin.ubi loquitur, quãdo ille antiquior possessor alicui in solutũ rem illam dedisset, & constituit se precario nomine posſidere: ut ibi per eũ, & Rob.Maran.in suo spe. in septima distinc. car.26.num.17. secundùm primam impressionem. Et uide etiam Præpo. in d.c.reintegranda, colum.2.in princ. 3.q.1.ubi idem cõcludit; qa ipse se spoliauit, & nõ potest dicere ab alio spoliatũ. Nec potest petere per in integrum restitutionem se restitui in possessionem aduersus cõtra-

ctum ab

ctum ab eo gestum, ex quo ipse possessionē rei alteri dedit,& intentādo interdictum vnde vi, vel canonis reintegranda, quò ad rei, vel fructus spolium, petitio non procedit; quia ordinaria & extraordinaria remedia purè & sine conditione simul non intentantur,vt ibi per eum, & Egi.Bell.decis.494.si petenti,& supra tetigi. Ad prædicta vide etiam Alex.cōsi.6. circa processum, col.3. in fi.versic.2.respōdeo.3.volu.vbi prędicta limitat,nisi fuisset minor,vel ecclesia,vt ibi per eum. ¶ Aduerte tamen,ꝙ licet in casibus prædictis non competat dictum remedium,tamen eis succurritur per officiū iudicis,qđ implorare possunt pro dicta possessione recuperāda, vt per Alex.& Soci. vbi supra, & dicam infra in remedio officij iudicis. ¶ Alias limitationes ad d.c.reintegranda, vide per Bald. nouellum in repe. d.l.naturaliter.§. nihil commune,in fi. ff.de acquir.posses.& per D.Præpo. in d.c.reintegranda, per Bart.& Alex.in addi.in d.l.si coloni.C.de agri.& censi.lib.11.& Soci.in suis fallentijs,in regula spoliatus.235. vbi ponit duodecim limitationes.

72 ¶ † Sed dubitatur, an remedium dicti canonis reintegranda, possit concurrere cum interdicto vnde vi,& sic fieri possit cumulatio.Videtur ꝙ non; quia quando duæ actiones ad idem cōpetunt, altera est eligenda.l.nemo.§.quoties.ff.de reg.iur.Sed hic cōpetūt ad idem.s.ad restitutionē possessionis, igitur &c. Item sententia lata in vno pareret exceptionē rei iudicatæ in alio.igitur nō admittitur cumulatio.l.fundi.& l.fundum.ff.de excep.per Bar.& alios in l.edita.C.de eden.Itē esset perplexitas; quia in interdicto vnde vi non admittitur exceptio proprietatis.l.si quis ad se fundum.C.ad leg. Iul. de vi, sed in isto admittitur de dominio suo,non autē de dominio tertij, igitur &c.ita per prædicta tenet.D.Soci.in d.l.rem quæ nobis. in 6.q.princ.col.13.versic.6.potest,allegat.D.Simo. de Bursiano in clem.1. de ca.poss.& proprie. & alios,vt ibi per eum,& istā opi. videtur tenere Lapus allegatione.52. col.2. vbi primò refert quosdā tenere, ꝙ interdictum vnde vi, actio quod metus causa, & actio de dolo,possunt simul in eadem petitione intentari, nec petens cogitur eligere, quasi alia beneficia sparsa canon ille reintegranda, coniungat, & satis sit actori ꝓbare aliquid,propter quod iuris beneficio possessio sibi sit restituenda,tamen Lap. vbi supra impugnat; quia ſm modum agendi formanda est sentētia: quia debet esse cōformis libello.l.vt fundus.ff.com.diui. c.licet Hely. extra de simo.vnde dicit. Quòd si actor format libellū,in quo tria auxilia intentet, debet ꝓbare requisita, quæ saltim ad alterum sufficiant, & ista opi. ꝙ cumulatio nō admittatur, in puncto iuris videtur sustentabilior. Tamen dicit Prępo.in d.c.reintegrāda,ꝙ palatium apostolicū,& etiā practica eiusdem palatij habet,ꝙ dari & recipi solet semper libellus,in quo omnia remedia coniunguntur, & interdictum vnde vi cū alijs,& postea ꝓbata possessione rei fertur sentētia pro actore,ſm remediū d.canonis reintegranda. Ad prędicta vide Alex.cōsi.117.viso processu, col.2. volu.2. Et ꝙ cumulatio admittatur,tenet Alex. consi.94. col.6.in fi.5.volu.& cōs.91.in causa & lite.col.1. in prin. 5.volu.vbi dicit,ꝙ intentat remedium c.reintegranda. & omne aliud ius,remediū & beneficium sibi melius cōpetens, vt ibi per eum.

73 ¶ † Quid aūt sit probandum in iudicio canonis reintegranda. Breuiter dicas,ꝙ sufficit ꝓbare de antiquiori possessione, & probare cōuentum possidere, non aūt habet necesse ꝓbare,ꝙ ex iniusta causa cecidit à possessione.Reus verò,qui cōuenitur,&vult se defendere, habebit probare,ꝙ agens non cecidit ex iniusta causa a possessione,sed ex causa iusta, vel ex negligentia, seu culpa;quia possessio agentis tanq̄ antiquior ꝑsumitur esse magis iusta, vt per Inno. in c.post electionē, extra de conce. pben. Lapus d.allegatione.52. Inno. & alij in d.c. sæpe,de resti.spo.Abb.in c.si diligēti.extra de ꝑscri.Prep. in d.c.reintegrāda.col.pen.3.q.1. Alex. d.cōsil.6.3.volu. vbi etiā voluit. Quòd licet in libello fuisset narrata violentia & nō probata, tñ actor potest obtinere ꝓpter clausulas,quę in libellis apponūtur.s.non se astringens,& petens ius & iustitiā ministrari omni meliori modo &c.iuxta notata per Inno.& alios in c.2.extra,de ordi.cogni.Ad ꝑdicta vide latè.D.Soci. in d.l.rem quæ nobis, in septima quæstione principali,cū concor.ibi,vbi etiā ponit. Quòd qñ intentaretur hoc remediū cōtra titulo possidentē,semper in capitulis,seu articulis debes allegare & capitulare, ꝙ aduersarius possidet a te clā, seu ꝑcariò,& ꝙ eius possessio estvitiosa respectu tuę possessionis,iuxta not.ꝑ Bar. Imo.Pau.de Cast.& alios in l.si de eo.§.fi.ff.de acq. poss. ADDITIO noua. Item adde ad declarationē prædictorum, ꝙ licet regulariter agens interdicto recuperādæ possessionis debeat duo ꝓbare, vt possit vincere.s.se possedisse rem,cuius possessionē petit sibi restitui,& probare se fuisse spoliatū.l.1.§.interdictum autē hoc.ff.de vi & vi arma.c.cōsultationibus.de offic. deleg. Abb.in c.cum ad sedem.col.7.de restit.spo. Tamen qñ intentatur remediū dicti canonis reintegrāda. 3.q.1. sufficit actori ꝓbare de antiquiori possessione, & possessionē esse penes cōuentū. Et tali casu eo ipso,ꝙ est probatū de antiquiori possessione,satis dicitur ꝓbatum de spolio, cōstito de iuniori possessione aduersarij,vt dicit Bald.in l.3.col.fin. C.si a non cōpe.iud.Alex.cōsi.6.circa processum,3.volu. Matth. de Afflic.decis.327. fuit bene, cū concor. ibi. Et ibi etiā ponit,ꝙ similiter dicta regula cessat,qñ officio iudicis peteretur restitutio possessionis,& constaret,ꝙ bona fide eam habuit; tunc sufficit, ꝙ probetur de dicta antiquiori possessione,licet nō ꝓbetur de spolio, allegat Inno.in c.post electionem,in fi.de cōcess.præb.& Decius cōsi.57.& pro tenui,col.2.1.vol.versi.& ad hoc facit. Et vide Alex.cōsi. 91.5.uol.vbi dicit,ꝙ in ista materia possessorij sufficit ꝓbare pro parte agētis de possessione,& possessionē postea occupatā per conuentū,& hoc sufficit absq; eo,ꝙ de alia spoliatione ꝓbetur,& hn̄s antiquiorē possessionē præfertur habēti iuniorē;quia iunior ꝑsumitur possessio clandestina & vitiosa.c.licet causam.de proba. Iac.Butr.in l.incerti.C. de inter d.Bar. in l.si duo.in prin.ff.vti poss. & in l.1.C.eo.tit.& Alex. d.cōsi.91. ¶ Quid autē sit in beneficialibus,an sufficiat ꝓbatio antiquioris possessionis,vide Soci.vbi supra. Et quæ exceptiones possint opponi cōtra agentē remedio dicti canonis reintegrāda, & quāto tempore duret,& infinitas alias quæstiones ad materiam vide latissimè per Soci.in d.l.rem quæ nobis,& ibi per Alex.& alios,per do.Præpo.in d.c.reintegranda,& in ca.1.3.q.1. vbi multa ponit.

74 ¶ † An autē remedium.d.canonis detur antiquiori possessori, vel detentatori laico, agenti contra possessorem,qui habet titulū & bonam fidem,istam quęstionē plenè examinat Lapus.d.allegatione.52. & cōcludit,tale remediū competere etiam laico,& dicit fuisse de mente Io. Cald. in d.c.cū ad sedem, & videtur hoc uelle Io.Andr.& Host.in c.accedens el 1.extra ut lit. nō conte. Lud.Ro.& Soci. in d.l.rem quæ nobis. in 4.quæst. princ. ubi uide,& Soci.cōsi.39.in quæstione quæ vertitur.col.2. in fin.cum sequen.3.volu.ubi dicit magis cōmunem opi. legistarum esse, ꝙ tale remedium nō datur contra illum, qui possidet iusto titulo & bona fide, & per Soci. d.consi.266.in causa quæ vertit.col.7.2.uol.ubi limitat,nisi esset possessio uitiosa, puta uiolēta, uel furtiua, ut ibi ꝑ eū. ADDITIO noua. Et uide Alex.consi.117.uiso, col.2. & cōs.118.in causa.2.uol.& cōs.6.circa ꝓcessum, col.3. in 3.uolu.ubi tenet, ꝙ dictum remedium canonis reintegranda, cōpetit etiam malefidei possessori. Similiter etiā cōpetit colono,uel inquilino,qui de facto fuit spoliatus a dño, & competit etiā officiū iudicis, & proceditur summatim, & potest etiam agere actione ex conducto. Bal.in l.æde. colum.2.uersicu.sed quid.C. loca. ¶ Nunquid autem cōdictio ex illo canone reintegranda. cōcernat possessorem,siue habeat facultatem rei restituēdæ, siue non. Et an habeat locum pro pensione subtracta. Et an sententia lata super illo canone possit appellari, de omnibus vide Bal. in c.querelā.col.2.extra de elect. & Soci. in d.l.

rem quæ nobis. col. 7. Et petens se restitui ad præbendã, quid debeat probare, vide Rotam decis. 275. petenti. sub rubrica de resti. spo. & in duabus sequentibus ponit duas alias notabiles quæstiones de prebendis, vide ibi.

¶ Quanto autẽ tempore prescribatur remedio d. canonis reintegranda, vide Anto. de Butr. & Abb. in c. solicite. extra. de resti. spo. & Soci. cõs. 38. in questione que vertitur, col. 3. in 3. vol. vbi ꝙ prescribitur spatio triginta annorũ. ADDITIO noua. Idem tenet Alex. cõsi. 6. circa processum. col. 5. 3. vol. & talis præscriptio incipit a tẽpore, quo cecidit a possessione. Et talis præscriptio currit, nisi fuisset interrupta possessio; quia tunc nõ obstat exceptio præscriptionis: vt ibi per Alex. versi. nõ obstat etiã, si dicatur. Et ꝙ præscribatur spacio triginta annorũ d. remedio, vide Soci. in l. rem quæ nobis, col. 14. versi. circa octauã, ff. de acqui. poss. & Ioan. Fran. Balb. in trac. de præscri. in quarta parte quarte partis princ. quæst. 24. Et an præscriptio decem annorũ inter præsentes, & viginti inter absentes, cum constat de titulo & bona fide, obstet agenti possessorio recuperandæ. Dic, ꝙ non: quia per illã præscriptionem solũ vtile dominium acquiritur. Alex. consi. 92.

75 col. fi. 5. volu. ¶ † Quomodo autẽ sit formandus libellus in cõdictione dicti canonis reintegrãda. 3. q. 1. ponit Lapus. d. allegatione. 52. Letatus sum, col. 2. sub. rubr. de resti. spol. & Soci. in d. l. rem quæ nobis, col. 12. in 6. quæst. princ. ff. de acqui. poss. & Lanfran. in repetitione rubr. de cau. poss. & propri. col. 3. post mediũ, & sequitur Abb. in c. accedens, el 1. col 3. extra vt lit. non cõtest. & in c. cum ad sedem. col. 7. extra de restit. spol. & Matth. de Afflic. in consti. regni, circa violentiarum, colum. 9. versi. 2. differt, vbi etiam ponit, quomodo formetur libellus, quando intentatur remediũ. d. consti. circa violentiarum. Et in tali libello d. c. reintegranda, nõ debet narrare se spoliatũ, vt dicunt doc. præallegati, si tñ diceret & narraret se spoliatum, dummodo in libello sint alia verba, videlicet: quia tenuit & possedit, & ꝙ iniustẽ cecidit a possessione, sufficit, licet spolium nõ probet, vt tenet Ant. de Butr. in d. c. sæpe. versic. aduerte ad vnũ, extra de restit. spol. & Matth. de Afflic. vbi supra. Ad prædicta etiam vide Inno. in d. c. sæpe. quem sequitur Præpo. in d. c. reintegrãda. col. 1. vbi dicit, ꝙ licet libellus in narratione & cõclusione videatur concludere super remedio, quod metus causa, tamen poterit ꝑnuntiari super hoc remedio canonis reintegranda, & sequitur Bal. in rub. extra de his que vi metusve ca. ADDITIO noua. Quomodo cognoscitur, si est intẽtatum remediũ possessorium rcuperãdæ possessionis, vel petitorium. Dicas, ꝙ cognoscitur ex narratione & conclusione libelli: quia qñ agitur possessorio recuperãdæ, petitur restitutio possessionis, sed quãdo agitur petitorio, petitur ipsa res, non autẽ possessio l. si duo, in fi. ff. vti poss. spe. in titu. de resti. spo. §. 1. versi. & nota. Alex. cõsi. 92. viso & oportune. col. 2. versi. sed premissis. 5. vol. & cõsi. 96. eo. vo. & consi. 89. eo. 5. volu. ¶ Quid autem, si in narratione facta in libello essent narrata respicientia petitoriũ, an sufficiat, ꝙ in conclusione cõcludatur circa possessorium. Et quid si peteretur restitutio rei. Et quid si diceretur rem ad se pertinere, an dicatur intentatũ possessoriũ. de oĩbus vide Soci. in d. l. rem que nobis. in sexta qſtione principali. Et ex dictis docto. in locis præallegatis in isto remedio canonis reintegranda. sic poteris formare libellum. Coram vobis &c. reuerẽter exponitur pro parte talis, & dicitur, ꝙ cum exponens ipse a tali tpe vsq; ad tale tẽpus possedisset talem fundũ, situm in tali loco, iuxta tales fines, posteaq; iniustẽ & sine legitima causa cecidit a possessione dicti fundi, & exprimatur causa, puta quia ꝓpter hostilitatem recessit de loco, & cessante bello Titius dictum fundum derelictũ occupauit, & sic occupatũ detinet, in damnũ & præiudicium ipsius exponentis, & requisitus restituere recusauit, petitur propterea exponentẽ ipsum reintegrari debere ad possessionem dicti fundi, & dictum Titium detentorem cõdemnare, cõdemnatumq; cogere & constringere ad restituendum ipsi exponenti possessionem dicti fundi vnã cũ fructibus perceptis &c. petẽdo ius & iustitiã ministrari omni meliori modo &c. Alias formas libellorum in istis remedijs possessorijs vide per spec. in titu. de restitu. spolia. in princ.

ADDITIO noua. Aduerte etiã ꝓ declaratione prędictorum, ꝙ licet in possessorio retinendæ possessionis, & sic in interdicto vti possidetis admittatur articulus proprietatis ad iustificandũ possessionem, vt dicit Iac. Butri. in l. incerti. C. de interdi. Bal. in l. ordinarij. col. 5. C. de rei vendi. Bal. in l. si duo. §. 1. idem Iul. in fi. de iureiur. & in c. licet causam. col. pen. versi. ex prædictis apparet, extra de proba. Decius consi. 162. col. 2. in fi. 1. volu. cum concor. ibi. Tamen in possessorio recuperandæ articulus de proprietate nõ admittitur, ex quo nihil videtur adminiculari, vt dicit Bal. in l. fi. circa fi. C. qui legi. perso. per l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi. Quia spoliatus est ante omnia restituendus, si tñ in libello actor narrauit respicientia petitorium & possessoriũ. puta si dixit, tenuisse & possedisse tanquã dñs & patronus iusto titulo &c. tũc secus per ea, quæ dicit Ant. de Butr. & Abb. in c. ex parte. de for. compe. & Decius cõsi. 57. in prin. 1. volu. Et postea in cõclusione libelli est apposita clausula, & in prædictis, & quolibet prædictorũ petit ius & iustitiã ministrari. & in tali casu possunt fieri probationes etiã super petitorio & proprietate, vt tenet Cald. in c. cũ dilectus. extra de ordi. cogni. & ibi Abb. col. 14. in fi. versi. & nota ex prædictis, vbi dicit, ꝙ si actor in libello narrauit respicientia petitorium & possessoriũ, & concludit expresse in possessorio, addens in fine clausulã generalẽ, videlicet, peto mihi iustitiã ministrari & c. poterit postea super petitorio probationes inducere: qa hæc clausula generalis potest vtrũq; complecti, bene faciunt, quæ dicit Decius. d. cõsi. 162. in causa quæ agitatur. col. 2. in fi. 1. volu. Et vide Innoc. in c. cum venissent. col. 2. extra de restit. in integr. vbi dicit, ꝙ qui petit cõfirmari electionem, dicitur agere nõ tantum possessorio, sed etiã petitorio, vt ibi per eum. Et vtile est, ꝙ in tali libello ponaᷓ clausula, petens ius & iustitiã ministrari, non solum modo prædicto sed omni alio meliori &c. quia per istã clausulã fauorabilius potest iuuari intentio agentis, & est multũ vtilis ad sustinendũ, & interpretandũ libellum: vt dicit Alex. cõsi. 6. circa processum. col. 3. in 3. uolu. Et quomodo cognoscitur, quando intentatur remediũ recuperandę, hoc colligitur ex narratione & cõclusione facta in libello, puta qñ dicit, ꝙ sine facto & culpa sua cecidit a possessione, uel qñ peteret se reintegrari ad tenutã & possessionem illius fundi, ut latẽ per Alex. consi. 117. uiso ꝓcessu, col. 1. 2. uolu. Et ibi etiã quo-

76 modo cognoscitur, qñ est intentatũ petitoriũ, uel possessoriũ, uide ibi. ¶ † An autẽ condictio ex dicto canone reintegranda. infamet sicut interdictum unde ui, uide Alex. cõsi. 6. circa processum. col. 1. in fi. 3. uol. ubi tenet, ꝙ non infamat, sed interdictum unde ui infamat, ut ibi per eum. ¶ Nunquid aũt agenti remedio dicti canonis reintegranda. & sic remedio recuperandæ obstet exceptio dominij, Inno. in c. sæpe. de resti. spo. & ibi clarius Ant. de Butri. in ult. col. tenent, ꝙ non obstat, & tenet Alex. consi. 117. uiso ꝓcessu. col. 2. uersi. & nõ mirum. 2. uolu. Aduerte tamen, ꝙ licet exceptio dominij nõ obstet. Tñ obstat exceptio, ꝙ agens possessorio nunq̃ possedit, sed alius tẽpore spoliationis possidebat, ut tenent Dñi de Rota decis. 439. si agenti, in nouis. ¶ An autẽ remedium dicti canonis reintegranda. & sic remediũ possessorium recuperãdæ detur cõtra titulo possidentẽ. Bar. in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poss. & in l. manifestissimi. §. sed cũ. C. de fur. tenet, ꝙ non datur cõtra titulo possidentẽ, per id quod habetur in l. siue autẽ. §. si duob. ff. de publi. Tamen doct. in d. l. rem quæ nobis, magis cõmuniter tenent cõtra Bar. ꝙ ista remedia possessoria cõpetant etiam contra titulo possidentẽ, quando res esset uitiosa, & uiolenta, uel furtiua, ut tenet Alex. consi. 89. 5. uolu. & consi. 91. col. 2. & consi. 92. colum. 3. eo. 5. uolu.

eo.5.volu. Immo etiam cõpetit dictum remedium malefidei possessori, qui a possessione cecidit, vt ibi per eum: sed contra hoc vltimũ dictum tenet idem Alex. consi.94. visis, col.5. versi. item non potest 5.vol. vbi dicit, ꝙ dictũ remedium.c.reintegranda.3.q.1. non cõpetit ei, qui malafide possedit, etiã si agitur contra malefidei possessorẽ; quia in pari casu potior est cõditio possidentis l.siue autem.§.si duobus.ff.de publ.& tenet Inno.in c.sæpe.de restit.spol. sicut etiam dicimus in remedio.l.si coloni.C. de agri.& censi.lib.11.de hoc tñ dic, vt dixi supra in principio huius quintidecimi remedij, vbi posui cõmunẽ intellectũ, an detur malefidei possessori, dic vt ibi. ¶ Sed quid si duo habent titulũ possessionis ab eodem venditore diuersis tẽporibus quis præfertur. Dic ꝙ ille præfertur, cui primò fuit possessio tradita, vel is, cui fuit per constitutũ appositũ in instrumento venditionis possessio prius trãslata. Et in dubio prius peruenisse præsumitur ad illũ, qui primò habuit titulũ, ita tenet Alex.consi.92.col.3.5.volu. cum concor.ibi. ¶ Ad vnum etiã aduerte, ꝙ licet aliàs renunciatio facta per spoliatũ post spoliationem non obstet spoliato agenti possessorio recuperandæ: eo quia non est verisimile, ꝙ spoliatus renuntiet spõte c.solicitę. de resti. spol. Tamẽ in rebus profanis spoliatus post spoliationem (non subsistente metu) si renuntiat, & cedit ius suum spoliatori, talis renuntiatio eũ repellet; quia videtur voluisse purgare vitiũ spoliationis; vt latè per Alex. cõsi.93.col.2. 5.volu. ¶ Similiter etiam dictũ remedium canonis reintegranda, & remediũ.l.si coloni.C. de agri. & cens. lib.11. cõpetunt illi, qui sine iusta causa cecidit a possessione, Innoc.in c.querelã.de electio.& in c.sæpe.de restit.spol. Et cõpetit etiam laicis pro rebus prophanis, & ita est cõmunis opi. & cõmunis obseruantia, vt dicit Alex. consil.94. col.6.versi.non obstat.5.volu.consi.91.col.1.eo. volu. & consi.90.viso.in princ. eo.5.volu. Et similiter remedium. d.l.si coloni.quæ remedia cõpetunt cuicunq;, qui probat se possidisse cõtra illum, ad quem probatur possessionem peruenisse.dato ꝙ non ꝓbetur aliter de violentia vel spoliatione possidẽtis.Inno.in d.c.sępe.Abb.in c.si diligenti. col.5.de præscri.Alex.d.consi.90.in princ. Tamen si iusta causa cecidit a possessione, puta ꝗa vendidit, vel alio modo, tunc nõ competit ei dictũ remedium: vt dicit Alex.d. consi.90. col.1. si tamẽ ante venditionem perfectã fuisset spoliatus, vel ante impletã conditionẽ, si fuisset venditio conditionalis, tali casu cõpeteret dictum remediũ, vt per Alex. vbi supra. & tetigi supra in præcedentibus, & vide Alex.consi.91. & consi.92.5.volu. ¶ Similiter etiã colonus, qui denegat mihi rem restituere, postquàm desijt esse conductor, vel colonus, & sic finita locatione dicitur me spoliare possessione.l.colonis.ff. de vi & vi arma.l.cõductores.C.loca.Cy.in l.2.C.si cer.pet.in 2.q.Bar.& Bal. in l.siquis conductionis.C.loca.Bar. in l.fi.ff.de preca. & sic cõpetit remediũ possessoriũ.Alex. consi.90.col.1. 5.volu. ¶ Et cõuentus possessorio recuperandę tenetur ad fructus post litem cõtestatam perceptos.Alex. d.consi.92.col.fin. 5.volu. Nunquid autẽ conuentus possessorio recuperãdę pro causa spoliationis possit agentẽ reconuenire pro alia spoliatione sibi ab eo facta, vide Alex. d.consi.94. col.fi. 5.volu.qui tenet ꝙ sic. ¶ Sed pone. Agens possessorio recuperandæ possessionis nõ habet nisi vnum testem deponentem de possessione sua, an possit petere ei deferri iuramentũ suppletoriũ, ex quo causa possessorij nõ reputatur magna per ea, quæ habẽtur in l.1.C. si de momen.po. sue.app.Alex. consi.91.col.1. 5.volu. tenet, ꝙ deferatur, allegat Io.Andr.in c.ex insinuatione. col.2. in fi.de ꝓcur. Et si actor in primo libello petijsset sibi iustitiã ministrari, posset iudex absq; alia petitione deferre iuramentum suppletoriũ, allegat Abb.in c.fi.in fi.de iureiur.& ista sunt notanda. Tamen nõ puto, ꝙ indistinctè ꝓcedat illud de iuramento suppletorio: quia si tractaretur de possessione alicuius castri, vel fortellicij, vel alicuius rei magni valoris, nõ esset deferendũ iuramentũ: quia posset afferre magnum præiudicium, & saltim esset cõmodum possidere: quia actore postea nõ probante dominiũ possessor absolueretur, & qñ causa non est modica, iuramentũ suppletorium nõ defertur, vt tenet glo.& doc.in l.admonẽdi.ff.de iureiur. Et dictũ Alex. poterit procedere in rebus nõ magni valoris, vel effectus, & quãdo nõ tractatur de magno
77 præiudicio. ¶ † Sextumdecimũ remedium est condictio sine causa.l.1.§.cõstat.ff.de condi.sine ca. & per gl. in l.si me & Titium.in fi.ff.si cer.peta. & ipsa cõdictio datur ratione possessionis.l.indebiti.§. sed si nummi. ff. de condi. inde. Et id quod cõdicitur, non est meũ, licet ipsa possessio deperdita.l.fi.in fi.ff.vsufruc.quemad.cau. vbi ad hoc est gl.nota.ita tenet D.Præpo.in c.1.col.20.3.q.1.& Phi-
78 lip.Franc.in dispu.de petito.col.9. ¶ † Decimumseptimũ remedium est condictio indebiti, quæ datur ad possessionem, vbicunq; quis indebitè soluit rem alienã, cuius ipse erat possessor: & quia nõ potest condicere proprietatem, quam nõ transtulit, condicet possessionem d.l.indebiti.§. sed si nummi. & ibi Bar.ff. de condi. inde. Nec obstat, ꝙ nemo condicat rem suã præterquã a fure d.l.fi.ff. vsufru. quemad. caue. Quia respondeo, ꝙ possessio, ad quã agitur, nõ est sua sed deperdita, vt per glo. in d.l.fi. in fi.& tenet Præpo.in d.c.1.col.20.3.q.1.& Philip.Franc. in d.dispu.col.9. ¶ Competit etiã hoc remediũ, quando minor, vel ecclesia cõtraxit alienando sine solemnitatibus: quia ex inutili contractu transfertur possessio.l.1.§.si vir.ff.de acq.poss.& ibi Bar. Alex.& doc.vnde poterit illa possessio condici per condictionem indebiti, ẽm Bar. in d.§. sed si nummi, & D.m.Rob.Maran. in d.trac. speculũ aureũ, in septima distin.principa.col.4.versi. quartum remedium. ¶ Est tamen aduertendũ pro intelligentia prędictorum, ꝙ cõdictio indebiti, actio triticaria, & l.si me & Titium.ff.si cer. peta. nunquã habent locũ dicta remedia, nisi qñ aliquod negotium est gestum inter actorem & reum, contra quem agitur; vt est tex.in d.l.si me & Titiũ. ibi, nullũ negocium mecũ contraxisti.& ibi notat Ang.Et idem est in cõdictione sine causa: quia leges in illo titulo ponderant aliquod negocium esse gestũ immediatè inter actorem & reum. Et idem est in cõdictione indebiti, & in actione incerti, tex. est nota. in l. in area.ff. de condi.inde.sed gesto aliquo negocio tunc oriri possunt dictæ condictiones indebiti, incerti, sine causa, & cõdictio.d.l.si me & Titium, & actio triticaria: vt patet in l.1. & 2.ff. de triti. actio.ita dicit Bart.& Ang. in l.sed si me putem.§.cum inter.ff. de condi.inde. quo casu aliquo negocio gesto inter actorem & reum subsistente aliqua æquitate oriuntur dictæ cõdictiones, & aliquando non, ẽm id, quod agitur, sed extra id & propositũ contrahentiũ sæpe oritur obligatio, vt in l.si is qui.ff.cõmod.in fi. Et hæc nota ad intelligentiã dictarũ actionũ. Et ex prædictis cõcluditur, ꝙ nullo ex prædictis remedijs posset possessio auocari a bonæ fidei possessore, cum quo nullũ negocium fuit gestum, nisi prout supra est dictũ, ita prędicta tenet Philip.Fran.in d.dispu.col.9.ver-
79 siculo nonũ remedium. ¶ † Decimumoctauũ remedium est condictio.l.extat.ff. quod met. cau. quæ locũ habet in occupãte per vim aliquã rem sibi debitã, nam perdit omne ius, quod habet in re ipsa, & ad restitutionẽ tenetur, vt in d.l.plenius not.& tenet.D.Præp.in d.c.1. col.21.3.q.j. & Philip.Fran.in d.dispu.col.pen. Et actio qđ metus causa, datur etiã contra tertiũ bonefidei possessorem; vt in l.si cũ exceptione.§. aliqñ.ff.quod met. cau. &.C.eo.l.nõ interest, etiam si titulo possideret, siue oneroso, siue lucratiuo, qñ directò agitur ad rem ipsam, vt dicit Bald. in d.§. aliqñ. Et quæ sit ratio, quare vitiũ violẽtiæ, qđ est reale.§. furtiuæ.Insti.de vsuca.& l.vitia.C.de acq. poss. & ibi glo. nõ datur cõtra tertiũ possessorẽ, & tñ viti[illegible] metus, quod est personale, vt not.in l.Pomponius.§.c[illegible] quis adminiculo.ff.de acqu.poss.& l.3.C. quod met.c[illegible].datur contra tertium possessorem.d.§.aliqua[illegible]do, ratio[illegible]em differentię vide per glo.& Bald.in d.l.3.C.qu[illegible] met. cau. & Philip. Fran.in d.dispu. de petito. col.10.versi[illegible]lo, duodecimũ.

¶Et istud remedium,quod metus causa, cõpetit destituto
per metum siue per vim cõpulsiuam, & ille propriè dici-
tur metũ passus,sed spoliatus propriè dicitur,qui cõpelli-
tur per vim expulsiuam,de quibus vide in c.ad audientiã,
extra quod met. cau. & quæ dixi supra in princ. huius c.
dum posui,quot sunt species violentiæ. Et in hoc est diffe
rentia;quia venienti per edictũ, quod metus causa,obstat
exceptio dominij, neque est ita priuilegiatum remedium
sicut alia remedia possessoria, secundùm Bar. in l.pen.ff.
de condi. ob turp. cau. & Bald. in l.3.C. quod met. cau.
Archi. & Præpo. in d.cap. colum.16.3.quæst.1.
ADDITIO noua. Circa istam materiã quæro, quid
si res aliqua fuit vendita per metum,& sic per vim cõpul-
siuam,an possit pręscribi,an verò dicatur esse vitiũ reale,
istam quæstionem ponit Ioan.Fran.Balb. in trac. de præ-
scrip. in 2.parte tertię partis prin. q.12.col.1.in secundo
pręmisso. Et dicit,ꝙ si interuenit vis expulsiua,illa violen
tia nõ potest præscribi, donec fuerit purgatũ vitium vio-
lentiæ,& res peruenerit ad antiquũ possessorem,& domi-
num,sicut dicimus in re furtiua, quæ est inusucapilis,do-
nec peruenerit ad antiquum dominũ.l.sequitur.§. quod
autem,&.§.si tu vi me.ff.de vsucap. &.§.furtiuæ. Insti.de
vsuca.glo.in l.vitia.C.de acqui. po. Et hoc procedit in re
mobili furto subtracta, vel per vim rapta; quia in his non
purgatur vitium,nisi per reuersionem in potestatẽ domi-
ni. Secus in re immobili vi possessa; quia tunc sufficit, ꝙ
res reuertatur in potestatem possessoris expulsi, licet non
sit dominus, vt declarat Bar. in l.certe.§.Iul.ff. de preca.
cum concor.allegatis per Ioan.Fran.Balb.vbi supra.Sed
quãdo sumus in re uendita per metũ, & sic per uim com-
pulsiuam; quia illa non afficit rem uitio reali, non impe-
dit usucapionem, dummodo interueniant extrema habi-
lia.s.titulus,bona fides,& cursus tẽporis : ut in d.trac. de
præs.allegat glo.Bar.Alex.& doct.in l.3.col.fin.C. quod
met.cau.ubi Bar.in col.fin.tenet, ꝙ res possessa uiolentia
expulsiua nõ præscribitur, secus si uiolentia compulsiua,
quod dicit esse nota. Ratio assignari potest;qa actus me-
tu initus ualet ipso iure.d.l.3.& ibi glo.& Alex.in fi. Nisi
in contractu dotis,& matrimonij,& in cõpromisso,& in
prorogatione iurisdictionis,ut per Alex.ibi in fin.Et dicit
Alexan.in d.l.vi.col.3.uersic.in glo. ꝙ actioni personali,
quod metus causa in rem scripta,præscribitur spatio lon-
gi temporis. Intellige per possidentem cum titulo & bo-
80 na fide,aliàs secus, ut ibi per Alex. ¶ † Decimumnonum
remediũ est per actionem de dolo,sed ista actio est perso-
nalis & nõ datur nisi contra dolosum,& sic nõ contra ter
tium possessorem.§.præterea.uersic. in personam, Instit.
81 de acti. vide tamẽ Philip.in d.dispu.col.10. ¶†Vigesimũ
remediũ est condictio.l.si cõstiterit.C.fini. regu. quæ da-
tur cõtra uiolentũ & de facto occupantem pendente lite
rem,de qua litigatur in iudicio,de quo plenius dicam in-
82 fra in remedio attentatorũ. ¶ † Vigesimumprimũ reme-
dium est cõdictio incerti, quæ cõpetit ad recuperandam
possessionẽ ei,qui non est dominus,sed habet ius in re; ut
quia est creditor, & habet rem obligatã, quã possidebat,
& fuit spoliatus,& ad eam recuperandã habet condictio-
nem incerti, casus est in l.& ideo.§. Neratius. & ibi Bar.
ff.de condi.fur.Bart.in l.fi.§.sed cũ in secunda, C.de fur.
Bar.in l.rem quę nobis.& ibi Alex.col.2.ff.de acqu. poss.
Rob.Maran.in d.trac.in 7.distinc.prin.col.4.uersic. ter-
83 tium remedium. ¶ † Vigesimumsecundũ remediũ est ex
dispositione.c.frequens.ext.de restit.spol.in vi. per quod
est indu[illegible], ut si aliquis me uiolenter spoliasset possessio-
nę alicuius rei, & postea ille spolians cõueniret me ciuili-
ter, uel c[illegible]liter, possum contra eum opponere exce-
ptionem [illegible]onis mihi factæ, ut nõ audiatur in actio-
ne,uel accu[illegible]ne sua,nisi prius restituat mihi illam pos-
sessionem, [illegible]negatur audientia, nisi restituat. Quod
tamen quo[illegible] [illegible]ocedat, & quomodo intelligatur, uide
ibi per [illegible]os in col.3. & in c.fin. de ordi. cogni.
Abb.in c.[illegible] col.fi.de restit.spol.in c.cum dilectus.
& ibi Abb.col.3.de ordi.cogn.Matth. de Affli. decis. 19.
quidam baro.Ias.in l.si te bonis.C.de iur.delib.Soci.cõ-
sil.12. Incipiente quoniã. colum.4. 1.uolu. Rober.Ma-
84 ran.ubi supra col.9. ¶ † Vigesimumtertiũ remediũ in re-
gno est condictio ex cõstit.regni,circa uiolentiarum, per
quã est inductum, ut si ille, qui deiecit aliquem a posses-
sione, si ipse deiector cecidit a possessione, est in arbitrio
expulsi agere cõtra ipsum deiectorẽ,uel eius hæredem ad
interesse, licet nõ possideat,uel agere cõtra possessorem,
etiã si ad mille manus transiuisset possessio, pro illius re-
cuperatione,siue fuerit possessor in bona fide,siue in ma-
la fide,ut in d.consti.& ibi per glo.& Matth. de Afflic. in
septimo & octauo not. Et sic per dictã constit. inducitur
hoc nouum,nam licet de iure cõmuni non daretur reme-
dium possessorium cõtra singularem successorẽ l.cum a
te.ff.de ui & ui ar.tamẽ per d.constit. datur etiam contra
singularem successorẽ, ut dicit etiam Matth. de Afflic. in
d.cõstit.col.2. in secundo nota. Item licet per c.sæpe. de
restit. spol. dabatur iudicium cõtra singularem successo-
rem malęfidei tantũ,tamen per d.cõstit.datur contra sin-
gularem successorem,siue fuerit malefidei,siue bonefidei
possessor,etiã si ad mille manus trãsiuisset possessio, & sic
per d.cõsti.est inductũ plenius & pinguius remediũ,sicut
in d.c.reintegrãda,vide tñ. D.m.Rob.ubi supra col.pen.
ADDITIO noua. Et beneficiũ dictæ cõsti. est funda-
tum sub ratione; quia ex quo res capta per uiolentiã fuit
affecta uitio uiolentiæ,& tale uitium coheret rei, & con-
comitatur rem, sicut lepra leprosum, donec purgetur ui-
tium uiolentiæ,idest donec res redeat & reuertatur uerè,
uel interpetratiuè in potestatem domini, uel eius hæredis
scientis,ita ꝙ ab eo iustè euelli non possit, ut dicit glo.in
d.consti. circa uiolentiarum, in glo.magna,in uerbo per
quascunq;, propterea fuit inductũ per d.constit. ut detur
etiam cõtra quemcunq; possessorẽ, siue fuerit in bona fi-
de,siue in mala fide, ut dictũ est. Et in libello qñ intenta-
tur remedium.d.constit.debet actor narrare, ꝙ cum ipse
possideret talem rem in tali loco iuxta tales fines, tali an-
no & mense fuit uiolenter spoliatus a tali dicta re, & ui-
tio spolij nõ purgato, possessio dictæ rei peruenit ad talẽ.
Ideo petit dictũ talem possessorem cõdemnari, condem-
natumq; cogi & cõpelli ad restituendũ possessionem di-
ctæ rei ipsi exponenti, petens in prædictis & circa prædi-
cta ius & iustitiam ministrari omni meliori modo &c.
85 ¶ † Vigesimumquartũ remediũ in regno est per tria capi-
tula regni,quorũ unum incipit ad regale fastigiũ.nu.213.
& ibi dixi. Aliud incipit, finis præcepti charitas, nu.266.
Aliud incipit,omnis prædatio,num.267.per quæ capitula
est inductum,ꝙ quãdo clericus,uel alia ecclesiastica per-
sona spoliare uellet aliquẽ laicum sua possessione, potest
ille laicus adire Regem,seu sacrum Consiliũ,& porrecta
supplicatione implorare eius officiũ super eius defensio-
ne, & conseruatione possessionis, & dicitur conseruato-
rium,ut per uiam extraiudicialem assistat ad defendendũ
ipsum,& eum cõseruet in sua possessione,iuxta formã di-
ctorum capitulorũ.Et per sacrum Consiliũ,seu eius iudi-
cem delegatum expeditur citatio per edictũ, ut quicunq;
sua putauerit interesse, cõpareat infra talem terminũ al-
legaturus quicquid dicere uoluerit,& quare ille cõserua-
torium impetrare uolens in sua possessione cõseruari nõ
debeat, & ad uidendũ iurare testes super dicta possessio-
ne recipiendos, & capta informatione de iuribus spolia-
ti, per quandã uiam extraiudicialem & summariã, si re-
pertum fuerit,ꝙ indebitè fuit molestatus,& spoliatus,re-
stituet, & conseruabit eum in sua pristina possessione, ut
habetur in dictis capitulis. Et hoc casu clericus citatus,si
sua putauerit interesse,non poterit declinare forum;quia
tunc cõparet ut actor, nõ ut reus, & sua cõparitio est uo-
luntaria nõ necessaria,secundũ Bal.Alex.Paul.de Cast.&
Ias.in l.testamenta omnia.C.de testa. & Matth.de Afflic.
decis.2. Incipiente,Serenissimus,& decis.24. quidã cleri-
cus,latè per Lucã de Pen.in l.si coloni.col.antepen.C.de
agri.&

agri.& censi. lib.11. in quibus locis tractatur de intellectu dictorũ capitulorum,& Rob.Maran. vbi supra in fin. Et de materia conseruatoriorũ inductorũ per dicta capitula vide regiã prag.quæ incipit,conseruatoria,sub rubr. de cõserua. non cõcede.nisi parte citata,& Matth. de Afflic.decis.167. Gabriel.in fi.vbi probatur, ꝙ conseruatorium nõ conceditur, nisi parte citata, & proceditur summariè.
86 ¶ † Vigesimumquintũ remediũ in regno est inductum per tex. nostrum in hoc c.subditorũ, per quem tex. est inductũ,vt spolians aliquem possessione, vel quasi, rei mobilis vel immobilis,si fuerit cõfessus,vel cõuictus, cogitur restituere spoliato possessionem,prout tempore destitutionis possidebat, & cõdemnatur ad satisfaciendum spoliato de damnis, expensis, & interesse, & cõdemnatur ad pœnã in constitutione cõprehensam,vel aliàs arbitrariè punietur,& in tali iudicio summariè ꝓceditur appellatione remota,vt in hoc tex. Multa alia sunt capitula regni, quæ prohibent violentias, tam circa personas, q̃ circa res,de quibus per Seba. hic in prin. ad ibi dicta me remitto. Et aduerte ꝓ declaratione prædictorũ, ꝙ aliud est ingredi possessionem, aliud retinere & cõtinuare possessionẽ,vt per multa cõcludit Alex.consi.83.visa facti narratione,col.3.in princ.2.volu.& Fran.Cur.iuni.cõsi.168. habita diligenti.col.fin. 2.volu. in quibus locis multa ad materiã inuenies.
87 ¶ † Vigesimumsextũ remedium est officium iudicis,quod in aliquo plenius prouidet, q̃ c.reintegranda, & cõpetit quando quis absq; aliqua uiolentia, vel spoliatione sed sua culpa,vel negligẽtia cecidit a possessione, & per negligẽtiam, vel culpam nõ recuperauit; quia potest implorato iudicis officio recuperare possessionem suã,per tex.sing. ſm intellectum Hosti. in c.accedens,el 2.extra vt lit.nõ conte.& sequitur ibi Ioan.Andr. Anto.de Butri.Imo.Maria. Soci.Abb.& alij doct.ibi Lapus in d.allegatione.52.& Anto.de Butri. in d.c.sæpe. de resti.spol.de quo etiam in c.ex literis. extra de restit. spol. & Præpo. in cap.1.colum.17.3.quæst.1. & Philip.Franc. in d.disputa. de petito. colum.6.

ADDITIO noua. Et de tali officio iudicis ponit etiã Archi. in c.reintegranda. 3.q.1. Et dicit Fely. in d.c.accedens. lo 1.col.4. versic. circa sextum, ꝙ est utile remedium pro recuperãda possessione rerũ, vel iurium ecclesiæ,quæ ex negligentia prælati est deperdita, vt per generale iudicis officium imploretur repositio ad pristinũ & consuetũ statum, quod dicit etiam perpetuò notandum. ¶ Sed aduerte, ꝙ tale remedium.s. Iudicis officium procedit solùm in rebus ecclesiarũ, non autẽ in rebus laicorum; quia tex.in d.c.accedens. in quo istud remediũ fundatur,loquitur de rebus ecclesiæ,& ita loquuntur doc. in d.c.sæpe.& ibi Abba.& Imo.in pen.col.Poterit enim ecclesia,quæ ex culpa,vel negligentia prælati cecidit a possessione, & eius prælati negligentia vel culpa eam nõ recuperauit,facta fide de eius pacifica & antiquiori possessione, illam recuperare officio iudicis contra quemlibet possidentem, vt tenet Præpo.in d.ca.1. col.17. & Philip. Franc. vbi supra, versiculo quintũ remedium, & Soci. in d.l.rem quæ nobis.col.7 ff.de acq. poss. de quo per Alex. d.consil.92.perspectis his,col.3.primo volum. & Soci. in d.consi.39.in causa quæ vertitur.3.volu. Et ex hoc Soci. in d.consilio colum.2.dicit,quòd ex quo istud remedium competit solùm certis personis, ideo dispositio dicti canonis reintegranda. dicitur esse magis lata & ampla. ¶Competit etiam dictũ remedium minoribus,qui culpa, vel negligentia administratoris ceciderunt a possessione. Et similiter cõpetit absentibus, quãdo ex iusta, vel necessaria causa absentiæ ciderunt a possessione, cum in talibus locum habeat restitutio in integrũ, habent etiã tale priuilegium & remedium,arg.c.ex literis, extra de in integ.restitu.& tenet Hosti.Ioan.Andr.& Abb.in d.c.accedens,& hoc voluit glo.pen.3.q.1.in sum, quæ vult,ꝙ ille, qui ex iusta absentia ꝑdidit possessionẽ, ꝙ per in integrũ restitutionem recuperet a quocunq; possidente,facit tex. in l.1.C.si per vim vel alio mo.& Præp.vbi supra,col.17. in fi.Alex. in d.consi.92. colum.3. primo volum.& Soci. d.consil. 39. 3.volum. & in d.l.rem quæ nobis, colum.7. ¶ Aduertendum tñ est pro tollenda quadam difficultate, de qua alij non faciunt mentionẽ, ꝙ licet officiũ iudicis, quod fundatur super. d.c.accedens. cõpetat solùm certis
88 personis,vt proximè dictũ est; tamen extat † aliud officiũ iudicis,seu actio in factũ, & datur non solùm possidenti, sed etiã alij detentatori cadenti a sua detentatione ex vitio furti, vel violentiæ: quia cum officiũ iudicis detur ex æquitate.l.quod si Ephesi.ff.de eo qđ cert.loco, vbicunq; ergo æquitas suadet, possessionẽ restitui, si deficiat aliud remediũ, datur istud officium iudicis, seu actio in factũ, per id quod habetur in l.planè.ff.de pet.here.Et ideo tale remediũ datur non solùm possidenti sed etiã detentatori cadenti a sua detentatione vitio furti vel violentiæ. Et ꝓpterea comodatarius,depositarius,vsuarius, cõductor,& similes detentatores,quibus nõ sunt prodita remedia possessoria,iuxta.l.si duo.§.creditores.ff.vti possi.agere possunt pro recuperatione detẽtationis amissæ: quia æquum est ipsos restitui,maximè cõtra vitiosos possessores,& datur officiũ iudicis.l. & ideo.§.Neratius. & ibi gl. & Bart. ff.de condi.fur.glo.& Bar.in l.& nõ tantum. in prin.ff.de peti.here.l.manifestissimi.§.sed cũ in secunda.& ibi Bar. C.de fur.Bart.in l.rem quæ nobis.& ibi Alex.ff.de acqui. posses.Præpo.in c.1.in fin.3.q.1. Philip.Fran. in d.disputatione de petitorio, col.11.versic.24.D.m. Rob.Maran. in d.trac.in septima distin. princ.col.6. in fi.cum sequen. car.26.ſm primam impressionem. faciunt, quæ habentur in l.1.in prin.& in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ff. de acqui. poss. Et istud remedium datur cõtra immediatũ possessorem malefidei,ad quem res peruenit cum vitio & malafide, non aũt datur contra tertiũ bonefidei possessorem,ad quem peruenit res sine vitio, vt dicunt Præpo. & Philip.Franc. vbi supra. Et differt istud officiũ iudicis ab alio præcedenti; quia illud fundatur super æquitate.d.c. accedens.& cõpetit certis personis,vt dictũ est. Istud verò fundatur super æquitate iuris ciuilis,vt supra dictũ est, & competit etiã laicis. Item illud primum officium iudicis competit,qñ culpa,vel negligentia quis cecidit a possessione. Istud verò competit contra malefidei possessorem, ad quem res peruenit cum vitio furti, vel violentiæ, & ista nota, ne æquiuocando terminos decipiaris, vel videantur tibi cõtraria; quia non sunt cõtraria sed diuersa.
89 ¶ † Item aduerte,ꝙ si spoliatio est facta lite pendente,vtilius est intentare officium iudicis super restitutione,q̃ intentare interdictum vnde vi,vel aliud remedium ordinarium; quia in remedio ordinario necesse est probare duo copulatiuè.s.possessionem & spoliationem.c.cõsultationibus.& ibi Abba.in 2.nota.extra de offic.deleg. sed implorando officium iudicis nõ est necesse probare spoliationem,sed satis est probare,quòd possidebat tempore litis motæ, & nunc aduersarius eius reperitur in possessione, glo.in clem.2. extra vt lite penden.Abba.in c.ex parte,el secundo,in vlti.colum.extra de rescrip. Iaso.in l.naturaliter.§.nihil commune.colum.35.ff.de acqui. posses.
90 ¶ † Quanto autem tẽpore durat officium Iudicis, videtur ꝙ triginta annis; quia officiũ iudicis tollitur præscriptione triginta annorum, sicut actio personalis.l.sicut. & ibi glo.Bart.& doc.C.de præscri. triginta annorũ. Item sicut accusatio præscribitur spatio viginti annorũ l.querela.C. de fal.Bald.in l.2.§.sed quia nostra.C.cõmu. de leg.eodẽ modo officium iudicis,seu inquisitio subrogata loco accusationis præscribitur viginti annis, vt per Ioan. Franc. Balb.in trac.de præscri. in quarta parte.4.par.prin. in secunda quæstione. Item officiũ iudicis dicitur esse perpetuum; quia semper potest implorari,secundũ Bal.in addi. Spec.in titu.de arbi.versi. item quomodo formetur libellus,cum petitur reductio, & in l.2.col.3.C. de except. rei iudi.Bar.in l.si societatem.§.arbitrorũ.co .5.ff.pro socio. Sed aduerte,ꝙ D.Soci. in l.rem quę nob s, col.7.in fin.ff. de acqui.

de acqui.poss.tenet, quod in casu nostro, vt supra dictum est, duret solùm quadriennio: quia ex quo istud officiũ iudicis cõpetit ecclesiæ, minori, vel similibus, quibus cõpetit in integrum restitutio, quasi ex quo in integrum restitutio cõpeteret, datur officiũ iudicis, vt in c. cum ex literis. extra de restit. in integ. sicut ergo per quadriennium excluditur in integrum restitutio, eodem modo dictũ officium iudicis excluditur, vt ibi latius per eum. Et vltra allegata per ipsum adducitur doct. Bar. in l. 2. col. 2. C. de rescin. vend. vbi quod quando officiũ iudicis datur loco restitutionis in integrũ, durat tantũ quadriennio, & Anto. de Butr. in c. quintauallis. versiculo quæro tertiò, extra de iureiur. vbi tamen, quod quando officium iudicis est restitutoriũ, & datur propter se, durat quadriennio tantùm, sed quãdo datur loco actionis, durat tantùm, quantum durat actio, vt ibi per eum, & opi. quã tenuit Soci. in d. l. rem quæ nobis, tenuit etiam idem Soci. consi. 266. in causa, quæ vertitur, col. 10. 2. volum. Sed pro veritate & cõcordia distingue. Quandoq; officium iudicis est restitutoriũ, & datur loco restitutionis in integrũ, & tunc durat quadriennio, quantum durat in integrũ restitutio, & ita procedat opi. D. Soci. supra relata, & Bart. in d. l. 2. & Anto. de Butri. in d. cap. quintauallis. cum si. Hoc limita, nisi aliqua iusta, vel probabilis causa impedimenti interuenerit: quia tunc nõ finitur quadriennio, sed vltra competeret, sicut dicimus in restitutione in integrũ, vt in c. 1. in fin. & ibi glo. fin. extra de in integr. restit. in vj. Et durat, donec durat causa impedimenti, vt per Soci. in d. consi. 266. col. 11. cum ibi allegatis. Quandoq; officium iudicis nõ datur loco restitutionis in integrũ, sed ex alijs causis datur ex quadã æquitate, vt supra declaratũ est, & tunc non finitur quadriennio, sed tantum durat, quantum durat actio, vt colligitur ex dictis Anto. de Butr. & Bar. vbi supra, & ita procedunt alia supra allegata. ¶ Nunquid autẽ in beneficialibus debeat fieri restitutio possessionis, si is, qui petit restitutionẽ, nõ ostendit de sua canonica institutione, saltim per probabiles præsumptiones. Et an contra reseruationem apostolicam, quæ præcedit titulum & possessionẽ aduersarij, debeat fieri restitutio, vide Lapum in d. allegatione. 52. in fine, & allegatione trigesima, & Gemi. consil. 147. super

91 isto, & tetigi supra eo. ¶ † Quomodo autẽ formetur libellus in isto officio iudicis, vide Lapum allegatione. 52. colum. 2. in fi. vbi dicit, quod non debet proponere se spoliatũ: quia tunc non procederet: quia cõpeteret remediũ ordinarium, & cessaret extraordinariũ, ar. l. in causæ. ff. de mino. & tenet Abb. in d. c. accedens. el 1. col. 3. in fin. extra vt lit. non conte. & ibi Maria. Soci. col. pen. & officium iudicis datur, vbi cessat actio ordinaria. l. quędam. in princ. & ibi Bar. ff. de eden. gl. in l. vinum. ff. si cer. pet. Cor. cõsi. 18. in præsenti. 3. volu. Et officium iudicis competit ex mera æquitate, vbi deficit obligatio, vt dicit Bal. in l. fi. §. fin autem in secunda, in prin. C. de fur. & ideo si proponeret se spoliatũ, & intentaret officium iudicis, succumberet, ita concludit. D. Soci. in d. consi. 266. In causa, quæ vertitur. col. 11. 2. volu. Et ideo secundũ Lapum vbi supra, si cecidit a perceptione fructuũ & iurium, debet narrare se cõsueuisse percipere talia iura, & se diu nõ percepisse & fuisse negligentẽ in exigendo illa, & talis illa percipit, ideo petit mediante iudicis officio se in pristinum statum reducit. Si verò fuerit res immobilis, a qua cecidit, poterit narrare, se possedisse, & culpa, vel negligentia cecidisse a possessione, quã in præsentiarum talis detinet; & quia bonum & [illegible] est se restitui ad suã pristinam possessionem dicti fundi. Ideo petat mediãte iudicis officio se in pristinum statum reduci, & possessionem dicti fundi sibi restitui. [illegible] poterit diuersificare libellum iuxta diuersitatem facti [illegible], prout casus contigerit. Aduerte tamen pro declaratione omnium prædictorum, quòd remedia possessoria non dantur pro fructibus, quos nunquam possedet, vt dicit Alex. consil. 184. in causa. colum. 2. 6. volu.

92 ¶ † Vigesimum [illegible] optimum remediũ ad recuperãdam possessionem, seu quasi, est remedium attentatorũ, quod datur contra quemcunq; bonefidei possessorẽ in omni casu, in quo quis est spoliatus appellatione pendente, per tex. in ca. bonæ. extra de appell. vt tenet. D. Præpo. in cap. 1. colum. 18. 3. q. 1. & Philip. Franc. in sua dispu. de petito, colum. 6. versiculo sextum singulare, cum concor. ibi. ¶ Amplia primò, dictum remediũ locum habere, non solùm in attentatis a partibus, sed etiã in attentatis a iudice, a quo fuit appellatũ. c. non solùm. de appella. in vi. Hinc est, quod executio sententiæ facta pendente appellatione retractatur, & ad pristinum statum reducitur. l. cũ ex causa. ff. de app. c. veniens. in fi. extra de iureiur. Bald. consi. 379. sequitur. 1. volu. col. fi. Philip. Franc. & Præpo. vbi supra.

93 ¶ † Et aduerte, quòd paria sunt, iudicem attentare aliquid post recusationem, vel post appellationem quò ad effectũ reuocationis, vt dicit Præpo. in c. quoties col. 3. in princ. 2. q. 6. de quo vltra ibi dicta, vide per Alex. in l. quia poterat. colum. 3. cum sequen. ff. ad treb. Decium in c. cum speciali. in princ. col. fin. extra de app. D. Parisium in c. quoniam contra, colum. 19. extra de proba. Lapum allegatione prima, in quibus locis habetur, an processus factus a iudice allegato suspecto sit nullus, de quo dicam infra c. prolixitatem, numero. 217. vbi hoc tangit Sebastia.

94 ¶ † Amplia secundò dictũ remedium locũ habere contra tertium succedentem in ipsa re attentata, dato quod non habuerit causam a iudice, vel parte innouãte, tex. est, qui allegatur pro sing. in c. ex parte Adæ, extra de testi. & ad hoc ibi inducit illum tex. Io. de Imo. in 4. col. quia censetur tale vitium attentati quodammodo reale, adeo quod agi potest cõtra quemlibet in ipsa re attentata succedentem, etiam cum titulo & bona fide, quando successit in ipsa re attentata pendente appellatione: vt tenent Præpo. & Philip. Franc. vbi supra. Et contra eum fit exequutio non ex nouo processu & iudiciario ordine seruato, sed ex ipso primo processu, ex officio iudicis appellationis, vt per Philip. Franc. in d. dispu. de peti. col. 7. & Præpo. in d. c. 1. col. 19. 3. q. 1. Nec obstat, quod tale remediũ non datur contra tertium, vt infra dicam: quia illud procedit, quando tertius primò & principaliter ipse innouasset, nõ habens causam

95 a iudice vel a parte. ¶ Et ex prædictis infertur, quod † remedium attentati est magis priuilegiatum, quàm possessoriũ recuperandæ; vt voluit glo. in Clem. 2. in princ. vt lite penden. & Alex. consi. 99. visis processibus, col. 2. in fi. 5. volu. Decius in d. c. bonæ. col. 2. in vj. nota. extra de app. Philip. Franc. in d. disput. col. 7. in fin. Ratio: quia possessoriũ recuperandæ non datur cõtra tertium succedentẽ in re iam affecta vitio violentiæ. c. cũ ad sedem de restit. spol. l. cum a te. ff. de vi & vi arma. & tamẽ remedium attentati datur contra tertium succedentem in re attentata, licet bona fide & titulo possideret. d. c. ex parte Adę. extra de testi. Et hoc est nouum remedium, quando res attentata peruenit ad tertium bonefidei possessorem, etiã cum titulo nõ habentem causam a partibus, vel a iudice; vt dictum est secundùm præallegatos docto.

ADDITIO noua. Et dicit Oldra. consi. 199. pro fundamento. in princ. Quòd remedium attentatorũ pendente causa & post inhibitionẽ est maius & præstantius debetur priuilegium & fauor, quàm interdicto recuperãdæ possessionis; quia per illud interdictum parti spoliatæ succurritur, sed per remedium attentati & parti spoliatæ succurritur, & contempta iudicis maiestas vindicatur, vt ibi per eum. Et dicit Ioan. Andr. in c. ex parte. el 2. versi. in glo. 3. extra de rescri. quod potius est intentãdum officium iudicis ex viribus innouati, vel attentati, quàm ex viribus interdicti, & magis expedit; quia intentando interdictũ recuperandę possessionis plus grauaretur onere probandi; quia oporteret probare possessionẽ & violentiã, sed in remedio attentati satis est probare, quod ante appellationem possidebat rem, quam nunc aduersarius possidet, & innouatum reducitur in pristinum statum, etiam cum restitutione fructuum, vt ibi per eum, allegat Inno. & Abba. ibi circa fi.

¶ † Quin-

96 ¶ † Quinimmo remedium attentati plenius prouidet, q̃ remedium canonis reintegranda, hinc D. Prępo. in d. c. 1. col. 18. in fin. 3. q. 1. dicit, ꝙ vbi agitur remedio attentatorum pendente appellatione, nõ est vtendum beneficio canonis reintegranda; quia illud est minus, Nam in isto remedio attentatorũ sufficit probare, ꝙ ipse appellans possidebat, & nunc aduersarius, vel qui ab eo causam habuit possidet, etiam si spoliatio non probetur, vt tenet Inno. in c. dilecti. extra de maior. & obe. & ibi Abb. col. 5. & scrib. & Oldr. consi. 199. pro fundamento, col. 1. & Rota in secunda decisio. Item fuit dubitatũ, in rubr. de restit. spo. in nouis, & Cardi. cõsi. 10. in themate præmisso, col. 1. Et ex hoc dicit Abb. in d. c. bonæ. de app. Quòd timens spoliari, aut turbari in suo iure appellet extraiudicialiter, & sic postea habebit remedium attentatorũ, & sequitur Prępo. vbi supra, de isto tñ articulo, an remedium attentati plenius prouideat, q̃ remedium canonis reintegranda. vide Decium in d. c. bonę. col. 7. in fin. cum sequen. & in consi. 103. in prin. 1. volu. & consi. 200. in casu ꝑposito, col. 2. eo. volu. vbi allegat Oldr. in hoc fuisse sibi contrarium. ADDITIO noua. Quia in consi. 1. col. fi. dicit, ꝙ ista remedia parificãtur et paribus passibus ambulant, sed idẽ Oldr. consi. 199. tenet, ꝙ remedium attentatorũ sit magis pingue, & facilius succurritur isto remedio attẽtati q̃ alio remedio, vt per Decium in consilijs præallega. Et agenti remedio recuperãdæ obstat exceptio excõmunicationis: tamen agenti remedio attentati nõ obstat exceptio excõmunicationis, similiter agenti interdicto recuperãdę obstat exceptio alterius spoliationis: sed agenti remedio attentati non obstat dicta exceptio, vt latè per Deciũ d. cõ-

97 sil. 200. col. fin. 1. volu. † Et attende, ꝙ remedium attentati non datur contra tertium, quãdo ipse tertius principaliter spoliasset appellantẽ, vel appellatũ pendente appellatione, sed contra istum tertiũ innouantem esset agendũ corã iudice ordinario per alia remedia seruato iuris ordine, vt in c. cũ teneamur. extra de appella. & ibi glo. & Matth. de Afflic. decis. 354. in causa reuocationis, col. 10. versi. & voluntate. Et hoc casu non obstat c. bonę. de appel. quia ibi ideo datur officium iudicis pro recuperãda possessione contra tertiũ possessorem; eo quia ibi appellatio fuerat gñaliter interposita, vt nullus turbaret possidentẽ in sua possessione, vnde ille tertius, qui turbauit, potest dici pars, & fuit extraiudicialiter appellatum a futuro grauamine, & vt nullus eum turbaret, ita tenet D. Prępo. in c. 1. col. 18. 3. q. 1. & Philip. Fran. in d. disput. de petito. col. 6. versic. sextum singulare, & vide Philip. Franc. in c. non solùm. §. illa verò. de appel. in sexto. & ibi Gemi. col. 3. in fi. & vide Decium in c. bonæ. col. 2. in vj. not. de app. ubi dicit, ꝙ remedium attentati competit etiam contra tertium, qui in re attentata successit, ut ibi.

¶ Limita prædicta non procedere, quando esset attentatũ a tertio habente causam a parte appellante, uel appellata d. c. bonæ. & ibi Decius col. 2. in sexto nota. & Præpo. & Philip. Fran. ubi supra. Limitatur etiam, qñ iste tertius habuisset causam a iudice causæ, gl. in c. non solùm. de app. in vj. Matth. de Afflic. decis. 354. in causa reuocationis, col. 10. uersi. & uolunt. ubi ponit istas duas fallentias, ut ibi per eum. ¶ Et aduerte, ꝙ sicut inhibitoria & pendentia appellationis non extenditur ad tertium, ita econtra

98 † Iudex, a quo est appellatũ, poterit innouare cõtra tertium non obstante appellatione, ut est tex. & glo. in l. creditor. in prin. ff. mand. ubi pendente appellatione cum fideiussore potest fieri innouatio contra reum principalẽ, de quo etiam per Bart. in l. 1. in fi. C. de diuer. rescript. & Præpo. & Philip. Fran. ubi supra. Et ad ꝑdicta uide Bald. in c. ex parte Adæ. col. pen. extra de testi. ubi ponit, an pendente appellatione possit attentari cõtra fideiussorem, & uidetur facere differentiam inter fideiussorem cõtractus, & tunc possit attentari, & fideiussorem iudicij, & nõ possit attentari, ut ibi per eum. ¶ Et circa istam materiam est

99 facienda regula, † ꝙ pendente appellatione nihil est innouandum l. 1. C. de bon. poss. ſm tabu. & toto titulo. ff. nil noua. appella. penden. & l. ex illo. & l. minimè. C. de appell. sicut etiã pendente nullitate sententiæ nihil est innouandum, ſm Bart. in l. 1. C. quando prouo. nõ est nece. Bal. in authentica quæ supplicatio. ad fi. C. de preci. imper. offe. Et dicta regula procedit non solùm si appellatio est admissa, sed etiam pendẽt e dubio an appellatio sit admittenda nec ne, gl. & Bal. in l. 4. C. de appellati. Et prędicta etiam tenet Iaso. in d. l. 1. col. 1. C. de bon. poss. ſm tab. & ibi Decius col. 1. & 2. Et non solùm nihil est innouandũ appellatione pendente, sed etiã infra tẽpus datum ad appellandũ, ut tenet Alex. consi. 99. uisis processibus. col. 1. 5. uolu. & Nicol. Milus in suo reperto. in verbo attentata pendente tempore, quod intellige ut ibi per eum. ADDITIO noua. Vbi dicit, ꝙ hoc fallit in sententia excõmunicationis: quia lata ante appellationẽ non reuocatur per uiã attentati, sed eget absolutione iudicis, prædicta etiam intelligit Nicolaus Milus ubi supra, in attẽtatis pendente tempore decem dierũ a die sentẽtiæ. Sed attentata post decem dies ante appellationẽ non reuocãtur per uiam attentati sed per uiam iniustitiæ, ut ibi per eum. Et uide Gemi. in c. non solum. in prin. col. 4. uersi. quæro, de app. in vj. ubi tenet, ꝙ licet attentata post sententiã ante appellationẽ retractentur, non procedit in interloquutoria, ut ibi per eum, & ibi etiam Ioan. Andr. & alij, & ad materiã uide Bar. in l. unica. ff. nil no. app. pen. ubi ponit, an possit fieri executio infra decem dies datos ad appellandũ. & glo. prima ibi tenet ꝙ non, quam Bar. intelligit in executione facti non iuris, ut ibi per eum. & uide, quæ dicit Alex. in d. consi. 99. col. 1. 5. uolu. uult dicere Bar. ꝙ executio, quæ fit facto hominis, fieri non potest pendente termino dato ad appellandũ: quia nihil potest innouari. Sed per executionem iuris fit & fieri potest lata sententia: quia trahit secum executionem quò ad infamiam & quò ad sententiam excõmunicationis, suspensionis, & interdicti, ut per Bald. in l. furti. §. sed si furti, col. 2. uersi. secunda opi. est. ff. de his qui nota. infa. & ibi Guil. de Cu. Iaco. Butr. & uide Gemi. in c. non solùm. §. illud autẽ. col. pen. de app. in vj. ubi dicit, ꝙ procedit in sententia diffinitiua: ut non possit exequi infra decem dies datos ad appellandum, secus in interloquutoria; quia in ea iudex nõ tenetur differre iudicium, ut ibi per eũ.

100 ¶ † Et attentata uel innouata appellatione pẽdente sunt nulla, ut not. Abb. post Ant. de Butr. in c. cõsuluit. lo 2. extra de app. & ibi Decius. ADDITIO noua. Tenet regulariter, ꝙ non sunt nulla, sed ueniunt reuocanda, ut ibi per eum: tñ magis cõmuniter uidentur doct. tenere opi. cõtra Decium, ꝙ regulariter attentata pendente appellatione sunt nulla, quã opi. etiam sequitur Rota decisio. 130. si post. & Lapus allegatione prima, in fin. & in c. non solum. de app. in vj. & ibi. Gemi. §. illa uerò. col. 1. & ibi Philip. Franc. col. 3. & in c. cum uenissent. extra de eo qui mitti in poss. Philip. Fran. in sua disputa. de petito. in 2. quæst. princip. col. 3. Præpo. in c. quoties. col. 1. in fin. cum sequen. 2. q. 6. & Decius in l. 1. in princ. C. de bo. po. secund. tab. Et qualiter attentata tam post appellationem iudicialem, q̃ extraiudicialem a diffinitiua ueniant reuocanda & cassanda, uide Præpo. in c. quis autẽ. 54. distin. Et dicit Philip. Fran. in d. c. non solum. §. illa uerò, col. 2. in ultimo nota. Quòd innouata per iudicem a quo post inhibitionem legitimã sunt per uiam attentati reuocãda, & in pristinum statũ reducenda, quoties de facto processerunt, licet causa nõ sit uera, cum ex se sint irrita & nulla, ut tenent ibi Archi. & Ioan. Andr. ADDITIO noua. Et attentata etiã iudicialiter, & iudicis auctoritate debent reuocari, ut probatur in c. ex insinuatione, de procu. & ibi Anto. de Butr. in 4. nota. & Innoc. ibi. & Decius consi. 200. In casu proposito. in princ. 1. uolu. Et adeo attentata sunt reuocanda, ꝙ si iudex nollet reuocare attentata, diceretur facere iniuriã appellanti, ut dicit Gemi in d. c. non solũ. in prin. col. 1. in fi. uersic. quid si iudex. & Matth. de Affli. decis. 98. col. fi. Et in tantum talia

rum talia attentata, vel innouata appellatione pendente sunt nulla, ꝙ etiam si appellatio fuerit postea deserta, vel ei fuerit renunciatum, non tñ reconualescunt, tex. est not. in d.c. cum venissent. secundũ vnam lecturã, extra de eo qui mitti. in poss. & ibi Ant. de Butri. Imo. Abb. & alij, Ias. & Decius in d.l.1. colum.1. C. de bo. po. secundùm tab. Cardi. consil.105. super præmisso. columna tertia.

ADDITIO noua. An autẽ attentata appellatione pendente a diffinitiua post ipsius desertionem veniant reuocanda per viam attentati, vide Rotam decis. 1. in nouis. vbi tenet, ꝙ non veniunt reuocanda per viam attentati, ratio: quia tunc fingitur non fuisse appellatũ, & ideo appellatione non existente in rerum natura nõ dicuntur attentata, sed legitimè facta, & sic vt attentata reuocari non debent. Et ibi etiam rota vbi supra ponit. Quid si constat ex actis de desertione appellationis, & constat etiã per ꝓbationes de aliquibus attentatis, antequam fuisset deserta appellatio, an huiusmodi attentata debeant reuocari, antequã ꝓnuntietur super desertione appellationis, & Rota tenet ꝙ non, si ex actis constat de desertione, per regulã dolo facis &c. & quia constat appellationẽ desertam, ergo ipse iudex appellationis non est iudex, sed est iudex ille, qui tulit primã sententiam, si ergo super attentatis pronuntiaret, sententia tanquã lata a non suo iudice non teneret. C. si a nõ compe. Iud. l.1. Secus esset, si non cõstaret notoriè ex actis de desertione, sed pars, quæ allegat desertionem, vellet probare; quia tunc ꝓpter priuilegium attentatorum essent reuocanda, vt in d. decisio. Sed aduerte: quia contra istam vltimã quæstionem, dum dicitur, ꝙ si constat ex actis de desertione appellationis, non reuocantur attentata: quia contrariũ tenet Lapus allegatione prima, circa fi. vbi voluit, ꝙ si pendente appellatione aliquid sit attentatum, non ꝓpterea valent attentata, dato, ꝙ appellatio deseratur, vel ei renũtietur, & poterit iudex ad quem de tali nullitate cognoscere, per plures rationes, vt ibi per eum, & tamen Rota decisio.130. si post, vbi tamẽ, ꝙ attentata post inhibitionẽ sunt nulla, dato ꝙ appellans renuntiauerit suæ appellationi tacitè, vel expressè, Phil. Franc. in d.c. non solum. in princ. col.3. in fin. cum seque. tangit istam cõtrarietatem, & licet relinquat cogitandũ, tandem inferius ibidem distinguit, ꝙ aut fuit attentatum post factã inhibitionem, & eo casu etiã deserta appellatione, vel renuntiando appellationi illa attentata, ex quo erant nulla, nõ reconualescunt. Secus est in attentatis nõ facta inhibitione, vt ibi per eum. Sed aduerte: quia iste vltimus casus est contra cõmunem opi. de qua proximè feci mentionem, ꝙ attentata appellatione pendẽte sunt nulla, etiam si postea esset deserta appellatio, vel ei renuntiatum: vt proximè dixi. ¶Et ex prædictis infert Fed. de Se-
101 nis consil.98. Nicolutius Petri † ꝙ si iudex ecclesiasticus inhibeat iudici seculari, ne procedat in aliqua causa, quę forte asseritur vsuraria, si postea reuocet inhibitionem, & pars appellat a tali reuocatione, pendente tali appellatione iudex secularis non potest procedere, & si procederet, esset nullũ, & sequitur Anto. de Butri. in c. tuam, in 2. q. extra de ordi. cogni. Alex. cõsi.6. in causa & lite vertente inter Thomam. in 3. volu. Ias. in l.1. col.1. C. de bon. poss. se-
102 cundùm tab. ¶ † Et reuocatio attentatorũ fieri debet, antequã pronuntietur diffinitiuè super iustitia, vel iniustitia appellationis, vt dicit Alex. d. consi.99. visis processibus, col.1. 5. volu. Et propterea dicebat Decius in c. cõsuluit. col.3. in princ. de appel. & in d.l.1. col.1. C. de bon. poss. secundũ tab. ꝙ cautus debet esse ille, qui appellauit, vt statim attentata petat reuocari, antequam vlterius procedat: quia si vlterius procederetur, tunc finis litis deberet expectari, allegat Bald. in l.1. colum. pen. C. de app. dum allegat. l. chirographis. §.1. ff. de admi. tuto. vbi Bart.

ADDITIO noua. Dicit, ꝙ facta pendente appellatione reuocãtur in pristinum statum per officium iudicis appellationis, & fit ista reuocatio sequuta victoria causæ appellationis; quia istud dictũ Bar. intelligitur, quãdo ille, qui appellauit, nõ petit primò reuocari attentata, vt supra dictum est, vel potest intelligi, ꝙ loquatur de attentatis, quando appellatur ab interloquutoria: quia nõ reuocantur, nisi reuocata interloquutoria d.c. non solùm. de app. in vj. Ad materiã vide etiam Rotam in decisi.57. incipiente attentata, in rubr. vt lit. pend. vbi dicit, ꝙ attentata lite pendente in quacunq; parte iudicij vsq; ad cõclusionẽ causæ exclusiuè possunt peti reuocari, vt tenent Io. Andr. Pet. de Anch. & Philip. Franc. in d.c. non solum. in princ. col.2. & infra dicam. Quid autẽ si appellans præsentat libellum, in quo petit sententiã retractari, & attentata ante omnia reuocari, demũ super isto libello contestatur lis, an possit postea petere per officiũ iudicis retractari attentata ante omnia, vide Gemi. & alios in d.c. non solùm. in princ. col.1. in fin. cum seq. de app. in vj. & licet sint diuersæ opi. quarũ vna est, ꝙ ante litem contestatam petatur, & hoc est cautius. Tamen alia opi. est magis cõmunis, ꝙ tam ante, q̃ post litem contestatã potest peti reuocari attentata, siue sit apposita clausula ante omnia, siue non, vt tenet Io. mo. & Ioán. Andr. & Philip. Franc. in d.c. non solùm. in princ. col.2. cum concor. ibi allegatis. Aduerte tñ ꝓ declaratione prędictorũ, ꝙ ille, qui intentat remedium attentatorũ, debet tria probare. s. fuisse diffinitum, seu sententiatũ, item appellatum, & pendente appellatione fuisse innouatũ, glo. in d.c. non solũ. in verbo ante omnia, quã ibi sequuntur doct. glo. in l.2. & ibi Bald. C. de peti. hære. glo. in c. venerabilibus. in glo. pen. de sen. excõ. in vj. doct. in Clem. fin. de rescri. Et nota ea, quæ dicit Innoc. in c. bonæ. de app. in fin. & Bal. in c. sancimus. col.2. in princ. quo temp. mil. ꝙ sicut omnia attentata appellatione pendente reuocantur, ita omnia, quæ lite pendente dolo, vel malitia fiunt a partibus, pertinent ad officiũ iudicis, vt illa corrigat & reformet, nec est speciale in causa appellationis, quod est notandum ẜm Bald. vbi supra, &
103 Ioan. Andr. in d.c. bonæ. de app. ¶ † Supradicta autẽ regula, ꝙ pendẽte appellatione nihil est innouandũ. Limitatur primò procedere, q̃n esset appellatum in causa principali, vel in aliquo articulo, qui haberet connexitatem cum causa principali, secus si articulus, pro quo appellatur, esset seperatus a principali; quia tunc iudex, a quo appellatur, non prohibetur ꝓcedere in causa principali, tex. est nota. ẜm Anto. de Butri. in c. super eo. el primo, extra de app. hoc intellige, nisi esset facta inhibitio per iudicem ad quem, per ea quæ habentur in c. non solũ. §.1. de app. in vi. facta namq; tali inhibitione iudex a quo indistinctè non posset procedere, ẜm Anto. de Butr. & Imo. in d.c. super eo. & ibi Philip. Franc. Perusinus col.2. versic. Secundus casus est, & Rota deci.31. Item si ab excõmunicatione, in titulo de appe. in nouis, & Decius in d.l.1. col.1. in fin. cum sequen. C. de bon. poss. ẜm tab. & doct. in d.c. non solùm. ¶Quando autẽ articulus dicatur habere cõnexitatem cum causa principali, & quando non, vide exẽpla posita per Inno. & Abb. in d.c. super eo. & Deciũ in d.l.1. col.2. in prin. de bon. pos. ẜm tab. vt in pacto de nõ petendo, in exceptione ꝑscriptionis & similibus: vt ibi per eos.
104 ¶ † Limita secundò nõ procedere, quãdo in fauorem appellantis innouaretur, vt per Decium in d.l.1. col.2. versi-
105 culo secũda regula. ¶ † Limita tertiò nõ procedere, quãdo appellatio interposita esset nulla; quia tunc attentata non veniunt reuocanda, vt per Soci. consi.45. visa appellatione. col. pen. versiculo octaua dubitatio, primo volu. & Egi. Bel. decis.239. in causa. in titu. de app. & Guid. Papæ decis.436. & 213. statuta, allegat Inno. & Bald. in c. pastoralis, de offic. deleg. Idem esset, si constaret ex actis de desertione appellationis, vt tenet Guid. vbi supra, de quo
106 vide, quæ supra dixi. ¶ † Limita quartò, quando esset reclamatum a sententia Sacri Consilij, & penderet reuisio; quia non obstante pendentia reuisionis posset procedi ad executionem; vt tenet Matth. de Afflic. decis.341. lata est sententia, bene facit tex. in authen. quæ supplicatio. C. de preci. imper. offe. & ibi per doct. Et an & quãdo hoc casu debeat

debeat cauere de restituendo in casu retractationis, vide ibi.ratio est: quia supplicatio conceditur de gratia & ex benignitate, sed appellatio innitit iustitiæ, & iustitia vult, q ea pendente nihil innouetur, vt per Matth. vbi supra.

107 ¶ † Limita quintò non procedere in attentatis post appellationẽ ab interloquutoria; quia non reuocãtur, nisi prius causa appellationis fuerit verificata, & iustificata appellatio, vt tenet Rota in prima decisio. attẽtata, in secunda addi. in nouis, in rub. de app. & atten. licet secus sit in attentatis post diffinitiuam, vt per Philip. Franc. in d. c. non solum. §. illa verò. de app. in vi. Intellige, nisi appellans obtulisset se probaturũ causam grauaminis, & non fuisset admissus; quia tunc pro reuocatione attentatorũ sufficit ꝓbare causam legitimã fuisse expressam, & ipsam se obtulisse probaturũ, & non fuisse admissam, vt dicit Nicolaus Milus in suo reper. in verbo attentata, col. 2. & Lanfranc. in repe. c. qm̃ contra, in verbo interloquutiones, appellationes, colum. 47. & Gemi. in d. c. non solùm. §. illa verò. colum. 1. versic. quæro quæ res, & ibidem in prima opp.

108 ¶ † Limita sextò non procedere in attentatis appellatione pendente in casu, in quo nõ poterat appellari, quo casu non ligantur manus iudicis ante inhibitionem d. c. nõ solum. quia isto casu attentata tenent: quia lege permittente fiunt, & non reuocantur ex priuilegio attentatorũ, sed possunt reuocari per viam querelę, & tunc fit reuocatio per superiorem, vt dicit Abb. in c. pastoralis. colum. 4. versiculo, tertius effect⁹, & versiculo, in tertia quęstione, & ibi Philip. col. 3. extra de app. & D. meus Rob. Maran. in suo tract. Speculum Aureum, in verbo querela. col. 2. car. 86. versiculo similiter, ſm primam impressionem.

109 ¶ † Limita septimò nõ habere locum remedium attentatorũ, quando notoriè constat de nõ iure petentis reuocationem attentatorũ; vt tenet Rota decisio. 14. fuit dubitatum, vtrũ petenti. Matth. de Afflic. decis. 98. pulchrũ est. in fin. & decis. 352. quidã Corbiserius, col. 1. Alex. consi. 99. visis processibus. col. 2. 5. volu. & vide Rotam decis. 357. in antiquis. Incipiente, nota q attentata, sub Rub. de attentatis & de app. vbi tenet, q attẽtata lite pendẽte nõ reuocant, vbi cõstat de nullitate appellationis, vel de nõ interesse partis, allegat notata per Inno. in c. fi. ex. vt lit. pen. ADDITIO noua. Intellige prædicta, nisi esset dictũ principaliter de nullitate, & nullitas appareret ex actis, vel euidẽter: quia nullitas sẽtẽtiæ euidens impedit exequutionem. Hyp. in l. vnica. col. 34. C. de rap. virg. in fin. & Bald. in l. vnica. col. fin. C. ne lice. in vna ea. cau. & per Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & sic si sentẽtia esset nulla ex inspectione actorũ, puta ex defectu citationis, vt dicit Pet. de Anch. cõsi. 211. tunc talis nullitas impediret executionem, vnde licet in aliquo casu nõ posset appellari, vt est in causa momentaneæ possessionis: tñ potest dici de nullitate, vt per Ias. in l. Titię textores. §. nihil. ff. de leg. 1. & Decius in l. 1. col. 3. versic. 6. C. de bon. po. secun. tab. hoc casu si esset attentatum pendente nullitate, quæ impedit executionem, haberet locum remedium attentatorũ; quia pendente nullitate nihil esset attentandum. Bar. in l. 1. C. qñ prouo. non est nece. & supra dixi.

110 ¶ † Limita octauò non procedere, quando appellatio nõ fuisset intimata iudici & parti: q. a semper possunt de iure procedere, quando non hñt notitiam appellationis, & attentata ab ignorantibus appellationem non reuocantur, vt tenent Anto. de Butr. & Imo. in c. fi. col. fi. extra de app. & ibi Philip. Franc. col. antepen. versic. vlt. quæritur, & in c. appellatio. col. 11. de app. in vj. & D. meus vbi supra. Et prædicta intellige in appellatione iudiciali, secus in extraiudiciali, in qua reuocantur attentata, etiam si nõ fuerit intimata, vt dicit Philip. Franc. in d. c. bonæ. col. 13. versiculo nona cõclusio, extra de app. & D. m. vbi supra, sed in hoc vltimo Nico. Milus in suo reperto. in verbo attentata per iudicem, tenet, q talia attentata per iudicem non reuocantur per modum attentat. propter iustã ignorantiæ causam, allegat decis. Rot. 309. Et dicit Philip. vbi supra, q ista est vna differentia inter appellationem iudicialem & extraiudicialẽ. Alia differentia est: quia in appellatione iudiciali reuocantur oĩa attentata, etiã quę nõ sunt directò cõtra appellationẽ, dummodo habeant connexitatẽ cum principali, sed in extraiudiciali reuocantur solùm ea, quæ sunt cõtra appellationẽ & nõ alia, vt dicit Philip. Fran. in c. 1. vlt. nota. de app. & D. meus vbi supra.

111 ¶ † Limita nonò dictã regulam non habere locũ in irretractabilibus; quia tunc non habet locũ remediũ attentatorũ, & retractari nõ possunt, vt tenet Nico. Milus in suo repert. in verbo attẽtata, versiculo attentatorũ reuocatio.

¶ Limita decimò dictã regulam non procedere in omnibus casibus, in quibus licitũ est attentare nõ obstante appellatione, de quibus per spe. in titu. de appellatione. §. nouissimè. col. 1. cum sequen. vbi ponit sexdecim limitationes, in quibus attentata non reuocãtur, & Rober. Maran. in d. suo trac. in sexta parte. 2. q. princ. colum. 9. versiculo quarta differentia, ca. 89. ſm primam impressionem, vbi latissimè, & vltra dictas limitationes positas per spec. & Maran. vbi supra, vide alias, quas ponit Philip. Franc. in c. dilecti. el 3. col. 2. extra de appel. Iaso. & Decius in l. 1. colum. 1. in fin. cum sequen. C. de bon. poss. secũdùm tab. Et de materia quando valeant gesta pendente appellatione, vide Ang. in l. furti. in princ. ff. de his qui nota. infa. ubi ponit sex fallentias ad titulũ nil no. app. pend. & vide glo. magistram, Archi. Gemi. & alios in c. appellatione. 2. q. 6. Firma. in reper. in uersic. appellatione pendente.

ADDITIO noua. Limita undecimò dictam regulam non procedere, quando esset appellatum post decẽ dies, puta quia nõ habuit notitiam sententiæ, & postmodũ habita notitia appellauit post decem dies; quia tali casu gesta per iudicem nõ reuocantur per remediũ attentati, sed beneficio iniustitię docto & cognito de hoc in causa appellationis, ut dicit Firma. in suo reperto. in uerbo appellatio quando. uersic. 21. allegat Rotam, ut ibi per eum.

¶ Limita duodecimò, quando esset attentatum post inhibitionem non canonicè factam; quia tunc attentata non reuocantur. Fely. in c. dilectus filius 2. col. pen. de rescri. Et quãdo dicatur inhibitio canonicè facta, dicam infra.

¶ Limita tertiodecimò, dictã regulam non procedere, qñ appellatio esset expressè iuri contraria, ut per Io. Andr. in c. pastoralis de off. deleg. Bal. in c. sancimus. col. 2. in prin. uersic. & adde, in titu. quo tẽpo. mil. & Anto. Cor. in suis sing. in uerbo appellatio regulariter, uersi. limita secũdò.

¶ Limita quartodecimò, dictam regulam non procedere, quando esset appellatũ a sentẽtia excõmunicationis post latam sententiam: quia per appellationem nõ suspenditur excõicatio. c. ad reprimendam. de offic. ordi. & si fuerit executio facta hoc casu, non retractatur per uiam attentati, sed uia ordinaria, de quo uide glo. in c. uenerabilibus. §. porrò. & ibi Io. Andr. Gemi. & Philip. Fran. col. 2. de sent. excõ. in sexto, cum cõcor. allegatis ibi. Et ibi etiã Gemi. & Philip. Franc. col. fi. in princ. dicit, q licet iudex non debeat exequi sentẽtiam pendente decennio dato ad appellandũ; si tamen exequatur, & postea nõ appelletur, remanebit ualida executio, quod est notandum ſm eum.

¶ Limita quintodecimò dictam regulam non procedere, qñ dolus appellãtis interueniret, puta si possessor condemnatus appellauit, & dissipat fructus: nam hoc casu iudex ꝓpter casum superuenientem potest innouare, & sequestrum facere, ne fructus dissipentur l. Imperatores. in fi. ff. de app. Bal. in l. furti. §. sed si furti. col. 2. uersi. habes ergo. ff. de his qui not. infa. quia quando appellans est persona suspecta, uel fructus dilapidat, siue sit res mobilis, siue immobilis, fructus sequestratur l. ab executione. C. quo. app. non recip. & uoluit glo. in c. appellatione. 2. q. 6. Bald. in c. 1. §. sancimus. quo tẽp. mil. Et dilapidare dicitur, si consumit in suos usus conuertendo, maximè prodigaliter uiuendo, & tenet Ant. Cor. in suis sing. in uerbo appellatio. & incipit, regula est. allegat glo. Archi. 6. q. 1. c. quia res.

¶ Limita sextodecimò dictã regulã non procedere, quando appel-

do appellatio esset friuola. c.cum appellationibus. extra de app.in sexto,& Ant.Cor.in suis sing. in verbo appellatio regulariter.versi.limita tertiò.quod tñ intellige,vt per doc.in d.c.cũ appellationib.nisi esset delatũ appellationi. ¶ Limita decimoseptimò, dictam regulam non procedere quò ad tertium; quia licet quò ad partes nihil sit innouandum,tamen secus est quò ad tertium,glo.nota.in l.creditor. in princ.ff.mand. Bald. in l.si quis filio,ff.de iniust. rup.testa.Anto.Cor. vbi supra versic. limita 4. cum concor. ibi, & vide quæ dixi supra eo.ver. & attende,nu.97. ¶Limita decimooctauò,dictã regulã non ꝓcedere,qñ esset diuersa causa.Abb.in c.qa frustra,de vsur.Lau.de Rodul.in trac.de vsur.q.144.Ant.Cor.vbi supra in 5.limita. ¶ Limita decimononò, dictam regulã non procedere respectu partis attentantis: quia non reuocantur per uiã attentati.Inno.& Abb.in c.dilecte, de excep.Anto. Cor. in dictis sing.in ver.appellatio regulariter,versic.limita sextò.Inno.& doct.in c.cum M.de constit. Sed contra hanc limitationem tenet Hosti.in d.c.dilecte,& ibi Ant.de Butri.& Imo.& Bal.in l.3.versi.quæro, vtrum attẽtata.C.de app.vbi dicit,ꝙ innouata per partem pendẽte appellatione reuocãtur de plano & sine libello,ex solo officio iudicis. & Rota decis.14. Matth. de Afflic. decis.98.& decisio.341.cum sequen. & in hanc partem inclinare videtur Fel.in d.c.dilecte.col. pen.& istam partem etiã tenet ibi, D.Parisius col.4.cum sequen. cum multis concor. ibi, & cõcludunt,ꝙ innouata tam respectu iudicis, quàm partis reuocantur per viam attentati, & istam etiam ego teneo. ¶An autem appellatione pendente posset fieri alienatio rei, de qua litigatur, ponunt Fely. & Parisius in d.cap.dilecte. & vide infra c.conuentus. ¶ Vigesimò limita non habere locum, quãdo accusatus erat infamatus de crimine simoniæ, quo casu lite pendente priuatur quasi possessione beneficij & officij c.accusatum. de simo. quia propter atrocitatem delicti & cõcurrente infamia fit suspensio, donec causa finatur. c.inter. de purg. cano. & Anto. Cor. in d.sing.appellatio regulariter. in fin. ¶Vigesimoprimò limita, quando aliquid esset innouatũ in causa appellationis,si extrinsecus aliquid est gestum,quod nõ vergit in præiudicium litis,notatur in l.furti.§.1.ff.de his qui not.infa.Bald.in c.dilecte.de excep.Anto.Cor.vbi supra. ¶ Vltimò limita non procedere; quia nõ reuocatur illud, quod est legitimè factum secundùm litis exigentiam.Anto.Cor. in d.sing. appellatio regulariter. colum. fin. allegat. l.postquàm.§. Imperator.ff. vt leg. no. cauea.

112 ¶ † An autẽ attentata pendente causa restitutionis ad appellandũ reuocentur per viam attentati. Et quid in attentatis post restitutionem cõcessam, vide Nicol. Milum ubi

113 supra, qui tenet ꝙ sic. ¶ † Nunquid autem remedium attentatorum habeat locum contra fiscum, puta si aliquis condemnatur ad publicationem bonorũ,& pendente appellatione fuit facta executio,an reuocentur per viam attentati,vide Matth.de Afflic.in constit. regni vsurariorũ,

114 col.5.circa fin.qui tenet ꝙ sic. ¶ † Quæro, nunquid condemnatus per remedium attentati cogatur ad restitutionem fructuum, quos medio tempore percepit. Et an suis expensis debeat illos restituere, vide Bald. & Decium in c.bonæ,col.2.7.nota. extra de app.& Rober.Maranta in d.suo trac.in sexta parte in septima quæstione principali. ADDITIO noua. Et cõcludunt, ꝙ condemnatus per remediũ attentati cogitur ad restitutionem fructuũ, quos medio tempore percepit. Et debent fructus restitui expensis illius,qui attentauit,ut latius per Bal.& Decium ubi supra,& Decius consi.200.in casu proposito primo uolum.

115 ¶ † Sed quæro,an agenti remedio attẽtati obstet exceptio excõmunicationis, uel alterius spoliationis, uel exceptio proprietatis, uide Decium consil.200. in casu proposito, colum.1.& 2.primo uolu.Cardi.in c.bonæ.col.3.uersic. nota ex tex.extra de app.Matth.de Afflic.decisio.98. pulchrum est.col.fin. ubi tenet, ꝙ agenti remedio attentatorum nõ obstat exceptio excõmunicationis, uel spoliatio-

116 nis,ut per Decium & alios,ubi supra. ¶ † Quid autem si lite pendente alienatur res litigiosa, an cõtra possessorem subueniatur per remediũ tituli. C. de litigio. dicas ꝙ sic, vt habetur in l.fi.eo.titu.& in c.2.& 3.maximè in c.ecclesia Sanctæ Mariæ.extra ut lit.pend.ubi uide Inno.& alios. Et qñ alienatur res in alium causa mutandi iudicij, est ꝓuisum per remediũ tituli.ff.&.C.de alie.iud.mut.ca.fact.

117 ¶ † Quæro,qua uia reuocentur ista attentata. Dicas,ꝙ duplici uia, uno modo intentando principaliter officiũ iudicis super ipsorum reuocatione, de quo per Alex.cõsil.99. visis processibus.col.2.in fin.cum sequen.5.uolu.& Rot. decisio.411. si lite,in rub.ut lit.pend.in nouis, & attentata per appellantem, uel appellatũ reuocãtur officio iudicis appellationis.l.chirographis.§.1.ff.de admi. tu. & sequuntur doc.in d.c.bonæ.de app.& Præp. in c.1.col.18. 3.q.1.Philip.Franc.in dispu.de petito.col.7. & latius per ipsum in c.non solũ.§.illa verò.col.3. extra de appel.in 6. Secundo modo reuocari possunt accessoriè, prosequẽdo appellationem, ut declarat Cardi. in c.dilecti. el 3.col.1. in fin.extra de app.& Rob.Maranta in d.suo trac.in sexta parte princip. in septima quæstione princ. car 97. Potest etiã tertio modo iudex ordinarius principaliter adiri per uiam qnerelæ super reuocatione attentatorum, ut probat tex.in c.cum teneamur. extra de app. & in c.2.de matri. contra.contra interdic.eccle.& Philip.Franc.in d.dispu. de petito,in 2.q.principali,colum.fi.& in c.non solùm.§. illa uerò.colum.3.& fin. de app. in vj. Et ibi etiã ponunt, ad quem iudicem pertineat reuocatio attentatorum. ADDITIO noua. Et dicit Decius cõsi.97.in casu ꝓposito. col.1. primo uolu. ꝙ executio facta pendente appellatione, & possessio, qua fuisset spoliatus appellatione pendente, restitui debet c.uenientes. de iureiur. ubi Papa mandat restitui possessionem ablatam pendente appellatione interposita ad Summum Pontificem, & est casus in c.cum teneamur.extra de app.ubi pendente appellatione ad Summum Pontificem interposita possessor in sua possessione non debet molestari, sic etiã pendente lite in causa principali debet possessor in sua possessione conseruari,etiã si possessio sit contra ius cõmune, & competat ratione priuilegij.c.1.ubi Abb.post alios, ut lit.pend.Card. in clem.2.in 2.opp.ut lit.pend.Lud.Ro.cõsi.37.uiso puncto.in fin.& Decius ubi supra,& in cõsi.34. & pro tenui. col.2. primo uolu. Et dicit Philip. Decius in c.consuluit. col.2.de app. ꝙ attentata post appellationem quando petuntur reuocari. Aut loquimur in appellatione iudiciali, & sufficiat dicere, illa attẽtata fuisse post appellationem. Aut sumus in appellatione extraiudiciali, in qua non solùm requiritur, ꝙ sit attentatum post appellationem, sed etiam est necesse,ꝙ sint attentata cõtra ipsam appellationem,allegat Anto.de Butr.& Abb.ibi, & Innoc. in c.quia propter. de electio. Item in appellatione iudiciali nõ reuocantur attentata a parte pendente appellatione,sed attentata a iudice. Inno.in c.dilecte.de excep. & ibi Card. & Abb.Bald.& Imo.in l.si quis filio.§. hi autem.ff. de iniusto testa. Et tenendo istam opi.esset dicendum secundũ Philip.Decium in d.c.cõsuluit, dum petitur attentata reuocari, quę per ipsum iudicem essent innouata,hoc uerũ, quando reuocatio petitur, tanquam attẽtata sint appellatione pendente,iuxta titu.nil noua.app.pend. sed quando petitur reuocatio attentatorũ ex titulo, ut lite pend. tunc etiã innouata à parte debent retractari,ut declarat Card. & Abb.in d.c.dilecte.& Decius ubi supra. Sed ista differentia inter dictos titulos nõ uidetur approbata, ideo dic, ut dixi supra eo,in decimanona limitatione. ¶Et an libello porrecto debeant reuocari,ponit Philip. Franc.in d.c. non solùm,ubi etiam dicit,quòd reuocatio attentatorum fit per quandam sententiam interloquutoriam; quod intelligitur, quãdo incidenter & accessoriè petitur reuocari, secus si principaliter ageretur. Et talis interloquutoria habet uim diffinitiuæ, ut tenet Nicol. Milus in d.suo rep. in uerbo attentata, in vltimo uersiculo.

ADDITIO

ADDITIO noua. Et an procedat libellus generalis, in quo generaliter petitur attẽtata reuocari, vide Deciũ in d. c. cõsuluit. el 2. col. 3. de app. cũ cõcor. ibi, vbi tenet, ꝙ ta-
118 lis libellus generalis procedit parte non opponẽte. ¶ † Sed an pẽdente lite super attentatis posſit iudex in cauſa principali procedere, vide Matth. de Affli. deciſ 98. pulchrum eſt, ubi tenet ꝙ non, & Philip. d. c. non ſolùm, colum. 1. & Nico. Milum vbi ſupra. ADDITIO noua. Et Matth. de Afflict. deciſio. 131. quidam, vbi dicit, quòd poteſt in vtraq; procedi ſimul, nec vnum iudicium impedit aliud, vt ibi per eum. Et quid in attentatis pendente lite, vide Anto. Capic. deciſio. 72. in cauſa notarii. ADDITIO no. Vbi dicit, quòd ſi ille, qui dicitur attentare, posſidebat tempore litis conteſtatę, non debet attentare ſed continuare eius poſſesſionem, & nõ habet locum remedium attẽta-
119 ti: vt ibi per eum. ¶ † Quid autem ſi pendente lite ſuper nullitate contractus reus reuocat precarium contentum in illo contractu, & capit poſſesſionem fundi, an talia attẽtata lite pendente reuocari debeant, vide Matth. de Affli. d. deciſio. 131. vbi concludit fuiſſe iudicatum, ꝙ dicta attentata
120 reuocari debent. ¶ † Sed quid ſi lite pendente, vel poſt inhibitionem eſt apprehenſa poſſesſio, an reuocetur intentando officium iudicis ſuper reuocatione attentatorũ, vide Dominos de Rota deciſio. 411. ſi lite pendente, in rub. vt lite pendẽte in nouis deciſionib. vbi tenet ꝙ ſic, vt ibi latius
121 ¶ † Nunquid autem ſuper attentatis detur remisſio ad probandum in partibus, vide Rotam in antiquis deciſio. 220. ubi ꝙ non. Et an petens reuocari attentata lite pendente teneatur probare ſe prius poſſediſſe, vide Rotam deciſio. 89. in antiquis, ubi ꝙ non. ¶ An iudex delegatus posſit reuocare attentata, vide Philip. Fran. in diſput. de petito. in 2. q. principali. vbi tenet, ꝙ non: quia eius iuriſdictio eſt limitata, ſed poterit adiri ordinarius per viam querelæ.
122 ¶ † An autem reuocatio attentatorum posſit peti uſque ad concluſionem in cauſa, & non vltra. Vide Philip. Franc. in c. dilecti. el 3. col. 2. de app. Matth. de Affli. deciſio. 352. quidam Corbiſerius. vbi latè ponit, an poſt concluſionem habeat locum remedium attentati. Et ibi etiam ponit, quid ſi fuit attentatum poſt concluſionem in cauſa, dic vt ibi, & vide Nico. Mil. in d. reper. in verbo attentata lite pendente, vbi tenet, ꝙ poſt concluſum in cauſa non poſſunt reuocari attentata, niſi ex mero iudicis officio non promoto, vt ibi per eum, & ſupra etiam tetigi, ſed ſi fuit attẽtatum poſt concluſionem, illa veniunt reuocanda. Matth. de Affl. d. de-
123 ciſ. 352. ¶ Et ſcias † ꝙ reuocatio attentatorum non poteſt fieri niſi cauſa cognita, & parte citata, vt tenet Phili. Franc. in d. c. bonę. col. 4. & 5. de app. vbi plenè de multis priuilegiis attentatorum. Et ad prædicta vide Decium d. conſilio 200. primo vol. & D. meum vbi ſupra. Aduertendum eſt etiam, quòd attentata poſt appellationẽ ſi petuntur reuocari, non ſufficit probare per confesſionem appellati interpoſitam eſſe appellationem, niſi doceatur, ꝙ infra decẽ dies, & per habentem poteſtatem appellandi fuerit appellatum ſecundùm Nico. Milum in d. reper. in verbo attentata, verſiculo attentatorum remedium.
124 ADDITIO noua. ¶ † Supradicta autẽ remedia ſunt prodita pro recuperanda poſſesſione: ſunt etiam alia remedia prodita pro adipiſcenda poſſesſione, prout eſt interdictum quorum bonorum, & remedium l. fi. C. de edi. diui Adri. toll. Et de interdicto quorum bonorum, vide latè per Ang. Are. in §. quadrupli. col. 13. cum ſequen. inſti. de actio. ubi ponit, cui, & quando competat, & quid ſit probandum ſunt & alia interdicta pro adepta poſſesſione conſeruanda quietè & pacificè ſine turbatione, vt eſt interdictum uti poſſidetis, quod eſt retinendę poſſesſionis, de quo vide latè per glo. & docto. in l. 1. C. vti posſi. & ff. eo. titu. per totum, & inſti. de interdict. §. retinendæ. & ibi latè Ang. Are. & per eundem Ang. in d. §. quadrupli. col. 20. inſt. de actio. in quibus locis ponit formam libelli. Et quid debet probari, & cui competat, & ꝙ cautius eſt intentare interdictum quorum bonorum, quam petitionem hæreditatis, de omni-
125 bus vide Ang. vbi ſupra. ¶ † Quid autem ſi cauſa appellationis non ſit vera, an reuocentur attentata poſt inhibitionem, vide Gemi. & alios in d. c. non ſolùm. §. illa verò. col. 2. de app. in 6. vbi tenet, & concludit, ꝙ ſi eſt facta inhibitio, ne procedat in cauſa videtur tranſlata poteſtas in iudicem ad quem, & attentando iudex a quo nihil valet, & reuocantur, ſi verò non eſt facta inhibitio, non ſit retractatio, antequam cognoſcatur, an cauſa ſit vera. Et prædicta intellige in attentatis poſt appellationem ab interloquutoria: quia non reuocatur, niſi primò verificata cauſa appellationis, ſecus eſt in attentatis poſt ſententiam diffinitiuã: quia ante omnia debent reuocari, vt declarat Philip. Fran. in d. §. illa verò. in prin. & col. 2. verſi. in glo. Et aduerte ad aliud, ꝓ declaratione prędictorum, ꝙ nunquã inhibitio inducit reuocationem & nullitatem attentatorum, niſi quando eſt canonicè facta, quod dicit eſſe menti tenendũ Phili. Fran vbi ſupra, & tenet Rota deciſio. 412. incip. ſi appella-
126 tur, in tit. de appellatio. ¶ † Et inhibitio tunc dicitur canonicè facta, quando tria concurrunt, videlicet ꝙ appellatio ſit ex cauſa probabili interiecta, quæ ſi probata foret, deberet legitima reputari. Secundò, ꝙ per talem appellationẽ ſit deuolutum negotium ad eum iudicem. Tertiò, ꝙ ipſe iudex ad quem recepta huiuſmodi appellatione ex cauſa probabili interpoſita incipiat cognoſcere, an huiuſmodi cauſa ſit vera, dicitur in d. deciſio. ¶ Item aduerte ad aliud, ꝙ etiam ſi non eſſet facta inhibitio, quando appellatur ab interloquutoria, & poſtea apparet de veritate cauſæ appellationis, attentata hoc caſu eſſent nulla, vt latè per Philip. Fran. in d. c. non ſolùm. §. illa verò. col. 2. verſus fi. Et plenè de materia attentatorum vide in d. c. non ſolùm. de app. in 6. per omnes ſcribentes. ¶ Circa illud, quod notat Sebaſt.
127 hic † ꝙ quando præſumptio aliqua eſt contra delatum, & accuſatum, tũc eſt locus carcerationi, aliàs non poſſet carcerari, etiam ſi fideiuſſores dare non poſſet, idem tenet Barto. de Capua hic, qui dicit, hoc non eſſe ſpeciale in iſto caſu, ſed eſſe generale. Et iſta inducuntur ad quæſtionem, an in criminalibus ſit procedendum ad capturam perſonæ accuſati vel inquiſiti non habita prius aliquali informatione, & indiciis contra delinquentem. In qua quęſtione communis eſt concluſio, ꝙ ad capturam procedi non poteſt, niſi præcedente informatione & indiciis contra inculpatum, vt tenet hic Bar. de Capua & Seba. idem tenet Bal. in l. quod euitandi. in fi. C. de condi. ob turp. cau. idem tenet Archi. Io. And. & Gemi. in c. ſi clericos. per illum text. col. 2. de ſenten. exco. in 6. & ibi Phil. Franc. in vlti. col. D. Præpo. 45. diſtin. in ſum. col. 2. Par. in tra. ſindi. in verbo captura, in prin. col. 4. in prin. & in §. quia plerumque, eo. verbo, col. 2. maximè verſus fin. Ang. in auth. vt iudi. ſine quo, ſuff. §. ſciẽtes, verſic. ſi verò vult. ADDITIO no. Et dicit Bal. conſ. 318. iſta captura 4. vol. ꝙ captura peccat ratione fori: qa eſt iudex incõpetens, rõne modi nõ congruentis, quãdo nõ fuit ſeruata forma, neq; ordo traditus: qa non licet perſonã capere, antequã liqueat iudici, & ratione cauſæ inſufficientis: qa ſine cauſa iuſta capi non debet, vt ibi per eum. Saly. in l. abſentẽ. col. 2. C. de accuſa. vbi dicit, ꝙ vtilitatis cauſa eſt inductum, ne rei ſciẽtes crimen, de quo ſunt accuſati, fugam arripiant, moderni iudices induxerũt hãc practicam: qa informatione prius habita a teſtibus ſine aliqua citatione verbali mittunt ad capiendũ reũ, ſi crimen ſit tale, cuius pœna ſit corporis afflictiua, ne verbali citatione præcedẽte reus cõſcius de crimine ſugã arripiat, & vr iſta practica approbari in l. 2. C. de requi. reis, idem tenet Saly. in l. nullus. C. de exhib. reis, & in l. conſentaneũ. col. 3. in fi. C. quomodo & quando iud. & ibi Bal. col. 3. verſiculo item quæro, & Bal. in l. & ſi certus. ff. ad ſille. & in l. 2. C. de his qui latro. Ang. in l. item apud Labeonẽ. §. quæſtionis. ff. de iniu. Fely. in c. cum non ab homine. col. pen. in fi. extra de iudi. & in c. quoniam frequenter, col. 8. in fi. extra vt lite non conteſta. & in c. 1. col. 2. extra de lib. obla. & in c. Rodulphus. col. pen. extra de reſcrip. & Hypo. in ſingu. 93. incipiente iudex, & in pract. crimin. §. conſtante.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

te.col.3 versic. redeundo, licet de prædictis nullam faciat mentionem, & Hypo.in l.1.in prin.ff.de queſt.Ang.in trac. malef.in verbo iudex commisit, col.2.versicu. sed cauti iudices, & Marcus Anto.Pataui.in l.fin.col.1. in secundo nota.ff.de quæstio.& Pet.Belluga in suo trac. speculum principum, sub rub. de officialibus incarcerantibus milites. §. quamuis.col.1.cum sequen. vbi plus dicit, ꝙ præsumptiones, quæ debent præcedere capturam, debent arbitrari a iudice secundùm ius, aliàs esset iniquum arbitrium, arg.l.cōtinuus.§.cũ ita.ff.de verb.oblig.quod est notabile verbum: quia non quęlibet læuis præsumptio sufficit ad capturam, ad prædicta etiam adducitur, quod dicit Ang. in authen.vt nulli iudi.§.si quis verò.in fin.vbi tenet, ꝙ in criminalibus non debet capi, nisi primò citetur, nisi esset repertus in fragranti, facit, quod dicit Bal.in l.si quis curialis.C.de epis.& cler.vbi dicit, ꝙ iudex non debet aliquem capere, nisi pręmoneat eum, quod qualiter procedat, dic vt ibi per eum. Confirmantur prædicta: quia in criminalibus regulariter est incipiendum a citatione verbali non autẽ personali, sicut in ciuilibus: quia in criminalibus ad instar ciuiliũ proceditur.l.absentẽ.& ibi hoc tenet glo.& clarius ibi dicit Saly.col.2.C de accus.aliàs incipiendo a captura personæ, esset exequutio personalis, & ab executione non est inci-
128 piendum l.nimis properè.C. de execu.rei iud. ¶ † Immo in criminalibus iudex incipiens a captura personæ, si temere caperet innocentem, punitur, vt dicit Bal.in l.2.C.de his qui latro.& Paris in d.verbo captura, in prin.col.fi.& in eo. verbo. §. quia plerumq; col. 2. & tenetur parti ad interesse & expẽsas, vbi per eum, & Cy.& Bal.in l.seueriter.C.de excu.tut. Immò talis iudex teneretur actione iniuriarũ, vt per Bar.& Ang.l.si verò.§.1.ff.qui satisda.cog.& Ang. Are. in trac.malef.in verbo, pro quibus Antonius fideiussit, col. quarta, versiculo, & ibi nota.& ibi Angu.Ari.in addi. Intellige, nisi iudex ex aliqua iusta causa excusetur, vt per Pa.in d.§.quia plerunque. colum.2. in fina.& Cy.vbi supra.

ADDITIO noua. Immo hodie per Pra.Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit, quoniam est prouisum, vt etiam capta informatione in criminalibus nõ procedatur ad citationem extra Neapolim, nisi primò informatio fuerit inspecta saltim per vnum ex iudicibus, & ꝙ citatio sit subscripta & sigillata, aliàs actuarius tenetur pęna falsi, & est Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit item si accusatur.nu.162.in ordine meo sub rub. detinetur inquisitus, vbi dicitur, ꝙ inquisitus detinetur, quando incipit constare per vnũ testem de visu, & de fama in criminibus, in qbus est locus torturæ.& imponitur pęna vltra relegationẽ, & dicit Thom.Gra.decis.60.col.2.versi.circa secundũ, ꝙ iudex non debet citare principalẽ ad informandum, nec ad capturã, nec eum examinare, nisi prius constet de delicto, aliàs iudex puniretur, vt ibi per eum, & hodie extat priuilegiũ Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti de Austria expeditũ in Ciuitate Bruscelli nu.13. quo cauetur, vt nõ procedatur ad capturã, ante quàm cõstet de delicto.
129 ¶ † Et carceratus non præcedentibus indiciis, vt dictũ est, licet postea indicia superuenerint, debet relaxari, quia fuit iniustè captus, & captura non potest iustificari ex nouis causis & indiciis postea superuenientibus, vt dicit Bald. & Pau.de Cast.in l.si quis. ff. de testam. & Paris in trac.sindi. in verbo captura, in prin.col.3.& Fir.in repe.in uerbo carceratus, col.2. versicu. 12. ¶ Et est notandum, quòd licet
130 † Iudex possit incipere a captura personæ præcedentibus indiciis vt supra, tamẽ non cogitur capere, si potius vellet eum citare, nec teneretur in sindicatu. Immo si pars peteret familiam, & iudex denegaret, minimè teneretur in sindicatu, nisi reus esset contumax: quia tunc cogitur dare familiam, & si denegaret, teneretur in sindicatu, vt tenet Barto.in l.cõsentaneum.C. quom. & quan.iud.& Paris in d. verbo captura.§.quia plerunq;.col.2. in prin. & Fir. in reper.in verbo captura, versi.4.de quo vide Bar.in l. cum eo. ff.ad l.iul.pecu.Abb.in c.2.extra de pigno.& in c.prout.extra de dolo & contu. & Matth. de Affli. in consti. regni, si quis post litem, in 8.nota.col.8. ¶ Supra dictam autem cõclusionem, ꝙ iudex nõ debet incipere a captura, nisi præce-
131 dente informatione & indiciis. † Limita non procedere, quando malefactor esset suspectus de fuga, puta quia componeret sarcinulas, vel aliter se præpararet ad fugam, ita ꝙ periculum esset in mora, & crimen esset graue, tunc licitũ est incipere a captura d.c.si clericos.& ibi doct.de sent.excõ.in 6.& Ang.in auth.vt iudi.sine quo.suffra.§.sciẽtes.co. 2.& Hypo.in sua pract.§.cõstante.col.12.licet de prædictis non faciat mentionẽ. Et ita procedat, quod tenet Ange.in auth.de defen.ciui.§.audient.vbi dicit, ꝙ malefactor, antequã cõstet de crimine, põt capi & in carcerem detrudi, ne fugiat, & ita etiã procedit, quod dicit Bar.in d.l. consentaneũ, & in l.sacrilegii.C.ad l.iul.pecul.& Matt. de Afflic.in cõsti.regni Baiulus si furẽ, col.2.in fi.qui tenet, ꝙ in criminalibus põt incipi a captura, ne reus fugiat: qa intelligitur
132 stante suspicione fugæ, vt dictum est. ¶ † Limita secundò, nisi esset clericus incorrigibilis: quia tunc capi posset c. vt famæ.extra de sen.excom.& tenet Archi.Io.And.Gemi.& alii ĩ d.c.si clericos. Et ex hoc posset inferri, ꝙ isti exititii & vulgò dicti forensiti nostri tẽporis assueti ad malũ, qui nõ cessant quotidie maleficia cõmittere, ex quo sunt incorrigibiles, possunt capi absq; alia informatione: qa circa capturã est inspicienda qualitas personæ, vt dicit Ang. in d.§.
133 scientes.in auth. vt iud.sine quo.suff. ¶ † Limita tertiò, nisi esset inuentus in fragranti: quia tũc incipi potest a captura personæ, vt dicit Ang.in §.sciẽtes.in auth.vt iu.sine quo. suff.& Par.in trac.sindi.in verbo captura, in prin. col. 4. in prin. ¶ Multas alias limitationes, in quibus etiam in ciuilibus licita est captura, vide latè Ias.in l.pleriq;.in prin.& ibi per alios.ff.de in ius vocan. Et aliæ limitationes colligi possunt ex dictis per Pet.Bellug. in suo speculo Principum in titulo de officialibus incarcerantibus milites.§.quãuis. Et prædicta locũ habẽt in criminalib.secus in ciuilibus, in quibus regulariter nõ est incipiendũ a captura ꝑsonæ, vt per Saly.in d.l.consentaneũ, & Hypo.in d.sing.93. & Alex. consi.17.requisitus in causa, col.pen.1. vol.nisi debitor esset suspectus de fuga, de quo latè per Ias. insti. de actio.in prin.col.13.cũ pluribus sequen.& Ias.in l.vinum.col. 2.& 3.ff.si cert.pet.& in l.ab arbitro.ff. qui satisda. cog. & in l. cui iurisdictio.col.4.cum seque.ff.de iur.om.iud. Alex.in l. 2.col.6.& in l.diuortio col.3.ff.sol.mat.Dec.consil.75.primo vol.& Bar.in trac. de carceri. vbi ponit multas limita-
134 tiones. ¶ † An autem per capturam personæ dicatur præuenta iurisdictio.vide Ang.in d.§. scientes.in fi. in auth. vt iudi.sine quo.suffra. Par.in suo tra. sindi.in verbo captura, in prin.col.4.in prin.vbi tenent, ꝙ sic, allegat Ioan. And. in c.1.extra de oblig.ad ratio. Et ad materiam de præuentione, & an per citationem verbalem dicatur facta præuentio, & de multis aliis, vide Bart. in l.sepulchri.ff. de sepul. viola.Ang.in tract.malefi.in verbo iudex commisit, col. 6. Ias.in l.si pluribus.col.2.& 3.ff.de leg. 1. vbi ponit vnam limitationem, & vide Matth.de Affli.decisio.216. ¶ In quan-
135 tum tangit hic Sesta. † An accusatus criminaliter sit carcerandus, an verò sit fideiussoribus relaxãdus, vide ad materiam, quæ latissimè dicunt Andr. de Isern. & Matth. de Afflic.in constit.regni.humanitate nobis. & in Regis prag. quæ incipit inoleuit, & quia materia ista est satis trita & disputata in d.constitu. ad ibi dicta me remitto. Et quid sit de iure communi, an & quando quis liberetur sub fideiussoribus, vide latè per Ang.Are.in tra. malefi. in uerbo, pro quibus Antonius fideiussit, per totum, & ibi Ari.in addi.& latissimè per Hippo.in sua prac. crim.§. attingam.col.1.cũ sequen. vbi ponit regulam cum limitationibus, & idem Hippo.in sua pra, in §.pro complemento.col. 5. versiculo item circa prædicta. vbi ponit de inuento cum armis an debeat relaxari, de quo per Angel. l. si verò. §. qui pro rei qualitate, & ibi per modern. ff. qui satisdar. cog. & tenent, ꝙ debet liberare, aliàs tenetur in sindicatu, & per Ange. Aret.in tract.malefi. in verbo, pro quibus Antonius fideiussit, col.4. versiculo adde ꝙ in terminis, cum sequen.

¶Quid autem si esset inuentus cum armis in fragranti, vi-
de Hypo. in d. §. attingam. col. 1. in fi. cum sequen. versic.
alius est. & ad hoc vide tex. in d. cõstit. humanitate nobis.
& ibi doc. vbi, an repertus in fragranti liberetur sub fide-
iussoribus. Sed aduerte, q sunt duo capitula regni, quorũ
vnum incipit, statuimus vt nullus. nume. 22. & aliud inci-
pit, q iustitiarij aut officiales. nume. 178. in quibus dispo-
nitur, vt incidentes in pœnam pecuniariam, seu bannum
non capiantur de persona, si idoneè cauerint de soluẽdo,
& supra tetigit hic Seba. in princ. pro hoc adducitur c. re-
gni, ab illo inchoandum. nu. 140. vbi probatur, q in illis
casibus nõ liberatur fideiussoribus, quãdo constat de de-
licto, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ci-
uilis, aut pœna abscisionis membri, sed in alijs liberatur,
vt tenet Matth. de Afflic. in d. constit. humanitate nobis,
col. 7. in fin. versic. item quæro, an si pro delicto, vbi con-
cludit, q in leuibus delictis non habet locũ d. constit. nec
d. c. ab illo inchoandũ; sed remanet in dispositione iuris,
& liberatur sub fideiussoribus, & tenet Bonifa. in suo trac.
malefi. in rub. de carce. in prin. Et quãdo dicatur repertus
in fragranti, vide Andr. de Iser. in consti. iustitiarij nõ per
calẽdas, vbi dicit, q captus in fragranti dicitur, qui in ip-
so maleficio deprehensus est. Quid aũt sit in clericis, an,
& qñ debeant liberari, vel nõ liberari sub fideiussoribus,
vide. c. clericos. & ibi doct. extra de senten. excom. in vi.
136 ¶ † Quid autem si incipit cõstare de delicto, qñ venit im-
ponenda pœna mortis ciuilis, vel naturalis, vel pœna ab-
scisionis mẽbri, an tunc liberetur, non obstante, q dederit
fideiussores, vide Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ, nu. 162.
in ordine meo, & incipit, item si accusatur aliquis, de quo
vide Luc. de Pen. in l. quoties. col. 1. in fin. cum sequen. C.
de digni. lib. 12. & Rob. Maran. in suo trac. speculũ aureũ,
in octauo mẽbro, col. 3. in prin. cart. 63. & Matth. de Affli,
in d. cõsti. humanitate nobis, col. 8. versus fi. qui dicit, illũ
ritum esse correctũ, vt ibi per eum, de cuius veritate dice-
tur infra in d. c. ab illo inchoandũ, & ibi reseruo dicendũ.
137 ¶ In quãtum Seb. hic ex isto tex. notat, q † in casu violen-
tiæ, & destitutionis procedatur celeriter & summariè nõ
per libelli oblationem. Adde, q vbi proceditur summariè
non requiritur libellus, sed solùm talis qualis petitio, vt in
clem. sæpe. extra de verb. sig. & est Regia Prag. prima in
ordine, quæ incipit dispendia litium. Et per ista verba, qñ
conceditur litera Regia de spoliatis in forma, dicitur, q
proceditur summariè & de plano sine libelli oblatione,
iuxta formã istius. c. ¶ Aduerte tamen, q istud c. quando
proceditur respectu pœnę, est correctũ; quia siue ciuili-
ter, siue criminaliter agatur ad pœnam, seruatur iudicia-
rius ordo, etiam in casu violentiæ, vt tenet hic Bar. de Ca-
pua per tex. in c. de violentijs, infra nume. 150. sed solùm
respectu rei sublatæ proceditur summariè, vt ibi dicitur.
¶ In quantũ Seb. hic tangit, q in causa destitutionis pos-
sessionis, & spolij non appellatur, per hunc tex. & demum
138 ponit † q regulariter in causa possessorij non appellatur.
Adde, q de iure canonico a sentẽtia lata in possessorio po-
test appellari c. significauerũt. & ibi Abb. in 2. col. in ver-
sic. nota, extra de testi. c. ex conquestione. & c. cum ad se-
dem. extra de resti. spo. & ibi glo. & Abb. col. 10. cum seq.
& cõiter doct. & in clem. 1. vbi bonus tex. extra de seque.
poss. & fru. Innoc. in c. pen. extra de oper. no. nunci. Ioan.
Andr. in addi. spe. in tit. de app. § 2. super versi, vj. & versi.
seq. Fede. de Senis consi. 76. dño auditori. Bar. in l. 2. ff. de
app. recip. Bal. in l. vnica. col. 2. in fi. C. si de momen. poss.
fue. app. & ibi Saly. qui dicit, q ista est cõis, & Imo. in d. c.
cum ad sedem. dicit, hanc esse cõem opi. idem tenet Alex.
in addi. ad Bart. in d. l. vnica, & Alex. cõsi. 96. visis pcessi-
bus. col. 1. 5. volu. qui similiter dicit, hanc esse cõem opi.
& ista opi. seruatur in terris ecclesiæ, vt ibi per eum. Ioan.
And. & Cald. in d. c. cũ ad sedẽ. Pau. de Leaza. in d. clem. j.
de seque. poss. & fru. Bal. cõsi. 141. præmissis verbis. 1. vol.
Matth. de Affli. decis. 269. iudices inferiores, vbi dicit istã
esse cõmunem opi. & tenet Bal. cõsi. 379. sequitur. col. fin.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

primo volu. & cõsi. 321. ad euidentiam. col. 1. 3. volu. vbi
etiam tenet, q sententia lata respiciens canonem sæpe. de
resti. spo. vel canonem reintegrãda. 3. q. 1. potest ab ea ap-
pellari, supradictã etiam opi. tenet Bal. cõsi. 217. verba li-
belli. in fin. 2. volu. Et licet Archi. in c. nominationes, co-
lum. 5. cum sequen. 2. q. 6. disputando hanc quæstionẽ te-
neat, q etiã de iure canonico a sentẽtia super possessorio
non appellatur, nisi in certis casibus vt ibi, & respõdet ad
iura in contrariũ allegata, tamen cõis opi. est cõtra eum,
vt tenet D. Præp. in c. si quis. § de possessione. col. 2. 2. q. 6.
& ibi hoc etiam tenet Gemi. & Lud. Goza. cõsi. 50. prima
facie, col. 1. & a cõmuni non est recedendũ. De iure verò
ciuili duæ sunt opi. vna, q a sentẽtia lata super possessorio
potest appellari de iure ciuili, sed per appellationem non
retardatur exequutio: quia tex. in d. l. 1. C. si de momen.
poss. fue. app. nõ dicit, q non possit appellari, sed dicit, q
non obstante appellatione sententia sortitur effectũ, ergo
videtur pbare, q potest appellari, sed nõ impeditur exe-
quutio, & istam opi. tenuit Bar. & Ang. in l. 2. col. 2. in fin.
versic. possumus etiam dicere. ff. de app. recipi. & ista fuit
opi. Pilei, vt refert & sequitur Alb. in d. l. vnica, & istã opi.
tenuit Ang. consi. 107. dicta cõstitutio, alias incipit, Iaco-
bellus. col. fin. & Abb. in d. c. cũ ad sedem. col. pen. dicens
se ita de facto cõsuluisse, & Abb. cõsi. 55. in causa, quæ ad
præsens vertitur. 2. volu. & s̃m istam opi. fuit in sacro cõ-
silio decisum, vt tenet Matth. de Afflic. decis. 269. iudices,
vbi tenet, q in foro seculari regulariter potest appellari a
sentẽtia super causa meri possessorij, sed per appellationẽ
nõ retardatur exequutio, sed facta exequutione iudex ad
quẽ cognoscit de iustitia, vel iniustitia causæ appellatio-
nis, & idem Matth. decis. 17. fuit satis. in vlt. col. & videtur
tenere Archi. in d. c. nominationes. col. 6. in prin. dum re-
spondet ad d. c. cũ ad sedem, & istã opi. vidi multoties in
facto seruari, & faciunt dicta per Lud. Goza. in d. cõsi. 50.
col. 1. vbi dicit, q licet de iure ciuili a sentẽtia in possesso-
rio nõ appelletur, sed de iure canonico sic, tñ talis appel-
latio nõ habet effectũ suspensiuum, allegat ita tenere Car-
di. Alex. in d. §. de possessione. 2. q. 6. & istã opi. tenet Do-
minus meus Rob. Maran. in suo trac. speculũ aureum. in
ver. appellatio. nume. 239. versiculo decimosextò limita,
car. 94. qui dicit, istã esse cõmunem opi. sed parcat mihi,
non bene dixit, istam esse cõmunem, vt patebit infra pro-
ximè. Alia opi. est, q de iure ciuili a sententia lata super
possessorio regulariter non est licitũ appellare, d. l. vnica,
& ibi Bal. & Saly. C. si de momen. poss. fu. app. & c. si quis.
§. de possessione. 2. q. 6. & Archi. in d. c. nominationes. &
specu. in titu. de app. §. in quib. versi. 6. Fede. de Senis. d. cõ-
sil. 76. ibi dum dicit, aliud s̃m canones, & aliud secũdùm
leges. Ang. consi. 46. statuto Ciuitatis Florentię. Fulg. con-
si. 145. quoniã plurimæ. in 2. dubio. Ang. de Aret. in l. fi. §.
pen. ff. de app. qui dicit hanc esse cõmunem opi. istam etiã
opi. tenuit Ias. in l. 1. col. 2. C. de bon. poss. s̃m tabu. & ibi
Decius col. 2. qui dicit hanc esse cõem opi. Decius con-
sil. 28. & pro tenui facultate. primo volu. per totũ, vbi la-
tè disputat, & tandem in 3. col. dicit, hanc esse cõmunem
opi. & eam sequitur ibi, & respondet ad omnia contraria,
vt ibi per eum, & respondet etiam ad intellectũ Bar. supra
relatum, quẽ dat ad d. l. vnicam, dum dicit, q appellatio
nõ prohibetur, sed per appellationem exequutio nõ impe
ditur: quia dicit, sententiã sortiri effectum, nil aliud esse,
nisi in rem iudicatã transire, ergo nõ admittitur appella-
tio: quia tantum reseruatur quæstio proprietatis, ergo vi-
detur, q super possessione vlterius non debeat disputari,
& ita etiã respondet Saly. in d. l. vnica, & ibi Bal. col. 2. in
prin. & Ang. Are. vbi supra, & supradictam opi. q de iure
ciuili non possit appellari, tenuit Lud. Goza. in d. cõsi. 50.
col. 1. & D. Guido Papæ in quęstio. parl. Delfi. q. 132. sed
pbato. col. 2. allegat ita tenere Iaco. Butr. in l. falsam. C. si
ex fal. instru. & Io. Pet. de Ferar. vt ibi per eum. Eandem
opi. tenuit Io. de Imo. cõs. 55. in casu premisso. col. 2. ver-
sic. circa primum, vbi dicit, hanc esse cõmunem opi. & q

ius ciuile seruandum est in terris Imperij, & ius canonicũ in terris Ecclesiæ, eandem opi. tenuit Fran. Cur. iunior cõsil. 168. habita diligenti, in vlt. col. & ista opi. ꝙ regulariter a sententia in possessorio non appellatur, de iure ciuili est magis cõmunis. ¶ Primò limita ꝓcedere respectu ipsius possessionis principalis, de qua litigatur; quia quò ad illam nõ suspenditur exequutio; secus autem, si vltra possessionem fuit quis condemnatus ad expensas, fructus, & interesse; quia quò ad ista accessoria valet appellatio etiã de iure ciuili, & suspenditur exequutio, ita tenet Bar. in l. fin. §. iussus. in fin. ff. de app. Bald. in l. vnica, colum. 2. in fi. ver. sed pone. C. si de momen. po. fu. app. & ibi hoc tenet Saly. in fi. ratio: quia prædicta non possunt reparari in iudicio proprietatis, & sic non est momẽtum, vt ibi per eos, eandem opi. tenuit etiam Matth. de Affli. decis. 77. fuit satis hesita tum, col. fin. cum concor. ibi, vbi etiam dicit, ꝙ si fit exequutio rei spoliatæ, fit exequutio consequenter in fructibus pendentibus; quia pars soli sunt. l. fructus pendentes. ff. de rei vend. Rober. Maranta in d. suo tra. car. 94. versic. 4. notabiliter limita. ¶ Sed Aduerte; quia prædicta procedunt, & sunt vera de iure cõmuni, sed attenta dispositione huius c. subditorum, in casu huius c. est contrariũ; vt patet in versiculo, & de negotio. ibi, & satisfaciendum sibi de damnis, expensis, & interesse, & propterea sequitur appellatione aliqua non obstante, & ita per istum tex. tenuit hic Seba. de Neapoli. ¶ An autem possit appellari a sententia lata super pœna, vide glo. & Bald. in l. si quis in tantã. in fi. C. vnde vi. Sed tex. in hoc c. subditorũ. videtur obstare, vt dictum est, sed cogita, si uidetur correctum per c. de violentijs. nume. 150. infra. ¶ Sed, an vt habeat locũ ista pena, requiratur factũ consumatũ, vide Bal. in l. si quis non dicam rapere. col. 3. versi. iuxta hoc. C. de epi. & cler.

139 ¶ † Secundò limita, quando super petitorio postea nõ potest litigari, & sic grauamen illatum per possessorium non posset reparari in petitorio, exemplum, si essemus in casu, in quo non esset cõsultum, nisi per retentionem, vel exceptionem: quia tunc a tali sententia lata in possessorio posset appellari; quia tali casu grauamen non esset reparabile, vt nota. declarat Bar. in l. 2. col. 2. ff. de app. recipi. glo. Bald. & Ange. in d. l. vnica. C. si de momen. poss. fue. app. Abb. in d. c. cum ad sedem. col. 11. in princ. extra de restit. spol. & in d. consi. 55. & Ang. Aret. in d. l. 2. & Philip. Deci. in d. l. 1. colum. 2. in fi. versi. 2. C. de bon. poss. ſm tab. & in d. consi. 28. col. 2. primo volu. vbi multa exempla refert. bene faciunt dicta per D. Præpo. in c. si quis. §. de possessione. in fin. 2. q. 6. ¶ Et ex prædictis Dominus meus Rob. Maran. in dicto suo trac. in verbo appellatio, in 4. q. princ. secundo membro, car. 95. versic. 7. nume. 246. infert, ꝙ si vertitur lis inter aliquas vniuersitates de confinibus territoriorũ, vel de nemoribꝰ, herbis, vel aquis, & similibus, ex quo vt plurimùm propter temporis antiquitatem non possent bene fieri ꝓbationes de dominio super petitorio, & sic talis sententia in possessorio haberet effectũ petitorij; quia nunquàm reuocaretur, & possessio non esset momentanea, sed duratura, tali casu posset appellari, vt ibi latius per eum. ¶ Aduerte etiam pro declaratione prædictorum, & totius materiæ

140 † ꝙ sententia lata pro spoliato super possessorio, antequàm ꝓcedatur in petitorio, est plenè exequutioni mandanda, secus si esset lata pro spoliante, vt dicit Rota decis. 319. licet spoliato, in nouis, in titu.

141 de cau. poss. & de restit. spol. ¶ Limita tertio, † nisi iudex, a quo fuit appellatum, detulisset appellationi, vel eam admisisset: quia tunc poterit appellans in ea obtinere, licet non debuisset a tali sentẽtia in possessorio appellari; quia vbi ius ꝓhibet appellari, si appellatio interponatur, licet non sit appellationi deferẽdum. c. consuluit. lo 3. extra de app. Archi. in d. c. nominationes, col. 7. 2. q. 6. tamen si appellationi fuisset delatum, potest in ea obtinere, si iustitiã fouebit; quia multa impediuntur fieri, quæ tamẽ facta tenent. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. ita tenet Bald. in l. post sententiã. colum. 2. C. de sen. & Alex. consi. 10. ponderatis, colum. pen. cum seque. 3. volu. Ias. in l. 1. col. pen. C. de bon. poss. secundùm tab. & in d. l. patre furioso, & Alex. in addi. ad Bar. in l. 2. ff. de appel. recip.

142 ¶ † Limita quartò, nisi in causa possessorij appellaretur ab inordinato processu; quia posset appellari, vt dicit Bald. qui reputat hoc nota. in c. ex conquestione, col. 1. extra de restit. spo. Ias. in d. l. 1. colum. 2. versic. limita secundò, qui dicit esse singulare, & alibi nõ legisse, & sequitur ibi Philip. Decius colum. 2. in fin. sed hoc etiam tenuit Archi. in d. c. nominationes. col. 7. in fi. 2. q. 6. ibi dum dicit, sed ratione præposterationis fuit appellatum &c. & Bar. in l. 2. versus fi. versiculo præterea vides. ff. de app. recipi.

143 ¶ † Limita quintò, nam licet regulariter a sentẽtia in possessorio non appelletur; tamen potest dici de nullitate similiter, secundum Bald. in d. l. vnica, col. 3. C. si de mo. po. fue. app. & in l. 1. col. 1. C. qñ prouo. non est nec. & Alex. in d. cõsi. 10. col. 4. 3. volu. Ias. & Decius in d. l. 1. col. 3. C. de bon. pos. ſm tab. & ibi Ias. tangit, si aliqs simul & semel diceret sententiam nullam, & si qua est, appellaret, an vitiaretur, & tangit Ias. in l. 1. prin. ff. de iusti. & iur. & Alex. in d. consi. col. 5. & Deci. in d. l. 1. col. 3. & videtur cõcludere, ꝙ ex quo nullitas hoc casu videtur principaliter intentata, ꝙ valet. Et propterea ad tollendum opi. bonũ esset; in appellatione dicere, dico sententiã nullam, & si qua est appello, nullitatẽ principaliter intentando, licet si non dicatur, uidetur nihilominus nullitas principaliter intentata, ut dictũ est, & ita tenendũ est, licet aliter tenuerit Saly. in d. l. unica, colum. pen. in 5. q. C. si de mo. po. fu. app.

144 ¶ † Limita sextò, nõ procedere, quando causa possessorij haberet mixtã causam proprietatis; quia tunc posset appellari. Bald. & doct. in d. l. unica. col. 7. C. si de mom. po. fu. app. per l. si quis in tantã. C. unde ui, & Bal. ibidẽ col. 3. uersic. quid si in possessorio reus excipit, & Philip. Decius in d. l. 1. col. 2. C. de bon. poss. ſm tabu. uersic. 1. ubi dicit hoc ꝓcedere, nisi limitatè agatur solùm respectu possessionis, ut per doct. ibi per eum allegatos, ad prædicta etiã uide Ang. consi. 46. statuto ciuitatis. col. 2. in prin. & Saly. in d. l. unica, col. 2. in 3. opp. & faciunt dicta per Bal. consil. 153. nouum, & consi. 379. sequitur. col. fin. 1. uolum. & consi. 203. pronuntiatũ. 4. uolu. Et dicit Archi. in d. c. nominationes. col. 7. in fi. ꝙ quando agitur ex d. cõstit. si quis in tantam. potest appellari; quia potest fieri præiudicium proprietati, bene faciunt, quæ dicit Fede. de Senis cõsi. 76. dño auditori, & Philip. Decius cõs. 28. & pro tenui. col. 1. primo uolu. ubi etiam ponit d. limitationem, nisi esset limitate actum possessorio tantùm, ut dictũ est.

145 ¶ † Limita septimò dictã regulam non procedere, quãdo fuisset appellatum a sententia in possessorio, & non fuisset a parte oppositum, ꝙ non poterat appellari; quia tunc appellatio procedit, & ualeret sententia, ut dicit Bal. in l. post sententiam. col. 2. C. de sen. Alex. consi. 2. põderatis his. col. pen. 3. uol. & Decius in l. 1. col. 2. C. de bo. pos. ſm tab. uersi. 4.

146 ¶ † Limita octauò, nisi esset actũ hypothecaria; quia ex quo post aduocatam hypothecam nõ habet locũ quæstio proprietatis nisi debito soluto, propterea potest appellari ſm Archi. in d. c. nominationes. col. 7. in fi. 2. q. 6. & Saly. in d. l. unica, col. pen. in fin. uersi. quæro, an a sententia. & ibi Bal. col. 3. C. si de mom. po. fu. ap. & Pet. Phi. Cor. consil. 90. col. 1. & 2. primo uolu. Bald. consi. 210. punctus in

147 in fin. quinto uolum. ¶ † Limita nonò, nam licet a sententia in possessorio non appelletur, tamen potest peti in integrum restitutio ex iusta causa, secundùm Iacob. Butri. in l. falsam. C. si ex fal. instru. Bar. in l. unica, in fin. C. si de momen. poss. fue. app. & in quæstionibus parl. Delfi. quæstione. 132. sed probato, in fin. de quo etiam uide Saly. in d. l. unica, colum. pen. in tertia quæstione, & ibi Bal. col. 3.

148 ¶ † Limita decimò: quia licet non possit appellari a sententia diffinitiua lata in possessorio; tamen potest appellari a qualibet interloquutoria lata in dicto possessorio ante diffinitiuam. Ratio: quia grauameu illatum per interloquutoriam non est reparabile per diffinitiuam, ut

tenet

tenet Innoc. in c.significauerunt. colum.1. in verbo ap-
pellasse, extra de testi. Iacob. Butri. in l.ante sententiam.
C.quo.appell.non recipi.Alex.in addi. ad Bar. in d.l.2.ff.
de app.recipi. Decius in l.1.colum.3. in pri.C.de bo. po.
secundum tab. Ang.in d.consi.46.col.2.licet contrarium
teneat Bald. in d.l.vnica, col.2.C. si de mo.po.fu.app.sed
Saly.ibi col.pen. in prima quæstione tenet cōtra Bald. qñ
talis interloquutoria non tangit negocium principale, &
sic quando non reparatur per diffinitiuā, & tenet Rober.
Maranta in d.trac.in verbo appellatio.in quarta quæstio-
ne principali, in secundo membro, nume.242. car.94.
149 ¶ † Limita vndecimò, dictā conclusionem non procede-
re, quando ratio appellandi à sententia in possessorio esset
in promptu: vt quia esset euidēter iniusta: quia tunc pos-
set appellari, vt tenet Inno.in c.fi.extra de oper.no.nunci.
Alex.in addi.ad Bar.in l.2.de appell.recipi.Bal.in d.l.vni-
ca, bene faciunt dicta per Bald.consil.203.pronunciatum
4.volu.vbi dicit, q̃ licet a sententia, qua pronunciatur, vt
hæres scriptus mittatur in possessionē, de rigore iuris ciui
lis non possit appellari; tamen si notorium est ex actis in-
strumentum esse vituperatum, ruptum, irritum, vel nō so-
lemne, ex quo causa est notoria, de benignitate canonica
admittitur appellatio, & si nō tenet in vim appellationis,
valet in vim recursus ad superiores, vt ibi per eū, & idem
Bal.consi.141.præmissis.1.volu.pro hoc adducitur: quia
quādo iniustè, & sine causa aufertur alicui possessio, po-
test appellari, vide tamen Abb.in d.cōsi.55.col.1.2.volu.
Ang.consi.107.2.col.Rob.Maran.in d.trac.car.5.nu.245.
uersic.6. Et prædicta intellige, si causa exprimatur in ap-
pellatione, vt per Bal.in d.l.vnica, licet Saly. ibi in penul.
col.voluerit, hoc procedere de iure canonico, & vide in-
150 fra in vigesima limitatione. ¶ † Limita duodecimò, di-
ctam conclusionem procedere solùm in possessorio facti,
secus est in possessorio iuris; quia in illo potest appellari
l.1.& ibi per omnes.C.de bon.poss. secūdùm tabula.Sa-
ly.in d.l.vnica, col.fin. in septima quæstione, si de mo.po.
fue.app.& ibi Bald.col.3. in fin. Et licet multi sint, qui te-
nent, q̃ etiam in possessorio facti non prohibetur appella-
tio, vt dicit Bar. in l.2.col.2.versic. possumus etiam dice-
re.ff.de appe.recip.& tenet Ang. cōsi.107. dicta constitu-
tio.col.fin.Abb.in c.cum ad sedem.in vltima carta, de re-
stitu.spol. dicens se ita de facto cōsuluisse, vt in eius con-
sil.55.in causa quę ad præsens vertitur.2.volu.& fuit opi.
Pylei, vt refert Albe.in l.1.C.si de momen.poss. fuerit ap.
Tamen communis opi.est in contrarium, q̃ in possessorio
facti non potest appellari: vt tenent Cyn.Albe.Bal. Saly.
Lud.Ro.Alex.Ias.& Decius in d.l.1.C.de bo.po.sec. tab.
151 ¶ † Limita decimotertiò, nō procedere, quando quis age-
ret possessorio propter caducitatem: quia tunc posset ap-
pellari. Ratio: quia si postea ageret ratione proprietatis,
posset sibi opponi, q̃ est priuatus proprietate propter ca-
ducitatem, & ad hoc induceret sententiam latam in pos-
sessorio, & sic illa sententia posset parere præiudiciū pro-
prietati, ideo ab ea appellatur, ita tenet Decius in d.con-
sil.23.colum.1.versic.2.primo volu. allegat, quę dicit Fe-
deri. de Senis in d.consil.76. domino auditori, cum alijs
concordan. ibi. Intellige, nisi limitatè duntaxat ageretur
mero possessorio, vt ibi per Decium.& dixi supra in vj.li-
152 mitatione. ¶ † Limita decimoquartò, non ꝓcedere, quan
do ageretur possessorio, & reus exciperet de dominio, &
iudex non obstante illa exceptione pronuntiasset contra
reum: quia tali casu posset appellari; quia sapit petitoriū,
dum excipitur de dominio, vt tenet Bald.in d.l.vnica. co-
lum.3. versiculo quid si in possessorio, & Decius d.con-
sil.28.colum.1.versi.3. Quod intelligit procedere, quan-
do exceptio dominij debuisset admitti, vt ibi per eum co-
153 lum.3.versic.3. ¶ † Limita decimoquintò, quādo senten-
tia in possessorio esset lata propter inimicitiā, vel dolū iu-
dicis, vel eius latissima culpa; quia tunc deberet emenda-
ri, & non remanere incorrectā, sed posset appellari, im-
mo daretur restitutio, vt tenet Bal.cōsi.217. verba libelli,
in fin. 2.volum.& Rober.Maran.in d.trac.car.95.uersic.
154 decimò limita. ¶ † Limita decimosextò, quando fuisset
modus excessus: quia tunc posset appellari, exemplum, si
actum esset interdicto unde ui, uel condictione ex aliquo
canone, quibus casibus in tantum debet fieri condemna-
tio, si res non restituitur, quanti interest possidere.ff.de ui
& ui arma.l. in interdicto, & hoc debet peti in libello, ut
ibi notat Bar.ff.uti poss.l. si duo. in fin.pone, q̃ iudex non
fuit sequutus hanc formam, sed condemnauit ſm ueram
æstimationem, non autem inspecta solùm possessione, ta-
li casu posset appellari ut dicit Bal.consi.321. ad euiden-
tiam.colum.1.post medium.3.uolu.sed dici posset, q̃ hoc
casu non appellatur a mero possessorio, sed ab excessu.
155 ¶ † Limita decimoseptimò dictā conclusionem nō pro-
cedere in sententia sequestri faciendi: quia licet sit super
possessione, potest ab ea appellari ſm Ang. in d.cōsi.107.
col.2.& tenet Rob.Maran.in suo trac.Speculum aureum,
in uerbo appellatio, in quarta quæstione prin. in 2.mem-
bro, numero.241. uersiculo secundò limita, car.54.
156 ¶ † Limita decimooctauò, non procedere, quādo missio
in possessionē esset talis, q̃ missus lucraretur fructus: quia
posset a tali sententia appellari: quia sapit naturam pro-
prietatis: ut tenet Ang.consi.253.uisis statutis, & Rober.
Maran.ubi supra car.95.uersic.octauò limita, nume.247.
157 ¶ † Limita decimononò, dictam conclusionem non pro-
cedere, quando de possessorio tractaretur per uiam con-
tractus, & non per momentaneum iudicium: quia tunc
posset appellari secundùm Bald.consi.210.punctus. in fi.
5.uolum. & D.m.ubi supra uersiculo undecimò, car.95.
158 ¶ † Limita uigesimò qñ sententia lata in possessorio esset
euidenter iniqua: quia tunc posset ab ea appellari ſm Bal.
in d.l.unica.uersi.10.quæro.C.si de momen.po.fu. appel.
Bal.consi.141.præmissis.1.uolu.Alex.cōsi.91.in causa &
lite.col.1.6.uol. & q̃ dixi supra in undecima limitatione.
ADDITIO noua. Quid autē si sunt duæ causæ simul
complicatæ, quarū una appellationē respuit, alia cōcedit,
& sentētia est simul lata super utraq;, an possit ab utraq;
appellari, uidi Bal.d.cōsi.141.col.pen. in fi.1.uol. ubi te-
159 net q̃ sic. ¶ † Quærit hic Seba. An rex, seu princeps, uel
eius uicarius possit mādare, ut liber homo absq; indicijs
torqueatur, & tenet q̃ sic, per tex.in c.tormenta. in fi.infra
nu.144. & ibi hoc etiam tenuit idem Seb. in fi. sed uoluit
allegare c.in accusatis.in fi.nu.147.sed fortè olim omnia
illa c.erant simul iuncta, in quo tex.probatur, q̃ rex reser
uat sibi & eius uicario arbitrium adhibendi tormenta ci-
tra & cōtra formam illorum capitulorum, ut ei uidebitur
expedire, & facti occulti uel periculosi qualitas suadebit,
hoc etiam uidetur tenere Andr.de Iser.in consti.regni in
quæstionibus, alias in lectu.Andr.incipit, inquisitionibus.
quia princeps potest modū excedere, & præter legem sta-
tuere, & istam opi tenet Moder.Cauen. in prag. inoleuit.
col.8.pro ista parte, licet ipsi non dicant, adducitur: quia
arbitriū ita latè reseruatū regi, uel eius uicario, nil aliud
est, nisi quia dat largas habenas, ut procedat secundùm q̃
eius conscientia dictauerit in procedendo & terminādo,
& habet liberū arbitrium & uoluntatē, ut possit p̄ferre
iniquum æquo.l.cum quidā.ff. de leg.2. & in principe est
plenitudo potestatis, & cum aliquid uult, nemo potest di-
cere, cur ita facis.c.quāuis.de pęni.distin.3.Bal. in prælu.
feu.col.13.& in l.fi.col.1.in fi.C.sen.resci.non po. Spe.in
titu.de loca.§.nunc ostendendum.uersic.89.quia Papa &
princeps ex certa scientia supra ius, cōtra ius, & extra ius
omnia potest. Bald. in c.cum super. colum.1.extra de ca.
poss. & proprie. princeps enim est causa causarū. nec est
de eius potestate inquirēdum, cum primæ causæ nulla sit
causa, ſm Bald.in c.ecclesia Sanctæ Mariæ.col.pen. extra
ut lit. pend. & disputare de potentia principis crimen est
sacrilegij.l.sacrilegij.C.de cri.sacri.ad prędicta uide Ias.
in l.quod principi.col.1.ff.de cōsti.prin. & in l.rescripta.
160 in princ.C. de prę. Imper.offe. ¶ † Item princeps potest
iudicare secundùm conscientiam, ut dicit Bar. in l.1. in

ff.C.vt quę desunt aduo.cũ concor.ibi allegatis,per Alex. & Iacobi.in tra.feu.in verbo princeps, col.4.versi.8.specialitas,de quo, an & quando iudex posit iudicare secundùm conscientiam,vide Cyn.Bar. & alios in l.illicitas.§. veritas.ff.de offic.præsi.& glo.in cap.1. de offic.ordi.latè Matth.de Afflic.in consti.regni,in quæstionibus,col.5.cũ
161 seque.in x.nota. ¶ † Item mandato principis seu Papę licet duro obtemperandũ est.c.in memoriam.19.distin. cũ concor.allegatis per Fely.in c.si quãdo.col.6.in prin. extra de rescrip. & qui non obedit principi morte moriatur c.2.de maio.& obed. Immo officialis, qui mandato regis non paruit,pœna sacrilegij tenetur l.1.in fin. & ibi glo.& doct.C.vt dig.ord.ser.lib.12.& ibi Luc. de Pen.col.fi.vbi ponit, an & quando nõ obediens principi puniatur pœna capitali,ex quo in regno regulariter pęna sacrilegij est arbitraria,vt ibi latius per eũ. Pro ista parte adducitur;quia
162 † si princeps mandat iudici, vt non præcedente causæ cognitione aliquem vltimo supplicio & morti tradat, potest illud exequi absq; peccato,vt tenet Cy. in d.l.rescripta.

ADDITIO noua, Et Fely. in c.quæ in ecclesiarũ.colum.24.versic.quinta conclusio, extra de const, vbi referendo Cy.vbi supra dicit,ꝙ si princeps sine alia causæ cognitione mãdat alicui, vt aliquem in furca suspendat, potest ille sine peccato exequi ; quia pro principe præsumitur,ꝙ iustè procedat. pro hoc facit : quia si est dubium an id,quod præcipit princeps,sit contra Deum nec ne, tenetur subditus obedire,vt tenet Sil.in sum.in verbo obediẽtia.col.3.versic.2.quæritur.& Astens.in sum.lib.6. tit.52. artic.4.col.2. Quod tamen intelligit ibi,nisi dubitatio esset crassa & supina,vt ibi per eum, sed decisionem Cy.nõ pono pro constanti ita indistinctè, quia quando superior præcipit aliquid contra Deum,non est obediendum;quia magis Deo, q̃ hominibus obedire debemus. 11.q.3.c. si dñs c.non semper.& c.si quis episcopus.& Præp.in dictis locis,& in c.qui resistit.& ibi Præpo.ea.ca. & quæstione. Et ideo qñ iudex videt,ꝙ superior ex ira vel furore & impetu facit mandatum,debet differre executionem, glo.in c.cum apud 11.q.2.cõfirmatur præcedens cõclusio: quia princeps est lex animata in terris, in auctẽ.de cõsul.§.fin. coll.4. & gesta per principem præsumuntur legitimè facta.l.ex facto.ff.de vulg.& pupi. & ratio retenta in mente eius præsumitur iusta,vt dicit Franc.Aret.in l.1.in prin.ff. de acqui.poss.ad prædicta bene faciunt, quæ dicit Franc. Bru.in trac.de ind.car.13.versic. quid si est datum. Et dicit Par.in tra.sindi.in verbo tortura.§.de repetitione, col. fin.ꝙ iudex,qui tormentauit de mãdato regio,excusatur. Contrariam opi.tenuit Andr.de Iser.in consti. regni prosequentes. in fin.vbi cõcludit, ꝙ rex de potestate ordinaria non potest mandare torqueri liberũ hominem sine indicijs,& si aliter faceret,peccaret; quia non debet vti potestate absoluta,nisi cum causa,alias cor regis nõ diceretur esse in manu Dei : quia nõ faceret iustitiam, vt ibi per eum,& istam opi.sequitur ibi Matth.de Afflic.col.pen.& Par.in tra.sindi.in verbo tortura.§.mãdauit rex,& Matth. de Afflic.in cõsti.regni,item dura & dira,qui dicit,ita respondisse Regi Federico eum de talibus interroganti, & tangit in consti.cordi.col.5.versi.an autẽ. & Tho.Gram. in voto.22.succedente homicidio.vbi latè disputat. & licet rex habeat amplissimum arbitrium, nõ tamen poterit aliquem ponere ad tormenta non precedentibus indicijs, ita tenet Pau.de Lea.in c.grauis.in vlt.col.extra de depo. Gandi.in tra.malefi.in rubr.de quæstio.& torm. col.pen. versic.præterea ego, cum seque. quia arbitrium non supplet defectum indicij, vbi nullum est indicium, & clarissimè D.Ias.§.in bonæ fidei.col.6.in fi. insti.de actio. allegat etiam Bald.in c.1.col.1. extra de offic.ordi.& Pet.de Anch.consi.167.visis diligenter.col.1.quia nunquam per liberum arbitrium, vel voluntatem censetur cõcessum,vt posit ius & defensionem alterius tollere, ut ibi per eum, & Bonifa.in trac.malefic. sub rubrica, quid sit accusatio, versi.forma accusæ porrectæ per sindicum. col.15.in fin. versic. sed quid concessum est, & bene faciunt dicta per Alex. consil.65. incipiente habita super contentis. col.2. primo volu.quod est duplicatũ in cõsi.41.habita. 2.volu. bene faciunt, quæ habentur in c.veniens. & in c.quintauallis.extra de iureiur. glo. in clem.sæpe. in verbo defensiones.de verb.sig.& ibi Cardi.versi.non sic.col.3.& pro ista parte adduci possunt omnia iura allegata per Gandi. & Bonifa.vbi supra,bene faciunt dicta per Matth. de Afflic.decisio.391.fuit dubitatum, vbi tenet, ꝙ princeps nõ potest tollere defensionẽ reo, vt torqueatur sine indicijs; quia defensio est de iure naturali,& tolli nõ potest, clem. pastoralis.de re iudi.Bald. in l.vt vim.col.2.ff. de iusti. & iur.& in l.3.§.si is pro quo.ff.quod quisq; iur. vbi dicit,ꝙ tollere defensiones inquisito non potest facere princeps, etiã de plenitudine potestatis,sequitur Felyn.in c.dilecti, col.6.extra de except. immo, cũ defensio sit de iure diuino : vt probatur actuum.c.25. princeps tollere nõ potest, vt per Andr.de Iser.& Matth. de Afflic. in d.constit. item duram & diram. Ad prædicta faciunt dicta per Bal.in c.si quando,extra de rescri.vbi dicit,ꝙ licet in mandato superioris non semper requiratur causa; tamen si est cõtra rationem,non est ei obtemperandum,& dicit Abb. in d.c.si quando, in secundo nota. ꝙ quãdo præceptum principis, seu superioris prima fronte deuiat ab honestate,nõ tenetur subditus immediate obedire,sed potest allegare, quare parere non debeat. Et ibidem in 2.col. dicit, ꝙ si princeps mandat aliquid,quod contineat peccatũ,& sic contra Deum,non est sibi obediendum.c.si dominus.c.Iulianus,& c.qui resistit.11.q.3.& dicit Riccar.in secũdo sen. distin.vltima,& sum.Ang.in verbo obedientia. col.2.ꝙ si illud,quod præcipitur, est contra præceptũ Dei, vel in salutis dispendium, non est principibus obediendum : quia magis Deo,quàm hominibꝰ obediendum est ; vt habetur actuũ.c.4.& 5. similiter si princeps mãdaret aliquid contrarium iuri naturali,nõ esset sibi obediendum.Bald.in c. cum adeo.de rescr.Abb.in c.1.de ca.poss.& proprie. tex. in d.clem. pastoralis. Iacobi. in trac. feu. in verbo princeps,col.7.in fin. Et quod dicitur, regi obediendum esse. Intelligitur, dummodo mandatum peccatum nõ sapiat: quia si peccatum saperet, nõ esset obediendum, 11.q.3.c. quid ergo. Sil.in sum.in verbo obedientia,col.3.versic.5. quæritur,vbi de Papa loquitur: tunc enim, quod principi placuit,legis habet vigorem, qñ ei placet vt bono principi,vt tenet Andr.de Iser.in titu.de capi.qui cur.vend.c.1. §.similiter potest. colum.6. versic. sed quod principi.

ADDITIO noua. Et dicit Par.in trac. sindi.in verbo sententia,§. An dictum.col. fin. ꝙ licet rex dicatur minister Dei in terris,& ei sit obediendum,ut in epistola inter claras.C.de sum. trini. Tamen non est ei obediendũ nec in pace,nec in guerra,quando mandat aliquid cõtra conscientiam,allegat Bal.in authentica habita.C. ne fili. pro patre. Et quando sit principi obediendum,uide Fely.in c. inquisitioni. extra de sent. excom. sed torquẽdo aliquem sine indicijs mortaliter peccaret, ut tenet Sil. in sum. in uerbo tortura, col.2. & tenetur de damno & iniuria.l.itẽ apud.§.quæstionem.ff.de iniur.Immo princeps sine causa utendo potestate absoluta peccat mortaliter, Innoc.in c.nouit. extra de electio.& in c.innouamus, de censi.nota.in l.relegati.de pęni.Pari.in tra.sindi.in titu. de regum & princip.excessi.col.3.allegat Andr.de Iser. in titu.quæ sint reg. in uerbo bona committentium,uersus si ulterius adducitur; quia nõ esset dicendum, ꝙ forte princeps malè informatus, uel calore iracundiæ uellet aliquem indebitè torqueri,ar.l.si uindicari.C. de pœn. Et ex prædictis patet responsio ferè ad omnia in contrarium allegata. Et difficultas est respõdere ad tex. in d.c.regni, in accusatis. in fin.ad quem doct.nõ respondent.sed responderi potest primò:quia cum sit contra legem diuinam, & naturalem & tollat defensionem,ut dictum est,non ualet, nec ligat, sed est ipso iure nullum, ut concludit. D.Præpo.in c.non licet.col.1.x.distin. cũ ibi allegatis, unde dicit Isa. ca. 10.

ueh illis,

veh illis,qui cōdunt leges iniquas.Secundò respondeo,ꝙ ille tex. dicit, nostro & generalis vicarij reseruato arbitrio, & sic arbitrium intelligitur de arbitrio boni viri, & ratione regulato,per ea quæ dicit Bar.ad reprimen.in verbo videbitur,ar.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb. obli.& eorum quæ dicit Bar.in l.sed si vnius.§.prætor ait.ff.de iniur. sed bonus vir sine indicijs nō debet aliquem torquere,vt dictum est, igitur nec rex, vel eius vicarius. Et similiter pondera verbum videbitur, positum in d.c.quod similiter importat arbitriū boni viri, vt per Bar. vbi supra. vnde dico,ꝙ tex.in d.c.nō permittit,vt posit rex,vel eius vicarius aliquid iniquè,vel dolosè agere,sed solum vt nō teneatur,solemnitatem iuris ciuilis obseruare,sed ea,quæ sunt de iure naturali,vel gentium, non tolluntur, sed torquere aliquem sine indicijs,& sic nō datis defensionibus, est contra ius naturale, vt dictū est, & probantur in dicta clem.pastoralis,vnde illud sublatum nō videtur, ita tenet glo.nota.in d.clem.sæpe. in ver. defensiones, de verb.sig. & ibi Cardi.versi.non sic.col.3.& Bar. in l.filiusfamilias. col.2.ff.de dona. Nec obstat,si diceretur,ꝙ ſm hoc arbitrium nihil operaretur ; quia satis operatur : quia non tenetur seruare solemnitates a iure ciuili requisitas,vt dicit glo.& Cardi.& Bar.vbi supra, non aūt dictum arbitrium operatur, vt suppleat defectum indicij,vbi nullū est indicium,vt dicunt Gandi. & Bonifa. in locis supra allegatis. Et sic concluditur,ꝙ Princeps,seu Rex, vel eius Vicarius non potest mandare, vt liber homo torqueatur sine indicijs, & ista est verior & cōmunis opi. & tutior in foro iudiciali,& conscientiæ. Limita,nisi Princeps, seu Rex, vel eius Vicarius hoc mandaret ex causa cum consilio & deliberatione Collateralis consilij: quia tunc, quod fit cum consilio procerum,præsumitur ex iusta causa factum, per ea quæ dicit Bald. in l.humanum. in prin.C. de legi quia si iniustè Princeps facere vellet, eius consiliarij ei resisterent l.quoniam iudices. C. de app. & videtur velle Tho. Gram.vbi supra;quia ex causa Princeps modum excedere potest,quod alius iudex facere nō potest,vt dicit Andr. in c.consti. in quæstionibus, in fi. faciunt dicta per Inno. & alios in c.1. extra de constit. sed aduertant regij consiliarij, ne iniustè cōsentiant, & ædificent ad gehennā contra eorum animas; quia mortaliter peccarent, & magnus est Cesar,sed maior est ratio,& veritas,vt dicit Bald. in l. Emilius.ff.de mino.& Matth.in d.constit.item dura & dira.in fi.& maximus omnium est Deus, cui magis obedire tenemur; quia longè maius est, diuinam, quàm terrenam offendere maiestatem.

ADDITIO noua. Et ꝙ Deo magis,quàm Imperatori obedire teneamur,probat tex.in c.quæ contra.8.distin. & c.qui resistit.cum multis seq.11.q.3.& c.Iulianus, & c. non semper.11.q.3. & c.iuratos.15.q.6. & vide, quæ dicit Matth.de Afflic. in constit.regni,disputatur,colum.2. ¶ An autē Rex posit tollere defensionē reo, vt torqueatur non datis defensionibus, & sic de præheminentia Magnæ Curiæ,ponit Matth.de Afflic.d.decis.391.& in consti.item dura & dira,& dicam infra in c.prouisa iuris sanctio.nume.222.& in c.si cum sceleratis.nu.272.fateor tamen,ꝙ in foro iudiciali iudex, qui de mandato regio aliquem torturæ posuit, excusaretur in sindicatu, ꝓpter iussum & mandatum Regium. ¶ † Ad prædicta adducitur:
163 quia si familia potestatis, seu birroarij torserint aliquē de mandato Prætoris, seu Potestatis nō præcedentibus indicijs, vel eis non legitimè probatis, vel si excesserint modū in torquendo,si agitur cōtra eos in sindicatu, excusantur, si probant, ꝙ mandato Prætoris sui fecerint ; quia iussus superioris excusat.l.liber homo.la 2.in prin. & ibi glo.& doct.ff.ad leg. aquil. l.ad ea.ff.de reg. iur. & ibi glo.l.non videtur.§. qui iussu.ff.eod.titu.& quod not.Dy.in regula, quod quis mandato. de regu.iur. in vj.tenet Bar.Cepo.in suis cau.212.officiales Prætorū.Ang. in liberorum.§.excusatur.ff.de his qui not.infami.Aug.Ari.in addi.ad Ang. de malefi.in verbo Semproniū mandatorem, col.5.versi. tu autē. Sed circa istam aduerte, ne decipiaris: quia prædicta limitantur procedere in leuioribus delictis,secus in atrocioribus,& grauibus:quia tunc iussus superioris non excusat, & d.l.ad ea.ff. de regu. iur. & d.l.liber homo. in princ.& ibi Flo.& Bar.in d.l.non solùm.§. si mandato.ff. de iniur.Ang.Aret. in d.verbo, Semproniū mandatorē. col.4.versic.4.quæro.Philip. Decius in l.velle non creditur.col.2.ff.de reg.iur. Et licet in atrocioribus mandatum non excuset,vt dictum est, tamen si filius obedit patri, vel seruus domino, vel subditus suo superiori, pœna mitigatur,ita ꝙ si debuisset mori, pęna mortis naturalis mitigatur, & damnatur in metallum, vel ad triremes l.cum seruos.§.1.C.ad leg.Iul.de vi pub.& ibi hoc tenet Bal. Saly. Ang.Are.in d.trac.malefi.in verbo Semproniū mandatorem.col.4.in quarta quæstione,& Bart.Cepo.caute.40. nota,ꝙ licet.& Philip.Decius in d.l.velle. col.2.ff.de reg. iur.& l.si damnum.§.ei verò eod.tit.de reg.iur. & Præpo. in c.multis.colum.2.17.distin.& Pet. in l.scientiam.§.qui cum aliter.ff.ad leg. Aquil.Bald. in c.1.§.iniuria, de pace iur.fir.Alex.in addi.ad Bar.in d.l.liber homo. ¶ Et prędicta sunt notanda secundū Bart. Cepo. vbi supra, quando aliquis occideret aliquem mandato Domini sui, maximè si Dominus erat tyrannus, vel sub comminatione mortis cogeret aliquem ad occidēdum alium ; quia excusaretur a pœna mortis,ut dicunt præfati doc.& Philip.Decius in d.l.velle. col.2. ad quod uide. c.merito. 15.q.1. & aliam quæstionem vide per Bar. in l.similiter.§.1.ff. re. amo. Et licet mandatarius excusetur a pœna capitali ; tamen ipse mandans tenetur,vt dicit gl. in l.nō videtur.§.qui iussu.ff. de reg.iur.& Ang.in d.verbo Semproniū mandatorem. Quæ autem dicantur delicta grauia,& quę leuia,declarat Bar.in d.§.si mandato.& Abb.in c.tuæ.extra de pœnis,& Ang.in d.verbo Sempronium mandatorem, doc.in c.at si clerici.§.de adulterijs. extra de iudici.& Iason in l.2.§.fi. ff.de in ius vocan. & quælibet iniuria personalis dicitur graue delictū, vt ibi per eos, cum quælibet iniuria personalis dicatur maior, & grauior qualibet pecuniaria.l. in seruorum.ff.de pęni. & propterea filius, qui mandato patris percutit aliquē manu vacua,non excusatur, vt ibi per eos,infertur, ꝙ cum tortura sit grauior, q̄ vtriusq; manus incisio,vt in aut. vt nu'li iud.§.fi.quia supremas angustias sustinere potius est mori, q̄ viuere, vt dicit Hypo. in l.diuus.in prin.col.1.ff. de quæstio. propterea hoc casu familia Potestatis torquendo aliquem non excusaretur, cōtra ea,quæ dicit Cepo.vbi supra,sed dicendū est.Quòd si iudex officium exercendo præcepit aliqua, quæ regulariter sunt permissa,licet aliquo casu speciali sint prohibita, tūc iussus superioris excusat,vt est glo. cōmuniter approbata in l.in rem.§.tignum.ff.de rei vend. & bene facit glo.in l. non videtur.§.qui iussu.ff.de reg.iur. si verò præcepit aliquod de his,quæ sunt de se prohibita, tunc iussus non excusat,vel si procederet vt priuatus,vt dicit glo. in d.§.qui iussu, quia, si iudex præcēpit aliquid nō pertinens ad eius officium,ei obediendum non est,ſm Hosti. in sum. extra de maio.& obe.§.& ad quid.col.1.nisi in leuibus,vel quò ad mitigationem pęnę,vt dicit Præp.in d.c.multis. col.2.
164 17.distinc. cum superius allegatis. ¶ † Aliàs etiam Regi obediendum non esset,quando peccatum saperet.11.q.3. quid ergo, cum superius allegatis. ¶ Infertur etiā ex præ-
165 dictis, ꝙ † si princeps causa nō apparente mandat aliquē decapitari, vel suspendi, non debet statim subditus obedire, sed debet expectare per triginta dies l. si vindicari, & ibi docto. C.de pœni. & hoc, ne princeps philosophia plenus forte malè informatus, vel calore iracundiæ commotus iniurias dicatur cōmittere, cum ab eo omnis iustitia debeat emanare.C.vnde vi.l.meminerint.ita dicit Saly.in d.l. si uindicari, & Iacob. in tra. feu. in uerbo princeps, colum.5.uersic.trigesimaquarta specialitas,& tenet Marti.Laud.in trac.princ.in 6.uersic. Et ꝓpterea Sanctus Ambrosius fieri fecit.d.l.si uindicari. a Theodosio Imperatore c.apud Thessalonicam. 11.q.3. & ibi glo. & doct.

Intellige,

Intellige,niſi interueniſſet ſecunda iuſsio: quia tunc præ-
ſumitur magis deliberate facta c.ſi quando.& ibi Docto.
extra de reſcri. Et prædicta etiã tenuit Iaſo.in l.puniri.C.
ſi contra ius vel vtil.pu.& ibi glo. inuehit contra miſeros
prælatos, qui propter reuerentiam Sedis Apoſtolicæ no-
lunt admittere aliquas exceptiones cõtra reſcriptum Pa-
pæ,& tenet glo.in §.deinde competẽs.in authen. de man-
da.prin.quæ ſimiliter colligit ex illo tex. argumentũ con-
tra miſeros prælatos exequentes ſtatim literas Papæ iniu-
ſtas,nec audentes ſuperſedere, etiam ſi rationabilis cauſa
opponatur,de quibus vide Iaſ.in d.l.puniri. & Bal.in d.c.
ſi quando. de reſcrip. Pari. in verbo tortura.§.mandauit.
colum.1.& in verbo officialis.col.2. Fely. in d.c. ſi quan-
do. in princ. & Thom. Gram. in d.voto.32. Ad prædicta
adducitur,quod dicit Innoc.in c.paſtoralis.§. quia verò.
166 de offic.deleg. quem ibi ſequitur Abb.vbi dicit † ꝙ exe-
cutor in criminalibus non debet exequi ſententiam iniu-
ſtam,ſed debet reſcribere ſuperiori,& ſequitur Imo.in l.a
diuo Pio. in princ.& ibi Alex.col.fin.ff.de re iudi. vbi di-
cit,ꝙ in foro cõſcientiæ debet reſcribere ſuperiori, & ſe-
quitur ibi Hercul.col.9.verſic. Item adde. Et dicit glo.in
l.quoniam,la 2.C.de app.ꝙ aſſeſſores debent reſiſtere iu-
dici ad errorem inclinato. Et dicit glo. in c. ſacerdotes.
2.q.7. ꝙ prælato non ſeruanti canones licitè leuat ſubdi-
tus obedientiam,& dicit Ioan.Andr.in c.ad honorem.ex-
tra de auct. & vſu pall. ꝙ non obſtante plenitudinẽ pote-
ſtatis,quę eſt in Papa non eſt obediendum ei peccato im-
minente, ſequitur Fely. in d.c.ſi qñ.col.2. vbi vide Andr.
Barba.extra de reſcri. Et dicit Bald.in rub. extra de offic.
deleg.ꝙ non valet mãdatum vt ſic feratur ſententia: quia
in pronunciando requiritur liberum arbitrium, & ꝙ non
poteſt mandare ad ſic pronunciandum, vide Bald. in l.1.
col.2.C.quo.& quãdo iud.Fely.in c.in cauſis. extra de re
iudi. Et prædicta ſunt notanda contra iniquos & diaboli-
cos iudices, qui pro conſequendis officijs morem geren-
do dominis excoriarent Crucifixum, & ad voluntatẽ ſu-
periorum cõtra ius excoriant, & dilaniant ſubditos con-
tra illud, quod habetur pſal. qui deuorant plebem meam
ſicut eſcam panis,cõtra quos Eze.19. factus eſt leo, & di-
dicit prædam capere & hominem deuorare, habẽtes mi-
niſtrum, qui ſanguinem pauperũ ſugunt, & in ſinu domi-
norum euomunt,contra quos clamat dñs per Iſaiam.c.3.
quare atteritis populum meum,& iterum Macchab.3.qui
comedunt carnem populi mei, & pellem eius excoriaue-
runt,& oſſa eorum confregerunt, ecce ipſi lupos ſe exhi-
bent gregi, ipſi rapiunt, ipſi diſpergunt, ipſi perimunt, de
quibus latè per Pari. in trac. ſindi. in rubr. de exceſsi. re-
gum,col.2.in fin.cum ſequen. ¶ Ad illud autem,quod ſu-
pra dictum eſt, ꝙ iudex, qui mandato regis, ſiue iudicis
hominem tormentauit, excuſetur in ſindicatu, tenet Par.
latè in trac.ſindi.in verbo tortura.§.de repetitione, col.fi.
in princ.verſic.an iudex,& ibi dicit, ꝙ quando iudices in
delictis enormibus non habent indicia ſufficientia,& eſ-
ſet ingens ſuſpicio contra aliquem,impetrant a principe,
vt cum illis indicijs poſsint torquere, licet rarò princeps
cõcedat,niſi in falſitate,homicidio, venenatione, aut cri-
minibus exceptuatis, vt ibi per eum. ¶ Quærit hic Seba.
167 † an officialis poſsit cõuocare homines & eorum ſuffra-
gium implorare pro exequendo cõtra contumaces, & te-
net ꝙ ſic,idem tenet Ang.in l.1.C.de nili agge. nõ rump.
vbi dicit, ꝙ ſi officialis requirit incolentes, ꝙ eum adiu-
uent ad malefactorem capiendum, & illi nolunt obedire,
ſed volunt vt fugiat malefactor, dicuntur præſtare auxi-
lium malefactori negligendo, & tenentur condictione ex
d.l.2.C. de his qui latro. & puniri poſſunt, vt per Par. in
trac.ſindi.in verbo bracchium, in prin. & vide ad prædi-
cta Andr.de Iſer.in conſti.iuſtitiarij,& in titu.de pac.iur.
fir.§.receptãtes,& Ang.in d.l.2.C. de his qui latro. & per
Andr.de Iſer.& Matth.de Afflic.in prologo cõſti. & Pet.
Bar.Bald.Saly.& alios in l.ſi quis in hoc genus.C. de epi.
& cler.& cõmuniter tenent, ꝙ officialis poteſt conuoca-
re ſubditos ad malefactorem capiendum,& ſi capere no-
lunt,puniri poſſunt. Et dicunt Bal.& alij d.l.ſi quis in hoc
genus, ꝙ quando officialis non eſt potens,poteſt impetra-
168 re bracchium ſuperioris. ¶ † Intellige,& ſic primò limi-
ta dictam cõcluſionem, dummodo talibus hoĩbus conuo-
catis ſalarium præſtetur, vt tenet hic Seb. quia nemo co-
gitur ſuis ſtipendijs militare. c.cũ ex officij. extra de pre-
ſcrip.Spec.in titu.de recuſ.§.1.verſi. ſed quis prouidebit.
facit tex.in c.cum ſecundum.extra de præben.tex.iuncta
glo.in l.Lucius.ff.de eui.& in l.item ſi verberatũ.ff.de rei
vendi.& in l.2.C.ex quib.cau. ſer. pro præ. lib. accep. &
tex.in conſtit.regni,omnes officiales,& in conſtit. ſic no-
ſtra ſeruitia, bene faciunt, quæ dicit Pari. in trac. ſind. in
verbo maniuoltus. col.2. vbi ponit, ꝙ quando iudex vel-
let cogere aliquem, ꝙ ſit maniuoltus, poteſt petere ſala-
rium, & facit tex.in l.illicitas.§. ne potentiores.ff. de offi.
præſi. & ꝙ talibus ſubditis conuocatis debeat ſolui ſala-
rium,ſi petant,tenuit hic Luc. de Pen. in addi. vbi in ter-
minis hoc tenet,& Luc.de Pen. in l.1.col.7. cum ſequen.
C.vt ruſti.ad null. obſeq. lib.11. vbi latè diſputat, ꝙ rex,
vel officialis etiam data neceſsitate nõ poteſt cogere ſub-
ditos, neq; vniuerſitates, vt earum ſumptibus mittant ar-
matos ad capiendum latronum multitudinem, vel ad re-
cuperandum aliquam ciuitatem, vel caſtellũ ab inimicis
occupatum. Sed publico ſumptu abſq; incommodo ſub-
iectorũ debet hoc fieri; quia aliàs per talem viam ad no-
uas collectas,& indebita munera grauarentur; quod eſſe
non debet. ſed qui recipit prouentus & redditus, ac iura
regni ſoluere debet, vel barones, ſi pro eorũ ſeruitio ſub-
diti congregantur ab eorum officialibus ſoluere debent,
cum ipſi redditus & prouentus percipiant.
ADDITIO noua. Ad prædicta etiã vide And.de Iſer.
in cõſtit.regni iuſtitiarij non per calendas,vbi dicit,ꝙ iu-
ſtitiarij maleficos debent perquirere per ſe & per alios,vt
capiant eos ad expenſas curiæ; quia cum publica vtilitas
vertatur in puniendo maleficos,l.ſi operis.C. de penis.ff.
de publi.l.licitatio.§. qđ illicitè, & vbicunq; publica vti-
litas eſt,fiſcus ſoluit pecuniã l.2.C.ex quibus cau.ſer.pro
præ.lib.accepe.&.ff.ad ſil!e.l.lege cornelia.§.fin. cũ con-
169 cor.& iſta nota: quia ſæpius contingunt. ¶ † Secundò li-
mita, & intellige procedere, dummodo iudex conſideret
qualitatem,& decentiam perſonarum, puta ſi eſſet ſenex,
vel infirmus, qui propter corporis debilitatem excuſatur
a muneribus perſonalibus l.2.§.quem ita. cum ſequen.ff.
de vaca.mun. vel ſi eſſet fęmina: quia corporalia munera
fœminis ipſe ſexus denegat.l.3.§. corporalia.ff. de mun.
& hono. vel ſi eſſet aliqs iuris Doctor, vel Medicus,qui a
perſonalibus muneribus excuſant.l.medicos.C.de profe.
& med.lib.x.uel ſi eſſet aliqua illuſtris perſona,quę a ſor-
didis muneribus excuſatur l.maximarũ.& l.fin.C. de ex-
cuſ.mune.lib.x.& aliæ perſonæ,quæ haberent excuſatio-
nem,certè iudex, qui ſubditos cõuocat, iſtam conſidera-
tionem habere debet; quia,quæ dignitati congruunt, de-
bent imponi.l.1.C.de excuſa.mu.lib.x.& iudex qualitatẽ
perſonarum & factorum conſiderare debet,ut dicit Bald.
in l.fin.C.de obſequi. patro. præſt. & hoĩum pudori par-
cendũ eſt l.quintus.§.1.ff. man. nõ enim debet uile mini-
ſterium miniſtrare, & pro hoc bene facit tex.in l.1. & 2.
& ibi Luc.de Pen.C. ne quis lib. inui. actum reipu. gere.
cog.lib.11.bene facit tex.in l.mater tua.C.de oper.lib.Et
in Regno eſt Regia Prag. quæ incipit, ad perpetuam rei
memoriam,uerſi.hoc tamen. ibi, ꝙ fideles noſtri, quibus
noſtræ curiæ ſeruitia fuerint indicta, quæ ſtatũ & condi-
tionem eorum deceant &c. Et facit tex.in l.ſemper.§.Di-
uus Adrianus.uerſic.licet.ff.de iur.immu.& l.milites.ibi
perſonarum conditio pateretur &c.C.de quæſtio. & tex.
in iſto. c.noſtro circa fi. ibi, uiderit oportunos &c. bene
faciunt,quæ dicit Pari.in tra.ſind.in d.uerbo maniuoltus,
dum tractat illã quæſtionẽ, an qs cogi poſsit eſſe maniuol
tus. Et tenet ꝙ non, niſi ſit aliqua uilis perſona,& non ha-
beat maniuoltũ:quia iſtud eſt ignominioſum officiũ ma-
gis,quam

gis, quàm alia angaria mundi, de quo etiam per Lucã de Pen. vbi supra. Quid autem sit de istis reputatis nobilibus aliquorum casalium, vel villarum, vide Lucam de Pen. in d.l.C.vt rust. ad null. obsequi. lib.11.& ibi etiam an aliqui excusentur a militia.

ADDITIO noua. Ad prædicta faciũt, quæ dicit Bar. in l.si tertius. in fi.ff.de aqua plu.arcen. vbi dicit, ꝙ si extat statutum, vt vicini teneãtur capere malefactorẽ, aliàs teneantur emendare damnũ, intelligitur de vicinis habilibus ad capiendum, vt ibi per eum. ¶ Limita tertiò, illud, quod dictum est, ꝙ subditi tenentur capere malefactorẽ, aliàs puniuntur; quia nõ procedit, qñ capere non possent sine periculo personæ capientium, puta si esset multitudo malefactorum, cui resisti non posset; quia si probabiliter timerent, non tenerentur; quia prima charitas incipit a se ipso l.præses.C. de serui. & aqua. ad prædicta bene facit tex.in l.2.§.fin autẽ. ibi, memor periculi sui.C. de his qui latro.& Andr.de Iser.in c.1.§. sin autem omnibus, col.2. de pa.tene.Bald.in l.1.colum.3.in fin.versi.ex personis, in fin. C. de ser. fugi. Fely. in c.1.col.3. versic. declara primò, extra de off.deleg.bonus est tex. in l.culpa caret.ff.de reg.iur. & quæ ibi dicit Philip. Decius, facit tex. in l.1.§. occisorum.versi.hoc ideo, & ibi Bar.ff. ad sille. tex. in l.si quis in graui. in prin.eo.titu.& in l.item quæritur.§.exercitum.ver.labeo ait. & l.qui fundum.§.fin.ff.loca. & quæ dicit Lud.Ro.consi.7.visis necessarijs, col.fi. & quæ dicit Decius consi.64.diligenter pro viribus. col.3.primo vol. bene faciunt dicta per Andr.de Iser.in consti. super incisionibus, col.2.& ibi Matth.in 3.nota.& in consti.si dam-

170 na. colum.9.in quinto nota.in fin. ¶ † Limita quartò, dictam conclusionẽ non procedere, quãdo requirens bracchium subditorum, vel alterius iudicis, nõ esset sufficiens de per se, vel nõ haberet sufficientem familiam, seu gentem armigeram; quia si haberet sufficientem familiam, subditi non tenentur præstare auxilium, ita tenet Seba. & Luc.de Pen.hic, & Ange. in d.l.2.C. de his qui latro. per illum tex.c.1.& ibi doct.ext.de offic.ordi.Bal. in l.1.C.de in ius voca.Par.in trac.findi. in verbo bracchium, in fin. Fely.in c.cum non ab homine.in princ. extra de iudi.qui dicit, ꝙ bracchium inuocatur in subsidiũ. ¶ Et cauti debent esse subditi, vt quãdo eis mandatur ab officialibus, vt præstent auxilium in casibus, in quibus nõ tenentur, vt se aggrauent, & appellent, aliàs cõsentire videntur, vt ꝓbat tex.in l.1.§.1.ff.de vaca.mune. glo, in rubr.C. de excu. mune. lib.10. & C.de app.l. hi qui. & docto. ibi.

ADDITIO noua. Et ex supradictis infertur etiam ad quæstionem. An Baro, seu officialis possit cogere subditos ad faciendũ mostras, seu ostenditias cum armis, & punire inobedientẽ. In qua quæstione breuiter dicas, ꝙ aut imminet aliqua publica necessitas, & tunc potest eos cogere.c.peruenit. secundũ verum intellectum, quem ponit ibi Io.Andr.in prin.ext.de immuni.eccle.& ibi per alios, & hoc in specie tenet Guid. Papæ in quæstionibus parla. Delphi.quæstio.pen, versi. ad quintum; quia iudex potest munera personalia indicere; vt ibi per eũ, & sequitur Nico.Bello.consi.49.resolui.col.2. versic. ad secundũ. Et similiter quando interuenit aliquis timor cõmunis subitus, vt dicit Abb.in d.c.peruenit.col.2. nume.3. Aut non imminet publica necessitas, sed Baro vult hoc facere ꝓ suo libito voluntatis prætẽdens habere vasallos ad hoc obligatos vt eũ associent, & similia, & tunc quia ista esset angaria, quæ non potest imponi vasallis in Regno sine Regio assensu, vt in consti.regni: quia frequenter, & ibi Andr.de Iser.& Matth. de Afflic.& idem Matth. in constit.oẽs officiales, col.1.cum concor.in dictis locis, & tali casu non possent cogi, nisi interuenisset legitima præscriptio centũ annorũ, vt per Matth.in d.locis. Et ista faciunt ad quęstionem, an Magistri nundinarũ possint compellere subditos ad comitandũ vexillũ & stare cum armis tẽpe nundinarũ. ¶ An autem vnus officialis, qui nõ est potens, possit inuocare auxilium potentioris, & si non facit, possit puniri per superiorem, & an secularis teneatur præstare bracchium iudici ecclesiastico, vel exequi suam sententiã. Et similiter an iudex ecclesiasticus teneatur exequi sententiã secularis, de omnibus vide Pari. in trac. find. in verbo bracchium. Bald.& alios in d.l.si quis in hoc genus.C.de Epi. & cler.Andr.de Iser.& latissimè per Matth.de Affli.in ꝓlogo consti.in princ.col.11.cum sequen. vbi multas alias quæstiones ponit, Fely.in d.c.cum non ab homine.col.1. extra de iudi. Abb.& alios in c.1.de off.ordi.cum cõcor.

171 in dictis locis. ¶ † Nunquid autẽ iudex delegatus possit inuocare bracchiũ seculare, vide Fede.de Senis cõsi.163. super inuocatione. Spec.in titu.de iud. deleg.§. sequitur. col.3.versic.sed nunquid seculare, vbi etiam ponit formã literarum, quibus mandat impetrari bracchium seculare contra sustinentem excõmunicatum, & ibi etiam an possit excõmunicationis pęnam imponere, vt impartiatur, & Spec.in tit.de execu.sen.§.2.versi.pen. Et quid si in commissione iudicis delegati nõ est clausula, vt possit inuocare bracchiũ seculare, an secularis teneat præstare, Matth. de Afflic.in d.proœ.constit.post mundi machinã.in prin.

172 col.13. in fin. ¶ † Quid autem si iudex ecclesiasticus implorat bracchium iudicis secularis, & opponitur, ꝙ non debet præstari: quia sententia est nulla, vel pendet appellatio ab ea, & de hoc est facta fides iudici seculari, an possit denegare bracchium, vide Matth.de Afflic. in d.proœ. cõstit.in princ.col.11.vbi multas alias quęstiones ad ma-

173 teriam ponit. ¶ Postremò tangit Seb. hic in fin. † ꝙ denuntiator debet se obligare ad certam pœnã de probando, quam soluet, si in probatione deficiat, ẽm Ritum magnæ Curiæ Vicariæ. Adde, ꝙ licet hodie de generali cõsuetudine inscriptio ad pœnam talionis sit sublata, vt tenet Gandi.in trac.malefi.in rubr.de filiosa. & vtrum possit accu.col.2.versi.hodie verò.& in rub. qualiter fiat accusa. col.2.versic. hodie verò; quia aliàs pauci homines inuenirentur, qui se obligarent ad pœnã talionis, & multa maleficia remanerent impunita: vt ibi per eum, de quo etiam per Ang.in trac.malefi.in verbo nec non ad querelam, col.2.in fin.cum sequen. & per Alb.de Rosa.in l.fin. C.de accus.per Ang.in l.2.C.eo.titu.per Bar.in l.si cui.ff. de accus.& in l.libellorum.eod.titu.Saly.in aut.sed nouo iure.C.de adul.Io.Andr.in addi.Spec.in titu.de accusa.§. viso.ad fi.per Fely.in c.super his. colum.3. extra de accu. cum infinitis concor. Tamen in regno per dictum Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit. Item seruat ipsa curia non recipere denunciationem, sub rubr.non recipitur denunciatio absq; obligatione, num.244. in ordine meo, est introductum, ꝙ curia nõ recipit denuntiationem, nisi denuntians se obliget ad certam pœnã de probando denuntiationem, vt est consti.regni, pęnam calumniæ. & ibi Matth.de Afflic.col.2.vbi dicit, ꝙ loco illius pœnæ talionis est introducta obligatio ad certã pœnam pecuniariã, vt ibi latius per eum, & in constit. accusatorum temeritatem.col.3.in prin. vbi ponit de pœna subrogata loco turpiliani, & condemnatur in expensis, & tenet idem Matth. in consti.pessimam col.3.& in cõsti.præsenti lege. la prima, colum.1.vbi dicit, ꝙ ita practicatur in Magna Curia Vicariæ. Ratio adducitur; vt euitetur calumnia, nec accusatores sint faciles ad calumniosè accusandũ, & temeritas accusatoris arguatur, vt d.constit. pęnam calumnię. maximè in fi. Paris in trac.find.in verbo tortura.§. cõfessio sociorum.colum.2.in fi. vbi dicit, ꝙ hodie curia facit obligare denuntiatorem de probando, & non recipit denuntiationẽ sine testibus, quos debet examinare ad informationem, antequàm procedat, ne temere inquirat, vt ibi per eum. Et dicit Bald. in l.procuratore.C. vbi cau.fis. ꝙ ille, qui accusat, potest se obligare ad pœnam, si non prosequatur accusationẽ, vt tenet ibi per eũ. Similiter etiã in regno clericus denuncians debet pręstare fideiussorẽ laicum de probando ad certam pęnam, & hoc quia clericus non potest coram seculari iudice cõueniri, de hoc est ritus Magnæ Curię Vicarię, qui incipit, item seruat ipsa curia, ꝙ

tia, quod quando, sub rub. clericus denuncians tenetur præstare fideiussorem &c. num. 226. in ordine meo. Similiter etiam quis non potest accusare aliquem de vsuraria prauitate sine obligatione, vt in ritu, item quod nullus. nu. 252. in ordine meo, sub rub. non potest quis accusare aliquem de vsuraria prauitate &c. Similiter etiã filiusfamilias nõ admittitur ad denuntiandũ sine obligatione, cui pater cõsentiat, nisi habeat bona, de quibus possit soluere pœnã, vt in ritu, item seruat ipsa curia, quod quando, nume. 228. in ordine meo sub rub. filiusfamilias non admittitur &c. & Matth. in d. cõsti. præsenti lege. Et dicit Tho. Gra. deci. 59. in fin. quod hodie talis pœna recessit ab aula, qđ nõ est in vsu.

174 ¶ † Quot autem sunt casus, in quibus accusator nõ cogitur se inscribere, vide glo. 1. d. c. de his. extra de accusa. glo. 2. q. vlti. in sum. & Bonagui. in sum. in titu. de accusa. colum. 4. versic. quot sint. & Saly. in l. qui crimen. C. qui accusa. non poss. Quid autem si accusator, seu denunciator se non obligauit, an valeat accusatio, vide quæ dicit Alber. Bru. in trac. de for. & solen. c. de potentia & effectibus, in vlti. effectu. col. 10. versic. & stante statuto, car. 52. vbi videtur tenere, quod non valet, sed tu cogita, & vide quæ dicit Alex. consil. 179. viso & oportune. colum. 11. 2. volu. & Franc. Aret. in c. 1. colum. 11. in fin. extra de accusa. ADDITIO noua. Sed quod valeat accusatio etiam si nõ fuit facta inscriptio, & se non obligauit de prosequendo, tenet Bald. in l. qui crimen. colum. 2. versic. venio ad quæstiones. C. qui accus. non po. & Bald. in l. fi. C. de accusa. & tenet Præpo. 2. q. 8. in summa, col. 3. vbi dicit, quod ita communiter tenetur: quia talis solemnitas de probando & prosequendo suppletur a iure, vt ibi latius per eũ, & ita teneas. Et vide Bald. in l. per hanc. col. 6. versi. quid de accusatore. C. de temp. app. vbi tenet, quod talis inscriptio potest etiã fieri in causa appellationis. Potest etiã dictus Ritus intelligi, vt debeat se inscribere & obligare, si fuerit a parte petitum, per ea quæ dicit Alex. cõsi. 256. viso. 2. volu. & Iasõ in l. vniuersa. in prin. C. de precib. Imper. offe. vbi dicit, quod vbi lex, vel statutum requirit, quod præstetur certa fideiussio, alias actus non valeat, intelligitur si petatur a parte, vt ibi per eos.

175 ¶ † Quæro in isto c. nostro, & in cõsti. circa violentiarum, & violentias. ponitur pœna contra destituentẽ & spoliantem, dubitatur, cui ista pœna applicetur fisco, an parti. Vide Matth. de Afflic. in d. consti. circa violentiarũ, colum. 4. cum seque. in tertia quæstione. Item aduerte ex Bart. de Capua hic, quod si aliquis prohibitus minis & verbis, si ille qui minatus fuit & est aliquis terribilis homo, ita quod eius atrocitas & terribilitas timeatur, tenetur ille minans de violentia, ac si eum expulisset, arg. l. metũ. C. quod metu ca. & c. querelã. de electio. ¶ Item ex hoc c. nota, quæ debeat ponere in suis positionibus destitutus possessione rei suæ: quia primò debet ponere, quãdo fuit deiectus a possessione rei suæ. Secundò, qualiter tempore destitutionis possidebat. Tertiò, per quem, vel quorum auxilio fuit destitutus. Quartò, qui fuerunt præsentes. Quintò debet poni locus & tempus destitutionis, & quare fuit destitutus. Sextò, debet poni, vtrum cum armis, vel fine armis.

176 ¶ † Nunquid autem consulens, vt aliquis deijciatur a possessione, teneatur interdicto vnde vi, vide Philip. Decium in regula consilij. ff. de reg. iur.

177 ¶ † Quid si aliquis accusatur, quod per vim introiuit domum alicuius, & eum verberauit, & occidit, & generaliter fuit lis contestata, an per talem generalitatem debeat infligi maior, vel minor pœna incursa, vide Andr. de Iser. in c. quoniam. §. si autem omnibus. col. 6. circa princ. de pace tene.

178 ¶ † Sed quid si aliquis ingressus fuit fundum alterius, & ibi nõ erat Dominus, an possit accusari de violẽtia. Et quid oporteat probari, vide Pau. de Cast. cõs. 57. in causa ex fortij mota. 2. vol.

179 ¶ † Sed pone accusatus est aliquis, quod vim cõmisit, & non est expressum in libello, quod cum armis vim cõmisit, sed in processu & articulis ponitur, & probatur, quod cum armis fuit vis illata, an debeat condemnari de vi publica, an verò de vi priuata, vide Luc. de Pen. in l. 2. in fi. C. de nauicu. lib. x. vbi arguit ad partes, & tenet, quod tenetur de vi publica, quia cum in libello sit generaliter dictum, de vtraq; vi intelligi potest, & imputatur accusato, qui ante litem contestatam non opposuit, vt accusator declararet, vtrum cum armis, vel

180 sine armis fuit vis cõmissa, vt ibi per eum. ¶ † Quid autẽ si extaret statutum, quod turbans aliquem in possessione puniatur certa pœna, & ablata restituat, si aliquis turbauit, & nihil abstulit, an habeat locum statutum? Dicas quod non, vt est glo. reputata sing. in l. mancipia. in verbo adiuocandum. C. de ser. fug. quam summè notat ibi Iaco. Butr. Raph. & Pau. de Cast. & Soci. consi. 55. præstantissimi Doctor. col. 3. in princ. 1. volu. & tenet Saly. in d. l. mancipia. reiectis rationibus Bal. ibi, qui tenebat contrariũ, & istam etiam opi. tenuit Alex. in rub. ff. sol. matri. col. 6. versi. cõfirmo, pũti concor. ibi. ¶ Et circa materiam violentiarũ vide in consti. regni, quicunq; mulierem, vbi disponitur, quod quicunq; audierit mulierem clamantem, cui violentia infertur, debet currere ad succurrendũ, alias punitur pœna ibi posita. Et de acclamante succurrite, vide Bar. in l. prætor la. 2. §. si quis. ff. vi bon. rap. & Bar. in l. prohibitum. C. de iure fisci, lib. x. vbi tenet, quod amici & coniuncti sine alia conuocatione possunt iuuare offensum, tamen potest offensus de consuetudine clamare, succurrite succurrite, ad hoc vt citius veniant audientes, vt etiã tenet Rob. Maranta in sua prima dispu. versi. decimò quia, & ad prædicta vide Pat. in trac. sind. in verbo resistentia, col. 1. Immò quilibet etiam priuatus potest defendere tertiũ offensum ab alio iniustè, & non incurrit aliam pœnam l. 3. in princ. & l. si quis in seruitute. in fi. ff. de fur. vbi cuilibet licet apprehendere furem cum furto manifesto, etiam si nihil ad eum pertineat de subtractis. Et dicit Bar. in d. l. si quis in seruitute. in fin. quod quilibet potest iuuare offensum nõ solum in rebus, sed etiam in persona. Et dicit Bar. in l. deuotum. C. de meta. lib. 11. quod si aliquis vult me expellere de possessione mea, possunt amici & cõsanguinei mei licitè expellere, & etiam percutere expellentem pro defensione mea, quod dictũ dicit esse valdè notandum. Et verum ista defensio debeat fieri incõtinenti, vide glo. & Bar. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. & ibi quãdo dicatur incontinenti, & vide Bal. in l. fin. C. de his qui a nõ domi. & Ias. in l. lecta. col. 17. ff. si cer. peta. ¶ Et circa materiã d. consti. quicunq; mulierẽ, qui dicantur vicini, qui debent succurrere, vide Bar. in l. si tertius. in prin. ff. de aqua plu. arc. ADDITIO noua. Vbi dicit, quod vicinus dicitur, quantum vox clamantis exaudiri potest sm cõmunem vocem, nisi aliud ex cõmuni vsu loquendi intelligeret, vt per Bar. ibi. Quid autem si tutor eripuit pupillã de manu alterius, puta matris, quæ volebat eã maritare indigno, an puniatur pœna violentiæ, an verò excusetur? Vide D. Aymon consi. 18. Andr. Iuuenis. per totum vbi concludit, quod non tenetur de violẽtia. Sed quid si filius fecit violentiã cum armis, & cũ hoibus patris, an psumatur fecisse cũ consensu patris, ita quod pater possit puniri? Vide Bal. cõsi. 500. in tres marchiones. col. fi. 5. volu. vbi tenet in dubio quod non, quia potius præsumitur innocentia, quam dolus. l. merito. ff. pro soc. ADDITIO noua. Et Bald. in d. consi. col. fin. format aliam quæstione, pone, est cõmissa uiolẽtia in rebus, & postea inter partes est factus cõtractus super dictis rebus, an censeatur remissa uiolentia, tenet quod sic quantum ad rem, sed damna & interesse nõ uidentur remissa, ut ibi per eũ. ¶ Alia quæ possent adaptari ad materiam uiolentiarũ circa materiam huius c. uide per Andr. & Matth. in d. cõstit. circa uiolentiarum, & in consti. uiolentias, & in consti. in quæstionibus. & ibi Andr. & Matth. ubi de indicijs, quando uiolentia infertur mulieribus, & uide quæ dicã de acclamantibus infra in capit. frequens. de testi. publi. distro.

181 ¶ † Vltimò tex. noster circa fin. ibi (nostra conscientia inconsulta) facit pro illa quotidiana practica, quæ in Regijs Tribunalibus seruatur, maximè in Regia Audientia; quia in causis criminalibus quãdo reus timet seuitiam & crudelitatem iudicis, ne iniustè torqueatur, uel damnetur ad mortem,

mortem,vel membri mutilationem, habetur recursus ad Regiam Audientiam,& narratur factum & timor, maximè si fuisset iudex minatus uelle torquere, & petitur prouideri,ne iniustè torqueat, vel aliàs ad mortem dãnetur, stante iusto timore, quia tractatur de actu irretractabili,& Regia Audientia expedit prouisionẽ, ne procedat ad actũ irretractabilem inconsulta Regia Audientia,& hoc ex causa,ne reo iniustè grauamen irreparabile inferatur, & videtur,ꝙ hoc fieri possit, quia iudicibus seuientibus est freni temperies imponenda.l.2.C.de custu.reo.& quando timetur seuitia circa personam potest adiri superior, ut dicit Bal.in l.2.§.Dominorum.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. Nec poterunt Barones,seu inferiores officiales dicere se grauatos, quia eorum iurisdictio debet esse libera in primis,vel secundis causis eis concessis, quia respondeo, ꝙ tunc diceretur esse coacta libertas iurisditionis,quando superior mandaret, ut certo modo sententiam ferret, quia tunc inferior esset potius recitator,quàm iudex,& esset cõtra substantiam libertatis, sed faciendo mandatum vt ad actum irretractabilem non procedat inconsulta Audientia,hoc spectat ad iustitiam, & naturam pronuntiationis, ut iniustè quis non opprimatur,per ea quæ dicit Bald.in c. si pro debilitate.col.2.circa fi.ext.de offi.deleg.& in criminalibus est licita relatio,seu consultatio superioris.l.super delictis.& ibi Salv.in summa.C.de rela. immo ista dicitur necessaria relatio facienda ad superiorem, per ea quæ dicit Bal.in l.1.C.de legi.Secundo modo responderi potest, quòd priuilegia Baronum de primis, vel secundis causis debent esse illibata,& non diminuta,non tamen denegari debet auxilium reis vasallis contra seuitiam, vel intolerabilem iniuriam dominorum, & officialiũ.d.l.2.ff. de his qui sunt sui uel alie.iur.& Inst.eo.titu.§.sed & maior.vers. cuius. Immo propter crudelitatem non solùm posset suspẽdi iurisdictio, sed etiam auferri,ut per Bal. in d.l.2. Ioan. Fab.in §.fi.col. fi.Insti.de his qui sunt sui uel alie.iur. immo iudex ex officio posset prouidere,ut ibi ꝑ eum,& uide quæ dicit Paris in trac.sind.in verbo crudelitas.¶ A D D I T I O noua. Alios casus,in qbus requiritur relatio ad regẽ uide infra c.subiungendo, ubi multos posui. ¶ In tex. ibi (delatum tamen) Nota,quòd accusatus de violentia,& destituta possessione liberatur fideiussoribus de stando iuri & parendo mandatis curiæ,ut hic tenet Seb.concor.tex.& ibi doct.in const.regni humanitate nobis,ubi probatur, ꝙ regulariter quis liberatur fideiussoribus,nisi in casibus ibi exceptis.Et intellige, ꝙ debet præstare fideiussoriam cautionem,si aliqua præsumptio esset contra accusatum,aliàs nõ deberet carcerari,nec teneretur dare fideiussoriam cautionem,ut probat tex.hic in dicto versi.delatum,ibi,si quidem aliqua fuerit de destitutione pręsumptio,& tenet etiã Sebastia.hic. ¶ In tex.ibi(ut,tamen de acriori pœna,si nobis uidebitur,prouidere possimus)Nota, quòd pro destitutione possessionis potest etiam quis arbitrariè puniri,si Regi placuerit. & tamen(ut dictum est) liberatur fideiussoribus,ergo in isto. c. probatur illud, quod tenet Matth. de Afflict.in d.constitu. humanitate nobis,colũ. 7. ubi tenet.

182 † Quòd quando tractatur de pœna arbitraria,ut in actione iniuriarum,liberatur quis fideiussoribus,quia,ut ipse dicit talis pœna semper imponitur pecuniaria,nam in isto.cap. probatur etiam,quòd ubi imponitur pœna arbitraria,liberatur fideiussoribus,licet contrarium tenuerit Lud.in l. fin. ff.de in ius uo.vbi dixit,quòd non debet liberari fideiussoribus,ubi uenit imponenda pœna arbitraria,quia aliquando ratione enormitatis licitum esset pœnam transgredi, per nota.in c. 1.extra de const.& refert Par. in tra. sind. in verbo fideiussor.§.si iudex.col.2.versi.& in Regno,cum ibi allegatis.tamen semper uidi seruare op.Matth.quòd liberatur fideiussoribus, etiam quando tractatur de pœna arbitraria.Hoc tamen posset limitari non habere locum,quando adesset enormitas delicti,quia propter enormitatem,& atrocitatem delicti posset augeri pœna, quid enim si aliquis percuteret aliquem comitem, ducem, vel collateralem principis,vel Regium consiliarium, hoc casu quia pęna posset augeri ultra pecuniariam posset seruari op.Lud.

183 & Par.ubi supra.¶ In tex.ibi(uolumus)† Nota secundum Seb.hic,quòd in causa destitutionis iudex debet mandare partibus sub pœna,ut lite pendente nihil innouent, nec se offendant,& ista est bona practica, & ut plurimum seruatur.immo quando duo litigant de possessorio, & iudex timet,ne partes ueniant ad rixas & ad arma,potest prohibere ambabus partibus ingressum illius possessionis propter scandalum euitandum, & ad se aduocare possessionem, donec sit discussum de iure,cui competat posessio. Bal. in l.nullus.C.de sum.trini.& Hyp.sing.543.& Decius in l.fi. col.3.C.de edi.diui Adri.toll.arg.l.æquissimum.ff. de usuf. facit.l.1.in fin.ff.de offi.præfe.urb.l.vendicantem.§.1.ff.de bo.auct.iud.poss.l.fi.ff.de offi.procu.Cęsa.Bart.& Bal.in d. l.æquissimum,& in l.libertis.§.fi.ff.de lib.cau.Inno.in c.in præsentia.de proba.Ang.& Doct.in l.1.ff.uti possi.Bal.in l. ordinarii.col.4.versi.sed hic quaro.ff.de rei vend.doct.in l. incerti ff.de interd.Bal.in l.1.C.de seq.pecu.Par.in tra.sind. in verbo officialis.§.si sunt,col.1.& in verbo concordia.in prin.& in verbo assessor,col. 4. versus fi. spe. in titu.de sequest.poss.& fru.§.1.uersi.sed nũquid,ubi agitur,qui uult, quòd pendente lite super interdicto uti possidetis iudex ob timorem armorum poterit procedere ad sequestrandum, & Bal.in d.l.fi.col.2.versi.est quartus casus. C. de edi. diui Adri.toll.Bartol.in l.si duo.versi.alii dicunt.ff.uti poss.glo. Bart.Vincen. Hercul. & alii in l. quod iussit. ff. de re iudi. Bal.in addi. Spe.in tit.de lib.concep.col.2.ver.quando partes,Bar.Bal.& Ang.in l.pen.ff.ubi pup.edu. deb. latè Fran. Cur.Seni.consi.61.super eo.cum infinitis concor. in dictis locis.Hyp.in sua pra.cri.§.pro complemento.col. fi.Anto. Capi.decisio.96.in causa magnifici.col.pen. Ias. in.l. quidam extimauerunt.col.2.cum sequen.ff.si cer.pet.Hyp.singu.543.malitiis.Franc.Cur.in tra.de sequest.quem posuit in l.fi.col.3.versi.quartò fallit.C.de prohi.seq. pecu. Dec. in l.fin.col.2.C. de edi.diui Adri.toll.Spe.in titu. de peti.& posse.§.1.versi.in summa,& in titu.de lib.concep. §. nunc videndum,versi.22.& dicit Imo.in d.c.in præsentia.de proba.quòd ita practicatur,& ab hoc, quòd imminente scandalo potest fieri sequestrum,nemo discrepat,ut dicit Abb. in c.2.col.6.cum sequen.versi.opponitur, extra de dolo & contu.& in c.examinata.col.4.cum sequen.vers.sed aduerte,de iudi.Et quando fit sequestratio,apponitur clausula,sine præiuditio partium,ad hoc ne per sequestrum fiat præiudicium possessioni.l.interesse ff.de acqui.poss.per Inno. in d.c.in presentia,de proba.Par.in d.tra.sind.in verb. concordia.col.2.versi.circa crimina.Et bonum esset etiam, ꝙ iudex cogat partes ad satisdandum de pacificè uiuendo, & aliquid non innouãdo, nec rixas, aut iurgia faciendo, per ea,quæ ponit Bar.& alii in d.l.quod iussit.ff.de re iu.& Par.ubi supra versi.tamen,solet etiam fieri mandatum pęnale,quando litigatur de possessorio,ut partes uia facti nihil innouent, & ita pluries uidi seruari in Tribunalibus Regiis.Et quando iudex verbo,vel facto prohibuit, ne partes ad locum accedant, neue possessionem ingrediantur, non licebit alicui possessionem ingredi l.si usufructus.§.si inter duos.ff.de usufru.Spe.in titu.de seq.poss. & fru.§.1. versi.primo,& versi.sed nunquid.Fran.Cur. Seni.in d.consi.61.in addi.

184 ¶† Illud autem,quod dictum est,quòd iudex potest facere sequestrum,ubi timetur de scandalo,est verum,& procedit,quando iudici non liquet, alteram partẽ tantum possidere, sed est dubium, quis sit in possessione, uel quando uterque probaret de possessione,quia tunc ad euitandum scandala,ne partes veniant ad arma,potest fieri sequestratio,sed quando constat iudici alteram partem tantum possidere,tunc non fit sequestratio,sed iudex eo casu debet mandare & inhibere sub pœna alteri parti, ne ad locum differentiæ accedat,nec de facto aduersarium molestare debeat,sed iudex debet conseruare possessorem in sua possessione,ita tenet Bald.in d.l.ordinarii,versi. sed tertiò quæro.ff.de rei ven.Bal.in l.vnica.C.de prohi.seq.pecu.

eu.col.fi.Bald.in d.l.æquiſſimum.ff.de uſuf. Bald. & Iaſo.
in d.l.quidam extimauerunt.col.3.ff.ſi cer.pet. Franc. Cur.
Seni.d.conſi.61,Hypo.in ſua pra.cri. §.pro complemento,
col.fi.& in d.ſing.543. Vin.Hercu.in d.l. quod iuſſit.col. 2.
Anto.Capi.d.deciſi.96 col.pen. Decius in d.l.fi.col.2.& 3.
C.de edi.Diui Adr.tol.¶ Et prædicta intellige,niſi alia iuſta
cauſa ſubeſſet,ut fiat ſequeſtrum,in qua cauſa cognoſcen
da requiritur cauſæ cognitio & citatio partis,vt tenet Ang.
conſi.107.Iacobellus.& Alex.conſi.6 ponderatis his, col.
fi.4.vol.& Decius in d.l.fi.col.3.in prin. verſi.ſi autem con
185 ſtaret.C.de edi.Diui Adri.toll.¶ † Aduerte etiam ad aliud,
quia illud,quod dicitur,quòd ratione ſcandali poteſt fieri
ſequeſtrum, intelligitur, ſi prius ſaltim ſummariè conſtet
iudici de tali timore ſcandali,& in hoc diſcutiendo requi
ritur citatio,ſeu præſentia partis, cum de eius præiuditio
tractetur.Nec hoc caſu crederetur uerbis iudicis aſſeren-
tis ſubeſſe timorē ſcandali,niſi ex actis appareat,aliàs ſi ex
abrupto fieret,ita de facto deberet reuocari, ita tenet Ang.
in d.conſi.107.Iacobellus.in fi.Alex.d.conſi 6. ponderatis
his,col.fin.4.vol.Decius conſi.366 pro declaratione, col.
pen.3.volu.& in d.l.fin.col.3.in princ. C.de edi.Diui Adr.
toll.Fran.Cur.in tra.de ſequeſt.quem ponit in l.fin. C. de
prohi.ſeq.pecu.col.3.verſi. quarto,Hyp. d. ſing. 543. cum
concor. Hoc tamen limita non procedere, quando caſus
occurrēs requireret magnam feſtinātiam, & celeritātem,
ita quòd mora eſſet periculum allatura, puta quia partes
eſſent cum armis præ manibus in procinctu eūdi ad locū,
de quo litigant,vel ſe offendendi, quia iſto caſu poſſet iu-
dex inhibere partibus acceſſum ad illum locum etiam par
tibus non citatis,ita tenet Hyp.in d.ſin.543. verſus fi. quia
multa permittuntur ratione imminentis ſcandali, quando
mora eſſet periculum allatura,quæ aliàs non permitteren
tur,ut ibi per eum.Quod firmatur, quia ubi eſt dubitatio
ſcandali & armorum,poteſt incipi a præcepto abſque ci-
tatione partis, ut plenè per Alex.in l.de pupillo. §. memi-
niſſe.ff.de oper.no.nunci.& Fran.Cur.Seni.d.conſi.61.col.
fi.in addi.Et hoc caſu quando feſtinantiam, & celeritatem
requirit,& mora eſſet periculum allatura, poſſet iudex in-
formationem capere a teſtibus non iuratis, & ſine ordine
iudiciario,ut dicit Bal.in c.1.§.ſi tres.poſt glo. ibi de pace
iur.fir.& Bal.in margarita,in verbo iudex, verſi.1.Et dicit
Bal. in l.qui teſtamento.§.per contrarium.ff.de teſt. & Frā.
Cur.d.conſi. 61.in addi.in fi. Immo plus dixit Spe.in ti.de
186 lib.concep.§.nunc dicendū ver.22.vbi dicit, † quòd ſi duo
contendunt ſe poſſidere, & quilibet vadit ad poſſeſſionē,
& ex indignatione neutra parti ū vult libellum offerre, iu-
dex debet occurrere,ne partes veniant ad arma, & ſine li-
bello receptis teſtibus adiudicabit poſſeſſionē clarius pro-
banti,& vitabit alterū vim facere,& ſequitur Fran.Cur.Se
ni.in d.conſi.61.col.fi.in addi.Et dicit Deci. in d.l.fi.col.3.
verſi.ſi autem.C.de edi.diui Adri.tol.Quòd ſi vterque prę-
tenderet ſe poſſidere,& vterq; probaret poſſeſſionem, cau
tela eſt,vt ſi alter eſt potēs, armata manu ingrediatur poſ-
ſeſſionē rei, de qua eſt cōtentio,& denunciet aduerſario,
ꝙ veniat ad poſſeſſionem,ſi audet;quia ſi non venit,& ſu-
ſpicatur ſe poſſe repelli, ſtatim perdit poſſeſſionem.l. ſi id
quod §.fi.ff. de acq. poſſ. & alter hoc modo potior erit, &
iſtam cautelam ponit Spe.in tit.de peti.& poſſ.in prin.col.
penul.verſi.nota tamen diligenter,& ſequitur Abb.in cap.
licet cauſam,col.penul.extra de proba.& licet Are. ibi ui-
deatur hoc impugnare,quia poſſeſſio dicitur uitioſa,tamē
Decius in d.l.fin.colum.3.reſpondet quòd non, quia iſte
non intrauit poſſeſſionem alienam, ſed ſuam, ut ibi per
eum,dicit tamen hoc procedere,quando alter eſſet minus
potens,& ſuſpicaretur ſe poſſe repelli, ſed ſi alter non ſu-
ſpicaretur ſe poſſe repelli ab eo,qui intrauit poſſeſſionem,
quia non erat debilis,ſed potēs, tunc non priuatur poſſeſ-
ſione,ut dicit Alex.in l.ſi de ea,§.ſi forte.ff.de acquiren.poſ.
& conſi.99.viſis proceſſibus,colum. fin. 5. volum. & De-
cius ubi ſupra,& tetigi ſupra eo. Ioannes Antonius de Ni-
gris.I.V.D.de Campania Ciuitate.

SVMMARIVM.

1 *Receptatorum ſecuritas incentiuum eſt delinquendi.*
Latrones ſine receptatoribus diu latere non poſſunt. ibid.
Maleficia ex defectu probationum remanent ſæpius impunita,ibidem.

2 *Confeſſioni malefactorū an adhibeatur plena fides, & 63.*
Melius eſt ius in aliquo excedere,quā impunitum maleficium relinquere,ibidem.

3 *Diſrobatores,& receptatores multipliciter uitæ hominum ponunt inſidias.*

4 *Confeſſio trium latronum in legitimis tormentis facta, qualem probationem faciat contra receptatores,fautores,participes,aut victualia miniſtrantes.*

5 *Receptatores,participes,& factitantes cum latronibus & malefactoribus ſi fuerint capti,an debeant iuſtitiario prouincie aſſignari,et an poſſint ſine mandato Regio liberari.*

6 *Iuſtitiarius prouinciæ an debeat Regi nunciare,& intimare receptatores,& alios quos habet carceratos.*

7 *Incolæ laicorum an teneantur latronibus reſiſtere, & eorū territoria cuſtodire.9.*

8 *Vniuerſitas,in cuius territorio eſt commiſſum furtum, vel aliud delictum extra terram,an teneatur ſatisfacere damnum paſſo? Et an debeat probari damnum.11.*

9 *Vniuerſitates conuicinæ an teneantur contra latrones clamantibus ſuccurere.*

10 *Vniuerſitas an teneatur,quādo conſtat de malefactoribus.*

11 *Villæ,maſſariæ,& curtes,vbi fures morantur, an debeant igne cremari.*

12 *Capiens fures,vel alios malefactores quam remunerationem habere debeat.29.*

13 *Torqueri an poſſit malefactores ternis tormentis.*

14 *Confeſſio trium latronum de conſociis,participibus,& fautoribus quam probationem facit,Et an faciat inditium ad torturam 63.83.*
Confeſſio de ſociis in tormentis an faciat indicium ibidem.

15 *Confeſſus de ſe,& ſociis in tormentis, an poſſit ſuam confeſſionem reuocare, dicendo quòd eſt mentitus.78.*
Confeſſio unius latronis contra alium an inducat præſumptionem? Et quid de confeſſione falſarii contra falſarium? ibidem.

16 *Subminiſtrans uictualia,vel lignamina,vel alia malefactoribus an puniatur.*

17 *Confeſſio trium latronum contra leuem perſonam quid operetur.*

18 *Vniuerſitas an teneatur ad emendam, non ſolùm in damno clandeſtino,ſed etiam in furto.*

19 *Ratio quare incolæ tenentur ablata reſtituere, quando non cuſtodiunt territorium.*

20 *Credi an debeat iuramento damnum paſſi de quantitate rerum deperditarum, quando agitur contra Vniuerſitatem.*

21 *Probatio rerum deperditarum an poſſit fieri per familiares, domeſticos,& conſocios.*

22 *Sindicus uillæ comdemnatus vnà cum uilla pro eo,quia nō cæpit malefactorem,quomodo ſolui debeat pœna.*
Sindicus an teneatur denuntiare, ubi non eſt maleficium, ibidem.
Statutum,ut ſindicus teneatur denuntiare maleficia ſibi notificata infra certum terminum,quando terminus currere incipiat.ibidem.

23 *Statutū,quòd de damno dato credatur dicto Sindici, ſi falſum*

DE TESTIMONIO PVBLICORUM DISROBATORUM CONTRA PARTICIPES, & RECEPTATORES EORUM, RUBRICA.

CAROLVS PRIMVS. CAP. VII.

FREQVENS, & ineffrenata latronum malitia inualescens, quæ post tantas preteritę turbationis tribuens sedatis vndique tempestatibus, quibus regni quies dudum extitit agitata pacem, & quietem publicam, quas post ærumnales incursus hostium, fœlicis nostræ successionis victoriæ non sine grandi labore, & turbatione animi reformauimus, turbat, & multipliciter interpellat, nobis nouæ constitutionis condendæ præbet materiam, vt quæ multis veterum legum principum actionibus castigata a republica non recessit, constitutionis nostræ bene-
1 ficio præcludatur. ¶ † Et quoniam receptatorum securitas incentiuum, & materiam præbuit delinquendi, cum sine receptatoribus latrones delitescere, idest latere minimè valeant, ad huiusmodi maleficia extirpanda, aciem nostri ingenii per sedulas cogitationes, acumen proborum virorum, & iurium peritorum consilia iugiter, & incessanter actitando (quoniam exprobationum defectu, & absentia testium, quos huiusmodi malefactores fugant, eueniebat quòd huiusmodi ma-
2 leficia transibant sepius impunita, † quamquam de iuris ciuilis rigore confessioni malefactorum adhiberi non debeat plena fides quantum ad alterum conuincendum, Tamen quoniam superueniente effrenata, & assueta malefaciendi nequitia, huiusmodi malefactorum transibant maleficia impunita) perpenso diligentius proborum virorum, & iuris peritorum, consilio, præelegimus ius scriptum in hac parte aliquatenus pertransire, quòd per defectum probationum per quem non poterat huiusmodi melefactorum veritas inueniri, quoniam celatur alter ab altero, ex consequenti impunitate malefactorum dare indifferentem
3 sæueram audaciam delinqnendi. ¶ † Nos volentes tam disrobatorum publicorum, quàm receptatorum, qui vitę hominum multipliciter ponunt insidias, regia prouidentia maleficiis obiare, pñ.i constitutione

4 stitutione in perpetuum valitura sancimus.† Vt si quando latrones aliqui capiantur, & vt se habet consuetudo plectendi criminis tormentis subduntur legitimis, si de se facinus confessi fuerint, ac receptatorum eorum complices, aut fautores, & qui eis uictui necessaria subministrant, dixerint in præsentia publicarum personarum, vel trium fide dignorum testium, ita quòd tres latrones sigillatim, & occultè interrogati post tormenta, sic quòd eorum quilibet de confessione alterius sit ignarus, si de receptatore, fautore, & participe, vel victualia ministrante confessionibus sint concordes, & in ipsis confessionibus perseuerent, volumus, quòd dictum trium malefactorum contra eos, quos nominauerint, esse malefactorum suorum consocios, participes & fautores (vt est dictum) faciat tantam fidem, quantam faceret testimonium duorum proborum virorum, nisi causa rationabilis suspicionis adesset, cuius suspicionis causæ cognitionem tibi soli, nulli alii volumus
5 pertinere, † Vel saltem illi, qui eos receptassent, participassent, factitassent, idest conuersati fuissent ex concordi confessione inuenta, vel inuenti fuerint capiantur, & regionis iusticiario ubi perpetrata tanta talia fuerint assignentur, non sine mansuetudinis nostræ mandato captos audeat li-
6 berare. † Qui iustitiarius sub pœna personæ maiestati nostræ prædicta omnia studeat intimare, vt ex metu quem ex cælesti sumpsimus arbitrio
7 eos pœna debita feriamus. ¶ † Et quia quandoque vicinorum locorum incolæ, in quorum territorio extra terram notam suspicionum euitari non possunt, quin experientia, vel dissimulatione consocii, vel participes criminis videantur, cum saltem resistere latronibus teneantur, & eorum territo-
8 ria cura peruigili custodire. ¶ † Statuimus, vt ciuitas, castrum, vel uilla, in cuius territorio extra terram talia fuerint perpetrata, & malefactores non dederint, damnum passo, & damno probato
9 integrè satisfacere teneantur. ¶ † Et vt metu pœnæ cœteri malefactores arceantur, & vniuersitas quælibet, loca, & territoria earum diligenter, & vigilanter custodiant. Censemus, ut circumstantes vniuersitates territoria connexa habentes, si locorum incolæ disrobatoribus (ut est dictum) non resistant, vel saltem clamantibus contra latrones ipsos protinus non prouideant, tantumdem fisco nostro componant. Et hæc locum habere censemus tam in extraneis, quàm incolis regni nostri.
10 ¶ † Et quando dubii vel incerti maleficii patratores per probationem dilucidam poterint inueniri malefactores ipsos capi volumus, & regionis Iustitiario asignari pœna debita puniendos, cui executionem pœnæ & damni emendationem specialiter delegamus, sine fatigatione cuiuslibet castri, seu loci suo distribuendo arbitrio. Et quoniam plerunque contingere solet ut malefactores ipsi in modicis casalibus, massariis, seu curtibus pecudum receptantur, sancimus, ut si quando habitatores casalium, seu morantes in massariis, seu curtibus rapinas, seu disrobationes non poterunt di-

sturbare, & conniuenti oculo scælera ipsa sub quadam dissimulatione celantur, & iustitiariis, vel saltē magistris iuratis vicinorum locorum negle-
11 xerint nunciare, sed tolerando talia † reos quodāmodo criminis statuendo, villas, massarias, seu curtes per locorum iustitiarios volumus igne concremari, ita quòd habitatores huiusmodi paruarum villarum, & locorum ante concremationem huiusmodi abstractis inde bonis ipsorum omnibus, ad loca tuta cum eorum bonis transferre valeant incolatum. Et quoniam laborantibus laborum suorum condigna remuneratio operandi magis tribuat incentiuum, vt ad malefactorum huiusmodi captionem curiosius intendatur, ac reuelationem vicinorum locorum, vbi dicta maleficia contigerit perpetrari, quæ loca curiæ ad emendam & damnum passo ad restitutionem teneri statui-
12 mus. ¶ † Idcirco illi, qui aliquem latronem, seu malefactorem fama, seu alio modo cæperit, & curiæ assignauerit, pro vno quoque tali latrone vncias auri duas, & pro malefactore vnciam auri vnam, dummodo latrones, & malefactores huiusmodi per examen nostræ curiæ mortis subire iudicium teneantur, de pecunia nostræ cameræ solui volumus & mandamus. Tua igitur solers industria, quæ ad extirpandas latronum insidias pro nostrorum pace fidelium multis excogitata uigiliis nostra sanxit tranquillitas, ad subiectorum nostrorum notitiam faciat peruenire.

13 FREQVENS, ibi (ternis tormentis) † Ex isto tex. assumpta etiam assessorum practica, per quam malefactores subiiciuntur ternis tormentis. ¶ In tex. ibi (faciunt tantam fidem) nota
14 † quid operatur confessio trium latronum confitentium de eorum consociis, participibus, & fautoribus, hoc tamen nota. limita per cap. Caroli secundi constitutionem diuæ, numero 148. Sed de iure communi non datur plena fides tali confessioni, sed inducitur aliqualis præsumptio, quæ est sufficiens ad torturam. l. fina. in glos. fin. C. de accu. Attende tamen, quòd secundùm Pet. ad torturam veniri potest, etiam si sit interrogatus, vbi interrogari non debuit, pro quo sunt. ff. de quæstio. l. 1. §. 1. & §. Diuus Adria. coniuncta. l. maritus eod. titu. secundùm Ioan. Arcamo. Et dicit Andr. de Iser. quòd malefactori non creditur interrogato in tormentis de consociis criminis, nisi in casibus notatis in dicta l. fina. Et tunc non debet interrogari, nisi aliqua præcedat præsumptio, vt in dicta glossa, l. fina. not. facit l. 1. circa prin. & quod ibi per D. Bartol. not. ff. de quæstio. Et qualiter iudex tunc procedat, plenè examinatur per Andr. de Iser. in constitutio. si damna clandestina. in titu. de homicid. clandesti. columna quinta, in princip. ibi. Item si interrogatur in tormentis, & ibi vide bonam quæstio-
15 nem. † Pone, quòd confessus in tormentis de se, & aliis forte in casibus, vbi est qualis qualis præsumptio, demum antequam damnetur, vel in ipsa damnatione dicat, quòd mentitus est de aliis, an possit suam confessionem retractare, & qualiter, dic, vt ibi per eum, Innocen. dicit in cap. 1. extra de confe. quòd confessio vnius latronis inducit præsumptionem contra alium latronem, sed vnus falsarius contra alium falsarium non recipitur in testem. ¶ In tex. ibi (& quòd eis victui necessaria subministrat)
16 † Idem si lignamina, animalia, vel alia quæcunque necessaria, vel oportuna subministrat, vt in cap. ita quorundam, extra de iude. & sara. & vide supra in cap. vt aliorum. num. 2. & in c. licet, nume. 210. quod est Roberti Ducis Calabriæ tunc

tunc vicarii, & ibi vide bonas, concordantias.¶ In tex. ibi (quantum faceret probatio duorum proborum virorum)
17 supple † quando leues personæ essent confessatæ, alias huiusmodi confessio non operaretur probationem, sed quòd possit contra istos specialiter inquiri, & ex officio procedi, & ita hodie hæc confessio limitatur per d.c. constit. 148. vbi vide prædictam limitationem. ¶ In tex. ibi (tantum damnum passum de damno probato) ex isto tex. habes decisionem eorum, quæ notat glo. magna in consti.
18 super incisionibus, de damn. clan. videlicet, † vt non solum damna, in quibus habet locum actio legis aquiliæ. s. iniuriæ data, & clam commissa locum habeat, scilicet quòd homines illius territorii resarciant, sed etiam sit idem in furtis commissis in aliquo territorio, ut homines illius loci puniantur, & teneantur ablata restituere, malefactore non apparente, licet aliud sit de iure communi, vt in aucten. vt
19 nulli in d. §. quoniam verò. coll. 3. † Quæ autem sit ratio, quare incolæ locorum tenentur ablata restituere secundùm hoc ius nouum, patet hoc in litera ibi, dum dicit, notam suspicionum &c. & vide circa hoc in constitut. si damna clandestina. in glos. vlti. ibi posita, & quod ibi per
20 Marinum de Garamanico in glo. nota. † Sed pro Deo quid dicemus, si datum est damnum clandestinum, si non inuenitur malefactor, & de amissione rei non potest probari, licet probetur de damno clandestino, non tamen de quantitate bonorum, quòd eo casu contra Vniuersitatem debentem damnum emendare non fiet probatio per sacramentum damnum passi, vt ibi plenè notatur per D. And. de Iser. quam glo. sequitur. D. Bartol. in l. si quando. C. vn-
21 de vi, & in l. 1. ff. quando ex fa. tuto. † Qualiter autem tunc fieri poterit probatio, & per quos, dic ut ibi per eum nota. quia fiet per familiares, & domesticos, & consocios ut ibi.
22 † Item dicit Bald. in auten. causa quæ C. de epi. & cler. quòd si in sententia dicitur, condemnamus talem sindicum talis uillæ, & ipsam uillam in centum pro eo, quòd non cæperunt malefactorem, iste sindicus tenetur ad dimidiam pœnæ, & villa ad aliam dimidiam, in qua etiam confert iste tamquam quilibet de villa, ut ibi nota & Bald. in l. fin. C. vt nemo priua. dicit, quòd vbi non est maleficium, non tenetur sindicus id denuntiare, cum frustra &c. vide eum ibi, & in l. si quis nolente. 4. nota. C. de neg. gest. ubi dicit, quòd si ex forma statuti sindicus tenetur denunciare maleficia, sibi protestata, & denuntiata per dominos infra quartum diem, quòd illa quarta dies incipit currere à die protestationis, si aliter in statuto non dicitur, & vide ibi in
23 tertia quæstione. † Et an si ex forma statuti debet credi dicto sindici de damno dato, si falsum denuntiet, an ei credatur, vide eundem Bald. in l. 1. in fin. C. si aduer. liber. Et vide eundem Bald. in l. 1. colum 10. C. qui accu. non po. & in l. cum rationibus. eod. titu. vbi ponit qualiter dici, & poni debet, quando villa non cæpit malefactorem. Et nun-
24 quid veniet imponenda vna pœna, vel plures. † Et quid si is, qui damnum dedit, puta homicida mortuus sit pendente lite contra vniuersitatem vide per Alber. de Ro. in l. si decesseri. pen. colum. qui satisd. cog. & quòd vniuersitas non teneatur, allegatur pro casu. d. l. si decesserit. & de verb. oblig. si homo mortuus, & l. impossibilium. ff. de reg. iur. In contrarium facit, quia hic dicit soluat, nisi præsentet, ad quod nota. in l. 1. ff. de in diem adiecti. & l. obligationum ferè. de actio. & obli. item quia communitas est in mora per contestationem & interpellationem, ideo interitu non liberatur. l. si ex legati. ff. de verbor. obligation. l. quod te. ff. si cer. pet. bene facit glos. in verbo non igitur expectandum. l. ita stipulatus sum à te. ff. de verbo. obligatio. Item quia in noxali serui interitu non liberatur dominus, l. electio. §. si is. l. plurium. § fin. ff. de noxa. quia mora præcessit casum. l. semel mora. ff. solu. matri. & pro hac parte fuit obtemptum in collegio pergamensi, ad l. si decesserit, respondetur, quòd ibi sistere est in obligatione, & si non sisteret, pœna, sed in quæstione nostra est econuerso, quia pœna, de qua hic, est in obligatione pœnali, licet præsentando liberetur, vnde ad propositum non facit, & ita residet per hæc Alberi. vbi supra, hodie verò istud est correctum, quia vniuersitas non tenetur de furto & de damno clandestino, per cap. quod incipit. Item statuimus, quod vniuersitates locorum. numero 123. ¶ In tex. ibi (se tolerando talia reos quodammodo &c.) nota pro intellectu. c. Regis Roberti, quod incipit, ad quietem. numero 259.
25 † quòd magister iuratus, qui tenetur crimina, & delicta in terra commissa denuntiare, si quidem hoc non facit, dicitur quodamodo se reum criminis constituere, ad quod facit in aucten. de arm. §. sancimus. in verbo defensores, & C. de priui. sco. l. prima, in fin. lib. 12. & quod ibi nota. quod capitulo, & eius materiam intellige in magistro iurato, qui est maior annis 25. Secus si est minor, quia ratione maleficiorum tunc non denuntiatorum, non incidit in pœnam, argum. l. minoribus. C. in quib. caus. in integ. restitu. non est necesse. & quod ibi per Bald. nota. vbi ui-
26 de per eum, & adde huic tex. infra eod. quæstio. fina. † An autem magister iuratus ad instigationem alterius teneatur maleficium denuntiare? Dic secundùm Bartol. in l. athaletus. ff. de fal. quòd debet aliis instigantibus maleficia credere, vel non credere secundùm qualitatem personarum, idem dicit Bartol. in l. si ideo. C. de his quib. vt indig. quòd si magister iuratus, qui tenetur maleficia denuntiare, si quidem malefactor reperiri non potest, quia maleficium est occultum, vt furtum, & similia eo casu non punitur, si non denunciauit, vt ibi est casus ferè secundùm eum, de quo vide plenius nota. per eum in l. diuus. ff. de custo. reo. Item scias, quòd licet magister iuratus teneatur denuntiare maleficia, si quidem à principali offenso fuit præuentus, vel ab alio, qui accusauit, antequam nunciaretur, excusatur l. sororem. C. de his quibus, vt indig. & quod ibi per eundem Bartol. nota. secundum Ioan. Arca. Item attende, quòd glo. mag. in fin. in const. reg. si damna
27 clandestina, titu. de homi. cland. in fin. q. † quòd si maleficium datum est in confinio vnius territorii, puta Capuę, & demum continuato actu effectum sortitur in territorio alterius, puta Auersæ, quòd vtraque vniuersitas tenetur, licet D. Andr. de Iser. ibid. videatur oppositum dicere. s. quòd teneatur vniuersitas, in cuius territorio consumatum maleficium reperitur, vbi vide per eum, attamen. D. Bald. in aucten si quis non dicam. 3 q. C. de epi. & cleri. refert. D. Iaco. But. in hac quæstione terminantem secundùm d. glos. magnam in præallegata constitu. & addidit. D. Bal. determinationi prædictæ Iaco. But. dicens, quòd in primo territorio fuit maleficium consumatum quantum ad delictum, in secundo quantum ad executionem dicti delicti, vnde talis actus non est dubius ad procurationem delicti dum est in via, quia immo est in termino, nam incontinenti quòd ego aliquem capio, & ligo, incontinenti derobo, quia priuo eum possessione, si eo animo capio, & ligo, ita est tex. & glo. ordina. in l. 1. §. idem Iulianus ff. de vi & vi ar. & istam
28 rationem ipse addit determinationi Domini Iaco. ¶ † Quæro, quando magister iuratus noluit denuntiare maleficia, an contra eum possit inquiri, & punire eum de falso, sicut si falsam denuntiationem fecisset, dic quòd sic secundùm D. Angel. de Peru. qui hoc tenet expresè in l. eum qui. in glos. ibi qui celat &c. C. de fal. Bald. in l. 1. primo & 3. nota. C. de priua. carce. tenet, quòd omittens denunciare maleficium, tenetur eadem pœna, qua tenetur iudex, qui iudicat, quia tenetur crimine læsæ maiestatis, & vide ibi per eum, & nota, sed præallegata glos. mouetur per l. 1. §. qui rationibus & l. qui testamentum. ff. de fal. & l. si quis affirmauit. §. fin. ff. de dolo, ad quod optimè facit tex. huius. cap. ibi, se tolerando talia &c. ¶ In tex. ibi (idcirco
29 &c.) † Nota præmium deberi capientibus latrones, &
30 alios malefactores, & quantum debeatur. † Item iusta prædicta attende, quòd si sunt duo magistri iurati, qui simul inciderunt in pœnam ex eo, quòd non denuntiauerunt maleficium, vno soluente liberat alium vt notat Bald. in l. 1.
31 in fin. C. de condit. fur. † Et si aliquis dat, ne creetur magister

stetarum alicuius villæ, recipiens acceptum restituit, & criminaliter punitur, vt not. idem Bald. in l. quod euitandi. C. de condictio. ob turp. caus. vbi vide per eum. Item idem Bald. in l. si ita stipulatus. de verbor. obligatio. dicit,
32 quòd † si statuto cauetur, quòd sindici omnia maleficia denuntient intra quatuor dies sub pœna centum librarum, modò quidam fuit vulneratus, & infra dies quatuor moritur, demum ille infra quatuor alios dies denuntiauit mortem, vtrum incidat in pœnam ex eo, quòd non denuntiauit vulnus, dicit quòd non per. l. 1. §. eleganter. de lib. agno. nec fingitur retro mortuus, nam hoc circa moram attenditur, vt not. in l. eum qui ita. §. fin. ff. de verbor. obligatio. sic ergo noua est dilatio, quia mutatum est nomen delicti & vulneris, & vide Bald. in l. si quis non dicam. vi. q. C. de epi. & cler. & Bartol. in l. siue. C. de executo. & exacto. lib. 12. in fine libri. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

FREQVENS In tex. ibi (frequens &c.) Nota quòd propter frequentiam delictorum datur causa condendi nouas leges ut hic, quia inefrenata latronum malitia pacem & quietem publicam turbat, vt in hoc tex. & sic vtilitas & necessitas subiectorum debet inducere regem ad condendum legem contra iura ciuilia comunia, licet enim ius commune iustum sit, tamen per tempora mutari potest propter mutationes conditionum hominum, ut dicit Aug. in libro de libero arbitrio & S. Tho. in prima parte secundæ. q. 97. arti. primo, facit tex. in c. non debet de consang. & affi. & tenet Matt. de Affli. in consti. grandis. colum. 2. in primo nota. ¶ In tex. ibi tempestatibus. & ibi ærunnales incursus hostium. Nota, quòd bella assimilantur tempestatibus. & ibi, ærumnales incursus hostium. denotat hic Rex Carolus labores onerosos, quos habuit in bello contra Manfredum. Bella enim inducunt labores, miserias & calamitates. l. 1. in prin. C. de cad. toll. Et bella fuerunt causa primarum calamitatum humani generis, vt dicit Bald. in l. 1. colum. 1. in fin. cum seque. in secunda opp. C. de ser. fug. & probat text. in aucten. quib. mo. natu. effi. legi. §. si quis, aliàs. §. liceat. Circa primum notabile positum per Seb. hîc, dum notat ex isto tex. sumptam esse practicam assessorum, per quam malefactores subiiciuntur ternis tormentis, vt hic per eum in prin. adde quòd iste tex. hoc non probat, quia in eo non dicitur ternis tormentis, sed dicit tex. & ut habet consuetudo plectendi criminis tormentis subduntur legitimis, sed forte text. Sebas. erat incorrectus.
33 Et quoniam tractatur de tortura † quæ postquam est illata dicitur actus inretractabilis, vt dicit Par. in tracta. sindica. in verbo tortura. §. an stetur dicto torti, in fin. allegat. Cano. in capit. grauis. extra de depo. & Hippo. in sua pract. §. expedita. colum. 2. nume. 70. & tortura & eius pœna est grauior, & durior quàm vtriusque manus incisio, vt dicit text. in auctent. vt nulli iudi. §. fin. Ideo circa eam inferendam multum est aduertendum, & pro veritate dictæ pra-
34 cticæ est sciendum. † Quòd de iure nō est determinatum, quot ictibus cordæ quis torqueri debeat, sed totum hoc relinquitur arbitrio iudicis. l. quæstionis modum. l. de minore. §. tormenta. & vtrobique doctor. ff. de quæstion. licet Hippo. in sua practi. crimi. §. nunc videndum. colum. penulti. dicat, quòd pro quolibet sufficienti indicio potest iudex reum ter squassare, vt seruatur in practica secundum eum, sed hoc non est de iure; quia debet considerare complexionem, & qualitatem rei, an sit debilis, vel robustus & ferox, an nobilis, an dilicatus, vel rusticus, & considerare criminis qualitatem, vt latè per Hip. in d. pract. §. expedita. colum. 14. nu. 85. vt infra dicam, quid enim si essent, puta quatuor, vel quinque indicia sufficientia, & reus est debilis, erit ne pro quolibet indicio ter torquendus? Certè non, & ideo remanet arbitrio iudicis (vt dictum est.) ADDITIO noua. Et dicit Thom. Gram. consi. 65. numero decimo. quòd tortus tribus ictibus cordæ in loco alto dicitur immoderatè tortus. & idem Thom. Grammat. consil. 45. numero 36 cum sequen. dicit, quòd quando indicia essent sufficientia, non debet vltra tertiam vicem torqueri, aliàs dicitur immoderatè tortus, vt ibi per eum. Et dicit Pau. de Cast. consilio 299. visa inquisitione. circa fin. secundo volumine, quòd dicitur immoderatè tortus, si vltra tres vices diuersis temporibus quæstionem repeterent. & sic vltra tres dies separatos non potest torqueri, prout etiam notat hic Sebast. in princip. ibi ternis tormentis. & tenet Marcus Anton. Blanc. in l. fina. numero decimo. ff. de quæstio. Hippo. in sua pract. §. quoniam. colum. 11. numero octauo. Iacob. Nouel. in sua practi. crimi. in capi. an indicia pro reo danda sint, numero 20. car. 58. vbi dicit ita
35 seruari de consuetudine approbata. † Et tale arbitrium iudicis in torquendo non consistit in mera iudicis voluntate, sed debet esse iuri, & æquitati congruum, aliàs si ex capite suo procederet, non valeret, quod ageret, vt tenet Ludoui. Roman. consilio 376. quæstio est, nunquid. colum. penultima. allegat gloss. in l. eas causas. ff. de conditio. & demonstratio. & tenet Bald. in disputatio. sua. Incipiente statuto cauetur, quòd fœnerator, in vltima columna. ar. l. codicillis. §. fina. ff. de legat. secundo. Et propterea dixit Bald. in l. fina. C. de poen. iudic. qui mal. iudi. quòd iudex debet sequi regulas legum, & nō conscientiam suam, quæ legibus aduersatur, eadem opi. tenet Alexand. consilio 218. visis verbis. columna penulti. secundo volumine. vbi multa bona allegat, & Hipp. consilio decimoquinto. Magnifice ac generose, colum. octaua. allegat text. in l. 1. in versic. vt legi non offendatur. ff. de vsur. & in arbitrariis iudex debet ferre suum arbitrium cum cōsilio peritorum. Anton. de Butr. in capit. vt debitus, extra de appella. eandem opinio. tenuit Hippol. consilio octauo. protector in te sperantium. colum. decima. & consilio vigesimo. maturè igitur. colum. 10. in fine. & consilio 42. in causa Ioannis, colum. 1. & consil. 63. in causa inquisitionis. col. fina. 1. volu. & idem Hip. in d. l. quæstionis modum, col. 5. cum seq.
36 ff. de quæst. † Item iudex non debet esse crudelior, & seuerior lege, vt dicit Hip. consil. 52. requisitus nuperrimè, col. 6. in fi. allegat in argu. text. in c. disciplina. 45. distin. & c. sanè. lo ij. in verbo temperate, extra de off. delega. quia quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, vt dicit Bal. in c. Rodulfus. colum. 3. in prin. extra de rescrip. & in c. cum inter. extra de except. quia quantum cantat lex, tantum ego cantabo, vt dicit Bald. in capit. venerabilem. col. penulti. versus
37 fi. extra de electio. ¶ † Debet namque iudex in torquendo temperamentum tenere, vt tormenta non sumantur de aliquo immensa, nec quanta postulauerit accusator, sed prout moderatæ rationis temperamenta desiderant, adeo ut tortus sanus, seu saluus innocentiæ, seu supplitio conseruetur. d. l. de minore. §. tormenta. & l. quæstionis modum. ff. de quæsti. & ibi per Docto. & Gand. in tra. malefi. in rub. de quæsti. & tormen. col. 2. in princ. versi. quintò nota. & versi. qualiter, & Pau. de Cast. consi. 299. visa inquisitione. col. fi. 2. vol. Ioan. And. in d. c. cum in contemplatione. colum. 2. extra de reg. iur. Hipo. in sua pra. § expedita. col. 14. versi. vlterius, Iaco. de Belui. in sua pra. crim. in titu. de quæstio.
38 colum. 12. & 16. ¶ † Vnde quæ dicantur tormenta moderata remittitur arbitrio iudicis, vt dicit Bald. in l. 1. C. quo. app. non recipi. & Bald. in l. 1. colum. 5. C. de confess. & similiter quæ dicantur efrenata, ut ibi per eum. Paris in tra. sind. in verbo tortura. §. de repetitione. in prin. Ioan. And. in c. cum in contemplatione. extra de reg. iur. & Bald. consi. 78. textus colum. 1. 3. volum. & colum. 2. vbi dicit, quòd iudex secundùm qualitatem personarum dicta, & facta pēsare debet, & Tho. Gra. voto 15. nu. 15. Si enim esset senex maior septuaginta annis non torquetur. l. 3. §. ignoscitur ff. ad sille. Iaco. de Belui. in d. sua pra. in cri. in titu. de quæstio. colum. 14. versi. decimò. Io. And. in d. cap. cum in contemplatione. colum. 2. Similiter si esset mulier prægnans non torqueretur. l. prægnantis. ff. de poen. & Ioan. And. vbi supra,

D. Ioan. Anto. de Nigris.

ſupra, & Par.in trac.ſind.in verbo tortura.§.officialis poſuit ad cordam.& Hipp. in ſua pra.§. nunc videndum,colum.penul.in princ.cum ibi allegatis, & Fran. Bru. in tra. de indi.car.6.colum.ſecunda, verſic. item torquetur. Similiter impuberes non torquentur, ſed terreri poſſunt, & habena, vel ferula cedi.l. prima, §. impubes. & l. excipiuntur.ff.ad Sille. niſi in crimine læſæ maieſtatis, & proditionis,vt dicit Ioan.And.in d.c.cum in contemplatione. col.2.& Bal.in l.fi.C. de his quib.vt indig.Ang.in l.1.§.fin. ff.eod.titu.& per Doct.in l.de minore.& in l.ex libero.§.de minore.ff.de quæſti.Hipp. in ſua pra.§.expedita.colum.8. & Iaco.de Belui vbi ſupra col.14.verſi.nono,& propterea iudex qualitatem perſonarum inſpicere debet,multi enim ſunt ita duri,qui tormenta contemnunt, alii ita impatientes,vt facile mentiantur.l.1.§.quæſtioni.ff.de quæſt.Et propterea dicebat Bald.conſi.77.ad euidentiam.col.2. in fi.3. vol.quòd aliter ſunt tormentandi duri carne,aliter molles qui de leui poſſent flatum emittere in tormentis,quod medici etiam cognoſcunt per pulſum,& dicit Par.in tra.ſind. in verbo tortura.§.de repetitione, colum.penul. quòd iudex debet habere conſiderationem robuſtitatis torti, & tolerantiæ tormentorum,vel eius debilitatis, & indiciorum vehementium,& delicti immanitatis,& torturæ,ſi in loco multum alto,vel baſſo ſit data tortura, vt ibi per eum. Ad prædicta adducitur, quia tortura non debet eſſe barbarica,vt dicit Fely.in c.cum non ab homine.in fi.extra. de iudi.& ſi propter torturam immoderatam moritur,iudex debet decapitari,ut ibi per eum,quia nimia ſeuitia aſcribitur culpę.ff.ad leg.aquili.l.ſi quemcunque.§.ſi magiſter,Fran. Bru.in tra.de ind.car.8.verſi.ſeptimo.col.3.cum ſeq.vbi la

39 tè.† Et ex prædictis Iaco.de Belui.in d.ſua pra. cri. in titu. de quæſti.colum.12.in fi.ponit cautelam, vt aduocatus,& conſanguinei,& amici rei torquendi quando verentur,ne immoderatè torqueatur,maximè ſi fuerit debilis, debent ante torturam petere exiberi reum accuſatum, & ipſo exibito fieri facere inſtrumentum de eius debilitate,vel infirmitate,& complexione,ad hoc vt poſſit apparere, quan-

40 tum iuxtum potuerit ſuſtinere tormenta.† Eſt ēt ſciēdum, quòd regulariter tortura non poteſt repeti,ita quòd ſemel tortus non debet iterum torqueri,ut dicit Bald.in l.milites. C.de quæſtio.vbi dicit,quòd iudex ſemel tortum non poteſt amplius torquere,& ſi repeteret tormenta,& tortus decederet,acriter,& pœna capitali puniretur,vt dicit Saly.in l.2.C.de exhi.reis.& Hypp. in ſua prac.§. expedita. colum. antepen.vbi multum exclamat contra crudeles iudices dimittentes reũ pendere in tortura, eandem opi. tenet Bald. conſi.78.incipiente textus in fin.3.volum.& Hip.in l.quęſtionis modum. in fin. ff. de quæſtio. & in l. repeti. colum. 2.eo.titu.& Gandy. in ſuo tra.maleſi.in rub.de quæſtio. &

41 tor.col.4.in fi.verſi.item quæro, pone quòd ſemel.† Amplia dictam concluſionem in tantum procedere,quòd cōfeſſio facta per tormenta,quæ repeti non debuerunt, non valet,vt tenet Hipp.in l.quæſtionis habendę,quæ eſt.l. penul.colum.5.verſi.& ſcias etiam.ff.de quæſt. & Par. in tra, ſindi.in verbo tortura.§.de repetitione,colum. 1. verſic. & ideo reus,vbi dicit,quod confeſſus poſt tormenta repetita,quæ repeti non debuerunt, non poteſt propterea con-

42 demnari,allegat.d.l.quæſtionis.† Confirmantur prædicta, quia confeſſio indebitè torti etiam ſi in ea perſeuerauerit, non valet,vt dicit Bald.conſi.77.ad euidentiam. colum. 1. primo volum.& Alexan.conſi.5.in caſu inquiſitionis. primo volum.& conſi.180.colum.pen.2.volum.quia confeſſio facta metu tormentorum,etiam ſi fuerit ratificata, non valet,vt per Hip. ADDITIO no.cōſi.95.in præſenti cauſa. colu.2.vbi dicit, quod confeſſio torti non præcedentibus legitimis indiciis, vel ſi reus non fuit citatus ad videndum iuramenta teſtium,vel ſi teſtes non fuerunt iurati, non ualet,vt ibi latius per eum,& Pet.Phy.Cor.conſi.134. in cauſa.4.volum.& ibi etiam plus dicit in colum.ſecunda.quòd indicia ſuperuenientia pòſt torturam non iuſtificant confeſſionem factam metu torturæ illicitè illatæ, vt ibi per eum.Et dicit Bald.conſi.479.tres. 5.volum.quòd confeſſio facta in tortura non præcedentibus indicijs non probat, nec tali confeſſioni creditur, & ſi poſt confeſſionem probarentur indicia tamen iudex appellationis non debet ſequi illam confeſſionem, quia illicitè & contra iuris ordinem fuit extorta.l.maritus. & ibi doct. ff. de quæſtio. Et indicia debent præcedere torturam per teſtes legitimè receptos,& examinatos,aliàs non facerent indicium.Et talia indicia ſunt probanda per duos conteſtes non ſingulares, quando ſunt remota,glo.in l.fina.C.fam.erci. Bald.in conſilio præallegato,ſi quis tamen ſponte confiteretur ſine tormentis, & hoc conſtat, tunc ſtatur eius confeſſioni. C. de pæni.l.qui ſententiam,niſi appareant indicia veriſimilia & probabilia, vel de ipſa innocentia appareat. ff. de quæſtio. l.1.§.ſi quis ultro.Et iſto caſu,ſi quis reuocet confeſſionem & coram iudice appellationis detegat innocentiam, debet liberari,ut not.C.de appell.l.creditur. §. iuſſus C.de erro. aduo.l.fin.C.quo.appell.l.2.& ibi Cyn.& Bald.in præallegato conſilio,ſi verò confeſſus dicit fuiſſe confeſſum formidine tormentorum, & iudex, & notarius dicunt contrarium ſcilicet fuiſſe ſponte confeſſum, cui magis crederetur.Bald.in dicto conſilio 479.quinto,volumine ubi concludit,quòd ſi coram iudice appellationes probatur delictum,ſequi debet condemnatio. Sin autem dato termino probatorio vtrique parti non probatur delictum tunc præſumitur confeſſio extorta formidine tormentorum a communiter accidentibus,vt ibi per eum,ut dicit Hippo. conſilio 48.numero 29. quòd confeſſio. in dubio præſumitur facta metu tormentorum. Ad prædicta etiam facit, quia confeſſio facta metu torturæ nullius eſt momenti. Hippol.conſilio 88.numero 18.& conſilio 23. numero 9. Et dicit Pau.de Caſt.conſi.28.viſo quodam.2. volum.colum.2. ꝙ tortus non præcedētibus legitimis indiciis etiam ſi perſeueret in confeſſione non poteſt puniri, nec condemnari. Immo talis confeſſio non valet etiam ſi fuiſſet millies ratificata,vt latè per Hippo.in l.1.col.6.verſi. primò enim. ff.de quæſt.& in l.pen.col.2.verſi.modò redeundo,eo.titu. & in ſua pract.crim.§.ſecunda q.nu.2.Io.de Ana.conſi.17. Anto.Capi.decif.145.nu.3. Tho.Gra.voto 6.nu. 8. Immo confeſſio facta per reum in tortura non pręcedentibus legitimis indiciis, etiam ſi fuiſſet ratificata cum iuramento nō valeret,latè Hippo.in l.quæſtionis. col. 11. cum ſequen. ff. de quęſt.& cōl.18.nu.29.& Tho.Gra.d.voto 6.nu. 9.& Iaco.de Belui.in ſua pra.in rub.de quæſtio col.13.verſic.ſed quid.& Hippo.conſi.8.nu.13.& conſi.12. nu. 39. & conſi. 15.nu.3.& conſi.20 nu.30.& conſi.45.& 46. nu.14. vbi dicit,hoc etiam procedere in crimine læſæ maieſtatis. Et dicit Tho.Gra.conſi.40.nu.15.ꝙ confeſſio per torturam extorta ſi fuit reuocata, licet millies repetita & ratificata nō obeſt, & ideo perſeuerantia debet fieri pluries,& diuerſo tempore, vt ibi per eum.Ad prædicta etiam vide Aug.Ari. in addi.in trac. maleſ.in verbo fama publica,col.2.& Tho. Gram.conſi.15.nu.10.& vide Hippo. conſi. 12. viſa igitur inquiſitione col.5.primo vol.allegat glo.in l.pen.ff.de quęſtio.quam ibi ſequitur Bar.& alii, Ang.in l.1.de conf.Gandi.in trac. maleſi.in rub.de quæſtio.& tormen.col.6. verſi. item pone,ꝙ quidam,Salyc.in l. 2. in vlti.col.C.de cuſto. reo. Alex.conſi.5.in cauſa inquiſitionis.col.1. primo volu. quia confeſſio facta in tormentis legitimis indiciis non præcedentibus non valet,nec nocet confitenti, vt habetur in l.1.§.diuus Seuerus,& ibi per Bar.& docto.ff.de quęſtio. & in l.milites.C.de quæſt.& in l.1.C.de confeſ.& Iaco.de Bel.in ſua prac.crim.in rub.de quæſtio.colum.13.verſi.ſed quid Matth.de Affli.in conſti.ſi damna clandeſtina,col.12. Hippo.conſi.120.in hac cauſa.col.4.& conſi.14.in præſenti cauſa,col.2.& conſi.18.lectis igitur.col.8. & conſi.22.viſis igitur col.2.& conſi.64.plura profecto.col.fi.Par.in tra. ſindi.in verbo tortura.§.an confeſſio torti,& Fran.Brun.in trac.de indi.cart.9.in fi.verſi.ſed ponamus, vbi dicit,ꝙ tortus non præcedentibus indiciis, vel minus legitime tortus confeſſus delictum,etiam ſi in cōfeſſione perſeuerauerit,

non

non valet, nec potest condemnari, etiam si pluries ratificas
set, nisi post torturam fuisset in sua pristina libertate posi-
tus, & postea iterum vocatus sponte fuisset confessus, vt ibi
per eum. Et ponit cautelam aduocati, qui vult infringere
confessionem, vt faciat articulum, ꝙ fuit sine indiciis, &
non legitimè tortus. Et Augu. Ari. addi. ad Ang. in tra. male-
fi. in verbo fama publica, col. 11. pro quo facit: quia data tor
tura impossibile est probare confessionem spontaneam, vt
dicit Hip. consi. 8. in causa magistri. col. 6. & in l. 1. in prin.
ff. de quæstio. Tho. Gra. consi. 21. & consi. 37. cum concor.
43 in dictis locis. † ADDITIO noua. Aduerte tamen pro
limitatione prædictorum, ꝙ ea, quæ supra dicta sunt, ꝙ cõ
fessio extorta per torturam non præcedentibus indiciis nõ
valet, nec nocet confitenti, limitantur non procedere, quã-
do tortura non fuisset magna, sed leuis, & tortus non fuis-
set debilis sed robustus: quia illa leuis tortura non dicitur
tortura. Et per ratificationem postea factam potest con-
demnari, vt dicit Bal. in l. vnica. col. 5. C. de confess. quia
per illam perseuerantiam purgatur illa tortura, & sequitur
Par. in trac. sind. in verbo tortura §. an ex sola confessione,
& Tho. Gra. decisio. 34. nu. 54. & 57. Contrarium tamen te
net Lud. Roma. consi. 167. & August. Ari. in addi. ad Ange.
de malefi. in verbo fama publica, col. 10. cum sequen. ver-
sic. aduertas: & Bar. & ibi Hippo. in l. pen. ff. de quæstio. &
ista opi. est magis vera: quia semper dicitur durare metus
torturæ, donec fuerit in sua libertate positus: vt dicunt do-
cto. vbi supra. Et si aliter diceremus, sequeretur, ꝙ semper
posset incipi a leui tortura non pręcedẽtibus indiciis, quod
non est dicendum, & ideo ista limitatio non est vera. Su-
pradictam autem conclusionem, ꝙ sufficienter tortus non
potest iterum torqueri, limita, nisi superuenerint noua in-
dicia; quia tunc propter noua indicia superuenientia tor-
queri poterit, vt tenent omnes in l. repeti. ff. de quęstio. & l.
vnius. §. 1. eo. tit. & voluit Iaco. de Are. Cy. & Dy. in l. fi. C.
de quæsti. Ray. & Bar. in d. l. vnius. § 1. Bal. consi. 78. textus,
in quo nos 3. vol. Io. And. in c. cum in contemplatione. in
fi. extra de reg. iur. Bal. in l. milites. C. de quæstio. Ang. in l. si
quis in graui. §. siquis moriẽs. ff. ad Sille. Saly. in l. 2. ante fi.
C. de custo. reo. Ang. in tract. malefi. in verbo fama publica
col. 35. versi. tertiò quæro, an tortus, & ibi Aug. Ari. in ad-
di. vbi dicunt, prædicta esse notanda contra crudeles iudi-
ces, qui quotidie torquent, & tormenta imponunt, & de
nouo alia indicia non habent: quia tenentur in sindicatu,
& dicit Cyn. in dicta l. fina. C. de quæstio. quem sequitur
August. Ari. vbi supra, quòd assessores, qui repetunt tor-
menta sine nouis indiciis, vel sine nouis argumentis, non
habent nec Deum, nec leges præ oculis, & Gandi. in trac.
malefi. in rubri. de quæstio. & torment. colum. prima in fi-
ne & colum. 4. in fine versiculo item quæro, licet assessores
malè seruent, ut ibi per eum, Matthe. de Afflic. in consti. si
damna clandestina. colum. 16. in 11. nota. Paris in tracta.
sind. in verbo tortura. § an si officialis colum. 2. & §. de re-
petitione colum. 1. & 2. Iaco. de Bel. in sua pra. cri. in titu.
de quæstio. colum. 20. Hip. consi. 14. in præsenti causa, col.
6. in sua pra. cri. §. quoniam. col. 2. & in l. repeti. colum. 2. ff.
de quæsti. Tho. Gram. consi. 21. in causa Magnifici. & con-
si. 64. in causa honorabilium, cum concor. in dictis locis,
& Fran. Bru. in tra. de indi. c. 10. versi. sed ponamus ꝙ tor-
44 tus. † Et quando dicitur sufficienter tortus, dicas, quòd est
in arbitrio iudicis considerata qualitate personæ ipsius tor
ti, & consideratis indiciis præhabitis, & aliis, vt supra pro-
ximè dictum est, & Matt. de Affli. in d. consti. si damna, col.
16 circa fi. Et quæ sit ratio, quòd confessus in tormentis si
reuocat confessionem iterum torquetur, uide per Matth.
in d. consti. si damna, colum. 18. & Bald. in l. bone fidei. C.
45 de iureiur. † Et aduerte, quòd ad hoc ut tortura possit repe
ti, duo concurrere debent, quòd supersint noua indicia, &
quod tortus in fortitudine corporis, & animi durauerit, ut
tenet Gand. in suo tra. in d. rub. de quæstio. & tor. colum. 1.
in fin. & Iac. de Belui. in d. sua pract. cri. in titu. de quæsti.
46 colum. 20. per tex. in l. vnius. §. 1. ff. de quæst. † Et quando re
petitur tortura, indicia debent esse diuersi generis a primis
vt dicit Hip. in sua pra. §. quoniam. colum. 3. & Paris in d.
verbo tortura §. de repetitione, colum. 1. Et quando est re
petenda tortura, indicia noua debent esse euidentiora, &
clariora primis, & magis approquinquãtia ad maleficium.
ff. de quæsti. l. unius. §. reus, & ibi Dy. & Bald. not. in consi.
78. textus, in quo nos. colum. 2. versi. nam lex. 3. vol. exem-
plum ponit ibi in materia incendii, si probaretur, quòd il-
la nocte, qua fuit factum incendium, fuit uisus prope lo-
cum cum igne, scopis, paleis, & similibus aptis ad combu-
rendum, ut ibi per eum vel si reus dixit nullum cum eo
ea nocte iacuisse, vel nullum iacuisse illa domo, ubi ma-
leficium fuit commissum, & contrarium probatur per
testes, vt dicit Gandin. in dicta rubric. de quęstio. & tor-
men. col. 4. in fi. & Iaco de Bel. ubi supra colum. 20. Ioan.
Andr. in d. c. cum in contemplatione. col. fin. & Paris d. ver
bo tortura. §. de repetitione. col. 1. Verùm si reus torquen-
dus esset in eodem genere delicti famosus, ex quo debet in-
spici præcedens vitæ decus, vel infamia, tunc non ita eui-
dentiora indicia noua sufficerent, vt per Bal. in d. suo con-
si. & ad prædicta vide Fran. Bru. in tra. de indi. car. 10. versi.
47 sed ponamus, ꝙ tortus. † Limita secundò dictam conclu-
sionem non procedere, quando reus non fuisset sufficien-
ter, sed leuiter tortus: quia tunc posset repeti tortura; vt latè
per Pari. in trac. sindi. in verbo tortura. §. de repetitione. cũ
concor. ibi. Et propterea dicit ibi, ꝙ assessores, qui dicun-
tur carnifices iustitiæ, faciunt in actis scribere, ꝙ non fuit
sufficienter tortus, sed fuit dissligatus, & suprasessum in tor-
tora cum reseruatione iterum torquendi, & ita faciunt in
48 actis scribere, & interloqui, vt ibi per eum. ¶ † Confirman
tur prædicta: quia leuis tortura non dicitur tortura; quia le
uis territio nõ pertinet ad hoc edictum l. item apud. §. quæ-
stionem. ff. de iureiur. & leuis febricula nõ dicitur febris l.
ob quæ vitia. de ędil. edi. ita tenet Io. And. in c. cum in con-
templatione, col. 1. ext. de reg. iur. & Bal. in l. 2. C. quo. app.
non recipi. Par. in tra. sindi. in verbo tortura. §. sequitur mo
do, col. 2. circa prin. Hippo. consi. 18. in hac causa, col. 3. &
consi. 103. in præsenti casu, col. 4. 2. vol. & in l. repeti. col. 2.
versi. si verò. ff. de quæstio. & in sua pract. §. quoniam, col.
2. Tho. Gram. consi. 40. Ad prędicta facit; quia leuis terror
derisorius est l. hæc autem. in princ. ff. si cui plusquam per
leg. fal. & quòd leuiter tortus non habetur pro torto, tenet
etiam Fran. Bru. in tra. de indi. car. 11. col. 1. Tormẽtum. n.
dicitur dolor corporis, & magna afflictio, vt per Io. Andr.
49 vbi supra. † Et dicit Bald. consi. 77. ad euidentiam, in fin. 3.
vol. ꝙ triplex est tortura. Leuior, vt quando impubes feru-
la ceditur, vt dicit glos. in l. fin. C. de his quibus vt indig. &
ad Sillen. Grauior, quando corpus affligitur & læditur.
Grauissima, quando esset iustum non fieri talem torturam
sine consilio, & astutia Medicorum, ne inde mortiferum
sequatur in ipsis tormentis, vt ibi per eum. Sed primum
exemplum positum per Bald. non puto verum: quia quan-
do impuberes ferula ceduntur, non dicitur tortura, sed ter
ritio, vt colligitur ex dictis Ioan. And. in d. c. cum in con-
templatione. col. 2. versic. & licet prædixerim, & Pari. in d.
verbo tortura. §. de repetitione. col. fin. vbi dicit, ꝙ capere
per capillos, vel per aures, & dare caput ad columnam, di
ceudo confitearis ribalde, dicitur leuis territio, & non tor
mentum, immo in hoc primo exemplo melius dixi Paris
in d. verbo tortura. §. de repetitione, colum. 3. vbi dixit, ꝙ
parum alciatus non dicitur integrè tortus. immo plus di-
xit ibi, quòd tres ictus cordæ leuis, dicitur leuis tortura, vt
ibi per eum. Ego verò dicerem, quòd parum alciatus, & le-
uiter descensus absque ictu, dicitur leuis tortura, dummo
do non multum teneatur appensus in corda, & in hoc ẽt
esset cousideranda qualitas personæ: si enim esset robu-
stus, & fortis tres ictus cordæ leuis, diceretur leuis tortura:
si verò esset debilis, & delicatus aliter diceretur, & ideo iu
50 dex inspectis omnibus poterit arbitrari. † Et redeundo ad
nota. Sebast. hic dico, ꝙ tortura non potest repeti vltra tres
vices diuersis temporibus, & si non confitetur, seu non ra-
tifi-

tificat confessionem, habentur indicia pro purgatis, ita tenet Pau. de Cast. consi. 299. visa inquisitione, in fi. secundo volu. Hippo. in sua prac. crim. §. quoniam, col. 2. num. 8. & in l. repeti. col. 5. ff. de quaestio. Tho. Gram. consi. 21. in causa Magnifici, num. 17. & in voto 6. in causa Excellentis. nume. 17. & ita potest procedere, quod dicit Seb. hic, & si vltra tres vices torqueretur, diceretur tortura immoderata, vt ibi per eos. Confirmantur praedicta: quia tortura debilitat indicia, & probationes contra reum, Hippo consi. 64. colum. 1. 1. vol. Tho. Gra. in consi. 64. in causa honorabilium. col. 5. & voto 3. in causa Cosmi. cum concor. in d. locis.

51 ¶ † Et superius dicta faciunt ad quaestionem, quòd quando aliquis torquetur contra aliquem, cui non creditur sine tormentis, puta quia vilis, cui sine tormentis non creditur. 2. q. j. c. in primis in fin. 4. q. 3. c. si ea. & l. ob carmen. §. si ea. ff. de testi. & in auth. de testi. §. 1. & §. si verò ignoti. & Ioan. And. in d. cap. cum in contemplatione. col. 2. de reg. iur. de quo latius per Bart. in l. ex libero. ff. de quaestio. & ibi per alios, & Par. in trac. sindi. in verbo tortura. §. an stetur dicto torti col. 11. & Cepol. consi. 60. super primo nu. 7. & 11. & Augu. Ari. in addi. ad Ang. in trac. malefi. in verbo fama publica. col. 3. 4. in q. nunc videamus, in prima addi. ibi posita in fin. vel quia est socius criminis, quo casu etiam in criminibus exceptis non creditur sine tormentis, vt tenuit Rapha. Fulg. consi. 173. in causa inquisitionis. col. 1. & Hip. in sua prac. §. diligenter. col. 13. in princ. versi. item teneas. & Tho. Gram. consi. 61. in causa egregii notarii, & docto. in l. fi. C. de accu. Nam in istis casibus, & similibus, si fuit leuiter tortus, non dicitur tortus, & peti potest, vt sufficienter torqueatur, aliàs ei non creditur: cum habeatur pro non torto, per superius dicta, & si reperitur mortuus, ex quo habetur, ac si eius depositio esset facta sine tormentis, ei non crederetur per praedicta, & etiam quando factum illegitimè habetur pro non facto, Specu. in titu. de actore, col. 14. versic. quid si filiusfa. egit. & factum contra dispositionem legis habetur pro non facto l. inbemus. 1. & ibi Bart. C. de sacrosan. eccle. l. non dubium, & ibi doct. C. de leg. faciũt, quae dicit Cardi. in clem. 1. §. 1. in 12. quaestione, extra de regu. vbi dicit, quòd factum contra prohibitionem legis non valet. Item ex quo adhuc erat iterum subiiciendus torturae: quia non fuerat sufficienter tortus, non dicitur factum, dum aliquid superest agendum l. penul. & ibi Bald. C. de his quibus vt indig. & ad Sille. & sic perinde habetur, ac si deposuisset sine tortura, & eius dicto non crederetur. Confirmantur praedicta: quia paria sunt, non esse, vel minus solemniter esse, & non fieri, vel minus solemniter fieri l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. cum concor. ibi per Alex. Ias. & alios. Et paria sunt aliquid non fieri, & alio modo fieri, quam fieri debeat l. 1. §. quid si nemo, cum concor. in glo. fin. ff. quod quisque iur. & non sufficit aliquid impleri nisi iam modo, & forma perfecta impleatur c. Pisanis. extra. de resti. spolia. Igitur non sufficit, leuiter fuisse tortum, nisi fuisset sufficienter tortus, & consequenter non probat. ¶ In

52 quaestione quam tangit Seb. hic † An socius possit de sociis interrogari etiam in criminibus exceptis, si aliqua praesumptio non praecedat contra eum, contra quem interrogari debet. Breuiter conclude, ꝙ vera & communis est conclusio, quòd debet praecedere aliqua praesumptio, vt tenet glo. in l. fi. & ibi Bar. & Saly. col. fin. C. de accu. And. de Iser. in consti. si damna clandestina. col. 5. & ibi Matth. de Affli. col. 14. glo. in l. fina. ff. ad exhi. glo. in l. prius. ff. ad Sille. Gandi. in trac. malefi. in rub. de quaestio. & tort. colum. 4. circa medium. versic. hoc tamen fallit, Par. in trac. sind. in verbo tortura. §. an stetur dicto torti, in prin. & in eo. verbo. §. an confessio sociorum. col. i. in princ. versic. si tamen, Abb. in c. 1. col. 1. extra de confess. & ibi per Hosti. & alios. Thom. Gram. consil. 21. in causa Magnifici, num. 6. pro ista opi. al-

53 legant text. in l. 1. C. de quaestio. ¶ † Quinimo si inquisitus sponte sua alium nominat in consocium absque interrogatione eius, nominatio redditur suspecta, vt concludit Fran. Brun. in trac. de indi. car. 3. col. 3. versi. qualis autem, Thom. Gram. in d. consi. 21. nume. 5. cum sequen. pro quo facit, quod dicit Gandi. in tra. malef. in loco supra allegato colum. 4. versic. non regulariter. ibi, vel sine interrogatione. Sed aduerte, quòd licet sit aliqualiter suspectus; tamen facit aliqualem praesumptionem, vt dicit Abb. in d. ca. 1. col.

54 fin. extra de confess. † Et quando quis interrogatur de sociis non debet in specie interrogari, puta si Titius commisit delictum, sed generaliter, puta si aliquis fuit cum eo ad cõmittendum maleficiũ, aliàs diceretur potius sugestio, vt dicit glo. in d. l. prius, & Pau. de Cast. consil. 284. viso quodã 2. vol. col. 2. Intellige nisi essent indicia contra certam personam: quia tunc posset in specie de eo interrogari, vt tenet Saly. in d. l. fin. col. fina. C. de accu. & Fran. Brun. in trac. de indi. in 3. carta, col. 3. per l. 1. §. qui quęstionem. ff. de quęstio. & Cyn. in d. l. fin. C. de accu. ¶ ADDITIO noua. An in crimine sodomiae patiens faciat indicium, si confitetur delictum cum alio commisisse, vide Laur. Cal. consilio 109. vbi videtur tenere, quòd cum aliis indiciis & adminiculis credatur, sed aduerte: quia dictum Laur. non est verũ; & contrarium tenet Tho. Gram. decisio. 40. colum. 4. vbi ꝙ non creditur puero asserenti ab alio stupratum, & tan-

55 gam infra eo. c. ¶ † Quaerit hic Sebast. An confessio socii in criminalibus faciat indicium ad torturam, quaestio est quotidiana, & magnae importantiae, & Doctores aliquantulum variant: sed procedendo per communes conclusiones dicas, quòd regulariter confessio socii criminis non facit indicium ad torturam: quia socius criminis non admittitur in testem nec pro, nec contra socios l. quoniam liberi, & ibi docto. C. de testi. d. l. fin. C. de accu. c. veniens & ibi glo. extra de testi. c. 1. & ibi per cano. extra de confess. Spe. in titu. de teste. §. 1. versi. item ꝙ est socius criminis, & versi. sequen. Bar. in l. 1. §. si seruus, & in l. repeti. §. 1. ff. de quaestio. Bald. in l. non ideo minus. col. pen. C. de accu. Ange. in l. ea quidem. colum. 8. eo. tit. Ias. in l. 1. §. si tibi. ff. de condi. ob turp. caus. Pau. de Cast. consi. 284. viso quodam. col. 12. secundo volu. Hippo. in sua prac. crimin. §. diligenter. col. 52. versi. vlterius quaero, vbi dicit, ꝙ regulariter socius criminis non facit indicium ad torturam cõtra socium eiusdem criminis l. 1. §. Diuus Antoninus, & ibi do. ff. de quaestio. Hippo. consi. 2. oportuna animaduersione. col. 4. in fi. & consi. 12. visa igitur. col. pen. circa fin. & consi. 15. magnifice ac generose, col. 2. & consi. 22. visis igitur. col. 2. & consil. 28. in causa inquisitionis. colum. pen. & consi. 78. lecta & oportunè. col. 4. & consi. 109 audito & intellecto. col. 2. in princ. & consi. 13. viso, & considerato. col. 6. cum concord. & August. Ari. in addi. ad opus malefi. in verbo fama publica, col. 9. in q. an participes criminis, vbi dicit, quòd etiam si persona nominata a socio sit malae conditionis, & famae, per dictum socii non poterit subiici quaestionibus, & tormentis, nisi in criminibus exceptis, vt ibi per eum, & Tho. Gram. consi. 21. & Deci. consi. 185. letatus sum. col. 4. cum seq. & consi. 234. in effectu. 2. vol. ADDITIO no. Aduerte tamen, quòd dictum socii facit indicium ad inquirendum, ita ꝙ ex depositione potest formari inquisitio, vt dicit Vinc. de Palio. consi. incipiente, visa inquisitione. col. fi. posito inter consi. Alex. consi. 125. 4. vol. & sic est vna

56 fallentia ad dictam regulam. ¶ † Fallit dicta regula, quando essemus in casibus exceptis, in quibus socius potest de sociis interrogari: quia tunc confessio socii faceret indiciũ ad torturam, vt tenet glo. Pet. & Cyn. in d. l. fin. C. de accus. Anto. de Butr. in d. c. 1. de confess. Pau. de Leaz. in c. grauis. extra de depo. Gandi. in trac. malefi. in rubr. de quaestio. & tor. col. 4. Hippo. in l. 1. §. diuus. col. 2. ff. de quaestio. & in sua prac. crimi. §. diligenter col. 12. Par. in trac. sind. in verbo tortura. §. an stetur. colum. 1. & col. 9. & Seba. de Neap. hic. Intellige praedicta, nisi ille socius aliàs esset inhabilis. vel infamis ex alia causa: quia tunc etiam in criminibus exceptis ei non crederetur vt tenet Hippo. consi. 74. in causa Hyeronimi col. 4. primo vo. & Thom. Gram. voto 24. in causa Nicolai, nu. 9. & consi. 35. nume. 27. & 34. & consil.

56 primo. post decisio, nu. 61. cum sequen. ¶ † Quae autem sint

sint ista crimina exceptuata, in quibus socius interrogatur
de sociis,ponit glo.in d.l.fina.C.de accu.Gandi. in d.rubr.
de quæstio.& tor.col.4.Abb.in d.c.1.col.1.extra de confes.
ADDITIO noua.Saly.in l.quoniam liberi. C.de testi.
vbi vide illos casus,& eundeum in l.fi.C. de accu.col.2.in
fi.cum sequen.& ibi ponit,quòd latrones, qui stratas agre-
diuntur publicas, possunt interrogari de sociis,& similiter
transfuga interrogatur de sociis,& in causa lenocinii, fal-
sæ monetæ in crimine læsæ Maiestatis, sacrilegii,conspira-
tionis,& coniurationis. Item in crimine maleficæ artis de
maleficis, & mathematicis, hæresis, & latius vide per Sa-
ly.vbi supra.Hippo.in d.l.repeti.col. pen.ff. de quæstio. &
inter alios ponitur etiam crimen læsæ Maiestatis, & hære-
sis,vt per Hippo.consi.primo,col.5.cum sequen.& d.con-
si.109.Item crimen falsæ monetæ.vt per Ias.in d.l.1.§.si ti-
bi.ff.de condi. ob turp. cau. Item crimen assassinii, vt per
Alb.in d.l.fi.& Par.in d.trac. fin. in verbo tortura.§.an ste-
57 tur dicto socii,col.9.& ibi etiam enumerat alios casus.† Su
pradictam autem fallentiam,quòd socius criminis facit in
dicium ad torturam in criminibus exceptis, intellige pro-
cedere, si cum dicto socii concurrerent alia adminicula
contra socium nominatum,aliàs non faceret indicium ad
torturam. Ratio: quia non faceret semiplenam probatio-
nem: quia socius criminis non dicitur omni exceptione
maior, & consequenter nō faceret indicium ad torturam,
ita in specie tenet Alb.de Ros.& Saly.in d.l.fin.colum. fin.
C.de accu.Imo.in c.1.extra de confess.Gandi.in d.trac.ma
lefi.sub rubri.de quæstio.& tor.co.4.versi. nam regulariter
ibi,hoc tamen fallit Par.in trac. sindi.in verbo tortura.§.an
stetur.col. 1.& Alex.consil.89.viso themate,col.2. 3.vol.&
consi.126.quoniam abunde.col.2.in fi.versi.præterea 4.vo
lu.Augu.Ari.in addi. ad opus malefi. in verbo fama publi-
ca,col.9.in ista quæstione quæro, an particeps criminis,in
addi.ibi posita,allegat etiam ita tenere Guid.de Suza.vt ibi
per eum.Fran.Bru.in trac.de indi.in tertia carta,col.3.An-
ge.in l.fi.C.de accu.bene facit text. in l.si filium, ibi glo.&
Bald.C.de lib.cau.& quæ dicit Barto.in l.1.§.si seruus,& §.
cum quis.ff.de quæstio.eandem opi.tenuit Matth. de Affli.
in consti.si damna clandestina,col.14.Hippo.in l.1. §. Di-
uus Antonius.ff.de quæstio.& in sua pract.crimi.§.diligen
ter.col.12.& consi.12.visa igitur.col. pen. in fin. & consil.
15.Magnifice ac generose col.2.& consi.28.in causa inqui
sitionis col.penul.& consi. 78. lecta & oportune, col. 4.&
Tho.Gram. decisio. 28.nume.13. cum sequen.& decisio.
56. col.2. cum seq. & ita communiter tenent docto.vt di-
cit Thom.Gram. in d. voto 6. in prin.& ibi dicit,ꝙ vnum
ex adminiculis erit, si talis habeat conuersationem cum
nominato,vt ibi per eum. ADDITIO noua. Et idem
Tho.consi.35.nu.16.& consi.38.numero primo,& secun-
do.Et nota vnum pulchrum dictum Thom.Gram.in d.de
cisio.28.nume.18.vbi dicit,quòd indicium resultans ex di-
cto socii criminis in casibus exceptuatis eliditur per bonā
famam,allegat Alex.consi.89.viso themate.col.2.3. vol.&
consil.172.visa facti narratione,Decium consi.17.in causa
falsitatis,& consi.189.lętatus sum,num.9.& Bertran.cons.
58 259.1.vol.& consi.268.3.vol.cum aliis concor. ¶† Secun
dò intellige dictam fallentiam procedere, quando socius
in tortura deponeret contra socium;tunc faceret indiciū,
aliàs secus,ita tenet Rapha.Fulg.consi.175.in causa inqui-
sitionis,col.1.ante fin. & ibi alleget notabiles rationes, re-
fert & sequitur Hipp.in d.prac. crimi.§. diligenter. col.13.
in princ.versi.Item teneas etiam menti.& consi.109.audi-
to & intellecto,colum.2.& consi.130. viso & considerato,
col.6.& consi.22.visa igitur.col.penul.& consi. 78. lecta &
oportunè colum.4.Thom. Gram. dicto consi. 21.in causa
magnifici.colum.1.vbi multos alios allegat,& consi.61.in
59 causa egregii notarii. ¶† Tertiò intellige dictam fallen-
tiam procedere,quando confessio socii esset facta cum iu-
ramento,aliàs sine iuramento non valeret,nec faceret indi
cium ad torturam,vt latè concludit Hippo.in d.§.diligen-
60 ter.col.13.versi. aliud etiam. ¶† Quartò intellige dictam
fallentiam procedere, vt credatur socio criminis,& quòd
faciat indicium &c. quid vltra alia adminicula, & conie-
ctura, requiritur,vt vel ex numero testium, vel ex qualita-
te deponentium,vel ex persona eorum,contra quos depo-
nitur,verisimile sit eum non mentiri:vt tenet Fran.de Are.
in c.cum P.Manconella,col.5. extra de accus. allegat text.
in c.in fidei.§.fin.extra de hære.in 6.sequitur Hippo. consi.
74.in causa Hieronymi,co.3.in prin.vers.præterea,vbi pro
hoc multa adducit,& in d.prac.§.diligenter.col.12. in fine
61 versi. & hic adde. ¶† Quintò intellige dictam fallentiam
procedere, si pars fuit citata ad videndum iuramenta te-
stium,aliàs si socius esset examinatus parte non citata,eius
depositio non valeret,nec faceret indicium l. si quando.C.
de testi.c.in nomine Domini,extra de testi.& vtrobique do
cto.bene faciunt dicta per Barto.in l.fin.ff.de quęstio.& ibi
per alios, vbi dicit, ꝙ testes examinati in generali inquisi-
tione,ex quo sunt examinati parte non citata, non faciunt
etiam indicium contra diffamatum,& sequitur Fran. Bru.
in trac.de indi.in prima carta,col.3. & Ang. in trac. malefi.
in verbo fama publica col.4.cum sequen.Matth.de Afflic.
in consti.humanitate nobis,col.6.vers.item quæro,& Cor.
consi.58.primo vol. & Hippo. in sua pra.§.nunc videndū,
62 nume. 48. cum sequen. ¶† Sextò intellige dictam fallen-
tiam procedere.s.vt confessio socii in exceptuatis faciat in
dicium ad torturam, tunc demum procedere, quando so-
cius,qui deponit in tortura contra socium,examinatur da-
tis capitulis,& sic facta litis contestatione cum illo,contra
quem deponit, adeo quòd non sufficeret solùm confessio
socii in tormentis,vt contra nominatum possit procedi ad
torturam:quia tali casu reperietur testis examinatus ante li
tem contestatam, quod fieri non debet maximè in crimi-
nalibus,in quibus strictè debet procedi,& strictissimæ pro
bationes requiruntur,vt tenet Goff.Innoc.Hostien.Abb.&
Maria.Soci.in c.quoniam frequenter.in princ. colum.5.in
prin.extra ut lit.non contest.& testis examinatus, qui exa-
minari non debuit ratione ordinis: quia lite non contesta-
ta,talis testis non facit indicium,ita nota.tenet Abb.in c.1.
col.2.in fin.cum sequen. extra de confess. esset enim ordo
præposterus ante examinare testes,& postea dare capitula
nominato inquisito,per ea quæ dicit Bald. in l. præposteri.
C.de testam. & in auchen.si quis,in prin.C. de testi. & talis
præposteratio viciat actum l.prolatam.C.de sen. & Thom.
Gram.decisio.65.col.penul. nu. 82. & tales testes non fue-
runt examinati sub tale indicii, & sic non releuant, & dicit
Cor.consi.34.circa.col.2.versi.restat.2.vol. & faciunt, quæ
dicit Hippo.in sua prac.§.nunc videndum.nume. 28. cum
sequen.& faciunt dicta per Barto.in l.1.§ prius.ff.de vul.&
pupil.& talis ordo,vt prius pręcedat litis contestatio,est ne
cessitatis d.l.prolatam,& etiam est magni præiudicii,& sic
talis præposteratio uiciat,& dicit Bal.in l. vt debitum.in fi.
C.de hære.actio.quòd præpostera confessio nō valet,adeo
vt inordinatè factum non roboretur.ADDITIO no.Et
dicit Alex.consi.71.in causa & lite. circa prin. 7. vol.quòd
testes recepti lite non contestata dicuntur nulliter recepti,
& sic non probant,allegat d.auchen.si quis cum aliquid,cū
glo.C.de testi.l.cauent.cum glo.ff.de testi.c.1.& per totum
extra vt lit.non contest.Hippo.consi. 126. Immo etiam est
dubium, an iudex in criminalibus possit citare principa-
lem ad informandum,quum procedatur ad querelam,ne
videatur instruere aduersarium, de quo vide per Abb.in c.
qualiter & quando il 2.col.antepe.num.17.extra de accu.
& ideo cautus debet esse iudex,vt supersedeat in tradendo
ad mortem illum confessum de se, & sociis, donec fuerit
repetitus contra alium nominatum, per ea quæ dicit Saly.
in l.fin.col.2.circa medium.C. de accus. Sed prædictis ob-
stare videtur c. Regina Isabella Dei gratia &c.vbi dicitur,
quòd non obstante quacunque nullitate processus, dum-
do personas litigantium, aut iurisdictionem, aut iudicem
non concernat,dummodo de veritate appareat, decidi, &
diffiniri possit,vt ibi latius habetur. Sed respondeo, quòd
illud cap.est speciale, & solùm loquitur, & habet locum
in

in Magna Curia Vicariæ, vt patet ex lectura d.cap.nec mirum: quia Magna Curia Vicariæ habet præeminentiam, de qua.in c.regni, si cum sceleratis, nume.272. & propterea alii inferiores iudices non possunt in eo se fundare, & etiam dictũ cap. Isabellæ de facto non obseruatur: quia in criminalibus proceditur ordinariè, & dantur capitula, & facta responsione super capitulis datur terminus ad probandum, & citantur, & repetuntur testes, vt latius per Matth. de Affl.in d const.si damna clandestina. col.10.in fi.in nono nota.
63 ¶ † Quæro, nunquid iudex possit formare inquisitionem contra nominatum a socio solùm vigore depositionis illius socii? In ista quæstione sunt diuersæ opi.& Rapha.Fulg.consi.136.in causa criminationis. in vlti.col.versi.nouissimè verò, & consi.107.super eo.col.3. tenet, quòd ad dictum socii non possit formari inquisitio, & eum refert, & sequitur Decius consi.189.lætatus sum. col.4.versi. nec etiam, primo volu.& consi.175.colum.2. eod. volu.& consi.134.in effectu, col.1.in fi.cum sequen.2.vol.eandem opin.refert, & sequitur Hippo.in sua prac.§.diligenter.col. 14.in fin.versi.Item scias, & consi.78. lecta, col.4. in fin.& Lud.Goza.consi 2. in causa proposita. col.4. cum concor. in d.locis, quia confessio socii non probat delictum, vt ex eo possit quis condemnari, vt per Decium d.consi. 189.colum.5.& per alios vbi supra. Contrariam opi. quòd immo dictum socii est sufficiens ad inquirendum, tenuit Saly.in l.ea quidem.§.quia propter.col.2.in fin.C. de accu. allegat l.1.§.siquis vltro.ff.de quæstio. quod dicit esse menti tenendum, & tenet Ang.Old.& Bal.in l.& si certus.ff.ad Sille.Saly.in l.fin.colum.fin.C.de accu. Gemi.in c. clericos, extra de senten.excom.in sexto, quem sequitur ibi Capra.Franc. Brun.in trac.de indi.car.3.colum.3. in fin. ubi dicit, quòd dictum socii facit indicium ad inquirendum, non autem ad puniendum, & Matth.de Afflic.in consti si damna clandestina.colum.14.circa medium.& Thom. Gram.d.consi. 21.nume.8.& ista opi.videtur magis communis. Sed in regno est dicendum, quòd si est delictum, pro quo veniat imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abscissio, iuxta ca. regni vt delatas, tũc possit procedi, aliàs non. Et per istud cap. est interdictum iuncto c.constitutionem.nume.148 quòd si tres latrones deponunt separatim, ita quòd vnus nesciat depositionem alterius, quòd alius cum eo fuit in latrocinio, valet eorum testimonium nedũ ad torturam, sed etiam ad condemnationem contra hominem leuis, & infamatæ vitæ; quia tantam fidem facit quantum testimonium duorum proborum virorum, sed contra hominem bonæ famæ solùm faciunt indicium ad inquirendum.d. c. constitutionem bonæ memoriæ, & refert Matth.de Affli.in d.constitu.si damna clandestina.col. 15.in prin.& Paris in trac.findi. in uerbo tortura. §. an stetur dicto torti.colum.2.in prin.& hoc verum, quando sunt concordes in circumstantiis, vt dicit Thom.Gram.decisio. 66.colum.2.& ibi etiam, an dicto vnius socii credatur, & an alia concurrere debeant.
64 ¶ † Quæro, an mandatarius, deponens contra mandantem faciat indicium ad torturam? Paris in trac.find.in verbo tortura.§. dicitur communiter, in fin.tangit istam quæstionem, & nihil decidit, Hippo.in sua prac.crim.§.diligenter.colum.8.versic.quæro igitur indistinctè, per multas rationes concludit, quòd dictũ mandatarii non facit indicium ad torturam, vt ibi per eũ: quia mandatarius est solus, & vnicus testis, quo casu si alia adminicula non concurrunt, non facit indicium, & maximè quia non deponit de maleficio consumato, sed de remotis, quo casu ad probandum indicium duo testes requiruntur, vt per glo.in l.fin.quam omnes sequuntur.C.fa.mi.erci.& posset sequi inconueniens, quòd quilibet ribaldus posset dicere, quòd talis mihi mandauit, vt committerem homicidium, & ego facere nolui, & ex hoc forte innocens poneretur ad torturam, quod esset inconueniens, maximè cum non possit apparere de veritate, si acceptauit mandatum nec ne, ex quo solus cum solo fuerat, vt latius per Hippo. vbi supra. Nec obstant dicta per Alex. in consi. 88.quoniam omne, col.penul.5. volu. quia ibi loquitur in ciuilibus, non autem in criminalibus, in quibus de maiori præiudicio tractatur, vt ibi per eum. Sed Bald. in consilio 429. an mandatarius 3. volu. distinguit, quòd quandoque mandatarius criminis examinatur, & interrogatur a iudice quò ad instructionem, & informationem ipsius iudicis, vt instruatur de facto, & fieri potest, quandoque inducitur vt testis ad probandum mandatum, & tunc si acceptauit mãdatum, non est idoneus testis: quia est socius criminis, cui regulariter non creditur l.fin.C.de accus.l.quoniam liberi. C.de testi.l.si filium.C.de lib.cau.& docto.in dictis locis, & supra dictum est, si verò non acceptauit mandatum, sed dicit se fuisse tentatum & requisitum, si volebat committere maleficium, & ipse hoc facere noluit, nec acceptauit, nec voluit consentire, & tunc quia non dicitur criminosus, ex quo delictum committere noluit, sed potius dicitur integerrimus testis tentatus, & tunc facit indicium ad torturã l.si quis, iuncta glo.in verbo conuictus.C.ad leg.Iul. maie. quia ex quo isto casu deponit de ipso mandato principaliter, vnus testis sufficit l.siquis seruo. C. de fur. vt per Bald. in d.consi.& quòd vnus testis sufficiat ad probandum mãdatum, concurrentibus maximè aliis adminiculis, tenet Par.in trac.findi.§.dicitur communiter.colum.fin.& cum opi.Bald.tenet Firma.in suo repert.in verbo mandatarius, colum.fin.versi.31.& cum ista opi.transit Hippo.in l.1.§ diuus.col.3.ff.de quæstio. & Thom. Gram. consi.2. in causa Regii Fisci.circa princ.& Hippo.consi 22. visis igitur.col. fin. pro ista parte adducitur: quia creditur testi deponenti de mandato, & commissione sibi facta, vt tenet Alex.in d. consilio 88.colum.penul.5.vol.Et procedunt prædicta, maximè si cum dicto istius mandatarii, seu rectius loquendo cum dicto istius tentati, & requisiti concurrant aliquæ verisimilitudines, & adminicula: vt quia mandans erat inimicus capitalis illius, quem occidi mãdauerat, vel fuberat aliqua iusta causa odii, ex quo verisimiliter fuerat motus ad mandandum ipsum occidi, vel si commisso delicto mandatarium receptauit, vel si mandatarius erat eius familiaris, vel si statim post mandatum, sequutum est homicidiũ, vt omnia ista ponuntur per Pari.in d.tra. find.in verbo tortura.§.dicitur communiter.col.2.& istud etiam tenet Bal. in d.consi.429. ibi dum dicit, præsertim si alia adminicula interuenerint, vt fuga &c. Debet etiam iudex considerare qualitatem tentati, seu mandatarii, arg.tex.in l.3.§.1. ibi, tu magis scire potes, quanta fides testibus sit adhibenda &c. ff.de testi. Et est aduertendum, quòd quando mandatarius acceptasset mandatum, non crederetur ei sine tormentis, cum esset socius criminis, per ea quæ supra dicta sunt in socio criminis, quæ hic non repeto. Si verò non acceptasset mandatum, quod probatur ex eo: quia non fuit sequutum delictum, nec deuentum ad actum proximum, arg.l.siquis, vxori.§.neque verbo, & §.siquis.ff. de furt. aliàs acceptasset
65 mandatum.† Et quando mandatum non habuit effectum: quia mandatarius noluit acceptare, tunc etiam si per alios fuisset occisus, non est in consideratione aliqua, & mandãs non teneretur, vt tenet Bald.in c. 1. §. iniuria. de pace iur. fir.& faciunt, quæ dicit Bar.Cepol.cau.89. vidimus quam plures, & Thom.Gram.voto 6.numero 29. nec etiam imputatur mandanti, quod tentauerat ipsum occidi facere, vt
66 ibi per eum.† Et quia regulariter non punitur affectus, nisi sequatur effectus l.1.§.hæc verba.& ibi Alex.& Ias.ff. quod quisque iur.& quando ex solo mandato quis in atrocioribus puniretur, esset pœna extraordinaria l.1.ff.de extraor.di.cri.& plenè per Bal.in l.1.C.de ser.fugi. & Par.vbi supra, col.2.circa medium, nec posset vltra pœnam relegationis puniri, vt concludit Thom.Gram.consi.36.in causa Camilli, numero 14. cum pluribus sequen. ad quæ vide Hippo. consi.105. circa præsentem, per totum, Tali casu in regno quando non fuisset acceptatum mandatum, non haberet
67 locum tortura:† quia in regno tortura non imponitur nisi in criminibus, in quibus venit imponenda pœna vltra relegationem, vt in c.regni tormenta, numero 244. Et sic tali casu

casu cessaret ista difficultas, an mādatarius faciat indiciū, vt supra, quia tortura nō posset imponi, & tali casu iste tē- tatus, seu mādatarius nō faceret plenam, sed semiplenam probationem ad probādum mandatum, vt dicit Par. in d. §. dicitur communiter. col. 2. circa medium, si esset integra persona per ea, quæ dicit Bar. in l. admonendi. ff. de iu reiur. Ad prædicta, an mandatarius faciat indicium, vide Thom. Gram. decis. 28. per totum, & eundem consilio 21.
68 consi. 36. consi. 44. consi. 66. & cōsi. 70. & voto 34. ¶ † Quæro, nunquid in crimine assasinii mādatarius faciat indicium ad torturam cōtra mandantem? Firma. in suo reperto. in ver. mādatarius, col. fin. versi. 31. quem refert & sequitur Hippo. in l. 1. §. diuus. colum. 3. ff. de quæstio. tenet, quòd assertio assasini facit indicium ad torturam, allegat l. nō ideo minus. C. de accu. & refert idem Hippol. in sua prac. crimi. §. diligenter. col. 8. & sequitur Ang. in trac. malefi. in verbo Sempronium mādatorem, col. 2. Pro quo facit quia in crimine assasinii socius potest de sociis interrogari, vt tenet Alb. in l. fin. C. de accus. & Par. in trac. sindi. in verbo tortura. §. an stetur dicto torti, colum. 9. & dicit Bald. in d. l. non ideo minus. in prin. quòd assasinus tenetur mādatorem nominare, & potest super hoc torqueri, & tenet Ang. in d. verbo Sempronium mādatorem, col. 2. ADDITIO noua. Intellige nisi pro inquisito aliquæ præsumptiones concurrerent, puta bona fama. Qui tunc propter bonam famam eliderctur indicium resultans ex dicto socii criminis, etiam in criminibus exceptuatis, vt tenet Thom. Gram. decis. 28. nu. 17. in fi. & nume. 18. allegat Alexan. consi. 122. in fin. visa facti narratione, cum multis aliis concor. ibi allegatis. Et propter immanitatem criminis multa sunt specialia in crimine assasinii, Anto. Capi. decisio. 155. notarius. col. 7. cum sequen. & Par. in tra. sind. in verbo latro. col. 1. in quo etiam crimine clericus punitur per iudicem secularem, vt tenet Lap. in c. 1. de homici. in 6. & Hippo. in l. vnius. §. cogniturum. colum. 14. in prin. ff. de quæstio. nec requiratur aliqua degradatio, cum ipso iure sit degradatus d. c. 1. & ibi Gemi. in fin. extra de homi. in 6. sicut etiam dicimus in clerico incorrigibili, vt ibi per eum, & Par. in trac. sind. in verbo inquisitio. §. dicit constitutio regni. colum. 3. & Thom. Gram. in voto 8. nume. 4. & in voto 11. Item quia contra assasinum possunt recipi testes etiam lite nō contestata, & parte nō citata, vt tenēt Io. And. in d. cap. 1. colum. penul. in prin. & ibi Gemi. colum. penul. & Philip. Fran. & Hippo. consi. 127. superioribus. colum. 4. in princ. ADDITIO noua. Sed contra prædicta, quòd in crimine assasinii nō possunt recipi testes parte nō citata, tenet Thom. Gram. consi. primo, post decisio. nume. 63. cum sequen. allegat Fely. & Fran. Ari. in capi. in nomine Domini, in quinta limitatione, extra de testi. Et in crimine assasinii nō requiruntur exactæ probationes, sed sufficiūt probabilia argumēta, vt per Ioan. Andr. & Philip. Fran. in d. c. 1. colum. 2. & alios præallegatos docto. & per Hippo. in sua prac. crimi. §. diligenter. num. 145. & Thom. Gram. vbi supra, & in voto 9. quod tamen intelligitur de indiciis indubitatis. s. quòd licet nō requirantur exactæ probationes, requirūtur tamen indicia indubitata, vt tenet Fely. in cap. offerte. col. 4. in fin. in tertia limitatione, extra de præsumpt. & sequitur Thom. Gram. in d. voto 11. in causa venerabilis. colum. fina. Et assasinus punitur etiam nō sequuto delicto. ADDITIO noua. c. 1. de homici. in 6. & ibi per omnes, & Pet. Philip. Cor. consi. 249. licet. primo volu. vbi tenet, quòd debet decapitari etiam non sequuto homicidio, & per Hippol. in d. l. vnius. §. cogniturum. col. 14. quod tamen intelligitur de pœna extraordinaria, vt dicit Gandi. in suo trac. malefic. in rubr. de homici. & eorum pœnis, colum. 4. latè per Hippo. consi. 105. circa præsentē, vbi dicit hanc esse communem opi. de quo etiam per Tho. Gram. in voto 20. ADDITIO noua. Et decisio. 2. nu. 25. & voto 9. num. 27. & decisio. 38. nume. 9. & opi. Cor. nō est vera, sed est cōtra communem. & cōtrarium tenet Dy. & Ang. in l. item apud. §. si curauerit. ff. de iniur. qui dicūt, quòd in assasinamento si do pecuniam alicui, vt aliquem occidat: tamen homicidio nō sequuto nō punitur mādās, intellige pœna homicidii, sed pœna extraordinaria, vt ibi declarant, & Augu. Ari. in addi. in tra. malefi. in verbo Sempronium mandatorem. col. 4. in princ. & tenet Tho. Gram. voto 8. colum. pen. & fin. & voto 19. & decisio. 74. num. 14. cum concor. & est communis opi. & sic in facto obtinui in Regia prouinciali Audientia, de quo infra, cum ergo multa sint spiritualia in crimine assasinii propter criminis immanitatem, videtur cōcludendum, quòd assertio socii, seu mandatarii faciat indicium ad torturam. ¶ Contrariam opi. quòd confessio mādatarii in crimine assasinii nō faciat indicium ad torturam, tenuit Bald. consi. 383. Bectonus de Ceuo. colum. 2. 5. volu. & sequitur Thom. Gramm. consi. 21. in causa magnifici, in fin. in subscriptione illius consilii. Sed tu conclude in hoc passu, quòd sola confessio mandatarii nō sufficit ad torturam, sed concurrentibus aliis adminiculis faceret indicium ad torturam, vt tenent Alb. & Saly. in d. l. fin. C. de accus. Imo. in c. 1. extra de confes. Guido de Suza. antiquus doctor in trac. de tormen. in 8. col. & in tra. malefi. sub rub. qualiter reus subiiciatur &c. ADDITIO noua. Bene faciunt dicta per Par. in trac. sindi. in verbo tortura. §. dicitur. col. 2. & dicit Alex. consi. 166. videretur. col. fi. nume. 6. in 7. vol. quòd confessio talis mādatarii siue in tortura, siue sponte facta non sufficit ad cōuincendum mādantem de assertis in cōfesione, vt ibi latius per eum, per Alex. consi. 127. quoniam abunde. in fi. 5. volu. & expresè tenuit Thom. Gram. in voto 34. in causa nobilis. col. 1. Debet etiam iudex considerare qualitatem personæ infamatæ: vt dicit Io. Andr. in d. cap. 1. col. pen. in prin. extra de homi. in 6. Et hoc casu nō crederetur illi socio, seu mādatario sine tormētis: quia etiam in criminibus exceptuatis non creditur sine tormentis, vt supra dixi. ADDITIO noua. Illud autem, quòd supra dictum est, quòd clericus assasinus puniri potest per iudicem secularem d. c. 1. de homi. in 6. & ibi Lap. & alii. Tamen talis iudex secularis debet primò probare de qualitate assasinii aliàs nō potest cōtra clericum procedere: quia esset iudex incompetēs, c. 2. de foro compe. c. si diligenti. eod. tit. ca. si iudex. de sent. excommu. in 6. & ideo illa qualitas assasinii, super qua fundatur eius iurisdictio, debet apparere, suppositum namque debet ante omnia probari, & de eo ante omnia liquere debet, vt tenet Ang. in l. si quis in graui. §. occisorum, versus fi. ff. ad Sille. Et quòd talis qualitas debet apparere, vt posit laicus iudex contra clericum procedere, tenet Archi. in d. c. 1. col. fi. de hom. in 6. & ibi Io. And. & Thom. Gram. in voto 6. nu. 5. & consi. 1. posito post decisiones num. 50. cum pluribus sequen. & Bal. consi. 88. 2. volu. vbi dicit, quòd etiam si constat contra clericum de delicto, si non apparet de assasinio, absoluitur ab assasinio, & de alio delicto cognoscet ecclesiasticus iudex. Cōfirmantur prædicta per ea, quæ dicit Innoc. in c. super literis. de rescrip. vbi quòd debet apparere de qualitate fundante iurisdictionem Archi. & Io. Andr. in c. Romana. §. contrahētes. de rescrip. in 6. Bar. & docto. in l. 2. ff. si quis in ius vocan. nō ieri. Ias. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. Maria. Soci. in c. si clericus. colum. 5. cum seq. de foro compet. & Hipp. in l. si quis ne quæstio. col. 26. ff. de quęstio. Aduerte tamē, quòd licèt iudex secularis posit procedere cōtra clericum assasinum, non propterea Iudex ecclesiasticus prohibetur contra talem clericum assasinum procedere, sed ipse etiam ecclesiasticus procedere potest, & locus est preuentioni, & si fuerit punitus ab ecclesiastico nō poterit iterum a iudice seculari puniri, ita latè disputat & concludit Tho. Gram. consi. 2. in causa venerabilis, quod est post decisiones. vide ibi latè per eum. Scias etiam, quòd quādo in casu proposito per clericum opponeretur de iudicis incompetentia contra iudicem secularem, primò debet discuti ille articulus super illa qualitate, vt dictum est, vt dicit Gemi. consi. 57. in causa Archidiaconi. colum. 2. versic. non obstat, cum ibi allegatis. Sed iuxta materiam c. nostri. in

in quo disponitur, quòd confessio trium latronum sigillatim & separatim facta, ita quòd vnus non habeat notitiam de cõfessione alterius, facit tantam fidem contra receptatores & auxiliatores, quantum testimonium duorum proborum virorum, quod est modificatum per ca. constitutionem, infra: vt cõtra hominem bonæ famę faciāt indicium ad inquirendum, sed contra hominem leuis vitæ & malæ famæ faciant probationem, quantum faceret probatio duorum virorum. Pone modò, quòd sunt duo latrones, seu malefactores, qui deponunt cõtra aliquem, quam probationem faciunt? Dicas, quòd contra hominem bonæ famę vix facerent indicium ad inquirendum: quia debent esse tres: vt in isto c. & d. c. cõstitutionem. & ideo duo non sufficerent ad inquirendum sine aliis adminiculis. Contra verò hominem malæ famæ non faciunt probationem: quia debent esse tres. Et confessio malefactoris nõ nocet tertio, nisi quò ad inquirendum, vt dicit Bald. consi. 397. de accessorio. primo volu. & Fely. in c. 1. col. 7. in prin. extra de offic. deleg. & sic faceret talem qualem præsumptionem, vt dicit Andr. de Iser. in consti. si damna clandestina, col 5. versic. ista qualis qualis. Et sic cõtra hominem bonæ famæ facerent qualem præsumptionem, quæ sola non sufficit ad inquirendum, ex quo debent esse tres. Contra verò hominem malæ famæ facerent indicium ad inquirendum per prædicta. Ad prædicta etiam vide Thom. Gram. decis. 28. nume. 17. cum sequen. Ad vnum aduerte, In quantum supra est, dictum, quòd assasinus punitur etiam nõ sequuto delicto c. 1. de homi. in 6. & docto. dicunt, quòd punitur pęna extraordinaria l. 1. in fi. ff. de extraordi. cri. Sed oritur vna difficultas: quia hoc videtur procedere respectu mandātis committi assasinium, vt nõ consumato delicto puniatur pœna extraordinaria, sed assasinus mādatarius, si deuenit ad actum proximum, puta ad vulnera, ad extractionem armorum, & persecutionem pro eo occidendo, punitur pœna mortis, vt latè per Thom. Gram. in voto 9. cum ibi allegatis, & hoc propter enormitatē criminis, vt ibi per eum. Tu verò in hac quæstione procedendo per veras conclusiones facias infrascriptos casus pro clariori dilucidatione materiæ. ¶ Primus casus est, quando quis cogitat tantùm committere assasinium, & stat in puris finibus cogitationis, non deueniendo ad aliquod factum, nec persistit in cogitatione, & hoc casu nõ punitur nec a Deo, nec ab homine; quia primi motus nõ sunt in potestate nostra, de pœni. distin. 1. c. cogitationis. Sed si persistit in tali cogitatione, & sic est deliberata, punitur in foro penitentiali, nõ autem in iudiciali regulariter, glo. in d. cap. cogitationis, fallit in crimine hæresis, & in casu capi. 1. de scisma. ita tenet Philip. Fran. in c. 1. colum. 3. in princ. de homici. in 6. Fely. in trac. de conatu. col. 1. versi. fallit tertiò, Anto. Capi. decisio. 155. num. 19. vbi ponit multos casus, in quibus nõ habet locum pœnitentia. ¶ Secundus casus est, quando quis cogitauit, & ordinauit, seu mandauit: vt committeretur assasinium, sed nõ perfecit: quia noluit & se pęnituit, vel mādatarius exequi noluit, & nõ fuit deuētum ad aliquem actum de per se ordinatum ad factum, & tũc nõ punitur de assasinio, sed ratione mandati punitur pęna extraordinaria; quia mandatum, quantum in se fuit, consumatum fuit, vt tenet gloss. in d. cap. 1. in verbo mandauit, & ibi Io. And. de homi. in 6. & Io. Andr. in regula in pœnis, de reg. iur. in 6. in mercurialibus, Philip. Franc. in d. c. 1. col. 2. in fin. & col. 3. versi. sed in grauioribus, & alii scrib. ibi. Quia etiam in atrocioribus & atrocissimis sola ordinatio seu tractatus nõ punitur, nisi fuerit processum ad aliquem actum de per se ordinatum ad ipsum factū Bald. in l. nõ ideo minus. col. 6. C. de accu. Fely. in cap. 1. de præsump. & In trac. de conatu. col. 1. in 1. fallentia dicit, quòd quando conatus cum actu propinquo nõ deuenit ad cõsumationem: quia agēs nõ impeditus destitit, nõ punitur: vt ibi per eum, & hodie de generali cõsuetudine Italiæ non punitur affectus, nisi sequatur effectus, glo. in c. 1. §. iniuriarum. de pace iur. firma. Spe. in titu. de accusatore, in princ. col 3. in prima par. Barto. in l. 1. §. diuus. ff. de sica. Pau. de Castr. Alex. & Ias. in l. 1. §. hæc autem verba, in fin. ff. quod quisque iur. Thom. Gram. voto 20. nume. 7. cum concord. & sic hoc casu ratione mādati nõ punitur pœna ordinaria sed extraordinaria, vt p Phil. Fran. in d ca. 1. vbi supra, mandatarius autem hoc casu si ad nullum actum deuenit, non punitur per supradicta, & quòd mitius puniatur, cum non sit deuētum ad actum proximum, tenet Bal. cons. 443. Cecchus 3. volu. Carre. in sua prac. §. circa, nu. 81. ¶ Tertius casus est, quando quis mādauit committi homicidium per assasinium, & fuit cõmissum homicidium per assasiniū, & tũc tam mādans, quam mādatarius omnes tenētur pœna mortis naturalis d. c. 1. & ibi docto. de homici. in 6. quia ex quo dedit mādatum ad occidēdum, & fuit sequutū homicidium, ambo vt homicidæ puniuntur, Bal. in l. nõ ideo minus, col. fi. C. de accus. Hipp. consi. 10. nu. 51. primo vol. cum concor. ibi. ¶ Quartus casus est, quando quis mādauit committi homicidium per assasinium, & mādatarius deuenit ad actum proximum & immediatum: quia voluit occidere illum hominem, & contra eum extraxit arma, & vulnerauit, vel eum insequutus fuit, ita quòd per eum non stetit homicidium committere, sed nõ fuit perfectum: quia non potuit, vel impeditus fuit, & hoc casu mandans non punitur pœna ordinaria; quia delictum nõ fuit perfectum sed extraordinariè punitur l. 1. in fi. ff. de extraor. cri. ita tenet Gandi. in trac. malefi. in rub. de homic. & eorum pęnis col. 4. Dy. & Ang. in l. item apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniur. Augu. Ari. in addi. in trac. malefic. in verbo Sempronium mādatorem, col. 4. in prin. in addi. quæ incipit, tu autem in hac materia Thom. Gram. voto 8. & voto 9. & voto 20. & ivem Thom. Gram. decisio. 2. nume. 25. & decisio. 74. num. 14. cum concor. in d. locis, & ita communiter tenēt docto. Sed difficultas stat in hoc casu. Qualiter puniatur mādatarius, qui voluit committere homicidium, & nõ potuit deueniēdo ad actum proximum & immediatum, & hoc casu mādatarius tenetur pœna mortis naturalis d. ca. 1. de homicid. in 6. & ibi docto. facit l. is qui cum telo. ff. de sica. & l. si quis nõ dicam rapere. C. de epis. & cler. & Augu. Ari. in addi. ad opus malefi. in verbo Sempronium mādatorem, colum. 15. versic. adde tamen, & Ang. Are. in d. trac. in verbo Sempronium mandatorem, in princ. ita tenet in terminis Ange. cõsil. 14. nos Carolus. & Matth. de Afflic. in cõstitu. regni si quis aliquem, col. 5. in decima quæstio. vbi, dicit de quodam assasino, qui traxit dardum, seu sagittam cum balista, & dedit in arciono equi, & nõ percussit hominem, cõtra quem traxerat, & fuit punitus, ac si occidisset, & ita dicit fuisse determinatum & exequutum, & tenet Ioan. Andre. in regula in pęnis, in mercurialibus, & per Bald. & alios in d. l. si quis nõ dicam rapere. ita etiam tenet Thom. Gram. in voto 9. & Carre. in sua prac. cri. §. circa, lo 2. col. 4. in princ. numero 8. Pro ista parte adducitur: quia mādās mitius punitur quam mādatarius, glo. in d. ca. 1. in verbo mādauerit, de homic. in 6. & Anto. Capi. decisio. 155. nume. 13. in fi. & Ang. in d. cõsi. 14. Ad prædicta etiam faciũt, quæ dicit Bald. cõsi. 443. 3. volu. Cecchus. col. 1. vbi dicit, quòd quādo cœpit initialiter committere delictum, punitur. & licet de cõsuetudine nõ puniatur affectus, nisi sequatur effectus, fallit in assasino Bald. & Ang. in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iur. Aug. Ari. in addi. in trac. malefi. in verbo & ex interuallo, colum. pen. Thom. Gram. voto 9. numero 22. cum aliis cõcordātiis ibi. Sed quòd assasinus etiā mādatarius nõ perfectè consumato delicto, & sic nõ perpetrato homicidio effectualiter, nõ puniatur pœna mortis sed mitius, tenet Dy. & Ange. in d. l. apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniur. & Amode. Iusti. in suo trac. sindi. circa fi. Augu. Ari. in d. verbo Sempronium mādatorem. col. 4. in princ. Et bene faciũt, quæ dicit Aytordinus de Aluarottis de Padua in cõsi. incipiente, super inquisitione formata, & dominus Rosellus de Rosellis cõsi. incipiente, an dictus Ciccus. vbi dicit, quòd quomodocũque quis processit ad actum facti proximum etiam in atrocioribus debet mitius puni-

puniri. Et idem tenuit Dominus Petrus domini Albi. de Pisis in suis allegationibus,quæ incipiût, si dictus Ciccus. vbi plus subdidit, ꝙ etiã vbi esset deuentũ ad actum delicto proximum, non debet pęna delicti consumati puniri sed minori pęna. idem tenuit Dominicus de Viterbo in suo consi.quod incipit scire oportet,& Franc.de Albergotis de Aret.in suo consi. incipien: ꝙ Ciccus Fantæ adducit etiã rationẽ:quia grauiori pęna debet puniri, qui verè consumauit delictũ,quæ qui nõ consumauit.& istã partem tenuit Tho.Gram.deci. 74.nu.14.cũ aliis seq.& in voto 8.cũ multis ibi allegatis,& decis.2.nu.25.& dicit ita pluries fuisse iudicatum. Pro ista parte etiã adducitur:quia de generali consuetudine nõ punitur affectus, nisi sequatur effectus, vt dictũ est. Ad prædicta etiã adducitur,quod dicit Iaco.de Ra.quem refert Bar.in l. 1.§.diuus.ff.de sica.vbi dicit,quòd qñ non est sequutus effectus, mitius punitur:quia euentus consideratur in delictis l.aut facta.§.euentus.ff.de pęn. Nec obstat,quod dictũ est,ꝙ mitius punitur mandãs quã mandatarius:quia ex quo mandãs tenetur pęna extraordinaria mãdatarius poterit dãnari ad triremes,& sic plus punitur, pro hac parte ẽt adducitur illud.quod dicit Par. in tra.sindi.in verbo tortura.§.dicitur cõiter.circa mediũ,vbi dicit, ꝙ quando in atrocioribus punitur quis nõ sequuto delicto,intelligitur,ꝙ punitur extra ordinẽ,vt ibi per eũ, alle. Bal.in l. 1.C.de ser.fugi. Adducitur etiã: quia mandans cõmitti assasinium magis principaliter delinquit: quia primordialiter mãdauit delinqui.ff.de ser. corr. l. in hoc. & ff. quod vi aut clam l.si ego.& Tho.Gram.voto 11.circa medium.si ergo mandans magis principaliter delinquit:& tamen mitius punitur, eodẽ modo est dicendũ in mandatario. ¶ Quid dicendum in supradicta difficultate,dico, ꝙ de rigore iuris ciuilis assasinus mandatarius,qui venit ad actum proximũ & immediatũ, punitur pœna mortis naturalis per allegata supra contra mandatariũ,& allegata supra pro mãdatario loquuntur in mandante nõ in mandatario,sed de æquitate potest mitius puniri & dãnari ad triremes, & sic ad mortem ciuilẽ,& æquitas præfertur rigori, quando reperitur scripta in iure l.placuit.& ibi Alex.Ias.& alii.C.de iudi.c.1.& ibi doct.de transa.Et vidi diuersas sententias in Regiis tribunalibus:quia aliquando fuerunt dãnati ad mortẽ naturalem & suspensi,& aliqñ fuerunt damnati ad triremes, & habui in facto in regia Audientia & liberaui clientulum a morte naturali, & fuit damnatus ad triremes.Nec mireris,cur tam variè: quia dicit Saly. in l. is qui cum telo. ff. de sica.referendo Bal. voce dicentem, ꝙ vbi lex punit affectum,ac si delictum fuisset consumatum iudex ex potestate sibi a lege concessa potest mitigare,pœnam,si vult,nõ tamen,cogi potest ad mitigandum l.aut facta.§.euentus.ff.de pęnis Bal.post glo.in l.& si seuerior. colum. 1.versi.vlti.glo.C.ex quib.cau.infa.irrog.quod est cordi tenendum secundũ Saly.vbi supra,& Fely.in tra.de conatu,in fi. adeo ꝙ in potestate iudicis stat, si vult ad mortem naturalẽ,vel ciuilem condẽnare,qui cõsiderabit qualitatem personarum,& si talis mandatarius est solitus alia similia perpetrare, & aliquis ribaldus malæ vitæ poterit sequi rigorẽ,sin autẽ poterit sequi æquitatẽ,vt etiã colligitur ex dictis per Tho.Gram.d.voto 9.nu.22.versi.& potissime, vbi considerauit consuetudinẽ delinquendi in tali delicto assasinii:quia iterato commiserat,vt ibi per eũ. Quid autẽ si aliquis tentauit cõmitti homicidium per assasinũ,& ille fuit interfectus ab aliis ob propriã inimicitiã,an mandãs & mandatarius puniantur de assasinio. Dic ꝙ nõ, ex quo per alios fuit occisus ex odio particulari Bal.in c.1.§.iniuria,de pace iura.fir. Cepo.caute.36.vidimus,Tho. Gram. voto 11.nume.20.per iura & rationes, vt ibi per eos. Nunquid autẽ isti nuncii seu mãdatores, per quos fiunt isti tractatus de committendum assasiniũ teneantur sequuto delicto. Dic ꝙ sic per ea, quæ dicit Bar.in l.aut qui aliter.§. pen.ff.quod vi aut clam.& in l. 1.§.incidit. ff. ad turpil. & Ang.in trac.malefi.in verbo Semproniũ mandatorem.colum.5.in fi.cum seq.versi.sextò quæro,& Augu.in addi. Et similiter receptatores & præstãtes auxiliũ & fauorẽ ad cõmittendũ assasiniũ puniũtur.d.c.1.& ibi doct. de homi.in 6.& Anto.Capi.decis.155.Quid autẽ si mãdaui Titio vt cõmitteret assasiniũ, & Titius mãdauit Seio, & Seius cõmisit assasiniũ,an omnes teneantur? Dic ꝙ sic per tex. in l.si ego.ff.quod vi aut clam.& Aug.Ari.in addi.ad Ang. in tra. malef.in verbo Semproniũ mãdatorẽ,col.6.in 6.q.& Imo. in cle.1.col.3. versi. qui dñs, de pęni. Aduerte tamen:quia glo.in d.l.si ego.intelligit,qñ Titius nomine meo alii mandasset.Quid aũt sit de cõsulente fieri assasinium,& qualiter punietur,vide in c.sicut dignũ.§. qui verò,de homic. & ibi doct.& in l.nõ solũ.§.si mãdato.ff.de iniur. & ibi Bar.& doct.Ang.in tra. malefi. in verbo Sẽproniũ mãdatorẽ. col. antepen.cũ seq.Et ibi ẽt de persuadẽte, latè Dec.in l. consilii.ff.de reg.iur.vbi vide.¶ Oportet ẽt in materia assasinii, vt probetur illa qualitas, ꝙ occisus erat Christianus, alias sequitur absolutio ab assasinio Io.And.& alii in d.ca.1.de homi.in 6.Alex.cõsi.166.in fi.7.vol.Et ibi ẽt ponit Ale.ꝙ licet nõ requiratur pronũciari ipsum mãdatorẽ incurrisse pęnas,de quib.in d.c.1.de homi. in 6.tñ requiritur ẽt probatũ,ꝙ mãdatarius assasinus fuit inductus precio ad occidẽdũ,vel vulnerandũ,allegat Io.And.& alios in d.c.1.Sed pone aliquis mãdauit cõmitti assasinium,& nõ fuit sequutũ homicidium,quo casu secundũ communẽ opi.punitur pęna extraordinaria,vt supra dictum est, dubitatur modò ex quo cõtra assasinũ imponitur pęna mortis,& publicationis bonorũ d. c.1.de homi.in 6 cũ aliis superius allegatis: sed nõ sequuto homicidio nõ punitur pęna corporali sed extraordinariè,vt dictum est,& sic est minorata pęna,an ẽt censeatur minorata pęna:vt non publicentur bona? Dicas ꝙ hoc casu censetur etiã minorata publicatio bonorũ,quę venit accessoriè ad pœnam mortis, & dependet ab illa, & venit accessoriè ad pœnam mortis per ea quæ dicit Alex. in l.1.§.sed si mihi,in prin.ff.de verbo. obli. ita tenuit ibi in specie dominus meus Io.Nico. de Vicariis de Salerno.Materiã aũt publicationis bonorum,& quid hodie sit statutũ in ea, vide in authentica bona damnatorũ.C. de bo.dam. & ibi doct.& Ang.in trac.malefi.in verbo,& eius bona publicamus.& Guid.Papæ in quæstio.parl.Delphy.q.437.cũ concor. ibi. ¶ Quid si aliquis mandauit alicui mediante pecunia,vt aliquem baculo verberaret, vel daret alapam, & mãdatarius verberaui, vel dedit alapam, & nõ fuit excessum mandatũ:quia solum verberauit, & nõ occidit, an dicãtur assasini,ita ꝙ puniãtur pęna d.ca.1. de homi.in 6. istam quæstionem habui in facto in regia prouinciali audientia in causa cuiusdam nobilis,& dixi,ꝙ non dicitur assasinium:quia d.c.1.loquitur in eo, qui vult aliquem occidi facere per assasinium,& sic mortem alterius procurabat animæ & corporis, vt ibi dicit text. sed in casu isto nec de morte corporis,nec animæ tractatur, ergo cessante ratione legis cessat legis dispositio l.adigere.§. quamuis.ff.de iure patro.Præterea assasini dicũtur a scindo scindis:quia abscindunt animam a corpore,vt tenet Archid.in d.c.1.colum. 1.& ibi Io. Andr. col.2. & ibi per alios.ergo qui non scindunt animã a corpore,non dicuntur assasini,argu.ab exhimologia vocabuli l. 1.§.appellata.ff.si cer.pet.Pro hoc facit,quod dicit Bald.in ca. 1.§. siquis de manso.in vltima colum.de contro.inuesti. vbi dicit habuisse de facto: quia erat ordinatio,ꝙ siquis habeat molendinum in aqua Ticini, non possit sub pœna traducere ad aquam padi, aliquis traduxit macchinam ligneam,in qua nõ erant molæ.Bald. tenet,ꝙ non debet puniri illa pęna:quia molendinum dicitur a molendo,sed ibi non erãt molæ, ergo puniri nõ poterat, sic in casu nostro verberans non scindit animam a corpore, nec habuit animum occidendi, ergo nõ dicitur assasinus.Præterea omnis diffinitio debet cõuerti cum suo diffinito l.1.§.dolũ.& ibi Bar.& Bal.ff. de dolo, & cui non competit diffinitio,non competit eius diffinitum, sed hic non competit diffinitio assasinii: quia non scindit animã a corpore, vt est dictum, ergo minimè competit diffinitũ, & sic assasinium. Præterea pęnæ sunt restringendæ, vt in

regula odia, de reg.iur.in 6.l. cum quidam.ff. de lib.& po-
ſthu.ergo diſpoſitum in occidente, quod eſt maius, non ex
tenditur ad verberantem, quod eſt minus, iuxta l.3.C.ſi mi
nor ſe maio.dixe. Item lex, vel conſtitutio, quæ aliàs exten
deretur ex identitate rationis, nunquã extenditur reſpectu
pęnæ Io.And. in c. diſpendia.de reſcri.in 6.quem ſequitur
ibi Gemi.col.4.Ant.de But.in c.fi.col.13.de conſue. Ioan.
And.in c.ſi forte.& ibi Gemi.col.3.de electio.in 6.vnde di
ſpoſitio.d.c.1.de homi.in 6.cum ſit pœnalis, & loquitur in
homicidio, non extenditur ad verberantem, & ita obtinui
in facto, & fuit pronunciatũ non eſſe aſſaſſinium. Sed pu-
niendus eſt alia pęna pro qualitate delicti. Et pro verberi-
bus imponitur pęna arbitraria Hipp.conſi.67.num.4.cum
ſeq.cum ibi allegatis. Et in regno punitur pęna, vt in con-
ſti.regni, vt dignitatum, & ibi doct. Quid autem in eo, qui
data pecunia mandauit aliquem vulnerari, an dicatur aſ-
ſaſſinium? Breuiter quæ ſunt dicta ſupra, proximè probãt,
ꝙ non ſit aſſaſſinium, ſi mors non eſt ſequuta, ſed ſi mors
eſt ſequuta, punitur de aſſaſſinio, licet mandauerit tantum
vulnerari d.c.1.de homi.in 6. quia vulnera non dantur ad
menſuram, nec poteſt quis geſtare ſtateram in manibus, vt
dicit Bal.in l.vt vim.col.pen.in fi.cum ſeq.ff.de iuſti.& iur.
Cepol.conſi.1.col.3.Hippo.conſi.137.nume. 17. quia de-
buit cogitare, quod euenire poterat, vt ibi. ¶ Quæro, nè
69 ſuper incognito procedamus † qui dicantur aſſaſſini Bal.
in l.non ideo minus.in prin.C. de accuſ.& Saly.ibi in vlti-
ma col.dicunt, ꝙ in iure ciuili non habemus factam men-
tionem in ſpecie de aſſaſſinis, ſed per æquipollentiã: quia
lex aſſaſſinum mandatarium vocat locatorem, & dominũ
mandantem vocat conductorem, ſed per ius canonicum
fit mentio in ſpecie de aſſaſſinis in c.1.de homi. in 6. Et ad
propoſitum redeundo, aſſaſſini dicuntur, qui accepta pe-
cunia ad inſtantiã aliorum homines occidunt, vt dicit Ar-
chi.in c.1.col.2.verſi.domino, extra de homi.in 6.& ibi Io.
And.in vltima col.& Fran.de Are.conſi.165. ſicut, col.11.
Sum.Ang.& Sil.in verbo aſſaſſinus, Imo.& Gemi.in d.ca.
1.§.cum igitur.col.fi.Bar.in l.non ſolùm.§.ſi mandato.col.
pen.ff de iniur.& in l.Cicero.ff.de pęn.Bal.in d.l. non ideo
minus.in prin.& ibi Saly.in fi.Bal.in l. hoc edictum.§.hæc
autem verba, circa fi. in prima lectu. ff. quod quiſque iur.
Ang.conſi.14.nos Carolus Alex. in l.1.§. & hęc actio.ff.de
eo per quem factũ eſt.Bal.conſi. 383. Bectonus de Ceuo.
5.vol. & conſi.256.quamquã 2. vol.& conſi.98. Bectonus
de Ceuo.primo vol.Matth.de Affli.in conſti. ſiquis aliquẽ,
col.5. verſus fi.& in conſti.pęnam eorum, col.3.circa me-
dium.Ang.in tra.maleſi. in verbo Sempronium mandato-
rem.col.1.& ſequitur Alb.Bru.in trac.de conſti.decre.ſtatu.
in verbo aſſaſſinus 3.vol.Philip.Fran.in d.c.1.col.2.verſus
fi.Ang.in l.1.de ſepul.viol.vbi dicit, ꝙ hi ſunt aſſaſſini, qui
pecunia corrupti delicta faciunt, & in hoc caſu nedum ip
ſi puniuntur, ſed etiam qui mandant Par.in tra. ſind.in ver
bo inquiſitio.§.dicit conſtructio regni, col.3.Thom.Gram.
in voto nono, circa prin.& conſi.primo, incomprehenſibi-
lis.nu.59.poſito poſt deciſio.& Anto.Cap. deciſ.145.& iſta
eſt communis opi. Et Alex.conſi.166.in prin.7.volu. dicit,
ꝙ aſſaſſinus dicitur, qui præmio, & aliqua accepta pecu-
70 nia ad maleficium committendum inductus eſt. † Sed ad-
uerte, ꝙ Firma.in ſuo repertor.in verbo aſſaſſinus, in prin.
& poſt eum Thom. Gram. in d. voto 9. Nicolaus Anellus
numero 3.fuerunt in quadam noua opi.per quam moder-
ni iudices, & officiales omnia ferè homicidia, & vulnera
dicunt eſſe aſſaſſinia, tenẽt namque præfati docto. ꝙ etiam
ille dicatur aſſaſſinus, qui ſine pecunia alium occidit, vt
domino placeat, vel obediat, & ſic vbicunque ad compla-
centiam committitur homicidium, etiam ſi pecunia nõ in
terueniat, dr̃ aſſaſſinium ſecundùm eos, allegant Io. And.
in c.pen.circa fi.extra de cle.non reſi. A D D I T I O noua.
Et refert Augu.Ari.in addi.ad Ang.in tra. maleſi.in verbo,
Sempronium mandatorem.in fi.primæ addi.ipſe tamen ſe
remittit ad docto.in c.1.de homi.in 6.quia alii doct.allega
ti hoc non dicunt. Sed iſtam opi.non puto veram, & com-
munis opi.eſt in contrarium, vt ſupra dictum eſt; quia ille
dicitur aſſaſſinus, qui accepta pecunia homicidium com-
mittit, & contra opi. Thom. Gram. eſt in terminis deciſio
Bald.in dicto conſilio 256.quamquã 2.vol.vbi dicit, quòd
ſi filius etiam mandato patris commiſiſſet homicidium,
& ſic interuenit obedientia, & complacentia, ac reueren-
tia patris, & tandem ex quo non interuenit præmium, nec
ſpes pręmii, non dicitur aſſaſſinium, vt ibi dicit Bald. & ſe
quitur Albe.Bru.in d.tra.de conſti.decre.ſtatu.in verbo aſ-
ſaſſinus 3.vol.& bene faciunt dicta per Bal.in d. conſi.98.
in fi.1.vol.vbi dicit, ꝙ ille, q mittit ſtipendiaros ſuos ami-
co ſuo ad ſui defenſionem, eſſet aſſaſſinus: quia hoc facit,
vt amico ſuo cõplaceat: & tñ non eſt verũ, ꝙ ſit aſſaſſinus
ſecũdũ eũ: quia alias ſequeretur, ꝙ omnes Dñi Italiæ, qui
mittũt ſtipẽdiarios ſuos ad auxiliũ aliorũ nobilium, eſſent
aſſaſſini, quod dicit eſſe abſurdũ & iuri cõtrarium per alle
gata ibi per eum: Nec obſtat dictum Io.And.in d. c.pen.in
quo ſe fundant Firma.& Thom.Gram. quia Io.Andr.hoc
nõ dicit. Sed declarãdo, qui dicũtur aſſaſſini, de quibus ibi
glo.facit mentionem, dicit, vel dicuntur quaſi aſſaſſini, ſi-
cut enim illi exponunt ſe morti dominis obediendo etiam
in malum, de homi.ca.pro humani.in 6.&c.& rectè conſi-
derando Io.And.ibi ſentit opi.illorum, qui tenebant, ꝙ d.
c.1.quod incipit, pro humani, habeat ſolũ locũ in certo ge
nere perſonarũ, qui erant ſubiecti dominio cuiuſdam do-
mini infidelis, & recepta pecunia homines occidebant, vt
dicit Archi.& Io.And.in d.c.1.col. fi. & refert Sil. in d.ver-
bo aſſaſſinus, & inferius dicam, licet cõmunis opi. ſit con-
tra eos, tamẽ etiam in illo caſu illi ſubditi accepta pecunia
homicidia cõmittebant, vt dicit Sil.vbi ſupra, & omnes te-
nent in d.c. 1. ꝙ accepta pecunia committebant homici-
dia, & ſic intelligunt illum tex.in d.c.1. Et dictum doctoris
debet intelligi ſecundũ legem, quam allegat, vt dicit Bar.
in l.non ſolùm.§.ſi liberationis, col.2.ff.de lib.leg. & Iaſ.in
l.1.in prin.col.10.& §.veteres.col.2.ff.de acquir. poſſeſ. &
Fran.Cur.Sen.conſi 57. col.3. cum ſeq. & conſi.48.col.4.
Pręterea ſi dicta opi.eſſet vera, omnes committi facientes
homicidia dicerentur aſſaſſini, licet pecunia non interue-
niſſet: quia ſaltem complacentia interueniret, & omnes
ſubiicerentur pęnis d.cap.1. de homi. in 6.quod tamen eſt
falſum ſecundùm Sil.vbi ſupra. Immo iſta opi.eſſet contra
opi.Archi.& Io.And.in d.c.1.& Fran.de Aret. in d.conſil.
165.qui volunt, quòd ſolùm habeat locum in certo gene-
re perſonarum infidelium. Et quòd text. in d.capitu.1.in-
telligatur etiam de domino, vel mandatore, qui data pe-
cunia facit committere homicidium, colligitur ex dictis
per Bald.in dicta l.non ideo minus, in princip.C.de accuſ.
& ita omnes communiter intelligunt illum text. quando
pecunia fuit data, vel promiſſa, & ſic eſt tenendum, quòd
tunc dicitur aſſaſſinium, quando pecunia interuenit vt ſu-
pra. ¶ Sed circa prædicta reſultat vna dubitatio. An dicto
capitu. 1. de homicid. in 6. habeat locum ſolum in certo
genere perſonarum, an verò generaliter contra omnes,
qui committunt homicidia mediante pecunia? Archidia.
& Ioannes Andr.in dicto capitu. 1. tenent, quòd ſolùm
habeat locum in certo genere perſonarum infidelium,
non autem generaliter in aliis, & iſtam opinio.tenuit Fran
ciſc.de Aret.in dicto conſilio 165.& Sil.vbi ſupra. Sed cę-
teri omnes docto.communiter tenent, quòd diſpoſitio.di-
cto capitu.habeat locum generaliter in omnibus, qui me
diante pecunia committitur homicidia, & iſta commu-
71 nis opin.de conſuetudine eſt approbata. ¶ † Amplia di-
ctam concluſionem procedere, quòd non ſolùm ſi pecu-
nia eſt ſoluta, ſed etiam ſi fuerit promiſſa, nihilominus
dicitur aſſaſſinium, vt tenet Salyc. in dicta l.non ideo mi-
nus.in fine.C.de accuſa.& Franciſ.de Aret. in dicto conſi-
lio 165.colum.11.& Bald.conſilio.256.quamquam 2. vol.
& conſilio 98.2.volumi.Anto.Capi.deciſio.155. columna
4.& ibi etiam columna 6. dicit, idem ſi alia res ſit pro-
72 miſſa. ¶ † Et eſt aduertendum, quòd non ſufficit proba-
re oblatam eſſe pecuniam pro maleficio committendo,
ſed

sed necesse est probare conuentionem habitam de committendo homicidium,& mandans promittebat pecuniã, & mandatarius,& sic assassinus acceptauit, aliàs non diceretur assassinium:quia aliud est polliceri, aliud promittere,aliud stipulari, ita in terminis per multa tenet Bal. in d. consi.383.Bectonus de Ceuo. 5.vol. & clarius in d. consi. 98. 2. volu. & ita consuluit Fran.de Albergotis de Are.in consi.incipiente,in Dei nomine amen, quòd Ciccus Fantæ,& Thom.Gram.in voto 11. numero 19 quia ista qualitas assassinii cum sit extrinseca,non præsumitur,sed debet probari,vt per Bal.in d. consi. nec etiam mandatum ad assassinium committendum præsumitur, nisi probetur, vt per Bald.& Thom.Gram.vbi supra. ADDITIO noua. & tenet Carre.in sua prac.§.circa,num.33.vbi dicit, ꝙ requiritur conuentio & nõ pollicitatio, vt dicatur assassiniũ. Ad prædicta vide latè Thom Gram consi.primo post deci siones.nume.50.cum aliis sequentibus. ¶Item est aduer-
73 tendum,† ꝙ non sufficit promissio generalis, & incerta, sed illud,quod promittitur,debet esse certum, ita notat.dicit Bald.in d.consi.383.Bectonus de Ceuo. col.1. 5. volu. quia quod incertum est re, & genere non dicitur promissum,nec pollicitum.C.mand.l.salarium & ff.de verb.obli. l.triticum,facit,quod notatur.ff.de leg. 1.l.turpia.&l. Titię textores,vbi dicitur,quòd obscurum pro nullo habetur,& faciunt,quæ habentur in l.ita fidei. ff. de iure fis.& l.in tacitis.& ibi glo.& doct.ff.de leg.1. Confirmantur prædicta, quia promissio incerta non valet,per ea quæ dicit glo.in l. cum post.§.gener.ff.de iure dot.bene faciũt,quę dicit Abb. in c.cum venissent.col.1.in fi.in quinto nota extra de insti. & refert & sequitur Ias.in l.1.§.siquis ita.col.5 ff de verb. oblig. vbi dicit, quòd verba generalia prolata ad complacentiam non inducunt dispositionem,puta si dico,de omnibus bonis meis facias ad tuum placitum, vel si dicatur, omnia bona mea tua sunt,& de multis similibus,vt ibi per eos,& Alex.in l.ita stipulatus.col. 2.ff.de verb. obli. Ant.de Butr.Imol.& Cardi.in d.c.cum venissent,quia verba generalia non sunt appicicatoria l. obligationum substantia.§. fina.ff.de actio.& oblig. & Iason vbi supra, & ad prædicta vide Iaso.in l.cum quid.col.5. in prima lectura. ff. si certũ per. Et tredecim specialia in crimine assassinii ponit Anto. Capi. d. decis. 155. notarius. col.7.in fi.cum sequentibus.
74 ¶ Iuxta prædicta quæro.† An vulnerato dicenti se vulneratum a Titio credi debeat,vel saltem faciat indicium ad torturam? Dicas ꝙ non,vt tenet Gandi.in trac. maleficio.in rubrica de trans.& pact.in maleficio.col.7.in prin.per tex. in l.siquis in graui.§.1.ff.ad Sille.& ibi Bal.& tenet Bonifa. in suo tract.malefi.in rubr.de insultu & percussi.col.4.versus fi.Ange.in trac.malefic.in verbo,qui iudex ad probationem suæ inquisitionis,col.2.& Bald.in l.diuus.ff.ad Sille. Par.in trac.sindica. in verbo tortura. §. officialis posuit ad cordam.colum.4 Ias.in l.1.in prin.col.2. ff. de eo per quẽ fact.est,in quibus locis omnes concludunt,quòd vulnerato non creditur in præiudicium illius tertii,contra quẽ deponit,nec eius confessio facit indicium ad torturam. Et te-
75 net D.Aymo consi.6.plura.nu 64. 1. volu.† Confirmatur dicta conclusio:quia etiam si mulier dicit se cognitam, & grauidam a Titio,ei non creditur,vt tenet Io.de Ana.in ca. sicut,lo 2.extra de homi.qui dicit ita teneri cõmuniter per canonistas,& hoc tenet ibi Abb.& idem Abb.in ca.significasti. in 2. oppo. extra de adul. ADDITIO noua. Et Thom Gram.consi.45.in causa Santilli.col. 1.cum sequen. Et similiter non creditur puero asserenti se ab aliquo subagitatum,& carnaliter cognitum,vt dicit Thom. Gram.decisio.40.col.4 cum ibi allegatis, & decisio. 28. col.5. Et similiter mulieribus asserentibus, ꝙ talis voluit eas cognoscere,nõ creditur: quia deponũt in causa propria, vt dicit D.Aymo consi.41.venerabilis,circa prin. Intellige, nisi cũ dicto mulieris dicentis se cognitam a Titio concurreret dictum socii criminis, & fama publica:quia omnia ista facerent indicium ad torturã,vt dicit Pau.de Cast.consi.348.notandũ,versus fi.1.vol.& ita debet intelligi illud, quod dicit

Laur.Calca.consi.109.col.1.& 2.dum videtur velle,ꝙ ille, qui dicit fuisse sodomitatum ab aliquo,facit indicium cõtra illũ, intelligitur cõcurrentibus aliis indiciis, aliàs non procederet eius dictũ.Et ad prædicta facit tex.15.q.3. c.sanè.in fi.quia dũ de se confitetur, nõ debet ei de alieno crimine credi,vt ibi.Hinc dicit Pileus quæstione.44.Roncella.ꝙ si mulier cõfiteatur, ꝙ fuit cognita a Papa,nõ probat contra Papã, refert & sequitur Matth.de Afflic. in consti.si damna clandestina,col.14.in fi.& sic concluditur, ꝙ talis confessio vulnerati,vel offensi non facit probationem,nec indiciũ sufficiens ad torturã,sed talem qualem leuem pręsumptionem,vt possit formari inquisitio:vt pulchrè cõcludit Fran.Bru.in trac.de indi.car.3.col.4. in prin. & cart. 5. col.2.in princ. & ad prædicta adduci possunt multa relata per Hippo.in sua pra.crim.§.diligenter.col.24. versi. quæ-
76 ro vlterius.† Limita dictam conclusionem nõ procedere, quãdo ille offensus in mortis articulo deponeret, maximè cũ iuramento,ꝙ Titius eum percussit,& esset homo bonę conditionis,vitæ, & famæ, & per alios probari nõ posset: quia tunc eius assertio faceret indiciũ ad torturam, vt latè disputat Hipp.in d.§.diligenter. col.24. cum pluribus seq. & tandem ita concludit,allegat Ang.in d.l. siquis in graui. §.siquis moriens.& Thom.Gram.decisio.42.Ang.Piscarię, maximè concurrẽtibus aliis indiciis & adminiculis, vt ibi per eum,& pro ista opi.adducitur illud,quod multum nota.dixit Iac.de Bel.in sua prac.crimi.in titu.de quæstio.co-
77 lum 5.versi. 11.† vbi ponit de eo,qui tempore, quo fuit inuasus,clamauit dicendo,talis me interfecit, & statim reperitur mortuus, talis assertio, & acclamatio facit indicium ad torturam. Ratio: quia eo tempore nemo præsumitur mentiri, nec præsumitur immemor salutis æternæ, vt ibi per eum,& sequitur Hippo.sing.516.& idem Hipp.consi. 5.in causa Ioannis Dominici.colum.3.num.14.& faciunt dicta per Bald.in c.literas.colum.2.extra de præsumpt.vbi dicit,ꝙ in articulo pęnitentiæ quis præsumitur verum confiteri tam contra se, quàm contra aliũ. Sed responderi potest,ꝙ ista ratio nõ concludit:quia moriens aliquando mẽtitur,vt dicit Bald.in d.cap.literas.colum.2.& Oldra. consil.192.viso diligenter.colum.1.per iura ibi per eos allegata, nec omnis moriens est Sanctus Ioannes Baptista, vt dicit Bald. in titu.de pace Constan. in verbo vasalli nostri, & Ange.in d.trac.malefi.in verbo,qui iudex ad probationem in vltima col. Item adducit: quia maleficia non debent remanere impunita l.ita vulneratus.ff.ad leg.aqui.c.vt famæ extra de sent.excommu. Sed respondetur, ꝙ non ius deficit,sed probatio,& accusatore nõ probante reus absoluitur l.qui accusare.C.de eden.& sanctius est impunitum delinquentis facinus relinquere, quam innocentem condẽnare l.absentẽ.ff.de pęni. Itẽ adducitur:quia vbi aliter veritas haberi nõ potest,admittũtur testes, qui haberi possunt, vt dicit Spec.in titu.de teste.§.de testium cõpulsione, versi. sed nunquid vxor Abb.in c.in literis.extra de testi.Alexan.consil.102.super primo,circa fin. 7.volu.Sed respondeo,quòd iste offensus dicitur principalis, & non testis, qui non dicitur idoneus ad testimonium l.omnibus. C. de testib.immo si diceretur testis, adhuc minimè faceret indicium ad torturam: quia iste vulneratus dicitur inimicus vulnerantis.capitulo cum P.Manconella. & ibi Franc. de Areti. & alii extra de accus. & inimicus non est integer testis, vt ibi habetur, & per Hippol.in l.1.§.prętereà.colum.fina. ff. de quæstio. & debet esse omni exceptione maior, vt faciat indicium, vt dicit Abb.in capi.1. in colum. 1.extra de confess.& Thom.Gram.consi.46.& in criminalibus testes debent esse luce meridiana clariores l.fin.C. de proba.Item adducitur: quia in facto proprio vnus testis plenè probat secundũ Pau.de Cast.in l.1.§.si absens.ff.si ex noxa. ca.aga.Sed respondeo,ꝙ opi.Pau.de Cast. reprobatur per Alexan. & Ias. in d. §. si absens. in vltima colum. Contrariam opin.quòd assertio vulnerati morientis,seu in articulo mortis non faciat indiciũ ad torturam,sed solum vilem suspicionẽ, quæ est minor indicio,tenet glo. in l.2. in ver-

bo cauit.C.de calum.& ibi Bald.Saly.& Ange. Oldra.in d. consi.192.viso diligenter Alexan.consi.14. ponderatis narratis in themate 3.vol.Iaſ.latè in l.1. in prin. colum.2.ff.de eo per quē fa.eſt, Fran.Bru.in d.trac.de indi.cart.3.col.4.in prin.& car.5.col.2.in prin.Soci.consi.54. viſis teſtibus.col. pen.in fi.ver. accedat.3.vol.Pet.Gerar.de Petraſancta ſing. 55.nota bene. Dec.consi.363.in cauſa quæ 3. volu. Par.in trac.ſind.in verbo tortura.§. officialis poſuit ad cordā, col. 4.verſi.quidam,vbi reſpondet ad dicta per Ange. in d.§.ſiquis moriens. ADDITIO noua. Et Fely. in c.literas. col.4. extra de præſump.allegat glo.& Ang.in l.2.C.de calumn.vbi dicit, ꝙ nō ſtatur dicto morientis, qui dicit,talis me percuſſit, licet hæres illū accuſans propter hoc excuſetur a calumnia:vt ibi per eos, & in l. 2. C. de calumnia.& Fely. ibi multa alia ad hoc facientia refert, & Alex. conſi. 14.3. vol. vbi dicit hoc procedere, etiam ſi teneat Corpus Chriſti in manibus:quia non omnis, qui moritur,eſt Sanctus Ioānes Baptiſta.& iſtā opi. contra Hip. tenet Marcus Ant.Blanc.in l.fi.de quæſtio. in verſi. mortui depoſitio, nu. 190.& ibi reſpondet ad contraria,& tenet, ꝙ ad ſui præiudicium creditur,ſed nō ad præiudicium tertii. Et hāc opi. ēt tenuit Iacobus de Nouellis in ſua prac. cri. in tra.ad defenſam,cart. 73.col.2.verſ.mortui depoſitio,nu.147.vbi tenet, ꝙ talis aſſertio eſt vilis præſumptio , & de per ſe non eſt ſufficiens ad torturam , & hoc indicium tollitur , ſi inquiſitus nullam habeat conuerſationē cum defuncto, neque aderat inimicitia,& iuculpatus erat homo bonę famę vt ibi per eum.Et iſta eſt communis opi. a qua in iudicando non eſt recedendū, videlicet, ꝙ ſola aſſertio vulnerati in mortis articulo non faciat indicium ad torturam,ſed faciat quandam leuem præſumptionē,ſeu ſuſpicionem minorem indicio , & operatur: quia excuſat accuſantē a calumnia,vt dicit glo.& docto.in d.l.2.C. de cal.& Bald. in l. athletas.§.calūniator.col.2.ff.de his qui not. infa. & Fran. Bru.vbi ſupra.Et operatur etiam,vt poſſit ex tali aſſertione formari inquiſitio,vt per Fran.Brun.ibidē,& tenet Par.vbi ſupra, & talis inquiſitio poteſt formari , licet ille offenſus depoſuiſſet ſine iuramēto:quia informatio a principali poteſt capi cum iuramento,& ſine iuramento , vt per glo.in c.1.§. ſi duo. in verbo teſtimonium, de pace tenen.& Par. vbi ſupra.Et ſic concluditur, ꝙ ſola aſſertio uulnerati non facit indicium ad torturam, niſi alia indicia concurrant,vt per Par.vbi ſupra,& Ludo.& Ang.in d.l. ſiquis in graui.§. ſiquis moriens.

ADDITIO noua. Et Thom. Grammat. dicta deciſio.42.ſed facit indicium ad inquirendum, vt per Par. vbi ſupra,& dicit Glo.Bal.& Saly.in d.l. 2. C. de calum. ꝙ dictum defuncti vilem præſumptionem facit,& non probationem.

78 ¶ Nunquid autem † exculpatio offenſi proſit inquiſito? Breuiter dicas ꝙ ſic l. diuus. ff. ad ſenatuſconſul. Sille. quia ſi contra inquiſitum ſunt indicia ſufficientia ad torturam,& vulneratus eum exculpat,& dicit, ꝙ non fuit ille,qui eum percuſſit,talis exculpatio operatur, vt inquiſitus non poſſit torqueri:vt tenet Bal. in l. 1. in vltima col. verſi.pone teſtator.C.commu.de leg.Alexan.conſi.24.animaduerſis.col.6.in prin.2.vol.verſ.fortifico.Gandi.in trac. maleſi.in rub.de tranſ.& pact.in maleſi.col.6.in fi. ver. ſed pone,Ang.in tra.maleſi.in verbo,qui iudex ad probationē in fi.Iaſ.in l.1.in prin.col.2.ff.de eo per quem fa.eſt & in l. ſi mora, col.6.ſol.mat. Hip.in ſua pra.cri.§.diligenter.col. antepe.ver.vlterius dico cū multis concor.ibi,& conſi.61. poſt reditū,col.pen.& cōſi.17.nu.10.& cōſi.50.Pet.Gerar. d.ſing.55. nota bene.& D.Aymo.conſi.6.plura, nume.64. & Thom. Gram. voto 24.nume.14. & Matth. de Afflic.in conſti.terminum vitæ,in octaua quæſtione. ¶ Et an mandatarius poſſit excuſare mandantem dicendo , quòd occidit motu proprio , vide Hippo. in l. 1. §. diuus Antoninus, col.3.ff.de quæſtio.cum concor.ibi, vbi quòd eſt recurrendum ad coniecturas:quia in dubio præſumitur contra mādantem . ¶ Limita dictam concluſionem non procedere quando liquidò conſtaſſet exculpatum commiſiſſe maleficium, quia tunc non obſtante exculpatione poterit puniri ita Bald.in d.l.1.col.fi.C.commu.de leg.& Ange. in d. trac. maleſi. in verbo qui iudex ad probationem, in fin. & Petr. Gerard.ſing.55.Bald.in l.tranſigere.C.de tranſa.Bar.& ibi Alexan.in addi.in l.falſus.in 3.oppo.ff.de fal.Par. in tra.ſindi.in verbo tortura.§.ſequitur quæſtio,col.5.verſi.purgatur etiam,& Matth.de Affli.in d.conſti.terminum vitæ.col.12. in octaua quæſtione,nume.45.verſi.quibus adde. ¶ Limita 2.non procedere reſpectu curiæ,ſeu fiſci: quia non obſtante exculpatione poterit iudex procedere ex officio,ſi eſt de caſibus,in quibus procedi poſſit,nam illa exculpatio prodeſt reſpectu iniuriæ ipſi vulnerato illatæ, ſed reſpectu, quia eſt offenſa curia,& reſpublica, non prodeſt: quia publicè intereſt,ne maleficia remaneant impunita l.ita vulneratus.ff.ad leg.aquil.c.vt famæ.de ſen. excom.ita in ſpecie tenet Bonifa. in trac. maleſi.in rub.de pace,col.2.verſi.ſed quid,Titius fuit mortiferè,Bart. in l.iniuria.§.1. ff.de iniur. Pari.in tra.ſindi.in verbo inquiſitio.§.dicit conſtitutio.col. 3.vbi vide. ¶ An autē pax, & remiſſio facta per infirmum proſit , ita ꝙ eius hæres non poſſit contradicere ? Vide, quæ dicit Pari.in trac.ſindi.in verbo compoſitio.§.vltimò circa prædicta,col.1.cum ſeq.& Lucam de Pen.in l.quicquid.col.26.C.publ.leti.lib.12.& quæ dicit Iaſ. in l.ſi mora.col.6.in fi.ff.ſolu.matri.Par.in trac.ſindi. in verbo tortura.§.mandauit rex. col 4.verſi. item patrem excuſat, Alex. & alios in l.tranſigere,col.1.C.de tranſac.Rober.Maran.in ſuo tra.ſpeculum aureum,in 6.& vltima parte prin.in verbo de inquiſitione,verſic. quartò principaliter requiritur, col.5.cum pluribus ſeq.car.47.Par.in d.verbo compoſitio. §.an ſi compoſitio fiat,cum concor.in d.locis,& docto.maximè Imo.& Moder.in l.4.§.Cato.in fi.ff.de verb. oblig.& Par.in d.verbo inquiſitio.§.dicit conſtitutio reg. col. 3. vbi quando dicit,iniuriam voluntariè recepiſſe, an curia poſſit procedere. ADDITIO noua.Bar.in l.damni.§. Sabini,col.2.circa medium.ff.de damno infe. & ibi addi.Spe. in tit.de accuſatore,in prima par.in prin.col.4 Bald. in l.1. col.2.verſi.item an pax. ff. de pact. vbi ponit, an pax poſſit fieri in teſtamento, ſicut in contractu , & in prędicta quæſtione vera eſt concluſio, ꝙ licet teſtator remiſerit,ſeu fecerit pacem in teſtamento: poteſt nihilominus accuſari criminaliter ab aliis conſanguineis occiſi pro iniuria eis illata,vt concludit Rob. Maran.vbi ſupra,ver.& ex prædictis, nu. 51.bonus eſt tex.in l.qui cetu.§.fina.ff.ad leg Iul.de ui, & Lucas de Pen. in d.l.quicquid. col.26. vbi tenet,quòd ſi vulneratus remiſit , & poſtea moritur , poteſt accuſari de occiſo,vel curia ex officio procedere poteſt, vt ibi per eū. Et vide Alber.Bru.in tra. de conſti.ſtatu. in verbo pax,col. 11.3.volu.vbi ponit ſtante ſtatuto, ꝙ bannitus, qui habuit pacem ab hærede occiſi,cancellatur a banno, an ſufficiat habere pacem ab offenſo, antequam moriatur.& refert diuerſas opin.tandem concludit, ꝙ ſufficit habere pacem a defuncto,& tutius eſt,vt oſtendat,ꝙ hæres adiuit hæreditatem , quia adeundo uidetur ratificare omnia geſta per defunctum,vt ibi per eum,& dicit,ꝙ iſta eſt æquior.Et nota vnum,quod dicit Gand.in tract.maleſi. in rub. de tranſ. & pact.in maleſi.col.3. in prin.verſi. iterum quæritur,vbi referendo Gui.de Suz. tenet,ꝙ ſi is,ad quem ſpectat dolor,tranſigat, & pacem faciat, & remittat ſuam iniuriam, præcludit viam omnibus aliis accuſandi. Et reſpondet ad legem qui cetu.§.fin. ff. ad leg.Iul. de vi,quòd loquitur in caſibus,in quibus non licet tranſigere, & ſequitur Carrer. in ſua Pract.cri.§. circa.lo 2.col.pen.nu.181. & tangit glo. in l.ſecus.§.hiſdem.ff.de accuſa.& in d.l.tranſigere. Et iſta opin. frequenter ſeruatur in practica, quia habita pace a proximioribus de aliis non curatur.

79 ¶ † Quæro, pone aliquis in tortura inculpauit ſe, & alios de aliquo maleficio demum tempore,quo damnatur ad mortem, vel quando dicitur ad ſupplicium , reuocat confeſſionem, & inculpationē factā de aliis,& dicit, ꝙ mentitus eſt alios indebitè incuſādo,an talis exculpatio,& reuocatio cōfeſſionis valeat, proſit illis inculpatis,ita ꝙ ſit ſublatū indicium,& torqueri non

ri non possint. Istam quæstionem latè examinat Hip. in sua prac. crimi. §. restat. col. 1. cum aliis sequen. & dicit, ꝙ ista quæstio apud eum semper fuit dubia, & eam habuit in facto, & allegat ad vtranque partem pro & cōtra, nullam tamen decisionem allegat in terminis, & finaliter videtur tenere, ꝙ talis exculpatio nō prosit, allegat. quia nō omnis moriēs est Sanctus Ioannes Baptista, vt dicit Bal. in titu. de pace Constan. vers. vasalli nostri, & Ang. in tra. male. in verbo, qui iudex ad probationem. col. fi. Item moriētes nō dicunt semper verū, vt dicit Old. consi. 192. viso diligenter, glo. in c. literas. in verbo graue, & ibi Bal. in 2. col. extra de præsump. Item talis reuocatio fit sine iuramento, & confessio fuit facta cum iuramento, quo casu stādum est confessioni factæ cum iuramento, & in iudicio l. generaliter. C. de non nume. pecu. c. sicut. extra de testi. de quo per doct. ibi, & per Bar. in l. eos. ff. de fals. Item quia plerunque talis reuocatio fieri solet ad persuasionem, & instigationem alterius, & sic dicitur ab alio procurata. & pro ista etiam parte Hippo. vbi supra allegat tex. in l. si quis in graui. §. si quis
80 moriēs. ff. ad Sille, vbi per illum tex. dixit Bar. & alii † ꝙ si iudex constitutus in mortis articulo dicat, se tulisse falsam sententiā, non statur eius dicto, nec ei creditur, nec per hoc snia annullatur, & multa alia pro ista parte allegat, vt ibi latius per eum, & Ias. in l. 1. in prin. col. 2. ff. de eo per quem
81 fa. est. Et dicit Bal. in d. §. si quis moriens, † ꝙ nō creditur testi, qui in pęnitentia dicit se tulisse falsum testimonium quò ad præiudicium tertii. Et si vxor in tempore mortis dicit, ꝙ eius filius nō est filius mariti, ei non creditur in præiudicium filii, vt ibi latius per eum, & Fely. in c. sicut, de testi. Pro parte verò contraria, ꝙ talis exculpatio, & reuocatio valeat, allegat: quia est facta in mortis articulo, quo tēpore nemo præsumitur mentiri, nec præsumitur immemor salutis æternæ, vt ibi latius per Hippo. qui (vt dixi) dubiè pertransit. Adde, ꝙ istam partē, ꝙ talis exculpatio prosit illis exculpatis, vt torqueri non possint, tenuit Hip. cōsi. 109. audito & intellecto. col. fi. in princip. qui pro ista parte multas rationes allegat, & ad cōtraria respondet, vt ibi per eum, & licet ipse nō dicat, istam opi. tenuit And. de Iser. in consti. regni, si damna clandestina. col. 5. in fi. cum seq. vers. Item quid si cōfessus, & eum sequitur Seb. de Neap. hic, & istam opi. tenuit etiam Thom. Gram. in voto tertio, in causa inquisitionis. nu. 15. cum pluribus seq. vbi ad contraria nititur respondere, vt ibi per eum, eandem opi. sequitur idem Thom. in voto 11. in causa venerabilis, nume. 18.

ADDITIO noua. Et hanc partem tenet etiam Thom. Gram. decisio. 56. num. 10. cum seq. & maximè quando apparerent aliqua signa, ꝙ ex odio inculpasset, vt ibi per eū, & istam partem tenuit etiam idem Thom. Gram. consi. 1. post decisio. nu. 69. cum seq. & consi. 2. cum concord. in d. locis. pro ista parte facit: quia cum persistat in confessione contra se, & alium exculpat, nō est præsumendum eū mentiri: quia si voluisset mentiri, potius exculpasset se ipsum, cum non præsumatur aliū plus diligere, quā se ipsum, & prima charitas incipit a se ipso l. præses. C. de seru. & aqua. & ista opi. est tenēda, qa magis cōiter ita tenent, qui tangūt istā quæstionem. Et circa istam materiam nota vnum, ꝙ si confessus de se ipso falsa crimina in tortura, vel alio modo, debet saltim in extremis reuocare confessionē, aliàs nō saluatur, ita dicit Fely. in c. 1. col. fi. extra de testib. cog. & per hoc dicit, ꝙ cautus debet esse sacerdos audiens confessionem morituri, qui de se mentitus est, vt reuocet suam
82 cōfessionem, vt ibi per eum. ¶ † Limita prædictam conclusionem non procedere, quando ille, qui ducitur ad supplicium, fuisset cum parte loquutus, vel aliquo procurante fuisset facta talis reuocatio: quia tunc non valeret, nec iuuaret, vt colligitur ex dictis And. de Iser. in d. consti. si damna, & faciunt, quæ dicit Hippo. in d. §. restat. versus fi. sicut in simili dicimus in teste, ꝙ potest corrigere dictum suum incontinenti, antequā loquatur cum parte, vt per Bald. in l. presbiteri, la prima. C. de episc. & cler. & in auctēn. qui semel. C. de testi. per Bar. in d. l. eos. col. 2. ff. de fal. & And. vbi supra cum concor. allegatis per Fely. in ca. præterea, extra de testi. cog. Et ideo dicit And. vbi supra, ꝙ cautus debet esse iudex, vt talem confessum separatim teneat, ne ab aliquo possit instrui, vt reuocet confessionem, vt ibi per eū.

83 ¶ † Limita. 2. nisi alio modo appareret de delicto contra exculpatum: quia posset nihilominus procedi non obstante exculpatione, vt per And. de Iser. vbi supra ibi, nam vbi nō constat aliud &c. quod cōfirmatur ex dictis per Bald. in l. transigere. C. de transf. quem refert & sequitur Par. in trac. sind. in verbo tortura. §. sequitur quæstio. col. 5. vbi dicit, ꝙ non valet exculpatio offensi quando constaret contrarium, vel facti qualitas manifestè oppositum declarat, vt ibi per eos, & supra proximè dixi. ¶ Vlterius inquantum Seb. hic dicit, ꝙ cōfessio vnius latronis contra alium latronem inducit præsumptionem. Adde, ꝙ de iure vnus latro contra alium latronē facit indiciū, quando ille infamatus est aliàs malæ famæ, puta quia publicus latro, vel aliàs consuetus talia facere l. prouinciarū. C. de fer. ita tenet Inno. & Bal. in c. 1. extra de confes. sed de iure capitulorum regni tres latrones separatim interrogati in tormentis si de alio confessi fuerint, faciūt probationem, quantum duo probi viri, sed contra hominē non leuis, & diffamatæ vitæ faciunt solùm indicium ad inquirendum, vt in isto c. nostro iuncto c. constitutionem, nu. 148. infra. Et nota, ꝙ sufficit, ꝙ non sit leuis, & diffamatæ vitæ licet non probetur, ꝙ sit bonæ vitæ, vt in d. c. constitutionem. & ibi dicetur. Et nota, ꝙ quando vnus latro cōtra alium admittitur, debet aliqua alia præsumptio cōcurrere, & nō creditur sine tormentis, vt per Innoc. & Bal. in d. c. 1. de confes. & in isto c. nostro, & faciunt, quæ sunt dicta supra de socio criminis, & tenet Saly. in l. 3. §. lege iulia. in fi. ff. de testi. vbi dicit, ꝙ quando infamis admittitur contra infamem, non admittitur sine tormentis. Dicit hic Bartol. de Capua, quòd alibi non ita expressè inuenitur, quòd dictum trium malorum hominum, & latronum tantum valet, quantum dictum duorum proborū virorū, vt hic in fi. expressè dr, sed in ꝯtrium est tex. in d. c. cōstitutionē, nu. 148. Et ex hoc sumitur argumētum ꝓm eum ad multa, & primò in cōparatione testiū, quibus magis credi debet, vt l. ob carmen. §. si testes. ff. de testi. & ibi gl. qa sicut statur dicto duorū proborū virorū, si eis nō potest aliqua exceptio opponi, similiter stetur dicto trium malefactorū, vt hic apparet, vbi loquitur in maleficiis, in quib. de salute hominis agitur, ergo multo magis habet locū in ciuilibus, vbi agitur de minori præiudicio, arg. C. de appel. addictos, sed cōtra hoc facit secundū eum: quia istud c. est contra ius cōe: quia est contra l. fi. C. de accu. vbi socius de socio nō interrogatur, ergo nō debet trahi ad cōsequētias, arg. l. qđ verò. cū simil. ff. de leg. sed dicit ipse Bart. ꝙ quando in casu speciali est eadē, vel maior ratio, vt aliquid statuatur, tūc trahitur ad cōsequentiā, vt in simili notat glo. in l. 2. C. de patri. qui fil. distra. & ideo in eis infamia non obstabit. sed timor, & corruptela, & similia bene obstabūt per ea, quæ habētur per Dy. in c. cum argumentū, ext. de reg. iur. in 6. ¶ Tu aūt in isto articulo. An maior numerus testiū suppleat defectū. Vide glo. in l. 3. §. 1. in verbo numerū. ff. de testi. & ibi Iac. But. qui tenet, ꝙ maior numerus supplet defectū. & Imo. in l. qui testamēto. col. 1. ff. de testa. & Ale. cons. 47. abūde. col. 1. 2. vol. Cor. cōsi. 55. vr in hac. col. fi. 4. volu. qui tenet, ꝙ maior numerus supplet defectū, vide tñ Fran. Cur. in tra. de testi. in 1. conclu. col. 3. vbi allegat Ang. cons. 128. qui tenet ꝯtriū, & Fran. Cur. vbi supra facit vnā distinctionē, vt ibi ꝑ eū, sed magis cōiter vñr tenere, ꝙ maior numerus supplet defectū, vt ibi per eos, cū concor. in d. locis.

84 ¶ Itē in quantū. Seb. hic dicit, † ꝙ falsarius non recipitur cōtra falsariū in testē, adde, ꝙ idē tenet Inno. & Bal. in cap. 1. extra de confes. quod limita, nisi talis falsitas fuisset commissa in crimine læsę Maiestatis, vt falsare monetā principis, vel eius sigillū, vt ybi per Bal. Aduerte tamen, ꝙ quando falsarius admittitur, debet aliqua alia præsumptio concurrere, nec ei creditur sine tormentis, vt per Inno. & Bal. vbi supra, & pluries supra dixi. & Hippo. consi. 78. col. 4.

85 ¶ Hinc sumpta occasione. † Quæro, testis dicit, se fuisse a Titio corruptum, vt falsum deponeret, an ei credatur contra Titium. Breuiter cõclude ꝙ nõ, vt tenet Pet. de Ancha. consi. 24. visa inquisitione. col. 1. allegat inter alia tex. in c. sicut, extra de testi. & in c. 1. & ibi docto. extra de confe. eandem opi. tenuit Rapha. Fulg. consil. 173. in causa inquisitionis, col. 1. & 2. Phili. Dec. consi. 189. lętatus sum, col. 2. & 4. primo vol. & consi. 234. in effectu. col. 1. 2. vol. Hipp. consi. 78. lecta & oportunè, col. 4. in fi. & consi. 101. in præmissa causa, col. 6. & consi. 102. pauci sunt dies, col. 2. in fi. nume. 8. & Thom. Gram. in consi. 46. in causa magnifici Tristani, nume. 10. cum sequen. & quando admitteretur, non crederetur sine tormentis, vt proximè dixi. A D D I T I O noua. ¶ Ad prædicta vide etiam Matth. de Afflic. in consti. regni, si damna clandestina, colum. 14. nume. 34. circa medium, vbi dicit, quòd si Titius deponit, quòd Caius eum corrupit, vt ferat falsum testimonium cõtra Caium, nõ facit verã probationem cõtra Caium, sed inducit aliqualem pręsumptionem; vt possit contra eum inquiri, allegat And. de Iser. ibi per l. fi. & ibi glo. C. de accus. & Fely. in c. cum I. & A. in pen. col. ver. fallit quinto, de re iudi. ¶ Sed circa prædicta occurrit vna difficultas quæ videtur præcedentibus aduersari.

86 † Quia testis productus ab eo, cõtra quem fuerat corruptus pecunia, ne testimonium diceret, plenè probat, secundùm Bald. in c. fi. extra de testi. cog. & Bal. in c. 1. si de inuesti. inter do. & vas. lis oria. Par. in trac. sind. in verbo corruptio, col. 2. Ias. in l. 1. col. 3. in fi. ff. de fer. & in l. 1. col. 2. ff. de condi. ob turp. caus. & sentit idem Ias. in d. l. 1. §. si tibi, col. fi. in prin. de condi. ob turp. cau. & tenet Fely. in c. licet causam. col. 5. extra de proba. Hippo. in l. 1. §. sed & si quis. col. 2. in prin. ff. de fal. & in sing. 112. in ore duorum, & Hippo. consi. 61. post reditum, col. pen. & Thom. Gram. consil. primo, col. fi. & consi. 3. in causa Regii fisci, & idem Tho. in voto 11. in causa venerabilis, nume. 2. & allegat Fran. Are. consi. 13. col. 9. versi. præterea est magnum dubium. Sed aduerte, quia ista proximè dicta procedunt, quãdo constat de corruptione per alios testes, tunc potest produci super causa principali cõtra corrumpentem, & quòd debeat probari de corruptione, probat tex. in ca. sicut, & ibi docto. extra de testi. & in ca. cum in tua, eo. tit. glo. & Abb. in cap. peruenit. el 1. versus fi. extra de testi. cog. facit tex. in cap. licet causam, ibi corrupti falsa differunt, extra de proba. A D D I T I O noua. Et hoc tenet Tho. Gramma. deci. 28. co. pe. Et bene faciunt dicta per Abb. in c. licet causam. col. 8. cum sequen. num. 24. ver. venio nunc, extra de prob. & ibi Fely. col. 18. in fi. versic. secundò intellige. vbi tenent, quòd debet probari, testes fuisse corruptos, vt sententia retractetur. Pro hoc etiam facit quia de delicto constare debet, adeò quòd nõ sufficit, si reus confiteatur occidisse Titium nisi constet Titium fuisse occisum. Ang. in tra. malefi. in verbo fama publica, col. 42. versi. tu autem in hac materia Hipp. in sua pra. crim. in prin. col. 2. cum concord. Pro hoc facit: quia quando qualitas est fundamentum intentionis alicuius, illa qualitas probari debet, vt per Bar. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de oper. nõ. nunc. Immò ille, qui qualificat dictum suum etiam excipiẽdo, debet illam qualitatem probare, vt dicit Bald. in d. cap. licet causam. col. 7. in prin. Aliàs si diceretur, quòd non debet probari corruptio, sequeretur maximum inconueniens & absurdum, quòd si vnus ribaldus diceret, talis me corrupit pecunia &c. posset ille inquisitus de corruptione puniri, quod non est dicendum. per ea quæ dicit Ioan. de Ana. consi. 59. visa inquisitione, col. 3. & tamen in criminalibus testes debent esse luce meridiana clariores l. fin. C. de proba. Et istud in hoc casu vt talis corruptus admittatur cõtra corrũpentem est introductum modium corrumpentis: quia præsumitur malam causam fouere, vt dicit tex. & ibi Io. And. & Doct. in d. c. peruenit. el 1. de test. cog. & Abb. i c. cõstitutis, el 1. versus fi. extra de testi. Abb. in c. intimauit. col. 2. & ibi Fel. col. 4. in prin. eo. titu. ¶ Et pro cõfirmatione prædictorũ adducitur

87 † quia testi asserẽti se periurium cõmisisse, creditur cõtra se, nõ autem creditur quò ad retractationẽ sententiæ in præiudiciũ tertii, vt dicit Bal. in d. c. sicut nobis. col. 1. extra de testib. & in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Sille. & Fely. in d. c. sicut, in prin. & in c. cum in tua. col. 3. in 2. conclusione, extra de testi. & Bald. in auct. si dicatur. col. 2. C. de testi. & dicta per Ias. in l. 1. in prin. col. 2. ff. de eo per quem fa. est, de quibus supra feci mẽtionem in illa quęstione, an vulnerato credi debeat, cum seq.

88 † Immo talis testis periurus, & varius posset torqueri, vt dicit Fely. in d. c. cum in tua. col. 3. in fi. de quo per Doct. in l. ex libero. ff. de quæstio. & Bar. in l. eos. ff. de fal. A D D I T I O noua. Quid autẽ si probetur, testẽ fuisse corruptã, & aliud de falsitate nõ apparet, an propter hoc retractetur sententia lata, vide Inno. Io. And. Fely. & alios in c. licet causam, ext. de proba. & ibi Fely. col. 18. versi. 3. conclusio, & tenet ꝙ nõ, vide ibi. ¶ Sed quæro, per consti. regni, si damna clandestina, & per hoc c. vniuersitas tenetur emẽdare damnũ, quãdo non cõstat de malefactore.

89 † Pone, ꝙ in territorio alicuius Ciuitatis, seu villæ fuit aliquis disrobatus, & quia nõ constitit de malefactore, fuit actum cõtra vniuersitatem pro illo damno clandestino, & plenè cõstitit de delicto, & sic disrobatione, sed de rebus disrobatis, vel de ęstimatione ipsorum nõ poterat apparere: quia forte disrobatus erat solus, vel illi, qui erãt cum eo non viderũt pecuniam, quam habebat in marsupio, & sic de aliis bonis, dubitatur, an probari possit per iuramentũ disrobati de rebus amissis, & ipsarum ęstimatione? Iac. de Are. tenuit ꝙ sic: quia nõ est dubium, ꝙ probato maleficio contra malefactorem, statur iuramẽto damnum passi de ęstimatione rerum l. si quando, & ibi docto. C. vnde vi. c. fi. extra quod met. caus. sed vniuersitas tenetur ex quasi maleficio l. 1. §. summa cum ratione. ff. de his qui deie. vel effu. l. ex maleficiis. in princ. ff. de actio. & obli. ergo probato maleficio debet cõtra vniuersitatem iurari, sicut iuraretur cõtra malefactorem. Secundò allegabat text. in l. ne. quid. in ver. testatus. ff. de incend. rui. nauf. intelligẽdo verbum testatus, pro simplici attestatione dãnum passi pro hoc: quia quãdo est difficultas probationis, fit probatio per iuramentũ l. in bonæ fidei. & l. in actione. C. de reb. cre. Contrariã opi. ꝙ non stetur iuramẽto disrobati, & damnum passi, tenuit glo. magna in d. cõsti. si damna clandestina, & Seba. de Neap. hic, & Dy. Bar. Bal. Alb. Saly. Ang & Io. Fab. & alii in d. l. si quãdo. C. vnde vi. & Bar. in l. ne quid. ff. de incendi. rui. naufra. Bart. post Dy. in l. 1. ff. quando ex fact. tuto. Bar. in l. semper. §. fi. ff. quod vi aut clã. Bal. in c. 1. §. cõuenticulã. de pace iur. fir. Io. Andr. in addi. Spe. in tit. de rapto. circa prin. Abb. & alii in c. fi. extra de his quæ vi metusue cau. A D D I T I O no. Et Christop. Por. insti. de testa. mili. in prin. col. 2. in prin. vers. Itẽ facit, vbi dicit, ꝙ stãte statuto, ꝙ villa teneatur emẽdare dãnũ alicuius disrobati, certè villa nõ tenebitur, nisi primò ꝓbatũ fuerit dãnũ, & ista est cõis opi. antiquorũ, & moder. vt tenet Ias. in d. l. si quãdo. col. 8. & dicit Alb. vbi supra, ꝙ iudiciorum vsus approbat, & ita de facto obtinuit. Ratio est: qa vniuersitas cõuenitur ex facto tertii, nõ aũt ex proprio delicto, ergo nõ statur iuramẽto dãnũ passi l. 1. ff. qñ ex fa. tuto. Nec obstat, qđ dicebat Iac. de Are. qa dato ꝙ vniuersitas sit in culpa, nõ sufficit, sed requiritur verus dolus l. in actionib. versi. planè. ff. de in lit. iur. Ang. pulchrè in auth. si qs in aliquo. C. de edẽ. Nec obst. d. l. ne qd. in verbo testatus: qa ibi gl. intelligit testatus, idest qer testes idoneos, & sic cõtra eũ etiã ꝓbat ille tex. in verbo ꝓbauerit. Nec obstat, ꝙ dr̃ de difficultate ꝓbationis: qa ñ sufficit sola difficultas ꝓbationis, sed et̃ requiritur dolus, qui nõ interuenit in vniuersitate secundũ Bal. in d. l. si quãdo, in fi. ¶ Sed cõtra cõem opi. insurgit Ias. in d. l. si quãdo, col. 8. cum seq. ꝙ immo debet deferri iuramentum disrobato contra vniuersitatem; quia vniuersitate tenetur ex delicto proprio, quod probat ex eo, quod dicit Iaco. de Are. & Bar. in l. si ita testamento §. fi. per illum tex. ff. de fun. instru. vbi dicunt, quòd damnũ, quod datur in agris, potius dicitur dari a vicinis, quã ab aliis. Itẽ furta potius prę̃sumuntur fieri a uicinis, quã ab aliis, & furtum

tum factum de nocte præsumitur factum a vicinis. Bart. in l.1.ff.de fur.aduer.nau.Bal.in l.1.in prin.in lectu. Bon. C.loca.vbi dicit, quòd vicini debent torqueri, de quibus magis suspicatur, & Bal.in l.pignus.C.de pig. acti.Et dicit Bartol.in l.ædiles. in vlti. nota per illum tex.ff.de via pub.
90 † q si aliquis reperitur occisus de nocte, præsumitur, quòd vicini fuerunt illi, qui interfecerunt, & præsumitur contra illum vicinum, qui habebat mortuum apud hostium suũ, quod etiam tenet Alex.in addi.ad Bar.in d.l.si ita §.fi.quod intelligitur, si ille erat aliàs solitus committere homicidia vt tenet Lud.Ro.in l.1.§.hoc rescriptum ff. ad Sille.Angel. in tra.malefi.in verbo fama publica, col.17.versic.quid autem si reperiatur, & Fely.in c.afferte.colum.5.extra de præsump.Hyp.in sua pra.cri.§.diligenter.col.22.num.107.sic ergo dicebat Ias.vbi supra, præsumitur, q homines illius vniuersitatis commisissent delictum ratione vicinitatis, & sic vniuersitas conuenitur ex delicto proprio, & potest deferri iuramentum, & communis opi.est falsa, & Ias. in d.l. si quando.col.9.volens defensare communem dat plures solutiones. Primo, quia in d. q. doctores præsupponunt, quòd delictum fuerit commissum per alios, quàm homines villæ, & sic cessat argumentum, sed ista responsio non valet secundùm eum, quia restringit decisionem doct. qui generaliter loquuntur. Secundo modo respondet, q quando non constat, quæ personę fecerunt robariam, tunc præsumitur, quòd homines illius villæ fecissent, & sic est præsumptio delicti, sed ad hoc vt possit contra aliquem iurari requiritur, quòd sit verè delinquens.& quòd sit in vero dolo, sed iste est dolus præsumptus, ergo non habet locum dicta dispositio, quia dolus præsumptus non sufficit. Tertio modo respondet, quòd licet sit præsumptio, quòd fuerit commissum ab hominibus illius vniuersitatis, & villæ, non tamen præsumitur, quòd omnes delinquerint, & tamen omnes tenentur ad emendam damni, ergo non potest habere locum delatio iuramenti. Et vt vides Ias. multum laborat in respondendo ad dictam obiectionem præsumpti delicti ommissi a vicinis. Sed tu clarius responde breuibus verbis, nam licet homines de vniuersitate præsumantur deliquisse, immo si verè deliquissent, quod est fortius, tamen non dicitur ipsa vniuersitas delinquere, nisi hoc fecisset congregato consilio, & pulsata campana, vt not.concludit Bar.in l.aut facta.§.nonnunquam. col.fi.ff.de pœn. & Fran.Cur.Sen.consi.21.Deus.Eterne.col. 4. circa fin.& Io.de Ligna.in clem.1.de pœn.vbi dicit, per hoc defendisse patriam suam, Soci.l.1.§.municipes.in prin.ff.de acqui. poss.vbi ponit duas limitationes, & Cor. consi.224.4.vol. & consi.130.in fin.& consi.148.col.fi. primo volum. Abb. in c.in genesi.col.3.in prin.extra de electio.Pau.de Ca.consi 104.2.volu.Fran.de Are.consi.165.sicut, Matth. de Affl. in consti.dubitationem iuris peritorum. col. 4. in 8. nota. vbi ponit quasdam limitationes, & decisio. 376. ex quo, cum concor.in d.locis, sed cùm in proposito casu vniuersitas non deliquerit in committendo, sed solùm in omittendo, & negligendo facere custodiam, per ea quæ dicit Bar. in d.§. nonnunquam. colum. 2. ergo vniuersitas non conuenitur ex delicto proprio commissionis, sed omissionis, & non dicitur in dolo, sed in culpa, & propterea non debet stari iuramento damnum passi. Conclude ergo in hoc passu faciendo duos casus. Primus casus est, quando agitur contra principales delinquentes & disrobatores, & tunc quia ipsi deliquerunt, & constat de delicto, & maleficio contra eos de rebus disrobatis, in odiũ ipsorum statur iuramento damnum passi, ita probat tex.in d.l.si quando.C.vnde vi.& in c.fin.extra quod met. cau. & in longob. de don. da.l.si quando. Secundus casus est, quando agitur contra vniuersitatem, eo quia non docuit de malefactore, & fuit in culpa non custodiendo territorium, & tali casu non statur iuramento disrobati de rebus amissis, sed debet alio modo probari de rebus amissis, & earum extimatione, ita concludunt communiter doct.in d.l.si quando, & in d.ca.
91 fin.† Et poterit hoc casu probare res amissas, & earum æxtimationem per socios, & domesticos, & aliis modis, vt hic per Seb.& per Bartol.& alios in d. l. si quando, & ibi Ias.colum.9.& doct.in d.c.fin.& glo.in d.consti. si damna. Aduerte tamen, quòd vt possit deferri tale iuramentum damnum passo, requiruntur duo copulatiuè. Primò difficultas probationis. Secundò delictum præcedēs, quo casu odio deliquentis præstatur tale iuramentum, vt dicit Ias.
92 in d.l. si quando. col. 7. in fin. † Et quando dicatur adesse difficultas probationis, vide ibi per Ias. Est etiam notandum circa istam materiam, quòd licet stetur iuramento disrobati, quando agitur contra ipsum delinquentem de rebus amissis, tamen iudex debet inquirere de rebus, & quãtum fuerit disrobatum, per eà quæ nota.dicit Iaco. de Are. in l.qui bona.§.qui damni.ff.de dam. infe. vbi dicit, quod si statuto cauetur, quòd credatur iuramento damnum passi, iudex nihilominus debet de damno dato inquirere, & quod damnum datum sit. Et iurans debet declarare quantas res perdiderit, numerando ipsas, vt dicit Caro. glos. in long.in d.l.1.in verbo quantum, de dam.iniur. da. Et si res non extent, debet iurare de pretio secundùm qualitatem, & communem æxtimationem, vt dicit Caro.glo. in d.l. 1.
93 in verbo iuratus.† Et iudex debet taxare, quando est quæstio de rebus, & considerare qualitatem personarum, & negocii, si enim agricola vellet iurare amisisse res prætiosissimas, vel pecuniam multam, certè ei credi non debet, quia
94 non est verisimile.† Et propterea iudex debet primò taxare prout ei verisimile videbitur, & postea iuramentum deferre, ita nota.dicit Caro.glos.in d.l.1.in verbo restauerunt, in long.& Ias. in d.l.si quando.col.3.in nono nota.& in octauo nota.vbi plus dicit, q ad hoc vt iuramentum possit præstare damnum passo, requiritur, quòd primò præcedat taxatio iudicis, adeo quòd non sufficeret postea sequi, nec iuramentum conualidaretur ex taxatione postea sequenti, allegat Saly.in d.si quando, & Anto.de But.& alios in d. c.fi. extra quod met.cau & dicit Ias. ita consuluisse Mediolani,
95 vt ibi per eum.¶ † An autem isto casu, quando fit taxatio, & defertur iuramento, requiratur partis citatio? Vide Ias. cum ibi allegat.in d.l.si quando. col.3. in fin. cum sequen.
96 vbi multa allegat.¶ † Cautus etiam debet esse disrobatus, vt plenè probet delictum, idest disrobationem esse factam, quia hoc principaliter debet plenè probari, vt probat tex. iuncta glo.in d.l.si quando, & ibi Ias.colum.2.in 2.nota.de delicto namque primò constare debet, vt tenet Bart. in l.si is qui rem.§.si tu Titium.ff.de furt.& Gandy.in tra. malefi. in rub.qualiter fiat accu.col.2.in fi. cum sequen.& in rub. de præs.& ind.in dub.col.2.in fin.Ang.in tra.malefi.in verbo fama publica, vers.duodecimò tu iudex col.42.& in verbo dicto maleficio semper astitit, col.8. & Fran.Bru. in tra. de indi.car.12.in prin.& Bartol.Cepo.in aut.sed nouo iure colum.12.C.de ser.fugi.& Hypp.in sua prac.crim. in prin. colum.2.alia circa istam materiam dicam infra de furtis. ADDITIO noua. ¶ Nunquid autem in isto casu possit probari disrobatio per socios & domesticos. Cynus in d.l.si quando.in fi.& ibi Ias.col.9.versi.retenta, tenent quòd sic, quia licet aliàs tales repellantur, tamen in subsidium tali casu admittuntur, per tex.in l.consensu, versi. super plagis.C.de rapto.& l.quoties, & l.de summersis.C.de naufra. lib.11.& tenent omnes in d.l.si quando, & in c.fi.ext.quod metus cau.¶ In quantum Seb. hic format illam quæstio-
97 nem, † si fures, vel malefactores cœperunt insequi aliquẽ in territorio vnius ciuitatis, & demum in territorio alterius ciuitatis eum disrobauerunt, vel occiderunt, & concludit, quod vtraque vniuersitas tenetur ad pœnam, & istud tenet glo.magna in consti.regni, si damna clandestia, & allegat etiam dicta per Iaco.Butr.quem refert, & sequitur Bald. in l.si quis non dicam rapere.C.de epi.& cleri.vt ibi per eum, Alber.Bru.in tra. de consti.decre.&c.in verbo villa, versi. penult. Adde, quòd contrarium tenuit And. de Iser. in d. consti.si damna, col.pen.quia attendi debet locus, vbi fuit consumatum delictum, & pro ista opi.pondero tex.in isto. c.frequens, versi.statuimus, ibi talia fuerint perpetrata, & in

in c.clandeſtinis.nu.26.infra in rub.de pæ.homi.cland.ibi,
vel quorum territoriis maleficia fuerint commiſſa, & ſic
per iſta iura requiritur delictum conſumatum, ad hoc vt
vniuerſitas teneatur ad pœnam, & pro iſta parte bene fa-
ciunt dicta per Bartol.in l.libellorum.ff. de accuſ. & iſtam
partem in terminis decidit Fran.de Are.in c.fi.col.3.verſi.
aduerte,extra de foro compe.quem ſequitur ibi Fely.col.
6.in fi.in prima concluſione,& reſpondent ad dicta Iaco.
Butr.& Bal.quòd tunc demum procedunt, quando impo-
neretur pœna pro actu non perfecto, ſed quando lex, vel
ſtatutũ punit delictum ſimpliciter, tũc nõ punitur,niſi de-
lictum ſit conſumatum,vt ibi per Fran.de Are.& Fely.alle-
gat.l.1.§.Diuus.& ibi Bartol.ff.ad leg.cor.de Sicar.& Bald.
in l.data opera.C. qui accu. non po.& ita eſt tenendum in
propoſita quęſtione,vt ſolùm vniuerſitas teneatur,in cuius
territorio delictum fuit perfectum, & conſumatum, ſed
quia hodie ad aliud non attenditur, niſi ad imburſandum
pecuniam fiſco præſides prouinciarum iure vel iniuria ſo-
lent emanare banna,vt quælibet vniuerſitas ſub certa pœ-
na debeat cuſtodire territorium, tali caſu ſtante banno, ſi
vniuerſitas non feciſſet cuſtodiam territorii, vigore banni
procederetur contra eam, licet in eius territorio non eſſet
conſumatum delictum,Quid autem ſi delictum eſſet com
miſſum in confinio territoriorum duarum vniuerſitatum,
an omnes teneantur,Vide Bal.in l. 3.§.1.ff.de offi.præfecti
vigil.vide, quæ dicit Matth. de Affli.in d. conſti. ſi damna,
col.7.verſi.ſextò quæro, vbi concludit communiter teneri
quòd vtraque vniuerſitas teneatur,de quo etiam vide Frã.
Are.in d.c.fi.de foro comp.cum concor.per eos allegatis,
& dic vt ſtatim dicitur. Sed tunc pulcrum eſt dubium, an
vna tantum pœna exigi poſſit?Vide Bald.in d.l.3.§.1.ff. de
præfe.vigil.& quæ dicit Fran. Aret.in d.cap.fina. colum.3.
ADDITIO noua.Vbi tenet,quòd vna pœna tenetur,
& vna villa ſoluente altera liberatur. Quid autem ſi ſtatu-
tum dicit,quòd villa ſub certa pœna teneatur capere ma-
leſactorem, & aliquis deliquit in confinibus territorii, &
ſtatim aufugit in alienum territorium, & ſic capi non po-
tuit,an villa teneatur ad pœnam.Vide Ang.in l.1.§.occiſſo-
rum ff.ad Sill.vbi tenet,quòd non tenetur, & ſequitur Alb.
Bru.in tra.de conſti.decre.&c.in verbo villa, verſi. penul-
timo,& in ea col.verſic. ſtatutum quòd villa, & idem Alb.
Bru.in verbo denunciare in prin.vbi etiam dicit, quòd mi-
nimè tenetur,quando delictum eſſet impunibile.Et de ma
97 teria † an debeat inſpici principium,vel finis delicti, & ſic
vtrum debeat inſpici locus,vbi fuit finitum? Vide Iac. But.
in quæſtione per eum diſputata incipiente,ſtatuto ciuitatis
Io.And.in addi.ſpe.in titu.de inquiſi. §. viſo igitur. colum.
1.in addi.incipiente, nunc tractemus qualiter. Bald. in l. ſi
quis non dicam rapere.C.de epi. & cler. Bald. in l.libello-
rum ff.de accu.And.de Iſer.in d conſti.ſi damna, col. pen.
Alex.conſi.24.animaduerſis.colum.8.2.volum.Bald.in l.2.
98 C.vbi de cri.agi.opor.vbi ponit, † quando delictum eſt cõ
miſſum in confinio duorum tererritoriorum,an omnes iu
dices poſſint cognoſcere,latè per Ang.in tra.malefi.in ver-
bo in platea communi, & in verbo in ſcalis Sancti Petro-
nii,latiſſimè per Ant.de But.Fran.de Are.Fely.& alios in d.
c.fi.extra de foro comp.latè Hyp.in ſua pra.cri. §. vlterius,
cum infinitis concor.in dictis locis, & inuenies etiam mul
tas quæſtiones ad iſtam materiam facientes. ¶ Ad mate-
riam de denuntiatione facienda per magiſtrum iuratum,
quam ponit hic Seb. vide latè per Gand. in trac. malefi. in
rub.quomodo cognoſcitur de cri.per denuntiationem, ſpe.
in titu.de denuntiatione,Sali.in l.ea quidem.C.de accuſ.An
gel.in tra.malefi.in verbo nec non ad denuntiationem, &
99 ibi Aug.Ari.in addi.cum concor.in dictis locis. † Quid au-
tem quando denuntiatio non eſt ſolemniter facta, an pro-
ceſſus ſit nullus? Vide latè Hip. conſi. 64. plura profecto,
100 col.fi.vbi tenet, quòd non valet. ¶ † Qualiter autem rece-
ptatores latronum,& malefactorum puniantur?Vide infra
in ca.nuper apud Tranum nume. 13. vbi de receptantibus
proditores,& in c.licet contra.num.219. ſub rub. quòd re-
ceptato.pari pœna puniri debent,& in dictis locis plenius
dicam,& eſt Regia Prag. Regis Ferdinandi, & alia Nouel-
la Prag.Cæſareæ Maieſtatis Caroli Quinti Imperatoris, &
in titu.de pace iur.fir.§.receptatoribus, & ibi And. de Iſer.
101 ¶ † Quæro,An vniuerſitas,& alii teneantur ſuccurrere cla-
mantibus contra latrones?Dic quòd ſic, vt in iſto c.noſtro,
aliàs ſi ſtatim cum poſſunt, non prouident, & ſuccurrunt,
puniuntur,vt in iſto tex. noſtro,& tenet Matth. de Affli. in
conſti.regni,quicunque mulierem.col.3.in fi. licet de iure
communi non puniantur,non occurrentes ad auxiliandũ,
vt ibi per And.& Matth.de Affl. de quo vide etiam And. de
102 Iſer.in titu.de pa.iur.fir.§.receptatoribus,colum.2. † Simili
ter videns proditorem regis debet eum capere,ſi poteſt,vel
ſaltem debet clamare,dicendo,ecce proditor regis, adiuto
rium,adiutorium,vt in c.nuper apud Tranum.nume.13. &
Matth.vbi ſupra, & idem tenet Matth.de Affli. in conſti.re
gni,pœnam eorum.col.23.num.66. & ibi ponit, an idem
ſit pro capiendo bannitos,& foriudicatos,vt teneatur cape
re,ſi poteſt,vel ſaltem clamare, & tenet quod non, quia d.
c.nuper apud Tranum,loquitur ſolùm de rebellibus,& pro
ditoribus regis,& de pœna, quæ imponitur, vide ibi. Simi-
liter etiam quilibet debet ſuccrurere ad adiuuandum cleri
cum,qui patitur violentiam ſaltem clamando,& etiam cui
libet vicino,vel proximo clamanti pro repellenda iniuria,
vt per Matth.de Affli.& And.de Iſer.in d.conſti.quicunque
mulierem. ¶ Similiter mulieri acclamanti vicini debent
ſuccurere,vt in d.conſti.quicunque mulierem, & ibi And.
& Matth. de Affli. Simliter etiam ſi quilibet offenſus cla-
mat adiutorium,adiutorium, quilibet debet occurrere, &
eum defendere,vt tenet Pet.de Ancha.in d. c. dilecto.extra
de ſen.excõ.in 6. & Matth.de Affli. in d. conſti. quicunque
mulierem.in fi.Et quoſdam alios caſus,in quibus quis tene
tur alium adiuuare,ponit Fel.in c.1.col. 2. cum ſequen.ex-
103 tra de offi.deleg.† Et prædicta intellige,quando commodè
ſine periculo ſuæ perſonę poteſt ſuccurrere,vt tenet Matth.
in d.conſti.quicunque mulierem.& in d.conſti. pœnam eo
rum,col.23.& And.de Iſer. in c.1.§.ſi autem omnibus,col.
2.de pace tene.& Decius in l.culpa caret.ff.de reg. iur. ubi
vide,& ibi ponit,quòd ſi clamando ſolùm potuit adiuuare
& dixi ſupra in c.ſubditorum,ſub rub.de violen.An autem
poſſit quis ſuccurrere etiam cum armis prohibitis. Vide
Matt.de Affli. in d.conſti.quicunque mulierem,col. 2. vbi
tenet quòd ſic.¶ Nunquid autem vociferatio, & acclama-
tio mulieris vociferantis ſe oppreſſam, an ſit indicium ad
delictum ſtupri vel violentiæ illatæ? Vide And. de Iſer.&
Matth.de Affli.in conſti.regni,in quæſtionibus, circa fin. &
Bald.in l.1.§.potuiſſe.ff.ad Sille.vbi per illum tex notat, ꝙ
ex vocibus plorantium inducuntur indicia, quòd facit ſe-
cundùm eum ad probandum aliquem voluiſſe inferre vio
lentiam alicui puellæ, quòd vicini audierunt eam claman
tem & plorantem, & ſequitur Pet. Gerard. ſingul. 8. nota
quòd. ADDITIO noua.Et in d.conſti.in quæſtionibus
concludunt,quòd ſi mulier acclamabat,& aliquis fuit vi-
ſus prope locum fugere, vel ſi aliquis tenebat mulierem
ſubtus,ſeu ſuberat viro,vel ſi fuit viſus colluctare cum ea,
eſt indicium ad torturam,vt ibi per And.& Matth.de Affli.
¶ Sed nunquid iſtud ca. & alia capitula. & conſtitutiones,
quibus cauetur, vt vniuerſitas teneatur cuſtodire territo-
rium,& emendam damni,an dicãtur iuſta,ex quo Rex ha
bet reditus Regni,vide, quæ dicit And.de Iſer.in conſti. ſi
damna clandeſtina,col.fin.& in titu.de ſtatu.& conſu.con
tra lib.eccle.§ prouinciæ,& ibi dicit,quòd in legibus iuriſ-
conſultorum nòn eſt inuenta iniuſtitia,quia titulus de vſu-
ris,& de concubinis, ſunt correcti per eccleſiam, ſed per
Iuſtinianum, & alios Imperatores orientales inducta fue-
runt multa tirannica, maximè in tribus libris codicis, vbi
multæ angariæ ſunt impoſitæ, & etiam de ſuperindicto,
ideo non mirum, ſi alii ſucceſſores eos imitati fuerunt,
quia, vt dicit tex.93.diſti.ca. diaconi ſunt, nunc autem ex
quo in eccleſiis ſicut in Romano Imperio creuit auaritia
perit lex de ſacerdote, & viſio de propheta.ad prędicta vi-

104 de Tho. Gram.decisio.47.in causa.¶† Quæro qualiter puniatur villæ,casalia,& massariæ,vbi morantur,& receptantur fures: Respondeo, quòd sublatis prius bonis debent igne cremari,vt dicit tex.in isto c.nostro,& tenet Par.in tra. sindi. in verbo latro,col.2.in fi.versi.quò verò ad secundū. ADDITIO noua. Et idem Par.in tra.sind.in verbo bānū col.1.allegat And.de Iser.vt ibi per eum,& idem Par.in verbo contumacia.§. an iudex in fin. Sed certè ista videtur rigida pœna,quia casalia,seu res non delinquunt, sed homines ibi habitantes,& ideo res contingere non debet iudex,vt dicit tex.in §.oportet.in auten.de mand.prin.Sed dici potest,quòd hoc fit ad terrorem malorum, sicut etiam propter contumaciam potest eius domus destrui, vt per And.de Iser.in titu.de pace iur.fir. §. receptatoribus, col. 2.& Par.vbi supra,& hoc etiam sæpe fit hodie, quando casalia,in quibus Græci,& Albanenses habitant,igne cremantur,mandato tamē pro Regis regni,vt se intus Ciuitates reducant,ne tot maleficia cōmittantur. ADDITIO noua.Et villa dicitur,quę habet quinque homines patresfam. aliàs si sunt minus quinque, nō dicitur villa,nec castrum. Alex.in l.fin.col.2.in fin.C.de testa.quod dicit facere ad statutum,vt villa teneatur ad restitutionem damnorum datorum,quòd non habet locum,si ibi non sunt quinque homines patresfamilias.Et aduerte ad illud,quod dictum est, ꝙ propter contumaciam licitum est domos diruere,& arbores succidere,vt tenet Par.& alii in locis præallegatis, per tex.in l.si is cum quo.ff.cōmu.diui.quia ille tex.non probat ex quo iudex ibi iniustè fecit,vt ibi sentit glo.parua, & tenet Alex.& Ias.in l.cætera. §.hoc Senatus.ff.de leg. in vers. nec obstat.col. 2.in prin.dum respondent ad illum tex. Et ideo dici potest,quòd in criminibus enormibus,& arduis, & sic ex magna causa hoc fieri posset,& non aliàs, cum ex causa licitum est leges transgredi l.si hominē.ff.man.Fely. in c.1.de consti.vbi latè.& vide, quæ dicam infra in c. nuper ad vindictam.in fi.¶ Quæro,dicitur in tex.nostro,quòd
105 debetur præmium capienti furem.† Pone,quòd socius latro, seu fur capit alium latronem eius socium, an debeat habere præmium?Dicas breuiter quòd non, vt tenet Ang. in l.1.§.si ex stipulatione.ff.ad Sille. Ias.in l.1.§.si tibi.col.1. ff.de cond.ob tur.cau. Matth.de Affli.in consti.si damna clā destina.col.13.versi.& in tantum,Alber.Bru.in tra.de con-
106 sti.statu.decre.&c.in verbo præmium.3.volu.¶ † Quid autem si officialis caperet latronem, an debeat habere præmium,ex quo illud fecit ex necessitate officii? Vide Bald. in l.qui fine.ff.de neg. gest.& Alb. Bru. vbi supra, & ibi tenet Bal.in prima & secunda lectura, quòd non debet habere præmium,quia hoc facit ex necessitate officii, & tenet Paris in tra. sind.in verbo salarium.§.si officialis, col. 2. & dicit quòd non debet habere salarium si tamen aliquas expēsas fecerit pro capiendo,poterit illas recuperare,vt ibi per
107 eum,& tenet Ang.in auc.de collato. §. iubemus. ¶ † Quid autem si debetur præmium primo capienti,duo simul cæperunt,cui debeatur? Vide Bartol.in l.qui filiabus.§.1.ff. de
108 leg.1. & Fulgos.consi.49.& Alber.Bru.vbi supra. ¶† Quid autem si pluries cœpit eundem latronem, quia forte primò fuit captus,& postea aufugit a carcere, an ille capiens pluries debeat habere prēmium? Vide Cuma.consi. 14.& Alb.Bru.vbi supra. qui tenet quòd sic, Multa alia ad istam materiam vide per Bartol.in l.3.C.de delato.lib. 10. vbi ponit, quid si se defendendo cœpit, & multa alia an debeat habere præmium,vide ibi.¶ Vltimò nota tex.in hoc cap.in versi.statuimus ibi(vt ciuitas,castrum,vel villa in cuius territorio extra terram talia fuerint perpatrata &c.) hic esse tex.expressum,quòd de delictis clandistinis commissis intus terram, seu intus ciuitatem vniuersitas non tenetur, vt probat iste tex.a contrario sensu, quod est validum. l. 1. §. huius rei.ff.de offi.eius,& iste tex.destruit opi. glo. in consti.si damna,in verbo quorumcunque, quam sequitur ibi And.col.2.versi.territoriis.& ibidem Matth.de Affli.col. 2. qui tenent, quòd vniuersitas tenetur etiam de commissis intus ciuitatem, sed de iure capitulorum istorum aliter videtur statutum,vt hic vides,cum ista opi. tenet glos. parua in d.consti.si damna,in verbo in territoriis,& ista opi.confirmatur, quia nunciare maleficia commissa intus ciuitatem spectat ad magistrum iuratum,qui habet custodiam, vt in c.ad quietem.num.259.sub rub.vt Comites & Baro. in eorum terris offi.Magist.iurati &c.& vbi non est magister iuratus,custodia ciuitatis spectat ad dominum,ar.tex. in l.1. in prin.& §.eum vrbem ff.de offi.præfe.vrb.& l. 1.in fin. & l.3.in prin.ff.de offi.præfe.vigil.& per ea quæ dicit Bald. & Alb.in l.si ita §.Dominus.ff.de vsu & habi.& Bal.in c. 1.§. quid ergo.de inuesti.de re alien.facta,& consequenter spectat ad officialem, qui Dominum repræsentat, & ista opi. est magis æqua. Cogita tamen, quia magna est auctoritas tenentium contrarium. Io. Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ.I.V.Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Occupare bona demanialia nullus debet.*

2 *Occupantes bona demanialia si non restituunt, qualiter puniantur.*

3 *Detinens occupatum militem, vel alium feudatarium ad demanium pertinentem,si stati non denuntiat, & restituit qualiter puniatur.*

4 *Recipiens aliquem commendatum in terris demanii qualiter puniatur.*

Iniuria fit regni,quando aliquis recipit aliquem commendatum in sua protectione in terris demanii,ibidem.

5 *Inobedientes mandatis Regiis, & Regiorum Officialium qualiter puniantur.*

Seruitia Regia impedientes qualiter puniantur, ibidem.

6 *Occasione licitorum frequenter homines ad illicita manus extendunt.*

Barones vendentes gabellas an pati debeant à gabellotis illicita committi,ibidem.

7 *Gabelloti baronum occupantes bona demanialia vel priuatorum qualiter puniantur.*

8 *Barones,& domini terrarum venditarum cum gabellis,an teneantur,si opem ipsi,vel eorum procuratores, & præstiterint ad illicita committendum, & eis proposse non restiterint.*

Gabellotus si non est idoneus ad soluendum pœnam, vel restituendum rem occupatam, an corporaliter puniatur, ibidem.

9 *Subditi an teneantur obedire officiali pro exequutione regiorum negociorum.*

10 *Gabelloti occupantes terras aliorum indebitè suffulti fauore dominorum qualiter puniantur.*

11 *Demanialia bona occupans an teneatur illa restituere, & qualiter puniantur.*

12 *Reges quare habent bona demanialia.*

13 *Officialis an debeat seruare illæsa demanialia regis.*

Rex an possit alienare,quæ sunt de demanio,ibidem.

14 *Recommendatos habere in terris demanii an liceat alicui.*

Vasalli demaniales an possint accedere ad habitandum in terra baronis.ibidem.

15 *Comes, vel baro,qui est de demanio, & patitur se possideri ab aliquo nobili,an puniatur.*

16 *Barones exercentes merum, vel mixtum imperium vltra quam eis competat an puniantur.*

17 *Quod tuum non est,alienum puta.*

18 *Barones an possint vendere gabellas vasallis inuitis.*

19 *Nemo locupletari debet cum aliena iactura.*

Obediens

20 *Obediens qui non est principi, qualiter puniatur.*
Obedientia quot conditiones habeat, ibidem.
21 *Qui non potest soluere in ære luere, debet in corpus.*

DE OCCVPANTIBVS res Demanii. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. VIII.

PRÆDECESSORVM nostrorum Regum Siciliæ sanctiones super infrascriptis capitulis aliquorum fidelium nostrorum præsumptuosa temeritas, quas quadã rubigine offuscatas pro-
1 uida nouatione nouantes, statuimus† vt nullus comes, baro, miles, burgensis, vel quiuis alius cuiuscũque cõditionis existat, ciuitates, castra, munitiones, casalia, villas, & denique quicquid in eis intus vel foris esse demanium, vel demanio consueuit, redditus etiam, & seruitia nobis debita occupare, vel oc-
2 cupata tenere præsumat. ¶† Si quis autem diuinæ salutis immemor, & sacramenti contemptor, quo serenitati nostræ tanquam vasallus noster tenetur astrictus, a tempore fœlicis aduentus nostri in regnum, vel propria auctoritate, vel occasione concessionis nostræ sibi factæ aliquid de prædictis quòd concessio nostra non continet, cum ad id, quod occupatum dicitur, se ipsa nostra concessio non extendat, quod de multis intelleximus, quadruplũ fructuum, & obuentionum omnium redditũum, & vtilitatis cuiuslibet perceptarum ab ipso, curiæ nostræ cum integritate persoluat, & nihilominus rẽ ipsam occupatam sine qualibet dilatione restituat cum omnes scire debeant quod suum non est, præsertim in talibus hoc ad generale dominium pertinere, prædicta sine nostra, vel officialium nostrorũ
3 requisitione restituant. ¶† Statuimus etiam, vt nullus militem, vel quemlibet alium feudatarium ad nostrum demanium pertinentem, vel baroniã aliquam, quæ demanii nostri sit, occupare, vel occupatam tenere præsumat, quòd qui fecerit, & prædicta sub dissimulatione transierit, ac sine dilatione curiæ nostræ non denuntiauerit, & occupata non restituerit, publicatione bonorum suorum se
4 nouerit incursurum. ¶† Statuimus etiam, vt nullus in terris demanii nostri recipere audeat commendatos, cum non tantum damnosum sed iniuriosum nobis sit, cum defensio nostra eis plene sufficiat, & alia defensione non egeant. Siquis autem tam nouatæ quam præsentis nostræ constitutionis temerarius violator extiterit, recomendatos, quos imprudenter sub sui protectione receperit, curiæ nostræ restituere compellatur & decem libras auri purissimi fisco nostro cogatur inferre. Et si secundò ipsos recipere, vel retinere præsumpserit, publicatione bonorum omnium suorum punietur. Et si tertiò temeritatem eandem iterare præsumpserit, vltimo supplicio subiacebit, mitigationem præsentis vltimæ pœnæ nostræ clementiæ reseruamus.
5 ¶† Et quia ex inobedientia officialium, vel aliquorum nostrorum fidelium, quibus de mandato nostro, vel officialium nostrorum aliquid de seruitiis nostris iniungitur, a terris ipsorum irreuerentia quædam non leuis innascitur, & sæpe cum incomodo nostro ipsa seruitia retardantur. Volentes etiam in hoc vtilitati nostræ, & ipsorum tam officialium quam aliorum fidelium nostrorum commodis prouidere, vt edocti de pœnæ contemptu, ipsam possint de facili euitare. Statuimus, vt omnes fideles nostri cuiuscunque nationis, seu conditionis existant, mandatis nostris, vel officialium nostrorum omnium seruitia nostra exequentium tam in vniuersalibus collectis, mutuis recollectione nouæ denariorum monetæ, & in omnibus aliis seruitiis nostris audientes, & obedientes existant. Siquis autem in contemptu culminis nostri, & honoris diminutione immo destructione seruitiorum nostrorum contrarium facere attentauerit, perinde habebimus, ac si nostræ maiestati inobediens extitisset, pro nostræ maiestatis arbitrio pu-
6 nietur. ¶† Quia quandoque, immo frequenter occasione licitorum homines ad illicita manus extendunt, intelleximus, quòd comites, barones, milites, feudatarii, burgenses, & omnes alii laici cuiuscunque conditionis existant, dum gabellas terrarum suarum vltra debitum & solitum vendunt, persæpe vasallos suos inuitos emere cõpellendo, & eisdem emptoribus præstando auxilium, & fauorem, vt pecuniam eis ab emptoribus pro gabellarum venditione promissam possint cum integritate recipere, efficiunt, vt iidem emptores (debito soluto) gabellarum iuribus non contenti fines modestiæ excedendo progressus suos conuertant in prædam, & ex hoc non tantum priuatis damna grauia inferũtur, sed nobis, dum terras tam priuatorum, quam nostras terris venditis in gabellam vicinis idem emptores temerariè & præsumptuosè occupant potentia & suffragio venditorum, & propter hoc assidaturas ab illis, qui ad hoc eis non tenentur, & indebita terragia consequuntur. Nolentes igitur hoc æquanimiter tolerare, cum non consonet iustitiæ, nec sit conueniens, quòd aliquis locupletetur cum aliena iactura, vel ex alterius lucro damnum sentiat, nec pati debemus, quòd humiliores a potentioribus opprimantur, & prædicta si committerentur non solum cum damno, sed etiam cum nostra iniuria fierent. Statuimus vt nullus emptor talium gabellarum imposterum talia facere, vel attentare præsumat, nec ei venditor domi-
7 nus in talibus opem ferre. ¶† Si quis autem auaritiæ tentus cupidine mandata nostra præsenti constitutioni inserta putauerit negligenda, & quæ a nobis statuta sunt, tenaciter non obseruauerit, pœna debita punietur, & quod rem occupatam ad nostrum demanium pertinentem cum quadruplo fructuum perceptorum, & rem priuatorum occupatam taliter cum medietate æxtimationis ipsius idem gabelloti tam nobis quam ipsis priuatis
8 restituere, & soluere compellantur. ¶† Eadem pœna dominis terrarum in gabellis venditarum imminente, si gabelloti, baiuli, vel procuratores eorum opem aliquam tulerint in prædictis excessibus

bus committenda, & eis super his cum ad ipsorum conscientiam peruenerit, non restituerit toto posse. Quod si prædictus gabellotus ad prædictam pœnam soluendam non sit idoneus, nec rem, quã inuasit restituere possit, in defectu pœnæ pecuniariæ, quæ ex ipsis debitis descendit corporalem pœnam sustinebit eidem nostro arbitrio imponendam. Datum Venusii Anno Domini 1277. Mense Iunii 7. eiusdem. V. indictionis regni nostri Anno septimo.

PRAEDECESSORVM, ibi (statuimus vt omnes fideles)
9 † Nota, quòd subditi tenentur obedire officiali in mandatis eius, quæ facit pro exequutione negociorum regiorum. ¶ In tex. ibi (statuimus vt nullus)
10 † Nota contra gabellotos occupantes terras aliorum indebitè præfulti dominorum fauore, qua pœna puniantur, quam si soluere nequeunt, luere debent in corpus, vt in fi. huius. c. Sebasti. de Neap.

ADDITIO.

PRAEDECESSORVM, in prin. huius. c. ibi (Regum Siciliæ sanctiones) Quæro, de quibus loquitur iste tex. dic, quòd loquitur de constit. regni, dignum. a qua pro maiori parte est sumptum istud. c. & loquitur de consti. personas, de consti. ad subiectorum, & de consti. ab officialibus, & in dictis locis latè per And. de Iser. & Matth. de Affl. & vide etiam Matth. de Affli. in consti. inter multas. col. 3. in fin. vbi facit mentionem de isto. c. nostro & eius pœna, & in dictis locis ple
11 nè tractatur materia † de occupantibus bona demanialia, & ad quid teneatur, & de pœna, qua puniuntur in dictis locis recurre, quando casus acciderit, & ad ca. nostrum vide infra in c. ex commissi nobis, nume. 253. sub rub. de reuocatione occupatorum demanii, & in ca. Item prædicti. 88. sub rub. quòd non extendat se ad territo. alie. & in c. ad tollendam. nume. 189. in rub. de tollen. dissen. inter fideles & cætem statuimus nume. 120. sub rub. quòd si aliquis tenet aliquam possessionem &c. Et in c. prædicti magistri, nume. 66. in rub. quòd non procedatur ad destitutionem &c.
12 ¶ † Quare reges habeant bona demanialia in eorum terris? Vide Matth. in d. consti. dignum, col. 1. vt de dictis possint
13 viuere vt reges, & non grauare subditos. ¶ † An Officialis debeat seruare demanialia regis illæsa, & si contrarium facit, an puniatur de periurio? Vide Matth. de Affli. in consti. puritatem. in 7. nota. Et ibi etiam ponit an rex possit alienare ea, quæ sunt de demanio regis, de quo & per Matth. in consti. dignum. in rub. & tenet, quòd cum clausula non obstante, & cum clausula ex certa scientia, potest alienare, de quo etiam vide latè Anto. Cor. in tra. de præsta. & excellen. regis, in vltima quæstione, vbi ponit, An res possit aliqua de rebus regni alienare, de quo etiam per Inno. in c. intellecto. de iureiura. & Old. consilio 94. eleganter. colum. fina.
ADDITIO noua. In tex. ibi (statuimus vt nullus comes &c.) Nota, quòd nullus debet occupare ciuitates, castra, munitiones, casalia, villas, nec aliud de demanio intus vel foris, & si quis contrafecerit, tenetur ad quadruplum, & tenetur rem occupatam restituere, concordat tex. in consti. regni dignum. In tex. ibi (vel de demanio consueuit &c.) Nota, quòd paria sunt, rem esse demanialem, vel fuisse consuetum, quòd fuit tenta & possessa vt demanialis, vt hic & in d. consti. dignum. & ibi etiam Matth. de Affli. col. 1. in tertio nota. In tex. ibi (statuimus etiam vt nullus.) Nota, quòd nullus debet occupare, vel occupatum detinere militem, vel alium feudatarium, qui sit de demanio regis, vel aliquam baroniam, quę sit de demanio regis, & contrafaciens punitur publicatione bonorum, concordat consti. regni personas. Idem est etiam de aliis vasallis demanii, qui similiter non debent detineri occupati, vt dicit Matth. in d. const. personas. ¶ In tex. ibi (statuimus vt nullus) ista pars huius. c. est sumpta ex consti. regni, cum vniuersis, & in consti. ad subiectorum. & ibi plenè habetur
14 † quòd non est licitum alicui, maximè nobili, vel potentiori habere istos recomendatos sub protectione sua, quia fit iniuria regi, de qua materia vide ibi per Matth. de Affli. & etiam in rub. illius consti. & per And. de Iser. in d. consti. ad subiectorum. Et ad materiam vide infra in c. cum ex nostri. nu. 247. sub rub. de non recipiendis vasa. demanii in terris baronum. Et de quibus vasallis demanialibus intelligitur, quod non possint accedere in terra baronis ad habitandum, vide Matth. de Affli. in constitutio. quisquis.
ADDITIO noua. La prima, colum. 2. vbi dicit, quòd loquitur de burgensibus & villanis, siue sint obligati ad seruitia personalia, siue non, sed nobiles, burgenses, & artistę possuut pro libito voluntatis accedere ad habitandum in
15 terris baronum, vt ibi per eum. ¶ † An comes, vel baro, qui est de demanio regis, si patitur se possideri ab aliquo alio nobili, an puniatur? Vide per Matth. de Affli. in constitutio. personas, vbi tenet & quod sic. Et an possit reuocari? Vide, quæ dicit glo. in §. patrocinia. in aut. de mand. princ. Et est notandum ex isto tex. secundum Bart. de Capua hic, quòd non licet occupare aliquid de demanio, nec habere commendatos in terra demanii, & si quis fecerit contrarium, punitur pœna hic contenta. Et nouissimè per Cæsaream Maiestatem Caroli Quinti est prouisum per Regiam No-
16 uellam prag. † Contra barones exercentes merum, vel mixtum Imperium vltra quam continetur in eorum priuilegiis, vel vltra quam de legitima præscriptione eis competat, quia puniuntur de vsurpata iurisdictione, vt ibi. ¶ In tex. ibi (cum omnes scire debeant &c.) Nota illud dictum
17 † quod tuum non est, alienum puta, concor. tex. in l. fina. C. vnde vi. ¶ In tex. ibi (quos imprudenter sub sua protectione receperit) nota secundùm Barto. de Capua hic contra Neapolitanos, qui recipiunt homines sub eorum protectione, & faciunt sibi fieri instrumentum de præstatione alicuius operis, & dicunt eos esse eorum vasallos, de quo etiam vide in d. consti. cum vniuersis. ¶ In tex. in §. quia quandoque ibi (per sepe vasallos suos inuitos emere com-
18 pellendo) Nota † contra barones vendentes eorum gabellas vasallis inuitis, de quo vide infra in c. grauamina, nu. 23. & in c. terrerii. nu. 85. sub rub. de terreriis, & in dictis locis dicam, & est hodie regia prag. Regis Ferdinandi, & alia prag. Cæsar. Maiesta. Caroli Quinti Imperatoris. ¶ In tex. ibi (cum aliena iactura) concordat tex. in l. nam hoc natu-
19 ra. ff. de condi. indeb. vbi † quòd nemo cum aliena iactura debet locupletari. ¶ In tex. ibi (si quis autem) Nota secun-
20 dùm Barto. de Capua hic, quòd † qui non est obediens principi punitur eius arbitrio, arg. huius litteræ. Et nota, quòd vera obedientia debet habere nouem conditiones, de quibus per Archy. 8. q. 1. c. sciendum, & per Lucam de Penna in l. si ad magistratum, col. fin lib. 10. Et dicit Beatus Ber. quòd verus obediens nescit moras, nec mandato procrastinat, sed aures parat auditui, oculos visui, manus operi, pedes itineri, & sic se totum interius colliget, vt imperantis exterius impleat voluntatem, vt per Lucam de Pen
21 na vbi supra. ¶ Vltimo ex isto tex. nota, † quòd qui non potest soluere in ære, luere debet in corpus, concor. l. quicunque. C. de ser. fug. & ff. de iniu. l. si quis iniuriam, & per Bar. in l. imperium, col. 5. in fi. & ibi per alios. ff. de iur. om. iud.
Ioan. Anto. de Nigris. V. I. D. de Ciuitatæ Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Officialis negligens, & dissimulans punire malefactores, qualiter puniatur. 3.*
2 *Exteri an sortiantur forum ratione delicti.*
4 *Iudex non debet esse clementior lege.*

Rex

5 *Rex Carolus Secundus fecit suspendi quendam officialem, qui pro homicidio imposuit pœnam manus.*

6 *Cauere debent officiales vt in pœnis imponendis non dissimulent iustitiam.*

7 *Officiales cancellantes inquisitiones in fine officii an possint facere in praeiudicium reipublicae.*

8 *Officialis, seu Iudex pœnas a iure statutas differre non debet.*

9 *Iudex pœnam a lege impositam non exigens, an de suo teneatur.*

DE FVRTIS, RVBRICA.

CAROLVS PRIMVS. CAP. IX.

PRIDEM quædam statuta super puniendis malefactoribus consilio deliberato edidimus, quæ tibi mittimus præsentibus interclusa. Volentes & fidelitati tuæ præcipiendo mandantes, quatenus statuto huiusmodi tam circa regnicolis, quam prouinciales, & gallicos, & quoscũque alios in tua prouincia contra statuta huiusmodi delin-
1 quentes, studeas inuiolabiter obseruare. † Sciturus, quòd si alicui quoquomodo differas pœnã infligẽdam, eandem in te proculdubio curabimus retorquere. Datum Trani. 15. Nouembris. 12. indictionis regni nostri Anno quarto.

2 PRIDEM, In tex. ibi (quam prouinciales) † idem de iure communi, secundùm quòd delinquentes forum delicti sortiuntur, vt in autten. qua in prouincia, & ibi nota. C. vbi de cri. agi. opor. Sebast. de Neap.

ADDITIO.

3 PRIDEM, in versi. (sciturus &c.) Nota. † quòd iudex negligens punire malefactores, punitur eadem pęna, qua delinquens puniri debebat, vt hic probatur, concordat tex. in l. fina. C. ne San. Bap. reite. & ibi Saly. & alibi dicit tex. in l. 1. & ibi glo. fin. C. de deserto. lib. 10. quòd iudex punitur amissione bonorum cum infamia, si delinquenti dissimulat pœnam imponere, & ibi hoc etiam tenet Bartol. & facit. l. 2. C. de commer. & merca. Et dicit Bartol. in l. 1. & 2. C. pub. læti. lib. 12. quòd officiales dissimulantes pœnam, & non punientes delicta,
4 acriter puniendi sunt, † quia iudex non debet esse clementior lege, vt in auten. de iud. §. oportet. Et dicit And. de Iser. in titu. quæ sint rega. in verbo bona committentium, col. 3. quòd officiales, qui dissimulant maleficium, non præiu-
5 dicãt rei publicæ. Et ibidem dicit † quòd rex Carolus Secundus fecit suspendi quendam iudicem, qui pro homicidio imposuerat pœnam manus, quia debebat illum suspendere, & refert & sequitur Pari. in tra. sindi. in verbo pœna. § iuxta prædicta, col. 2. & Matt. de Affli. in consti. pœnam eorum, col 13. in 14 requisito. Et contra tales iudices multũ delictũ relinquẽtes, dici potest, sicut dictum fuit de Achab, qui dimisit Benadach, vt habetur tertio Regum. c. 20. quia dimisisti virum dignũ morte, erit anima tua pro anima il-
6 lius. † Vnde dicit Paris ibi, caueant capitanei, & iusticiarii regni etiam habentes litteras arbitrarias, vt iustitiam in pęnis, & multis non dissimulent, vt ibi per eum. vbi ex hoc
7 † infert contra officiales, qui in fine sui officii ante aduentum successoris cancellant inquisitiones, & denũtiationes, vt gratificent, quia non possunt hoc facere in præiudicium reipublicæ, & successoris, de quo per Bal. in l. si quis filio. §. eius. ff. de iniust. testa. est etiam prauis, & auaris iudicibus exemplum scriptum per Valerium Maxi. lib. 6. ca. 3. hysto. vbi narrat de Cambisce rege, qui quendam iudicem de falso conuictum excoriari fecit, & pellem extendi super cathedram, vbi filius, qui ei successit in officio pro tribunali debuit sedere, vt patris pellem videndo exemplum acciperet, nec malos liberandi, nec bonos condemnandi voluntatem haberet. Addit etiam scripturam versificatam dicẽs. Sede sedens iusta, iudex inflexibilis, sta. Sit tibi lucerna, lux, lex, pellisque paterna. Manibus sesecans munus, ab aure preces, & refert, & sequitur Guil. Lerouille in tract. de iust. & iniust. libro tertio, capitulo tertio, de iudice, colum. pen. ADDITIO noua. ad prædicta etiam adducitur, quia
8 † Iudex pœnas a lege statutas differre non debet. l. 1. C. de deserto. lib. 12. nec etiam debet pœnã molliorem inferre, quam lex inferat. C. de vi pub. l. seruos. in fi. vbi patet, quòd paria sunt remittere pœnam delinquenti, & eam differre, & molliorem inferre, quòd si fecerit, ea pœna, quam remisit, puniendus est C. de priua. car. l. 1. & C. ne San. Bap. l. fin.
9 in fi. † Quinimmo si iudex pœnam a lege impositam non exegerit, exactamque fisco non intulerit, de suo debet eam fisco complere, in aut. vt defun. seu fun. §. pen. & Lucas de Pen. in d. l. 1. col. 8. C. de deserto. lib. 12. Et quòd officialis, qui omittit imponere pœnam iuris communis, efficitur infamis, & punitur eadem pœna, tenet Fely. in c. de causis, in fin. extra de offi. deleg. Io. Antonius de Nigris de Campania Ciuitate. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Furtum committens ab augustali infra qualiter puniatur.*

2 *Furans vsque ad vnciam qualiter puniatur.*

3 *Furtum committens vltra vnciam qualiter puniatur.*

Furta tria licet minima committens qualiter puniatur, ibidem.

4 *Raptor an differat a fure quò ad punitionem.*

Fur de iure communi qualiter puniatur, ibidem.

5 *Latro famosus an debeat conueniri de disrobatione.*

Latro famosus tortus si nihil confitetur, quid erit agendum, ibidem.

6 *Facies an debeat signari, vel mercari.*

7 *Res furata si valet vnum augustale, neque plus, neque minus, an perinde sit, ac si esset infra augustale.*

Libellus an sit dandus in causa infra duos augustales, ibi.

8 *Causa modica quæ dicatur.*

9 *Quantitas magna, vel parua quæ dicatur.*

10 *Furans vltra augustale sed non vnam vnciam qualiter puniatur.*

Solidus an sit idem quòd aureus, ibidem.

11 *Pœna maior, vel minor an imponitur ex maiori, vel minori precio.*

Deus non manum sed cor interrogat, ibidem.

12 *Furans vnam gallinam de nocte qualiter puniatur.*

Manus quando debet truncari, quæ sit truncanda, ibidẽ.

Notarius scribens falsum instrumentum qualiter puniatur, ibidem.

Percutiens cum armis, & non occidens qualiter puniatur, ibidem.

13 *Dictio pluribus, quot vices importat.*

Furta duo committens an dicatur consuetus furari, ita quòd mitti possit ad furcas, ibidem.

Furta plura de quot intelligatur, ibidem.

14 *Raptor an & quando puniatur ad mortem.*

15 *Expilator hæreditatis an puniatur pœna huius. c.*

Exten-

Extensio an fiat in pœnalibus, & odiosis, ibidem.

16 *Pœnæ in hoc. cap. statutæ an habeant locum extra regnum.*

Fures, crassatores de iure communi qualiter puniantur, ibidem.

Famosi latrones qui dicantur, ibidem.

17 *Furans absque violentia an dicatur famosus latro, & quomodo puniatur.*

Fur pro furto quinque aureorum an possit suspendi. ibidem.

Aurei quot faciunt libram, ibidem.

18 *Furtum est omni iure prohibitum.*

Furtum est prohibitum iure diuino, ibidem.

Furtum quid sit, & vnde dicatur, ibidem.

19 *Pœna dupli, vel quadrupli an habeat locum in foro pœnitentiali.*

20 *Furtum an sit prohibitum de iure naturali.*

21 *Furtum an sit prohibitum de iure humano.*

22 *Pœna imponenda furi quando agitur criminaliter, diuersimodè est statuta.*

23 *Pœna pro furto de iure antiquo extraordinaria.*

24 *Fur an debeat mori pro furto, vel membrum abscindi.*

25 *Furans quinque solidos, vel rem valentem quinque solidis an suspendatur.*

26 *Pœna contra fures de iure longobardo.*

27 *Fures qualiter puniantur in regno.*

28 *Pœna imposita pro furto in regno videtur nimis dura.*

Lex quantumcunque dura seruanda est, ibidem.

Pœna corporalis quotuplex sit, & in dubio de qua intelligitur, ibidem.

29 *Facies hominis deturpari an debeat.*

30 *Statuta imponentia pœnam furibus an sint seruanda.*

31 *Differentia an sit inter furem & latronem.*

32 *Robaria quid sit.*

Iura loquentia in furto an vendicent locum in rapina, & robaria, ibidem.

33 *Furtum committens ab augustali infra qualiter puniatur.*

34 *Furtum committens vsque ad augustale inclusiuè qualiter punitur.*

35 *Furtum an committatur in vno ouo, & in re minima.*

36 *Furtum an committatur etiam in gallina, & paruis animalibus.*

37 *Furari an liceat pro faciendo eleemosinam.*

38 *Opem præstans furto an puniatur.*

Furtum an committat capiens bona proiecta in mari propter tempestatem, ibidem.

39 *Furtum committens vltra augustale vsque ad vnciam qualiter puniatur.*

40 *Pœna manus in quibus casibus imponatur.*

41 *Manus quando debet amputari, quæ debeat incidi.*

42 *Manum vnam habens, an illa sit amputanda.*

43 *Pœna manus si debet imponi, & nullam habet manum, an alia pœna puniatur.*

44 *Manus duas habens, si vna est arida, an illa incidi debeat.*

45 *Manus validior an debeat amputari, quando reus hoc eligit.*

Nemo est dominus membrorum suorum, ibidem.

46 *Pœna manus si imponi debet pro vulnere, & plura intulit vulnera, an plures manus truncari debeant.*

47 *Pœna minor est abscisio manus, quàm pedis.*

Pœna amputationis pedis an æquiparetur pœnæ metalli, ibidem.

48 *Furtum committens vltra vnciam an debeat suspendi.*

49 *Valor rei subtractæ an debeat probari secundùm communem æstimationem.*

50 *Furtum vnum magnum an sufficiat ad suspendendum.*

Et quando dicitur magnum furtum.

51 *Furtum committens frangendo pacem, si ascendit ad quinque solidos, an suspendatur.*

52 *Seruus pro furto an suspendatur.*

53 *Fur pro furto an possit suspendi, si extat consuetudo, vel statutum.*

54 *Latro famosus an possit suspendi.*

Saccomandi an debeant furca suspendi, ibidem.

55 *Famosus fur an suspendi possit.*

56 *Latro famosus quis dicatur.*

57 *Latrones insignes qui dicantur.*

58 *Iudex non debet pati aduocari pro insignibus latronibus.*

59 *Fur vt dicatur consuetus furari, quot vicibus debet fecisse furtum.*

60 *Latro publicus quis dicatur, ibidem.*

Nocturnus depopulator quis dicatur, ibidem.

Latrones stantes in stratis publicis præsumitur, quòd deliberato proposito fecerint, ibidem.

Subtrahentes pecuniam publicam qualiter puniantur.

Latrones an differant a furibus.

61 *Fures plures si committunt furtum, an omnes puniantur pena mortis.*

62 *Opem præstans ad furtum committendum, si habuit partem de furto, quotiter puniatur.*

63 *Participans de furto commisso eo ignorante, an puniatur.*

Ratificatio in delictis an retrotrahatur, ibidem.

64 *Furta tria committens an puniatur pœna mortis.*

Consuetudo delinquendi an puniatur, ibidem.

Raptor, qui tres rapinas commisit, qualiter puniatur ibidem.

65 *Raptor an sicut fur puniatur.*

66 *Furta alibi commissa, an connumerentur in numero furtorum, & agrauent delictum.*

67 *Furta præscripta an connumerentur in nume. furtorum.*

68 *Furta, de quibus fuit punitus, vel habuit gratiam, an connumerentur in numero furtorum.*

69 *Furta plura committens eodem tempore an reputetur vnũ, vel plura.*

70 *Nobilis committens furtum vltra vnciam, an suspendatur sicut ignobilis, an capitali pœna puniatur.*

71 *Punitus tanquam pro furto paruo, sed re vera erat magnũ furtum, an tanquam non sufficienter punitus possit iterum puniri.*

Furtum an probetur per acclamationes, ibidem.

72 *Furans, & capiens res alienas regulariter an puniatur.*

73 *Fur de iure communi qualiter puniatur.*

74 *Capiens rem alienam non animo furandi an punitur.*

75 *Animus furandi quomodo probatur.*

76 *Capiens rem domino sciente, & præsente, & non contradicente*

Deflorans

D. Ioan. Anto. de Nigris.

CAROLVS PRIMVS. CAP. X.

AD hoc vt nostrorum bona fidelium sub securitate nostra tuta permaneant, & omnis via committendi furta quibuslibet præcludatur, statuimus,
1 † vt quicunque furtum in rebus vnum augustalem infra valentibus commiserit, fustigetur, & signetur, seu mercetur in fronte, ac nihilominus de tota prouincia banniatur. ¶
2 † Is autem, qui rem valẽtem vltra augustalem vsque ad vnam
3 vnciam furatus fuerit, manum amittat. ¶ † Ille verò, qui ad bona vltra vnciam valentia furtiuas manus extenderit, vel quicunque eorum de pluribus furtis (licet minimis) conuictus fuerit, suspendio cõdemnetur, & si nobilis capitali pœna plectetur.

4 AD hoc, in tex. ibi (vel quicũq;). † Quid in rapina. Dic aliud iudicium est in rapina, quã in furto, nã in rapina distinguitur de vicibus & cõditione personarum, vt infra c. placuit. nu. 27. Sed in furto distinguitur de ipsius rei valore. secundò de vicibus & conditione personarũ, vt hic vides. Et continet hoc. c. ius nouissimum, nam de iure cõi non imponitur pęna mortis, vel abscissionis membri, sed aliter castigatur, nisi per vim cũ armis aggrediatur in domibus, vel itineribus, vel in mari, vt in auth. vt nulli iud. §. fi. & C. de ser. fug. auth. sed nouo iure. ff. de pęn. l. capitaliũ.
5 §. famosos. † An autẽ sit necesse, ꝙ famosus latro conueniatur de disrobatione. Et quid sit faciendũ per iudicẽ, quãdo famosus latro tortus nihil cõfitetur, vel vbi cõstat semiplenè, vel nullo modo constat, vide signanter no. per D. And. de Iser. in ti. de pa. ten. §. publici latrones, & idẽ And. eo. ti. §. si quis quinq; solidos col. 2. ver. quid si qui, tenet cõtrariũ eius, quod mõ dixi. s. ꝙ pęna furti habet locũ in rapi-
6 na, vt ibi per eũ. † In tex. ibi (signetur seu mercet̃) hoc non procedit de iure cõi, quia facies est ad Dei imaginẽ, in qua est pulchritudo, & decor. & nõ licet iudicibus pro aliqua pęna mundi faciẽ hominis cicatricibus deformare, vel nãsum amputare, vel oculos extrahere, vel auriculã amputare, quia quicquid est discopertũ, facies appellatur, vt C. de pęn. l. si quis in metallũ. & ita tenet Bal. C. de iud. sup rub.
7 In tex. ibi (vnũ augustale). † Quid si res furtiua tm̃ valeat, s. vnũ augustale neq; plus, neq; minus. Dic perinde esse, ac si esset infra augustale, ar. ff. de suc. edi. l. 1. §. si intra, no. in simili in constit. reg. in cã depositi, in gl. quæ incipit, quid si depositũ. Et hoc facit ad qõnem, quæ fit in constit. dilationes, vbi dicitur, ꝙ libellus non sit dandus in qõne, quę mouetur infra duos augustales. Nã si fuit de duobus augusta-
8 libus, idẽ dicas per prędicta. Ex quibus habes etiam † quæ dicatur modica causa, vt clare patet in tex. d. consti. dilationes. ibi (nisi causa sit valde modica). Et tamen in dicta causa talis qualis petitio est facienda, & per iudicẽ in actis redigenda, vt in cle. sæpe. de ver. sig. plenè per Bar. ad repri-
9 mendũ. in gl. in uerbo, & figura. † Quæ autem dicatur magna, uel parua quantitas, uide Bar. in l. si societatem. §. arbitrorũ. ff. pro socio, ibi, quæro quæ dicatur. col. 7. Quod autem dicitur magnũ damnum, siue enorme, uide Bal. in l. j. in prin. C. si aduer. uen. pig. ¶ In text. ibi (usq; ad unam unciam) hæc dictio usque, hic ponitur inclusiuè, modò insur-
10 git quæstio. † Quid si aliquis furatus fuit ultra augustalem, non tamen ualentem unam unciam? Respondeo laqueo suspendetur, ut decima coll. de pa. ten. §. si quis quinq; solidos, nã solidũ idẽ est, ꝙ aureus; vt Iusti. de pœ. teme. liti. §. fin. in vlti. glo. Et ex his quæ hinc nota. & in tex. dr habes
11 † quòd ex pretio rerum maiori, vel minori, maior vel minor pœna statuitur, vt hic, & ff. de incend. ru. naufra. l. Pedius. §. 1. ex quo tex. videtur illud. c. originem habuisse, li-

 cet

cet in contrarium faciat. 14.q.6.c.vltimo, cui responde, ꝙ illud in pœnitentia quo ad Deum, qui non manum, sed cor interrogat, vt ea.cau.& q. 5. c. si quid inuenisti, Secus est in restitutione, quia tunc iuxta rei subtractæ mensurã satisfieri debet.
12 † Quid si furatur vnam gallinam de nocte. dicit D.And. in consti. super incisionibus, in fin. quòd satis esset durum, quòd pro tam modico furto capitaliter puniretur, dic vt ibi per eum. ¶ In tex. ibi (manũ amittat) supple, cum qua minus potest, vt in auten. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & quod ibi nota. de quo vide nota. per And. de prohi. feu. alie. per Fede §. callidis, versi. scriba. Et quæ sit ratio, ibi vide. Et quid in notario falsum instrumentum scribente, & quid in percutiente cum armis, & non occidente, dic vt ibi. ¶ In tex. ibi (de pluribus) nota de verbo pluribus, quot vices importat, & vide circa hoc, quæ notat And. de Iser. in decima colla. in titu. de pace tenen. §. si
13 quis quinque. † Et dicit Bald. in l nemo. C. de epi. audi. ꝙ qui committit duo furta, dicitur consuetus furari, vnde propterea mittitur ad furcas tamquam famosus. Sed si quæris de quot furtis, videtur de duobus, ar. l. vbi numerus ff. de testi. in contrarium est veritas. s. quòd intelligatur de tribus furtis, ad quod facit. ff. de verb. sig. l. potestatis. in verbo plura continet, & ibi dicit glo. quia quinque. Et ꝙ intelligatur de tribus furtis glo. in §. id quoque, quæ incipit etiam duas, in aut. de tri. & semi. ꝙ hoc sit verum, probatur, quis enim inuito domino rem alienam magis contrectatque, quàm qui vi rapuit, propter quod dictus
14 est improbus fur, Insti. ui bo. rap. in prin. † Et tamen raptor non punitur ad mortem, nisi pro tribus rapinis, vt infra in c. placuit. nu. 27. ergo multo minus damnabitur ad mortem pro duobus furtis, pro tribus sic, exemplo rapinæ, propterea hic dicitur pluribus, ergo intelligitur de tribus ad minus, vt extra de rescri. c. cum in multis. lib. 6. facit. ff. de in offi. testa. l. Papinianus. §. perinde si sunt ex duabus, & ff. si quis caut. l. & si post tres. in princi. glo. Si vero verbum plures sequatur aliquem numerum, intelligitur vltra illũ numerum. d. l. & si post tres, & ff. si. reg. l. sed & loci. §. non solũ. Idem est si præcedat aliquem numerum. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. familiæ aũt appellatione. Si verò nec præcedat, nec sequatur aliquem numerum habet locum, quod su-
15 pra dixi. Qui in crimine expilatę hæreditatis. † Vtrũ expilator puniatur pœna huius. c. dic ꝙ non, quia hoc. c. tantum de furto loquitur, ar. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matri. Item expilator nõ est fur vt l. 1. §. effractores. ff. de expi. & effra. & fuit in regio consilio determinatum, de qua determinatione intellexi, ꝙ litera transiuit per cancellariam penes Prothonotarium Anno Domini. 1345. de Mense Septembris. Item quia in pœnalibus, & odiosis non fit extensio ẽt ex identitate rationis. l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. Bar. & Bal. in l. fi. & per glo. ibi. ff. de in ius voca. Io. And. in c. odia. in mercuri. & Cy. in l. 1. C. quæ sit long. consue, quæ
16 omnia nota, & tene menti. ¶ † Item attende, ꝙ pœnæ in hoc. c. statutæ pro furto locum habent in Regno, extra vero Regnum determinatæ sunt per statuta terrarum, vbi verò statuta nõ essent, tunc serua, ꝙ aut causa prędæ in itinere quis aggreditur, tunc punitur capite, si sæpius hoc committit. Aut nõ in itinere, tunc in metallum damnatur aut in Insulã relegatur. & tales appellãtur crassatores, de qbus loquitur. l. capitaliũ. §. famosos. ff. de pęn. Illi verò, q̃ aggrediũtur gratia prædæ, & cędis in itineribus appellantur famosi latrones, & per vnum delictũ homicidii & prędę isti debent furca figi, & de his loquitur ẽt. d. l. capitalium. §. famosos, qui aũt absconsè furantur aut ẽt palam absq; violẽtia, nũquã sunt publici, nec famosi latrones, licet gl. in aut. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & in d. §. famosos. aliud dicat.
17 ¶ † Item hi nunquam furca figuntur, licet glo dicat aliud vt dixi, & hoc obseruat consuetudo, sed debent puniri per aliam castigationem, vt d. aut. sed nouo iure, hodie verò iure nouissimo pro furto quinque aureorũ, quorum septuaginta duo faciunt librã auri, potest quis suspendi, vt habetur in titu. de pace iura. fir. §. iniuria siue furtũ. decima coll. & de pace tenen. §. si quis quinque solidos, hoc verò determinatur per statuta terrarum, sed vbi non sunt, serua quod dixi, & ita not. D. Ang. de Vbal. de Perusio in d. aut. sed nouo iure, per Bar. in d. §. famosos vbi etiam vide per eum.

ADDITIO.

AD HOC, istud. cap. est sub rubrica de furtis. Ideo sciendum est, quid sit furtum, & dic, ꝙ furtum est contrectatio rei alienæ fraudulosa inuito domino, animo lucrandi facta. ff. de fur. l. 1. §. furtum, & Inst. de obli. quæ ex deli. nas. §. 1. & 2. Et dr̃ fur tũ à furuo, idest nigro, eo quia occultè fiat, vt in d. iuribus. Et fures sunt, qui occultè, & sine armis furtũ cõmittunt, in aut. vt nulli iud. §. quia vero nos. Et furtũ punitur ciuiliter, & criminaliter, vt per gl. in §. iniuria, in verbo seu furtũ, cũ gl. seq. in tit. de pace ten. ¶ Circa materiam huius c. pro eui
18 dentia est sciendum, † ꝙ furtum omni iure est prohibitum. furtum namque prohibetur iure diuino, quia est vnũ de p̃ceptis decalogi, non furtum facies, vt habetur Exo. c. 20. & gl. in l. 1. ff. de fur. & glo. Insti. de obl. quę ex deli nas. §. 1. & Gandy. in suo tra. malef. in rub. de fur. col. 1. de quo p̃cepto decalogi uide latè per Astẽs. in sum. lib. 1. tit. 32. sub rub. de septimo præcepto. s. non furtum facies, & ibi latissimè, & p Sil. & alios summistas in verbo furtum, & ibi de furto in foro conscientiæ, & per Bald. in l. quibus diebus. §. dominus.
19 seruo. in fi. ff. de condi. & demo. qui dicit † ꝙ de iure diuino in foro pænitentiali non habet locum pœna dupli, vel quadrupli, Solum in foro contentioso, gl. in c. fraternitatis. 12. q. 2. Bal. in l. post decisionem. in fi. C. de fur. Bar. Cępo. in aut.
20 sed nouo iure. col. 12. C. de ser. fug. † Prohibetur etiam furtum de iure naturali, idest ratione naturali, vt probat tex. in l. 1. ff. de fur. & Insti. de oblig. quæ ex deli. §. 1. quia quod ti-
21 bi non vis, alteri ne feceris. † Itẽ furtum est prohibitum de iure humano, vt patet. ff. & C. de fur. & Insti. de obl. quæ ex
22 deli. nas. quasi per totũ & extra in tit. de fur. † Item est sciẽdũ, ꝙ de iure humano circa pęnam imponendã pro furto sunt septem iura, qñ criminaliter agitur, quæ super hoc diuersimodè disponunt, ſm Bar. & doct. in aucten. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & ibi Bar. Cæpo. col. 10. & 12. & versus
23 fi. † Primum est ius antiquum ciuile, quo iure pro furto imponebatur pœna extraordinaria. l. fi. ff. de fur. nisi fuisset publicus, & famosus latro, quia tunc furca suspendebatur. l. capitalium. §. famosos. ff. de pęni. & in aut. vt nulli iudi. §. fi. & in aut. nouo iure, & ibi gl. Bart. & Bar. Cæp. col. 10. C. de ser. fug. per Iaco. de Bel. in sua pra. cri. in tit. de fur. col. 1. in fi. cum sequẽ. de quo etiam per Gandy. in suo tra. malefi. in
24 rub. de fur. col. 2. † Secundum est ius auctenticorum, quo iure fur mori nõ debet, nec membrum abscinditur, sed punitur pœna fustigationis, vt in aucten. vt nulli iudi. §. fin. & d. aut. sed nouo iure, nisi fuisset publicus, & famosus latro,
25 vt dictum est. † Tertium ius est quædam constitutio noua Federici Secundi Imperatoris, quæ est in titulo de pace tenẽ. §. si quis quinque solidos. in vsi. feu. vbi disponitur, ꝙ qui quinque solidos, vel rẽ valoris quinq; solidorũ subtraxerit, suspẽdatur. Si verò minus, forpice excorietur, & tondeatur. Sed aduerte, ꝙ in illo tex. est speciale pp pacis violationẽ, ꝙ patet, quia ille tex. est positus ĩ illo titulo, & lex debet esse posita sub congruo titulo, & debet intelligi secũdũ titulũ, in quo est situata, vt in prima consti. C. §. quibus, & l. Imperatores. ff. de in diẽ adiec. & ꝙ sit casus specialis in illo. §. tenet gl. in §. iniuria furtum. de pace iur. fir. & ibi hoc tenet Iac. de Alua. & tenet Iaco. de Bel. in sua pract. cri. in rub. de fur. col. 9. versi. aut cadit, Bal. & Saly. in d. aut. sed nouo iure. col. 2. Ang. Are. in §. ex maleficiis. colum. 2. insti. de actio. & Bar. Cæpo. in d. aut. sed nouo iure, in 2. opp. & in col. 18. & And. de Iser. in d. §. iniuria, seu furtum. de pace iur. fir. & ibi Iaco. de Bel. Nico. de Neap. & Bal. & Aug. Ari. in addi. ad Ang. in tra. malefi. in verbo, & vestem cęlestem abstulit, col. 5. & Ant. de Butri. in ca. inter alia. extra de immu. eccle. vbi dicit, ꝙ docto. communiter tenent illum §. si quis

quis quinq; solidos. locũ habere in casu speciali, quando ex tali furto sequit̃ fractio pacis, aliàs statur aliis iuribus, & licet Abb. in d.c.inter alia. videatur impugnare hoc dictum propter dictum Io.And.ibi, & in c. tua. extra de homi. vbi tenet, ꝙ hodie pro furto quinq; solidorũ imponitur pęna furcarum,per d.§.si quis quinq; solidos. tandem Abb.ibi in fi.residet cũ opi.Ant.de But. ꝙ ibi sit casus specialis,immo dicit ibi Abb.ꝙ hodie per consuetudinem generalem est derogatum illi.§. si quis quinq; solidos , quia de cõsuetudine non seruatur,maximè in Italia,vt dicit gl. in d.§.iniuria,& ibi hoc tenet Iac.de Bel. & Bal.& Gan.in tra.mal.in rub.de fur.col.3. vbi dicit, ꝙ de consuetudine. d.§.si quis quinq; solidos.non seruatur, nec ẽt seruatur ius cõe,sed seruantur circa hoc statuta terrarũ,& supra dictã opi.tenuit Bal.in d.auth.sed nouo iure.col.1.& ibi Cy.qui dicit,ꝙ illa glo.in d.§.iniuria. in fi.est cauda scorpionis, & hoc tenent communiter doc.in d.§.iniuria. Immo secundùm aliquos ibi tex. in d.§.si quis quinq; solidos.est correctus per d.§.iniuria.de pace iur.fir. ADDITIO noua. Aduerte tamen ad vnum,quod dicit Par.in trac.sin.in verbo crudelitas.col.j.in fi.vbi dicit,ꝙ hoc fuit crudele,vt homo ad imaginem Dei creatus propter bona occideretur. Et ꝑpterea proles Federici Imperatoris,qui statuit, ꝙ fur quinq; solidorũ suspenderetur, & alij successiuè Reges q sequuti sunt hanc legẽ eorumq; ministri non regnauerũt super terrã & malam vitam finierunt, nec generatio eorũ ad tertiũ gradum peruenit, dicente Psalmista.vidi impiũ, quem vide,& ecce non erat,reuersus sum,& nõ est inuentus locus eius,vel successorũ suorum. Quartum est ius ex alia consti.noua,quæ postea superuenit, vt habetur in d.§. iniuria,seu furtum.de pace iu.fir.per quam consti.mandatur furtũ puniri secundùm leges, sed non dicit de quibus.

26 †Quintum est ius Longobardum,vt in longo.in tit.de fur. l.si quis latro,vbi dicitur, ꝙ pro primo furto debet perdere oculum,pro secundo debet ei scapellari nasus, pro tertio imponitur pęna mortis,& de ista lege long. facit mentionem gl.in d.§.iniuria,seu furtum.de pa.iura.fir.& gl.in l.capitaliũ.§.famosos.ff.de pęn.& Iac.de Bel. in sua pract. cri.in rub.de fur.col.1.& Gand.in suo tra. male.in rub.de fur.col.2.& And.de Iser.in §.si quis quin. solidos.col. 2.in prin.de pace ten.& Aug.Ari.in addi. ad Ang.in tra. mal.in verbo,& vestem cęlestẽ abstulit,col.4.& Barth. Cępo.in d. auth.sed nouo iure.col.10.& col.3.ver.tu dicas. vbi dicit, ꝙ istud ius longo.non seruatur hec in Lombardia , nec in Tuscia. Et dicit And.de Iser.in ti.de pa.iu.fir.§. puniatur legitimè,ꝙ istud ius non seruatur,& dicit And.de Iser.in cõsti.baiuli locorum,& ibi Matt.de Affl.col.pen. ꝙ in crimi-
27 nalibus ius longobardorum non seruatur in regno. † Sextum ius est in Regno introductum per istud.c.ad hoc,per quod disponitur, vt pro furto in rebus vnum augustalem infra valentibus fustigetur, & signetur, seu mercetur in fronte,& de prouincia banniatur, ille verò qui rem valentem vltra augustalem vsque ad vnciam furatus fuerit, manum amittat,qui verò vltra vnciam furatus fuerit, vel plura furta commiserit,suspendatur,& si nobilis fuerit, capi-
28 tali pęna plectatur,vt in isto tex.nostro dicit̃. †Et istud ius videtur nimis durum, vt pro furto excedente vnciam suspendatur.Sed dicas, ꝙ lex quantumcunque dura seruanda est.ff.qui & a quib.manu.non licet.l.prospexit. ita dicit gl.in d.§.iniuria,seu furtũ.in fi.& Gan.in tra. male.in rub. de fur.col.3.And.de Iser.in tit.de pa.iu.fir.§.puniatur.legitimè.in fi.& Barth.Cæp.in d.auth.sed nouo iure. col.3.in prin.C.de ser.fug. ¶ADDITIO noua.Superuenit etiam c.si de furto infra in capitulis regis Rob.per quod est inductum,vt si aliqua querela est instituta de furto,vel alio delicto contra aliquem, vltra pœnam debet condemnari ad rei restitutionem,& interesse,vt ibi, cum concor. quas ibi allegaui. Et nota circa materiam huius.c.in fi.ibi, & si nobilis capitali pęna plectatur:nam iste tex. videtur cõtra ea, quæ dicit gl.in cõsti.regni prosequentes in verbo accusatorũ,& ibi Matt. de Affl.in fi.nã licet de consuet. Italica nobilis nõ suspendatur,sed decapitetur: vt dicit Bar.in l.capitalium.§. serui ff.de pęn. licet secus sit in Francia, vt dicit Bar.in l.desertorem.ff.de re mili.& per Fel.in c.pastoralis. de offi. deleg.dicit tamen Matt. vbi supra, ꝙ si nobilis,vel miles committit latrocinium,vel furtum,nihil prodest sibi nobilitas, sed suspenditur sicut popularis, & ignobilis propter vtilitatem huius criminis,quia vitam fœdã ducẽdo,& deteriora,& ignobiliora committendo,degener ęstimatur,& ignobilis, arg.c.si gens.56. dist. & nobilis factus infamis desinit esse nobilis in concernentibus priuilegia sua,vt dicit Bart.in l.1.C.de infa. lib. 10. & in l.1.C.de his qui non imple.sti.eo. lib. Et ad hoc adaptari potest illud, quod dicit Host.in c.venerabilis.extra de pręb.& in c.tua. de consang. & aff.vbi dicit, ꝙ nobilitas est nobile stercus. tamen tex.noster in fi.videtur in contrariũ,ꝙ nobilis committendo furtum non suspenditur , sed capitali pęna plectatur.Sed circa prædicta resultat vna difficultas,dicit hoc c.in fi. ꝙ si nobilis furtũ commiserit,capitali pęna puniatur,& quia triplex est pœna capitalis,vt l.2. & ibi not. per gl.& alios ff.de pub.iu.de qua pœna intelligitur, de morte naturali,an de morte ciuili deportationis,an de pœna exilij.Et in dubio interpetrari debet in mitiorem partẽ, vt cõprehendat deportationẽ,vel exilium , & non mortẽ naturalem.l.interpretatione.ff. de pęn. ita tenet Cy.in l.1.C.de fa.gl.in l.1.C.ne iud.vel pag.man.Christia.& no.Inno.in c.qualiter.& quan.de accus.& pęnę sunt restringendæ. de pęn.dis.1.§.pęnę.Et propterea Gof.& Host.in c.quanto.de iureiu.referunt.Io.Cremonensem glossatorem defendisse quendã,qui falsauerat monetã Ciuitatis Bononię, vt non puniretur pęna mortis naturalis sed ciuilis,quod multum exclamat menti tenendũ Imo.in l.2.col.5.ff.de pu.iud.dicens hoc nunquã exeat memoriã: quia posses lucrari vnã bonã vestẽ: quia vbi vertitur qõ vitæ ibi pecuniæ vndique fluunt,& istã opi.ẽt sequitur Io. And.& Abb.in d.c.quanto,col.2.& sequuntur ibi cõiter doc.Et hoc dicunt procedere siue lex,siue statutũ loquatur de pęna capitali , istam ẽt partem tenuit Ang.in trac.male.in verbo, & ibi caput a spatulis.col.11.ver.ꝙ si statutũ,& Alex.consi.113.in causa inquisitionis formatæ.col.2.ver.3.principaliter. 3. volu.& Ias.in l.si quis iniquũ.§.hæc pœna.col.1.ff.quod quis.iur. cũ concor.in dic.loc.& tenet Io.de Ana.Mar.Soc.& Fely. in c.qualiter,& qñ 1o 2.§.ad corrigendos. col.fi.de acc.& dicunt esse communẽ opi.quod nota: quia poteris euadere clientulũ à pęna mortis naturalis,quod confirmari põt: quia nobilis quò ad pœnã corporalẽ mitius punitur , quã ignobilis secundùm Bal.in l.nemo.C. de sum.Tri.de quo plenè per Alex.in l.Pedius.§.1.ff.de incen.rui.naufr.Bald. in c.si quis verò temerario,de pa.iu.fir. per Car.in clem.j. §.pen.de hęr.vbi ponũtur nõnullæ limitationes,de quibus ẽt per Firm.in reper.in verbo nobilis,vers.8.sint notanda. Tamen in casu isto dici põt, ꝙ prædicta non procedunt: quia vr̃ constare de mente statuentes,vt imponatur pœna capitis: quia primò imposuerat pęnã,vt ad suspendiũ cõdemnetur,ideo postea pęnã capitalẽ nominando,& imponẽdo intelligit̃ de morte naturali,vt probat text. cũ gl.in l. relegati.ff.de pę. & tenet Fel.in d.§.ad corrigendos.in prima,& tertia limita.vbi vide:quia ponit quatuor limitationes,& Ang.Are.in tra.mal.in verbo,& ibi caput a spatulis, vbi ponit duas alias limitationes,& Firmanus in reper. in verbo capitale in vltimo versiculo , vbi ponit tres limitationes de dictis limitationibus positis in dictis locis. ¶Et circa istud.c.dum dicit, signet̃,seu mercetur in fronte &c.
29 Seb.hic dicit,ꝙ de iure comm.hoc fieri non debet.† Quia facies hominis non debet deturpari, vt hic per eum,adde ꝙ de hoc est text. in l.si quis in metallum. C.de pęn. & ibi gl.& Ang.de quo vide And.de Iser.in consti.regni.si damna clandestina.col.pen.& fi.& ibi Matth.de Affl. col.7. & Par.in tra.sind.in verbo crudelitas,& And. de Iser.in titu. de pa.ten.§.si quis quinq.solidos,& And. in §. seu furti, & §.puniatur legitimè.de pa.iur.fir.& Matth.de Affl in consti.regni legum asperitate, col. 3. Sed cum isto tex. nostro

D.Ioan.Anto.de Nigris.

videtur concordare infra.c.placuit, num.22.& d.consti. legum asperitate,& tex.in c.ad audientiam.extra de cri.fal.& ibi glo. dicit, quòd propter odium maleficii,& in signum maleficii debet aliquantulum cutis in superficie deformari,non autem profundè,vt ibi in glo.de quo tamen vide Felyn.in cap.cum non ab homine.colum.4.extra de iudi.

¶ ADDITIO noua.Et sic potest cōcordari,vt d.l.si quis in metallum.procedat,quando profundè cutis faciei defor maretur,& tex.in hoc c.nostro,& in d.cap. ad audientiam procedat, quando leuiter aliquantulum quis deformatur non profundè,sed tunc obstat.cap.const.legum asperitate volente,ꝙ mulieri adulteræ truncatio nasi imponatur,& sic ibi profundè cutis deformatur, ideo dici potest, quòd aliquando propter odium maleficii deformatur, vt supra.

30 ¶ †Septimum ius quod inducitur per statuta terrarum,per quæ determinetur pœna imponenda pro furto & illa seruari debent,vt dicit Gand.in trac.malefi.in rub. de fur. col.3.

31 ¶ Item est sciendum,† quòd est differentia inter furem & latronē,vt dicit Bar.& Saly.in aut.sed nouo iure. C. de ser. fug. & ibi Barto.Cępo.in 2.nota.& col.9.& Par.in tra.sind. in verbo latro,col.j.quia latro est,qui per uim rapit.fur autem est, qui capit clam sine armis, vt ibi per eum, & col. 24.Et qui dicātur effractores,qui expilatores,qui saccularii, & qui cressatores,vide per Bar.Cępo.vbi supra col.22.cum seq. vsque ad finem,& ibi etiam ponit qualiter puniantur.

32 † Quid autem sit robaria,vide Bal.in d.aut. sed nouo iure, col.3.& in l.si te bonis.C.ex quib.cau.infa. irrog.& in l. si quis in tantam.C.vnde vi.& quæ dicit Bar.in l.capitalium. §.famosos.ff.de pœni.Et dicit Hip.consi.54. in causa inquisitionis,col.2.ꝙ iura loquentia in furto vendicant sibi locū in rapina,vel robaria,allegat Bar. in l.transigere.C.de trāf. & ibi Ias.in fi.& Bal. in d.l.si te bonis. ¶ Notandum est ex

33 isto tex.nostro, ꝙ † regulariter committens furtum in rebus valentibus ab augustali infra,punitur, quia fustigatur, mercatur in fronte,& de prouincia bannitur,vt hic in tex.

34 † Amplia primò hoc procedere etiam si res furata valebat integrum augustalem,quia eadem pœna punitur, vt tenet

35 hic Seba.de Neapo.per iura per eum allegata. ¶ † Amplia secundò dictam regulam procedere etiam in vno ouo, & sic in re minima glo.& doct.in §.gallinarum,insti.de re. diui.Iaco.de Bel.in sua pra.cri.in rub.de fur.col.2.Pet.Gerar. de Petrasancta sing.19.scis quòd furtum, cum concor.vbi quòd etiam pro re minima datur condictio furtiua. ADDITIO noua. Et non solum committitur furtū in vno ouo,& vili gallina, vt in dictis iuribus,sed ēt cōmittit furtū in vili tabula.§.literæ.inst.de re.diu. & pdicta ēt tenet gl.& Matt. de Affl.in consti.regni,locorū baiuli,col.3.in 2.

36 no.¶ † Amplia tertiò dictam regulam procedere etiam, si quis furatur modica seu parua animalia,vt si furaretur anseres,gallinas,& alia animalia modica,quia punitur, vt tenet Iaco.de Bel.in sua pra.cri.in rub.de fur.col. 10. in prin. & Matth.de Affli.in consti.baiuli locorum,col.pen.in 4.nota.& in consti.super incisionibus,col.fin.& Bonifa. in trac.

37 malefi.in rub de fur.col.3.in prin.¶ † Amplia quartò dictā regulā procedere,ꝙ non est furandum etiam pro faciēdo eleemosinam,vt tenet Hip.consi.41.licet.in fin. & Inno.in

38 c.quia plerique extra de immu. eccle. ¶ † Amplia quintò dictam regulam procedere,ꝙ non solum tenetur de furto ille qui committit furtum,sed etiam opem præstans,quod qualiter procedat,vide in §.interdum furti,& ibi Ang.Are. insti.de obli.quę ex deli.nas.& in l. is qui opem.ff.de fur.& ibi Bartolus, & infra dicā. ADDITIO noua.Et Sum. Ang.in verbo furtum,col.3.versi.quot modis,& col.8.vers. octauo. Similiter ēt de furto tenetur si aliquis capit bona proiecta in mari tempore tempestatis,siue illa bona capiat in mari,siue in litore fluctibus expulsa.Et idem dicendum est de capiēte bona cadentia a rheda seu curru,quia de fur

39 to tenetur,insti.de re.diui.§.fi.¶†Item ex isto tex. nostro est notandum ꝙ committens furtum valens ab augustali supra vsque ad vnam vnciam, punitur pœna manus, vt hic.

40 † Et qui sint casus in quibus puniatur pœna manus, vide hic Seb.& Bar.Sal.Bart.Cępo.col.2.cum sequen. & ibi per

41 alios, in auth. sed nouo iure C. de ser. fug.¶ † Quæ autem manus abscindi debeat.Seb.hic & glo.in d.aut.sed nouo iure tenent,quòd illa debet abscindi,cum qua minus potest, siue sit destera,siue sit sinistra,& sequitur ibi Barto.& Bald. col.3.& Saly.ibi qui dicit, quòd ita communiter tenetur,licet O Ios.tenuerit,quòd illa deberet abscindi cum qua deliquit,sed illud procederet,quando lex, vel statutum specificaret,quæ manus deberet abscindi, secundùm Bal. in d. auth.sed nouo iure.& ibi Bart.Cæpo.col.2.& ita procedit, quod dicitur in consti.regni,si quis aliquem,& ibi And. &

42 Matth. de Affl. ¶ † Quid autem si vnam manum tantum habet.Bal.in d.auth.sed nouo iure,& ibi Bart.Cępo.in col. 8.tenent,quòd isto casu pœna debet commutari, nisi alia manus fuisset incisa culpa ipsius rei,puta propter aliud delictum,Sed Iaco.Butri.& Saly.ibi.& idem Bal.ibi in fin.tenent contrarium,quòd debet manus incidi,licet vnam habeat, & illud de rigore iuris est verius,sed de ęquitate alia opi.procederet. ADDITIO noua. Et secundum iuris rigorem quòd debet amputari manus, quando vnam habet,culpa sui,fuit iudicatū in Sacro Consilio,tenet Tho.

43 Gr.in decisi. 9.¶ † Quid si nullam manum habet. Saly. in d.auth.sed nouo iure dicit, quòd omnes tenent, quòd tali casu imponi debet alia pœna arbitraria,quod intelligit ibi Bar.Cæpo.quando ante sententiam fieret commutatio,sed si lata erat sententia,& condemnasset ad manus incisionē, & nullam haberet, sententia esset nulla, & elusoria,vt ibi

44 per eum.¶†Sed quid si habet duas manus,& vna est arida, vel inutilis,quæ manus debet abscindi.Cy.tenet,quòd bona deberet amputari,quia illa arida & inutilis habetur pro nulla,Sed Iaco.Butri.& Saly.in d.aut.sed nouo iure,tenent contrarium, quia in ambiguis quòd minimum est sequimur,& propter terrorem punietur in illa arida, vt ibi per eos.Intellige secundùm Bal.ibi in 3.col. in fin. nisi lex expressè loqueretur de certa manu, quia illa deberet incidi & sequitur ibi Bart.Cæpo.in 7.col. & supra proximè dixi,

45 ¶† Quid autem si reus eligat, vt sibi truncheturs validior manus,& cum qua plus potest,an illa sit incidenda. Quidam dicunt,quòd hoc potest facere,ut.l.quod fauore.de legi.& quilibet potest fauori pro se introducto renunciare. l. si quis in conscribendo.C.de pact. contrarium tenent Cy. & Saly.in d.aut.sed nouo iure.col. 2. quia vt manus illa nō amputetur, respicit fauorem totius humani generis non delinquentis tantum,arg.l.quos prohibet.ff.de postu.& facit.c.si diligenti. cum materia extra de foro compe.ad prædicta bene facit tex.in l. nō tantum.ff.de app.& etiam quia nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff.ad leg.aqui.¶ Et multas alias quæstiones in hac materia vide per Bart.Cæpo.in d.aut.sed nouo iure.col.8.vbi etiam

46 ponit.†Quid si pro vulnere debet amputari manus,& plura vulnera intulit,an vna,vel duæ manus amputentur, vide ibi,quia non est materia nostra,sed est materia consti.re

47 gni,si quis aliquem,vbi vide doct.¶ † Scias tamen, ꝙ mitior pœna est abscisio manus,quàm pedis, vt dicit Saly. in d.aut.sed nouo iure. in primo nota.& ibi Bar. Cæpo. in 2. nota. ADDITIO noua.Et dicit Decius in l.si fugitiui col.2.C.de ser.fug.quòd pœna amputationis pedis,& pœna metalli æquiparātur,qn̄ esset in perpetuum dānatus ad metallū,vt ibi per eū, vbi ēt in col. 3.ponit. An amputatio pedis æquiparetur pęnæ capitali solum quò ad competentiam iudicis, vide ibi per eū. ¶ Notandum est ēt ex isto tex.

48 nostro,† quòd committens furtum in re valente vltra vnciam ꝙ debet mori,& laqueo furca suspendi,vt in isto tex. & ratio,quia vbi plus exceditur,sæuerius vindicatur. c. sicut,extra de exce.prælа.And.de Iser.in c. hac edictali. §. si qs verò.col.2.de pace.iur.fir.& quāto maior est quātitas, tanto grauius dicitur furtū.Pau.de Ca.consi. 18. nō video, primo volu.Et nota,quia dicitur in tex.vltra vnciam,& sic saltim in modico debet excedere vnciā, quia dictio vltra, ad modicū refertur,l.hæc adiectio.ff.de verb.sig.l.& si post tres.ff.si qs cauti.& qd ibi no.& Pau.de Ca.cō.18.nō video

E primo

primo vol. Et propterea dicit And. de Iser. in ca. j. §. si quis quinque solidos. col. 2. in princ. ꝙ in regno in eo, qui furatur vsq; ad vnam vnciam, imponitur pœna manus, si vltra vnciam pœna capitis punietur, per tex. nostrum, & idē tenet Matth. de Afflict. in constit. regni terminum vitæ. col. pen. in septimo not. Et dicit And. in d. §. si quis quinque solidos, ꝙ triginta vnum tarenum sufficit ad suspēdendum furem. Et ex prædictis infertur, ꝙ malè, & pessimè dixit hic Seb. de Neap. qui dixit, ꝙ si aliquis furatur vltra augustalem, non tamen valentem vnciam vnam, ꝙ laqueo suspendetur, per tex. in d. §. si quis quinque solidos, quia hoc est falsum, nam tex. in d. §. si quis quinque solidos. loquitur in casu speciali propter fracturam pacis, vt supra dixi, & etiam si loqueretur generaliter, etiam esset correctus per tex. nostrum, & cōtra Seb. tenent And. & Matth. vbi supra. quia ad hoc vt possit laqueo suspendi, furtum debet excedere vnciam.
49 ¶ † Et est aduertendum: quia probari debet valor rei subtractæ, attenta communi æstimatione, vt latè per D. Vic. Herc. in l. in lege Falcidia. §. corpora. col. 11. cū pluribus seq. ff. ad leg. Falcid. & est tex. in l. precia rerum. & ibi doct. ff. eod. tit. bene faciunt, quæ dicit Matth. de Afflict. decisio. 316. Galiottus cum concor. in d. locis. ¶ Item per istum tex. nostrum est sopita illa quæstio, quam ponit Bald. in d. auth. sed nouo iure. col. 1. versi. tertiò nota. C. de ser. fugit. vbi dixit, ꝙ
50 † si aliquis commisit vnicum furtum magnum, quod præualet tribus furtis paruis, ꝙ debet suspendi, ut ibi per eum, & sequitur Abb. in capit. inter alia. col. penult. in fin. extra de immun. eccle. & Ang. Aret. in §. ex maleficiis. col. 2. instit. de actio. & in tract. malefi. in verbo, & uestem cœlestem abstulit, col. 5. versi. nunc sumpta. Ange. in l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. Bal. in cap. 1. §. iniuria, super ver. furtum, de pa. iuram. firman. Contrarium tamen tenet Salyc. in d. auth. sed nouo iure. col. 2. & ibi Pau. de Cast. & Fulg. & Barto. Cæpo. col. 14. & August. Ari. in addit. ad Ang. in tracta. malefi. col. 5. in fine. cum seq. quia de iure communi quantitas furti non est sufficiens ad pœnam mortis inferendam: quia lege non cauetur, & non consideratur valor rei, sed consuetudo, & assuefactio furandi, vt ibi per eos, & Io. de Ana. in ca. fin. de furt. Ias. in §. ex maleficiis. col. 2. instit. de actio. Et furtum magnum, vel paruum dicitur inspecta qualitate furantis, & ei cui furatur secundùm Bart. Cæpo. vbi supra, & inspecta quantitate rei furatæ, vt dicit Matth. de Afflict. in const. baiuli locorum. col. fin. & ibi etiam dicit, ꝙ habemus tria genera furtorum, magnum, minus, & medium, vt ibi per eum. Sed hodie in regno per istum tex. nostrum est sopita talis quæstio: quia si furatur vltra vnciam suspēditur, aliàs non, vt hic patet. Et sic habemus vnum casum, ꝙ pro fur-
51 to excedente vnciā debet mori, & laqueo suspendi. ¶ † Amplia primò hoc etiam procedere in casu speciali, quando quis frangendo pacem committeret furtum valoris quinque solidorum: quia poterit laqueo suspēdi. d. c. 1. §. si quis quinque solidos. de pace tene. Io. And. in c. inter alia. extra de immu. eccle. & in c. cum in tua. extra de homic. Angel. Aret. & Ias. in §. ex maleficiis. col. 1. instit. de actio. & Hyp. cons. 30. licet. col. 1. & cons. 53. lōge. col. 6. & est casus specialis vt supra, latius dictum est, & dicunt doct. ꝙ de consuetudine non seruatur, vt supra dixi, & tenet Bal. in d. authen. sed nouo iure colum. 2. in princ. C. de seruis fugit.
52 ¶ † Amplia secundò procedere in casu posito in l. pen. ff. de condict. cau. da. vbi ille seruus pro furto fuit vltimo supplicio damnatus. Sed dicunt ibi doct. ꝙ ita fuit de facto, non autem de iure factum, vel est speciale ibi propter vilitatē personæ: quia seruus, vt dicit Ang. Are. in d. §. ex maleficiis. col. 2. Instit. de actio. & in tract. malefi. in verbo, & vestem cœlestem abstulit. col. 4. vers. & nota. & Ias. in d. §. ex male
53 ficiis. col. 1. ¶ † Amplia tertiò procedere, quando esset consuetudo, vel statutū in loco, vt pro furto pœna mortis imponatur: quia tunc tale statutum seruaretur, vt tenet Bart. Cæpo. in d. auth. sed nouo iure. col. 17. in fin. cum sequen.
54 ¶ † Amplia quartò procedere in famoso latrone, qui potest furca suspendi. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. & ibi Bar. & doct. Iac. de Bel. in sua prac. cri. in rub. de fur. col. 3. vers. si sit. Gand. in trac. malef. in rub. de fur. col. 2. gl. in c. inter alia, & ibi Ant. de Butr. Abb. & alij ext. de immu. eccles. Bar. & Sal. in d. auth. sed nouo iure. col. 2. Matth. de Afflic. in consti. inconsutilem. col. pen. Hip. cons. 30. licet. col. 1. & cons. 53. longe, col. 6. ADDITIO noua. Ad prædicta ēt vide Ias. in §. ex maleficiis, col. 2. in prin. Instit. de actio. vbi etiam dicit, ꝙ omnes saccomani debent de iure furca suspendi: quia violenter furantur, & non solùm deliquunt in
55 rebus, sed etiam in personis, vt ibi per eum. ¶ † Aduerte tamen, ꝙ Gand. vbi supra tenet, ꝙ famosus fur non suspenditur sicut famosus latro, sed iterum fustigabitur: quia d. l. capitalium. §. famosos. loquitur in latrone, non autem in fure, vt ibi per eum, & sequitur Augu. Ari. in addi. ad Ang. in d. tract. malefi. in verbo, & vestem cœlestem abstulit, colum. 4. & Saly. in d. auth. sed nouo iure. col. 2. in fi. dicit, ꝙ consuetus furari non debet furca suspendi, sed debet relegari, vel in metallum dari. l. capitalium. §. crassatores. vers. cęteri. ff. de pœn. ADDITIO noua. Ad prædicta facit: quia in plus se habet latro, quā fur: quia latro est de die, & qn̄que cum uiolentia, ut sunt deprædantes in stratis publicis, fur est de nocte, & sine violentia. Abb. in c. tuę. col. 2. de pęn. Sed ista difficultas est hodie sublata per tex. nostrum, qui loquitur in fure committente plura furta, & uult ut laqueo suspendatur. ADDITIO noua. Et illud, quod dicit Ang. Are. in d. §. ex malefici s. Instit. de actio. & ibi Ias. col. 1. versi. subdit etiam. vbi dicit, ꝙ latro famosus pro prima uice ueniam meretur a furca, sed aliter punitur, & ꝙ pro primo, uel secundo furto furca nō suspenditur, & pro tertio furto est inductum de generali consuetudine, vt furca suspendatur, ut ibi per eos. Intellige, & declara prædicta secundum terminos cap. nostri, in Regno, & extra Re-
56 gnum seruatur, quod dicunt dicti Doctores. ¶ † Quis autē dicatur famosus latro. Bart. in d. auth. sed nouo iure. C. de ser. fugit. dicit, ꝙ consuetus furari dicitur famosus fur, & consuetus latrocinia committere dicitur famosus latro. Idem tenet ibi Sal. col. fi. & Bal. col. 1. qui dicit, ꝙ famosus latro dicitur, qui plura furca commisit, vel saltim dicitur crassator, vt ibi per eum, & opin. Bar. videtur tenere Iaco. de Bel. in d. pract. crim. in rub. de fur. col. 3. uersi. si sit extraneus, & Bart. Cæpo. in d. auth. sed nouo iure. col. 9. ubi etiā ponit, ꝙ reperitur simplex fur, & simplex latro. Item famosus fur, & famosus latro, qui est consuetus pluries furari, uel latrocinari, ut ibi per eum, & uide Pari. in tract. find. in verbo latro. §. & quia. col. 1. & in uerbo tortura. §. quidam latro, & supradictam opin. Bar. tenuit etiam Abb. in c. inter alia. col. pe. in fi. extra de immu. ecc. & tenet Bar. in l. si cui. in fi. ff. de acc. Ad prædicta vide Cataldi. in tra. findi. q. 139. in illa quæst. ubi tractat materiam, quando fur in una Ciuitate fecit furtum, & in alia postea furatur, vbi videtur prædicta restringere, & velle, ꝙ pro multis furtis paruis non dicitur famosus fur. Sed vt dicatur famosus, requiritur, ꝙ cum armis hoc fecerit, & sequitur Ang. Are. in d. tract. malefi. in verbo, & vestem cęlestem abstulit. col. 6. in fi. illius addi. & tenet Ang. in d. §. famosus. vbi dicit, ꝙ nō intelligit famosos latrones eos, qui assidue furantur, sed vbi aggrediuntur cum armis in stratis, & vi auferunt, refert, & sequitur Par. in verbo latro. §. quia. col. 1. & Alex. cons. 108. stāte statuto. col. fi. 4. vol. vbi plus dicit, ꝙ famosi latrones dicuntur, qui violenter aggrediūtur, & requiritur etiam, ꝙ fama laboret ꝯ ipsos, vt ibi per eum, & sequitur Par. in trac. find. in verbo latro. §. quia. col. 1. vbi dicit, ꝙ famosus latro, uel fur dicitur, non qui semel fecit sed pluries: quia tunc erit famosus latro, & propter illam qualitatem augumētabitur pœna: vt dicit glo. in d. auth. sed nouo iure. Et hoc verum si contra ipsos publica laboret infamia, vt ibi per eum cum concord. Et dicit And. de Iser. in titu. de pace ten. §. publici
57 latrones. vbi dixit, † quòd aliqui vocantur famosi, & aliqui insignes latrones, dicens quòd non sufficit probare aliquem esse publicū, & famosum latronem, qui publicè dr̄, ꝙ in

ꝙ in filuis homines disrobat, nisi constet de disrobatione, & sequitur Par. ubi supra. Et ista sunt notanda propter Capitula Regni, quæ loquuntur de latronibus, stratarũq; disrobatoribus, & de torturis latronum, & confessionibus per ipsos factis, & qualiter contra eos procedatur, vt ibi la-
58 tius per Pari. ¶ † Item quia pro istis insignibus furibus iudex non debet pati aliquem aduocare, vt dicit Bal. in d. authen. sed nouo iure, col. 3. & Ang. in trac. malefi. in verbo, & vestem cęlestem, col. 4. versi. & nota bene, & Ias. in §. ex
59 maleficiis, col. 2. in prin. insti. de actio. ¶ † Quot autem vicibus debet fecisse furtum, vt dicatur consuetus furari? Vide Nico. de Matta. Bal. & Saly. in d. auth. sed nouo iure, col.
60 2. C. de ser. fugi. ¶ † Quis autem dicatur publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum, ponit Abb. in c. inter alia. col. 1. extra de immu. eccle. vbi dicit, ꝙ publicus latro est, qui palam, & publicè furatur, vt sunt isti piratæ, vel qui publice stant in stratis, vel isti habentes arcem, & castrum, & disrobant homines transeuntes. Et isti qui stant in stratis publicis præsumitur, quòd deliberato proposito hoc fecerint: quia in illis rapinis se assuefecerunt, vt dicit Ioan. Andre. & Abb. in d. ca. inter alia. colum. 6. Nocturnus verò depopulator agrorum dicitur, qui obsidet stratam publicam disrobando transeuntes. Et differt a publico latrone, qui clandestinè furatur; & moratur in loco, vnde dicitur nocturnus depopulator agrorum secundum Inn. ibi: quia in nocte segetes destruit, dum ibi se abscondit, iacet, & latet, & quia propter homicidia, & rapinas, quas faciunt in stratis comburunt, & destruunt agros illorum, qui eis non seruiunt, vt dicit Abb. vbi supra, vt faciunt isti exitii, & forensiti nostri temporis, qui destruunt bona illorum qui eis victum, & necessaria subministrare nolunt. ADDITIO noua. Et quæ sit differentia inter latrones, & fures, vide Hippo. consil. 21. numero 16. cum sequen. & dixi supra eo. c. numero 55. Aduerte etiam ad vnum, quod dicit Ang. in l. ictus fustium. col. 1. ff. de his qui nota. infam. vbi dicit, quòd deprehensus in furto, potest fustigari sine prolatione diffinitiuæ sententiæ. Et ideo dicit ipse, quòd hodie seruatur, quòd inuenti ad furandum vuas per officiales absque interlocutoria, vel diffinitiua ducuntur cũ vuis ad collum per ciuitatem, eodem modo inuenti cum armis de facto ducuntur ad Palatium, & compelluntur ad soluendum pœnam, antequam recedant secundùm Ange. vbi supra. Et ista intellige, quando sunt capti in fragranti, & crimen erat notoriũ: qa tunc proceditur ad executionẽ pœnæ prætermisso ordine iudiciario, vt ibi per Ang. & Ias. in l. vnica, in prin. col. fi. numero 29. ff. si quis ius dicen. nõ obtemp. vbi dicit, quòd in leuibus delictis inuentus in fragranti crimine sine aliquo processu potest poni ad cathenam, & ita dicit de facto seruari, allegat Ang. in l. ædiles. ff. de ædil. edic. ¶ Amplia quintò procedere etiam in eo, qui pecuniam publicam furto subtrahit, vel aliam rem publicam, vel sacram, vel religiosam: quia capite punitur, vt tenet Ang. in d. trac. malefi. in verbo & vestem cęlestem, colum. 4. versi. & nota bene tex. & ibi Ang. Are. in §. Item lex Iulia peculatus. Insti. de pub. iudi. hodie tamen in hoc deberet distingui de valore rei secundùm dispositionem huius c. nostri. Et ista sunt notanda contra camerarios, qui tractant pecuniam publicam: quia si aliquam quantitatẽ pecuniæ retinent, puniuntur, secundùm Ang. Are. in §. Itẽ lege Iulia, sed Bar. in l. pen. ff. ad leg. iul. pecu. dicit, quòd massarius communis si quid de pecunia communi remansit penes eum, punitur, vt ibi per Bar. sed non capitaliter, vt ibi, & vide Ang. in §. fi. versi. in tex. de residuis. Inst. de pub. iud. Et illud quod dicitur ibi, quòd capite punitur, intelligitur de pœna deportationis vt dicit glo. in l. 1. C. ad leg. iul.
61 pecu. ¶ † Amplia sextò procedere non solùm quando vnus commisisset furtum vltra vnciam, sed etiam si duo, vel plures commisissent furtum insimul, si excedit vnciam, Sed diuidendo inter eos non ascendit; quæ licet pars ad vnam vnciam: nihilominus omnes poterunt suspendi, vt tenet And. de Iser. in titu. de pace tenen. §. siquis quinque solidos. col. fi. quia quilibet tenetur insolidum, vt ibi per eũ allegat tex. in l. 1. C. de condi. fur. & ff. de fur. l. vulgaris. §. fi.
62 ¶ † Amplia septimò procedere, etiam si aliquis præstitit opem ad furtum committendum, & habuit partem de rebus furtiuis, vel furtiuas manus ad bona extendit: quia tenebitur eadem pęna, & si excedit vnciam poterit suspendi, vt ibi per And. de Iser. ADDITIO noua. Sed si nihil de rebus furtiuis ad eum peruenit, licèt præstitisset opem, vel consilium non dicitur extendisse manus suas ad res furtiuas, & non punitur pęna furti: sed alia pęna extraordinaria mitiori, vt per And. vbi supra, similiter vbicunque auxilium & fauor fuisset simplex: eo quia maleficium non est auctum, sed ita est exequutioni mandatum, sicut si non interuenisset: tunc nõ punitur pęna ordinaria delicti, sed extraordinaria iudicis arbitrio, vt dicit Io. Andr. in c. fœlicis. de poenis in 6. Et ex hoc infert Augu. Ari. in addi. in tra. malefi. in verbo dicto maleficio semper astitit. col. 6. in fin. ꝙ defensauit quendam a pęna furcarum, qui pręstiterat auxilium quinque latronibus, qui noctis tempore furati fuerãt vnam apotecam, a qua asportauerunt vnam petiam velluti, & quidam alius præstitit auxilium & nihil fecit: quia nõ aperuit apotecam, nec asportauit petiam velluti: sed tantũ stetit in via cum aliis quatuor, donec alter surripiebat, & furtum committebat: nam ex quo præstitit simplicem fauorem: quia omnino illi quinque sine ipso delictum executioni mandassent, propterea pęna ordinaria puniri non debuit, & ita fuit iudicatum, vt ibi per eum, & sequitur Hippo. in sua pra. cri. §. constante, nume. 61. Et idem est dicendum in dantibus signum ad furtum, vel rapinam, vel præstantibus opem, puta Scalas, vel ferramenta, vel præstantibus consilium, vt per Hostien. in sum. de furtis. §. contra quem, versi. datur etiam, & Sum. Ang. in verbo furtum. col. 3. versi. vtrum dantes, quia circa pœnæ impositionem est
63 distinguendum, vt supra dixi. ¶ † Amplia octauò procedere etiam, si aliquis te ignorãte commisisset furtum vltra vnciam: quia si tecum postea diuisit spolia te sciente, quòd erant bona furtiua, videris ratificare furtum, & ratificatio in delictis retrotrahitur. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. sed & si. & ff. de reg. iur. l. hoc iure. §. 1. ita quòd tu poteris puniri: quia contrectasti scienter rem alienam, & teneris furti, & si res, quæ peruenit tibi in partem valet vltra vnciam suspenderis, si verò valeat minus vncia non suspenderis, & hoc qñ a principio te ignorante est commissum furtum: quia si a principio te sciente esset commissum vltra vnciam, licet tibi in partem non venisset vsque ad vnciam, poteris suspendi, si furtum excessit vnciam, vt per And. de Iser. in d. §. siquis quinque solidos. col. fi. Ad prædicta faciunt, quæ dicit Ange. in trac. malefi. in verbo & vestem cęlestem, colum. 11. in fin. cum sequen. versic. quid si quis emit. vbi ponitur de eo, qui scienter rem furtiuam emit, vel pignori accepit, & quæ dicit ibidem. colum. 4. versic. quid si rem.
64 ¶ † Amplia nonò procedere, etiam si aliquis commisisset tria furta diuersis temporibus: quia poterit suspendi, vt in hoc text. nostro, & tenent Nico. de Matta. Bald. & Salyc. in d. auth. sed nouo iure: quia inspicitur consuetudo furandi l. 3. C. de epi. audi. & tangit Bart. Cępol. in d. authen. sed nouo iure, colum. 19. cum sequen. vbi tenet, quòd de iure communi tria furta non sufficerent, vt pęna mortis puniatur. Sed quòd tria furta etiam minima sufficiunt, vt quis possit ad mortem condemnari, tenuit Bald. in c. de appellationibus, extra de appe. Andr. de Isern. in constitu. regni super incisionibus, circa fin. & Felv. in ca. significasti, el 1. extra de homi. & in terminis Thom. Gramm. in voto 17. in causa regii fisci, numero 5. & ob consuetudinem delinquẽdi quis potest puniri ad mortem, vt dicit Bar. in l. 1. C. de superexa. lib. 10. vbi in specie dixit Ange. ibi. de quo latè per Thom. Gramm. vbi supra, vbi multa similia allegat, vbi videre poteris, & sic conclude, quòd duo furta minima non sufficeerent, sed tria requiruntur, vt tenet hic Seba. & Tho. Gramma. vbi supra, & Matth. de Afflic. in consti. super incisionibus. col. fi. ¶ Amplia hoc etiam procedere in rapina:

pina:quia si quis committit tres rapinas,debet mori & fur
ca suspendi,vt in cap.placuit.infra num.27.sub rub. de pę
65 na rei ablu.precio non solu.& tenet Seb.hic.¶† Et aduerte,
ꝙ licet de iure communi iura loquentia in furto habeant
locum in rapina,ut dixi supra uersic.quid autem sit roba-
ria,tamen de iure regni uidetur differentia, ut patet in te-
xtu nostro. & in cap.placuit.infra num.27.supra allegato.
quia aliter punitur fur,quàm raptor.Sed And.de Iser.in ti
tu.de pace ten.§.si quis quinque solidos,col.2.dicit,quòd
istud cap. nostrum habet locum in raptore publico, quia
raptor furtum facit.ff.de furt.l.si uendidero.§.cum raptor,
aut enim deprehéditur cum rapina, & est manifestus fur,
aut non deprehenditur,& non est manifestus fur. ff.ui bo.
rap.l.1.& hoc est,quod dicitur,nullus improbior fur, quā
qui rapit, Instit.eod.in princ. Sed de iure Romano tales
raptores sunt proximi latronibus,& dicũtur crassatores &
acrius puniuntur.ff.de poen.l.capitalium.§.crassatores. ita
concludit And.ubi supra. Et est sciendum pro declaratio
66 ne prædictorum, † quòd furta alibi & extra territorium
commissa qualificant & aggrauant furtum,ita quòd con-
numerantur in numero furtorum,ut pro tribus furtis pos
sit suspendi,ut tenent Dyn.& Bart.in l.si cui.§.fin. ff.de ac-
cusat.Salyc.in l.seruos.C.ad leg.Iul.de ui.Bald.in authen.
sed nouo iure,col.2.C.de ser.fug.versic.sed dubitatur. An-
ge.Aret.in §.ex maleficiis.col.2.in fine Instit.de actio. ubi
ponit formam libelli.Salyc.in d.auth.sed nouo iure. in fi.
Matth.de Afflict.in constit.regni inconsutilem.col.penult.
& Angel.in tract.malefi.in uerbo & uestem cœlestem ab-
stulit,col.13.uersic.quæro nunquid.& ibi Aug. Ari. in ad-
dit.Et Felyn.in ca.cum contingat.col.2.uersi.quid autem.
de foro compet.licet Gandy.in suo tract.malefi.in rubr.de
fur.col.pen.tenuerint contrarium,tamen communiter te-
netur opin.Bart.vt ibi latius per eum,cum concordan.ibi.
quia saltim remanet infamis, & inspicitur consuetudo fu-
67 randi.†Immo furta, de quibus non posset cognosci: quia
essent præscripta aggrauant delictum,ex quo remanet in-
famis,ut dicit Bald.in d.authen.sed nouo iure,col.2.& ibi
Bart.Cæpol.col.21.& Ang.Are. in d.uerbo & uestem cœ-
68 lestem abstulit,in loco supra allegato.¶† Quinimmo etiā
si de primis duobus furtis fuisset punitus, nihilominus si
commisit tertium furtum,potest suspendi, ut tenet Gand.
in suo tract.malefi.in rub.de fur.col.pen.vers.sed pone pę
nam impositam.Pau.de Cast.in d.authē.sed nouo iure. &
ibi Odof.& Bal.col.2.versic.sed dubitatur,& Guido de Su
za.in tract.malefi.in rub.de poena fur.impo.in prin.Barto.
Cæpo.in d.auth.sed nouo iure.col.20.cum sequen.& Ang.
Aret.in trac.malefi. in verbo & vestem cœlestem abstulit.
col.6.vers.quæro si aliàs,vbi etiam dicit. Idem si habuisset
gratiam de primis duobus furtis,& ibi Augu.Ari.in addit.
cum concord.ibi,licet Bonifa.in suo tra.malefi.in rub.de
fur.& latro.col.2.tenuerit contrarium, & Aret.in ca.sicut.
de test.sed communis opi.est in contrarium,vt dictum est.
ADDITIO noua. Et tenet Fel.in c.cum contingat.col.2.
versi.limita nisi,de fo.compet.qui allegat Bal. hoc sentire
in auth.qui semel.col.pen.C.quo.& quan.iud. Et ad mate
riam uide Bal.in l.apud antiquos.in fi.C.de furt.vbi dicit,
quòd si mercenarius,seu dapifer hodie furatur unam rem
uilem domino,& cras aliam,& ita in multis uicibus mul-
tas res furatur,potest de furto conueniri.Et ita limitatur.l.
respiciendum.§.furta.ff.de pęn.vt dicit etiam addi.ad Bal.
69 ibi.¶Illud autem,ꝙ dictum est,ꝙ committens tria furta su
spenditur.†Limita & intellige,quādo diuersis temporibus
& per interualla temporis commisisset, secus si vno con-
textu, siue vno tpe fiat, antequā habeatur pro perfecto &
absoluto: quia licet plures res subtrahantur, unicum fur-
tum reputatur,vt dicit Barto.per illum tex.in l.eum qui.§.
idem respondit.ff.de fur.Bal.& Salyc. in auth.sed nouo iu
re.in fi.C.de ser.fug.Ang.Are.in §.ex maleficiis.col.2.vers.
& aduertas.Instit.de actio. Immo si unam rem contrecta
uit in diuersis territoriis,tamen dicitur vnicum furtum sæ-
pius repetitum ſm Bal.in d.auth.sed nouo iure,& ibi Bar.
Cæpo.col.13.docto.in l.si abducta.C.de fur.Bald.in l.siue
manifestus.§.iam diu.ff.de condict.furt.Ant.de But.in c.1.
extra de rapt.Ang.Aret.in d.tra.malefi.in uerbo & uestem
cœlestem abstulit,col.5.& ibi Ari.in addi.& Bart.Cæp.in
d.authen.sed nouo iure.col.22.versic. Item adde. Et nota
in ista materia quæ pulchrè dixit Cæp.in d.authen sed no-
uo iure,col.13. cum sequen. quòd si aliquis ab vna domo
cœpit certam quantitatem milii, & post continuando,ab
alia domo cœpit aliam quantitatem,& deinde eadem no
cte ab alia domo cœpit aliam quantitatem milij confir-
mando delictum, dicitur vnum furtum. Et similiter si iuit
cum vno sacco, & ipsum impleuit frumento, & portauit
ad domum suam, & postea reuersus portauit alium sac-
cum frumenti continuando delictum, dicitur vnum fur-
70 tum & non plura, vt ibi latius per eum. ¶ † Ad vnum ta-
men aduerte,quod dixit Matth.de Afflict.in constit. regni
terminum vitæ colum.penult.vbi dicit,quòd in furto vltra
vnciam non fit distinctio personarum inter nobilem,&
ignobilem: quia debet furca suspendi. Contrarium pro-
bat tex.in isto cap.nostro.in fine. & infra cap. placuit, nu-
me.27.in rubr.de poena rei abla.precio non solut. in qui-
bus probatur,quòd nobilis capitali poena punitur,alij ve-
71 rò suspenduntur, & sic fit differentia. ¶ † Quid si aliquis
commisit furtum vnum tantùm, & fuit punitus poena fu
stigationis, sicut pro furto paruo, & postea fuit repertum,
quòd fuit magnum furtum, pro quo poterat truncari ma-
nus,vel suspendi, an iste talis tanquam non sufficienter
punitus possit iterum puniri, vide Pau.de Castr.consil.18.
non video.1.volum.vbi videtur tenere quòd non.
ADDITIO noua. Aduerte tamen pro declaratione
prædictorum, & materiæ, quòd per acclamationes factas
de nocte ad vicinos succurrite, quia fures sunt in domo,
qui omnia exportant, nō probatur furtum: quia aliàs mul
tæ fraudes possent fingi. Specul.in tit.de pignor. in princi.
versic.& nota, quòd si creditor. cum sequen.& vide Petr.
Gerard.in singul.octauo,nota quòd in casibus, vbi tamen
dicit, quòd faciet indicium, & vide Ias. in l.prætor ait.§.
prætor ait.colum.3. ff.de eden. Et sicut dicitur in muliere
acclamante & plorāte quò ad indicium violentiæ in eam
commissæ. Et duo testes vicini, qui audierunt tales accla-
mationes, sufficiunt ad probandum acclamationem. Ad-
uerte tamen: quia hoc solùm non faceret indicium ad tor
turam, sed solùm de delicto, vt ex prædictis patet, ad su-
pradicta vide tex in l.1.§.potuisse.ff.ad sille. ¶Pro ordinan
da materia ex isto tex. nostro, & ex superius dictis facias
72 regulam, † Quòd regulariter capiens & furans rem alie-
nam punitur, vt in textu nostro, & si excedit vnciam de-
bet suspendi, vt in hoc tex.nostro & And.in constit.officia
73 les reipublicæ. ¶ † Limita primò dictam regulam non
procedere de iure communi: quia pro furto regulariter
non debet mori, nec furca suspendi, vt in auth.vt nulli iu-
dic.§.fina.& in authen.sed nouo iure. C.de seruis fugit. &
ibi glo.& docto. nisi esset famosus latro, vt ibi per docto.
& supra dictum est. Sed de iure communi punietur pę-
na extraordinaria arbitrio iudicis.l.pen.& fi.ff.de fur.Bart.
& docto.in dicta authen.sed nouo iure,& ibi Barto.Cæpo.
in verbo nota, & in secunda opposit. & colum. 9. Angel.
Aret.in §.ex maleficiis.columna 2.Instit.de actio.& in tra-
cta.malefi.in verbo & vestem cœlestem abstulit,colum.4.
versicu.& nota bene.Gandy.in suo tracta.malefi. in rubri.
de furtis.columna 2.& Hyppo.consilio 30.licet. columna
prima,& consil.53.longè.columna 6.Alexand.consil.108.
74 stante statuto.colum.fina.4.volum.¶†Limita secundò di-
ctam regulam nō procedere, quando aliquis caperet rem
alienam, non tamen animo furandi: quia non punitur de
furto.l.qui vas.§.qui ex voluntate.ff.de furtis. Archidia.14.
quæst.5.cap.pœnale.Ratio: quia in delictis dolus requiri-
tur.l.1. C.ad leg.Corn.de sica. & quod dolo malo non fit.
pęnam non meretur l.si seruum.§.amouere. ff. de acquir.
hære. & furtum non committitur sine intentione furandi
75 §.sed tamen. Instit. de vsucapion. ¶ † Et animus proba-
tur

tur per coniecturas & præsumptiones secundùm glo. in d. l. 1. C. de fica. Immo concurrentibus coniecturis statur iuramento ipsius in his, quæ dependent ex animo, glo. in §. aliæ, Insti. de actio. & ibi Ias. col. 24. & legit cum. §. sed istæ. & per Fely. in cap. significasti, lo primo, extra de homi. ADDITIO noua. Quid autem si aliquis causa inimicitiæ, vel iniuriæ ianuam alicuius effregit, & alius fracta ianua furtum fecit in illa domo, an frangens ianuam teneatur de furto. Vide Bar. in l. in furti. §. ope. in princ. ff. de furt. Alexan. consi. 103. videtur. colum. 5. versic. tertio 1. vol. vbi concludit, quod si frangens ignorabat furtum committendū, non tenetur de furto, secus si comprehendebat furtum ibi

76 esse committendum, quia tunc tenetur de furto. ¶ † Limita 3. non procedere, quando domino sciente, præsente, & non contradicente, caperet rem alterius: quia non tenetur de furto, secundùm Archid. 14. q. 5. c. pęnale. allegat. l. 1. §. pen. ff. de acquir. possess. quod intellige, si prohibere poterat, secus si ob timorem non contradiceret: quia non habetur pro consentiente c. cum venissent, versi. ipse verò timēs, extra de Insti. Abb. & Fely. in c. nonne, col. 5. versi. fallit tertiò, extra de præsump. & Alexan. in l. quæ dotis. col. 9. cum

77 sequen. ff. solu. mat ri. ¶ † Limita 4. non procedere in capiente rem suam etiam si putaret alienam: quia non punitur de furto, quia furtum rei propriæ non committitur, nisi res illa fuerit apud alium ius in ea prætendentem l. si is qui. & l. creditor. §. dominus. ff. de furt. non enim potest furtum committi, nisi sit tertia persona, cui illud furtum fiat. l. falsus. §. qui alienum, & §. siquid sponte. ff. de fur. & ff. si quis testa. lib. esse ius. fu. l. 1. §. Scęuola. & Lud. Ro. consi. 113. pro decisione, colum. 1. in fin. Lucas de Pen. in l. fi. colum. 3. in princ. C. de deserto. lib. 12. ad prædicta vide bonam glo. in §. 1. in verbo rei, insti. de obli. quæ ex deli. nas. & text. in §. interdum etiam, & in §. aliquando, eod. titu.

78 ¶ † Limita quintò dictam regulam non procedere, quando furans credebat dominum permissurum, & concurrerent aliqua signa & indicia verisimilia, quòd dominus sibi permisisset: quia tunc excusatur a pęna furti, ita nota. dixit Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. Bald. in l. transigere, colum. penul. C. de trans. & in l. falsus, in tertia oppo. C. de furt. Archi. 14. q. 5. c. pęnale Ang. in l. 1. in fin. C. de furt. Bal. in l. si fine, colum. 2. C. ad Velle. Ang. Are. in §. furtum autē. Insti. de obli. quæ ex deli. nas. Abb. in rub. extra de fur. & ibi Io. de Ana. colum. 2. Lucas de Pen. in l. fin. colum. 2. in fi. C. de deserto. lib. 12 faciunt dicta per Bar. in l. 1. §. non vsque adeo. ff. de iniu. & in l. 1. §. & post operis. ff. de ope. no. nunc. & Hippo. consil. 26. statuti, colum. 2. & consi. 40. scribitur Ange. Are. in trac. malefic. in verbo comparent inquisiti, & in termino defensionis, colum. 6. Ang. in l. qui vas. §. rectè. ff. de furt. qui refert Iaco. de Are. in l. siquis in hoc genus. C. de episco. & cler. dixisse, quòd si furtum est commissum personæ, cui erat gloria ignoscendi, excusatur fur, qui dicit fecisse furtum: quia credebat dominum permissurum, sed dicit Ang. vbi supra, quòd istud dictum Iaco. de Are. de facto non obseruatur, & sequitur Augu. Ari. in addi. in d. verbo comparuerunt, & in termino defensionis, colum. 7. Et hoc maximè quando furans assereret cum iuramento, quod credebat dominum permissurum: quia in his, quæ pendēt ex animo, statur iuramento ipsius, glo. in d. §. aliæ. Insti. de actio. ADDITIO noua. Et Ias. ibi qui legit cum. §. sed istæ, colum. 24. cum sequen. vbi ponit, quomodo & quando procedit, & Fely. in capi. significasti. lo primo extra de homi. & Hipp. in l. 1. §. diuus. colum. 2. cum sequen. ff. ad leg. cor. de fica. Sed aduerte, quòd hoc iuramentum solùm nō sufficeret propter inconueniens, quod sequeretur: quia fures semper dicerent, se putasse dominum permissurum, & delicta remanerent impunita, vt dicit glo. in §. placuit, Insti. de obli, quæ ex deli. nas. & Bar. in d. §. rectè. quia ex quo in casu isto erant præsumptiones iuris contra eum: quia nemo præsumitur iactare suum l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. l. cum de indebito. ff. de proba. vnde tali casu non statur eius dicto etiam cum iuramento, vt tenet Bar. in d. §. rectè. & ibi Alexan. in addi. allegat Inno. & Ioan. And. in ca. 2. extra de consti. & propterea alia indicia sunt probanda, vt per docto. in dictis locis, & tenet Anto. de Pratoueteri consi. incipiente pulchrè respondit. colum. 1. in fin. quod est positum inter consilia Alexan. 127. 4. volu. Et ideo cum dicto asserentis se fecisse: quia credebat dominum permissurum, debent aliæ coniecturæ concurrere, vt excusetur. ADDITIO noua. Ad prædicta vide etiam Firma. in reperto. in verbo animus, versi. 10. in fin. vbi dicit, quòd illud, quod dicit, quòd furi dicenti, quòd credidit dominū permissurum credatur, intelligitur verum, nisi præsumptio sit in contrarium, allegat Ioan. And. in cap. 2. de consti. Alexan. consi. 71. primo volu. sed voluit allegare Alex.

79 d. consi. 127. 4. volu. ¶ † Et qualiter præsumatur, quòd existimet dominum concessurum? Archid. in d. capi. pęnale 14. q. 5. dicit, hoc præsumi ratione familiaritatis, & specialis dilectionis. Item ratione nobilitatis, & honestatis vitæ præcedentis & sequentis, vt si esset affinis, vel amicus, aliàs præsumitur fictè animo iurandi dicere secundùm Fely. in ca. significasti. lo primo, colum. 2. versic. fallit secundò, extra de homici. & hoc quando dominus rei subtractæ ageret furti, si autem tertia persona ageret, vel accusaret, tunc ille, qui dicit factum esse inuito domino, debet hoc probare, secundùm Archi. vbi supra, quę sunt notanda & ex hoc

80 datur intelligentia ad l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. ¶ † Limita sextò dictam regulam, non procedere, quando furtū esset factum voluntate domini: quia tunc non puniretur, nam non esset furtum, ex quo inuito domino non esset factum l. 1. §. fina. ff. de fur. & Insti. de obli. quæ ex deli. nas. §. 1. & text. in l. qui vas. §. qui ex voluntate. ff. de fur. & docto.

81 in d. locis. ¶ † Sed an hoc casu credatur domino rei subtractæ, qui dicit sua voluntate furtum esse factum? Iaco. Butr. tenet quòd sic, per text. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. & Ange. in l. 1. C. de fur. vbi dicit esse text. contra Bart. sed Bar. in d. §. rectè. tenet contrarium, quòd non est credēdum dicto solius domini asserentis sua voluntate esse furtum commissum, nisi concurrant alia indicia, & præsumptiones de suo consensu: vt quia erat suus consanguineus, vel amicus, & res erat parua, vel consuetus erat talia concedere, & similia, aliàs sequeretur absurdum, quòd quis de facili posset euadere vnum furem, vt ibi per eum. ADDITIO noua. Et Abbas. in rubr. extra de furt. Alexan. consil. 24. animaduersis, colum. 5. 2. volu. & Petr. Gerardi de Petrasancta sing. 55. nota bene. & sequitur Hippo. d. consi. 26. statui, colum. 2. Et confessio domini rei subtractæ non debet nocere reipublicæ, cuius interest maleficia non remanere impunita l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. ca. vt famæ. extra de senten. excommu. & ideo talis confessio non sufficit ad releuandum, ne puniatur, argu. nota. in l. 2. §. fina. ff. si ex noxa. ca. aga. & hanc opin. tenuit etiam Bald. in l. transigere. C. de transf. Ange. in trac. malefic. in verbo comparent dicti inquisiti & in termino defensionis. col. 6. versic. quid si fur, & in verbo & vestem cęlestem abstulit. colum. 17. & idem Ange. Aret. in §. furtum autem. Insti. de oblig. quæ ex deli. nas. & vide quæ dicit Barto. in d. l. transigere. colum. penul. & Ias. in l. 1. colum. 2. C. de furt. & Abb. in c. dudum, el 2. extra de electio. & in ca. 1. extra de præsumptio. & quæ dicit Bald. in l. falsus. C. de fur. in 3. colum. & opin. Barto. est vera & communis. Nec obstat, quod dicit Ange. in d. l. 1. C. de fur. quia illud procedit respectu partis, & sic respectu pęnę dupli, vel quadrupli. Sed respectu poenæ corporalis, & sic reipublicæ non procedit, vt plenè declarat Ias. in d. l. 1. colum. 2. C. de furt. Et prædicta videntur posse limitari, vt procedant, quando dominus rei subtractæ deposuisset sine iuramento, secus si cum iuramento: quia tunc ei crederetur, secundùm Bald. in d. l. falsus, & refert Augu. Ari. in d. tra. malefi. in d. verbo comparent & in termino defensionis. colum. 7. in additio. tu autem in hac materia, tamen dicit Ange. in d. §. rectè. quòd omnia relinquuntur arbitrio iudicis, qui debet inspicere qualitatem personarum, & alias verisimilitudines, & coniecturas,

vt

supra, vt dicit Ari. vbi supra, allegat l. ait prætor. ff. de iure
82 delib. ¶ † Limita septimò dictam regulam non procedere quando aliquis caperet rem alienam putans esse suam, & hoc si ex iustis causis, & rationibus putabat esse suam. ADDITIO noua. Puta si hæres in hæreditate defuncti inuenit aliquas res, & putabat esse hæreditarias, & tamen re vera non erant hæreditariæ: quia si eas alienasset, furtum non committeret. §. sed tamen. Insti. de vsucap. vel si aliis casibus ex probabilibus causis putabat rem esse suam. Et vide Bal. consi. 345. ille, in 4. vbi tenet, quòd ille, qui iusta ratione credit se dominum, & vi vel clam rapit, excusatur a furto, Insti. vi bono. rapto. §. quia tamen, & excusatur ille, & alii, qui secum accessissent, vt ibi dicit Bal. & sic, si ex iustis causis putabat suam, non punitur de furto. ff. de abig. l. 1. in fi. secus si aliquo quæsito colore ignorātiæ furtum faceret: quia tunc non excusaretur, vt tenet Lucas de Pen. in l. fi. col. 2. in fi. C. de deser. lib. 12. quia furtū si ne affectu furandi non committitut, Insti. de vsucap. §. sed
83 tamen. ¶ † Limita octauò dictam regulam non procedere, quādo aliquis caperet fructus ex fundo suo, in quo alius fuerat missus in possessionē ex primo decreto: quia furtum non committit, nec de furto tenetur, vt tenet Ludo. Roma. consi. 150. in proposita quæstione. in prin. ratio: quia missus in possessionem ex primo decreto non posfidet l. si duo. §. creditores. ff. vti possi. l. 3. §. genera. in fi. ff. de acqui. poss. l. officium. ff. de rei vend. nec talis missus in possessionem facit fructus suos l. prætor ait. ff. de bon. aucto. iud. pos. l. Fulcinius. §. fi. ff. ex quib. cau. in pos. ea. per locum a speciali, ergo fructus dicuntur esse domini fundi tanquam percepti ex fundo, cuius dominium spectat ad eum, non autē sunt detinentis fundum, de quo etiā per Bar. in l. si finita. §. Iulianus, col. pen. & ibi per alios. ff. de dam. infe. meritò non potest dici furtū fuisse cōmissum, & sic de furto nō tenetur.
84 Quid autē sit in rapina? vide Lud. in d. consi. 150. ¶ † Limita nonò dictam regulā nō procedere, quādo aliquis furans aliquā rem putaret illud facere inuito domino, sed re vera dn̄s erat volens: quia de furto non punitur, nisi in casu speciali l. siquis seruo. C. de fur. ita tenet Ang. Are. in tra. malefi. in verbo & vestem cælestem abstulit, colum. 17. versic. sed quid si aliquis, & in verbo comparent dicti inquisiti, & in termino defensionis. colum. 6. & est tex. & ibi Ang. Are. in §. sed & si credat. Insti. de obli. quæ ex deli. nas. Et dicitur fieri domino volente, si semel dedit licentiam aliquo modo, vt ff. de fur. l. falsus. §. siquis, & l. cum creditore, vt dicit Ang. in d. verbo & vestem cælestem. col. 17. Et ex quo præsumitur dominum non permissurum se velle derobari: quia nemo præsumitur iactare suum d. l. cum de indebito. ff. de proba. l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. ideo opus est probare saltem per aliquas præsumptiones dominum consensisse, vt per Augu. Ari. in addi. in d. verbo & vestem cælestem abstulit, colum. 18. & dixi supra in quinta & sexta li
85 mit. ¶ † Limita decimò dictam regulam non procedere, quando capiens rem alterius sine domini voluntate illud faceret animo restituendi rem illam: quia tunc furtum nō committit, nec de furto tenetur l. falsus. §. qui alienum. versicu. sed redditurus ei, cuius fuerat. ff. de furt. quem ibi ad hoc notat Barto. & tenet Ange. in d. trac. malefi. in verbo, & vestem cęlestem abstulit, colum. 19. versi. sed si aliquis, in fi. & Hippo. consi. 40. scribitur. colum. 4. & per totum, vbi ponit quæstionem de eo qui mandato vxoris alicuius cæperat capsam mariti, maximè si pro conseruando, ꝙ non tenetur de furto, vt latius ibi per eum: quia voluntas & propositum distinguunt maleficia l. qui iniuriæ. in princi. ff. de furt. l. qui reipublicæ. ff. de iniur. l. si non conuicii. C. de iniur. l. 1. C. de sica. & furtum non committitur sine affectu furandi. l. 1. ff. de furt. §. placuit. Insti. de obli. quæ ex deli. nas. cum simi. ¶ Limita vndecimò dictam regulam non procedere, quando aliquis accessisset ad locum animo furandi, sed tamen non furauit: quia forte visus fuit, & per eum non stetit, vt furtum committeret: quia iste de furto puniri non potest. Sed alia pœna extraordinaria l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furt. tenet Barto. in l. saccularii. ff. de va. & extraordi. crim. Bald. in l. siquis non dicam rapere. C. de episc. & cler. Catald. in trac. sindi. q. 196. Albe. de Rosa. in quæstio. statu. in 2. part. quæstio. 165. Ange. in trac. malefic. in verbo, & vestem cælestem abstulit. colum. 19. versicu. quæro aliquis, & ibi Ari. in addi. latè per Ange. Aret. in §. sed & si credat, colum. 2. Insti. de obli. quæ ex deli. nas. Bonif. in suo trac. malefic. in rubr. de fur. colum. fina. pro ista limitatione facit: quia non punitur affectus, nisi sequatur effectus l. 1. §. diuus. & ibi Barto. ff. de fica. l. 1. §. hæc verba, & ibi Alexan. & Ias. ff. quod quisque iur. pro hoc etiam adducitur: quia furtum est contrectatio rei alienæ l. 1. ff. de fur. & Institu. de obli. quæ ex deli. nas. §. 2. & contrectatio est amotio de loco ad locum l. 3. §. si rem. ff. de acquir. poss. l. inficiando. §. 1. ff. de furt. Sed iste nihil contrectauit, ergo furtum nō commisit, etiam si animum furandi habuisset, vt tenet Ange. Aret. in §. 1. in princip. Insti. de obl. quæ ex de li. nas. Et licet contra prædicta videatur tenere Hippo. consil. 83.. visa inquisitione. colūm. penul. vbi tenet, quòd punitur, quando per eum non stetit: tamen illa intelliguntur, quòd punitur pœna extraordinaria, non autem pœna furti, vt dictum est. ADDITIO noua. Ad prædicta vide etiam Bart. Cæpol. in l. quis sit fugitiuus. circa prin. ff. de ædil. edict. vbi dicit, quòd si aliquis est incitatus a re, super qua deliquit, vt quia seruus fugitiuus venit ad eum, vt ipsum retinere, tunc habet locum pœnitentia l. 1. §. 1. ff. de ser. fugi. & Barto. in d. l. qui ea mente. Et ideo dicit, quòd si in domo alicuius scolaris venirent pulli, & gallinæ alicuius, & ille retinet illos mala fide animo comedendi, postea pœnitentia ductus eos reddit, quod admittitur pœnitentia, vt per Cæpol. vbi supra. Quid autem si aliquis ingreditur domum alicuius animo furandi, tamen non perfecit actum furandi; quia forte fuit visus, vel alia causa, an puniatur de furto? Dic quod non punitur de furto: quia illud non commisit punitur tamen extra ordinariè l. saccularii. in principio & ibi Barto. ff. de extraordi. crimi. Alexan. consi. 3. ponderatis verbis, colum. 3. versicu. pro hoc. primo volu. vide etiam per Bald. in l. siquis non dicam rapere. columna 2. numero 4. & ibi docto. C. de episc. & cleri. Ias. in l. possideri. §. si rem. numero 2. ff. de acquiren. poss. Alexan. consi. 3. colum. 1. 5. volu. Hippo. in l. de mino-
86 re. numero 20. ff. de quæstio. ¶ † Limita vndecimò, dictā regulam non habere locum, quando committens frutum pęnitentia ductus sponte restituisset furtum: quia non posset puniri de furto: quia etiam in furto consumato locus est pęnitentiæ, Barto. in l. vnica. per text. C. de grege domi. lib. 11. Sed contrarium tenet Ange. in trac. malefic. in verbo & vestem cælestem abstulit, colum. 19. versi. Sed quid licet de doctri. Bartol. non faciat mentionem. Et quia ista materia, an & quando in delictis habeat locum pęnitentia occuparet multas membranas, ideo me remitto ad ea, quę dicit Ioan. Andr. in capitulo cum laici, extra de iurepatro. Barto. & alii in l. qui ea mente. ff. de fur. & ad ea, quæ habentur per Cyn. Barto. Bald. Saly. & alios in l. siquis non dicam rapere. C. de episco. & cler. & ad ea quæ dicit Ange. Aret. in §. sed & si credat. Insti. de obli. quæ ex deli. nas. columna 2. & Ange. & August. Ari. in dicto verbo & vestem
87 cęlestem abstulit. colum. 19. cum concor. in d. locis. ¶ † Limita duodecimò non procedere dictam regulam, quando aliquis cępisset animalia reperta damnum dantia in vinea vel segetibus, & illa ad domum suum retinuerit vsque ad damni emendationem, quia licet inuito domino teneat, non tamen de furto tenetur, ex quo non fuit in dolo, sed iustam habuit causam retinendi, vsque dum emendaretur damnum, ita Gandin. in tracta. malefic. sub rubr. de furt. columna tertia glo. in l. de pecoribus. C. ad legem aquil. Bonifac. in suo tracta. malefic. in rubric. de damn. dato. columna 2. & fin. Io. Andr. Anto. de Butr. & alii in d. capitulo si læserit. extra de iniur. & damn. da. Ange. Aret. in tracta. malefic. in verbo & vestem cælestem abstulit, colum. 19. uersicu. quæro quidam, & ibi Augu. Ari. in addi. vbi etiam ponunt,

ponunt, an sit licitum retinere illa animalia vsque dum emendetur damnum, an verò solùm, vt cognoscam dominum. Sed aduerte: quia prædicta procedunt de iure communi, sed in regno dicta animalia debent assignari baiulo, vt in constitu. regni peruenit, & ibi Andr. de Iser. & Matth. de Afflic. & in constitu. animalia in vineis. & Matth. in constitu. pacis cultum, columna 12. in princip.

88 versicu. vigesimò. ¶ † Limita tertiodecimò dictam regulam non procedere in occupante aliquam rem immobilem: quia de furto non tenetur, nam furtum est contrectatio rei alienæ l. 1. ff. de furt. & Institu. de oblig. quæ ex de li. §. 1. sed res immobilis contrectari non potest, & sic furtum non committitur, §. quod autem. Institu. de vsucap. ita tenet glo. in dicto §. 1. in verbo rei. Institu. de oblig. quæ ex deli. nas. & Ioan. Andr. in additio. Spec. in titu. de iniuriis & dam. dato, columna penult. in additio. ciuilis, in fin. & Ange. in tracta. malefic. in verbo & vestem cæleste abstulit. columna 17. versicu. & aduertas, in fin. & ibi Ari. in additio. & in dictis locis glo. & Ange. vbi supra ponunt, an fodiendo cretam in solo tuo eam amouendo de loco ad locum furtum committatur, vide in dictis locis.

89 ¶ † Limita quartodecimò dictam regulam non procedere in corporalibus: quia in eis non fit furtum, cum contrectari non possint, & ideo de furto non tenetur, glo. in §. primo in verbo rei. Institu. de oblig. quæ ex deli. nas.

90 ¶ † Limita decimoquintò dictam regulam non procedere, quando aliquis asinum, siue equum alterius caperet, & coegeret in equas suas: quia de furto non tenetur, nisi animum furandi habuisset, sed solùm actio in factum ad interesse daretur, text. est in l. siquis vxori. §. siquis asinum. ff. de furt. quia vt furtum committatur plura requiruntur, furtum, & factum, idest contrectatio, & animus furandi, vt ibi dicitur, & tenet Alexand. in consilio 155. circa primum. columna 4. versicu. & ideo illud. in fin. primo volu. & facit tex. in l. 1. ff. de furt. & Institu. de obli.

91 quæ ex deli. §. 1. ¶ † Limita decimosextò dictam regulam non procedere, quando aliquis caperet apes feras, quæ in tua arbore apes fecissent: quia de furto non punitur, vt probat text. in l. si apes. ff. de furt. nam ex quo sunt apes feræ, non sunt tuæ, sicut nec aues, quæ in arbore tua nidum fecerunt, vt in §. apium. Institu. de rerum diuisio.

ADDITIO noua. ¶ Iuxta prædicta quæro, si apes feræ, seu siluestres consederunt in arbore mea, & ibi fauos mellis fecerunt, & quidam alius eas inuenit, & incisit illam arborem, & fauos mellis cępit, an teneatur de furto, vel alia pœna? Dic, quòd de furto non tenetur l. si apes. in princip. ff. de furt. Ratio: quia apes feræ non sunt meæ, antequam includantur, sed primo occupanti conceduntur d. l. si apes, & l. naturalem. §. apium. ff. de acquir. re. domi. & §. apium. Institu. de rerum diuisio. & ibi Christopho. Por. & alii. Et ibi Ange. Aret. notat ex illo text. quòd licitum est cuilibet accipere fauum, quem apes fecerunt in aliena arbore, quod intellige, nisi dominus arboris eas primò inuenerit, & occupauerit; quia quæ in nullius bonis sunt, primo occupanti conceduntur l. 1. §. fina. ff. de acquiren. re. domi. Institut. de rerum diuisio. §. feræ. & l. 1. in prin. ff. de acquiren. posses. faciunt quæ in simili dicit Ioan. Fab. in dicto §. apium, vbi dicit, quòd fera non efficitur illius, in cuius laqueum incidit, quousque eam apprehenderit saltem per oculorum inspectionem, & affectionem, & sit ita constricta, quòd euadere non possit, & ista opi. secundùm eum communiter approbatur. Et in supradicto casu bonum esset facere signum in arbore, vt cognoscatur, quòd apes illæ fuerunt occupatæ, & per signum in arbore positum videtur acquirere dominium, & possessionem apium, & mellis, vt dicit Caro. in longo. in glo. in l. si quis de arbore, in titu. de furtis. Potest etiam dominus fundi prohibere, ne quis ingrediatur suum fundum, vt in dictis iuribus, & ibi docto. & Carol. in glo. vbi supra. Et prædicta sunt vera quò ad apes, & fauos mellis: tamen dominus arboris poterit experiri contra illum, qui eius arborem incisit, & tenetur ex illo titulo. ff. arbo. furt. cæsa. l. 1. 2. l. cedere. & l. furtiuæ. §. fina. cum l. sequen. eo. titulo, & maximè si arbores fuissent fructiferæ: quia tunc etiam per constitutio. regni teneretur, vt in constitu. regni, iusticiarii nomen. & ibi Andre. de Isern. & Matthe. de Afflic. in constitu. super incisionibus. primo nota. cum

92 concord. in dictis locis. ¶ † Limita decimoseptimò dictam regulam non procedere, quando aliquis caperet feram bestiam ab aliquo, puta venatore vulneratum, etiam si verisimile sit, capi posse: quia antequam capiatur, non est effecta vulnerantis: §. illud. Institu. de rerum diuisio. l. naturalem. §. illud. ff. de acquiren. rerum domi. & sic non dicitur contrectatio rei alienæ. Sed aduerte: quia de consuetudine obseruatur opinio Trebatii, vt si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi possit, statim videtur effecta vulnerantis, donec eam persequitur, alias secus, & ita de consuetudine obseruatur: vt dicit gloss. in l. naturalem. §. illud. ff. de acquiren. rerum domi. & ibi Bart. & Ange. Aret. in dicto §. illud. in principio. Institutio. de rerum diuisio. & gloss. in §. apium, in fin. Institu. eod. titu.

93 ¶ † Limita decimooctauò dictam regulam non procedere, quando aliquis caperet aliquam rem, quæ de sui natura non esset in bonis alicuius: quia tunc non committeret furtum, sed efficeretur occupantis: vt Institu. de rerum diuisio. §. thesauros, & §. feræ. & ff. de acquiren. rerum domi. l. naturalem. §. 2. & tenet Iaco. de Belui. in sua practi. crimi. in rubric. de furt. colum. 10. in fin. & gloss. in §. furtum, el 1. in verbo rei. Institu. de obli. quæ ex deli. nas. & ibi Ange. Are. in prima columna, ratio: quia nullo inuito res contrectatur, & sic furtum non committitur. Et ex hoc gloss. & Aret. ibi inferunt, quòd si esset hæreditas iacens, & aliquis cæperit aliqua bona, non committitur furtum: quia in nullius bonis erant, & hæreditas non est domina, & sic cum nemo reperiatur dominus, quo inuito res contrectetur, non committitur furtum, vt ibi per eos, & tenet Flo. in l. ob id. ff. ad leg. aquil. nisi in tribus casibus positis in l. hæreditariæ. ff. de furt. vbi vide, & hoc casu quando non tenetur de furto, agi potest crimine expilatæ hæreditatis l. 2. ff. de cri. expil. hære. Et quæ bona dicantur esse in bonis nullius, & quot modis, vide in d. §. feræ. in glo.

94 ¶ † Limita decimononò dictam regulam non procedere, quando dominus rei habuisset rem pro derelicta, vel eam sponte proiecisset, vel dixisset vlterius eam nolle, vt contingit in fructuum, fœnorum, messium, & vindemiarum collectionibus, & similibus: quia tunc licet alius caperet, de furto non tenetur. Immo efficeretur occupantis. §. hoc amplius. Institu. de rerum diuisio. & ita intelligitur titulus pro derelicto, ita tenet Iaco. de Belu. in dicta sua prac. crimi. in rubr. de furt. colum. 11. circa princip. & Ludo. Rom. consilio 390. placet. Vbi ex hoc infert. Quòd auferens lapides de palatio, cuius cementa erant habita pro derelictis a domino, non cadit in crimen furti, etiam si ipse auferens habuisset animum furandi: quia lapides inuito domino non fuerunt capti. Et similiter dicit ibi, quod ablatio cannarum ex tubis non inducit crimen furti: quia sub confidentia voluntatis domini cępit, vt ibi per eum, & sequitur Augu. Ari. in additio. ad Ange. in trac. malefic. in verbo & vestem cælestem abstulit, columna 18. in fi. addi.

95 ¶ † Limita vigesimo dictam regulam non procedere, quando aliquis inuenirret aliquam rem, & eam caperet, non vt suam faceret. Sed vt eam redderet ei, cuius esset, maximè si palam dixisset, videte, ego inueni istam rem, si aliquis eam petat, dicatis, vt veniat ad me: quia hoc casu furtum non committitur, nec punitur, vt tenet Iaco. de Belui. in sua pract. crimin. in rubr. de furt. colum. 11. circa medium, & Bonifa. in suo trac. malefic. in rubr. de furt. colum.

96 3. ¶ † Limita vigesimoprimò, dictam regulam non procedere, quando aliquis caperet fructus, vel frondes ex arbore, quæ penderet supra viam publicam: quia non teneretur de furto, vt tenet And. de Isern. in titulo de pace tenen. §. quicunque per terram. & ibi etiam ponit, an sit licitum

capere

capere frondes, & herbam iuxta viam pro restaurando
equo fesso, vide latius ibi, & Ioan. And. & Abb. in cap. si læ-
serit. extra de iniur. & dam. dato. & Cæpo. in trac. de seruit.
in tit. de serui. iuris pascen. col. 4. & in constit. si quando, vbi
etiam ponit, an liceat intromittere medietatem equi fessi
in agro alterius, dummodo posteriores pedes non intro-
97 mittat, & concludit q; sic: vt ibi per eum. ¶ † Limita 22. istā
regulam non procedere, quando a tempore commissi fur
ti essent lapsi anni viginti: quia tūc diceretur esse facta præ
scriptio, ita q; contra furem non posset fieri accusatio, nec
formari inquisitio. l. querela. C. de fal. & ibi Bald. Salyc. &
Ang. Bald. in l. 2. col. 1. C. de constit. pecu. Alex. in l. In hono
rariis, in addit. ad Bart. ff. de actio. & oblig. Iaso. in §. pœna-
les. col. 4. Instit. de actio. glo. & Bald. in l. 2. §. si publico. ff. de
adult. latè per Ioan. Franc. Bal. in tract. de præscript. in 4.
par. quartæ par. princip. in 2. quæst. Et ista præscriptio cur-
rit a tempore commissi delicti, nō autem a tempore scien
tiæ, siue interuenisset scientia, siue ignorantia delicti, vt la-
tè disputat Ang. in tract. malefi. in verbo inchoata & facta.
in princ. vbi per multas col. hoc disputat; & tandem con-
cludit pro ista opin. quæ est communis, vt tenet Hypp. con
sil. 87. in præsenti casu in vlt. colum. & consil. 46. in præsen
ti causa, colum. 5. & in sua prac. crim. §. constante, colu. 19.
in princ. vbi concludit, quòd in delictis regulariter præscri
bitur viginti annis a tempore commissi delicti, siue interue
98 nerit scientia, siue ignorantia. † Et prædicta intellige, dum
modo opponatur exceptio præscriptionis per accusatum,
vel inquisitum, aliàs si nō opponeretur, teneret iudicium,
& valeret accusatio, vel inquisitio, secundùm Bart. in l. 1. §.
accusationum. ff. ad turpi. & in l. absentem, in vlt. colu. ff. de
pœn. & Ioan. Franc. Balb. in d. tract. præscrip. in loco supra
allegato. col. 3. versic. Octauò limita, vbi etiam ponit mul-
tas limitationes ad dictam conclusionem, in quibus præ-
99 scriptio in delictis non obstat, vide ibi per eum. ¶ † Limita
23. dictam regulam non procedere, quando a tempore cō
missi delicti esset elapsum decennium: quia tunc minori
100 pœna puniretur. l. si diutino & ibi Bar. ff. de poen. ¶ † Limita
24. dictā regulā, nisi fur esset nimiū iuuenis, puta puer, vel
nimium senex: quia tunc iudex posset pœnam mitigare. l.
auxilium. §. in delictis, & l. si ex causa. §. nunc videndum. ff.
de mino. facit. l. aut facta. §. persona. in fi. ibi, in huius rei cō
sideratione ętatis quoque ratio habetur. ff. de pœn. & Bald
in l. quicunque. col. 4. versic. quarto casu. C. de ser. fugit. vbi.
dicit, q; quando est vnica pœna, ibi non cadit electio, sed
dispensatio, & ista ex causa ad iudicem spectat, & tenet
Bart. Cæp. in auth. sed nouo iure. col. 18. in fi. C. de ser. fug.
ADDITIO noua. Et q; minor committens furtum
propter minorem ętatem excuset a pęna mortis, bene fa-
ciunt dicta per Cuma. consil. 95. Christophorus, & Fulgos.
consi. 157. supposito statuto. & Tho. Gra. decisi. 48. Ioannes.
col. 5. num. 12. & deci. 23. & vide, quæ dicam infra cap. ad
peruersorum. Et quæ sint causæ, quæ faciunt minorare pę
nam, vide Pari. in trac. sind. in verbo pęna. §. quoque sunt.
& Abb. in c. in archiepiscopatu, ext. de rap. Gand. in tra. ma
lefi. in rub. de pęn. reo. col. 9. & vide Lucam de Penn. in l. si
apparitor, col. 7. C. de coharta. lib. 12. vbi ponit, ex quibus
causis pęna possit minorari. Aduerte tamen, q; licet iudex
possit pœnam minorare, vt supra dictum est, tamen non
cogitur, nec potest appellari, vt tenet Bald. in d. l. quicunq;.
colum. 4. & Cæp. vbi supra, & Par. in d. tra. sind. in verbo pę
na. §. licet dicatur. in fine. & Cæp. cautela 2. si vis, col. 3. ver-
sic. si per statutum, & addit. ad Bart. in l. quid ergo. §. pœna
grauior. colum. 3. in verbo statutum. ff. de his qui no. infa.
Et ideo tali casu bonum est habere iudicem beneuolum:
quia si voluerit, poterit gratificari absque iniuria partis, p
ea quæ dicit Abb. in cap. consuluit, extra de offic. deleg.
ADDITIO noua. Ad prædicta tamen vide Thom.
Grammat. d. decisio. 23. colum. 3. cum sequen. vbi multos
Doctores allegat, & dicit, quòd communis opinio est, q;
iudex cessante dolo omninò tenetur ex causa minorare
pœnam, vide ibi per eum. Et dicit Philipp. Decius in d. l.
D. Ioan. Anto. de Nigris.

si fugitiui. col. 4. num. 63. C. de seruis fugit. q; illud, quod di
citur, q; iudex non necessitatur mitigare pęnam, est verum,
nisi esset talis causa, per quam delictum minuatur: vt quia
sit minor ętas, vel cesset dolus: quia tunc iudex tenetur di-
spensare, vt ibi per eum, allegat Alex. in l. & si seuerior.
col. fin. ff. ex quibus cau. infam. irrog. vt ibi per eum, & vi-
de, quæ dicam in d. cap. ad peruersorum, infra nume. 252.
101 ¶ † Limita vigesimoquinto, dictam regulam non procede-
re in muliere: quia mulier furans non punitur pœna hu-
ius capituli nostri: quia istud cap. loquitur per verbum ma
sculini generis, & istud adiectiuum quicunque, non com-
prehendit nisi masculos, ex quo sumus in pęnalibus, &
exorbitantibus, quo casu masculinum non concipit fœmi-
ninum, ita in terminis tenet Alex. cons. 155. circa primum.
col. penul. & fin. 1. volum. per multa ibi allegata per eum,
& Bartol. Cæpo. consil. 26. Magnifice, ac Generose, & Ale-
xan. consil. 24. animaduersis, col. antepenult. 2. volu. & con-
sil. 29. praeclarè & subtiliter. col. penult. 3. vol. Corne. consil.
14. in præsenti. 2. vol. cum multis aliis concordan. allegatis
per Decium in l. si quis id quod, col. 2. in princ. ff. de iurisd.
omn. iud. Confirmantur prædicta, quia ca nostrum est pœ
nale, & correctorium simul, & semel, quo casu non fit ex-
tensio, glo. in clem. vt hi qui, in verbo eisdem, de ętа. & qua
lit. iuncto tex. & Ias. in l. cum quidam. col. 2. ff. de lib. & po-
sthu. In contrarium, q; immo mulier furans comprehenda
tur, & puniatur pœna huius cap. Adducitur: quia masculi-
num concipit fœmininum. l. qui duos. in fi. ff. de legat. 3. l.
seruis legatis. eod. tit. Immo etiam in statutis masculinum
concipit fœmininum, vt per Bart. in l. iura. ff. de legibus. &
Alex. in l. si constante. §. fin. col. penult. in fi. ff. solu. matrim.
Immo etiam si statutum sit odiosum, dummodo odium
sit rationabile, masculinum concipit fęmininum, ita Paul.
de Castr. Bald. Rom. & Alex. in d. l. si constante. §. fin. Hinc
est, q; si statutum puniat violentiam factam cum armis,
comprehenditur mulier; & Alb. de Ro. in quæ. sta. quæst. 9.
102 1. part. ¶ † Item si statutum vult, q; nullus vadat de nocte.
verificatur etiam in muliere, vt per Alex. vbi supra, & Bar.
in l. quicunque. C. de seruis fugit. l. si quis id quod. ff. de iu-
risd. omn. iudic. Bald. in l. ne passim. C. de iuris & fac. igno.
vbi dicit, quòd mulieres ligantur statutis, nisi expresse re-
periatur exceptæ, & Ias. in l. cum proponas. col. 1. C. de trā-
sact. & in l. si quis maior. col. 2. eod. titu. & latè Ias. in dicta l.
si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iudic. Et q; masculinum
concipiat fęmininum in statuto odioso, quando odium est
rationabile, ponunt doct. in l. si quis in tantam. C. vnde vi.
notatur in c. statutum, extra de offic. deleg. & in clem. 1. ex-
tra de electio. & tenet Ludo. Goza. consi. 43. videtur prima
103 facie, col. 1. ¶ † Item quia sumus in materia differenti: quia
non est diuersitatis ratio inter masculum & fęminam com
mittentem furtum, quo casu similiter masculinum conci
pit fęmininum, vt per doct. in d. l. si quis id quod. & Ludo.
Gozad. in d. consil. 43. colum. fin. versi. non obstat, q; mascu
linum, & Decius in l. 2. col. 14. ff. de regul. iur. & Lud. Rom.
consil. 148. visis. Pro hoc: quia etiam in dispositione legali
etiam in materia odiosa, & pęnali masculinum concipit
fęmininum, vt dicit Cyn. post Odoffr. in d. l. quicunque. C.
de ser. fugit. & Alber. de Ro. in d. l. si quis id quod, allegat
tex. in l. ait diuus. ff. de iure fisci, vbi verbum quicunq; ma-
sculum, & fęminam continet, & sic propriè loquitur istud
cap. per verbum quicunque. & Dec. in d. l. 2. col. 18. versic.
tertia est. ff. de reg. iur. Ad prædicta faciunt, quæ dicit Bart.
in d. l. 1. ff. de verbo. sign. quia verbum quicunque, positum
in tex. nostro exponitur quicunq;. s. homo, qui est terminus
communis, & refertur ad masculum, & fęminam, vt ibi p
Bart. ¶ Nec ob. quæ dicit Ale. in d. consi. 155. & Bart. Cæpo.
d. consi. 26. cum superius in contrarium allegatis: quia pro
cedunt, quando essemus in materia differenti: tunc mascu
linum non conciperet fęmininum, vt per Ias. & doc. in d. l.
si quis id quod, & per Dec. in d. l. 2. ff. de reg. iur. colum. 14.
& 18. vel procederent, quando tractaretur de odio irratio
nabili, puta vt vnus teneatur pro alio: quia tunc masculinū

non conciperet fœmininum, vt per Bart. in d.l.j. ff. de verbor. sign. & Franc. Aret. consil. 29. in facto, & Alexã. in d.l. si constante. §. fin. secus est in casu nostro, in quo odium est rationabile, ne delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. cap. vt famæ. extra de senten. excom. & per Dec. in d.l. 2. col. 8. ff. de regul. iur. vbi plenissimè tractat istam materiam, An & quando masculinum concipiat fœmininum, & istam opi. ꝙ etiam fœmina puniatur de furto, tenet Matth. de Afflict. in constit. baiuli locorum, in fi. vbi dicit, ꝙ Magna Curia Vicariæ suspendit quandam seruã ꝑ certo furto.

104 ¶ † Limita vigesimosextò, dictam regulam non procedere, quando partiarius animalium, qui accepit ad capitale, & ad medium lucrum, vt vulgo dicitur, hodie ad caput precium, venderet fœtus animalium inde prouenientium sine assensu, & licentia domini dantis ad caput precium: quia furtum non committit, licet partem eidem reddere teneatur, ita tenet Iac. de Bel. in sua pra. cri. in rub. de furt. col. 4. vers. secundum, ratio secundùm eum est: quia ille, qui dedit ad caput precium non dicitur dominus fœtuum, quod patet: quia illi, qui dedit ad caput preciũ competit actio personalis ad recuperandum partem lucri eidẽ contingentem. l. si pascenda, cum ibi no. C. de pact. vbi datur actio pro socio, vt ibi dicit glo. quæ est personalis, vt in arbore actionum, vers. pro socio. num. 150. & si esset dominus fœtuum non daretur actio personalis, sed realis ad recuperandum rem suam. Instit. de actio. §. sic itaque. & furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino. l. 1. ff. de furtis. Sed ille, qui dedit ad caput precium, non est dominus, vt dictum est illorum fœtuum, nisi esset sibi facta traditio, arg. Instit. de rerum diui. §. venditæ. & C. de pact. l. traditionibus, ergo furtum non committitur. l. is cuius interest. §. fin. ff. de furtis. Præterea ex quo sunt socij, præsumitur iure suo vti. l. meritò. ff. pro soc. & Archid. in cap. pœnale. 14. q. 5. & sic in re communi furtum non committitur, vt concludit Iaco. de Beluis. vbi supra. Sed cõtra istam limitationem

105 adducitur, † quia fructus, qui nascuntur ex animalibus cõmunibus, sunt communes, vt tenet glo. in l. si id quod. in princ. ff. pro soc. & doct. omnes in d.l. si pascenda. C. de pactis. Sed in re communi committitur furtum. l. si socius. ff. de furt. l. rei communis, cum duabus sequen. ff. pro socio. glo. in §. 1. in verbo rei. Instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. & ibi Ang. Aret. col. 1. dicit, ꝙ socius possit committere furtum: tamen non præsumitur, vt d.l. meritò, quod est verum, quando socius vtitur re communi ad vsum distinatum. secus si aliter vteretur, ita ꝙ auferetur socio commoditas partis suæ, ita dicit Bar. in d.l. si socius, & Are. vbi supra, qui ex hoc notanter infert, ꝙ licet colonus partiarius portauerit omnes fructus ad domum suam, non præsumitur furari: quia socius est in fructibus. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. & Ang. & Are. & Io. Fab. vbi supra. Immo etiam actio furti competit ei, cuius interest. l. cuius interfuit, & l. is cuius. ff. de furt. & Instit. de oblig. quæ ex delict. nascũ. §. furti, vbi probatur, ꝙ etiam si non sit dominus rei subtractæ, dũmodo sua intersit, habet furti actionem, & licet actio furti non detur ratione personalis obligationis: tamen datur ratione iuris, quod habet ad rem, vt dicit Ang. Are. in d. §. furti. col. 2. vers. secundò aduertas. Et tenendo istam partem, non obstat, quod dicit Iac. de Bel. ꝙ datur actio pro socio, quæ est personalis. d.l. si pascenda. & ibi glo. quia respondeo, ꝙ actio pro socio pertinet ad personales præstationes vt dicit tex. in l. 1. ff. commu. diuidun. & sic erat in d.l. si pascenda. quia ibi agebatur: vt seruaretur pactum de pascendis pecoribus. Sed quando vellet agere ad recuperandam partem sibi tangentem de animalibus communibus, daretur actio communi diuidundo. l. 1. 2. & 3. & l. si conuenerit. ff. com. diui. quæ actio communi diuidundo non dr̃ personalis: sed mixta. §. quædam. Insti. de actio. & Io. in arbo. actio. vers. communi diuid. num. 134. cum itaq; animalia, & etiam fœtus dicantur omnia communia, meritò actio furti dari debet. Et tenendo istam partem, dictum Iacobum de Bel. procedere potest, quando dominium animalium dato rum ad caput precium, seu societatem, esset omnino translatum in recipientem: tunc fœtus nati essent illius, qui recipit ad caput precium, vt colligitur ex dictis per Bal. Ale. & alios in d.l. si pascenda, facit tex. in l. si area. in prin. ff. de ꝓ verb. fateor tamen, ꝙ ita demum socius tenetur furti, si ꝓbaretur apertè de dolo malo, & ꝙ dolosè contrectauit rẽ communem, alias præsumitur potius suo iure vti, q̃ furti consilium inhire: vt dicit Pe. de Vbal. in tract. de duo. fra. in 14. part. princ. col. j. Et ꝙ in dubio non præsumitur facere dolosè, & malo animo, tenet D. Vic. de Paleo. Bon. cons. incip. visa inquisitione, col. 4. quod est positum inter cõsilia Alex. 135. 4. vol. Et licet in dubio omnis amotio de loco ad locum domino ignorante facta videatur contra voluntatẽ domini. l. qui vas. §. vetare. ff. de furtis. & successiuè furtum dici debet: tamen illud est verum, nisi alia causa coniecturari possit; quia cõcurrentibus duabus causis, quarum vna tendit in delictum, alia in rem licitam, in dubio lex præsumit in causam licitam id factum esse, d.l. meritò. ita tenet Anto. de Pratoueteri cons. incip. pulcrè respondit, in princ. quod est inter consilia Alex. 127. 4. vol. & pro ista parte bene facit: quia si ille credebat hoc sibi licere, & nõ habebat affectum, & animum furandi, non commisit furtum. §. sed tamen. Instit. de vsucap. Et ita procedant supra in contrarium allegata, quæ dicit Iacob. de Bel. vt supra.

ADDITIO noua. Aduerte tamen circa prædicta, ꝙ regulariter nullus ex sociis potest alienare de rebus cõmunibus, nisi pro parte sua tantum. l. nemo ex sociis. ff. pro socio. l. si socius. ff. si cert. peta. & doct. in dictis locis. ¶ Limita non procedere in fisco, qui potest totam rem communem vendere inuito socio. l. 2. C. de com. re. alie. glo. & Salyc. in d.l. nemo ex sociis, Ias. in d.l. si socius. col. fi. in secundo nota. ¶ Limita secundò non procedere in mercibus, & aliis rebus vænalibus: quia in talibus videntur ad inuicem dedisse tacitum mandatum, & proposuisse ad inuicem ad vẽdendũ. Bar. Saly. & alij in d.l. nemo. ff. pro socio. Ias. in d.l. si socius. col. fin. Alex. consil. 185. visis, col. 2. in 2. vol. Decius consi. 98. iuridicam. colum. 1. primo volum. & addi. ad Bartol. in dicta l. nemo. Hoc tamen intellige, nisi fraudulenter alienaret: quia in mandato generali fraudulenta alienatio non videtur mandari. Bart. Salyc. & alij in d.l. nemo ex sociis. Secundò intellige, nisi cœteri socij contradicant: quia tunc non permittitur socio alienare rem communem, gl. Barto. & Salyc. in d.l. nemo ex sociis. An autem indistinctè socius possit partem suam alienare, vide doct. in d.l. nemo

106 ex sociis, & ibi, quid si lis est contestata. ¶ † Limita vigesimoseptimò dictam regulam procedere, quando quis non posset habere rem suam ab alio iniustè detentam, puta ab aliquo potente, vel quia non posset probare suum creditũ; vel si famulus non potest consequi salarium a domino, cui seruitia præstitit, & similia: quia tali casu licitum est et furtiuè accipere rem illam, vel tantum de bonis illius, & non tenetur pœna furti: quia non animo furandi fecit, & credidit sibi licere, & voluntas, & propositum distingunt maleficia. l. qui iniuriæ, in princ. ff. de furt. l. 1. C. ad leg. Cornel. de sicar. cum simil. Et in isto articulo tres reperiuntur opin. Prima opin. Inno. in c. olim, el 1. col. fin. extra de rest. spol. qui tenet, ꝙ si non possum rem meam habere licitum est etiam illam, vel æquiualentem furto subtrahere, quod tamen Alexan. in consil. 135. circa primum, col. 2. 1. volu. intelligit verum, quando non posset haberi copia iudicis, vel quando per iudicem ius suum consequi non posset: tunc esset licitum furto subtrahere, aliàs secus, vt ibi per eum, col. 3. cum seq. dicit tamen, ꝙ isto casu non diceretur furtum, nec puniretur pœna furti, sed alia pœna pecuniaria, vt ibi per eum, colu. fin. ADDITIO noua. Ad prædicta adducitur glo. quæ solet allegari pro sing. in cap. ius gentium, in 1. glo. 1. dist. quæ dicit, ꝙ rapiens rem suam propria auctoritate cadit a dominio, nisi forte alio modo non posset eam consequi per iudicem, & sequitur addit. ad Bartol. in l. si quis in tantam. in princip. C. vnde vi. vbi hoc limitat, nisi scandalum sequi posset, vt ibi etiam addit.

ad

ad Salyc.hodie tamen in Regno hoc est mitigatum, vt supra ca.subditorum. Pro ista parte adducitur illud, quod tenet Andr.de Isern.in tit.de pace iuram.firm.§.si quis verò. colum.2.in illa quæstione, an sit licitum capere debitorem fugientem cum re mea, & concludit, ꝙ si copiam iudicis habere non possum, licitum est eum fugientem capere, & rem meam ab illo auferre, quando constat, rem illam esse meam, aliàs si copiam iudicis habere possum, vel si rem meam nō portat, debeo illum ad iudicem ducere, idem tenet Seb.Neap.in cap.contra effrenatas.num.21.sub rub.ne quis aucto.propria.vbi similiter intelligit prædicta esse vera, quando domino rei per viam iudicis, vel superioris nō potest esse consultum, aliàs teneretur, eandem opin.tenet Bald.in l.2.col.12.C.de ser.& aqua, & Inno. in c.qui cum furem, extra de fur.eandem opin.tenuit Io.de terra Rubea in tract.contra rebelles, arti.3.tertij tractatus, car.59.col.j. vbi dicit, ꝙ in defectum iustitiæ potest quis in occulto sibi satisfacere de rebus sibi subtractis, allegat Innoc.& Abb.in d.c.olim.extra de restit.spol.pro ista parte adducitur tex.in c.1.in fi.de mili.vas. qui contu.est, vbi probatur, quòd primò debet haberi recursus ad iudicem, & seruari forma tradita in illo cap. & postea in defectu iustitiæ potest propria auctoritate ingredi, & depredari, vt ibi, & ita illum tex.declarant Iac.de Ardizo.Alua.& Cardi.Alex.ibi, & Specu.in tit.de actore, vers.8.& Ludo.Goza. consil.1. incipiente primo discutiam, col.2.in fi.versic.octauò.

107 ¶†Alia & secunda fuit opi.Iac.de Bel.in sua pract.crim.in rub.de furt.colu.4. versic.tertium quia, vbi tenet, ꝙ si famulus non potest consequi salarium a domino: quia malitiosè recusat soluere, licitè potest tantum de bonis suis capere, quantum ascendit salarium, & non committit furtum. Immo etiam quò ad Deum nō tenetur, allegat exemplum de populo Israelitico, qui iussu Domini furatus fuit populo Pharaonis: quia non potuit tantum furari, quātum laborasset, vt ibi per eū. Idem tenet Innoc.in cap.olim.el 1.col.fin. ibi, quidam tamen dicunt, & non malè, ꝙ etiam sua auctoritate potest accipere furtiuè, dummodo nec malum, nec scandalum generetur, eandē opi.tenuit Arch.in c.Dñs nr̄.per illū tex.23. q.2.vbi dicit, vnicuiq; qui non pōt habere rem suam, licitum est bellū indicere pro recuperanda re sua ēt furtiuè, hanc opi.tenet ēt Ant.de Bu.in d.c.olim.& Flo.in l.itaque. ff.ad l.Aquil. Immo plus dicit Inno.in d.c.olim.ꝙ vbi non possum recuperare rem mea, possum ęquiualentem furtiuè accipere, & sequuntur Ant.de Bu.& Flo.vbi supra. Et dicit Roffred.in libel.suis iuris ciuilis, super const.Diui Mar

108 ci, quæ est.l.extat.ff.quod met.ca.circa fi.vbi dicit. ¶†Quòd quando creditor accepit rem debitoris pro sibi satisfaciendo, non tenetur vi bon.rap.quia nec rapinam voluit committere, & tenet Matth.de Affl.in proę.const.col.8.in fi.25. nota.vbi dicit, ꝙ licitum est pro re sua recuperāda, etiam furtiuè rem alienam accipere sine scandalo ab eo, qui est debitor suæ rei, ēt si esset Rex, vt ibi per eum. Et dicit Bal.in tit.de pace Costan.§.possessiones. in verbo recuperauerit, ꝙ tpe guerræ licitum est rem meam qualitercunq; recuperare, quod dictum fuit originaliter Odof.in ti.de pace ten. §.si quis de parte nostra. in glo.restituatur, ad idem glo.in c.ius gētium.1.dist.quæ dicit, ꝙ possum furari rem meam apud alium constitutam, quando non spero per viam iuris eū conuincere. Et istā opi.tenuit ēt D.Vic.de Paleotis Bon. in cons.incip.visa inquisitione, col.2. in fi. quod est positū inter consilia Alex.125.4.vol.allegat Bal.in l.1. C.de testa. & Inno.in c.quia plerique.extra de immu.eccl. & dicit D. Vic.ꝙ semper in foro poli licet illis, qui non possunt probare de suo credito, quocunque ingenio curare, ꝙ de bonis debitoris accipiat, & non peccat, nec furtum facit: quia non animo lucrandi facit, sed cā suū consequendi, & istam opi.etiam tenuit Ant.de Pratoueteri consil.incip.pulchrè, quod est positum inter cons.Alex.127.4.volu.vbi tenet, ꝙ quando aliàs habere non potest rem suam, etiam via furtiua illam quærere licet, & tenet Fel.in c.quoniam.col.fina. vers.adde, extra de simo.& hanc opi.tenuit Hypp.cons.58. D.Ioan.Anto.de Nigris.

circa col.fina. vbi dicit, ꝙ si alicui detinentur aliqua bona iniustè ab aliquo potente, potest licitè talia bona ab eo furtiuè accipere. Immo licitum est creditori, qui non potest probare creditum suum, accipere quomodocunque bona debitoris, vt sibi satisfaciat, & idem Hypp.cons.135.in præsenti causa, col.fi.vbi dicit, ꝙ si aliquis spoliauit me furto aliqua re mea, possum ego etiam eandem rem furtiuè accipere, & dicit prædicta esse vera, etiam si possem habere copiam iudicis, vel superioris, vt ibi per eum, allegat etiam Bart.Cæp.con.26.magnifice, ac generose, & refert Alexā. allegando Pau.de Cast.in d.consil.135.circa primum. colum.2.1.vol. ADDITIO noua. Et Hypp.cons.21.incipiente vocem meam.col.3.num.14. vbi dicit, ꝙ si creditor alicuius occultè accipit de bonis sui debitoris, præsumitur potius fecisse animo sibi satisfaciendi, adeo ꝙ non tenetur furti, nec vi bonorum raptorum, allegat Alexan.vt ibi per eum. Et sic inter præallegatos docto.est differentia in hoc, ꝙ aliqui volunt, tunc demum procedere, quando non potest habere copiam iudicis, alij dicunt procedere, etiam si potest haberi copia iudicis, & ad prædicta vide Alber.Bru.in tract.de constit.decre.statu.in verbo furtum, co

109 lum.3.in prin.3.vol. ¶†Tertia fuit opi.Theologorum, & dicit Riccar.in 4.sentē dist.15.quòd licet tales capientes bona furtiuè peccent in modo accipiendi: tamen ipsam rem restituere nō tenentur, & hoc est, quod voluit dicere And. de Iser.in d.§.si quis verò col.2.de pace iura.firm.dum refert opi.Theologorum. Et ad hoc, vt non peccent in modo capiendi, multa requiruntur. Primò, ꝙ sit liquidum deberi consequi debitum, aliàs si esset dubium secus esset. Secundò, ꝙ non possit suum habere in iudicio, vel quia non habet testes, vel non habet iudicis præsentiam, vel quando res esset modica, & expensæ magnæ. Tertiò requiritur, ꝙ non sit verisimile sequi scandalum, aut grauamen aliis. Quartò, ꝙ non immineat periculum famæ. Quinto, quòd non immineat periculum personæ: quia tunc esset tentare Deum. Sextò, ꝙ conscientia sit stabilita, & firma, secus si esset dubius in conscientia, ita per multa concludit Sil. in

110 sum.in verbo furtum, in vlt.car.in 13.quæst. ¶†An autem si tali casu fieret excommunicatio, teneatur reuelare? Vide Sil.vbi supra in 15.q.vbi latè. Tu verò in supradicta quæstione facias duos casus. Primus casus est, quando quis habet copiam iudicis, & potest probare de suo credito per testes, & consequi potest suam iustitiam, & tunc non est licitum furari; quia debet suum debitorem in iudicio conuenire, & hoc casu contrafaciens punitur. Sed non pœna furti, sed alia pœna extraordinaria, & ita procedat opin. Alex. in d.consil.135.circa primum.colu.3.& 4.cum superius in prima opin.allegatis. & pro ista parte, ꝙ non puniatur de furto adducitur: quia quælibet causa etiam iniusta excusat a dolo, & consequenter a pœna.l.igitur.§.1.ff.de liber.cau. & in terminis nostris tenuit D.Vicen.de Paleot.Bonon.in d.consil.posito inter consilia Alex.125. 4.vol. & Hyppo.d. consil.135.allegat Cæpo.consil.4 visa querela.in fi.& quæ dicit Ang.in l.si plagij.C.de plagia.vbi dixit, ꝙ etiam in his quæ sunt de genere prohibitorum, omnis causa etiam iniusta excusat a pœna delicti.glo.in l.j in fine.glo.magnæ.ff.si quis ius dicen.non obtemp.glo.in l.satis. ff.de in ius vocā. glo.in l.j.in fin.in verbo iustis. ff.de abige.Bald.in l.deberi, C.de fideicomm.liber. Ange.in l.prætor. §.hæc actio. ff.vi bono.raptor.Socin.in l.iustè possidet.colum.j.in fine. ff de acquire n.possess.vbi dicit, ꝙ quælibet causa etiam iniusta, & bestialis excusat a dolo, & consequenter a pœna.Decius consil.418.numero 23.3.volum.& consil.452.& cons.463. 4.volum.& consil.605.& 667.quinto volum. cum concordant.ibi. Secundus casus est, quando non potest per viam iustitiæ consequi rem suam, vel propter potentiam aduersarij, vel propter defectum probationis, vel ex defectu iudicis, & tunc licite absque pœna potest etiam furto subtrahere rem illam, vel equiualentem, vt per Innoc.in d.capit. olim.cū concor.supra in 2.opi.allegatis, dummodo ex hoc scandalum non sequatur, vt per Innocen.& alios vbi supra.

 ¶†Li-

111 ¶ † Limita trigesimooctauò, nam licet agens, & consentiens pari pœna puniatur.l.hæc verba.ff.de adult. & mandans,& consulens furtum committi,sicut committens teneatur.l.in furti.§.ope.versi.rectè. ff.de furt. Et licet alias si plures insimul furentur vltra vnam vnciam, puta triginta vnum tarenum,quilibet debeat suspendi:cum quilibet insolidum teneatur.C.de condi.fur.l.1.ff.de fur.l.vulgaris.§. fi.& per And.de Iser. in tit.de pace tenen. §.si quis quinq; solidos.col.2.Tamen si aliquis præstitit opem ad committendum furtum apponendo scalas,& ferramenta:si tamen ipse nihil habuit de rebus furatis, nec manus ad res furtiuas extendit,non tenetur pœna furti,sed extraordinariè punietur, ita notabiliter tenet And.de Iser.in d.§.si quis quinque solidos.col.2.quia tex.in isto cap.nostro dic t,furtiuas manus extenderit, sed iste non posuit manus ad res furtiuas, igitur non debet suspendi, sed extraordinariè puniri. Pro hoc facit:quia associantes furem,& facientes ei custodiam, ne deprehendatur, non dicuntur propriè fures, nec comprehenduntur in statuto, secundùm Ange.in l.proinde.ff.de condict.furt.& Bart.Cæp.in d.auth.sed nouo iure. col.18.in fi.versic.sed iuxta prædicta. Et ita debet intelligi, quod dicit Bonifa.in tract.malefi.in rub.de recepta.fur. colum.fi.vers.item nota,vbi dicit,ꝙ qui associant latrones ad latrocinandum, & cum eis latrocinatur, vel occultat eos, punitur eadem pœna,ille verò,qui celat:sed non associat, nec participat,sed solùm nõ reprehendit,pecuniariter punitur.C.de his qui latro.l.1.in fi. ADDITIO noua. Et prædictam limitationem tenet etiam in l.in furti. §.ope.ff. de fur.& in l.is qui quem.eo.tit.& Aug.Ari.in addi. in tra. malefi.in verbo dicto maleficio semper astitit.in addi.magna,quæ incipit,tu autem in hac materia adde,ꝙ canonistæ,& Hypp.in l.si in rixa.num.16.ff.ad leg.Cor.de sica.cũ concord ibi. Ratio:quia vbi est simplex fauor, vel simplex auxilium, & delictum propterea non augetur, tunc præstans tale auxilium mitius punitur, vt ibi per eos. Et materiam de mandante fieri furtum, vel persuadente,vide Ale

112 xand.consil.125.cum seq.4.volu.¶† Limita vigesimononò dictam regulam non procedere, quando furtum esset factum à domesticis, & esset leue furtum: quia tunc non punitur de furto.l.respiciendum.§.furti.ff.de poen. secus si esset magnum,vt per Alexan.consil.135. circa primum. colum.3.1.vol.Ang.in tract.malefi.in verbo & vestem cœlestem abstulit,col.16.versic.quid si commodo. & Ang.Are. Instit.de oblig.quæ ex delic.nasc.§.hi qui.in fi.& Ang.in d. tra.malefi. in verbo comparent & in termino defensionis, col.9.& Bonifa.in suo trac.malefi.sub rub.de fur.col.pen. & Bart.Cæp.in auth.sed nouo iure.col.6.in princ.C.de ser. fug.& Hypp.consil.26.statuti, col.2. vbi tenet, quòd furtum domesticum non punitur pœna mortis,& ad prædicta vide Matth.de Afflict.in consti.baiuli locorum,circa finem. Aduerte tamen,quòd Aug.Ari.in addit.in d.verbo vestem cœlestem abstulit,col.17.limitat prædicta procedere,quãdo famulus semel hoc fecisset. Sed si hodie surriperet rem vilem,cras aliam,& alio die aliam,& pluries plures res viles furaretur,deberet furca suspendi secundùm eum,allegat Bald.in l.pen.C.de furt.qui ita limitat tex.in d.l.respiciẽdum.§.furta domestica.ff.de furtis.Sed cogita: quia secundùm hoc nulla esset specialitas in domesticis: quia sicut extraneus punitur, ita domesticus propter plura furta, & nimis restringit.d.l.respiciẽdum.§.furta.cogita.& loquitur Bald.in actione furti, & sic actione ciuili. Tamen addit.ad

113 Bal.ibi tenet illam limitationem. ¶† Et qui dicantur domestici,vide Bart.Cæpo.in d.auth.sed nouo iure,col.11.& dicit,quòd pater,mater,filius,maritus,vxor,ascriptitius, colonus,seruus,mercennarius,cliens,seruientes,familiares,

114 domestici,& alij vt ibi. ¶† Limita trigesimò.Nam licet opẽ præstans ad furtum committendum puniatur de furto, vt supradictum est. in 28. limita. Tamen hoc non procedit, quando per lasciuiam hoc fecerit, & non dolo.c.§.interdum furti,& ibi Ang.Aret.Instit.de oblig.quæ ex delic.na-

115 scun.quia de furto non tenetur. ¶† Limita trigesimoprimò dictam regulam non procedere,quando propter necessitatem famis quis committeret furtum:quia tunc non puniretur.cap si quis furatus.extra de furt.cum ibi nota.& cap.discipulos.cum ibi not.per glo.de consecr. distin.5. tex.cum glo.in cap.sunt non alij,de consecr.dist. 1.Lucas de Pen.in l.1.col.fin.C.de quib.mune.nemi.lice.excu.lib.10.& in l.2. in fi.C.de pascu.pub.lib.11.Goff.in sum.extra de fur. versi. excusatur autem.Ange.in l.2.§.cum in eadem.ff.ad leg.Rodi.de iactu.per glo.ibi vbi dicit Ang. ꝙ stipendiarij in bello licito licitè depredantur pro victu Felyn.in c.quoniam. col.fin.extra de simo. Bonifa.in tra.malefi.in rub.de fur.colum.3.in fi.vbi dicit, ꝙ si aliquis est infirmus, & nõ potest victum quærere, & est carestia, vel propter nuditatem furatur vestem,non tenetur furti,& Archid.14.q.5. cap.pœnale.Bart.Cæpo.in auth.sed nouo iure.col.18.C.de ser.fugit.bene facit glo.in c.omnes leges.versic.fas est.1.distinc. quæ dicit,ꝙ licitum est comedere vuas in agro alieno,sed non asportare, habetur deutoro.cap.13. vers.ingressus. & vers.& si intrauerit,& tenet Gand.in tracta.malefi. in rub. de pœnis reor.colum.penult.& Bartol.Cæpoll.in tract.de serui.in tit.de ser.iuris pasce.colum.4. Et dicit Flo.in l.qui occidit. §. si quis alienum. ff.ad leg. Aquil. quòd statutum contra damnum dantem non habet locum contra bibentes vinum alienum, vel comedentes alienas vuas, vel bladum:quia non videtur dare damnũ:quia vtuntur ad vsum destinatum, & facit,quod dicit idem Flo.in l.si seruum. §. si oliuam.circa princ.ff.ad leg.Aquil. Sed Abb. in cap.si læserit. extra de iniur. & damno dato. videtur tenere contrarium,nisi in casu necessitatis, vt ibi per eum. Intellige supradictam limitationem procedere,quando esset extrema necessitas famis, aliàs si non esset extrema necessitas puniretur, sed mitiori pœna: quia attenuatur delictum, ita quòd non posset pœna mortis puniri secundum Goffr.vbi supra, & Cæpoll.in d.authen.sed nouo iure.colu.28.Item intellige dictam limitationem procedere, quando sufficientem quantitatem non excederet, aliàs secus secũdùm Archid.vbi supra, & tali casu etiam mitius punietur,vt di-

116 ctum est. ¶† Limita trigesimosecundò dictam regulam nõ procedere, quando in processu non esset specificata quantitas, seu valor rerum furto subtractarum: quia tunc in dubio intelligeretur de minori furto, & puniretur minori pœna, & sic pęna fustigationis, iuxta dispositionem huius cap.ita dicit nota. Angel.Aret.in §.ex maleficiis, colum.3. in fine.versicu.6.dixi. Instit.de actio.per.l.præses. & l.si de interpretatione.ff.de poen.& tenet Bartol.in l.Pedius.§.diuus. ff.de inceud.rui.naufrag. Et debet probari valor attenta communi ęxtimatione.l.precia rerum. ff.ad legem Fal-

117 cid.& supra dixi. ¶† Limita trigesimotertiò, dictam regulam non procedere, quando in processu non constaret de maleficio, seu de furto: quia etiam si reus confiteretur, se plura furta fecisse diuersis temporibus, non est standum eius confessioni, nisi constet de furtis, seu rebus subtractis,ita tenet Angel.Are.in tract.malefi.in verbo,& vestem cęlestem abstulit.colum.13.in fin.cum sequen.versic.quid si quis cõfiteatur, vbi dicit,quòd iudex debet esse bene cautus, ne damnet animam, & corpus suum, vt quando fur confitetur coram eo maria,& montes,& plura furta commisisse, quòd velit furta illa verificare in destinando nuncium ad habendum informationem pro veritate, & in reperiendo furta, ita quòd appareat de veritate, & sequitur Augu.Ari.ibi in addit.& Bart.Cæp. in d.auth. sed nouo iure.col.13.vbi dicit,ista esse notanda in practica,vt si es aduocatus,scias adiuuare confitentem delicta:quia non constat de maleficio, & si iudex, scias defendere, & bene formare processum verificando maleficia, vt ibi per eum, & tenet Par.in tract.sind.in verbo latro.§.quia.col.3.in fi.& in verbo confessio,col.2.And.de Iser.in tit.de pace ten. §.public. latrones.& Bald.in addit.Spec.in tit.de sent.in 18. col. quem refert & sequitur August.Ari. in addit. in d.verbo & vestem cœlestem abstulit, col.14.in fine. vbi dixit, quòd si quis confitetur se hominem occidisse,& corpus proiecisse

in mari, q cum non constet de cor pore mortuo, non põ ille reus occidi, nisi saltem probetur per famã illum esse mortuum, vt ibi per eum. Et q de delicto prius constare debeat, tenuit Bar. in l. si is qui rem. §. tu Titium. ff. de fur. & Gand. in trac malefi. sub rub. qualiter fiat accus. col. 2. in fi. cum seq. & in rub. de præsump. & indi. indub. col. 2. in fi. & Fra. Bru. in trac. de indi. car. 12. in prin. Ang. in d. tracta. malefi. in verbo fama publica, col. 42. vers. duodecimò tu iudex. & ibi Aug. Ari. in addit. & idem Ang. in d. trac. in ver bo dicto maleficio semper astitit, col. 8. & Hyp. in sua pra.
118 crim. in prin. col. 2. cum concord. in dictis locis. ¶ † Limita trigesimoquartò dictam regulam non procedere, quando quis commisisset tria furta minima de rebus cõuestilibus, seu de rebus magnatiuis, vt vtar verbis Cæp. quia pro tali bus non posset suspendi, nec puniri pœna furti, sed extraordinariè puniretur, vt tenet Bart. Cæpo. in auth. sed nouo iure. col. 19. in fi. versic. si tamen. C. de ser. fugi. qui dicit, q ita de consuetudine obseruatur, & nihil aliud allegat. Pro ista opin. adducitur, quod dicit Alex. licet non firmet, consil. 108. stante statuto, in fin. 4. volu. vbi dicit, q pro multis paruis furtis non potest tanquam famosus furca suspendi, vt est de mente Bald. in ca. 1. §. iniuria. de pace ten. circa 4. col. vers. quæro de famulo scolarium, dum remittit se ad not. per glo. in l. apud. antiquos. in fi. C. de furt. & ibi glo. fi. facit differentiam inter furtum vile & furtum magnæ rei, & sic Bal. videtur facere differentiam inter furta & furticu la, sicut in simili dicitur, q leuis febricula non dicitur febris. l. ob quæ vitia. §. fi. ff. de ędil. edic. notatur in l. quæsitũ. ff. de re iud. & leuis tortura non dicitur tortura secundum Bal. in l. obseruare. col. 1. C. quo. app. non recip. & And. Bar ba. in trac. de præstantia Card. q. 8. col. fi. & dixi supra in c.
119 frequens. † Et leue vulnusculum non dicitur vulnus. Bal. in l. si prædium. C. de ędil. actio. Ias. in cap. 1. col. 8. vers. 4. qui feu. da. poss. And. Barb. in d. tract. de præsta. Card. in octaua quæstione, col. fi. glo. in const. reg. si quis aliquem, in glo. 2. Angel. in l. si de pignore. §. furem. ff. de fur. vbi loquitur de scissura cutis facta cum vngue. Albe. Bru. in tract. de const. decre. sta. &c. in verbo vulnerare, col. 1. in fi. vers. si statutũ loquens de vulnere, & col. 2. circa prin. & col. 6. in fi. Alex. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio. Albe. de Ro. in l. 1. §. sciendum. ff. de ędil. edic. Ias. in l. sciendum, col. 4. ff. qui satisd. cog. Hypp. cons. 103. in præsenti casu, col. 3. cũ seq. & cons. 80. in hac causa, colu. 3. Et modica, & minima non sunt in consideratione, quia parum, & nihil æquiparã tur. c. licet causam. §. quãquam. vers. nulla uel modica, ext. de probat. Instit. de lege Falc. circa princ. in verbo pro nul lo aut minimo, & multa alia correlaria similia ponit Hyp. in allegatis consiliis, & Ias. in d. c. 1. col. 8. cum seq. qui feu. da. poss. & And. Barb. Siculus in d. tract. de præsta. Cardin. quæst. 8. col. fin. pro ista etiam adducitur: nam licet contra ea, quæ dolo fiunt, possit agi actione de dolo, vt toto titulo. ff. & C. de dolo. hoc tamen non habet locum, quando dolus esset commissus in modica re. l. si oleum. in fin. cum duabus seq. ff. de dolo. & multa alia correlaria adduci pos sent, de quibus etiam per Alb. de mirab. de Neap. in repet.
120 l. si vnquam. in 8. limitat. C. de reuoc. donat. ¶ † Sed contra prædicta adducitur: quia furtum cõmittitur etiam in vno ouo. §. gallinarum. Instit. de rer. diuis. & ibi nota, & tenet glo in l. idest. ff. de dolo. & supra dixi, & furtum committitur etiam in vna vili gallina, vt dicit glo. in constit. regni, lo corum baiuli, in verbo nimis, & ibi Matth. de Afflict. col. 3. in 4. nota. & ratio est propter frequentiam delictorũ, propterea punitur, vt dicit glo. vbi supra & contra prædicta etiam faciunt, quæ dicit Ias. in d. c. 1. col. 9. qui feu. da. poss. & allegat Bal. in l. 1. §. de exercitoribus. ff. nau. cau. stab. vbi per illum text. & gloss. ibi dicit, q statutum puniens certa pœna comburentem domum, habet locum in comburen te domunculam, allegat. l. si scafam. ff. de euict. vbi appellatione nauis venit scapha, & dicit Ialo. q ratio est: quia dabat operam rei illicitæ. l. incendio, vt ibi per eum. Contra prædicta etiam adducitur tex. iuncta glo. in l. 3. §. idem re

spondit. ibi, modici furti reus, iuncta glo. in verbo fuisset ff. de bo. eo. qui mor. sibi consci. vbi probatur, q si quis est reus criminis pro modico furto, & se suspendit, licet non habeat locum illa dispositio, tamen punitur, vt ibi dicit glo. & sic probatur ibi, q etiam pro modico furto punitur & faciunt, quæ dicit Bonifac. in suo trac. malefi. in rubr. de fur. col. pen. in princ. vbi dicit, q in re modica committitur furtum. Et dicit Iaco. de Bel. in sua prac. crim. in rub. de furt. col. 10. in princ. q si quis furatur modica animalia, vt anseres, gallinas, & alia modica animalia punitur: quia pro primo furto relegatur, pro secundo suspenditur. Sed hoc non puto verum, vt taliter puniatur: quia requiruntur tria furta, vt possit suspendi. Et q furans gallinas puniatur, ponit And. de Iser. & ibi Matth. de Afflict. in const. super incisionibus. col. fi. Et dicit Iac. de Are. vbi supra col. 2. q illud, quod dicit, q in vno ouo furtum non punitur, procedit, quando est commissum a domesticis, vt ibi per eum, & sic vt vides, ista limitatio est dubia. In isto articulo puto distin guendum, q aut familiaris, & domesticus cœpit tales res comestibiles & modicas, & non punitur per iudicem, sed dominus eum puniet, moderatè tamẽ, vt tenet Iac. de Bel. in sua prac. cri. in rub. de fur. col. 2. & ita procedit, quod di cit Bar. Cæp. vbi supra. l. respiciendum. §. furta. & ibi glo. & doct. ff. de pęn. Aut ille, qui surripuit talia modica, & come stibilia, vt gallinas, & anseres, non est familiaris, nec dome sticus, & punitur licet mitiori pœna per ea, quæ dicit Bart. Cæp. vbi supra, & dicit Matth. de Afflict. in const. baiuli locorum, q baiulus potest ista minima furta criminaliter pu nire pœna pecuniaria, nisi esset assuetus talia facere, vt dixi supra in præcedentbus limitationibus. Et similiter si aliquis comederet, puta vuas, vel ficus, & cerasa in vinea alterius, dummodo non asportet, non punietur pœna furti, sed pecunialiter per supradicta, & dixi in præcedentibus li mitationibus: quia de minimis non curat prætor. l. scio. ff. de restit. in integ. & ibi Bar. l. in rebus. §. possunt. ff. commo. cum si. & sic delicta non remanebunt impunita, & pęna ẽt debet commensurari delicto. l. sancimus. & ibi gl. & doct. C. de poen. & pro ista parte faciũt, quæ supra dicta sunt de leui vulnusculo, & aliis supra relatis, & pro hoc etiam be ne faciunt, quæ dicit D. meus Io. de Arn. comment. 33. tu habes, licet dictum positum per eum non ponam pro cõstanti. ADDITIO noua. Aduerte tamen pro declaratione & veritate prædictorum, q de iure diuino licitum est comedere vuas in agro alterius, sed non asportare, & spicas colligere, sed non metere. ca. discipulos. de consecr. dist. 5. & tenet Gand. in tract. malefi. in rub. de pœnis reor. col. pen. uersic. item non punitur qui tres vuas, & Cæpo. in tract. de serui. in tit. de ser. iuris pasc. col. 4. ver. 5. requiritur, & Firma. in reper. in verbo furti, num. 26. Hoc tamen procedit, quando propter necessitatem caperet, vt dicit Abb. in c. si læserit, extra de iniur. & damno dato, aliàs teneretur ad ęstimationem damni: vt ibi per eum, & probat tex. in d. cap. discipulos. ¶ Limita trigesimooctauò, dictam regulam non procedere, quando mulier constante matrimonio cę pisset aliqua bona mariti: quia tunc non datur actio furti contra vxorem, nec de furto agi potest, sed datur actio re rum amotarum. l. 1. & 2. & ibi doct. ff. re. amo. sed si soluto matrimonio contrectaret bona, quæ fuerunt mariti, tenetur de furto. Salyc. in l. fi. C. re. amo. Ang. Aret. in §. sic itaq;. in fi. Instit. de actio. ¶ Limita trigesimosextò, dictam regulam non procedere, quando impubes non doli capax furtum faceret: quia non tenetur furti. §. in summa. & ibi Ange. Aret. in summario, Institu. de oblig. quæ ex delicto na. ¶ Limita trigesimoseptimò, dictam regulam non procedere, quando aliquis caperet aliquid iactum in mari, vel flumine, vel quod ferebatur ex impetu aquarum: quia tunc non tenetur furti, sed hoc intellige, si dominus habebat rem illam pro derelicta, probantur hæc omnia in l. falsus. §. si iactum. ff. de furtis. facit text. in l. quicunque. ff. de acquiren. rer. domin. & §. fina. Institu. de rerum diui. l. qui leuandæ. ff. ad l. Rod. de iact. ¶ Et hoc procedit, siue post nau-

fragium, seu tempestatem acciderit, siue in ipso naufragio. Et non est differentia, vtrum ex ipso mari, vel flumine, an ex naufragio, an ex littore capiat, vt probat tex. in l. si quis. §. quod ita. ff. de incend. rui. naufrag. Et in isto casu tota difficultas stat in hoc ad probandum, si dominus habuit rem pro derelicta necne. Et in hoc dicas, quòd si dominus rei fatetur habuisse rem pro derelicta, hoc procedit de plano, si verò sumus in dubio, & tunc non præsumitur habuisse rem pro derelicta. d. §. fin. Instit. de rerum diui. & ibi glos. & doct. & glo. in d. l. falsus. §. si iactum, & in d. l. qui leuandæ. & glo. in l. qua ratione. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. quia nemo præsumitur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de condict. indeb. Et prædicta sunt vera, nisi ex aliquibus coniecturis aliud appareat, puta si proiecit librum apertum in flumine, vel in mari, tunc præsumitur habere pro derelicto, glo. & Bart. in d. l. falsus. §. si iactum, glos. & doct. in d. §. fin. Instit. de rerum diui. glo. in d. l. qui leuandæ. cum concord. Et ex prædictis apparet non esse verum illud, quod vulgares dicunt, quòd illud, quod capitur ex aqua, & igne efficitur capientis: quia non est verum, nisi dominus habuerit pro derelicto, vt dictum est, immo capiens ex incendio, ruina, vel naufragio punitur, vt l. 1. ff. de incend. ruin. naufrag. cum concord. ¶ Limita trigesimooctauò, dictam regulam & tex. nostrum non procedere, quando penes aliquem reperirentur animalia aliena, & illa asserit inuenisse oberrantia, vel de manu latronum eripuisse, & latrones ostendere non potuit, & illa animalia penes se retinuit & non præsentauit baiulo, vel alio superiori, iuxta dispositionem const. reg. peruenit ad aures, & const. animalia, quia tunc licet possit tanquam fur puniri, vt in d. constit. peruenit. Tamen in tali casu tale furtum non punitur pęna mortis iuxta dispositionem huius cap. sed punitur poena quadrupli iuxta constit. vt delicti fines, & in tali delicto nô habebit locum tortura, etiam si extarent indicia sufficientia ad torturam: quia non imponitur poena vltra relegationē, iuxta cap. regni tormenta, ita tenet Matth. de Afflict. in d. constit. peruenit. col. 2. in verbo nota. ¶ Limita 39. dictam regulam non procedere, quando dominus rei sibi subtractæ furto, tolleret rem furatam a fure, penes quem erat res furata: quia tunc non punitur de furto. Io. Arn. in problemate. 44. incipiente, ad limitationem, allegat Innoc. in cap. olim. de restitu. spoliat. cum aliis ibi allegatis, & dicit hoc esse notandum ad limitationem huius cap. & titu. vi. bono. rapt. & constit. violentias.

121 ¶ † Quid autem si aliquis caperet rem aliquam asportatam per alluuionem, vel incrementum aquarum, an teneatur domino restituere, aliàs punitur, vide Iaco. de Belui. in sua pract. crim. in rubr. de furt. col. 11. vbi tenet, quòd si scitur dominus debet ei restitui, verum si res illa asportata per alluuionem damnum intulisset, dominus rei debet illud resarcire: vt ibi per eū, & debet pro labore honestam mercedem ei soluere: quia omnis labor optat præmium, bene faciunt, quæ dicit Bonifa. in suo tract. malefi. in rub. de fur. col. 3. in fi. versic. sed quid, vbi ponit de inueniente tunicam in viam: quia si nô restituit tenetur furti, sed potest petere aliquid sibi dari ꝑ inuentione. ADDITIO noua. Sed an succidens arbores, si ligna non contrectat, teneatur de furto, vide Ioā. And. in addit. Specu. in tit. de iniur. & dam. dato. §. fin. colu. penult. in verbo ciuilis, vbi dicit quòd non. Sed si ligna asportaret de silua mea, vel sarmenta de vinea, esset furtū, vt dicit Bal. in l. nauta. ff. nau. cau. stab.

122 ¶ † Nunquid autem fugans animalia cum panno rubeo, vt incidāt in latrones, vt possint illa furari, puniatur? Dic quòd sic, vt probat tex. in §. interdum furti. Instit. de oblig. quæ ex delic. nascun. Et ibi Angel. Aret. notat illum tex. in argumentum contra illos qui fugant animalia aliena, vt vadant in aliorum fundum, vt officialis reperiat ea damnum dantia.

ADDITIO noua. Et ad prædicta vide Azo. in sum. C. de leg. Aquil. colu. 5. vbi dicit, quòd si panno rubeo fugaui armentum. & fugerunt boues, vel pecora, & præcipitata sunt, teneor vtili actione legis Aquiliæ: quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. l. qui occidit. ff. ad leg. Aquil. & tenet Hostiē. in sum. in tit. de damno dato. §. quibus. in fine. & Spec. in tit. de iniur. & damn. dato. §. sequitur, col. 2. versi. quandoque, & faciunt, quæ dicit D. Præpo. in cap. ab acti. 4. quæst. 4. & Firm. in reper. in verbo animal, circa fin. Et ista faciunt contra istos ribaldos baiulos, qui fugant animalia a conuicinis territoriis, vt vadant in eorum territoriis, & capiant illa pro diffidatis: quia domini animalium non tenentur ad poenam, & baiuli possent puniri.

123 ¶ † An autem deflorans virginem dicatur furtum cōmittere? Tex. videtur ꝙ sic in authen. de leno. ibi, castitatis furtum. Et ideo dixit ibi Ang. quòd si est concessum arbitrium procedendi contra fures & latrones, poterit iudex inquirere contra deflorantem virginem, refert & sequitur Bart. Cæpo. in auth. sed nouo iure. col. 19. in princ. C. de seruis fugit.

124 ¶ † Quid autem si apparet furta fuisse commissa, sed persona, cui facta sunt, est incognita, an nihilominus puniantur? Dicas quòd sic, secundùm Bal. in d. authen. sed nouo iure. col. 3. in princ. versic. sed quid. C. de seruis fugi.

125 ¶ † Sed pone vnus iudex cœpit furem, An alter iudex possit procedere contra talem furem exemplum, si capitaneus alicuius terræ cępit furem, an regia audentia possit etiam procedere contra dictum furem? Bald. in d. auth. sed nouo iure. C. de seruis fugit. tenet, quòd non ratione præuentionis, vt l. si quis postea. ff. de iudi. & l. vbi cœptum. eodem tit. tamen est necesse, vt talis exceptio præuentionis opponatur, alias valet processus, vt ibi per eum. ad prædicta vide etiam Bal. in l. sepulchra. ff. de sepul. viol. & Bal. in l. Senatus, in fi. ff. qui accus. non poss. Et de materia præuentionis vide Ang. Are. in trac. malefi. in verbo iudex commisit, colu. 6. ver. quæro, an ex citatione. & Ias. in l. si quis quemquam. in prin. ff. si quis cau. vbi ponit duas limitationes, & Alex. in l. si seruus. §. si quis. col. fi. ff. de leg. 1. & ibi Iaso. vbi ponunt duas alias limitationes, in quibus non opitulatur præuentio. Quomodo autem probetur furtum, & an probetur per coniecturas? vide Thom. Gramm. consil. 17. & cōsil. 60. & ibi an probetur per fracturam ostii, vel scrinei.

126 ¶ † An autem quis possit in eodem libello accusari de homicidio, & robaria? Vide Bald. in auth. sed nouo iure. colum. 3. C. de seruis fugit. & Bald. in l. si quis homi. C. de accusat. vbi tenet ꝙ sic.

127 ¶ † Quæro, pone fur est fustigatus, & punitus de furto, an debeat relaxari, antequam restituat furtum, licet ciuiliter actum non fuerit ad furti restitutionem? Dic ꝙ non debet relaxari, nisi restituto furto, vt tenet Bald. in l. quod euitandi. C. de condict. ob turp. caus. Luc. de Pen. in l. 3. col. fin. in princ. C. de exact. & excu. lib. 12. & tenet D. Aymo. consil. 54. nobilis Vgo. col. fin. allegant tex. in §. oportet enim, in auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. & Capp. Tolo. quæst. 22. vbi plus dicit, ꝙ debet condemnari ad damna resarcienda etiam absque requisitione, & vide ibi addit. impressam & vide Par. in tract. sind. in verbo cōdemnatio. §. sequitur modo, vbi etiam ponit, An isto casu si iudex non condemnauit ad furti restitutionem teneatur in sindicatu, vide ibi, & ad prædicta vide etiam D. Io. de Arnono de Sancto Angelo Fasanelle epito. 31. Carolus Rex. vide infra. c. si de furto. 216.

128 ¶ † Sed quid si aliquis est disrobatus, & constat de disrobatione, per testes, vel per confessionem latronum, & disrobatus dicit fuisse ei disrobatos decem aureos, & sic potest suspendi, latro confitetur de quinque, & sic non potest suspendi, cum non sit vltra vnciam, An dictum illius disrobati faciat probationē, vel indicium torturam? Vide Bart. & Alex. in fi. ff. de in litem iura. & Ias. in l. si quis in tantam, col. pen. versic. nunquid C. vnde vi. & Ias. in l. de periuro. ff. de in litem iura. ADDITIO noua. Et Bar. & Alex. vbi supra tenent, ꝙ non, quia in criminalibus testes debent esse luce meridiana clariores. Et licet Ias. vbi supra. aliter videatur velle, tamen opi. Bartol. Alexan. & sequacium est tenenda. Et an stetur iuramento disrobati? Tho. Gram. consi. 17. circa prin. & Ias. in l. si quando. C. vnde vi. An autem in furto stetur iuramento damnum passi? vide Hippo. in l. de minore.

minore.§.tormenta,col.2.ff.de quæstio.& Bald.in l.nauta. §.quemcunque.ff.nau.caup.stab.Alex. in l. damnum.ff.de
129 dam.infec. ¶ † Qualiter autem punitur officialis subtrahens pecuniam regis? Vide in constitu.regni officiales reipublicæ.& ibi Andreas de Isern.& Matthe.de Affli. vbi etiam Andreas dicit in fin. quòd hodie quando priuatus priuato furatur vltra vnciam, punitur poena mortis per istum text.nostrum,& vide Cæpo. consil. 4. ¶ Quæro, dicitur in text.nostro, quòd qui committit furtum vsque ad
130 augustalem, fustigatur &c. † quantum valet augustalis? Matth.de Affli.in constitu.regni quicunque mulierem,colum.2.dicit, ꝙ augustalis valet quindecim carlenis, & sexaginta carleni valent vnciam, & dicit, quòd hodie ista moneta de auro de augustalibus raro inuenitur. Ad illud, quod dicit Seb.hic,quòd dictio vsque ponitur inclusiuè,& sic pro furto vnius augustalis integri imponitur poena fustigationis &c.vt in hoc tex.adde ꝙ bene facit gl.in l.idest. ff.de dolo.& glo. in constitu.regni instrumentorum robur. in verbo infra libram,cum concor.in d.locis. ¶ In quan-
131 tum autem Seba. hic tenet, † ꝙ septuaginta duo aurei faciunt libram,adde glo. in d.l.idest.ff.de dolo,& glo.in l.fin. ff. de in ius vocan. Sed hodie ex quo aureus, siue ducatus non est nisi octaua pars vnciæ, secundùm Barto. in l.quotiens.C.de suscep.& Arca.lib.10. nonaginta sex ducati faciunt libram,ita tenet Ias.qui multos allegat in d.l.fin. col. 1.ff.de in ius vocan.& in l.lecta,col.3.ff.si cer.pet. & Matt. de Affli. in d. constitu. quicunque mulierem.col.2.& latè Fely.in cap.conquerente,extra de offic.ordi. Et hoc est vti le scire pro donatione,quæ requirit insinuationem,quando est vltra quingentos aureus: vt in l.pen.C. de dona.Et similiter in regno in instrumento excedente libram auri debent subscribi tres testes,vt d.constitu.instrumentorum ro
132 bur. ¶ † Quæro,an mulier prægnans, quæ commisit furtum possit fustigari? Bal.in l.Imperator.in 2.lectu.ff.de sta tu homi.& ibi Ange. tenet ꝙ non, quod procedit, etiam si esset pręgnans vnius diei,& etiam si esset pręgnans ex alio, quam ex marito, vt ibi per Bal. sicut etiam non potest torqueri,vt ibi per eum,& in l.pręgnantis.ff.de pęn.nec etiam potest mutilari, vt tenet Ange.in d.l. Imperator. colum. 1.
133 ¶ † Quæro,an fustigatus dicatur infamis? Vide text.glo.& docto.in l.cognitionum.ff.de var.& extraordi.cogni.& in l. ictus fustium.ff.de his qui not.infam.vbi ꝙ non,nisi tortura detur ad pęnam l.nullam.C. ex quib.caus.infam.irrog.
134 ¶ † Quæro, an fustigatio dicatur pęna capitalis? Dic ꝙ non, vt probat text.in l.capitalium.in prin.ff.de poen.& tenet Bald.in l.transigere.col.4.& ibi Saly.C.de trans.& Alexan.in l.2.col.3.in fi.C.qui testa.fa.pos.cum concor.in d.locis & Rob.Maran. in suo trac. speculum aureum. in 2. di-
135 stin.in car.16.col.2. illius distin.nu. 5. 9. ¶ † Quæro, quæ sint indicia in crimine furti? Respondeo, quòd sunt multa,de quibus vide latè Fran.Bru.in trac.de indi.in secunda carta,col.2.versi.& primò in crimine furti,col.2. cum seq. vbi multa indicia ponit, quæ per te videre poteris, & latè ponit D.Marc.Ant.Pataui.in repe.l.fi.ff. de quæst. vbi vide. Et an scala alicuius reperta apposita ad fenestram, vbi est factum furtum, faciat indicium contra dominum scalæ? Et quid si res furata est reperta penes aliquem, an & quando faciat indicium? De omnibus vide Par. in trac.sindi.in verbo tortura.§.an stetur dicto torti.colum.7. Et ibi an per probationem bonæ famæ tollatur tale indicium, de quo etiam per Decium in l.qui accusare.col.2.ff.de edē. & per Bald.& alios in l.inciuilem.in fin.C.de furt. Alex. consi.5. 1.vol.& Ang.in trac.malefi.in verbo & vestem cęlestem,colum.23.Et an vicinitas faciat indicium, vel si fuit visus infero facti furti ire armatus per vicina loca præter solitum? vide Par.in d.uerbo tortura.§.mandauit rex. col.5.cum cō cor.in d.locis allega.Quæro, cōfessus vel conuictus fecisse furtum,quas defensiones facere poterit? Dicas, ꝙ poterit probare aliquam ex fallentiis superius positis, & vide etiā, quæ dicit Par.in d.verbo tortura.§.sequitur quæstio quoti
136 diana.col.4.versus fi. vbi vide. ¶ † Circa illud, quod tangit hic Seb.si famosus latro tortus nihil confitetur, an debeat liberari,vel condemnari? Et quid si confitetur se esse latronem,& disrobatorem stratarum, sed in specie crimina nō confitetur,an sibi noceat? Et quid si sit fama publica in toto populo,vel in tota prouincia,quòd sit famosus latro? de omnibus vide Pari.in tra.sindi.in verbo tortura.§.quidam latro famosus,per totū,vbi an possit saltem damnari ad relegationē.Et tenet ꝙ nō potest dānari capitaliter, sed pęna
137 extraordinaria,vel relegationis. ¶ † Quid autem si accusator,qui dicit se disrobatum,fuit inuentus calumniosam instituisse accusationē, an debeat torqueri? vide Par.in trac.
138 sindi.in verbo tortura.§.quidam vir leuis, col.1. ¶ † Quærò, an in crimine furti possit ex officio procedi? Andr. de Iser.in constt.regni super incisionibus,in fi.& ibi Matth.de Affli.in vlti.col. tenent, ꝙ potest contra furem inquiri per iudicem,idem videtur tenere Bald.in ca.at si clerici. col.4. extra de iudi.ibi, an condemnatus de furto per inquisitionem, hoc etiam expresse tenet Seb.de Neapo.in c.regni si de furto,nu.216.hoc etiam videtur tenere Par. in tra.sind. in verbo inquisitio.col.2.in fi.Contrariam opi.ꝙ in crimine furti nō possit ex officio procedi,tenuit Luc. de Pen.in c.regni,cura nobis,nu.219.quia in priuatis delictis nō pro ceditur ex officio per inquisitionem, & furtum connumeratur inter priuata delicta: quia est ante rubr. de publi.iud. & licet sit aucta pęna: non tamen mutatur ipsius criminis cognitio,vt de priuato fiat publicum,vt ibi latius per eum, & non obstante ꝙ imponatur pęna mortis vt in tex. nostro tamen dicitur priuatum delictū,vt tenet gl. in l.pen.in ver bo summo supplicio.ff.de condi.cau.da.& ibi Ias.& Alex. in rub.ff.de fur. hanc opin. tenuit etiam Luc.de Pen.in l.si vacantia.col.4.versi.in regno aūt.C.de bo.va.lib.10.Matth. de Affli.in consti.regni,eos qui scienter.col.1.in fi.cum sequen.& Seba.de Neap.in d. c. cura nobis.& Matt.de Affli. in consti.regni,iustitiarii nomen,in 18.nota. qui omnes tenent,ꝙ in furto non potest ex officio procedi,& sic (vt vides) articulus est dubius.In quo conclude,ꝙ furtum dicitur priuatum delictum, & in furto non potest regulariter iudex ex officio procedere, nisi delictum esset notoriū,vel commissum coram iudice,seu officiali: quia tunc licet sit delictum priuatum, potest nihilominus inquiri, vt tenet D.M.Rober.Maran.in suo tra.spe.aureū, in sexta parte,ver sic.inquisitio.car.53.nu. 169.¶ Limita etiā non procedere, qn furtū excederet summā augustalis in regno:quia tūc ex quo veniret imponenda pęna manus, vel pęna mortis naturalis, qn excederet vnciā,& tali casu posset iudex ex officio procedere:qa vbicunque venit imponēda pęna mortis naturalis, vel ciuilis, aut mēbri abscisio, potest ex officio procedi c.ne tuorū,nu.237.& in c.vt delatas,nu. 235.& in specie tenet Par.in d.verbo inquisitio,col.2.in fi.& Rober.
139 Mar.vbi supra. ¶ † Quæro,est formata inquisitio, vel accusatio de furto, & in ea dicitur, ꝙ furto subtraxisti talem rē ad Titium pertinentem,sed non dicit iure dominii,vel quasi, an talis inquisitio, vel accusatio procedat, an verò corruat.Breuiter dicas,ꝙ talis accusatio,seu inquisitio nō procedit,sed corruit: quia verbum pertinere,latissimè sumitur,& comprehendit etiam illū, cui debetur actione personali l.verbum pertinere.ff.de verbo.signi.& ideo non competeret accusatio, vel inquisitio pro furto, & sequi debet absolutio,ita voluit Bar. consi. 154. videtur dicendum dictos accusatos,& Maria. Socin. consi.8. visis & diligenter inspectis. colum.2.Hippo.in sua prac.crim.§.constante colum.8.in prin.versi.modò redeundo, & in sing. 275. statui omnino, & in consil.26. statui iamdiu. colum.3. cum seq. & D.meus Io. de Arnono.soliloquio.42. incipiente in materia furti,quæ nota,vt scias formare inquisitionem,& pro cessum,& scias etiam adiuuare clientulum. ¶ † Quæro,
140 quidam commisit furtum in re valente infra augustalem quo casu secundum dispositionem tex.nostri debet fustigari,& signari in fronte,& nihilominus de tota prouincia bādiri. Sed quia furtum non erat plene probatum, sed erant indicia sufficientia ad torturam, dubitatur, an in hoc casu habeat

habeat locum tortura, ita quòd ille reus possit torqueri? Difficultas causatur: quia text. in c. tormenta, infra de tormentis, num. 144. dicit, quòd tormenta adhiberi debent in criminalibus, pęnam vltra relegationem infligentibus &c. & idem dicitur in cap. si iuste, circa prin. num. 146. sed pro dicto furto imponitur poena fustigationis, & signatur in fronte, & de prouincia bannitur. Vnde dubitatur, an torqueri possit? Ista quaestio est magnae importantiae & doct. multum variant. Et pro parte affirmatiua, quòd habeat locum tortura, adducitur illud, quod in terminis dixit Bar. in auth. de incest. nup. colum. 1. in nota. vbi tenet expressè, ꝙ poena fustigationis est maior, quàm poena relegationis, vt probatur in illo tex. quia contrahenti incestas nuptias imponitur poena confiscationis, & exilii & cinguli, seu dignitatis amissio, & si persona fuerit vilis, imponitur etiam verberatio, vt ibi. & in auth. incestas. C. de incest. nup. & sic ibi probatur, quòd verberatio, seu fustigatio est maior exilio, & relegatione: quia vltra relegationem imponitur verberatio, ad hoc etiam facit text. in l. fi. ff. de iniur. & hoc intelligit Bart. vbi supra procedere in atroci, & graui fustigatione, secus in leui, vt dicit etiam Spe. in titu. de iur. om. iudi. in prin. colum. 4. versi. quid de relegatione: quia dicitur esse de mero imperio, vt ibi per eos, & relegatio videtur de mixto imperio, secundùm Spe. vbi supra. Secundò pro ista parte adduco tex. de quo alii mentionem non faciunt, in auth. vt iudi. sine quo. suffra. §. oportet enim. ibi, si eos quidem, qui in vilibus capiuntur furtis, ipsi torquebũt &c. & sic ibi probatur, quòd pro furto vili torquetur.

ADDITIO noua. Sed Vincentius Maxilla modernus doctor referendo mea scripta hic in consuet. Barensi, quae incipit, si inter, col. 8. nu. 31. respondet, quòd illud verbum torquebunt, positum in d. §. oportet. ponitur pro coërctione & punitione, quasi ꝙ iudices non cessant agere, punire, & coercere fures vilium furtorũ, quousque redideri nt. Et potest intelligi in furto decem ducatorum, vt ibi per eum: sed ista sua vltima responsio non valet, cum sit diuinatiua: nulla enim ibi fit mentio de decem ducatis nec plus, nec minus, ideo non valet. Alia prima responsio minimè obstat: quia etiam si esset verum, quòd ipse dicit, quòd verbum torquebunt, ponitur pro coërctione & punitione: tamen si potest corpus torqueri & cruciari pro poena, ergo de iure communi potest inferri tortura: quia etiam in causa pecuniaria habente crimen annexum habet locum tortura c. 1. de depo. Par. in trac. sindi. in verbo tortura. §. an in causa pecuniaria, col. 1. Hippo. in l. diuus. in prin. colum. 2. ff. de quaestio. Et tormentum dicitur, quando corpus affligitur l. item apud. §. quaestionem. ff. de iniur. l. 1. §. quaestionem. ff. ad Sille. glo. in cle. 1. de haere. Immo ieiunia dicuntur tormenta, vt ibi dicit gl. Et carcer, qui dicitur mala mãsio, dicitur tortura d. l. item apud. §. quaestionem quomodocunque ergo intelligatur ille tex. siue de coërctione intelligitur tormentum, siue de poena, quia si pro poena vilium furtorum corpus potest torqueri, ergo & pro eruenda veritate potest torqueri: cum habeat crimen annexũ, & qui vult consequens, videtur velle necessarium antendens l. illud. ff. de acquiren. haere. Et ideo responde, vt infra ad illum tex. ꝙ loquitur inspecto iure communi. Et istam opin. in terminis tenuit Par. in tra. sindi. in verbo tortura. §. an in causa pecuniaria, col. 1. vbi dicit, ꝙ in furtis quantumcunque minimis, in quibus imponitur poena sanguinis, habet locum tortura, vt ibi per eum, licet nihil alleget, pro ista etiã opin. facit, quod dicit Saly. in l. transigere, col. 4. versi. ex ista solutione. C. de transa. vbi dicit, ꝙ crimen pro quo imponitur simplex poena fustium, dr̃ crimen capitale, & sanguinem fundi, vt ibi per eum. Et pro ista etiam parte adducitur illud, quod dixit Alex. consi. 116. animaduersis statutis 2. vol. vbi concludit, ꝙ in casu, in quo vltra relegationem venit imponenda publicatio bonorum, dicitur excedere relegationem, non potest interuenire procurator, & sequitur Socin. consi. 157. praesens consultatio. colum. 4. & 5. 2. volu. & quae dicit Archi. in cap. corripiantur 2. quaestio. 3. & nouissimè istam opin. tenuit D. meus Rober. Marant. Venusinus in suo trac. speculum aureum, in quarta parte, in secunda distin. colum. 2. in car. 6. vbi dicit, quòd primò fuit opin. ꝙ in isto casu non habeat locum tortura. Sed modo melius considerando tenet istam opin. mouetur praecipuè: quia vltra fustigationem bannitur de prouincia, & sic est alia poena vltra poenam relegationis, vt ibi latius per eum, licet omnia praedicta non alleget. Et istam partem nouissimè tenet Carre. in sua prac. crimi. in l. obseruare. §. curabit. nu. 179. C. quo. app. non recipi. ¶ Pro parte verò contraria, quòd in furto ab augustali infra non habeat locum tortura, adducitur docto. Bar. communiter approbata in l. imperium, colum. 4. versicu. quartò est imperium paruum. ff. de iur. om. iudi. vbi dicit, quòd relegare aliquem est de mero imperio paruo, & de isto eodem imperio paruo est omnis poena, per quam corpus alicuius acriter affligitur, vt ibi per eum, quem sequuntur communiter docto. ibi, & Ias. ibi colum. 12. versi. tertius gradus, & ibidem Decius col. 9. versi. in quarto gradu. vbi omnes tenent cum Bart. quòd relegatio, & omnis poena, per quam corpus acriter affligitur, dicitur de isto mero imperio paruo. Si ergo relegatio, & fustigatio sunt eiusdem gradus meri imperii parui, ergo inter eos non datur maioritas, sed paritas, & par in parem non habet imperium, nec superioritatem l. nam magistratus. & ibi glo. ff. de arbi. l. ille a quo §. tempestiuum, & ibi glo. & doct. ff. ad Treb. Pro ista parte facit, quod dicit Bald. in d. l. imperium. colum. 3. in fin. versic. nunc describamus, cum duobus sequen. vbi dicit, ꝙ inter minimas causas meri imperii comprehenditur etiam fustigatio, & ibi etiam in versic. sed iuxta hoc, tenet, ꝙ relegatio est de medio imperio mero ex quo in relegatione est aliqua coerctio corporis: quia relegatus debet se a quibusdam locis abstinere, vt ibi per eum, vbi etiam dicit, quòd fustigatio est de imperio minimo, & sic Bald. non ponit fustigationem esse maiorem relegatione, & hoc etiam fatetur Rob. Maran. vbi supra. Et istam partem, quòd non habeat locum tortura in tali furto infra relegationem, in terminis tenuit Thomm. Gram. consi. 37. viso processu. nume. 15. qui dicit, ꝙ Par. loquitur sine lege, & contra tenorem d. c. tormenta, & per alia, vt ibi per eum. Istam opi. tenuit etiam D. meus Io. de Arnono commenta. 133. tu habes, vbi tenet, ꝙ nõ est dicendum, quòd pro re minima infra augustalem habeat locum tortura. Et licet in aliis non bene dicat, dum dicit, ꝙ d. c. tormenta, & tex. noster sunt correcta per ca. tormentis, num. 196. quia licet in ordine scripturae ille tex. sit posterior: tamen fuit ante compilatus, vt dicit Seb. in ca. tormenta. in princ. infra, tamen quò ad casum nostrum bene loquitur. Pro ista etiam parte adducitur: quia si haberet locum tortura, magis affligeretur per torturam, quàm per verberationem, vt dicit Praepo. 45. distin. in sum. colum. fina.

ADDITIO noua. Et tortura grauior est, quàm utriusque manus incisio, ut in authen. vt nulli iud. §. fin. pro ista etiam parte bene facit, quod tenet Fran. Bru. in tra. de indiciis, in 2. par. car. 6. in tertia quaestione, vbi tenet, ꝙ in leuibus criminibus non habet locum tortura, & ibi ponit, quę dicantur leuia crimina, & istam etiam partem tenet modernus doctor Vincentius Maxilla in consue. Barensi, quae incipit, si inter. col. 5. versi. sed quaero, vbi refert omnia mea scripta hic, & tenet hanc opi. Et tenendo istam partem ad contraria responderi potest. Et primò doctri. Bart. in d. authen. de incest. nup. non obstat: quia cõmunis opi. est contra eum, vt per Bar. & doct. in d. l. imperium. Nec obstant iura allegata per Bar. vbi viles uerberantur: quia in d. iuribus non dicitur, ꝙ fustigatio sit maior relegatione. Sed illis vilibus in locum amissionis dignitatis imponuntur uerbera: quia uiles dignitatem non habent, & si non imponerentur uerbera, remanerent impuniti, cõtra l. ita uulneratus. ff. ad leg. aquil. & uerbera debent esse aliena ab ingenuis personis l. consensu. C. de repu. unde imponitur exilium temporale, & puniuntur in bonis. Sed verbera imponuntur seruis ꝰ uilibus: qa uiles personae uerbera non curant, vt dicit

Bar.

Bar.in l.1.§.fi.ff.de pœni.& Spe.in tit. de accuf.§.quinto,in fi.in 3 par.fustigatio enim respectu infamiæ reputatur maior,vt dicit Archi.in d.c.corripiantur.& Soci.d. consi.157. sed hoc in vilibus non consideratur,vt dictum est.

ADDITIO noua. Et ꝙ fustigatio sit minor pœna, quã exilium,probat tex.in l.capitalium.§.solent.ff. de pœni. nam illi acclamantes pro prima vice fustibus cæsi dimittūtur,pro secūda exilio damnantur, ergo dicitur maior pœna propter reiterationem delicti: quia delicta reiterata magis puniuntur l.3.in fi.C.de epi. audi.¶ Nec obstat tex. in d.§.oportet enim. in auth.vt iudi. sine quoquo suff.quia ibi loquitur inspecto iure communi, secus per dispositionem c.tormenta,vbi dicitur, vt solū adhibeantur tormenta in delictis, vbi venit imponenda pęna vltra relegationē. ¶ Nec obstat,quod dicit Saly.in d.l. transfigere. quia communis opi.est contra eū,ꝙ fustigatio nō sit pęna capitalis, vt dixi supra eo.versi.quæro,an fustigatio, & tenet Rober. Maran.vbi supra & Alex.in allegato consi.116. in fi.2. vol.

ADDITIO noua. Et vide Io.de Ana. consi.21. videtur,vbi dicit,ꝙ fustigatio est pœna personalis, non dicit capitalis,& vide,quæ dicã infra c.si iuste 146.nu.44.¶ Nec obstant,quæ dicit Alex.in d.consi.116.& Soci. in d.consi.157. dum dicitur, ꝙ quando imponitur relegatio, & bona publicantur, dicitur maior relegatione: quia ratio est: quia talis pœna participat de deportatione,vt ipsemet Alex.dicit, & deportatio est maior relegatione: quia deportatus amittit ciuitatem & bona, secus in relegato, vt latè per gl. in §.cum autem.in verbo relegato. Insti. quib.mo.ius pat. pot.sol.Sed in casu nostro nulla ex istis pęnis participat cū deportatione,igitur &c. ADDITIO noua.Et deportatus æquiparatur mortuo,vt dicit Bal.in l.Gallus.§.& quid si tantum.col.1.in fi.ff.de lib.& posth.quod nō est in relegato,vt in locis præallegatis.¶ Nec obstat,quod dicit Rober. Maran.vbi supra ex eo, ꝙ imponuntur plures pęnæ, dicitur vltra relegationem: quia respondeo dupliciter. Primò ꝙ in casu d.c.tormenta. non consideratur pluralitas pęnarum,sed consideratur qualitas & maioritas pęnæ, si est vltra relegationem necne, vt in simili dicit glo. in l.pen.§.ad crimen.ff.de pub.iudi.& in l.1.ff. an per alium cau.app.Secundò respondeo, ꝙ licet plures pęnæ imponantur: non tamen quælibet pœna dicitur maior relegatione:quia censentur plures pęnæ separatæ per ea,quæ dicit Ias.in l.scire debemus.col.3.in prin.ff.de verb.obli.vbi dicit,ꝙ si ex forma statuti bannitus in centū potest impune offendi, si aliquis est bannitus ex vna causa in quinquaginta, & ex alia in aliis quinquaginta in eadem sententia,non poterit offendi:quia nō est bannitus in centum.ADDITIO noua.Et quòd non fiat cumulus & conceruatio,vltra prædicta multa alia similia allegat And.Barb. consilio posito inter consilia Alex.134.clementissimi Dei,col.1.cum sequen.4.vol.& cumulatio pœnæ non auget delictum per ea, quæ dicit Matth.de Afflic. in consti.regni, Iustitiarii nomen.in decimooctauo nota. & sic diuersitas pęnarū non facit esse maiorem pęnam:quia quęlibet pęna de per se non dicitur maior relegatione, & ista pars mihi videtur verior, & magis de consuetudine obseruatur. ADDITIO noua.Et dictæ pœnæ censentur duæ pœnæ separatæ & non vna, & sic non dicitur pęna vltra relegationem, per ea quæ dicit Alex.in d.l.scire debemus,col.1.& ibi per alios, & sic non erit locus torturæ, & ita legēdo in terminis hoc tenuit dominus meus Io.Nico.de Vicariis de Salerno in d.l.scire debemus,& istam partem etiã tenuit Fran.Bru.in d.tra.de indi.in 6.car. ibi tertiò principaliter quęro,vbi tenet,ꝙ furtū rei paruę ẽt dolo cōmissum dicitur leue delictum,& in leuibus nō habet locum tortura,vt ibi per eum, sed in furto magno, in quo imponeretur pœna corporalis vltra relegationem,iuxta terminos huius c. tunc haberet locum tortura,& ita loquitur Matth.de Affli.in consti.regni,in causa depositi.in fi.Et Pau.Gri.in trac.de quæstio.in 7.quæstio.dicit, ꝙ pro furto leui torquetur & sic contra ea quæ dicit Fran.Bru. Tamen in casu nostro non obstat: quia ipse loquitur inspecto iure communi, secus inspecto iure regni, vt dictum est. Et sic istam partem, quòd in tali furto infra augustale non habeat locum tortura,contra dicta per Rober.Mar.tenent Thom. Gram. Io.Nico. de Vicariis, Io. de Arnono ambo præceptores mei,Vinc.Maxilla & alii in locis pręallegatis,& ita est tenendum,& de consuetudine obseruatur. Minimè etiam habet locum tortura in eo, penes quem sunt reperta animalia aliena, quæ dixit inuenisse oberrantia,vel a manibus latronum eripuisse,iuxta dispositionem consti.regni. peruenit,la 2. quia licet pro latrone iudicetur: non tamen punitur pœna mortis, nec torqueri potest,vt dicit Matth.de Affli.in d. consti. peruenit.col.2.in

141 sexto nota. ¶ † Quid si aliquis est accusatus, vel inquisitus de furto tanquam de furto manifesto,& probatur furtum, sed non qualitas,ꝙ sit manifestum, an debeat sequi absolutio,vide Luc. de Pen. in l.fi.col. 3. cum seq.C.de deser. lib.12.latè Ange.Are.in tra.malefi.in verbo sanguis exiuit, & in verbo super quibus omnibus, vbi ponit, quando aliquis accusatur, ꝙ percussit cū sanguinis effusione,& non probatur effusio sanguinis,ꝙ debeat sequi absolutio, vt dicit Bal.in l.2.C.de iure emphi.& est glo.ordi.in c. cum illorum.in verbo effusionem,& ibi Abb. extra de sent.excō. glo.in c.Romana.in verbo effundendum, extra de electio. in 6.& tex.16.q.1.c.reuertimini,& Alex.consi.121.viso processu, col. 5.vbi hoc limitat non procedere, quando esset apposita clausula super quib. &c.vel clausula nō se astringens &c.vt per Ang.Aret. in d. trac. malefic.in verbo super quibus omnibus, quia tunc si non appareret de qualitate, posset puniri de simplici vulnere, vel de simplici furto. Et ad prædicta vide etiam Maria.Soci.consi.39. visis & inspectis,col.fi.1.vol.& Hippo.consi.7.in præsenti dubitatione. col pen.& fi.vbi concludit,ꝙ quando qualitas non probatur, debet sequi absolutio, sed potest de nouo formari inquisitio,& vide,quæ dicit Ange.in d. trac. malefi.in verbo de anno præsenti,& Gandi.in suo tra.malefi. sub rubr.qualiter fiat accusa.col.3.circa fi.& in rubr. de pœnis reo.col. 18.& Bar.consi.117.accusatio fuit instituta, & Pet. Philip. Cor.consi.197.per totum 2.vol.Bonif.in tra.malefi.in rub. quid sit accusatio.col.1.& per omnes in ca.licet causam, extra de proba.& vide, quæ dicit Ange. Are.in §.omnium col.7. Insti.de actio. & ibi Ias.

142 ¶ † Quid autem si vniuersitas deliquit,puta commisit furtum,vel aliud delictū communicato consilio,& fuit vniuersitas pecuniariter condēnata,an singuli delinquentes corporaliter puniantur? Vide Lucam de Penn.in l.3.col.pen.& fi.C. de exa.& exequ.

143 lib.12. vbi ꝙ sic. ¶ † Sed quid si furtū cadit in speciale nomen delicti, qualiter puniatur? Vide Lucam de Pen.in l. fi.col.2.circa prin.C.de deser.li.12.Qualiter autem teneatur ille,qui incidit arbores? Vide Matth.de Affli. in consti. super incisionibus.Et qualiter, qui tenetur vi bono. rapto. Et qualiter, qui tenetur ex titu. de incendio rui. naufra. Et qualiter violātes sepulcra mortuorum. Et qualiter spoliantes suspensos,& mortuos. Et qualiter, qui tenetur de termino moto.Et qualiter,qui retinet pecuniam ciuitatis,vel occupat bona nondum ad fiscū deuoluta. Et qualiter, qui tenetur ex titulo de abigeis, de omnib. prædictis & multis quæstionibus vide Iaco.de Bel.in sua prac.crim. in rub.de fur.col.7.cum sequen. quia hic non pono breuitatis causa. Et ad materiam de furtis vide latè per Ang.in d.tra.malefic.in verbo,& vestem cælestem abstulit,& Gandi. in trac. malefi.in rub.de fur.& Bonifa.in suo tra.malefi. in eadem rub.& Iaco.de Bel.in loco præallegato, & docto. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. Hosti.in sum.in titu.de furt. cum concor.in quibus locis vide,quia breuitatis causa nō pono.¶ In quantum Seb. hic in fi.dicit, quòd hodie est iure nouissimo determinatum, ꝙ pro furto quinque solidorum,seu aureorum potest furca suspendi,vt in titu.de pace tenen. §. siquis quinque solidos. Aduerte, ne decipiaris: quia ibi est casus specialis,vt supra dixi, & in hoc tenet, ꝙ ad hoc vt possit suspendi, furtum debet excedere vnciam vt in hoc text. nostro, & tenet Andr. de Isern.in d.§.siquis quinque

quinque solidos.& in constitu.regni officiales reipublicæ,
144 & supra dixi.¶ † Quærit hic Sebastia. An expilatores hære-
ditatis puniantur pœna, de qua in isto capitulo nostro, vt
sic, si excedit vnciam, possit suspendi, videtur ꝙ sic: quia ex
pilatores fures esse dicuntur l. 1. §. expilatores. ff. de effra. ff.
quod met. caus. l. si cum exceptione. §. qui vim intulit. In
contrarium adducitur, quia expilatores non dicuntur pro-
priè fures l. 2. C. de cri. expi. hære. & glo. in d. l. 1. §. expilato-
res. ff. de effra. ADDITIO noua. Et dicit glo. Insti. de
stip. ser. in prin. in verbo plerisque, ꝙ hæreditati iacenti fur
tum fieri non potest, nisi in tribus casibus, vt ibi per glo. Et
isti tales expilatores puniuntur pœna extraordinaria arbi-
traria l. 1. & l. diuus. ff. de cri. expi. hære. & d. l. 1. §. expilato-
res. ff. de effra. & istam opi. tenet Iaco. de Bel. in sua pra. cri-
mi. in rubr. de fur. col. 6. & Bart. Cępol. in aucten. sed nouo
iure. col. 21. C. de ser. fugi. & idem Cæpo. consi. 21. circa ac
cusationem. num. 8. cum seq. allegat, ex quo est differentia
inter furtum & crimen expilatæ hæreditatis, patet: q̄a sunt
diuersi tituli criminis, & sic diuersus debet esse effectus, &
pœna est diuersa: quia pęna furti quandoque est pęna fur-
carum, secus in crimine expilatæ hæreditatis, vt latè per
Cæpo. in d. consilio, & Matth. de Affli. in constitu. aduoca-
tos 2. nota. & istam opi. tenet etiam hic Seba. de Neap. quia
expilatores non sunt propriè fures, vt dictum est, & istud
c. est correctorium iuris communis: quia pro furto de iu-
re communi regulariter non imponitur pęna mortis l. pe-
nul. & fi. ff. de fur. & in d. aucten. sed nouo iure. & ibi glo. &
docto. C. de ser. fugi. & in correctoriis non fit extensio, vt
hic per eum, & ista est communis opi. Et ad prædicta vide
etiam Alber. Bru. in tra. de consti. decre. statu. in verbo fur-
tum. Et nota pro intelligentia & declaratione prædictorū
ꝙ expilatores dicuntur, quando res aliqua subripitur de
hæreditate iacente, antequam fuerit adita, vel post aditā,
antequam res ad hæredem peruenerit, vt declarat Iaco. de
Bel. vbi supra: quia si postquam peruenit ad hæredem, sur-
ripiatur, secus erit. Et nota vnum dictum, quod posuit Ale
xan. consi. 127. pulchrè. col. 1. 4. vol. quòd si vxor, quæ rema
net vidua, tenuit penes se bona mobilia mariti, pręsumitur
iure hypothecæ potius, quàm animo furandi, vel expilan-
di hæreditatem tenere, & qui dicit contrarium, debet pro-
bare, vt ibi per eum. Aduerte tamen, ꝙ licet in supradicta
quæstione communis opi. sit, quòd expilans hæreditatem
non punitur pęna huius c. quia sumus in correctoriis & pę
nalibus, & ex hoc subintratur in illa periculosa materia,
nunquid in pęnalibus, & odiosis sit licita extensio, in qua
docto. antiqui & moder. multum inter se variant. Et primò
capiendo partem negatiuam, quòd non sit licita extensio
in pęnalibus, & odiosis, vt dicit hic Seb. adducitur text. in l.
cum quidam. ff. de lib. & posth. & ex fine illius tex. sumitur
regula, & tota die allegatur, quòd in odiosis non est licita
extensio: quia odia debent restringi, vt in regula odia. extra
de reg. iur. in 6. vnde in pęnalibus: quia odiosa sunt, non est
licita extensio, vt in regula in pęnis, de regu. iur. in 6. Et sic
iura pęnalia non extenduntur ex identitate rationis secun
dùm Bar. Bald. Raph. Fulg. & Lud. Roma. in l. fi. per gl. ibi.
ff. de in ius vocan. eandem opi. in consulendo sequutus est
Alex. consi. 255. viso instrumento. col. 2. in fi. 2. volu. qui te-
net, quòd in pęnalibus non fit extensio etiam ex identitate
aut maioritate rationis, allegat l. præses, & l. si de interpre-
tatione. ff. de pœn. not. per Io. And. in d. c. odia. in mercu. &
not. per Cyn. in l. 1. C. quæ sit long. consu. glo. in c. 1. extra
de temp. ordi. in 6. Bald. in l. 1. C. de interd. moder. in l. si ve-
rò. §. de viro. ff. sol. matri. idem tenet Alex. in l. cum mulier.
col. 1. in quinto nota. ff. solu. matri. allegat Io. And. in regu-
la possessor. in Mercu. extra de reg. iur. in 6. & in c. in pęnis,
eo. titu. & Alex. vbi supra, ponit duas limitationes, idem te-
net Alexā. in l. 1. col. 3. in fin. versic. nec obstat. ff. de verbo.
oblig. vbi etiam ponit limitationem, idem tenet Matth. de
Affli. deci. 404. fuit per illustrem. col. 7. in quarta difficulta-
te versi. primò quia, vbi dicit, quòd pęnalia per identitatē
vel maioritatē rationis non extenduntur, allegat glo. in d. c.
1. de temp. ordi. in 6. & allegat Alex. consi. 113. vol. sed cor-
ruptè allegat: quia voluit allegare Alex. in d. consi. 225. & di
cta glo. in d. c. 1. videtur sentire contrarium, quando esset
eadem ratio, vel omnimoda similitudo: quia tunc non di
citur proprie extensio. Eandem opi. ꝙ in pęnalibus non fit
extensio, tenet Io. de Imo. ut refert & sequitur Gemi. in d.
c. 1. colum. 3. de tempo. ordi. in 6. vbi ponit sexdecim limi-
tationes, & Anto. de Butr. in c. fi. extra de consue. pro ista re
gula solet allegari bonus tex. in l. & siquis. §. diuus autem
Marcus. ff. de relig. & sump. fun. ibi, pęnam tamen in eum
statutam non esse, quem tex. sic pro notabili allegat Bald.
qui nihil ignorauit, in l. 3. C. de sacrosan. eccle. & tenet Ge-
mi. in c. quamquam. in secundo not. per illum tex. extra de
electi. in 6. & in c. 1. de biga. in 6. pro ista opi. facit: quia lex
vel constitutio, quæ aliàs extenditur ex identitate rationis,
nunquam extenditur respectu pęnæ, vt egregiè voluit Io.
And. in c. dispendia. de rescrip. in 6. quod perpetuò est men
ti tenendum, refert & sequitur Gemi. ibi in 4. colum. Imò.
post Anto. de Butr. in c. fin. col. 5. extra de rescrip. & Abb. in
proæ. decre. in 4. col. & in c. 1. extra de loca. & Ant. de Butr.
in c. fin. colum. 13. extra consu. & tenet Io. And. in c. si for-
te, de electio. in 6. & ibi sequitur Gemi. in 3. col. licet con-
trarium teneat Abb. in d. c. fi. col. 3. extra de consue. quod
qualiter procedat, dicam infra in nona conclusione. Pro
ista parte facit pulchum dictum Io. And. in c. tibi qui. de re-
scri. in 6. & ibi Gemi. ad fi. not. & sequitur. quòd licet decre
tum Papæ afficiat ignorantes c. 1. extra de concef praeb. in
6. nūquam tamen afficit respectu pęnę. Et quòd in pęnali-
bus non fiat extensio etiam ex identitate rationis, tenuit
Ias. in l. cætera. §. sed & siquis, col. 3. circa fi. ff. de leg. 1. vbi
tamen hoc limitat, vt ibi per eum, eandem quæstionem
format Ias. in l. si constante. col. 15. in fi. versic. an autem. ff.
solu. matri. & se remittit ad dicta per eum in d. l. cum qui-
dam. ff. de lib. & posth. vbi Ias. in colum. 2. cum pluribus se
quen. multum latè ponit istam quæstionem, finaliter tenet
opi. pro regula, quòd in odiosis & pęnalibus non fit exten-
sio, & ibi ponit multas limitationes, pro qua opi. facit: nam
licet in correctoriis non fit licita extensio, etiam ex maio-
ritate rationis, vt in auth. quas actiones. C. de sacrosan. ec-
cle. & ibi docto. maximè Ias. colum. 6. cum sequen. & Bar.
in l. præcipimus. §. fi. C. de app. Bar. & doct. in d. l. si constan-
te, in nona q. primæ partis principalis, colum. 7. cum seq.
Tamen licita est extensio, quando ratio esset expressa in l.
corrigente; quia tunc non est propriè extensio, secundùm
Bald. in d. aucten. quas actiones colum. 2. & Pau. de Cast. in
l. eam quam. C. de fideicom. & Rapha. Cu. in d. l. cum mu-
lier. ff. solu. matri. & notat Alexan. in l. peregre. §. 1. ff. de ac-
quir. poss. & pro ista parte adducitur: quando est lex corre-
ctoria & pœnalis, quamuis ratio esset expressa, non fit ex-
tensio, glo. est, quæ allegatur pro sing. in clem. vt hi qui, in
verbo eisdem extra de æta. & quali. iuncto tex. dum ibi tex.
ponit rationem expressam, & tamen vult illa gl. quòd non
extendatur, & sequitur Ant. de Butr. in c. fi. in prima & 12.
fallentia, extra de consue. & Gemi. in d. c. j. in prima fallen-
tia, de temp. ordi. in 6. sed tex. in isto c. nostro venit correcti
uè ad ius commune: vt dictum est: quia de iure communi
pro furto non erat pęna mortis d. authen. sed nouo iure. &
ibi glo. & docto. C. de ser. fugi. & in c. nostro hoc corrigitur
& sumus etiam in pęnalibus, meritò non extenditur ad ex
pilatorem hæreditatis. Et istam etiam partem, ꝙ in pęnali-
bus & odiosis non fiat extensio, tenet Hippo. in sua pra. cri.
§. diligenter. colum. 27. versi. patet etiam, vbi hoc limitat,
& quòd non fiat extensio in exorbitantibus etiam ex iden-
titate rationis, tenuit D. Aymo consi. 173. in contractu so-
cietatis, colum. penul. & fin. Et sic ex omnibus prædictis ha
bes corroboratam communem opi. quòd expilans hæredi
tatem non punitur pęna posita in isto c. nostro, cū sit exor-
bitans, pęnale & correctorium. Sed contra prædicta addu-
citur: quia ex quo est eadem ratio in expilante hæreditatē,
sicut in committente furtum. Immo expilator hæredita-
tis dicitur quasi fur. d. l. 1. §. expilatores. ff. de effra. cum con-

cor.

cor. supra in prin. allegatis, & cum sit eadem ratio in vno sicut in alio, debet fieri extensio: quia etiã in pœnalibus & odiosis est licita extensio ex identitate vel maioritate rationis, tex. est in c. 1. §. porrò. versic. sed quia natura nouas properat edere formas, in tit. quæ fuit prima cau. benefic. ami. in vsi. feu. & ibi Bal. sibi contrarius cum his, quæ dixit in aliis locis expresse notat, & dicit, ꝙ ibi est tex. melior, quàm sit in iure, ꝙ in pœnalibus proceditur de similibus ad similia, siue loquamur in statutis pœnalibus, siue in consuetudinibus pœnalibus, idem tenet Bald. in l. his solis, per illum tex. in versi. satis etiam cautum putamus. C. de reuo. dona. & Imo. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. & in l. infamem. ff. de pub. iudi. Bald. in l. si quis id quod. per glo. ibi. ff. de iur. omn. iudi. & est de mente Bar. & docto. ibi, vt tenet Alex. sibi cõtrarius in d. l. si quis id quod. in vlti. col. ver. col ligit ẽt Bal. & idem Alex. in d. l. cum quidam. col. 1. & Alex. in auctẽn. licet. C. de lib. præte. nota. Saly. in l. 2. in 10. col. C. de noxa. & Ias. sibi contrarius in l. 1. col. 5. C. de trans. & in l. si quis maior. col. 3. versi. secundò facit. C. de trans. vbi dicit, ꝙ lex quantumcunque pœnalis, dummodo non sit correctoria, extenditur, & tenet Ias. in §. sequens. col. 2. Insti. de actio. vbi plus dicit, ꝙ etiam in correctoriis, nedum in pœnalibus fieret extensio ex identitate rationis, quando ratio esset expressa in lege secundũ magis communes conclusiones, & in text. nostro est expressa ratio, vt bona subditorum sub tuto permaneãt &c. eandem opi. tenet Ias. in §. tripli. col. 3. Insti. de actio. vbi respondet ad contraria, & tenet Phil. Dec. in c. 1. col. 14. versi. non obstant, extra de proba. & in consi. 697. his stantibus. col. 2. 5. vol. vbi dicit, ꝙ in pœnalibus fit extensio de similibus ad similia, idem simpliciter tenet Hip. sibi contrarius in l. sed sciẽdum. col. fi. ff. ad leg. Pompe. de pari. & in l. lege Cornelia. §. constitutum colu. pen. ff. ad leg. Cor. de sica. Et pro ista parte adducitur: quia etiam in pœnis maleficiorum fit extensio, & proceditur de similibus ad similia, tex. in l. famosi. §. pen. versi. vel ad exẽplum legis. ff. ad leg. iul. maie. Inn. in c. qualiter & quando, el 2. col. 5. extra de accu. Fely. in c. translato, col. 6. extra de consti. Bald. in l. si quis non dicam rapere, in 2. nota. C. de episc. & cler. & pro ista parte, ꝙ constitutio pœnalis extendatur, adducitur glo. in c. 1. in glo. fi. in verbo priuare, extra de postu. præla. quam Abb. ibi in pen. col. reputat notabilẽ & sing. quæ vult, ꝙ constitutio pœnalis edita contra eligentes indignum, vt sint ipso iure priuati pro prima vice potestate eligendi, extenditur ad postulantes scienter indignũ & licet Abb. reputet illam glo. sing. tamen est similis glo. in c. in causis, & ibi nota. Abb. in 5. col. extra de elect. quã glo. allegat Ias. in d. l. cum quidam. col. pen. ff. de lib. & posthu. Pro ista etiam parte adducitur: quia lex pœnalis extenditur etiam ad casum improprium, vt est tex. nota. in l. si vxor. §. 1. de adul. vbi ad faciendum puniri vxorem tamquam adulteram appellatione vxoris cõprehenditur vxor de facto, quæ non potest esse vxor, & quæ sine dubio propriè non est vxor, quem text. ad aliud propositum ponderauit Aret. in c. per tuas. col. 4. extra de proba. ad idem est glo. iuncto tex. in d. l. cetera. §. sed & si quis. ff. de leg. 1. per quã ibi notat Imo. & Alex. ꝙ in pœnalibus & odiosis fit extensio ad casum largum & impropriũ propter identitatem rationis. Et ꝙ fiat extensio ex identitate rationis etiam quò ad pęnam est tex. in l. 2. §. quod si curatores, & §. quod si deesserint. ff. ad Tertu. per quæ iura ita tenet Abb. in c. fi. in 2. col. extra de rescri. & in d. c. translato, extra de consti. quod qualiter procedat, dicam infra in nona cõclusione. Et pro ista opi. adducitur: quia ex quo non omnes casus, qui accidere possunt, scribi possunt l. neque leges. ff. de legi. vel propter humani ingenii exiguitatem, vel propter nimiam negotiorum multitudinem, vt nota. per glo. in d. l. neque, cũ natura nouas formas edere deproperet l. 2. §. sed quia. C. de vete. iur. enucle. & in d. c. 1. §. porrò. quæ fuit prim. ca. bene. ami. Vnde si casus contingeret, qui per legem, vel canonẽ non esset decisus, istud legislator abhorreret: quia legis lator abhorret casus remanere indecisos, vt dicit Albe. de Rosa. in quæsti. statu. in prima part. q. 9. quæ incipit. Item quæro quæstionem, in col. 3. Præterea adduci potest, quia ex quo est vna & eadem ratio in furto, & in expilatione hęreditatis, tali casu non agitur de extensione. Sed sicut genus omnes species comprehendit, ita ratio generalis omnes casus complectitur: vt latius per Decium consi. 372. vi sis & diligenter. col. 3. in 3. vol. cum concor. ibi, & sic videtur dicendum, ꝙ istud c. nostrum loquens in furto extendatur etiã in expilatione hæreditatis. Et tenendo istam partem, ꝙ in pœnalibus fit extensio. Ad contraria respondere poteris, prout respondet Ias. in d. §. tripli. col. 3. Instit. de actio. Et primò non obstant iura in contrariũ allegata. s. l. præses, & l. si de interpretatione, cum si. quæ volũt, dispositiones pęnales nõ esse extendẽdas: quia respondeo, illud esse verũ, nisi ex identitate rationis fiat, per tex. in d. §. porrò. cum aliis præallegatis. Nec obstat glo. in §. sequens. aliàs est in §. ex maleficiis. versi. Item mixta. super verbo in iudicium. Inst. de actio. & glo. in d. l. fi. ff. de in ius vocan. cum si. quæ volunt, ꝙ immo ex identitate rationis in pœnalibus non fit extensio: quia respondet Ias. vbi supra, & in d. l. fi. ꝙ illæ glo. procedunt, & habent locum, quando pęna imponeretur habito respectu ad priuilegium alicuius particularis personæ: quia tunc verũ esset, ꝙ nulla fieret extensio de similibus personis ad similes personas, nec de similibus casibus ad casus similes, & ita intelligit d. glo. Ias. in d. §. ex maleficiis. col. 9. & 10. & in d. §. tripli. ex mente Bal. in d. §. porrò. Sed istud ante eos tenuit Ray. de Forl. & Nic. de Neap. in 9. quæstione, glo. in d. §. sequens, & dicunt, ꝙ isto modo debet intelligi d. glo. & ita tenet in discursu Alex. in l. in ratione. §. quod vulgò. col. 12. ff. ad leg. fal. & refert Ias. in d. l. fi. col. pen. ff. de in ius vocan. Sed in proposito nostro pęna non ponitur habito respectu ad priuilegium alicuius personæ, ergo poterit extendi ad alios casus habentes similem rationẽ. Poterit etiam alio modo responderi ad illud fundamentum, quòd pęnæ sunt molliendæ, & propterea non extendendæ: quia fateor, ꝙ pęnæ non sunt extendendæ, & ꝙ nostrum non est pęnas extendere, sed lex antiqua est illa, quæ extendit virtute parificationis, & illa bene potest extendere, ita respondet Bar. in l. si quis seruo persuaserit. C. de furt. & Ias. in d. §. ex maleficiis. col. 10. in fi. Quid tenendum in ista varietate? Tene communem, quę est, ꝙ istud c. loquens in furto non habet locum in expilante hæreditatem, vt communiter tenent docto. supra allegati. Et similiter est cõis opi. ꝙ in pęnalibus & odiosis non est licita extensio etiã ex identitate & maioritate rationis, vt tenent cõmuniter doct. in d. l. fi. ff. de in ius vocan. & ibi Ias. col. pen. & ff. dicit esse cõem, & Ias. in d. l. cum quidam. ff. de libe. & posth. & doct. in l. si constante. ff. solu. matri. & Hipp. in sua prac. cri. §. diligenter. col. 17. versi. patet etiam cum cõcor. supra allegatis. Et tenendo istam partem, quæ est communis & verior. Ad contraria responderi potest, ꝙ in casu nostro istud c. nostrum est pęnale, & correctorium simul & semel, quo casu non fit extensio, etiã si ratio sit expressa, gl. in d. clem. 2. in verbo in eiusdem, iuncto tex. de æta. & quali. quam ad hoc notat Anto. de Butr. in d. ca. fi. in prima & 12. fallentia extra de consue. Gemi. in c. 1. in prima fallentia de tem. ordi. in 6. & Lud. Ro. consi. 129. incipiente, licet magna. & in d. l. si quis id quod. ff. de iur. om. iudi. Alex. in d. l. si constante. in prin. 6. col. & Ias. in l. fi. col. fi. ff. de in ius voc. Secũdò respondeo, ꝙ ẽt si istud ca. nostrũ extẽderetur ad expilatorẽ hæreditatis: tñ non extẽditur respectu pænæ, vt nota. tenuit Io. And. in c. dispendia, de rescr. in 6. & sequitur ibi Gemi. col. 4. Ant. de But. & Imo. in c. fi. de rescri. & Ant. de Butr. in d. c. fi. col. 13. extra de consue. Abb. in procœ. decre. col. 4. & in c. 1. extra de loca. Io. Andr. in c. si forte, & ibi Gemi. in col. 3. extra de ele. in 6. Et in specie ad alia respondendo. Nõ obstat tex. in d. §. porrò, quæ sit prima ca. bene. ami. quia ad illũ text. respondet Alex. in l. cum mulier. col. 1. ff. sol. matr. ꝙ ille tex. loquitur in pęna vtilis dominii existentis penes feudatarium sibi auferendi, quasi velit, ꝙ non sit verè materia pęnalis, & ita etiam dicit Ias. in d. l. fi. col.

col.fi.ff.de in ius voc.licet dicat, ꝙ eſt debilis reſponſio. Ad alias auctoritates Bald.& aliorum iuriũ, quæ loquuntur in pœnis maleficiorũ, poteſt dici, ꝙ cenſeatur materia fauorabilis, per id quod dicit Bar.in d.l.quẽadmo.circa mediũ. Et procedunt etiã cõtraria in caſibus ſpecialibus exceptuatis à regula, vt patet ex dictis Gemi.in d.c. 1. de temp.ordi. in 6.& Iaſ.in d.l.cum quidam.de lib.& poſth.& in d.l.fi.de in ius voc. Nec obſtãt reſponſiones datæ per Iaſ. in d.§.tripli.& in aliis locis præallegatis, dum dicit, ꝙ iura dicentia diſpoſitiones pęnales non eſſe extendendas, eſt verum, niſi ex identitate rationis ſecundũ eum: quia talis reſponſio eſt cõiter reprobata: quia immo ex identitate rationis non fit extenſio, vt tenet glo.in d. §. ex maleficiis. Inſti.de actio. & in d.l.fi.de in ius voc.& communiter doct.ibi & in locis præallegatis. Nec obſtat intellectus datus ad dictas glo. ꝙ intelliguntur, quando pœna imponitur habito reſpectu ad priuilegium particularis perſonæ, nã licet verum ſit in ſe, ꝙ priuilegiũ conceſſum reſpectu certæ perſonæ non extẽdatur: tamen quò ad illas glo. & quò ad caſum noſtrũ talis intellectus non procedit: quia eſſet contra communẽ intellectum Bar.Bal.& aliorum in d.l.fi. & eſſet reſtringere illa iura, propterea non eſt tenendus, ſed tenere debemus communem intellectũ per ea, quæ habentur in c.1.extra de cõſti.& ibi per Abb.& alios. Nec obſtat vltima reſponſio data, dum dicitur, ꝙ pęnæ non ſunt extendendæ, intelligitur. ſ.ab homine, ſecus ſi parificantur a lege antiqua: quia tunc ipſa lex extendit: quia illud intelligitur in eadem materia, in qua fit parificatio, ſecus in materia diuerſa, vt dicit Gemi.in d.c. 1. col. 3. in tertia fallentia, qui facit mentionem de doctri.Bar.in d.l.ſi quis ſeruo, & ponit illum caſum pro fallentia ad communem regulam. Nec obſtat, ꝙ reperiretur caſus indeciſus: quia immo ſatis eſt deciſus per iura in principio quæſtionis allegata, dum dr̃, ꝙ extraordinariè punitur. ¶ Et quoniam ſupra tacta eſt materia extenſionũ, quæ eſt ſatis periculoſa, & valde diffuſa, & quotidie allegatur, & dicit Fely.in c.traſlato.col. 5.verſi. vltimò tangit, extra de conſti. ꝙ ad attingendũ materiam iſtã opus eſſet longo tractatu, & eſt ampliſſimum pelagus, ideo poſtquã materia ſe obtulit contentus ero remiſſionibus, & breuiter relatis remiſſionibus, & dictis docto.colligam infraſcriptas concluſiones. Et iſta materia extenſionũ tangitur per Cyn. Bar.& Bal. in l. non dubiũ.C.de leg.Bar.in l.omnes populi.in 6.q.principa.ff.de iuſti.& iur.per Alb. de Roſ. in quæſtio.ſtatu.in prima parte, in 6.quæſtione, vbi multa ſcribit, per Iaco.de Bel.& Bal.in l.fi.C.de interd. matri. per Bal.in l.1.C.de interd.Io.And.& Phi.Fran.in c.odia.de reg.iur.in 6.Io. And.in addi.Spe.in tit.de actio.& peti.§.pen.in addi. quæ incipit, auctor, maximè in verſi. Item caute, per Imo. & alios in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu. matri. vbi proſequitur ordinem Domini Matthe.Mateſil.in tra.extenſionum, licet eum non alleget, per Cyn.& Bal.in l.1.C.quæ ſit long.conſue.latè per Matheſi.in d.tra.extenſio.per Bald.in l.de quibus.ff.de legi.per cano.maximè Ant.de Butr.in c.fi.de conſue. per Saly.in l.2.C.de noxa.per Pet.de Ancha.in repe.c. canonum ſtatuta.in 14.col.cũ ſeq.extra de conſti. per Ioã. And.in regula poſſeſſor.in mercu.per Ro. in repe.auth.ſimiliter.C.ad leg.fal.per Bal.in l.2.C.de patri.qui fil.diſtra. & in l.quod verò, & in l.non poſſunt.ff.de legi.per Imo.in l.2.§.Titio.ff.de dona.per Imo.& Gemi. latè in c.1.de tempo.ordi.in 6.per omnes in clem.j.de electio. & in cle.1.de reſcri.per Pau.de Caſt.in l.benignius.ff.de legi.per Fely.in d.c.tranſlato.col.6.cum ſeq.de conſti.per Alex.Iaſ. & alios in l.cum quidam.ff.de lib.& poſth.per Alex. in l.cum mulier.ff.ſolu.matri.& in l.ſi conſtante, col.4.eo. tit. & ibi per Bar.in 9.q.primæ par.prin.col.7 cum ſeq.per Ant. de But. in quęſtione ſua, quæ incipit Bononienſis, per Bar.in l.quẽadmodum.C.de agri.& cenſi.lib.11. per Bal.in l.non ſine. circa fi.C.de bo.quæ lib.Pau.de Caſt.in l.bona fides.ff.depo.Lud.Ro.conſi.105.viſo themate propoſito Io. de Ana. in c.j. extra de maled.Barto.& Bald.in l.ſi quis in graui, §. vtrum.ff.ad Sille. per Bald. & Alexan. & alios in l.ſi quis id quod.ff.de iur.omn.iudi.per Bald.in cap.1.§.porrò. quæ ſit prim.ca.beneſ.ami.Iaſ.in l.1.colum.5.C.de tranſ. Alexan. in aucten.non licet.C.de libe.præte. Iaſ.in l.ſi quis maior. colum.2.C.de tranſa.& in §.ſequens. colum.2. Inſtitu. de actio.Bar.Bald.Fulgo.& Ludo.in l.fin.& ibi Iaſ. colum.penul.& fi.ff.de in ius vocan. Iaſ.in l.non dubium. colum.3. cum ſequen.C.de legi.& in l.cætera.§. ſed & ſi quis, & ibi per alios.ff.de leg.j.per Barto.in authen. ſacramenta puberum, colum.penul.& ibi Iaſ.colum.5.& colum.19.C.ſi aduer.vend.Alexan.in l.1.§.ſi procurator.in fi.ff.quod quiſq; iur.per Philip.Decium in capi.1.colum.4.extra de probatio.& in capitu.tranſlato.colum.1.& ibi per Abb. & alios, extra de conſtitu.per Ange.Aret.in §. ius autem ciuile. colum.7.8.12.cum ſequen.Inſtitu.de iure natu. vbi latè per Decium in capitu.ad hæc in beato colum.fin.extra de poſtu.præla.& ibi per Abb.Barba.& alios, Bald.in l.oratio, de ſponſ.Ioan.Bapti.de Sancto Seuerino in repe.l. omnes populi, penul.car.verſicu.13.ff.de iuſti.& iur. per Socin.conſil.275. in cauſa Fratris Andreæ.columna 5. cum ſequen. 2.volumi.per Barto.& alios in l.2.ff.de lega. 1. & ibi præclare per Dominum & Præceptorem meum Ioan. Nicolaum de Vicariis de Salerno ſua tempeſtate moder. principem, qui ex dictis ibi per docto. colligit octo regulas breues in materia extenſionis, per Matthe.de Afflic.deciſione 404.fuit dubitatum, columna 7. in quarta difficultate, per Iaſ.in l. legem iuliam. columna 1. cum ſequen.C.de ind.vidu.& in l.emancipata.columna 5. C. qui admi.& in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus columna 11.cum ſequen.ff.de verbo.obligatio.& in l.ſi conſtante, columna 13. cum ſequen.ff.ſolut.matri.& in l.qui in aliena, columna 2.verſicu.contrarium tenet, cum ſequen.ff.de acquiren. hære. in l.Gallus in princip.colum.13.in fin.ff. de libe. & poſthu.& in d.l.Gallus.§.idem credendum, colum. 1. & in auctent. quas actiones.colum.4.cum ſequen.C.de ſacroſan.eccleſ. Barto.in l.præcipimus.§.fina.C.de appe.Pau. de Caſtr.conſil.83. præſens caſus modicam 2. volumi. & conſi 472.in cauſa capturæ colum.fina.1. vol. idem Pau. de Caſtr. in l. quamuis.verſus fi.C.de fideicom.Alex.in l.ſi finita.§. ſi de vectigalibus.colum.3.verſi.& pro hoc.ff.de dam.infect. & in l.Pomponius.§.præterea.& ibi per alios. ff. de acquiren. poſſeſ.per Alex.in l.ſi ſe non obtulit §. condemnatum.colum.fi.ff.de re iudi.per Ange.in l.1.§.ſi is qui quadringenta.ff.ad Treb.Abb.in c.cum dilecta, extra de confir.vtili vel inutil.Ale.in l.tempus.col.1.verſi.non obſtat, & col.2.ver. nec obſtat, ff.de re iud.Bal.& Imo.in l.fi.ff. de hæred.inſtit. Alex.in l.1.col.3.in fi.ff.de verbo.obli. & in l.4.§.Cato.col.6.verſi.ſed an illud, eo.tit.Io.Fran.Balb.in tra.de præſcri.in prima parte prin.in 3.quæſtione prin.And.Barb. in trac.de præſtan.Cardi.in 7.q.prin.col.3.in fi.verſi.facit glo.Alex.cõſi.255.col.fin.2.vol.& conſi.42.ſuper præmiſſo, colum.fin. primo volu.Iaſ.in l.1.§.veteres.col.3.verſic.in contrarium tamen.ff.de acqui.poſ.& in l. ſi is qui pro emptore.col.15. in fi.verſi.maximè cum ratio, & col.83.verſic. contrariam opin.ff.de vſucap. Bald.in c. poſt tranſlationem. §. quamquam.extra de renun.Abb.in c.ad audiẽtiam.in primo nota.extra de cler.non reſi. Iaſ.in rubr.ff. de re iudi.colum.2. in fi.verſ.ſecundò quia, & in l.non tantum.col.j.eod. tit.& in l.qui pro tribunali, col.6.in prin.ver.videamus nũc, eo.tit.& in l.qui cõdemnare, col.2.ver.vltra ſcrib.& col.fi.eo.tit.de re iud.Hip.in l.lege Cornelia.§.conſtitutũ, col. pen. verſi.itẽ pro hac parte.ff.de ſica.Inn.in c.quali. & quando, el 2.extra de accu.Hip.ĩ ſua pra.cri.§.diligẽter.col.27.ver. patet etiam, Bar.in l.fi.§.exercitum.ff.de infam.Bal.in l.nõ ſine.C.de bo.quæ libe.Augu.Ari.in addi.Ang.in tra.maleſi.in verbo, che hai tradito la tua patria, col.5.in add.tu autem in hac materia, per Rocchum de Curte in repe.c.fi.colum.5.extra de conſue.Anto.Cor.in not.ſuo in verbo extẽſio, per Fir.in ſuo repert.in verbo extẽſio, per Hip.in l.ſed ſciendũ, col.fi. ff. ad leg. Pomp. de pari.Iaſ.in l.1.col.4.C. de ſacroſan.eccle.& in l.ſi certis annis.colum.1.in fi.C.de pact.& Decium conſilio 377.viſis & diligenter.3. volu. & conſi.

consi.502.ex duobus 4.volu.& conf.444. cōcurrit.4.vol.&
consi.372.visis 3.volu & consi.227.in casu. 2.volu.& con-
si.64.1.volu.& consi.ccxviii.2.volu.& consil. 273.2.vol. &
consi.ccxxi.2.volu.& consi.697.5.volu.& D. Aymo consi.
140.& consi.155.& consi.161.& cōsi.173.vbi latè,& con
si.17.& consi.119.& consi.176.& consi. 113.& consil.6.&
45 consi.35.& consi. 67.cum concord.in dictis locis.¶†Pri-
ma conclusio sit,ꝙ regulariter in pœnalibus, & odiosis nō
fit extensio.l.cum quidam.& ibi doct.ff.de lib.& posth. fa-
cit regula,quæ a iure.de reg.iu.in 6.Ioann.And.in c.odia.
maximè in vltimo articulo,extra de reg.iur.in 6. Gemi.in
c.1.col.3.circa prin.extra de tem.ordin. Ias.in l.fi. ff.de in
ius voc.D.Aymo consi.173.in contractu societatis, col.ii.
in prin.& col.fi.in fi.cū infinitis concor.in dic.locis.¶Am-
plia dictam conclusionem procedere etiam in dispositio-
ne hominis odiosa.d.l.cum quidam,& Gemi.vbi supra,&
D. Aymo in d.consi.in fi. ¶Limita primò dictam conclu-
sionem non procedere, quando in lege pœnali esset ex-
pressa ratio: quia tunc extenditur ad alium casum eandē
rationem habentem, ad hoc bene faciunt dicta per Alex.
in l.cum mulier.col.j.ff.so.mat. Gem. in c si ciuitas §.1.in.
j.not.per illum tex.extra de sen.excom.in 6.Confirmatur:
quia vbi ratio est expressa in l.seu canone,non dicitur fieri
extensio ab homine, sed ab ipsa lege seu canone, gl.in c si
postquam.§.1.in verbo ex mente. & ibi Io.Andr.& Gemi.
extra de elect.in 6.Bal.in repe.l.de quibus.ff.de leg.col.23.
Deci.consi.372.3.vol.facit tex.in l.his solis.in verbo, satis
tacitè cautum putamus.C. de reuo.dona. facit, quod dicit
Bar.in l.si quis seruo.C.de fur. Immo etiam si esset lex pę-
nalis & odiosa,& ratio esset expressa, extenditur ad alium
casum eandem rationem habentem,vt latè per Ias. in d.l.
cum quidam.in vltima col.in 5.limit. Quinimmo etiam si
essemus in correctoriis, & ratio esset expressa, extenditur
ad alium casum eandē rationem habentē,vt firmat Ias.in
auth.quas actiones,col.7.in j.fallen.C.de sac.sa. eccl.& in
l.emancipata.col.5.C.qui admi.Quod intellige,nisi lex es-
set correctoria simul & semel.Item nisi lex, seu canon lo-
queretur taxatiuè.Item intellige quando illa ratio expressa
esset finalis,secus si esset impulsiua, vt omnia ista ponit la-
tius Ias.in d.auth.quas actiones.col.7.& in d.l.cum quidā.
col.fi.¶Limita secundò,nisi in illo canone, seu lege vnica
tantū ratio assignari posset, quia tunc habetur pro expres-
sa,vt probat glo. quæ solet allegari pro sing. in l.quamuis.
C.de fideicom.& ibi expressius Bal.& Pau.de Cast. & Bal.
in l.maximum vitium.col.4.C.de lib.præte. Bal & Imo.in
l.fi.ff.de hær.Insti.Et quod hoc casu fiat extensio ad alium
casum eandem rationem habentem,tenet Pau. de Cast.&
Raph.Cu.in l.si verò.§. de viro.ff.sol.mat. Fely.in c.transf-
lato.in fi.extra de cōsti.Ias.in d.auth. quas actiones,& Do
mi.meus Io.Nico.de Vicariis in l.fi.ff.de lega. 1.in octaua
regula,faciunt,quæ dicit Abb.in c.fi.col.3.vers.& plus,ex-
tra de rescr.intellige tamen,vt sup. in alia limitatione dixi.
¶Quid autem in dubio,an pręsumatur,ꝙ possit reddi vna
tantum ratio,vel plures,ponit Ias.vbi supra,& allegat Sal.
qui singulariter hoc tangit secundùm eum in l. si serui ve-
stri,col.9.in fi.C.de noxa.& Alex.in d.l.si constante, col.3.
& tenet, ꝙ in dubio non debet præsumi, ꝙ vnica tantum
ratio reddi possit, immo debet præsumi oppositum. ¶An
autem præsumatur legislatorem fuisse motum ex ratione
finali,quando non apparet,vide Abb.in d.c.fi.col.iii.ver.&
plures,extra de rescri.¶Limita tertiò dictam conclusionē,
nisi extensio fieret de stricta significatione ad latam: quia
tunc ēt in materia odiosa fit extensio,vt per D.Aymo con
sil.155.verba testamenti,col.3.cum concord.ibi.¶ Limita
etiam dictam conclusionem multis modis,vt latè per An-
to.de But.in c.fi.extra de consue.& Gemi. in d.c.1.colum.
3.cum seq.extra de temp. ordi. in 6.vbi ponit sexdecim li-
mitationes ad hanc regulam. ¶Limita etiam vt per Ias.in
d.l.cum quidam, vbi ponit sex alias limitationes vltra il-
las sexdecim, quas omnes per te videre poteris, duas
alias limitationes ponit Alex.in d.l.cum mulier.col.1.ff.so-

lu.ma.Et dictam regulam limitat etiam D. Ias.in l.cætera
§.sed & si quis.col.3.circa fi.ff.de leg.j.Et eam etiam limi-
tat Hip.in d.sua pra.cri §.diligenter.col.27. Et vt plurimū
oēs reducuntur ad limitationes positas per Gemi. in d.c.
1.& per Ias. in d.l.cum quidam,ad ibi dicta me remitto,
limitatur etiam,vt colligitur ex dictis Ias.in d.l.legem Iu-
liam.col.3.in 2.conclu.C.de indi.vid.¶Auertendum tamē
est pro intellectu,& restrictione supradictarum limitatio-
nē,ꝙ in in casibus, in quibus fit extensio ex identitate ra-
tionis, debet in his casibus per omnia ęquiparatio esse fa-
cta a iure in eadem materia,gl.no.in c.1. in ver.sani, extra
de voto,in 6.& in c.constitutionem ver.Prorogamus, ex-
tra de regu.in 6. Et debent esse facta talis ęquiparatio per
viā regulę,arg.no.per Bar.in l.2.ff.de lega.1.& ibi clarius
per D.meum Io.Nic.de Vicariis in 4.& 5. reg.licet ista nō
alleget.Soci.consi.275.in causa fratris Andreę, col.5 vers.
cōprobo quia 2.vol.& Deci.clarissimè in c.translato, col.
1.extra de consti.& ista no.pro intellectu limitationum po
sitarum ad hanc conclusionē.¶Item intellige dictas limi-
tationes non procedere,qn̄ esset lex correctoria, & pęna-
lis simul & semel,gl.in cle.vt hi qui, in verbo eisdem, de
ęta.& quali.iuncto tex.& etiam sequitur Ant.de Butr.in c.
fi.in 1.& 2.fallen.extra de consue. Ias.in d.l.cum quidam.
col.3.ver.tamen quando esset,& in l.fi.col. fin.ff. de in ius
voc.& in d.auth.quas actiones,col.7.& Deci. in d.c.trans-
lato.circa princip.& dicam infra in 5.& 9.conclusi.¶Item
intellige dictas limitationes non procedere, quando lex
pęnalis, vel etiam correctoria loqueretur per dictionem
taxatiuam,quia tunc non fieret extensio, vt per Bald.in d.
auth.quas actiones.col.2.& ibi per Guil.& Cy. & Ias.in d.
l.1.col.fin. ff.de in ius vocan. de quo dicam infra in duo-
decima conclusione.¶Item intellige dictas fallentias non
procedere, quando lex pœnalis imponeret pœnam habi-
to respectu ad priuilegium certę personæ; quia tunc non
fieret extensio per ea,quæ dicit Bal.in cap.1.§. porrò, quæ
fuit prima cau.bene.ami.& Ray.de For.& Nico. de Neap.
in §.seq.in nona quæst.glossarum, Insti.de actio. & ita te-
net in discursu Alexan.in l.in ratione.§.quod vulgò, in co
lum.12 ff.ad leg.falcid.& Ias.in §.tripli colum. 3.instit.de
act.& in l.fi.col.fi.ff de in ius voc.& tetigi sup.& infra di-
cam in nona conclusione. ¶An autem in correctoriis &
odiosis masculinum concipit fœmininum, vide Alexan.
consi.135.circa primum, primo volu. Cępo.in consil.26.
magnifice & generose,Alex.in l.si constante.§.fi. ff.de sol.
matrim.Alb.de Ro.in quæst.stat.quæstio.9.in 1.parte,Ias.
Decium,& docto. in l.si quis id quod. ff.de iur.omn.iudi.
latissimè per Decium in l.2. ff.de regu.iur.Lud.Goza.con-
146 si.43.videtur prima fronte,colum.1.¶†Secunda conclusio
est,quòd in fauorabilibus fit extensio, vt probatur, in d.l.
cum quidam.ff.de lib.& posth.cum concord. ibi per glos.
allegatis,& in c.odia, de reg.iu.in 6.Ias.in l.fi.col. pe.in fi.
ff.de in ius vocan.cum concordan. in dictis locis.¶Limi-
ta dictam conclusionem non procedere,quando essemus
in casu, qui esset pro parte fauorabilis, & pro parte odio-
sus: quia tunc pro parte fauorabilis tantùm fit extensio.,
vt tenet Philip.Franc.in d.c.odia.quod intellige, vt dicam
in sequenti conclusione.¶Limita etiam,nisi ex tali exten-
sione induceretur contrarietas; quia tunc non fieret ex-
tensio, glo.in l.si idem.§.fin. ff.de iur.omn. iudic.Alexan.
consi.48.colum.4.primo volum. Dom.Aymo consil.140.
in causa spolij,col.2 ¶Limita etiam non procedere in ex-
tendenda voluntate testatoris de persona ad personam,pu
ta,si tractaretur de extendenda substitutione ad aliam per-
sonam propinquiorem,si non fuit dictum à testatore,quia
tunc non fit extensio,vt per D.Aymo consi.161. verba.co-
lum.pen.& fi. de qua tamen limitatione vide eundem D.
Aymo consi.6.& consi.155.& consi. 173.& Decium con-
si.211.2.volumi.& consilio 219.eodem secundo volumi.
¶An autem in contractibus fiat extensio ad casum non
expressum, vide Decium consilio 697. quinto volumine.
147 ¶Tertia conclusio est, quòd † in casu mixto partim fauo-

rabili,& partim odioso iudicatur fauorabilis, & fit extensio pro ea parte,pro qua est fauorabilis,pro ea verò parte, pro qua est odium,debet restringi secundùm gl.nota. in l. venia.de in ius voc.& l.sed si hac lege.ff.de in ius voc.Bar. in l.fi.ff.ad tertu.Bal.in l.maximum vitium. C de lib. præt. Quam conclusionem intellige veram,quando ex vtraque parte fauoris,& odij versatur ius publicum , vel ius priuatum,& ex alia ius publicum,quia tunc ius publicū præfertur ,siue vertitur ex parte odii,siue ex parte fauoris.l. 2. §. exercitum.ff.de infa.secundùm Dy. quem refert, & sequitur Phi.Fran.in d.c. odia. de reg. iur.in 6. ¶Adde etiam,ꝙ constitutio exorbitans disponens de re simplici extenditur ad rem mixtam quantum ad illas qualitates, quæ concernunt personas facientes actum simplicem, prout illę qualitates interueniunt in acto mixto, quantum verò ad qualitates , quæ respiciunt aliam personam , quæ facit actum mixtum,non extenditur constitutio,vt colligitur ex glo.in c.indemnitatibus.§.siue, in verbo non obstantibus , & ibi

148 Gemi.in 2.col. ver.in fi. glo. extra de elec.in 6. ¶†Quarta conclusio vera,& communis est,quòd in correctoriis non est licita extensio etiam ex maioritate rationis, gl.in l.tam is.§. 1.ff.de don.Bart.in l.præcipimus.§.fi.C.de app.& doc. communiter in auth.quas actiones, & ibi Ias. in 6.col.C. de sac.san.ecc.¶Limita dictam conclusionem septem modis,vt per Ias.in d.auth.quas actiones, & alia limitatio colligitur ex dictis per Ias.in d.l.legem Iuliam.col.1.cum sequen.in prima conclusione. C.de indi.vid. & vltra illas limitationes limita alio modo, s. ꝙ in correctorijs est licita extensio de casu ad casum,per regulam cui licet, quod est plus.de reg.iur.in 6.quæ regula videtur habere ratione inclusam : nam rationabile est,quòd si licet testari, quod est fortius , multo magis licet codicillari,vt tenet Imo.in l.si verò,§.de viro.ff.solu.matr.& Soci.in l.2.& ibi per Dominum meum de Vicariis in sexta regu. ¶Aliud exemplum potest poni in statuto permittente occidere bannitum: nā censetur etiam permittere,vt possit vulnerari,quod est minus , & alia etiam exempla possunt colligi , de quibus per Albe.de Rol.in q.statu.quæst.9. inci. Item quæro quæstionem,col.3.& 4.in prima par.Quod etiam extendit Soc.in d.l.2. vt idem sit in casu contrarii.s.cui non licet,quod est plus,non licet, quod est minus , per illam regulam : quia contrariorum eadem est disciplina . Sed Domin.meus de Vicariis in d.l.2.ff.de leg. 1.reprehendit eum; quia est contra tex.in l.relegatorum.§.fi.ff.de interd.& releg. Nec obst. regula contrariorum : quia illa non procedit , cum datur diuersitas rationis,vt plenius per mod. in rub.ff.de acqui. poss.& ita est in casu nostro,vt patet in d.l. relegatorum.§. fi.ergo ampliatio D.Soci. non est tenenda. ¶Limita etiam dictam conclusionem non procedere in casu , quo esset lex correctoria,& pœnalis simul & semel , vel loqueretur taxatiuè , vt dixi supra in prima conclusione in restrictionibus limitationum , & infra in nona conclusione in fine.

149 ¶†Quinta conclusio est, ꝙ vbicunque agitur de salute animæ,& euitando peccato, dispositio correctoria & odiosa de tali materia loquens extenditur ex identitate rationis, fuit theorica Io.And.in c.ex tenore, extra de fil.sint legi.& sequuntur ibi Anto.de Butr.& Abb.& Gem.in c. 1.§.fi.colum. 1.extra de homi.in 6.Fely.in c.translato, col. pen.extra de consti.versi.1. ꝙ licet, Ias.in l.cum quidam. colum. pen.in 1.limitatione.ff.de libe.& posthum.& in auth.quas actiones,col.8.in 5.limitat.C.de sac.san. eccl.& in authen. sacramenta puberum.col.5.& 19.C.si aduer.ven. Alex.in

150 l.rem quæ nobis.& ibi Ias.col.5.ff.de acq.pos.¶†Sexta conclusio est , ꝙ vbicunque tractatur de delictis publicis puniendis,& sic illicitis coercendis,licet materia sit pœnalis: tamen non censetur odiosa , sed fauorabilis & extendenda : quia ad fauorem publicum tendit , vt delicta puniantur.l.ita vulneratus.ff.ad leg.aquil.c.vt famæ extra de sent. excom.ideo isto casu fit extensio, vt tenet Bart.in l. quemadmodum,circa medium per gl.ibi C.de agri.& censi.lib. 11.& Hip.qui multa allegat in sua pra. cri.§. diligēter.col. 27.Ias.in l.cum quidam.col.pen.& ibi Alex.in fi. ff. de lib. & posth.latè per Deci.in l.2.col.18. ff.de reg. iur. & consi. 372.3.volum.Hip.in l.lege cornelia. §.constitutum.col.penul.& fi.ff.ad leg.Corn.de sica.¶Intellige tamen dictā conclusionem procedere in maleficiis & delictis,quæ constat fore commissa,& hoc respectu fit ampliatio , secus esset , vbi qualitas criminis esset incerta , vel casus esset dubius : quia tunc fit restrictio, cum ex hoc ius publicum non lædatur,ita tenet Dy.Io.And & clarius Phil. Fran. in c.odia. de reg.iur.in 6.& habetur per Bar. in l.2.§.exercitum.ff.de infa.& Ias.in d.l.cū quidā.col.fi. in fi.quartæ limitationis.

151 ¶†Septima conclusio est, ꝙ lex , quæ est facta in fauorem reipublicę extenditur ex identitate rationis,licet aliàs non extenderetur fauore publicę vtilitatis,ista est doct.Bar.in l. si constante.in nona quæstione primæ part.prin. ff.sol.matri.& in d.l.2.§.exercitum.ff.de his qui not. infam. latè Fely.in c.translato,col.fi.ver.aliud est,extra de constit. Alex. consi.68. viso processu.col.2.vers.& constit.3 volu.Limita istam conclusionem non procedere,quando tendit in prę iuditium tertij; quia tunc debet restringi , vt probatur in l. 2.in fi.ff.ad muni.iuncta.l. Lucius.ff.de admi. tuto.& Soci. consi.275.in cā Fratris Andreæ.col.6.ver.postremò.2.vol.

152 ¶†Octaua conclusio est , quòd regulariter in exorbitantibus à regulis iuris cōmunis non est licita extensio,sed debet fieri stricta interpretatio,vt in regula ea quę,de reg.iu. in 6.& l. quod verò contra.ff.de leg. & l.si verò.§.de viro. ff.so.ma.Quod procedit etiam ex identitate rationis,vt per Ant.de But.consi.27.viso prædicto legato,& Ias.in l.si cōstante.col.13.ff.sol.ma.& Ias.in rub.ff.de re iudi.col.3. ver. secundò quia,& D.Aymo.consil. 173.in contractu. col.2. in fi.vbi etiam hoc limitat , nisi essemus in fauorabilibus , vel nisi per illam extensionem redderetur ad ius commune.quia tunc fit extensio, vt ibi per eum. Limita etiam quatuor aliis modis,vt per Ias.in l.si constante,col.13.& Alex. in l.centurio,col.2.ff.de vulg.& pup. qui tenet , ꝙ quando sumus in fauorabilibus , quibus iura fauent propter publicam vtilitatem,vel pietatem , vel aliam causam fauorabilem , tunc etiam in exorbitantibus à iure communi fit extensio de similibus ad similia . Et ex hoc facit multas illationes,ꝙ introducta contra ius cōmune in libertatibus extenduntur ad pias causas , & iura exorbitantia loquenti in alimentis trahuntur ad dotes, & econtra, vt latè ibi p Ale. & vide Hip.in l.vnica.col.46.in prin.C.de rap.vir. ¶Limita ēt: quia in materia exorbitanti & limitatiua regulę iuris antiqui pōt fieri extensio ex paritate rationis , si illi casus sunt ēt per modum regulę parificati à legē antiqua , & ita loquuntur iura allegata per Bar.in l.2.ff.de leg.1.& ibi expresse D.Soc.col.3.& Raph.Cu.& ita loquit glo.in l.si quis seruo.C.de fur.ita ēt tenet Do.meus Io.Nic.de Vicariis in d.l.2.in quarta & v.regu.ff.de leg.1.& dixi sup.in j.conclu

153 sio.ver.aduertendum.¶†Nona conclu.est,ꝙ lex, vel constitutio,quę aliàs extenditur ex identitate rationis, nunquam extenditur respectu pęnę,doctrina est egregia Io. An.in c. dispendia,ext.de rescr.in 6. quem sequitur Gem.in col.4. Imo.post Ant.de But.in c.fi.col.v.extra de rescri. Abb.in c. j.col.fi.extra de loc.Ant.de Bu.in c.fi.col.13.ex.de cōsu. Io. And.in c.si forte,& ibi Gem.col.3.ext.de ele.in 6. Pro qua conclusione facit pulchrum dictū Io.And.in c.tibi qui.extra de rescr.in 6.& ibi Gem.ad fi.ꝙ licet decretū Papę afficiat ignorantes.c.1.extra de conces. preb.in 6.nunquam tamen afficit respectu pęnę, & istam conclusionē tenet Ias. in l.cū quidam , col.3.ver.ad istam regulam adde primò, quidquid secundùm eum dicat Abb.qui videtur velle contrarium , vt proximè dicam , & pro ista conclusione facit glos.in clemen. nolentes , in versicu.ex nunc , extra de hæreticis, & per Innocen.& alios in c.fi.extra de consti.& Ias.in d.l fin.ff.de in ius vocan.vbi dicit, quòd constitutio, quæ aliàs extenditur ad præterita,non extenditur respectu pęnæ,& tangit Ias.in l.non dubium.colum.4. C.de legi.licet non firmet,& Soci.consi.275.in causa Fratris Andreæ. col.6.in prin.2.vol. Sed contrariū voluit Abb.in d.c.translato,

lato,col.1.in fi.cum seq.extra de consti.& in c.fin. col.2.in fi.cum seq.extra de rescri.& Deci.in d.c.translato,in prin. qui primò respondet ad iura allegata per Abb. & postea per alia iura firmat opi. Abb. idem tenet Abb.in cap. quia clerici.col.fi.extra de iurepatr.qui dicit, ꝙ pœna apposita in vno ex correlatiuis videtur apposita in altero concurrente eadem ratione, & ita refert tenere legistas communiter,ita tenet Ias.sibi contrarius in d.l.leg.Iuliam.in col. 3.in 2.conclusio.qui dicit, hanc esse communem opin.& ita etiam dicit addi.ad Abb.in d.c.1. col.fi.extra de loc.vbi dicit,ꝙ communis opi.est contra Abb. ibi,& sic (vt vides) Abb.est sibi contrarius,& Ias.similiter contrarius. Quid tenendum? tene primam conclusionem pro vera, & communi.s.ꝙ constitutio,seu lex,quę aliàs extenditur ex identitate rationis,nunquam extenditur respectu pœnæ, & ita procedat opi.illorum, qui tenent hanc partem. Fallit tamen,vbi subesset eadem omnimoda ratio; quia tunc etiã respectu pœnæ fieret extensio, ita tenet & limitat Abb. in prohæ.decre. col.4. & ita sonant verba Abb in d.c.fin. de rescri.ita in specie tenet Ias.in d.l.si.ff.de in ius voc.qui tenet primam opi.& eam limitat in finalibus verbis, vt modò dixi.& ita etiam tenet addi.ad Abb.in d. prooem.decr. in col.5. in verbo non tamen pœnam,in litera c.vbi tenet opi.Io.And.& eam limitat vt supra,& postea ponit limitationem ad illam fallentiam, & ita intellige,quæ supra dixi in præcedentibus,maximè in illa quęstione, an in pœnalibus fiat extensio.¶ Intellige etiam supradictam fallentiam non procedere in priuilegiis cõcessis fauore alicuius personæ, quia tunc non fit extensio ẽt data omnimoda similitudine,vt tenet Bal.in c.1.quæ sit prima ca.benefi. amit.& gl.in l.fi.de in ius voc.& gl.in § ex maleficiis, in verbo itẽ mixta.Insti.de act.& addi.ad Abb.in d. prooe.decr.in loco præalle.& sup. tetigi.¶ Intellige 2.dictam fallentiam non procedere,quã esset ius pœnale & correctorium,simul & semel,quia tunc extensio fieri non potest,ita in specie hoc limitat Deci. in d.c.translato,col.1.& sup.ẽt tetigi.¶ Decima conclusio est, ꝙ in beneficijs extraordinariis non fit extensio de casu ad casum, vt tenet D.Aymo.cons.173.in

154 contractu, col. 2. ¶†Vndecima conclusio est,ꝙ licet aliàs in correctoriis,vel pœnalibus fiat extensio in correlatiuis, ex paritate,vel maioritate rationis, vt latè per Ias.in l.legẽ Iul.col.1.cum seq.in prima & secunda conclu. C.de indi. vidu. Tamẽ quãdo in correlatiuis est diuersa ratio in vno, non intelligitur dispositũ in alio, per l.fi. C.de rescin.ven. bene facit,quod decidit Bar.in l.multũ interest. circa medium.ff.de ver.ob.vbi determinat,ꝙ si statutum prohibeat forensem emere bona immobilia in territorio, non tamẽ intelligitur prohibere ne vendat,quia diuersa ratio est, & ibi Lud.ad hoc not.& alii post eum,facit quod dicit Bal.in l.lege duodecim tabu.in fi.C. de legi.hær. vbi determinat, ꝙ statutum excludens sororem à successione fratris non habet locum econtra; quia diuersa ratio est fauore agnationis & familiæ,nam soror non põt succedere fratri,quia bona exirẽt familiam, quæ ratio cessat in casu contrario. ad idem facit text.in c.super eo,extra de vsu. & ibi in specie Ioan.de Anan.in colum.3.& 4.latè hoc examinans,ad hoc facit, quia licet mutuare pecuniam ad vsuram semper sit peccatum, tamen non semper est peccatum ex parte recipientis ad vsuram, vt quando capit ex causa necessitatis, quia diuersa ratio est, vt ibi per eum, & tenet Petr.de Ancha.in clem.1.in prin.in 3.q.de vsur. facit glo. not.in c.debitores.quam ad hoc nota.ibi Imo.in fi.col.extra de iureiu.vbi si debitor iurauit soluere vsuras,debet illas soluere,& soluendo nõ peccat, & tamen recipiens peccat,& hanc cõclusionẽ tenet & firmat per multa alia Ias. in d.l.legem Iul.col.3.cum seq.in 3.cõclu. Et ad prædicta, an & quando in correlatiuis fiat extensio maximè in pœnalibus, vide Fel.in c.fi. extra de iud.vbi etiam ponit limitationem ad istam materiam, quam ibi vide.Et prædicta faciunt ad statutũ meæ patriæ Campaniæ,quo disponitur,ꝙ si mater moritur superstite filio pupillo,si ille filius moritur in pupillari ætate, bona materna pro duabus partibus debent restitui ei, qui dotauit illam matrem præmortuam. pone modò in casu contrario,ꝙ morit̃ pater pupilli remanente filio pupillo, & vxore, & sic matre pupilli, si filius decedat in pupillari ætate, an hæreditas deferatur ad matrem,prout est de iure communi, an verò debeat restitui aliis ex parte patris,sicut fit,quando moritur vxor, ex quo maritus & vxor sunt correlatiua,vt l. fi. C.de indi. vidui.& Baptista de S.Blasio in tra.correlati. in quarta parte prĩnci. colũ.5.in 21.fall.& col.6.in 29.fallentia, & illud,quod est statutum in vno ex correlatiuis, censetur statutum in alio. d.l.fi.C.de indi.vidu.& ibi Bart. & Flo. & Ang.in l.si.ff.de acce. & ibi etiam Bar. sicut etiam dicimus de matre transeunte ad secundas nuptias,quæ successit filio, ꝙ illud tenetur reseruare filiis primi matrimonii, & hoc ẽt procedit in patre,vt plenè per Bar.& Saly.in l.fœminæ.C.de secun.nup.& Soc.consi.34.Prosequendo ordinẽ,primo vol. & procedit dicta regula etiam in statutis correctoriis, vt per Bar.& Ang.in d.l fi.C.de indi.vidu.& Cuma.in l.si verò §.de viro.ff.so.mat.sed in contrarium facit, quod dicit Bal.in l.lege.C.de legi.vbi dicit,ꝙ si statuto caueatur,ꝙ soror non succedat fratri,non habet locum in casu econtra, vt frater non succedat sorori, & vide concor. alle. in rubr. C.de reb.cre.in prima add.& vide quæ dicit Fran.Cur.Seni.consi.11.Statuto Parmensi,cogita; quia modò nolo de-

155 cidere multa hincinde dici possent.¶†Duodecima conclusio est, ꝙ iura loquentia cum dictione taxatiua tantùm, nõ extenduntur ad casum similem,vt probat text. in l.2.C.de patri.qui fil.dist.& colligitur ex dictis Bar.in l.si constante in nona quæst. primæ partis princip. colum.7.cum seq. ff. sol.matr. & ex dictis Bald.in d.auth. quas actiones,colum. 2.& ibi per Guil.Cyn.& Ias.ibi colum.6. & idem Ias.in l. fi.col fin.ff.de in ius vocan. ¶ Intellige tamen dictam conclusionem procedere,quòd quando lex taxatiuè loquitur, non potest extendi, scilicet ab homine. Secus si extenderetur ab alia lege; quia tunc licita esset extensio,vt colligitur ex dictis Bar.in d.l.si constante.in loco præallegato, & Ias.in d.l.fi col.fin.¶ Limita secundò, nisi essemus in materia pia aut fauorabili: quia tunc potest fieri extensio per hominem ex identitate rationis per glo. nota. in l.illud. in fi.C.de sacrosan.eccle.Bar.in d.l.si constante,& idem Bar. in l.serui nomine.ff.de vsucap.Pau.de Ca.& Are.in l.si mora.ff.solu. matrimonio, Abb.in c.cum dilecta.in 2.colum. extra de confir. vti.vel inuti.& in ca.inter alia, in 6.colũ. extra de immun.eccl.vbi addit tex.in c.quoniam frequenter.in princ. iuncta gl.ex.vt lit. non conte. & ibi Abb.in 3. col.ad hoc vt notat illum tex.& do. Ias. in d.l.si constante, col. 14.vbi ponit dictas limitationes,cum concordan.ibi.

156 ¶†Tertiadecima conclusio est, ꝙ in materia extensionis vbi est minor ratio in vno,quàm in altero,non fit extensio etiam in materia aliàs extendibili,vt tenet Alex. consi.29. colum.2.6.vol.Soc.consi.9.col.2.in fi.3.vol.Are.consi.25. circa fi. Decius consi. 261.superioribus, col.5.circa fin.2. volu. quia tota materia extensionis fundatur in rationis identitate. Immo non solùm nõ fit extensio,vbi est minor ratio in vno casu,quam in altero. Immo etiam vbi dubitatur,an militet eadem ratio vel non in his,quæ sup̃ contra ius commune,non fit extensio,vt tenet Alexan.consi.207 col.4.6.vol.& D.Aym.consi.137.col.fi. vbi vide, & eundi consil.17.& consilio 67.cum concordan.in dictis locis.

157 ¶†Quartadecima conclusio est, quòd vbicunque de facili dispositio legis,vel statuti posset aliàs reddi elusoria,vel frustatoria,si non extenderetur, tunc etiã si sit exorbitans & correctoria,extenditur ex identitate rationis,vt per multa dicta concludit D.Fely.in c. translato.col.fin. versi.tertiò nota,extra de constit.& Ias.in l.cum quidam, in fi.ff.de lib.& posthu.& in auth.quas actiones.colum.8.in 6.fallentia. C.de sacrosanc. eccles. cum concor.per eos allegatis ¶Quintadecima cõclusio est, ꝙ de similibus ad similia fit extensio,quia de similibus idem debet esse iudiciũ, vt probat gl.fi.iuncto text.in c.translato, extra de constitu.& ist.

conclusio pro regula firmatur per Bald.in c.inter cęteras. col.fi.extra de rescr.& Fel.in d c.translato. col.6.cum seq. ¶Limita tamen hanc conclusionem multis modis, vt per Bal.in d .c.inter cęteras,& per Fel.in d.c.translato,& inter alias nota duas limitationes, ꝙ non habet locum extensio, nec proceditur de similibus ad similia in casibus expressis de per se in iure: quia casus prouisus,& expressus facit cessare tacitum,& simile secundùm Bal.vbi supra per l. fi. C. de pac.conuen.& facit l.continuus.§.cū ita.ff.de ver. obli. Secundò limita nō habere locū,vbi tractatur de legū correctione secundū Bal.vbi supra ꝑ no.in d.auth.quas actiones. Et hac ratione dicit(& sic erit tertia limitatio) vt non habeat locū in priuilegijs concessis contra ius cōe, & hoc ēt tenet Bal.in c.j.§.porrò. quæ sit prima ca. benefi. ami.& per gl.in §.ex maleficiis.ver.item mixta. Insti.de act.& per gl.in l.fi.ff.de in ius voc.& omnia ista,& alia vide per Fely. vbi supra.Et in dictis locis inuenies, quę dicantur similia. Et quid in dubio, an sit præsumendum, ꝙ sint similia, & multa alia ibi per eum. ¶ Limita ēt dictam conclusionem non procedere in omnibus casibus, in quibus dictum est, ꝙ non fit extēsio,vt sup.dictum est,& infra dicetur. ¶Et an in pęnalibus fiat extensio de similib. ad similia? Vide Deciū consi. 697.his stantibus.5.vol. Et an & qn̄ fiat extensio de vno casu ad alium? Vide D.Aymo. cons.173 & consi.

158 113.& cons.67.cum conco.in d. loc. ¶†Sextadecima conclusio est, ꝙ in limitatorijs bene licita est extēsio.c.cū dilecta.§.nos igitur.& ibi no.Abb.extra de confir.vti.vel inuti. & in c.ad audientiam,& ibi Abb.in 1.no.extra de cler.non resi.c.translationē.§ quamquā.& ibi ad hoc not. Bal.extra de renun.& Ias.in l.Gallus.in prin.col.13.ver.capio glosel

159 lam, circa fi.versiculi.ff.de lib.& posth.¶†Decimaseptima conclusio est, ꝙ lex antiqua limitatoria extenditur ad legē nouam simpliciter loquentē,& per illā limitatur,& restringitur lex noua,vt probatur in l.j.§.lex falcidia.ff.ad leg.fal. & colligitur ex dictis Alex. & mod.in l.2.ff.de leg. 1. & ibi D.meus Io.Nicolaus de Vicariis de Salerno in prima reg.

160 ¶†Decimaoctaua conclusio est, ꝙ lex noua simpliciter loquens recipit interpretationem declaratoriam a lege veteri, Et sic verba legis nouæ simpliciter loquentis declarantur per regulam legis antiquę.l.1.§.1.ff.de mune. & hono. & colligitur ex dictis moder.in d.l.2.ff.de leg. 1. & ibi D. meus in 2.regula,bene faciunt,quæ dicit Ias.in auth. præ-

161 terea col.7.in fi.C.vnde vir & vxor cum concor.ibi.†¶Decimanona conclusio est, ꝙ lex noua simpliciter loquens debet distingui per legem antiquam in illa materia distinguentem gl.in l.sciendum.in prin.ff.qui satis. cog.per illū tex.iuncta auth.offeratur.C.de lit.conte. & per mod.& ibi per D.meum de Vicariis in d.l.2.in 3.regu.ff.de lega.1. ADDITIO noua. Et Lud. Bolog.in addit.ad consilia Io.de Ana.consi.63.præsupposita.& Ludo. Ro.consi.345. circa.col.fi.ver.cęterum,vbi plus dicit, ꝙ ēt si lex nouissima habeat clausulam derogatoriam ad leges priores, nihilominus non derogatur, quominus ipsæ posteriores à prioribus suppletionem, & limitationem recipiant, allegat gl.sing.in auth.de hære.quæ ab intest.deter.circa prin. in verbo vacantibus,& Bar.ad repri.in verbo non obstantibus.Aduerte tamen,ꝙ Matt.de Affl.in consti.regni quam plurimum,col.2.in 5.nota,limitat prædicta non procedere,quando appareret,ꝙ lex noua vellet corrigere in materia,de qua loquitur: quia tunc non distingueretur per le-

162 gē antiquam,vt ibi per eū.¶†Vigesima cōclusio est, ꝙ constitutio, seu lex constitutoria noui iuris respicit futura, & non extenditur ad pręterita, nisi de pręteritis in ea caueatur,probatur in c.fi.ext.de cōsti.& ibi per oēs.Quam conclusionem amplia quatuor modis, vt ibi per Fel. Et limita decem modis,vt ibi eundem per Fely.& alios,& per Ias. in l.non dubiū,col.3.cum seq. C. de legi. vbi ponit tres limitationes.Et ibi etiam ponit. Quid si illa constitutio esset partim declaratoria, & partim cōstitutoria noui iuris, dic vt ibi per eum in col.3.Et ibi etiam in 4. colū.in 3. limita. tenet,ꝙ statuta, vel reformationes ciuitatum nunquā trahuntur ad pendentes lites, etiam si statutum istud expressè diceret, per tex.not.in auth.in medio lit.non fiant sacrę

163 iussi,quod latius prosequere,vt per Ias.vbi sup. ¶†Vigesimaprima conclusio est, ꝙ vbi lex antiqua parificat duos casus,lex noua superueniens loquens de vno casuum parificatorum extenditur ad alium.l.si quis seruo.C. de fur. iuncta l.vt tantum.ff.de seruò cor. & c.constitutionem, & c.non solum.extra de reg.lib.6.facit gl.in c.si postquam.& in c.fi.ext.de elec.in 6.hoc tenet specie D.Prępo.in c.dilectus.col.pen.versi.& pro hoc adduco, extra de spon.& ad prædicta vide Alex.in l.centurio.col.2.ff.de vul.& pup.vbi tenet, ꝙ quando a lege duo ęquiparantur,statutum in vno extenditur ad reliquum etiam in exorbitantibus a iure cōmuni,allegat gl.in l.2.C.de cura.furio.& Bal.in c.j.de benefi.fra.in vsi.feu.cum concor. per Alex. vbi supra.Intellige tamen prędicta procedere, quando illi casus sunt ęquiparati per modum regulæ,ita dicit Deci.in c.translato.colum.1.extra de constit.& D.meus de Vicariis in d.l.2. in 4. regula.ff.de leg.1.& sup.tetigi in prima conclusione,versi.

164 aduertendum tamen. ¶† Vigesimasecunda conclusio est, ꝙ vbi duo extrema sic se habent, ꝙ vnum venit ad alterū consequutiuè & connexè, immutatio in vno etiam ex iure stricto extenditur ad aliud, ad quod facit extra de consti.c.translato.& no.gl.in c.quia in tantum, extra de præb. & in c.statutum.§.1. de rescrip.in 6. extra de re iud.c.cum olim,& Imo.in clemen.generalem,colum.3. versi. prima quòd,extra de æta.& qualit.Abb.& Præpo.in c.non debet, col.4.extra de consang. & affi. ¶Vigesimatertia conclusio est, quòd vbi duo, vel tria se ad inuicem habent subordinata & gradatim, quò ad immutationem in vno sequitur gradatim immutatio in reliquo, de quo tamen, an sit verum, & quomodo procedat, vide Imo.in cle.generalem, col.3.extra de æta. & qualit. ¶An autem fiat extensio consuetudinis quò ad certum separatum territorium. Et an consuetudo contra ius possit extendi de vno iure separato ad aliud,vide Innoc.& alios in c.fin.extra de off.Arch. & clarè Alex.cons.68.& viso & dudum discusso processu. colum.7.versi.tamen obstat.2.volu.vbi tenet,ꝙ non fit extensio. ¶An autem præscriptio extendatur de tempore ad tempus, vel de persona ad personam, & multa alia vide Bal.in repet.l.si lex.colum.pen.C.de emancip.libe. quam ponit in titulo. C. de iure liberorum, & tenet quòd non. ¶ An autem & qn̄ dispositio facta in casu vero extendatur ad casum fictū.Et an extēsio actiuè vel passiuè fieri possit, vide per doc.maxi.Ale.& alios in l.1.§.lex falcidia.ff.ad le-

165 gem fal. ¶†Vltimò,an in statutis fiat extensio,seu interpretatio declaratoria,correctoria,vel extensiua, vide Bar.in l. omnes populi.in 6.quæst.princ.ff.de iustit. & iure.Albe.de Rosa.in quæst.sta.in prima parte quæstio.9.incipien. item quæro, per Ange. Aret.in §. ius autem ciuile,colum. 1. Institu.de iure natu.vbi latè, Ias.in d.l.omnes populi.in 2. lectu.in vltima colum. & ibi per alios scrib. & Fran. Aret. consi.108.legistis,& ibi etiam ponit, an statutum loquens in ciuilibus extēdatur ad causas criminales, & tenet ꝙ sic. Fran.Cur.Sen.cons.81.rectè. col.2.versi.sed præmissis,vbi dicit, ꝙ quando est expressa ratio in statuto,illa ampliatur ad omnes casus comprehensos sub ratione,& similiter restringitur,vt ibi.Et licet aliquantulū videatur excessus modus a principali materia: quia tamen est profunda quotidiana, & alibi ita succinctè non inuenies ordinatam, volui hic cumulare. ADDITIO noua. Circa illud, quod ponit hic Sebastia.qualiter puniatur notarius falsificans instrumentum, vide in constitu.regni iudices,vbi imponitur pœna mortis, & ibi Matth. intelligit de morte ciuili, & vide Thom.Gramma. decisio. 27. & in dictis locis etiam ponunt, quid in falsificante acta,vel litteras regias, & latè vide Matth. de Affli. decisio.404.quæ est vltima decisio, & ibi etiam ponit, quòd intelligitur de morte ciuili, in quarta difficultate, & ponit alias quæstiones de falsificante sigillum Regium & alias scripturas. Ioan. Anton. de Nigris.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Excellentia an competat regi, & præfecto prætorio.*
2 *Rex dicitur illustris.*
3 *Regia dignitas an competat regi.*
4 *Rex an dicatur magnificus.*
Magnificentia an competat regi, ibidem.
5 *Magnificus quasi magna faciens.*
6 *Magnificentia quid sit.*
7 *Laudes regiæ quæ sint.*

DE ASSECVRANDIS HOminibus, qui turbationis tempore Corradini à fide Regia defecerunt. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS IVSTITIARIO terræ Ydronti. CAP. XI.

NVPER habitatoribus terrarum illarum, quæ in turbatione primò præterita contra nostrã excellentiã rebellarunt, statutũ edidimus in hac forma.

ADDITIO.

1 NVPER in tex. ibi. nostram excellentiam. † Nota, ꝙ regi competit dicere excellentia, vt hic, & c. castellanos, infra nu. 20. similiter etiã præfecto prætorio dicitur excellentia vestra, vt in l. excellentia. juncta gl. j. C. de errog. mili. ann. li. 12. hodie verò in
2 regno generali Proregi dicitur excellentia vestra. † Similiter etiam Rex dicitur illustris. c. nouit ille, extra de iudi.
3 tam in suprascriptione quam in text. † Similiter et dicitur
4 Regia dignitas. d. c. nouit. §. non igitur. † Similiter Rex dicitur magnificus. Abb. in c. nouit. de off. leg. & conuenit etiã Regi epitheton magnificẽtia, vt ibi in tex. & p Abb. vbi su-
5 pra. † Et dicitur magnificus, quasi magna faciẽs, & magna
6 pertractans, vt ibi per Abb. † Et magnificentia secundùm Macrob. est difficilium & præclarorũ negociorum consumatio, vt dicit Io. And. in c. grandi. col. 1. de supplen. neglig. prela. in 6. Et sic isti elati & superbi non debent dedignari, quãdo vocantur magnifici. Similiter etiam dicitur magnificentia regis, vt infra. c. ad vindictã. §. is ait. Similiter & dicitur serenitas regia, vt in c. prædecessorum. in prin. supra. Similiter regi competit maiestas. d. c. prędecessorum, post medium. & in consti. regni, regiæ maiestatis, & in l. 1. C. vt nemo priuat. In prohę. Insti. in prin. loquitur de maiestate
7 Imperatoris. † Et laudes regis sunt, quando dicitur, ꝙ est fortis, iustus, sæuerus, grauis, magnanimus, largus, beneficus, liberalis, & istæ sunt laudes regiæ, vt dicit Io. And. in d. c. grandi. col. 1. & ibi Gemin. col. 2. in prin. ¶ In tex. ibi (in hac forma) loquitur de capit. sequenti misericordiam. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia, & securitas concessa rebellibus.*
2 *Res an vti debeat misericordia erga subditos.*
3 *Misericordia quid sit.*
4 *Misericordia, & iudicium, quid vult dicere.*
5 *Thronus quid sit.*
6 *Fidelitas quot modis dicatur.*
7 *Securitatem regiam habens an dicatur habere plenam securitatem.*
8 *Indultum an possit fieri parte non concordata.*
9 *Indultum factum à principe an solum remittat pœnam, an etiam restituat bona.*

D. Ioan. Anto. de Nigris.

10 *Bannitus, cui bona erant publicata, & in alium translata, an facto indulto ea recuperet.*
11 *Indulto generali facto, an ab eo censeantur excepti introitus regales, & mercedes, & donationes per regem factæ.*
12 *Indultum an extendatur ad carceratos.*
13 *Indultum an extendatur ad accusationes nondum institutas.*
14 *Indultum, seu restitutio an comprehendat mortuos.*
15 *Indulto generali facto, an comprehendantur inquisiti de falso.*
16 *Impetrans remissionem pęnæ, an extendatur ad pœnam exactam.*
17 *Impetrans remissionem pęnæ, non facta mentione ex qua causa, an valeat.*
18 *Pœna vnius homicidii si fuit remissa, & postea impetrauit gratiam de alio homicidio non facta mentione de primo, an valeat.*
19 *Clausula, ex certa scientia, quid operetur.*
20 *Indultum an trahatur ad delicta commissa post indultũ.*
21 *Occidens clericum bannitum an gaudeat indulto.*
22 *Occidens bannitum, quem dolosè banniri procurauit, an gaudeat indulto.*
23 *Occidens fratrem bannitum an gaudeat indulto.*
24 *Occidens bannitum ex odio particulari an gaudeat indulto.*
25 *Bannitum occidens vt gaudeat beneficio indulti, seu statuti an debeat esse conuictus ex veris probationibus.*
26 *Bannitus ex maiori delicto si occidit bannitum ex minori delicto an gaudeat indulto.*
27 *Bannitus a magna curia vicariæ, an debeat capi ab eius domino & barone.*
28 *Potestas an possit statuere, vt capiens bannitum cancelletur a banno.*
29 *Statutum, vt bannitus possit occidi, an valeat.*
30 *Bannitum occidens ex forma statuti an peccet.*
31 *Bannitum occidens ex forma statuti, si contra eum inquiritur, an quilibet de populo possit comparere, & allegare, quòd erat bannitus, & poterat occidi.*

DE INDVLTO, ET ASSECVRANdis hominibus, qui turbationis tempore Corradini a fide Regia defecerunt. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS IVSTITIARIO terræ Ydronti. CAP. XII.

MISERICORDIAM, & iudicium volentes cum subditis facere nostris, qui semper firmare cupimus clementia thronum no
1 strum, † omnibus & singulis habitatoribus terrarũ illarum, quæ quondam Corradini nepotis quondam Federici olim Romanorum Imperatoris temerarijs consilijs adhærentes a fide nostri nominis defecerunt, recognitis suis erroribus, ad mandata nostra humiliter sunt reuersæ, plenam securitatem in personis eorum præsenti edicto duximus concedendam. Vniuersis fidelibus nostris districtius inhibentes, ne ipsos hac occasione turbent in aliquo,

vel molestent, inquietentq; quoquo modo.¶Illos verò homines,& personas de prędictis terris, qui quamuis de principalibus factionis non fuerint. Sed tantum propter metum se absentauerunt, ad propria per initium proximum futurum quadragesimæ redire volumus,alioquin ex tunc à securitate huiusmodi sint immunes. Data Trani in Castro Ciuitatis ipsius quarto Decembris XII. Indictionis,regni nostri anno quarto.¶Volumus,& fidelitati tuæ præcipimus, quatenus statutũ ipsum per totam tibi decretam prouinciam solemniter publices, & tu illud obserues, & facias ab omnibus inuiolabiliter obseruari. Data Trani vndecima Decembris. XII. Indictionis,regni nostri Anno quarto.

ADDITIO.

MISERICORDIAM. Ad materiã huius c.de alia indulgentia facta suspectis de proditione, vide infra in c.ampliorem 185.sub rubr. de remittenda offensa suspectis de proditione. Et vide aliam pragmaticam Regis Alphonsi, quæ incipit. Alphonsus &c. sub rub. ędictum pentime gloriosissimi & diui Alphonsi. Est ẽt alia prag. Regis Ferdinandi,sub rub. indultum ad instantiam electorum,cum prag.sequen. Extat etiam nouissima indulgentia facta per Cæsaream Maiestatem Caroli V.de Austria Imperatoris,quæ est in capitulis Neap.c.31.Item supplicano &c. ADDITIO nouа.
2 ¶In tex.ibi(misericordiam.)Nota † ꝙ Rex vtitur misericordia erga subiectos,qui a fidelitate defecerunt. Et (vt dicit Seneca de cõsolatione ad Martiam.) Nec quicquam pulchrius ęstimo fastigio collocatis,quàm multarũ rerum veniam dare,& dicit Oui.2.de tristibus. Si nõ peccassem, tu quid cõcedere posses? Materiam veniæ sors tibi nostra dedit.de quo etiam per Io. Andr. in c.inter corporalia,col.
3 3.extra de transla.epi.¶Et expone tex.ibi † misericordiam, idest compassionẽ; quia vt dicit Augu[s].misericordia quid est,nisi alienę miserię quędam in nostro corde compassio, qua (si vtiq; possumus) subuenire compellimur.¶†Et(iu-
4 dicium.)Quæro quid vult dicere tex. dum dicit velle facere misericordiam, & iudicium , Aliqui dicunt iudicium, idest litem,siue controuersiam, vt ponitur in text. in l. 1.in prin. in verbo iudicia.ff.ad treb. & ista non est bona expositio:quia velle facere misericordiam & compassionem,& facere controuersiam,videtur aduersari, Alii dicunt,idest iustitiam,quasi ꝙ Rex Carolus vult facere misericordiam & iustitiam subditis,& hæc non est bona; quia est differentia inter iudicium & iustitiam, & ponuntur vt diuersa. ca. & si Christus.versi.& iurabunt,extra de iureiur.Alij dicũt, iudicium, idest discretionem ; quia iudicium pro discretione ponitur.d.c.& si Christus. in loco pralle. & ibi glo. in verbo & iudicio, & in l.cum pretor.§.non autem. ff. de iudi. quasi velit, ꝙ vult facere misericordiam cum discretione,& ista minimè videt bona expositio . Tu dic,ꝙ Rex Carolus in isto.c. vult dicere , ꝙ cum subditis,qui defecerunt a fidelitate,& sic fuerunt rebelles, vult eis in partem facere misericordiam & gratiã, & de eis habere compassionem ; quia eos securos facit de personis. & sic de vita, & vult in partem eos punire, & facere iudicium,i.eos punire ; quia iudicium aliquando pro pœna ponitur, vt per glo.& ibi addi. in modernis. in §. præterea. in verbo iudicium. Insti. quib. non est permi.face. testa.& committens crimen læsæ maiest. non solùm punitur de persona sed ẽt eius bona publicantur.l.quisquis.C.ad leg.iul.maie.Vnde Rex Carolus contra rebelles vsus fuit misericordia ; quia noluit eos de persona punire,& vsus fuit iudicio, i.eos puniuit in bonis ; quia eis non restituit bona , solùm assecurauit eorum personas,vt patet in hoc.c.Et indulgentia circa personas non intelligitur quò ad bona , nisi expresè sit
5 dictum.l.2.C.de sen. pasf. ¶†In tex.ibi(thronum)thronus ponitur pro sede regali,siue solio regali,& in sacra scriptura thronus ponitur pro virtutibus cœlestibus , in quibus Deus semper sedet secundùm Calep. Et de throno habetur.2.Regum c.7.& in c.& si Christus.extra de iureiuran. ¶In tex.ibi(quondam Corradini)nota de bello Corradini nepotis Federici Imperatoris facto in regno , de quo dixi supra in præludiis,& habetur infra. c. & si frequenter. 17. ¶In tex.ibi(a fide nostri nominis defecerunt) a fide, idest
6 a fidelitate , † Et quot modis dicatur fidelitas, vide glos.in extraua.ad reprimendum,in verbo totius , vbi ponit ꝙ tribus modis accipitur fidelitas, quædam, quæ debetur proximo , quædam debetur patri , quædam debetur domino suo,& principi,& de hac loquitur iste tex.¶In tex.ibi (ple-
7 nam securitatem.)† Nota, quòd qui habet regiam securitatem , dicitur habere plenam securitatem ; quia ille proprie dicitur securus, qui habet efficacem & inexpugnabilem securitatem,aliàs si securitas posset impugnari,non diceretur propriè securus : vt dicit Bald.in l.1.in fi. C. si aduer.solu. Et de materia securitatis vide Bar.in l.illicitas. §. ne potentiores.ff.de off.præsi. Fely.in rubr.extra de treg.& pa. Et quoniam in isto cap.per Regem Carolum Primum est facta indulgentia rebellibus , qui defecerunt a fidelitate,& sequuti fuerunt partes Corradini , & noluit sequi securitatem,sed misericordiam & indulgentiam,quæ opponitur seueritati secundùm Quinti.lib.1.c.3.& in hoc.c.potest aliquantulum tractari materia indulgentiæ,seu indulti & securitatis, & generalis abolitionis.¶Et circa istã ma-
8 teriam,†Primò quæro, an possit fieri indultum parte non concordata,vide Par.in trac. sind.in verbo compositio,colum.3.vbi tenet,ꝙ rex non consueuit facere generalẽ abolitionem,nisi parte concordata,& si aliter faceret non valeret.Quod tamẽ poteris limitare,nisi hoc faceret ex causa,puta propter publicam vtilitatem, & se dando scãdala, per ea quàm dicit Bal.& Ang.in l.conuentionum. ff.de pac. vbi dicunt,ꝙ principes,& barones,qui bellum gerunt pro prio nomine pro faciendo pacem , & sic ex causa publica possint remittere iniurias,& damna data suis subditis , ita quòd in perpetuum non possint amplius conqueri , nec agendo ciuiliter,nec criminaliter, & ita dicit fecisse Ciuitatem Perusinam,quando composuit pacem cum Ciuitate Romana, & Ang.in l.venditor.§.si constat. ff.com.præd. & l.Antiochensium.ff.de priuil.cred.& tenet Ias.qui multa alia similia allegat in l.Barbarius.num.24.col.6.ver.circa duas.ff.de off.præto.cum col.seq.& Fely.in c.quæ in ecclesiarũ.col.10.versus fi.cum seq.extra de consti.cũ multis similibus correlariis ibi adductis , & vide Loffre.in lib.
9 extricationum,in tit.si de feu.fue.contro.c.1. † Quæro,an per indulgentiam , seu indultum factum à principe censeatur solùm remissa pœna , an etiam censeantur restituta bona.& dicas,ꝙ solùm censetur remissa pœna,non autem restituta bona, nisi aliter expresè sit dictum.l.2.& ibi doct.C.de sen.pas.similiter etiam indulgentia generalis solum pœnam remittit,& non infamiam. l.fi. & ibi doct.C.
10 de gene.aboli. ¶†Quid autem si aliquis erat bannitus,seu foriudicatus,& bona erant publicata,& in alium translata, si fuerit factum indultum , seu si fuit ad pristinum restitutus, an recuperet bona in alium translata ? Vide Bart. in l. Gallus §.& quid si tantùm. col.6.versi. induco in arg.ff.de lib.& posth.qui tenet,ꝙ non recuperat bona in aliũ trans-
11 lata,de quo vide ibi per alios. ¶†Nunquid autem ab indulto generali censeantur reseruati introitus regales, & an ẽt censeantur exceptæ mercedes,& donationes factæ per regem ? Vide And.de Iser.& Matth.de Affli.in titu. quæ sint reg.in verbo portus,& in verbo ripatica,& in verbo vectigalia,& in c.imperialẽ.§.sed nec dominus, col.1.de prohi. feu.alien.per Fed.& Thom.Gram.decisio.104.nu.34.cum sequen.vbi tenet,quòd censentur reseruati , vt ibi per eos.
12 ¶†Sed pone,quòd est factum indultum generale, an extendatur ad carceratos. Istam quæstionem ponit Bartol. in l.2.

l.2 ff.de custo.reo.& breuiter dicas,quòd si in indulto delicta sunt remissa in totum,tunc extenditur etiam ad carceratos, si verò non sunt remissa delicta in totum,sed supersessum,puta donec durat guerra,vel aliud simile,tunc non extenditur ad carceratos, quia illi carcerati postea possent aufugere.& indicium erit elusorium,ita tenet Bart.in l.Domicianus.ff.ad turpi.Bal.in c.2.col.2.extra de trans.& tangit Bartol. in l.si is qui pro emptore,colum.17.ff.de vsuca.
13 ¶ † Nunquid autem indultum,seu abolitio generalis extédatur ad accusationes nondum institutas,seu inchoatas.Vide Bald. in l. 1.& 2.C. de genera.aboli.qui tenet quòd nó.
14 ¶ † Quid si finita guerra inter duos Principes , seu Reges est factum indultum,seu restitutio, & omnes rebelles sunt restituti ad pristinum , an comprehendat etiam mortuos? Bal.consi.408.quidam ciuis.i.vol.tenet quòd sic, & sequitur Sigismun.Loff.consi.8.& in libro. extricatio. in titu. de pace iur.fir. quia illa restitutio retrotrahitur, & finguntur restituti præambula hora ante motam guerram, vt ibi per
15 eos.¶ † Quæro,an in generali abolitione, seu indulto comprehendantur inquisiti pro crimine falsi.Dicas quod non, nisi fuisset expressa mentio de eis facta.l.Lucius & ibi Bar. in fi. ff.ad turp.Alexan.in addi.ad Bar. in l. Domicianus. in verbo factum,eo.titu.Alex.in l.de pupillo.§.si pluribus.col. 2.in fi.ff.de no.oper.nunci.Hipp.in l.1.§.si seruus. col.3. in fi.ff.de quæstio.& in rub.ff.de sal.col.3.nu.8.& consi. 105. incipiente,cordi meo.col.2.in fin.Alb.de Ro.in rub. C. de cri.fal.Matth.de Affli.decisio. 404. quæ est vltima decisio,
16 col.pen.in prin.versi.nec potest.¶ † Similiter etiam si aliquis fuit condemnatus ad pęnam,quam soluit fisco,& impetrat remissionem illius poenæ exactæ a Papa, vel Imperatore,& non facit mentionem,quòd illa pęna erat soluta fisco,non valet impetratio tamquam subreptitia Bald. & Ias.in l.nec damnosa,circa princi.C.de preci. Imper offe. Bal.& Ias.in l.præscriptione.in fin. C. si contra ius vel vtil.
17 pub.Decius in l.liberos.C. de colla.¶ † Similiter etiam si quis fuit condemnatus in mille libris,& impetrauit a principe gratiam & remissionem talis poenæ,& non fecit mentionem,ex qua causa fuerat condemnatus, non valet talis gratia & impetratio.Ias.in d. l. nec damnosa. in prin. Old. consi.22.incipiente ad quæstionem in fin.Alex.consil 114.
18 col.1. primo volu.¶ † Similiter etiam si vnus habuit gratiam de vno homicidio, & postea fecit secundum homicidium, & impetrauit gratiam etiam de secundo non facta mentione de primo homicidio, & quòd de illo primo habuerat gratiam , non valet illa secunda gratia impetrata,quia dicitur obreptitia , ex quo si fuisset facta mentio de primo,non cócessisset gratiam de secundo , & propter hoc fuit quidam decapitatus vt dicit Fely.in cap.postulasti.col. 4.extra de rescri.& in c.ex literis,col.1.in fin.de offi.deleg. Ias.in l.præscriptione,col. fi, C. si contra ius vel vtil. pub. & in d.l.nec damnosa. col. 1. de præci. Impe.off. Guil. de Cu.in l.3.per illum tex.C.de epi.aud.And.Barba.in c.super litteris,col.34.de rescri.Quod tamen intellige verum , nisi fuisset impetratum geminatum rescriptum , vt per Ias. in
19 d.l.nec damnosa. col. 1.per iura ibi allegata . † Et quando esset apposita clausula,ex certa scientia,multum operatur, quia talis clausula tollit omnes defectus inductos de iure positiuo,non autem inductos de iure naturali, Alex.consi. 79.col.4.in fi.versi.circa sextam,primo volu. de qua clausula latè per Fely.in c.quia non nulli.§. sunt & alii. col. 16. extra de rescri.& latè Firm. in suo reper. in verbo clausula ex certa scientia , vbi latè. Et de quibus debet fieri mentio in rescriptis,vide Fely.in c.super litteris.col.6. de rescri. &
20 quæ habentur in c.dilecta.eo.titu.¶ † Quæro,an indultum trahatur ad delicta commissa post factum iudultum? Breuiter conclude quòd non , quia daretur materia delinquendi,ita in terminis tenet Vince.Hercul. in disputatione prima,col.9.versi.decimosextò, & col. 18. in distinctione in prima fallentia cum sequé.Bar.in l.cum lex.ff.de legi.& in l.si ita.ff.de auro & arg.leg.Saly.in l.2.C.de gene.abol.Decius in c.cognoscentes.in prin.de consti.Ang.consi.67.Decius consi.65.in fi.primo volu.Pet.de Ancha.in cap.1.car. 48.col.3.de consti.Ad prædicta etiam facit gl.& doct. in l. nec ex prætorio.ff. de reg. iur.& in l. si vnus. §. illud. ff. de pact.& ibi Bal.& Ias.Soci.consi.101.abunde.col. 2. secun-
21 do vol.cum concor.¶ † Sed pone , extat indultum , vt fuit annis præteritis,vt quicúque occiderit bannitum, gaudeat indulto,si aliquis occidit clericum bannitum a iudice seculari,an gaudeat indulto.Vide Dy.consi.vltimo,vbi tenet, quòd occisor non excusatur,si sciebat illum esse clericum vel incedebat in habitu & tonsura, quia bannum factum a iudice seculari & incompetenti non valebat , & intelligitur de bannito rite & rectè,si verò ignorabat illum esse clericum,& non incedebat in habitu & tonsura,& sic fuit error facti,aliquantulum alleuiatur poena,vt ibi per eum. Intellige prædicta , nisi talis clericus deuenisset in profundú malorum,& esset effectus incorrigibilis, prout sunt hodie multi clerici & monaci,qui sunt forensiti & malefactores insignes,homicidiarii , disrobatores stratarum , & publici malefactores, iuxta ea quæ habentur per Abb. Io. And.& alios in c.cum non ab homine.de iudi. quia tunc si capéret,vel occideret talem forensitum , seu bannitum gauderet indulto,& ita vidi seruari, quando isti clerici,qui erant forensiti, & deuenerunt in profundum malorum , & fuerunt occisi,vel capti , prout fuit Donnus Herricandus de Monte Corbino, qui erat caput forensitorum , & ille qui
22 eum occidit habuit indultum. ¶ † Item non gauderet beneficio indulti , seu statuti , quando aliquis dolosè procurasset aliquem banniri , ad hoc vt ipsum potuisset occidere.Abb. in c. postulasti. de conce. præben. nu. 4. per illum
23 tex.¶ † Similiter non gauderet beneficio indulti,vel statuti occidens fratrem bannitum,vt tenet Nellus in tra.banni. in tertia parte secundi temporis,quæstio. 53.casus talis est, col.5.in prin.Dy.in l.si adulterium cum incestu.§. liberto. ff.de adul.Hyp.in l.vnica.nu.200.C.de rap. uirg. & in sing. 210.incipiente iura sanguinis.Intellige prædicta,nisi indultum,seu bannum aliter specificè disponeret, quia tunc il-
24 lud seruari deberet . ¶ † Similiter si aliquis occideret bannitum ex odio particulari,non iuuaretur beneficio indulti,seu statuti,vt tenet Hipp.consi.10.nu. 42. primo vol. cú ibi allegatis,intellige,vt supra, nisi aliter disponeret statutum,seu indultum.¶ Item aduerte ad vnum, quòd ad hoc
25 † vt occidens bannitum gaudeat beneficio indulti,seu statuti,debet occidere bannitum conuictum de delicto ex veris probationibus , non autem bannitum ex contumatia , qui dicitur fictè confessus,ita tenet Alex.in addi. ad Barto. in l.omne delictum. circa prin.ff.de re mili.allegat.Bald.& Imo.in l.mora.ff.sol.mat.& tenet Hipp.in l.vnica, nu.135. C. de rap. virg. qui dicit hoc esse singulariter notandum.
26 ¶ † Sed nunquit bannitus,seu foriudicatus , & legatus maiori poena,quam sit alius bannitus occisus, seu captus ab illo bannito,qui tenebatur maiori poena,gaudeat indulto, seu consequatur præmium,quod debetur capienti bannitum.Breuiter dicas quòd non,quia ex quo est ligatus maiori poena ipse foriudicatus quam bannitus , non consequetur præmium,ita tenet Matth.de Affli. in consti. poená eorum,in 14.nota.col. 21. Immo plus voluit ibi Matth. ꝙ talis foriudicatus , qui occidit bannitum , punietur poena const.terminum vitæ.Et hoc etiam proximis annis fuit prouisum per Illustrissimum Don Petrum de Toledo Viceregem Regni,vt quicunque capere, vel occideret forensitú de pari,vel maiori delicto,ganderet indulto , secus de mi-
27 nori.¶ † Sed iuxta materiam bannitorum, pone quòd aliquis est bannitus a Magna Curia Vicariæ , & est vasallus alicuius Baronis,an barro possit illum receptare in terra sua,an verò debeat capere,& assignare Magnę Curię.Dic, quòd Baro debet tantum expellare a terra,sua quia non potest eum receptare , sed non tenetur capere & præsentare Magnæ curiæ,quia baro non debet esse beccarius sui subditi,ita dicit Matth.de Affli.in consti. poenam eorum colú. 23.in fin.versic.& aduerte, ad prædicta etiam vide Matth. de Affli.in consti.eos qui scienter,col. pen. nume. 19.in fin. vbi

vbi dicit, quòd si vasallus extra territorium delinqueret, non debet seueriorem pœnam imponere quia non debet baro esse beccarius sui vasalli, vt dicit Bal. in c. 1. §. si iudex. de pace tenē. & Matth. de Affli. decisio. 265. Illustris. col. 2.

28 ¶ † Nunquid Capitaneus seu Potestas alicuius loci possit statuere, vt bannitus præsentans alium bannitum, cancelletur a banno. Vide Bar. in l. non omnes. ff. de re mili. vbi tenet quòd non, quia hoc non pertinet ad rectores & potestatem sed ad superiorem, vt ibi per eum, & vide Saly. in l. cum indulgentia. C. de sen. pass. sed superiorem recogno-

29 scentes non possunt sine auctoritate superioris. ¶ † Quæro, an valeat statutum, quòd bannitus possit occidi. Dic quòd sic, vt tenet Bal. in l. omnes. C. si contra ius, vel vtil. pu. col. 3. Alex. consi. 65. 3. vol. Nellus in tra. bannito. circa prin. & in decima carta versi. primò ergo quæro. Matth. de Affli. in consti. pœnam eorum, col. 4. circa fin. primæ quæstionis, Fel. in c. quę in ecclesiarum, col. 2. ver. per istā conclusionem, extra de consti. Et ad prędicta vide tex. in l. non omnes. §. si. ff. de re mili. vbi capienti & indicanti malefactorem parcitur, de quo etiam per Lud. Ro. cons. 210. illud autem, quod dictum est, quòd valet statutum, vt bannitus possit occidi, limita nouem modis, vt per Fely. in d. c. quæ in ecclesiarum. col. 2. cum sequen. vbi ponit nouem casus,

30 in quibus non licet occidere bannitum. ¶ † Sed an occidens bannitum, qui ex forma statuti potest impune occidi an peccet. Alb. de Ro. in quæstio. statu. in quarta parte. q. 19. tenet quòd non peccat, allegat Ray. in sum. in tit. de homi. idem tenet Matth. de Affli. in d. consti. pœnam eorum, col. 11. in octaua quęstione, nu. 30. sed hoc intellige, quando occidit non animo vindictæ sed zelo iustitiæ, & sic intētio sit recta, idest ad bonum cōe, vel iustitiæ obseruationē, ita tenet Sum. Ang. in verbo homicidium, lo primo, col. 4. nu. 6. & Sil. in sum. in verbo homicidium, primo, col. 5. versi. sextum. Et pauci sunt qui talem rectam inentionem habeant, ad prædicta vide Spe. in titu. de execu. sen. §. nunc di-

31 cendum, col. pen. in fi. versi. item nota. ¶ † Vnum etiam nota in ista materia, quod si potestas inquirit contra occidentem bannitum, qui ex forma statuti potest impune occidi, tunc quilibet de populo potest comparere & ostendere bānum illius mortui, & statutum, quod permittit occidere, & petere, quod contra eum vlterius non procedatur, sed absoluatur ab inquisitione contra eum formata, iudex tunc debet desistere. Bar. & alii in l. vbi pactum. C. de transl. Hip. in l. vnica, nu. 136. C. de rap. virg. vbi limitat hoc procedere quādo ille bānitus fuisset bannitus de vero delicto, quia constabat ex probationibus de delicto, secus si fuisset bannitus ex contumacia vt ibi latius per eum. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Bona proditorum & rebellium an fisco applicentur.*
Proditores, & rebelles quot modus dicantur, ibidem.
Bona proditorum an debeant scribi in quaternionibus curiæ, ibidem.
2 *Proditores manifesti regis an statim, quòd sunt capti, possint suspendi.*
3 *Receptantes, vel dantes auxilium & consilium proditoribus rebellibus qualiter puniantur.*
4 *Receptans filios proditorum, vel eis dans auxilium & consilium, qualiter puniatur.*
5 *Proditores cælans & non reuelans, vel eos non capiens, vel saltim clamans contra eos, qualiter puniatur.*
6 *Procedi an possit contra proditores rebelles & eorum bona, non obstante quòd non sint citati in loco rebellium, vel quòd citatio ad eorum notitiam non peruenit.*
7 *Carceratus pro crimine læsæ maiestatis an possit liberari a carceribus, vel bona restitui sine speciali mandato.*
Captus pro crimine læsæ maiestatis & liberatus sine mandato, an debeat reduci ad carceres, ibidem.
8 *Denuntians aliquem pro crimine læsæ maiestatis, an debeat iuuare, quòd non est odio facit, & testes dare debeat.*
9 *Capiens, vel indicans proditorem & rebellem an debeat habere præmium.*
10 *Proditorum quinque species.*
11 *Bona proditorum an ipso iure absque sententia fisco applicentur.*
12 *Proditores manifesti an de facto perimi debeant.*
13 *Ordo iuris an seruetur contra notorios & publicos proditores, & 46.*
14 *Crimen læsæ maiestatis & hæresis an parificetur.*
15 *Pœna contra proditores.*
16 *Diffamatus de rebellione an possit petere pronuntiari se non esse rebellem.*
17 *Ciuitas an possit suum ciuem vendicare.*
18 *Processus quomodo formetur contra proditores.*
Fiscus an possit petere bona proditoris, antequam sit damnatus de proditione.
19 *Memoriam defuncti damnare quid sit ibidem.*
Appellari an possit in crimine proditionis & læsæ maiestatis, ibidem.
20 *Filii proditorum an possint contrahere matrimonium.*
21 *Proditorem capere an liceat priuato.*
22 *Vxor an teneatur capere, vel denuntiare, vt capiatur eius maritus proditor.*
Vxor an teneatur sequi virum proditorem, & cum eo habitare, ibidem.
Vxor an non obstante banno, vel excommunicatione possit cohabitare cum viro, ibidem.
23 *Citatio extra regnum contra rebelles quomodo fiat.*
24 *Notorium an in plus se habeat, quàm manifestum.*
25 *Proditor notorius an sine aliqua excusatione damnari possit, & quid si est occultus.*
26 *Accusatus de crimine læsæ maiestatis an admittatur ad fideiussoriam cautionem.*
27 *Denuntiator an teneatur inscriptis dare nomina testium.*
Proditorum bona quare publicentur, ibidem.
Malè meritus an egestate laborare debet, ibidē. & 75.
28 *Proditor in isto. c. an ponatur pro rebelle.*
29 *Proditionis crimen quando committitur.*
30 *Proditor an sit nomen generale.*
31 *Proditor quis dicatur.*
32 *Proditor an dicatur, qui offendit alium sine diffidatione.*
33 *Proditor an dicatur, qui dat potionem venenatam.*
Proditor quot modis dicatur, ibidem.
34 *Proditor non debet stare coram principe.*
Proditores an dicantur, qui hostes muniunt, ibidem.
Transfuga quis dicatur, ibidem.
Emansor quis dicatur, ibidem.
Desertor quis dicatur, ibidem.
Contumax tempore belli qualiter puniatur, ibidem.
Bladum ad exercitum principis paratum in alicuius vsus conuertendo qualiter puniatur, ibidem.
35 *Statutum permittens bannitum impune occidi an habeat locum in eo, qui proditoriè occidit.*
36 *Rebellis quis dicatur.*
Rebellis an dicatur, qui non uult obedire officiali principis, ibidem.
37 *Rebellis an dicatur, qui transfugit ad hostes.*

Auxilium

38 *Auxilium præstans inimicis Cesareæ Maiestatis vel mittens literas, vel nuncium, an dicatur rebellis, ibidem.*
Proditor an dicatur reuelans secreta hostibus, ibidem.
39 *Vasallus contrahens amicitiam cum inimicis domini sui an feudo priuetur.*
Vasallus an possit dare victualia, vel transitum inimicis domini sui, ibidem.
40 *Rebellis an dicatur, qui per metum, vel coactè aliquid facit hostibus, ibidem. & 53.*
Rebelles an debeant citari, & quomodo contra eos procedatur.
41 *Crimen læsæ Maiestatis an committat, qui a iurisdictione & potestate Imperii se subtrahit, & hostis animum assumit.*
Perduellio quis dicatur, ibidem.
Rebellis & perduellio an dicatur præstans homagium vel mittens equos, vel arma hostibus domini sui, ibidem.
42 *Rebellis prouocat in se iram.*
43 *Arma & insignia rebellium an debeant deleri per ciuitatem, vbi reperiuntur.*
44 *Ciuitas committens rebellionem qualiter puniatur, & qualiter homines in ea existentes.*
45 *Regi asserenti aliquem fuisse proditorem an credatur.*
46 *Ordo iuris an requiratur contra notorium proditorem, & rebellem, & 13.*
47 *Crimen læsæ Maiestatis an solum cõmittatur contra Principem, vel rempublicam.*
48 *Administratio bonorum an statim dicatur interdicta rebellibus.*
49 *Filii committentium crimen læsæ Maiestatis an puniantur.*
50 *Nepos an succedat in feudo aui, si pater commisit delictum.*
51 *Proditor an sit, qui vadit ad hostes.*
52 *Proditor an dicatur, qui non malo animo, sed cum licentia vadit ad hostes.*
53 *Crimen læsæ Maiestatis an possit imputari carenti dolo.*
54 *Vasallus, qui cum licentia iuit ad hostes, si postea conspirauit contra dominum, an puniatur.*
55 *Vasallus, qui cum licentia iuit ad hostes ad se concordandum pro recuperatione castrorum, dummodo non seruiat cum persona, an possit impune seruire per substitutum.*
56 *Qui vult consequens, an videatur velle necessarium antecedens.*
57 *Iuramentum fidelitatis præstans contra regem an dicatur hostis.*
58 *Licentia concessa alicui præstandi alteri iuramentum fidelitatis, an dicatur absolutus a iuramento fidelitatis præstito primo domino. & 61.*
59 *Ligius an possit esse duorum dominorum.*
60 *Crimen læsæ Maiestatis non committitur nisi a subdito.*
61 *Licentia data eundi ad hostes an ex hoc censeatur data, vt sit infidelis.*
62 *Vasallus diuersorum dominorum, qui habent inter se guerram, an vni possit de persona seruire, & alteri per substitutum.*
63 *Faciens aliquid per substitutum an dicatur personaliter facere.*
64 *Felloniæ causæ quæ sint.*
Felloniam committere an possit, licet non committat crimen læsæ Maiestatis, ibidem.
65 *Iuramentum fidelitatis præstans per metum an excusetur.*
66 *Vasallus an perdat feudum, si per metum contrahit amicitiam cum inimicis domini.*
67 *Metus iustus an dicatur, quando verisimiliter timetur periculum.*
68 *Metus an excuset, si potuit ire ad aliam ciuitatem, in qua se curè stare poterat.*
69 *Ad hostes accedere de loco fideli ad infidelem an consideretur.*
70 *Ciuis alicuius terræ captæ ab hostibus stans cum hostibus an dicatur rebellis.*
71 *Rebellis an dicatur ciuitas per vim capta ab hostibus.*
72 *Ciuitas, quæ propter aduentum magni exercitus, cui resistere non poterat, si propter metum dedit se duci exercitus, an sit rebellis.*
73 *Rebellans se contra præsidem ob eius malos mores, an dicatur rebellis.*
74 *Pater an teneatur denuntiare regi filium rebellem.*
Vxor cohabitando causa viro rebelle an dicatur rebellis, ibidem.
75 *Rebelles in egestate viuere, an intersit reipublice. & 27.*
76 *Rebellionem committens contra regem si tenet feudum a barone, an feudum applicetur regi, vel baroni.*
77 *Specialia in crimine læsæ Maiestatis.*
78 *Crimen læsæ Maiestatis quot modis comittatur.*
79 *Offendens officialem Baronis an committat crimen læsæ Maiestatis.*
Occidens consiliarium Regis an committat crimen læsæ Maiestatis, ibidem.
80 *Aedificia & domus occidentium regios consiliarios an dirui debent.*
81 *Aedificia an pro omni crimine dirui possint.*
82 *Palatia pulcra an dirui debent.*
Domus contumacis an possit dirui, ibidem.
83 *Domus communis propter delictum vnius sociam possit dirui.*
84 *Domus destructa propter delictum an possit reædificari.*
85 *Crimen læsæ Maiestatis an committatur contra regem, sicut contra Imperatorem.*
86 *Proditorem Regis videns an debeat capere, vel clamare.*
87 *Foriudicatum capere, vel clamare, an debeat.*
88 *Memoria defuncti an possit damnari, & infra quantum tempus.*

DE PÆNA ET VINDICTA proditorum. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. XIII.

NVPER apud Tranum contra proditores nostros, eorumque bona statutum edicimus in hac forma.

AD Vindictam malefactorum deliberato consilio cum Baronibus, ac iurisperitis statuimus. 1 † quòd bona omnia proditorum nostrorum, qui principaliter sunt damnati, vel in prælio cõtra nos & alios interfecti, vel per fugam se absentauerunt, aut in locis rebellibus commorantes, seu in nostro latitant regno, cameræ nostræ generaliter applicentur. Et in quaternionibus curiæ redigantur in scriptis vt in nostro consistant demanio, aut illorum, quibus

bus regalis magnificentia duxerit concedenda.
2 ¶ † Et quia omnes manifesti proditores nostri, qui adhuc latitant, vel fugerunt, aut in locis rebellibus commorantur, si capi poterunt, per nostros iustitiarios suspendantur mora qualibet prætermissa.
3 ¶ † Addentes etiam, quod quicunque dictos proditores, vel alios latentes receptauerit, vel dederit auxilium, & consilium, vt in Regno nostro morentur publicè, vel occultè, aut quòd possit exire de Regno, & euitare manus ipsas, memoratam pœnam se nouerit incursurum.
4 ¶ † Qui autem liberos eorum receptauerit, vel dederit eis auxilium, vel cõsilium, nostro arbitrio grauissimè puniet ur.
5 ¶ † Si quis verò proditores nostros sciuerit esse in regno, & celauerit, quòd non dicat officialibus nostris, vel eos viderit in locis, vbi possit capere eos, & non ceperit, & si non potest capere, non clamauerit alta voce, ecce proditores domini nostri regis, adiutorium, adiutorium ad capiendum eos, in personis & rebus grauissimè punietur.
6 ¶ † Quod statutum per nostros officiales & subiectos strictissimè præcipimus obseruari, non obstante aliqua constitutione, vel aliquo iure scripto & non scripto, & maximè non obstante eorum absentia, & quod nõ sunt citati ad loca rabellium, vel extra Regnum effugerant, seu latitant, ita quòd citatio non possit commodè ad eorum notitiam peruenire, & manifestum, & notorium est, quòd rebellarunt contra Regiam Maiestatem.
7 ¶ † Statuimus etiam vt nullus magister iustitiarius, vel iustitiarius, iudex, aut secretus, seu officialis alius, aut subditus noster, postquam aliquis captus fuerit pro crimine læsæ Maiestatis, ipsum absoluere debeat datis vel non datis fideiussoribus a carcere liberare, vel eorum bona restituere, sine speciali mãdato. Et si cœperit aliquem de persona, & liberauit, & bona restituerit, significet curiæ, cuius mandato liberauit eãdem personam, & bona restituit. Si verò aliquos sine mandato regio liberauit, statim reducat ad carcerem.
8 ¶ † Et cum curiæ nostræ nuntiabitur contra aliquem, qui crimen læsæ Maiestatis commiserit, nomen denuntiantis describat ac ab illo iuramentum recipiat, quòd non faciat propter odium speciale, sed quia credit, prout denuntiat, verum esse. Et dicti denuntiatores nomina testium fidelibus nostris officialibus dicant, & illa conscribant, & omnem aliam viam, per quam credunt prædicta posse probare. Et si nomina nescierunt, & eos recognouerint, vadant cum nuntio officialium ad loca, vbi sciunt esse, & personas ostendant.
9 ¶ † Is autem qui acceperit, vel indicauerit, vt capiantur, ac nostræ curiæ, seu officialibus nostris captos assignauerit, a munificentia nostra condignæ retributionis munera consequatur. Actum in Ciuitate Trani in Castro ipsius Ciuitatis. 15. Decembris. 12. Indictionis, Regni Nostri Anno quarto. ¶ Quare volumus & fidelitati tuæ firmiter & districtè præcipiendo mandamus, quatenus statutum huiusmodi per totam decretam tibi prouinciam, & spetialiter in locis famosis solemniter publices, & tu illud obserues, & facias ab aliis inuiolabiliter obseruari. Attentius prouisurus, ne aliquam in hoc adhibeas negligentiam, vel defectum. Data Troyę. 12. Ianuarii. 12. Indictionis, Regni nostri Anno quarto.

NVPER ad vindictam. Nota quòd in hoc. c. tractat de proditoribus, de filiis verò ipsorum vide in c. satis constat esse notorium. infra nu. 28. & c. item statuimus. num. 128. sub rub. quòd filiæ prodito. de bonis verò eorundem vide infra c. & si frequẽter, nu. 17. & c. bona proditorum, nu. 171. in rub. de bonis proditorum. ¶ In tex. ibi (proditorum nostrorum, qui prin
10 cipaliter.) † Nota quinque species proditorum, qui omnes æquiparantur per hunc text quod intellige quantum ad pœnam inferendam, non quantum ad modum & formam puniendi, quia aliter publici proditores, aliter occulti puniuntur, vt patebit ex infra dicendis. Qui proditores sunt hi, videlicet damnati principaliter, interfecti, in bello, absente per fugam, commorantes in loci rebellibus, & latitantes in regno, pro quo vltimo facit tex. extra uag. quoniam nuper. ibi, publicè, vel occultè, in tit. qui sint rebelles. Quorum latitantium numerus hodie est infinitus propter iustitiam suffocatam, propter intollerabilem extorsionem dominorum, & gentium armorum, inferentium varias vexationes & disrobarias, quare aduertat ille, qui nõ uit omne latitans & occultum. ¶ In tex. ibi (cameræ nostræ
11 generaliter applicentur) per istum tex. videtur, † quòd bona proditorum ipso iure absque sententiæ prolatione curiæ siue fisco regio applicentur. de iure verò communi videtur secus, vt. l. si vacantia. C. de bo. vacã. lib. 10. & decima colla. de natu. fæ. c. 1. & de feu. sine culpa non ami. c. 1. Sed certè hic non dicit sine sententia, immo potius implicat cum sententia, patet ibi dum dicit, applicentur, & sic ponit futurum subiunctiui, ergo non ipso iure sed per sententiam, vt nota. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus §. sanè. ibi, æconomatus administratione priuetur, & glo. dicit per sententiam non ipso iure, ex quo dicit priuetur, & non priuatus sit, simile notat. C. ne liceat poten. l. 1. super verbo afficerentur, & ibi Bar. & C. de iura. cal. l. 2. §. si actor. super ver. cedat, secus si diceret, applicata sint. nam verbum sint, implicat ministerium iuris, nisi ministerium hominis exprimatur. C. de iure delib. l. si infanti. §. parentes. Item quandocunque futurum tempus adiicitur, non importat aliquid fieri ipso iure, nisi aliqua lege caueatur, id fieri ipso iure, vt ext. de elect. c. quisquis. Sed verius credo, quòd non requiratur sententia, nam hic loquitur in manifestis & publicis proditoribus, vt infra eo. c. versi. quod statutum, ibi, & manifestum, quorum detestabilis & popularis error inualuit, quasi publicum esset in regno præcipuè, nec posse eorum crimen ipsorum, vel aliorum dissimulatione aut negatio-
12 ne cælari † contra quos per potentiam & de facto proceditur ad perimendum gladio personas ipsorum, & l. 3. §. fi. ff. de sica. & ad ipsos conculcandum, vt infra. c. & si frequenter. nu. 57. si ergo proceditur de facto ad perimendum gladio personas talium proditorum, multo magis proceditur de facto ad capiendum eorum bona, ut. l. transfugam. ff. de
13 acqui. re. domi. † Et quòd in notoriis & publicis proditoribus iuris ordo nec sententia requiratur, expressè tenet D. And. de Iser. 10. colla. in titu. quo tempo. miles. c. si quis fecerit inuesti. §. sancimus ibi, item pone Baronem, vbi vide, Quid in non notoriis, nec publicis proditoribus. Item quãtum ad hoc vt eorum bona occupanti concedantur, ita loquitur. d. l. transfugam, non vt publicata fiant, & fisco ipso iure quærantur, quia tunc sententia est necessaria secundùm communem opi. vt nota. Bart. in extrauag. quoniam nuper, uui sint rebell. in glo. rebellando, ibi, item quæro, quid Io. Arcan. ita quòd ex ipsorum manifesta proditione eorum bona ad curiam peruenerunt. d. c. & si frequenter,

ter,nu.17.versi.statuimus.Hodie verò in Regno per Carolum Secundum declaratum est, vt ipso facto proditorum bona perdantur,& ipso iure curiæ,seu fisco dominium acquiratur, in c.bona proditorum,nu. 171.vbi vide. Pro hac declaratione Caroli Secūdi optimè facit,quod notat And. de Iser.10.col.in titu.quæ sint rega.§.contrahentium incestas nuptias. circa finem ibi idem in crimine Maiestatis.
14 † Vbi parificat crimen læsæ Maiestatis , & crimen hæresis, ad quod facit, Instit.de publ.iud.§.publica autem iudicia. vbi vide tex. qui dicit, quòd proditor regis animæ amissionem sustinet,vnde si dicta crimina parificantur.patet,quòd sicut bona hæreticorum ipso iure perduntur,& eorum dominium,vt in c.cum secundùm.extra hære.in 6. sic.& bona proditorum,& eorum dominium ipso iure perdatur,attenta paritate prædicta. Attende , quòd licet de iure communi secundùm communem opi. in crimine læsæ Maiestatis sententia requiratur, vt in iuribus supra allegatis,& nota.in sum.C.vnde vi.quam sequitur Bartol.in l.Imperator.ff.de iure fisci,& in d.extrauag.qui sint rebell.in glo. in ver.rebellando,& per And.de Iser.10.colla. in titu. de feu. sine culpa non ami.c.1. vbi hæc rectè dicunt,& in tit. quo tempo.mil.in fi.ibi.abiiciatur de possessione &c.tamen videtur ibi D And.differentiam facere inter perditionē pleni dominii.& perditionem vtilis dominii,vt primo casu vera sit Azo.opi.& aliorum.s.vt sententia requiratur,secundo casu non,quam distinctionem D.Bar.in d.glo.rebellando, non sequitur. Immo dicit idem esse in vtili dominio. s. vt sententia requiratur,mouetur ratione, quia licet vtile dominium sit inductum de iure ciuili . tamen quò ad effectū idem sonat,vt not.in aut.nisi.C.de bo.mater.& l.cuius.ff.de reg.iur.Et propterea retinet sicut ante commissionem delicti,ratio,quia effectus dominii est de iuregentium , ar. Insti.de vsu & habi.§.fin.vbi dicit, vsufructum, & similia esse de iuregentium,quæ sunt de effectu dominii. Sed hæc disputatio,an dominium perdatur ipso iure,vel per sententiā, est de lana caprina,vt dicit And.de Iser. in titu. de prohi. feu.alie.per Fed.§.callidis post prin.ibi, hæc disputatio &c. nisi propter fructus medii temporis, vt in auth. de incestis nupt.in prin.& propter possessionem aduocandam,in quibus oportet culpam deliquentis laudari , & conuinci , & per sententiam damnari , vt ibidem per And.de Iser. & in d.c.1.de feu.sine cul.non ami.& est glo.Marini not.in consti.regni contingit,in titu.de accus.coram magi.iusti.Et prędicta vera,nisi in proditore publico,& notorio, vt supra dixi.
15 † Et quia in hoc c. tractatur de pœna & vindicta proditorum,dic secundùm Bar.in d.glos.rebellando , versic. de pœnæ,ꝙ quædā pœna infligitur eis ipso iure,quia perdūt omnia,quæ iuris ciuilis sunt,vt l.amissione.ff.de cap.in dimi. Alia pœna potest infligi eis a quolibet homine: quia possūt impune occidi.d.l.3.§.parentes.ff.de sic.& de re mili.l.proditores,possunt etiam capti detineri vt serui.d.lege. transfugam.ff.de acqui. re. domi. Tertia pœna imponitur eis per iudicem,quia potest eos damnare,& capite puniūtur. l.siquis aliquem §.transfugæ.ff.de pęni.quod intellige, vt ibi notatur.Et licet prima pœna incurratur ipso iure.potest tamen peti pronuntiari talem proditorem esse rebellem,ar.ff.de iudi.l.qui se dicit, & est expressum in c. pastoralis.ext.de re iudi.in 6. vbi Imperator pronuntiauit Regē
16 Robertum esse rebellem.† Et eodem modo qui se putaret de hoc crimine diffamatum, posset petere pronuntiari se non esse rebellem.C.de inge.& manu.l.diffamari.quemadmodum potest peti principaliter,vt de ætate pronuncietur vt ff.de mino.l.de ætate.secundùm vnam lectu.de fer.l.2.ibi vt ætates probentur.C.de proba.l.cum te.& vide glo. in extrauag.qui sint rebell.in verbo rebellando,col.2. in fi. Item
17 hoc potest fieri ciuiliter agendo;nam sicut † ciuitas potest vendicare ciuem suum eadem ratione ciuis potest se dicere ciuem Ciuitas Romanæ,per consequens non rebellem; vt, ff. ad muni.l. de iure: & nota. ff. de rei uen. l. per hanc.
18 † De modo vero procedendi,& processum formandi contra hos proditores , & multa alia recurre ad fontem viuū valet ad notata per Bar. in extrauag. ad reprimendum , &
19 qui sint reb.quoniam nuper,vbi bellissimè.† An in hoc crimine locum habeat l.1.C.vbi de cri.agi.opor.vt fiscus nō petat bona,nisi prius criminoso damnato , puta , Titius est proditor,vel hæreticus,alius tenet bona , an tenens possit opponere,vt prius accusetur & damnetur Titius.Et quæ sit pratica,quando fiscus petit bona ab hærede proditoris, & de modo formandi sententiam.Et quid est dicere, damnare memoriam defuncti,vide notata per And.de Iser. in tit. quæ sint rega.§.& qui vt indignis,circa fi.ibi an locum habeat.d.l.&c.vbi recurre.Et an in dicto crimine sit locus appellationi?Vide per eundem plenè eod.titu.§. crimen Maiestatis ibi,quæri consueuit,& Lucam de Pen.in l.1.col. 2. C de peti.bo.sub.lib.10.& in l.1.C.de condu. & procu.lib. 10.¶ in tex.ibi (addentes.)Nota pœnam contra receptatores proditorum & eorum filiorum.¶ In tex.ibi(qui autem)
20 videtur statuere nouum ius contra filios proditorū.† Aliud nouum ius statuit contra eos,vt non contrahant matrimonia filii proditorum,vt in c.satis constat,infra de filiis prodito. nu. 28. quod innouari videtur per Carolum Secundum Principem Salerni editum in planicie Sancti Martini quod incipit. Item statuimus,num.128.sub titu. quòd filiæ proditorum &c.Sed certè ibi non exprimitur de filiis proditorum.¶ In tex.ibi(vel eos viderit in locis, vbi possit ca-
21 pere.)Nota ex hoc tex.†quòd priuatus potest capere proditorem,quod intelligo de publico , quando plene constat eum esse proditorem , aliàs capi non potest sine mandato curiæ, vt infra in c. Item quòd prædicti magistri procuratores in titu. de non capiendo aliquos extrahen. &c. num.
22 68.vbi vide de bannitis & homicidis . † An autem vxor teneatur capere,vel denuntiare,vt capiatur vir proditor?Dic per D.And.de Iser.in consti.pœnam carere volentes,in titu.de vxo.foriudi.vbi etiam vide. An vxor teneatur virum proditorem sequi,& cum eo habitare.d.Bal.in l. si cum dotem,§.si maritus.ff.solu.matrim.dicit, quòd Alb.& Odof. tenuit contra illud,quod tenuit D. And.in add.Spe.in titu. de dote post diuor.resti. §. formatis. colum. 5.uersic. quid si vir.dicit, quòd uxor non obstante banno uel excommunicatione cohabitauit uiro,allegat.11.q. 3. ca.quoniam,& extra de sen.exc.c.inter alia.¶ In tex.(ibi quod statutum). s. de bonis proditorum infiscandis,de quibus supra in prin. dixi,alias de receptatoribus,ut supra.§.addentes,uel de receptatoribus liberorum,ut supra. §. qui autem , uel de his qui potuerunt capere proditores,& non cœperunt , nam cum hic dicit,non obstante absentia eorum.s.proditorum. quod patet per uerba sequentia, sed prædictum uerbum , quod statutum non potest intelligi de statuto, quod loquitur de ipsis proditoribus,puta capiendis,& puniendis.quomodo.n.possunt capi & puniri, si sunt absentes . ¶ In tex. ibi(non sunt citati) hic statuit aliud ius nouissimum , ubi non requirit citationem,quod est contra.l. bene à Zenone. C.de quadri.pscri. Et aduerte, quod Rex Carolus Primus de proditoribus multa capitula statuit, nam regni eius anno II. fecit primò pręcedens. c.de proditoribus capiendis deinde regni eius anno 7.fecit aliud. c. de filiis proditorū. uidelicet.c.satis constat esse notorium , quod est infra nu. 28.deinde regni anno nono fecit. c.dudum.de capi.prodito.banni.& foriudi.quod non reperitur,deinde eodem anno die Mercurii.19. Marcii apud Brundusium fuit factum infrascriptum.c.quod loquitur de bonis proditorum, deinde regni eius anno decimo factum fuit. d. c. & si frequenter,num.17.in titu.de his qui præten.ius habe. in bonis proditorum.Item aduerte,quòd per d.ca. dudum, de capien. banni.& foriudicatis datur,intelligi , quòd debeant citari, & sic uidetur , ꝙ illud. c.corrigat illud, sed certe non cor-
23 rigitur,quia ibi in alio casu,quàm hic loquitur.† hodie uero extra regnum de modo , & forma citandi rebelles uide plenè per Bar.in extrauag.ad reprimendum, in glo.in uer. per nuncium, cum similibus. Sebastianus de Neapol.¶ In tex.ibi (manifestum & notorium.) Nota hæc uerba pro
24 hiis quæ dixi supra post prin. † Et attende , quòd notorium in

in plus se habet, quàm manifestum, vt colligitur. 11. q. 3. eorum. & ex his quæ ibi notantur per glo. & Arch. & extra de accus. c. 1. & extra de hære. c. accusatus. lib. 6. & 2. q. 1. c. ma
25 nifesta. † Ita quòd notorius proditor, cuius excessus est notorius & euidens, sine exceptione & excusatione aliqua damnari potest. 23. distin. c. in nomine, & 2. q. 7. c. lator. ubi de hoc not. Archi. 12. q. 2. c. placuit. & 27. q. 2. c. si homo, & notat Goffredus in consiliis suis, in titu. de offi. delega. & est notandum iuxta finem rubricæ, & uide, quæ notantur. C. de digni. l. quoties, in uer. seueritatem, lib. xii. & hoc casu istud. c. iuxtra ratione processit, & de hac materia scripsi de pet. bon. subl. l. 1. Si uerò esset proditor occultus, nō posset damnari, nisi citatus, confessus, aut conuictus, & ad suas defensiones admissus. ii. q. 1. c. nos in quemquam. & c. multi. & ii. q. 3. consuluisti. xxiiii. q. ultima. c. de illicita. & 30. q. ultima, & uide, quæ plenè scripsi. C. de agri. & censi. l. ultima, lib. 11. Lucas de Penna. ¶ In tex. ibi (uel non datis fideiussoribus) concordat consti. regni humanitate nobis.
26 † ualet, quòd accusatus de crimine Maiestatis non admittitur ad fideiussoriam cautionem. ¶ In tex. ibi (& dicti denun
27 tiatores) † nota, quòd denuntiator tenetur dare in scriptis nomina testium, per quos delictum denuntiatum per eū possit probari, concordat supra in rub. de violen. c. subditorum. nume. 6. in fine. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

NVPER ad uindictam. In tex. ibi (ad uindictā &c.) nota, quòd bona proditorum publicantur ad uindictam malefactorum, quia malè meritus egastate laborare debet. l. bona fides. ff. deposi. Bal. in c. quæ in ecclesiarum. col. 4. in prin. in quæstione, quæ incipit, quæro nunquit, extra de consti. Lud. Ro. consi, 310. in casu proposito, & uide in ca. si qui 6. q. 1. ¶ In tex. ibi. (deliberato consilio cum Baronibus &c.) Nota, ꝙ quando Rex uult facere legem, congregantur Barones & Doctores ac iurisperiti, facit tex. in §. lex est, cum sequentibus inst. de iure natu. Pro declaratione materię adde, quòd ista rub. & istud. c. loquitur de proditore Regiæ Maiestatis, vt patet ex isto. c. in prin. ibi nuper. ibi, contra proditores nostros, & in c. ad uindictam. ibi, proditorum nostrorum.
28 † Et ponitur iste proditor pro rebelle Cesareæ Maiestatis, & Regis, ita quòd ista pœna non habet locum contra alios
29 proditores. † Quia is in crimen proditionis incidit, qui facit aliquid contra principem, uel rempublicam, sed quando committitur contra priuatum, non dicitur proditor principaliter, & per se, sed dicitur crimen proditoriè factum, ut declarat Bar. in extrauag. qui sint rebel. in uer. re
30 bellis. † Est namque sciendum, quòd istud nomē proditor, est nomen generale, & largo modo intelligitur etiam de
31 alio proditore quàm Regiæ Maiestatis. † Proditor dicitur ille, qui mente gerit unum & facto demostrat aliud, uel quādo fingo me amicum tuum, & tracto te tanquam inimicum, & sic unum ostendo corpore, aliud habeo in animo: ut dicit Bar. in d. extrauag. qui sint reb. in d. uerb. rebellis, & Bar. in l. respiciendum. §. deliquunt. ff. de pę. Et proditor dicitur, qui socium itineris proditoriè offendit & percutit, uel qui offendit sedentem in mensa non præcedente rixa, vel si cum esses amicus meus, & confiderem de te, tu me offendis per retro, secus si præcedente inimicitia est facta offensio, quia non dicitur proditor, cum non debeat de inimico confideri, ita colligitur ex dictis Bar. in d. l. respiciendum. §. deliquunt, & Iacobi. in tra. feu. in ver. dictique vasalli promiserunt non committere felloniam. col. 5. versic. sed pro declaratione. Et dicit elegantur Io. And. in c. 1. col.
32 3. extra de homicidiis, in 6. † quòd ille, qui offendit alium sine distinctione dicitur proditor, & sequitur Bald. in aut. item nulla cōitas. C. de epi. & cler. & in c. 1. quib. mo. feu.
33 ami. † Similiter ille, qui dat alteri potionem venenatam, dicitur proditor, vt tenet Iac. But. in l. athletas. §. calumniator. ff. de infami. & in l. 1. C. de malefi. & mathem, Bald. in l. nemo clericus C. de sum. tri. & l. cum fratrem. C. de his. quib. vt indig. & Bal. consi. 211. illud malum. 4. vol. & Aug. Ari. in addi. ad Ang. de malefic. in verbo fecit insultum. col. fi. & in c. 1. qb. mo. feu. ami. Iac. Alu. in c. 1. an ille, qui interfe. fra. domini sui, & Iacobi. vbi supra, & Fel. in c. 1. ex. de homi. & Firma. in reper. in verbo proditor. in prin.

ADDITIO noua. Et vide Bal. cons. 361. quidam. 4. vol. vbi dicit, ꝙ proditor dr̄ tripliciter, primò qui ꝓdit principē vel rēpublicā, secundò, ꝙ prodit sotiū, vel amicū, occidēdo vel vulnerando. tertiò, qui prodit eū, quē in fide suscepit, vt ibi per eū. Et quis dicatur ꝓditor. Et quot modis dicatur proditor, vide latè per multa exēpla gl. in c. clericus. in ver. proditionibus. 46. disti. Bar. in d. l. respiciendū. §. delinquūt. ff. de pœn. Iacobi. vbi supra, Fely. in d. c. 1. colum. 2. ext. de hom. & Firma. in reper. in ver. proditor, in prin.

ADDITIO noua. Et Lucam de Penna in l. fi. col. 1. C. de dela. lib. decimo, & Io. de terra rubea in tra. contra rebelles, articulo sexto tertii tractatus, car. 72. in quibus locis multa exempla videre poteris. Et vide Ang. Are. in §. interdum. col. ii. in fi. Inst. de hęre. quę ab inte. defe. & Pet. de Ancha. in repe. c. 1. ex. de consti. vbi nota. loquitur, & Ang. in l. non impossibile. ff. de pact. Bal. & Sali. in l. ii. C. quæ res ex
34 por. pol. & Bal. in c. 1. quib. mo. feu. ami. ¶ † Et proditor nō debet stare coram principe, sed debet esse alienus ab omni facie dominorum, vt dicit Bal. in d. c. 1. de eo qui interfe. fra. dom. sui. & sequitur Aug. Ari. in addi. ad Ang. in tra. malefi. in d. ver. fecit insultum, col. fi. & Iacobi. in d. tra. feu. in ver. dictique uasalli promiserunt nō commi. felloniam, col. 5. ADDITIO noua. Similiter etiam proditores dicuntur illi, qui hostes muniunt, ut fortiores & ualidiores fiant. l. fi. & ibi doct. C. quę res expor. non debe. & in tra. uiatorium iuris, in rub. de pluribus extrauag. pęnis, col. 10. in fi. uersi. dicuntur etiam. Transfuga uerò dr̄, qui exercitū deserit apud hostes se transferendo. l. postliminium. la ii. §. transfugæ. ff, de capti. l. item & ff. ex quib. ca. maio. Alio modo dicitur transfuga, qui malo animo, & proditoris cōsilio primam dereliquit, & hostes sequitur. Barto. in extrauag. quoniam nuper, & Tho. Gram deci. 105. nu. 29. Et isti transfugæ furca damnantur, seu aliàs capite puniuntur. l. 3. §. hi qui ad hostes. ff. de re mil. l. lex duodecim. §. fin. ff. ad leg. iul. maie. Emansor uerò dicitur, qui exercitum deserit, & uadit uagādo ꝑ patriā, & inde pro suo mādato ad exercitū reuertitur. ff. de re mili. l. 3. §. emansor. Et talis emansor punitur arbitrio ꝓpositi tribuni, uel capitanei. l. qui cum uno. §. fi. ff. de re mili. qui s̄m uarietatē causarum emansionis pœnas statuere debet, ut ibi nota. Desertor uerò dicitur, qui exercitū deserit per prolixum tempus uagando, postea ad exercitum reducitur, qui similiter arbitriè punitur secundùm qualitatem, & euentum desertoris. l. non omnes. cum sequentibus. ff. de re mili. Et est considerandum, si pœnitentia ductus sponte rediit. uel si coactus reducatur. Et utrum aciem paratam uel bellantem deseruerit. d. l. nō omnes. §. in bello, & §. item desertor. Similiter etiam ille, qui infert manus uiolentas in præpositum, seu capitaneum belli, talis inferens petulētus appellatur, & capite punitur d. l. nō oēs. §. qui manus. ff. de re mili. Contumax ēt tpe belli capite punitur. d. l. non omne. §. contumacia. Si verò cōtumacia cōmittitur, dū acies bella nō gerit, mitius punitur, qa cingulo priuatur. l. q eū §. q post. ff. de re mili. Qualiter aūt puniatur qui bladum ad exercitū principis paratum in alienos usus conuertit, uendendo, mercando, uel distrahendo, dic quòd si honestiori loco est positus, punitur confiscatione bonorum inferiores verò deportātur. l. fi. C. quæ res uend. nō po. & in d. tra. uiatorium iuris, & in d. loco habes de omnibus prædictis. Et multa alia in materia proditorum uide per Cæpo. consil. 34. si unquam, nume. 6. ubi inter alia dicit.
35 ¶ † Quòd statutum permittens, ut bannitus possit impune occidi, occidendo proditoriè non iuuatur statuto. l. fi. & ibi Ang. C. de dela. lib. 10. nisi esset bannitus pro crimine læsæ Maiestatis, ut ibi per eos, & multa ad materiam uide per Ang. in tra. malefi. in uer. che hai tradito la tua patria per totum.

36 totum.¶ † Rebellis verò dicitur largo modo non solùm, qui domino suo resistit, sed etiam quando iudici non vult parere. Et quando quis non vult parere officiali principis propter ipsum principem, vt not. Bar. in l.hostes.col.fi.vers. circa prædicta quæro.ff.de capti.& postlim. reuer. Abb. in c.sanè, el 2.de offi.deleg.quia hoc nomen rebellis est generale pro quolibet subdito, qui contradicit dicto, vel facto superioris, vt notat Bar. in l.si certarum.§.quid ergo.ff.de test. mili.& Ang.in l.2.§.fin.ff.de iudi.Gemi.in c. fina.38.dist.in 3.nota.& hoc largo modo. Propriè verò, & strictè rebellis dicitur, qui contra Imperatorem, vel eius officiales resisteret in pertinentibus ad statum imperii, vt not.Bart. in d. extrauag.qui sint rebel.in ver.rebellando, notatur in .l.1.ff.ad leg. Iuli.maie.ita declarat Decius consilio 604.in casu Illu
37 stris Ducis Grauinæ.col. 1.5. vol. † Dicitur etiam rebellis, quando subditus rebellat principi, transfugendo ad hostes & conuertendo se in hostes, vt per.Bart. in d.extrauag. qui sint rebell.in ver.rebellis.allegat.l.omne delictum.§.exploratores.& l.proditores ff.de re mili l.amissione.§. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. & Decius consi. 544. serenissimus,
38 col.1.4.vol.† Vnde præstans auxilium & fauorem inimicis Regiæ Maiestatis, vel mittens litteras, vel nuncios, dicitur incidere in pœnam rebellionis.l.1. ff. ad leg. iul. maie. vbi Ange.in fin.notat illum tex.contra illos, qui mittunt litteras, vel aliquod signum inimicis. ADDITIO noua.
39 † Similiter reuelans secreta hostibus dicitur proditor.l.omne delictum.§.exploratores.ff. de re mili.cum l. sequen. & facit l.cuiusque.ff.ad leg.iul.maie.& in isto ca. nostro. Illud autem, quod dictum est de reuelante secreta intelligitur, quando reuelat inimicis, secus si amicis, glo.in c. hoc videtur 22.q.5. Et maximè quando vtilius erat reuelare, quàm tacere, glo.in c.ego.l. de iureiur.& in tra. intitulato, viatorium iuris, in tit.de pluribus extrauag. pęnis, col.12. Immo vasallus contrahens amicitiam cum inimicis domini sui debet feudo priuati, vt dicit glos.in l.1. in prin.in ver. cum inimicis.ff.de offi.præfe.vrb.& in l.liberti. vbi glo. & Bald. in fi.C.de inoffi.testa.& in c.1.§.1.quib.mo.feu.ami.in ver. concubuerit. Io.de Ana.conf.7.visis & ponderatis.in fi.Cuma.consi.561.miles instituti.col.fi.& in d.consi.plura dicit quando quis dicatur præstare fauorem & auxilium inimicis, & inter alia concludit, quòd vasallus non posset dare victualia inimicis domini. Et ꝙ in suis terris non posset vasallus præstare transitū inimicis domini, & concordat Soc. cons.87.visis in vestitura feudi, col.8.capio nunc quartam difficultatē, 3.vol.& Decius in d.cons. 504.col. 1. 5 vol. Et latè de materia qui dicatur rebelles, & quot sunt genera rebellium, uide per Bart.in extrauag. quoniam nuper, qui sint rebell.& eundem Bar.in l.hostes.ff.de capti.& postli.reuer.& Pet Phi.Cor.consi.96.licet, per totum.4. vol. & Bar. in l.tutor.§.tutores.ff.de suspe.tuto. ADDITIO noua.
40 † Et vide D.Aymo.conf.6.plura videnda, col.19.versi.septimò, vbi ponit, an dicatur rebellis, qui per metum, aut coactè aliquod facit, & dicit, ꝙ non allegat Bal.conf.36.proponitur, ꝙ consuetudo.in fi. lib. 3. quia talis dicitur rebellio passiua non actiua, vt ibi per eum. Abb.consi.3.q: 6. 2. vol. Imo.consi.34.Lau.Calca.consi.81.col.2.Et D. Aymo.in d. consi. ponit etiam, quòd mittens pecuniam inimico propter metum, & coactè non dicitur rebellis, vt ibi per eum. Et quomodo contra rebelles procedatur. Et an debeant citari, & quomodo citētur, & quomodo formetur ꝓcessus & sententia vide per Bar.in d.extrauag.quoniā nuper.qui sint rebelles, & in extrauag.ad reprimendum, & tex.gl.& doct. in clem.pastoralis extra de sen.& re iudi.tex.glo.& doct in §.interdum.aliàs.§.per contrarium. Insti. de hære. quæ ab intest.defe. ADDITIO noua. Et Lucam. de Pen. in l. 1.col.2.C.de peti.bo.subs.lib.10.vbi ponit, an contra notorios rebelles, & proditores sit necessaria citatio. Et de iure communi requirebatur citatio & sententia, & fiscus ante iniam ad illa bona manus extendere non debebat.d.l.1 & ibi Lucas de Pen.col.1.de peti.bo.subl.lib.10. Et dicit Bal. in c.quæ in ecclesiarum.col. 7.versi. an in priuatione, extra de const.ꝙ qñ vasallus per felloniam priuatur feudalibus, debet fieri in iudicio, & requiritur citatio, secus si ipso iure, sed contra notorios proditores non est necessaria citatio, vt in isto c.nostro, & tenet Lucas de Pen.in d.l.1.col.2. Immo per c.Regis Caroli Secundi, quod incipit bona proditorum, nu.171.bona talium proditorum ipso facto absque adeptione possessionis eorum transferuntur, & fiscus ad ipsa bona infra annos viginti contra quemcunque possessorem rei vendicationem intentat, vt in dicto cap.bona proditorum, & Lucas de Pen.in d.l.1.col.2. & ꝙ proditor ipso iure amittat bona, tenet etiam And.de Iser. in tit. quæ sint reg.in verbo, & qui vt indig.col.pen.in fi. versi.at proditor. Aduertendum, ꝙ contra notorium rebellem requiritur declaratio illud crimen fuisse per eum commissum; aliàs nō poterit habere executionem & effectum suum, And.in ca. 1.de feu.sine culp.non ami. Et licet ipso iure pœna cōmittatur: tamen requiritur declaratio, crimen fuisse commissum per cap.cum secundum.de hære.in 6.Io.And. & Archi. in cap.1.de hom.in 6. ita per plura tenet Tho.Gram.deci.15. num.5.cum seq. Et ibi etiam ꝙ non creditur principi asserenti talem commisisse crimen læsæ Maiestatis. Ad prædicta etiam vide Tho.Gram.deci.105.nu.15.57.58.cum seq. Et ibi etiam, an ipso iure amittatur dominium. Ad prędicta vide etiam Lud.Goza consi. 1.nu.36 vbi ponit, an Imperator absque declaratione possit aliquem priuare feudo eo non monito, nec citato, & alteri concedere, & quæ dicam infra in isto c. Et latè Old.consi.42.quæritur per totum. Et
41 ibi in fi.col.in prin.dicit. † quòd ille propriè dicitur crimē læsæ Maiestatis committere, qui iurisdictioni & potestati Imperii suppositus ab obediētia se realiter subtrahit, & hostis animum assumit, & se domino suo aduersarium parat. & ideo talis perduellio vocatur, idest perfectè ad duellum, siue bellum clādestinum, vel publicum paratur & accitur, vt ibi per eum. Vnde tale crimen vocatum est crimen perduellionis, vt ff.de verb.sig.l.quos non hostes. in prin. & de don.l.donationes.§.fi.& Insti.de hære.quæ ab intest. def.§. per cōtrarium.aliàs.§.interdum.& ff.de leg.2.l.cum filius. §.reis, & se vbi non est substractio a iurisdictionali potestate principis, non est illud crimen, vt per Old. vbi supra. ADDITIO noua. Et Tho.Gram.decisio.6.magnificus lector, & ibi etiam ponit de præstante homagium hosti domini sui, & de tenente castrum rebellatum, & de mittente equos, aut arma inimicis, & de præstante transitum inimicis, quòd incurrit crimen perduellionis & læsæ Maiestatis, vt ibi latè per eum.& idem Thomas d.decisio.105. nu.33. Et quando dicitur damnata memoria defuncti, & in quibus casibus damnari possit. Tho.d.decisi. 6. Et quanto tempore durat ius accusandi memoriam defuncti in crimine perduellionis Tho d.deci.105.nu.22.cum seq. Et aduerte, quòd aliud est rebellis, aliud est haberi pro rebelle,
42 vt dicit Pet.Phi.Cor.d.consi.96.in littera A.4.vol.† Et conari debet quilibet esse fidelis & n rebellis: quia ribelllis prouocat in se iram, vt dicit Bal.in l.1.versi. quintò opp. C. de
43 ser.fugi.† Et rebellium arma, vel insigna sunt delenda, vbicunque reperiuntur per ciuitatem.l.eorum qui.ff.de pęnis, & Lud.Ro.in sing.suis in ver.rebellis, & multas pœnas patitur, de quibus in d.ti.qui sint rebell.cum concor.supra allegatis, & in hoc ca.nostro.2.Anto. Cap.decisio.130.in fin.
44 ¶ † Qualiter autem hodie puniatur ciuitas, quæ committit rebellionem, & homines in ea existentes, vide And.de Iser. in titu.de capi.qui cur.vendi.§ fi.in fi.vbi dicit, quòd quando populus est rebellis principi suo, qui capiuntur, efficiuntur serui, & terra patitur aratrum, & ad alium locum trans-
45 feruntur, vt ibi per eum. ¶ † An autem credatur regi, vel principi asserenti per suas litteras, vel per priuilegium, quòd talis fuit proditor, vel rebellis suus, & propter hoc feudum ad eum rediit, vel alteri concessit, uide Andr. de Iser.in cap.1.in prin.versus fi.titu. quo tempo. mil. & Decium consilio 444.serenissimus. col.2.in fin. 4. vol. vbi tenent, quòd non creditur ei, & tenet Tho.Gram. decisi. 103. nume.227.& decis.105.col.2.& decisio.15.col.penul.& fi.

D.Ioan.Anto.de Nigris.

46 ¶ Circa illud, quod tangit Seb. hic. † An in notorio proditore,& rebelle requiratur ordo iuris & sententia? Vide, quæ dicit Bald. post Iacob. de Bel. in c. 1. §. fi. col. penul. cum sequen. versi. quæritur, an dominus, de pace iur. fir. & Deci. d. consi. 444. col. 2. vbi latè, vide, an requiratur processus, citatio & probatio, & vide Oldr. in d. consilio 43. quæritur, cum concor. in dictis locis, & in notoriis an requiratur ordo iuris, vide allegata per Hyp. consi. 5. col. 1. in fi. & per do cto. in c. ad nostram, el 3. de iuriur. ADDITIO noua. Et Tho. Gram. decis. 105. nume. 15. 57. 58. vbi dicit, ista capitula loqui contra notorios rebelles, quòd non requiritur sententia, secus in occulto rebelle, quia debet citari & audiri in defensionibus, vt ibi per eum.
47 ¶ † An autem crimen lęsę Maiestatis dicatur committi solùm contra principem, vel Rempublicam Romanorum? Vide in d. extrauag. qui sint reb. & glo. & Angel. Aret. in §. interdum. Insti. de hære. quæ ab intesta. defe. ADDITIO noua. Et Tho. Gram. decisio. 6. vbi tenet, quòd crimen læsæ Maiestatis committitur contra principem, & rempublicam, & contra non recognoscentem superiorem, & contra consiliarios principis, sed quando crimen læsæ Maiestatis committitur contra regem, aut superiorem, tali casu pœna non extenditur ad eius liberos, vt ibi per eum, allegat Alex. cons. 13. 6. vol. And. de Iser. in titu. quæ sint rega. in verbo & bona, colum. 5. Bal. consi. 139. quæro, vtrum. primo volum. Decium con si. 409. 4. volum.
48 ¶ † Et statim cum primum cogitauerunt & tractauerunt talia delicta, statim dicitur eis ipso iure interdicta administratio bonorum, ita quòd nulla alienatio valeat, vt ad leg. Iul. maie. in l. quisquis, & in l. posthac. C. de bon. dam. & Bartol. in l. post contractum. ff. de dona. Angel. Are. in d. §. interdum, & in tra. malefi. in verb. che hai tradito la tua patria, volum. 6. in fin. & Soci. consi. 22 prosequen do ordinem. primo volu. & per Io. Fab. & alios in §. item si quis in fraudem. insti. de act.
49 ¶ † Et an filij committentium crimen lęsę maiestatis patiantur aliquam pœnam. Et quid in filiis naturalibus tantùm, vide in l. quisquis, & ibi per omnes doctor. C. ad leg. iul. maiest. & per Ang. Aret. in d. §. interdum. instit. de hære. quæ ab intesta. defe. & in d. tra. ma lefi. in ver. che hai tradito la tua patria, & Soci. d. consil. 22. prosequendo ordinem. ADDITIO noua. Et Luc. de Pen. in l. 1. col. 2. C. de petit. bon. sub lib. 10. & Matth. de Affli. in constit. regni, patres, in 2. not. & col. 1. in princi. & Tho. Gram. decisio. 6. col. 3. vbi dicit, ꝙ pœna patris nocet filiis in his, quę descendunt ex persona patris, secus in aliis bonis, quę aliunde obuenerunt filiis. Et ibi etiam ponit, an pœna imposita per legem quisquis. C. ad leg. iul. maie. habeat locum solùm in primo capite læsæ maiestatis, & tenet quòd solum in primo capite locum habet, Cy. Saly. & Pau. de Ca. in d. l. quisquis, & Tho. Gram. d. decis. num. 15. Et in d. locis habes, an ex delicto filij puniatur pater. Et an dispositio d. l. quisquis. quæ loquitur in patre, habeat locũ etiam in matre committente crimen lęsæ maiestatis, & ibi
50 latè multa ponuntur ad istam materiam. ¶ † Nunquid autem nepos succedat in feudo aui, quando pater commisit delictum, si feudum adhuc non peruenerat ad filium aui, vide Bal. in l. emancipatum. §. 1. ff. de senato. vbi tenet, ꝙ si pater deliquit ante feudum acquisitum, non nocet filio: sed si post feudum acquisitum deliquit, nocet filio, vt ibi
51 per eum. ¶ † Conclusio autem illa, quòd qui vadit ad hostes, efficitur hostis. l. postliminium. §. transfugæ. ff. de capt. & postlim. reuer. quia proditor est, qui vadit ad hostes, vel mittit literas, vel nuncium in damnum domini, & reipublicæ, l. 1. in fin. cum sequentibus. ff. ad leg. iul. maie. And. de Ise. in c. 1. §. porrò. col. 3. quę sit prima cau. benefi. ami. & Io. de terra rubea in tra. contra rebelles. in sexto articulo tertii tracta. versic. septima concl. car. 68. & ibidem. §. dicto, col.
52 2. versicu. sexta conclu. car. 72. ¶ † Intelligitur, & limitatur procedere, quando malo animo, & proditoriè iuit ad hostes, vel scriberet litteras, vel nuntium destinaret, & ita loquuntur iura præallegata. Secus si non malo animo, nec dolosè iret ad hostes, vel litteras scriberet, sed ad hostes iret cum licentia superioris, vel iret ad hostes pro recolligendis debitis, vel ad se curandum ab aliquo summo medico, qui esset apud hostes, vel ex aliqua simili iusta causa, quia tunc non esset proditor, nec rebellis, nec puniretur. ita notabiliter tenet And. de Iser. in d. §. porrò. colum. 3. in fin. & idem And. in titu. quæ sint rega. §. & bona committentium. colum. 7. circa medium, & Decius consi. 604. in casu illustris ducis. cum consi. sequen. 5. vol. Et dicit And. de Iser. in d. §. porrò. colum. 3. in fin. quòd cauti debent esse vasalli, vt non eant ad hostes sine licentia, quia tunc ex quo esset præsumptio contra eos, ex quo transfugere ad hostes sonat in delictum, eis incumberet onus probandi, quòd non dolosè, nec malo animo accesserunt ad hostes, & stante suspi-
53 cione non euitabunt carceres, vt ibi per eum. ¶ † Confirmantur supradicta: quia vasallus, qui copulat amicitiam cum inimicis domini, non perdit feudum, nisi amicitiam copulauerit, & conspirauit contra dominum, idest in damnum domini cap. si capitanei. quibus modis feud. ami. bene facit tex. in l. liberti, in fin. atque in aliis sic versata est, vt inimica potius, quàm mater crederetur. C. de inoffi. test. & sic duo copulatiuè requiruntur, vt copulauerit amicitiam, & in damnum, & conspirationem domini, aliàs non punitur, vt tenet And. de Iser. in d. c. 1. §. porrò. colum. 2. in prin. quæ sit prima cau. benef. ami. & Iacobi. in tra. feu. in ver. dictique vasalli promiserunt non committere feloniam, colum. 4. & Matth. de Affli. decisio. 307. regia. maiestas. in fin. ADDITIO noua. Et Tho. Gram. deci. 18. in causa & ibi etiam ponit, quòd si per metum copulauit amicitiam cum inimicis domini, excusatur, de quo etiam per eundem decisio. 15. colum. 2. & decisio. 6. vbi etiam referendo Bald. consi. 139. 1. volum. & Decium consi. 409. dicit, quòd non omnis, qui aduersatur principi, & recedit ab eo, dicitur committere crimen læsæ maiestatis, sed tunc demum, quando insurgit contra ipsum principem, vt ibi latius ꝑ eos, de quo vide no. in c. j. §. porrò, quæ fuit pri. ca. benefi. ami. Bal. in l. 1. ff. de re. diui. & in c. 1. hic fini. lex. Corra. Card. Ale. in c. 1. §. itẽ si fidelis. quib. mo. feu. ami. Lud. Góz. consi. 1. nu. 26. cum concor. in d. locis. Et faciunt dicta per Tho. Gram. consi. 31. in causa magnifici, num. 39. vbi dicit, quòd carenti dolo non potest imputari crimen læsæ maiestatis, allegat. d. l. 1. ff. ad leg. iuli. maie. & Andr. in cap. 1. §.
54 item si fidelis. quibus modis feud. ami. ¶ † Sed prædictam limitationem intellige, nisi postquam vasallus iuisset ad hostes, conspirasset contra dominum, quia licet a principio fuisset sine dolo, si tamen ex post facto superuenit dolus, teneretur, & puniretur. tex. in l. 3. §. siquis eum quem, & §. siquis volentem, & §. is qui nescit. ff. de lib. ho. exhi. bene faciunt dicta per And. de Iser. in d. ca. 1. §. porrò. colum. 6. in fin. versic. & si non sit commissum, quæ sit prima cau. benefi. ami. quia dicta licentia eundi ad hostes intelligitur data, vt sit fidelis, non autem vt efficiatur infidelis, & data censetur, donec durauerit in fidelitate, quia non præsumitur, quòd princeps ne luerit sibi præiudicare, nisi quando in licentia esset expressum, vt per Matth. de Affli. in decisio. 307. Regia maiestas, colum. 7. in 2. dubio. Et hoc vidimus de facto tempore inuasionis regni a domino de Lautreche duce exercitus Gallorum, quia aliqui barones fuerunt per vim capti, & tandem, quia postea sequuti fuerunt partes Gallorum contra Cæsaream Maiestatem, fuerunt pronuntiati rebelles, & eorum bona publicata, licet a principio non dolosè versati fuissent, sed dolus postea super-
55 uenit. ¶ † Quid autem si fuisset data licentia eundi ad hostes & secum duce exercitus concordandi pro recuperatione castrorum ab inimicis occupatorum, dummodo quòd cum sua persona non deseruiat, an deseruiendo per substitutum puniatur. Ista fuit magna quæstio de facto tempore dictæ inuasionis regni cum quodam magno Duce Grauinæ, pro duce consuluerunt Collegium Perusinum, Philip. Decius, vt patet in consilio 604. in casu illustris, cum consi. seq. 5. vol. & Carolus Ruinus in suo consi. incipiente, viso themate, & omnibus de quibus, & plures alii

alii excellentes doctores Neapolitani, & Simonettus Romanus, & inter potissimas rationes adducebant, maximè. D. Carolus Ruinus, quòd per illam licentiam Dux dicebatur absolutus & liberatus a iuramento fidelitatis & ligii homagii, quia non poterat aliter sua Castra recuperare, nisi præstitisset iuramentum fidelitatis duci exercitus Gallorum. Vnde dando licentiam se concordandi pro recuperatione Castrorum videtur data licentia iuramentum fidelitatis præstandi, quia omnia videntur esse concessa, sine quibus illud expediri non poterat. l. cui iurisdictio. ff. de iur.
56 om. iud.† Et qui vult consequens, videtur velle necessariũ antecedens. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de pro-
57 cura. l. illud. ff. de acqui. hære.† Et sic licet aliàs præstans iuramentum fidelitatis contra regem proprium videatur hostis cap. 1. de no. for. fide. & dicatur incidere in crimen læsæ maiestatis. l. quisquis. C. ad leg. iul. maie. & And. de Iser. in titu. quæ sit prima cau. benefi. amit. cap. 1. §. rursus. colum. 2. & Abb. in cap. cum olim. de re iud. & Lucas de Pen. in l. deuotum. C. de meta. lib. 12. tamen uigore dictæ licentiæ excusatur, quia non dolosè est factum, vt supra dictum
58 est ¶ † Si ergo data erat licentia præstandi iuramentum fidelitatis, ergo dicebatur absolutus, & liberatus a iuraměto
59 fidelitatis Cesareæ maiestatis: † quia quis non potest esse ligius duorum dominorum secundùm Ioan. And. in clem. pastoralis. §. rursus. in uer. ligius, extra de re iudi. Bald. in l. 1. C. de cadu. toll. And. in consti. regni, domini uasallis, & in c. 1. de no. for. fide. Si ergo erat absolutus a iuramento fidelitatis, ergo non potest per dictum ducem potuisse committi crimen læsæ maiestatis contra Cæsaream Maiesta-
60 tem: † quia tale crimen non potest committi nisi a subdito, non autem ab eo, qui non est subditus, glos. in d. clem. pastoralis, & ibi Ioan. de Imo. Bald. in l. 2. C. de fals. mone. Old. consi. 43. quæritur. Bartol. in extrauag. qui sint reb. in ver. rebellando. Alexan. in addi. ad Barto. in l. 1. versi. vltimò nota. ff. ad leg. Iul. maie. Tho. Gram. voto. 10. nume. 32. Sed ista ratio licet videatur nimis colorata, & nimium stringere: tamen non est vera. Primò: quia in licentia data expressè fuit actum, & reseruatum, quòd nõ seruiret inimicis de persona, & sic videtur penes Imperatorem retinuisse seruicium ligii homagii. Et dicit Lud. Ro. consi. 47. colum. 2.
61 quòd quis potest esse ligius duorum, & intelligitur exceptum ius primi.† Secundò: quia in generali licentia quãdo hoc non exprimitur, non censetur liberatus a iuramento fidelitatis, ex quo de iuramento non fuit facta mentio, & intelligitur licentia data, vt sit fidelis, non autem vt efficiatur infidelis, quia non præsumitur, quòd voluisset concedens Imperatori præiudicare, nisi quatenus expressum reperitur, & talis licentia non debet intelligi peruersè, vt sit liberatus a vasallagio, ita per multa concludit Matth. de Affli. in d. decisio. 307. in 2 dubio colum. 7. cum sequen. Minimè etiam in casu isto procedit illa regula, qui vult cõsequens, videtur velle necessarium antecedens, quia ex quo pro forma erat traditum ipsi dici, vt non seruiret de persona; tunc sequitur, quòd quando aliquid est datum pro forma, illud non potest uenire in necessarium antecedens: quia forma debet specificè, & expressè impleri, ita in specie limitant dictam regulam Saly. & Alexan. in l. fin. C. de hære. insti. & Ias. in l. Gallus. in prin. colum. 10. in fin. ff. de lib. & posth. vbi etiam ponit aliam limitationem, quæ similiter potest hic adaptari: quia dicit tunc etiam procedere, quando consequens est de se validum, tunc censetur velle necessarium antecedens, aliàs secus, sed in casu nostro consequens, & sic iuramentum fidelitatis præstitum duci exercitus Gallorum fuit inualidorum: quia nemo potest esse ligius duorum dominorum, vt dictum est, ergo iuramentum præstitum dicto duci Gallorum non valuit, quia illud secundum iuramentum intelligitur saluo iure primi, & sic Imperatoris, vt dicit Bald. in l. 1. in 2. quæstio. ff. de re. diui. Vlterius adducebatur in fauorem ducis: quia per talem licentiam, vt posset se concordare &c. dummodo non seruiret cum sua persona, propter hoc poterat per

substitutum deseruire per ea, quæ dicit Spe. in titu. de feu. §. quoniam, columna nona, versiculo duodecimò quæri-
62 tur, vbi dicit, quòd † si aliquis tenetur deseruire diuersis dominis pro diuersis feudis, si habent adinuicem guerram inter eos, & requiritur ab omnibus, tenetur priorem dominum de persona iuuare, alium verò poterit iuuare mediante pecunia, vel per substitutum, vt ibi per eum, & sequitur Bald. ibi in addi. columna fin. versi. quem teneatur, & Bald. consilio 291. ad euidentiam, colum. 2. in fin. cum sequen 2. volum. & Sil. in sum. in ver. bellum, el 1. colum. 8. versi. tertia si vasallus, vbi allegat ita etiam tenere Ioan. de lignano. licet Matt. de Affli. in consti. domini vasallis, colum penult. teneat simpliciter, quòd debet primum dominum adiuuare, loquitur in vasallo ligio, & hoc etiam videtur velle Bald. consilio 313. ista quæstio, in fin. 3. volum.

ADDITIO noua. Et prædicta etiam tenet Lud. Ro. consilio 47. visis, & ibi etiam plures alias rationes allegat: quia quis potest esse ligius insolidum duorum dominorum, & potest esse ligius, & confæderatus cum aliis saluo iure primi, vt ibi per eum colum. 2. versi. breuiter, numero 6. & debet iuuare illum, qui habet potentius ius, & magis iustam causam, vt ibi per eum colum. 2. debebat ergo dictus Dux seruare pacta posita in licentia, & non seruire de persona, quia erat primò obligatus Imperatori, & habebat iustam causam: quia Galli erant inuasores regni. Ad prædicta etiam adducitur, quod dicit Lud. Gozadin. consi. primo, nume. 25. & quasi per totum. Confirmantur prædicta: quia ex quo erat data licentia se concordandi &c. dummodo non seruiret cum sua persona, tunc sequitur,
63 † quòd faciens per substitutum non dicitur personaliter facere per ea, quæ dicit glo. quæ allegatur pro sing. in clem. 1. in verb. publicè, & personaliter, extra de vita, & ho. cleri. & ibi Imo. columna 2. Et quia ista quæstio, an faciens per substitutum dicatur verè facere, an vero debeat de persona facere, latè ponitur per Abb. in cap. mulieres. §. fina. extra de sen. exco. per doct. omnes in d. clemen. 1. per Bart. in l. sed si vnius. §. seruus, & ibi Alexan. in addi. ff. de iniur. per Alb. de Rosa in q. statu. in quæstio. 55. 3. par. Angel. Aretin. latissimè in tra. malefic. in ver. Sempronium mandatorem. col. 12. vers. 14. & ibi Augu. Arim. in add. Ias. in l. si quis id quod colum. 8. cum sequen. & ibi Phi. Decius. ff. de iur. om. iud. Decius in l. is damnum. ff. de reg iur. Felyn. latè in c. quoniam. §. is autem. colum. 1. cum pluribus seq. extra de offi. deleg. vbi ponit non nullas declarationes, & per Decium in d. consi. 604. in casu illustris, colum. fina. 5. volum. cum concor. in d. locis, & magis communis conclusio est, quòd per alium non dicitur verè facere, & non comprehenditur in statuto pœnali loquente de faciente de persona cum declarationibus, vt per Felyn. vbi supra, & licet non puniatur pœna statuti, punitur tamen pœna iuris communis, vt dicit Augustinus Arim. in additio. vbi supra. ¶ Pro ista etiam parte adducebatur, quòd quicquid Dux fecerat, per metum fecerat, quo casu metus excusat, vt infra dicam. Item quia quælibet causa excusat quem à pœna, vt per Decium in d. consi. 604. cum sequẽ. In prædicta quæstione per sententiam regiam Dux fuit absolutus a rebellione, & crimine læsæ maiestatis, sed quia quasdam causas felloniæ commiserat fuit feudis priuatus.
64 † Et quæ sint causæ felloniæ, vide in capitu. primo, & ibi per omnes in titu. quæ sit prima cau. benefi. ami. & Iacobi. in tracta. feu. in versi. dictique vasalli promiserunt non committere felloniam, cum ibi allegatis, nec mirum: quia licet quis crimen læsæ maiestatis non committat, potest tamen committere felloniam, vt dicit Oldr. consilio 43. quæ
65 ritur, vtrum. circa prin. & in locis præallegatis. ¶ † Supradictam etiam conclusionem limita secundò non procedere, quando aliquis per metum præstitisset iuramentum fidelitatis, seu homagii alicui duci exercitus, seu regi, quia propter metum excusatur, & non tenetur ad pœnam, ita in terminis tenuit Abb. consi. 3. nitar. 2. volum. versic. facit, quod in simili, vbi concludit, Squinatum, & Constantiam

excusatos ob iuramentum præstitum Duci Aquitaniæ Re-
gis Angliæ, quia id fecerunt ob iustissimum metum timen-
tes illius potentiam, qui inuaserat cum magno exercitu,
idem tenuit Soci. consi. 39. in quæstione, quæ vertitur. co-
lum. penul. 1. volum. Ioan. de Imo. consi. 34. visis & ponde-
ratis, colum. fi. Lau. Calca. consi. 80. in causa quæ colum. 4.
Philip. Decius. consi. 604. in casu illustris, cum consi. se-
quen. 5. volum. Tho. Gram. consi. 31. in causa magnifici, nu
me. 42. mouetur Abb. in d. consi. 3. quia per illud iuramen-
tum fidelitatis metu præstitum nulla iurisdictio fuit in il-
lum regem, seu ducem translata, quia in iurisdictione con
ferenda metus viciat ipso facto. l. 2. de iudi. & notat Bartol.
quasi in terminis in tra. de Tira. versi. 6. cum sequen. & Pet.
de Anchara. in cap. ad apostolicæ extra de re iudi. in 6. vbi
dicit, quòd isti de Regno Siciliæ compulsi per Imperato-
rem debellare ecclesiam non perdunt feuda, quia per me-
tum id fecisse apparet. Et dicit Marti. Lau. in cap. 1. §. item si
66 fidelis, versi. nota glo. quib. mo. feu. ami. † quòd vasallus
non perdit feudum, si iusto metu ductus contrahit amici-
tiam cum inimicis domini, & tenet glos. & docto. maximè
Iaco. Alua. & Præpo. in c. 1. §. sed quid delator, quæ fuit pri
ma cau. benefi. ami. & sequitur Iacobi. in quæstio. feu. post
67 lecturam secundæ partis. ff. veteris in 15. quæstio. † Et iu-
stus metus dicitur nedum, cum instans est periculum, sed
etiam cum res ad id verisimiliter tendat secundum Cyn.
Bartol. & Angel. in l. metum. C. quod metus cau. Bald. in l.
fina. colum. 1. C. de iure delib. Alexand. consil. 144. 2. vol.
Innoc. in cap. cum olim, extra de electio. Lucas de Pen. in
l. si coloni, colum. 10. C. de agri. & censi. lib. 11. & Tho. Gra.
d. consi. 31. nume. 33. Et sic si aliquis ex metu futuri mali &
metu honoris amissionis bonorum, & uitę accedit ad ho-
stes, vel præstat iuramentum fidelitatis, non vt lædat in ali-
quo regiam Maiestatem, quod principaliter est attenden-
dum, vt dicit Bald. in l. 1. in fin. C. de priua. carce. non puni-
tur, ita tenet Bartol. in trac. de tiran. colum. 5. & Angel. in
l. liber homo. ff. de hære. insti. cum concor. supra allegatis.
68 ¶ † An autem hoc casu imputetur metum passo, si non fu
git ad aliam ciuitatem, vbi haberet arbitrii libertatem, &
posset securè manere, vide Bald. in l. 1. in fi. C. de condi. ob
turp. cau. vbi tenet, quòd non imputatur, & sequitur Saly. &
Ful. in l. si ob turpem. ff. de condi. ob turp. cau. & Tho. Gra.
69 d. consi. 31. nu. 36. ¶ † Est etiam aduertendum in ista mate-
ria, quòd multum importat, quando quis accedit ad ho-
stes non de loco fideli ad infidelem, quia non potest dici
transfuga. l. si quis. §. transfugæ. ff. de pęn. l. posthliminium.
§. transfugæ. ff. de capti. & postli. reuer. & §. filius, & decla-
70 rat Tho. Gram. d. consi. 31. nu. 39. ¶ † Limita tertiò dictam
conclusionem, quando quis staret cum hostibus pro eo,
quòd est ciuis alicuius terræ occupatæ ab hostibus, & ini-
micis, quia licet stet cum hostibus, non dicitur rebellis, vt
tenet Tho. Gram. d. consi. 31. in causa magnifici. nume. 27.
cum sequen. allegat Old. consi. 43. quæritur. col. 2. versi. cir-
71 ca sextam, qui hoc clarè non dicit. ¶ † Limita quartò di-
ctam conclusionem non procedere, quando aliqua ciuitas
esset capta per vim ab aliquo tiranno, vel hoste imperii,
quia eo casu talis ciuitas non dicitur rebellis, secus si pri-
mo motu se rebellaret, vt per Bartol. in extrauag. qui sint
reb. in verbo rebellando, versus fin. & Pau. de Cast. in l. ex
hoc iure gentium. ff. de iusti. & iur. vbi dicit, quòd si retro-
cedente exercitu vasallus elegerit alium sibi in dominū
non punitur, & post eum voluit ibi Claud. & Bald. in di-
72 spu. statuto ciuitatis Tuscię ¶ † Limita quintò dictam con
clusionem, nedum quando aliqua ciuitas esset per vim ca
pta, vt proximè dictum est. Sed etiam si ciuitas propter ad-
uentum alicuius magni, & potentis exercitus, cui si vellet
resistere, proculdubio ipsa ciuitas destrueretur, quia tunc
si propter talem metum dedit se illi domino potenti, seu
ductori exercitus, & venit contra iuramentum fidelitatis,
non dicitur ipsa ciuitas rebellis, quia propter iustum me-
tum hoc fecit, ita tenet Matth. de Affli. in consti. regni du-
bitationem iurisperitorum, colum. penul. & fin. Imo. con-
si. 34. visis & ponderatis. in fin. & Tho. Gra. d. consi. 31. in
37 causa magnifici, colum. fina. ¶ † Quid aut si aliquis popu-
lus, vel ciuitas se rebellat contra præsidem propter eius
malos mores recognoscendo semper regem in dominum
an dicatur rebellis regis, ita quòd teneatur crimine læsæ
maiestatis, videtur quòd sic, pro hoc facit de pace Con-
stan. & quod ibi Bald. in verbo damna, vbi dicit, quòd Im
peratori fit iniuria propter suos, facit ff. de religi. l. ossa. item
secundum Bald. eod. titu. in verbo opinioni, satis dicitur
principem offendere, qui suis subditis, vel partialibus iniu-
riam facit, vel offensam per illum tex. & l. quisquis C. ad
leg. iul. maie. & hoc videtur tenere Alexan. in addi. ad Bar-
tol. in l. hostes, colu. penult. in verbo quæro, quid si ciuitas.
ff. de capti. & postlim. reue. Et dicit Cyn. quem refert & se-
quitur ibi Saly. in d. l. quisquis, quòd crimen læsæ maiesta-
tis committitur contra personā principis, & ad eius latus
astantes, qui sunt pars corporis sui. Et Anto. Cap. decisio.
130. nume. 11. In ista quæstione conclude, quòd si aliquis,
vel aliqua ciuitas, vel populus se rebellat præsidi Impera-
toris, seu Viceregi. Aut se rebellat illi officiali non propter
officialem se propter principem, quia non vult obedire
principi, seu Imperatori, tunc dicitur rebellare principi, &
dicitur rebellis Imperatoris, Aut se rebellat non propter
principem, sed se rebellat officiali, seu præsidi propter fa-
ctum ipsius rectoris, seu officialis: quia eos malè tractat, &
tunc talis populus, seu ciuitas non dicitur rebellis princi-
pis, sed ipsius præsidis, seu officialis, & non tenetur crimi-
ne læsæ maiestatis, ita tenet Bartol. in d. l. hostes, colum. pe-
nult. & fin. ff. de capti. & postlimi. reuer. & Bald. in ca. sicut.
lo vltimo. extra de iureiura. vbi dicit, quòd si quis rebellat
præsidi Imperatoris propter malum regimen præsidis re-
cognoscendo semper Imperatorem in dominum, iste non
est rebellis imperii sed illius præsidis. Sed si non vult regi,
& gubernari ab Imperatore, tunc est rebellis Maiestatis
Imperatoris, vt ibi per eum, & sequitur Matth. de Affli. in
consti. regni, pœnam eorum, colum. 10. in fin. versi. vnde si-
quis rebellaret, cum sequen. & Anto. Capi. d. decisio. 130.
in 6. dubio, & Bald. in capitu. dilectus. colum. fina. extra de
app. Aduerte tamen, quia licet rebellans præsidi ob eius fa-
ctum non tenetur, nec punitur lege iulia maiestatis, vt di-
ctum est, tamen potest aliter puniri, vt tenet Bald. in d. cap.
sicut, & in d. cap. cum dilectus, quia debuit appellare, &
habere recursum ad superiore, nisi immineret instans peri
culum vitæ, vt dicit Bald. in d. cap. sicut, quia cum graua-
men iudicis est irreparabile, potest sibi de facto resisti. Cyn.
in l. ab executione. C. quo. app. non recip. Abb. in ca. si quan
do. de offi. deleg. vbi dicit, quòd si iudex iniustè vellet ali-
quem suspendere, posset ei de facto resisti, & Matth de Af-
fli. in consti. regni pacis cultum. nume. 78. cum seq. cum cō
cor. ibi, & in l. prohibitum. C. de iure fis. Bal. in l. vt vim, col.
2. ff de iust. & iur. Par. in tra. sind. in verbo resistentia. Rob.
Maran. in sua prima disp. ad prædicta etiam vide Alex. con-
si. 103, colum. fin. 1. volum. vbi tenet, quòd ille, qui rebellat
contra regem, vel contra principem non principaliter con
tra regem, vel Imperatorem, vel prosperitatem Imperii,
non patitur pœnas rebellionis, vt ibi per eum, allegat Bar.
in extrauag. qui sint rebelles. in verbo rebellando, & hoc
successit annis proximis in Ciuitate Neap. cum Illu. Don
Petro Tholedo, & Ciuitas fecit donatiuum Imperatori Ca
74 rolo Quinto de Austria, & Caporales aufugerunt. ¶ † An
autem pater teneatur denuntiare regi filium rebellem. Et
quid in vxore, an teneatur denunciare virum rebellem. Et
an cohabitando cum uiro rebelle dicatur ipsa rebellis, vi-
75 de Matth. in consti. pœna carere, in quinto not. ¶ † Et an
intersit reipublicæ, vt rebellis semper in egestate viuat.
ADDITIO no. Dic quòd sic. l. bonafides. ff. deposi.
vbi dicit tex. q̄ malè meritus publicè, ut exemplo aliis sit,
ad deterrēda maleficia in egestate laborare debet, & illum
tex. ēt ad hoc allegat Bal. in c. q̄ in ecclesiarū. col. 4. in prin.
in

in quæstione, quæro, nunquid. extra de consti. & Bald. in c. 1. colum. 1. de pace tenē. Lud. Ro. consi. 310. in casu proposito. Matth. de Affli. in consti. comitibus colum. 4. in quarta quæstione, facit tex. in l. quisquis. §. filii. ff. ad leg. iul. maie. ibi, vt his perpetua egestate sordentibus sit, & mors sola-
76 tium, & vita supplicium. ¶ † Quid si aliquis committi rebellionem contra Rege, & tenet feudum a barone, an feudum applicetur regi, vel baroni. Vide Matth. de Affl. in cōsti. post mortem. in 3. & 4. glo. & vide D. Aymo consi. 128. Proponitur, quòd bona, vbi multa inueniens ad istam materiam. Et vltra supra allegata ad materiam vide Io. de terra rubea in suo tra. contra rebelles, maximè in sexto articulo tertii tractatus per totum, vbi ponit multas conclusiones in ista materia, vide latissimè ibi per eum, & quasdam alias quæstiones ad materiam vide per Matth. de Affli. in consti. generalia iura, in quinto nota. & in consti. mulier, quæ dotarium, in quinto nota. Et vide ad materiam Lucam de Pen. in l. 1. C. de peti. bo. sub. lib. 10. & in l. 1. C. de
77 contu. & procu. lib. 11. ¶ † Et multa specialia in crimine læsæ maiestatis vide per Matth. de Affli. in const. regni hi qui, in 15. notabili, & per eundem Matth. in c. 1. §. & bona committentium crimen læsæ maiestatis, in titu. quæ sint reg. vbi ponit triginta specialia in hoc crimine. Et multa alia vide per Soci. consi. 12. sequendo ordinem, primo vol. quasi per totum, vbi an, & quando & contra quos committatur crimen læsæ maiestatis, & Saly. in l. quisquis. C. ad leg. iul. maie. Et vide Matth. de Affli. in consti. statuimus. in tertio
78 nota. car. 102. in secunda parte, vbi remissiuè ponit, † quòd crimen læsæ maiestatis committitur quadragintaquinque modis, & Ioan. de Terrarubea in d. trac. contra rebelles ab
79 articulo sexto vsque ad finem tertii tractatus. † Et quid in offendente officialem baronis, an committatur crimen læsæ maiestatis, vide Matth. de Affli. in const. si quis aliquem, col. 5. & latissimè de materia rebellionis & læsæ maiestatis vide per Anto. Capi. decisio. 130. primum dubium, per totum, & ibi colum. 27. cum sequen. ponit quamplura specialia in crimine læsæ maiestatis, vbi vide, & ibi etiam in col. fin. poni, an vxor possit impedire publicationem bonorum mariti, vide latè in d. locis, & infra. c. 133. item statuimus. ADDITIO noua. Et an occidens consiliarium Regis, qui in curia moratur, & stat ad latus principis, seu regis teneatur crimine læsæ maiestatis. Dic quòd sic, secus si non moratur in curia. And. & Matth. de Affli. in consti. regni, vt participatio, colum. 2. in 4. quæstione. And. de Iser. in titu. de statu. & consue. contra lib. eccle. §. diffidamus, col. fin. versi. senatores, & in titu. quæ sint reg. in verbo bona committentium, colum. 5. in addi. & in l. quisquis. C. ad leg. iul. maie. & latè Anto. Capi. decisio. 130. in sexto dubio. Et an hoc casu pœna d. l. quisquis, extendatur ad liberos, quando crimen læsæ maiestatis non est commissum contra personam principis, vide Tho. Gra. deci. 6. colum. pen. & fin. Et an veniat publicatio bonorum Ant. Capi. d. decisio. 130. Vtrum autem in occidente consiliarium regis fiat distinctio, si hoc fecit in odium principis: vt tunc teneatur crimine læsæ maiestatis. l. quisquis. C. ad leg. iul. maie. si verò non in odium principis fecit, sed ex priuato odio, non tenetur de crimine lęsę maiestatis, vt per And. de Iser. in const. regni. vt participatio, & Lucas de Pen. in l. quoties. colum. 2. C. de exa. trib. lib. 10. Et Matth. de Affli. in d. const. vt participatio, colum. 2. versi. 4. pone, dicit vidisse edictum Reginę Ioanne primę factum die 15. Octob. 12. ind. 1353. vbi cōdemnauit occisores. D. And. de Iser. consiliarii dictæ Reginæ crimine læsæ maiestatis, & statuit, quòd tale edictum habeat locum et in occurrentibus fortasse similibus casibus, nec ibi fit aliqua distinctio, vtrū illa occisio fuit ex particulari odio, vel inimicitia, vel vt res careat illo consiliario, & sic quando occiditur Regius consiliarius cessat illa distinctio, & committitur crimen læsæ maiestatis, vt ibi per Matth. de Affli. pro hoc etiam. d. l. quisquis. C. ad leg. iul. maie. & bene facit tex. in c. fœlicis. extra de pœnis, in 6. vbi occidens Cardinalem incidit in crimen lęsę maiestatis D. Ioan. Anto. de Nigris.

quia, vt dicit ibi. Ioan. And. colum. 2. læditur maiestas Papæ læso collaterali. 6. q. 1. c. si qui. & Archi. in d. ca. fœlicis. colum. 2. uersi. læsæ maiestatis, & ibi etiam hoc tenent Gemi. colum. 1. in fin. & Phi. Fran. col. 1. circa prin. eodem modo est dicendum, quòd læso regio consiliario dicitur lædi maiestas regis, & committitur crimen læsæ maiestatis, & ita etiàm tenet Par. in tra. synd. in rub. de excessibus consiliariorum, in ultima col. & Anto. Capi. deci. 130. nu. 43. ubi refert illud And. de Iser. quando fuit occisus a quodam Gallico ante portam Petrucii, dum rediret a Castello nouo, quia protulerat sententiam contra illum gallum, & eius mors fuit habita pro crimine læsæ maiestatis, vt ibi per eum. Et in tantum iura odio prosequuntur occidentes, &
80 offendentes Regios Consiliarios, & collaterales, † quòd etiam ædificia offendentium dicunt ruinari, & ruinata perpetuò permanere, vt dicit tex. in d. c. fœlicis, & ibi hoc tenet Ioan. And. colum. 3. versi. ruinarum, vbi dicit, hoc non posse remitti nisi per Papam, & sic etiam per regem, & tenet ibi Gemi. in nota. vbi dicit, quòd quandoque ratione delicti destruuntur habitationes delinquentis, & talis pœna vt ædificia destruantur, cum sit pœna iuris, non potest per inferiorem a Papa, vel principe remitti vt dicit ibi Archi. & Gemi. colum. 2. versi. quæro, an ista pœna, & ibi Phi. Fran. col. 1. in vltimo not. & vide ad hanc materiam, quæ
81 dixi supra in c. frequens, † Et aduerte diligenter circa istam materiam, quia non pro omni crimine est licitum ædificia ruere & dirumpere, vel arbores succidere, quia regulariter ædificia destrui non debent, ne vrbs ruinis deformetur. ff. de leg. 1. l. cætera. §. hoc senatus & C. de ædif. priua. l. 2. Bartol. in extrauag. qui sint rebelles, in glo. in verbo rebellando, in fin. Nec etiam ciuitas est destruenda, seu subiicienda aratro, quia ciuitatem ad patiendum aratrum & desolationem solus princeps potest condemnare, vt dicit Bertachi.
82 vbi supra. ¶ † Et similiter pulchra palatia ciuitatum, quia dicuntur esse regalia. c. 1. quæ sint reg. Ideo absque principis licentia destrui non debent, vt per Bart. vbi supra, quia ciuitas mori potest, si auctoritate superioris damnetur ad aratrum. Inno. in c. cum ex iniuncto. de ope. no. nunci. super versi. quicquid. Fely. in c. dilecti. lo 2. col. 3. extra de simo. vt passa fuit Troya, ut Cartago. vt l. si vsufructus. & ibi gl. ff. quib. mo. usuf. ami. & Barto. in d. verbo rebellando, in fin. qui sint rebell. Et ideo in crimine læsæ maiestatis possunt ædificia destrui. d. ca. fœlicis. & ibi doct. quia propter crimen læsæ maiestatis ciuitas potest dari ad prædam, de quo per Bald. in l. ex testamento. C. de testa. Fely. in cap. dilectus lo 2. col. 3. de simo. Et ciuitas rebellis adequatur solo: vt per Bar. in l. hæreditatum. ff. ad l. fal. & in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obl. & Fely. vbi supra, similiter etiam propter hæresim potest etiam tota ciuitas comburi. cap. si audieris. 23. quæstio. quinta, & Felyn. vbi supra. Et sic propter magnitudinem delicti & atrocitatem criminis talia ædificia destrui possunt, & non pro omni crimine, vt dictum est. ¶ Et licet supradictis obstare videatur text. in l. si his cum quo. ff. commu. diuid. vbi videtur probari, quòd propter inobedientiam, & contumaciam sit licitum iudici diruere domos, & ædificia, & arbores succidere. Tamen in contrarium est veritas, quia propter contumaciam non debent destrui domus, Immo nec propter debitum publicum possunt destrui domus debitorum, nec hostia, tegulas, trabes, aut alia domibus affixa capi possunt vt tenet Ia. de Are. Bart. Bal. Dy. & alii in d. l. cætera. §. hoc senatus. ff. de leg. 1. & ibi Ias. in prin. Pet. & Bar. in l. nutu. §. fi. ff. de leg. 3. Nec obstat tex. in d. l. si is cum quo, quem Bal. allegat in cōtrarium in d. §. hoc senatus. & non respondet, quia respondetur ad illum tex. quòd ibi iudex iniustè fecit, dum propter contumaciam destruxit domos, ita dicit Alexand. in dicto §. hoc senatus. circa prin. & ibi Ias. col. 2. versi. nec obstant, & dicunt hoc sentire glo. in d. l. si is cum quo. & sic, vt vides, Alexan. & Ias. tenent, quod propter contumaciam non possunt destrui domus sed ædificia, & ita est tenendum; quia, vt dictum est, ædificia destrui

non possunt nisi propter magnitudinem delicti. Et antequam fiat destructio domus in casibus permisis requiritur sententia, qua pronuntietur, domum esse destruẽdam, vt colligitur ex dictis Bartol. in l. Attheius. §. de eo. ff. de aqua plu. arcen. Immo si ipso iure talis pœna imponeretur, saltem requiritur sententia declaratoria circa hoc cap. cum secundùm. de hære. in 6. & tenent Ioan. And. & Gemi. in d. cap. fœlicis, colum. 2. & ibi Phi. Fran. §. nullus, maximè cum sententia hoc casu non trahat secum executionem: quia iste effectus destruendi domos de sui natura expectat executionem post sententiam per ea quæ dicit
83 Phi. Fran. vbi supra. ¶ † Quid si talis domus diruenda esset communis, an possit in totum destrui, vel solui precium, & per quem, est quæstio dominicalis Bartho. Bri. 44. quam ponit Archid. Ioan. And. Gemi. & Phi. Fran. in dicto cap. fœlicis. in prin. Ioan. And. in addi. Spe. in rub. de pœnis. Bartol. in dicta l. Attheius. §. de eo. ff. de aqua plu. arcen. cum concor. in dictis locis. & concludunt quòd si domus fuit destructa, socius potest habere recursum contra delinquentem, si verò non est destructa, fiscus redimet partem consocii, & tota destruetur, siue sit lata sententia, siue non. Et si maleficium non est scandolosum, & fiscus succedit in omnibus bonis, idem est dicendum. Sed si non succedit in omnibus bonis, socius poterit redimere partem destruendam. & erit admittendus, non tamen cogendus, & si noluerit redimere, pœna erit committenda in aliud, & hoc quando domus est communis pro diuiso, Sed si esset communis pro indiuiso, tunc socius posset compelli ad diuisionem, & assignare delinquenti partem superiorem, & consocio partem inferiorem, quæ non destruetur, vt latè per
84 Phi. Fran. in dicto cap. fœlicis. ¶ † Domus quæ fuit destructa per sententiam propter delictum dicunt, an possit reædificari, ista quæstio ponitur per Phi. Fra. in dicto cap. fœlicis. in prin. nume. 4. Bartol. in l. si quis adulterium. §. 1. ff. de adul. & in l. seruus. C. de pen. & ibi Cy. Bart. Bal. Saly. & Bar. in l. inter Castellianum. ff. de arbi. & latè Fely. in c. ex literis. col. 9. versi. secunda conclusio extra de consti. & concludunt, quòd debet esse perpetua illa dirutio: quia dispositio pœnalis sine præfinitione temporis censetur esse perpetua. Et propterea ciuitas simpliciter damnata ad murorum destructionem debet perpetuò stare sine muris, vt ibi latius per eos. Hoc intellige, nisi aliud diceretur in sententia, vel nisi de licentia superioris, vt per Phil. Franc. & alios in dicto capitulo fœlicis, & Fely. vbi supra, vbi ponit multas limitationes, quas videre poteris, & prædicta nota:
85 quia non ita inueniens simul coadunata. ¶ † Et aduerte, quòd sicut crimen læsæ maiestatis cadit contra Imperatorem, ita contra regem, vt firmat Lucas de Pen. in l. 1. in verbo regiam. C. de conducto. & procura. lib. 11. & Pau. de Leaza. & Pet. de Anch. in clem. pastoralis. extra de re iudi. & ibi Ioan. And. in §. rursus. & Bartol. in extrauag. qui sint rebell. in verbo rebellando. Archi. in cap. fœlicis, in verbo læsæ maiestatis, extra de pœn. in 6. Matth. de Affli. in prælu. consti. q. 13. colum. 1. circa medium, cum concor.

ADDITIO noua. In tex. in §. si verò proditores ibi
86 (clamauerit) † Nota, quòd videns proditorem regis, si capere non potest, tenetur clamare, adiutorium, adiutorium, ecce proditor regis, vt alii possint occurrere ad capiendum. Similiter si mulier clamat, debent vicini occurrere, vt in consti. quicunque mulierem, & ibi Andr. de Iser. Et an tunc possint currere cum armis, tetigi supra
87 in capitulis præcedentibus. ¶ † An autem illud, quod supra dictum est, quòd quilibet tenetur capere proditorem Regis & clamare, vt in isto capitulo procedat etiam, vt teneatur capere foriudicatum, vide And. de Iser. & Matth. de Affli. in consti regni. pœnam eorum, columna 23. vbi tenet quòd istud capitulo loquitur in proditore regis, & non extenditur, vt ibi per eos. Item circa illud, quod dicit
88 Seb. hic † quando memoria defuncti potest damnari. de quo etiam per Tho. Gra. decis. 6. & quæ dicit Ant. Cap. decisio. 130. Aduerte, quòd leges & canones dicentes quòd de crimine hæresis potest cognosci post mortem intelligitur infra quinquennium secundùm Bartol. in l. prima, C. de aposta. quod est menti tenendum propter inquisitores hæreticæ prauitatis, qui inquirunt post mortem, & publicant bona, vt ibi per eum. Ioann. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officiales omnes etiam substituti debent iurare secundùm formam eis traditam.*

DE IVRAMENTO OFFICIALIUM, & quòd officiales iurare debent. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. XIIII.

1 OFFICIALES omnes debent iurare scilicet iusticiarii, secreti, magistri procuratores, & portulani, magistri foresterii, magistri massarii, inquisitores, passagerii, vice amirati, & protontini, Comites, Iudices, & Notarii, Magistri salis, & omnes alii sub officiales eorum cum forma prædicta.

OFFICIALES omnes, hoc forte sumptum fuit ex l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. 12. Et hi omnes dicuntur habere literas commissorias a curia regia, vt ibi, & eod. titu. l. in his, & C. de agen. in reb. l. 3. in fin. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

OFFICIALES omnes, istud c. est transpositum: quia debet esse post c. item recipiant, positum infra nume. 37. sub rub. de sacramento præstando ab officialibus, & ideo pro intelligentia huius c. præmitte illud, quod in d. ca. habetur, vbi ponitur forma iuramenti, & vtinam seruaretur dispositio illius cap. Et in quantum Seb. hic dicit fuisse sumptum ex. l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. 12. dic melius, quòd fuit sumptum ex text. in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. sic igitur. & in authen. iusiura. quod præsta. ab his. §. 1. & vide Matth. de Affli. in consti. regni puritaté, colum. 2. cum sequen. in quarto nota. & ibi dicit, quòd debet iurare super euangeliis secundùm formam c. regni. &c. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an possit amouere personas electas ab vniuersitate pro seruitio curiæ, vel alios superaddere.*
2 *Collatores qui dicantur.*
3 *Sindici, & alii officiales vniuersitatum an debeant liberè eligi per ciues vniuersitatis secundùm consuetudinem.*
4 *Confirmatio sindici ad quem spectat.*
5 *Sindicus quando creatur ab vniuersitate in caussis arduis, an debeant exprimi nomina singulorum.*
6 *Iudicis auctoritas an requiratur in creando sindicum.*
7 *Actor vniuersitatis quando creatur, an debeat interuenire decretum superioris.*
8 *Vniuersitas an teneatur pro mala administratione officialium ab ea electorum.*

QVOD

QVOD IVSTITIARIVS NON AMOueat personas electas ab vniuersitatibus. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. XV.

1 ITEM collatores, † sindici, & aliæ personę, quæ ab vniuersitatibus sub eorum; periculo pro seruitijs nostræ curiæ eliguntur, nō amoueantur per iustitiarium, neque alij superaddantur per eum, sub pœna mediæ libræ auri, vt superius est expressum.

ITEM collatores, iustitiarius non admoueat personas electas ab vniuersitatibus. ¶ In tex. ibi (item collectores) Nota Iustitiarium non posse admouere personas electas per vniuersitates ad seruitia curię. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

2 ITEM collatores. † Qui dicantur collatores vide gl. in auth. vt iud. sine quoquo suff. in prin. in verbo collatores, quæ dicit, ꝙ illi dicuntur collatores, qui conferunt annalia tributa, & vide gl. in auth. de collat. in rub. & in tex. nostro ponitur pro istis exactoribus tributorum, & fiscalium functionum. Itē
3 adde. † quòd sindici, & alij officiales vniuersitatum eligi debent per ciues liberè, interuenientibus illis, qui secundùm consuetudinem interuenire debent, secundùm mo-
4 dum & ordinem seruari solitum, & consuetum. † Et tales officiales debent confirmari per illos, ad quos confirmatio spectat de iure, vel antiqua, & legitima consuetudine, vt est regia prag. Cæsareę Maiestatis Caroli V. quæ incipit, volumus etiam. ADDITIO noua. Adde, ꝙ de iure communi quando eligitur, seu creatur sindicus, debet interuenire licentia superioris: quia in cōgregando consilium, seu parlamentum debet interuenire licentia superioris, vt euitetur machinationes, per ea quæ dicit Bart. in l. actor. circa. fi. versi. possumus. ff. rem ra. hab. Io. Fab. in §. vniuersitatis. insti. de re. diu. Gui. Papæ in quęstionib. parla. Delphi. q. 106. & q. 631. Nico. Bello. consil. 49. Par. in tract. sindi. in tit. de off. sindi. §. pone. Et dicit Bart. in l. item eorū. §. sed si ita. ff. quod cuiusq. vni. ꝙ vniuersitas non potest eligere consules sine auctoritate superioris, nisi aliter se habeat consuetudo, vt ibi per eum, & Gui. Papæ d. q. 106. & in isto. c. nostro. & Ant. Cor. in suis sing. in verbo consuetudo incipiente, vbicunq;, & ibi dicit, ꝙ sindicus creatus nō cōgregata vniuersitate ad sonū campanę, vel non congregata in loco, vbi aliàs consueta est congregari, vel nō congregata de mandato superioris, prout consueuerat, non dicitur legitimè ordinatus: quia mos antiquus seruari debet aliàs electio est nulla. l. actuarios. C. de nu. actu. & ibi Bart. li. 10. qui dicit ita de facto obtinuisse. Et vide Bart. in l. 2. in fi. C. de decu. lib. 10. vbi dicit, ꝙ electio sindici & officialiū vniuersitatis de iure communi spectat ad consilium ciuitatis, vt ibi. & ponit ad quem spectat conuocare cōsilium. & vide Bal. in l. 1. in fi. C. de ser. reip. manu. vbi ponit, quòd vniuersitas non potest constituere sindicum sine auctoritate superioris, licet secus sit in capitulis ecclesiarū, & hoc ideo quia præpositus capituli, vt est Episcopus, vel Vica-
5 rius habet iurisdictionem, vt ibi per eum. ¶ † An autem quando creatur Sindicus ab aliqua vniuersitate in causis arduis debeant exprimi nomina omnium creantium, vide Ias. in l. placet. columna quarta. in secunda lectu. C. de sacrosanct. eccle. ADDITIO noua. Vbi tenet, quòd quando creatur sindicus ab vniuersitate in causis arduis, debent in instrumento sindicatus necessariò poni omnia nomina creantium sindicum, nec sufficit dicere. quòd maior pars constituit ipsum, vel nominare duos. vel tres, & postea dicere. & omnes alii, qui faciunt maiorem par-
6 tem: quia talis electio esset nulla, vt ibi per eum. ¶ † Et an in creando sindicum requiratur auctoritas iudicis seu decretum, vide Bald. in l. omnes qui. in fin. princ. C. de episc. & cleric. ADDITIO noua. Vbi dicit, quòd sufficit auctoritas illius, qui est in loco, & sic auctoritas officialis, & tenet Pari. in tracta. sindica. in titu. de offic. sindic. §. pone, colum. prima. & Bald. in l. nulli. in secunda lectu. colum. prima. ff. quod cuiusque vniuersi. cum aliis proximè allegatis, & Lucam de Pen. in rubri. C. de decret. decu. lib.
7 decimo, vbi etiam ponit. An habeat se intromittere. † Et quid in actore vniuersitatis, an requiratur decretum superioris, vide Lucam de Pen. vbi supra. & gloss. in l. item eorum. §. fina. in gloss. secunda. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. & Bald. in l. nulli. in secunda lectu. colum. prima. ff. quod cuiusque vniuersi. vbi tenent, quòd in creando actore requiritur decretum iudicis. ¶ In text. ibi (sub eorum
8 periculo &c.) † Nota, quòd officiales, qui eliguntur per vniuersitatem pro seruitiis curiæ, eliguntur periculo vniuersitatis, & ideo si curiæ malè administrauerint, & non fuerint soluendo, vniuersitas tenetur per hunc text. & facit text. in l. prima. l. tertia. & l. penulti. C. de magis. conue. & ibi doctor. ¶ In text. ibi (sub pœna mediæ libræ auri, vt superius est expressum) quæro, in quo loco supra hoc expressit? Dicas, quòd istud capitu. & etiam capit. præcedens sunt transposita, & debent esse posita post capitu. item iustitiarii, infra nume. 36. sub rubri. quòd iustitiarii non committant inquisiti. vbi ponitur similis pœna mediæ libræ auri, & postea sequitur, capitu. item recipiant, & postea debet sequi præcedens capit. officiales. & postea sequitur istud capit. & ita reperitur in libris antiquis. Ioann. Anton. de Nigris de Campania Ciuitate. I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiarii, iudices, & actorum notarii nihil debent recipere pro compositione generalium inquisitionum.* 13.
2 *Iustitiarii debent secundùm merita probatorum procedere ad condemnationem, vel absolutionem.*
Iudex an debeat dare copiam probatorum, & admittere inquisitos ad defensionem, ibidem.
3 *Inquisitio vbi fieri debeat.*
4 *Iustitiarius non debet post se trahere inquisitos, vel accusatos.* 12. 18.
5 *Processus factus contra formam huius capituli, an sit nullus.*
6 *Iustitiarii, iudices, & actorum notarii facientes compositionem pro generali inquisitione, & facientes inquisitiones extra terras, in quibus inquiri debet, & trahentes post se notatos, an puniantur.*
7 *Inquisitio generalis an possit per alium fieri.*
Inquisitio specialis an possit alteri committi, ibidem.
8 *Inquisitio an fieri possit contra non seruantes constitutiones & capitula.*
9 *Inquisitio contra officiales stantes ad sindicatum quomodo fiat.*
10 *Inquisitus in generali inquisitione offerens fideiussores an & quando capi, vel arrestari possit.*
11 *Iustitiarii prouinciarum, & alii habentes merum, vel mixtum Imperium, an debeant denuntiare regi maleficia cōmissa in eorum prouinciis.*
14 *Accusatore non existente an & quando ex officio procedi possit.*
15 *Inquisitio generalis an & quando fieri possit.*
16 *Inquisitio generalis quæ dicatur, & quæ specialis.*
17 *Inquiri ex officio in quibus casibus possit.*
18 *Carcer an faciat prouentum.*

QVOD

QVOD NIHIL RECIPIATVR PRO compositione generalium inquisitionum. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. XVI.

1 ITEM † ꝙ prædicti iustitiarii occasione generalium inquisitionũ quas per se cũ iudicibus, & actorum notariis faciunt semel in anno, nihil ab vniuersitatibus, vel singularibus personis recipiant
2 pro compositione. † Sed secundùm merita probatorum, ex inquisitione ipsa ad condemnationem, vel absolutionem, sicut fuerit de iure, procedant, data copia probatorum, & admissis defensionibus
3 illorum, qui per inquisitionem tanguntur. † Et easdem inquisitiones in terris, in quibus inquiri
4 debet, faciant, & non extra. † Nec alios, qui in ipsa inquisitione notati sunt, post se trahant, vt hactenus propter extorsionem malefieri consueuit.
5 † Et si contra factum fuerit, processus non valeat
6 ipso iure. Et emendari faciant damna passis. † Et tam ipsi, quam iudices, & actorum notarii pro nostræ voluntatis arbitrio corporaliter puniantur.

ITEM quòd prædicti. ¶ In tex ibi (per se.)
7 † Nota, quòd generalis inquisitio non potest fieri per alium. Item nec specialis inquisitio criminum potest committi, vt infra cap. item iustitiarij, nume. 36. Item magistri procuratores, & portulani per se, vel per alios inquirunt, vt infra cap prædicti magistri procuratores, num. 66. Et vide subscriptas concordantias in materia inquisitionum infra in capitulis Caroli Secundi Principis Salerni editis in planicie Sancti Martini anno 18. c. Item statuimus con
8 stitutiones, nu 138. vbi † mandat inquiri contra non seruantes cõstitutiones, & capitula. Et vide in capitulis Regis Roberti regni anno 6. c. vulgaris famæ proloquium. nu. 260.
9 † vbi ponitur modus inquirendi contra officiales, qui stãt ad sindicatum, de iure verò cõmuni vide plenè hanc materiam in repe. l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. per Ange. de Peru. ¶ In tex. ibi (faciunt), idest facere debent semel in anno, vt infra in capitulis regis Caroli Secundi editis regni anno duodecimo ca. in generalibus inquisitionibus,
10 nume. 141. vbi statuitur, † quòd notatus in generalibus inquisitionibus offerens fideiussores nõ debet capi, etiam si crimen fuerit probatum ante datam sibi copiam repertorum, & si datis defensionibus in probatione defecerit arrestetur, vt ibi & cap. generalis inquisitiones, num. 142. vbi probatur, quòd generalis inquisitiones debent fieri semel in anno, nec tamen prætextu generalis inquisitionis debet descendi ad specialem absque mandato regio, vt ibi & ca.
11 subiungendo nume. 143. vbi dicitur. † quòd iustitiarij regionum, & alij officiales habentes merum, & mixtum imperium debeant denuntiare regi, vel eius vicario delicta commissa in eorum prouinciis singulis duobus mensibus, & datur etiam modus, vt data copia repertorum procedatur secundùm formam ibi traditam. ¶ In text. ibi (data copia) sic infra in d. ca. subiungendo, & c. habebitur quæstio. nu. 145. & vide in consti. regni de inquis. l. hi qui. in j. glo.
13 ¶ In text. ibi (post se trahant.) † Nota iustitiariũ non posse trahere post se notatos inquisitione, vide infra c. item iustitiarii delatos. nu. 47. & nota. in constit. regni, quali. iustit. l. causas alias. & vide regni anno 7. c. quod per decretam ti-
14 bi prouinciam, nume. 42. Vltimò nota ex hoc cap. † quòd iustitiarii super generali inquisitione non possunt facere compositionem. Sebast. de Neapoli.

ADDITIO.

15 ITEM quòd prædicti. Adde ad materiam. † ꝙ regulariter sine accusatore nemo punitur. l. rescripto §. si quis. ff. de muner. & honor. extra vt ecclesi. bene. c. 1. in princi. 2. quæst. 1. c. de manifesta. 22. q. 4. c. quisquis potestatem. quod etiam de iure diuino probatur, vt habetur Io. c. 8. ibi mulier vbi sunt, qui te accusant &c. & in actibus Apostolorum c. 25. vbi dicitur, si quod in viro crimen est, accusent eum. Sed ista regula fallit in multis casibus, quos ponit gl. in d. c. 1. extra vt eccl. benef. & gl. in d. c. de manifesta, & Odof. ponit cæteros casus speciales in l. 3. C. qui acc. non pos. & vide Spe. in tit. de inquisitione. §. quando autem, vbi ponit 14. casus, in quib. iudex potest procedere ex officio per inquisitionem sine accusatore, & vide Gand. in suo tra. malefi. in prima rubr. vbi ponit circa triginta casus, in quibus potest de iure sine accusatore puniri per Bal. Saly. in l. ea quidem §. quia propter. col. 2. cum seq. C. de accusa. per Lucam de Pen. in l. si vacantia. col. 2. in prin. C. de bon. vacan. lib. x. & ibi Ang. & per Ang. in tra. malef. in verbo hæc est quædam inquisitio, col. 5. cum seq. per Bonifa. in suo tract. malefi. in rubr. quot modis super malefi. proceda. in tit. quid sit accusatio, per gl. Barto. & Alex. in addi. in l. 2. §. si publico. ff. de adul. And. de Iser. in consti. hi qui, & Matt. in consti. inquisitiones generales, col. 2. in primo nota. per Seba. de Neap. in c. regni ab illo inchoandum, nume. 140. ADDITIO noua. Et latè Rob. Maran. in suo spe. in verbo inquisitio. ver. secundus casus, car. 51. Secundum primam impressionem, vbi ponit septuaginta quatuor casus, in quibus inquirunt ex
16 officio. † Item est sciendum, quòd per constit. regni inquisitiones generales, erat inductum, vt pręses prouincię non semel tantum. Sed quandocunque sibi videbatur, poterat formare inquisitiones generales contra homines facinorosos, & malæ opinionis & vitæ. Sed per tex. nostrum &c. regni generales inquisitiones, nu. 142. est inductum, vt semel tantùm in anno possit dicta inquisitio generalis fieri, vt ibi dixi, & tenet Matth. de Affl. in d. consti. inquisitiones generales, in primo nota. & ibi etiam ponit quomodo fit talis generalis inquisitio. Sed hodie generales inquisitiones in regno sunt sublatæ, vt tenet Par. in tra. sind. in verbo inquisitio. in prin. col. 3. & ad materiam vide infra c. 36. i. e
17 iustitiarij inquisitiones. ¶ † Quæ autem dicatur generalis, & quę specialis inquisitio, vide Bal. in l. iubemus. C. de proba. Et hodie non proceditur regulariter ex officio contra certam personam nisi in casibus, in quibus venit imponenda pęna mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abscisio, vt in c. vt delatas. infra num. 255. vt ibi dicetur, & in d. ca.
18 ab illo inchoandum, vbi tangit Sebastia. † Item nota illud, quod iustitiarius prouinciæ non debet trahere post se notatos & accusatos, vt dicit hic Seb. per tex. huius c. cũ concor. per eum allegatis. & tenet Matth. de Affl in consti. regni causas alias, col. pen in 7. notabili, vbi dicit, quòd iustitiarius prouinciæ non debet fatigare subditos nunc in vna terra, nunc in alia laboribus, & expensis pro faciẽda compositione seu prouisione pro pœna compositionis, prout mali præsides soliti sunt facere dicentes, quòd labor & sumptus faciunt prouentum, & isti sic facientes sunt transgressores legum, vt dicit Matthe. vbi supra.

ADDITIO noua. Et vide And. de Iser. & Matth. de Affl. in consti. regni iustitiarij non per prouincias, & vide inf. c. item iustitiarii delatis. 47. ¶ In tex. ibi in fi. ver. (& tamen ipsi.) Nota, ꝙ contemnens mandatum regis corporaliter punitur vt hic, quod est intelligendum, quando in mandato regio vertitur magnum pręiudicium, aliàs super leuibus Rex rescribat, tunc imponitur pęna extraordinaria, vt dicit Luc. de Pen. in l. 1. C. vt dig. ordo ser. li. 12. & in l. 1. C. de priui. eo. qui in sacri pala. lib. 12. & Tho. Gra. deci. 40. Magnificus Alfonsus, col. penul. & fi. cum concor. ibi. vbi latius loquitur, & ibi etiam ponit quid de contempore regiorum mandatorum. Ioan. Anto. de Nigris.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Natura quotidie nouas formas educit.*
2 *Proditores potenti manu, & ultore gladio sunt conculcandi.*
3 *Bona proditorum publicorum an curiæ applicentur.*
4 *Beneficia principis debent esse mansura.*
5 *Præscriptio quanto tempore currat contra prætendentes in bonis confiscatis per proditionem.*
6 *Tempus datum ad agendum super bonis confiscatis à quo tempore incipiat.*
7 *Præscriptio quatuor annorum an requiratur in rebus alicui à fisco venditis.24.*
8 *Exclusus aliqua exceptione a petitione bonorum publicatorum, an admittatur ad petendum.*
9 *Bona notoriorum proditorum an de facto capi possint.12.*
10 *Proditor publicus quis dicatur.*
11 *Citatio an sit necessaria in notoriis.*
13 *Libellus an sit dandus, quando petuntur bona proditoris defuncti non notorii.*
14 *Crimen proditionis, & læsæ Maiestatis quanto tempore præscribatur.17.*
15 *Accusari an possit perpetuò memoria proditoris defuncti.*
16 *Dispositio huius cap. an comprehendat causam lucratiuam & onerosam.*
18 *Iudex præfigendo terminum alicui ad agendum, si non agit an videatur renuntiasse.*
19 *Iactans habere ius super re mea an possim petere a iudice, ut statuatur terminus ad agendum.*
20 *Monitio bina an requiratur, antequam iudex imponat perpetuum silentium non agenti.*
21 *Debitor an possit implorare officium iudicis, & petere declarari non esse debitorem.*
Lex diffamari. C. de inge. et manu. in quo differat à l. si contendat. ff. de fideiuss. ibidem.
22 *Agens condictione ex lege diffamari, coram quo iudice agere debeat.*
23 *Habens causam a fisco an sit securus.*
24 *Lex bene a Zenone. C. de quadr. præscri. limitatur duodecim modis.*
25 *Emens a fisco vendente iure creditoris, an possit petere, vt dominus rei ratificet.*

DE PRÆTENDENTIBVS ius habere in bonis proditorum, siue, De his, qui prętendunt ius habere in bonis proditorum captis per curiam. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. XVII.

1 ET † si frequenter naturę varietas, quę quotidie nouas formas educit, propter instabilitatem personarum, mutationem rerũ, & alterationem negotiorum, super quibus, & quorum occasione omnia iura sunt prodita, & specialiter adinuenta, regibus & principibus orbis terræ (quibus à Deo subditorum conseruatio, & cura committitur) materiam tribuat scandalizandi, non nostri remedio (quod tamen ipsos præsides ad hæc maximè sollicitat, & inducit.) Sed vt malitiis, falsitatibus, versutiis hominum, ad quas omnibus multæ sunt viæ occasio præcludatur, & materia succidatur. Cumque in præterita proxima turbatione temporis, propter aduentum Corradini suborta, in Regno Siciliæ multæ ciuitates eiusdem regni castra, ac loca alia, necnon Comites, Barones, Milites, Burgenses, & rustici, qui fuerunt præsumptæ contra nos factionis, & proditionis auctores, per contemptam maleuolentiam interius dissimulare, vel tegere non valẽtes, captata quantum ad opinionem ipsorum oportunitate temporis, in pernicem, & necem, ac nostram diminutionẽ, & ademptionem nostri dominii, prauam eorum contra nos detexerunt voluntatem, & ad manifestam proditionem eruperunt (præter merita nostra) qui in nullo (teste Deo) ante prędictam turbationem tem-
2 poris ipsos offendimus. † contra ipsos potenter & victoriosè processimus, & per potentiam nostram conculcatis eisdem, & gladio vltore peremptis, aliquibus eorundem per fugæ subsidium euadentib.
3 manus nostras † bona ipsorum omnium & singulorum, & quæ tempore proditionis possidebãtur ab eis, videlicet personarum, quas prædictus detestabilis, & popularis error inuoluerat, cum publicus esset in regno præcipuè. nec posset ipsorum crimen eorum, vel aliorum dissimulatione, vel negatione negari, sic vt iura omnia nostra, & qualitas tanti criminis exigebant, ad nostrã curiam peruenerunt, de quibus bonis aliqua tenuimus, & tenemus in manibus nostris, & de mandato nostro per officiales nostros pro nostra curia procurãtur, aliqua de ipsis liberaliter cõcessimus militib. & aliis seruitoribus nostris, ac aliis quibuscunq; benemeritis, qui fuerunt nobis, ẽt fluctuatione tẽporis antedicti pro nobis vitã, & omnia tam dubiis pericu-
4 lis exponentes. ¶ † Et quia beneficia nostra decet esse mansura, & oẽs malitias, & diminutiones extrahere. volentes tã prędictis, in quos liberalitatẽ cõtulimus, quã nobis in prędictis bonis proditorum, & quę occasione proditionis ad nostrã curiã deuenerunt salubriter prouidere secundũ iustitiã, ne pp diuturnitatem sequentis tẽporis præteritorũ factorũ inducatur obliuio, ác p hoc locus fraudibus relinquatur, cum testes fidẽ mutent ex tempore, nec decurrentis vel actus integritas suffrage-
5 tur. ¶ † Statuimus, vt si quis in bonis p̃dictis, quæ ante proditionẽ ab eis contra nos commissam fuerant proditorũ, vel ex ipsorum proditione ad nostram curiam peruenerint siue in his, quæ nostra curia tenet, siue in his, quę p̃dictis familiaribus, militibus, & aliis seruitoribus nostris, postremò quibuscunq; personis magnanimitas nostra ex prędictis bonis concesserit ius dominii, vel quasi dominii, ius pignoris, vel hypotecę, deniq; quodcunq; ius ex quacũq; cã habere se dicat in publicũ prodeat, & ius suũ, quod habet in bonis eisdem cõtra curiam nostrã, vel contra prędictos, quibus liberaliter prędicta concessimus, quos per procuratores nostros ad causas, & fisci nostri patronos, defendi sup prędictis volumus. Nã incommodum, si quod

quod ex ipsis ementi contigerit, ad nos spectat,
infra annum, & menses duos a tempore insi-
nuationis, seu publicationis præsentis constitu-
tionis nostræ, quam vbique per regnum per iu-
stitiarios nostros in Aprilis Calendis primo futu-
ris huius tertiæ Indictionis publicè insinuari,
& diuulgari mandamus. ordinario iudicio prose-
quatur. Et hoc super his, qui in tempore publi-
cationis, vel insinuationis prædictę fuerint in re-
gno præsentes, siue regnicolæ, siue exteri fue-
rint. ¶ Si verò quis super prædictis iura habe-
re se asserat, quicunque sit, siue exterus, siue
non, de regno abfuisse se doceat bimestri tempore
a tempore publicationis prædictæ, & duorum an-
norum spatium consequatur, ita tamen, quòd ip-
si absentes, si infra primum annum, seu bimestre
tempus post dictam publicationem venerit, annus
a tempore reuersionis ipsius in antea tãtummodo
computetur, quod elapso nullatenus audiatur.
Quam constitutionem nostram volumus obtine-
re super bonis prædictorum, quæ hactenus ad no
stram curiam procurantur, vel per nos aliis sunt
concessa. ¶ Si quæ verò post hæc prædictorum bo-
na ad curiam nostram ex prædicta causa peruení-
re contigerit, qui ius in eis habere confidit, infra
annum vnum, vel biennium, seruata distinctione
præsentium, & absentium, in hac preuentione (si-
cut in publicatione superius dictum est) contra cu
riam nostram, vel contra eum, cui nostra bona ip
sa, vel partem ipsorum concesserit secundùm iu-
6 stitiam consequatur. ¶ † Cuius principium erit, &
computabitur a tempore, quo publicè notuerit
in terra, in cuius territorio sita sunt, vbi non po-
test esse notorium propria bona ad curiam perue-
nisse. Nec miretur aliquis, quòd in præmissis tem
pus præscribimus, & principium petitionis eo-
rum, qui ius habere confidunt anni tempore co-
arctamus, hoc enim frequens est in nostri reme-
dium, quòd si instituto à pręside tempore, hi quo-
rum interest citati non veniant, vt ius proponant,
videtur ius quod habebant tacitè renuntiasse, nec
7 super eo vlterius audiũtur. ¶ † Et licet retro prin-
cipes in rebus alienis à fisco venditis, vel donatis
infra quatuor annos petitionem dederint, vt de-
nuo contra fiscum non audiantur, hic tamẽ cum
propter immanitatẽ criminis lęsę Maiestatis, pro-
pter quod in publicum delata sunt bona, in con-
trarium ratio moueat, & sit procliuior in termini
breuitate. ¶ Ex hac autem cõstitutione nostra nul-
lum fructum peruenire, vel spectare volumus ad
proditores, quos in voto gerimus, & habemus
in firmo proposito offendere, prosequi, & omni-
no excludere per omnem viam, & modum, qui in
offensa iustitiam poterit inueniri. ¶ † Si verò eo-
rum, qui in bonis prædictis ius se habere asserũt,
exclusi sunt à petitione bonorum, renuntiatione,
tempore, pacto, iureiurando, sententia, transactio
ne, vel qualibet alia ratione, prędicta indulgentia
nostra tẽporis in nullo opituletur eisdem. Datum
Neapoli Anno 1278. Die 26. Ianuarii, Regni No-
stri anno 2. Tertiæ Indictionis.

ETsi frequenter. ¶ In text. (& per potentiam
9 nostram.) † Nota, ꝙ sicut de facto conculcã-
di, & gladio puniendi sunt manifesti, & no-
torii proditores, eadem ratione sic de facto,
& per potentiam eorum bona possunt capi,
& hoc innuit in versi. statuimus ibi, eorũ proditione ad no-
stram curiam peruenerunt. ¶ In text. ibi (publicus esse in
10 Regno.) † Nota, ꝙ publicus proditor dicitur, qui est publi
cus in regno. Aduerte ꝙ hoc c. & superius c. ad vindictam,
aliàs c. nuper apud Tranum, loquitur de proditoribus ma
nifestis ex euidentia facti, & qui sunt taliter publici, & no-
torij proditores, ꝙ non possunt negationem, vel tergiuer-
sationem allegare, seu prætẽdere, quo casu nec accusator,
nec testes requiruntur, vt extra de coha. cler. & muli. c. tua
nos. extra de accus. c. euidentia. de iureiu. c. ad nostram. &
2. qõ. 1. c. manifesta, & ista sunt iura communia, de quibus
11 subiicit, & facit mentionem. † Citatio autẽ bene est neces-
saria in notoriis, vt notat Inn. in c. cum sit, in fi. ext. de app.
& in c. tua. de coha. cler. & muli. Aliter etiam dicitur ma-
nifestum per probationem, vel confessionem, vel euiden-
tiam facti, vt dicit Inn. extra de verb. sign. c. cum olim, in fi.
Sed per confessionem dicitur crimen notorium, vt nota.
idem Inn. in c. tua. & ibi Bal. col. 2. extra de coha. cle. & mu
lie. Et vide Inn. in c. veniẽs, extra de ver. sig. vbi ponit, quid
differt notorium, & cõmunis opi. ¶ In tex. ibi (vel lex ipso-
12 sorum proditione.) † Nota, ꝙ ex ipsa proditione notoria, &
manifesta bona perueniunt ad curiam. Et sic de facto, &
per potentiam possunt capi per curiã sine aliquo iudicio,
nam & si persona talis manifesti, & notorii proditoris po-
test de facto capi & occidi (vt supra dicitur) quare non &
bona sic de facto capi possunt per curiam, item quia in ta-
libus manifestis ex euidentia rei notoriis proditorib. neq;
13 accusator requiritur, neq; testis, vt supra dixi. ¶ † Sed quid
si petuntur per curiam bona proditoris defuncti non no-
torii, neq; manifesti, quo casu admittuntur, immo tenẽtur
ad purgationem, nunquid sit dandus libellus, & ordo iudi
ciarius seruandus? Et certè dicunt quidam quòd non, mo-
ti ex eo quod dicitur. ff. ad leg. Iul. maiest. l. famosi. nam vbi
de purgatione agitur, libellum non offerunt. C. de his qui
ad ecc. confu. l. fi. & C. de iu. deli. l. fi. §. licentia, cum suis si-
milibus. Sed contra. ff. de publ. iudi. l. is qui. Sol. cùm exigi-
tur, vt aliquis purget crimen a se commissum, libellus est
offerendus, & iuditiario ordine debet procedi, vt in l. con-
traria, quia sine accusatore nemo punitur. ff. de mune. &
ho. l. rescripto. §. si quis, cum suis simi. Sed vbi tenetur quis
purgare crimen ab alio commissum, vt in quæstione pro-
posita, non est offerendus libellus contra hæredes, nec iu-
diciario ordine procedendum, & hoc ostenditur euidenti
ratione, cum damnatur memoria, probato crimine a de-
functo commisso dicitur defunctus conuinci de crimine,
vt C. ad leg. iul. maie. l. fi. sed cũ defuncto non posset esse iu
dicium, vt C. de asser. toll. l. fi. ergo &c. principaliter. n. agi-
tur de statu defuncti, licet per quandam consequentiam,
& coniecturam possit dicì offerri libellum hæredi; quia ip
se vocatur ad iudicium, & eiusdem est defendere memo-
riam defuncti. ff. de leg. 2. l. cum filius. in fi. ¶ Sed nunquid
in crimine læsæ Maiestatis intentando contra ipsum cri-
minosum sit libelli oblatio necessaria, & contestatio litis?
Quidam ꝙ non, nam si in minoribus sine accusatore pro-
ceditur, vt no. ff. de adul. l. 1 multo magis in hoc, quod est
grauius, & æquiparatur crimini hęresis, item expressè vi-
detur in l. manicheos. C. de hære. ꝙ procedi debet per in-
quisitionem, sicut & aliis multis casibus, qui not. ff. de mu-
ne. & hono. l. rescripto. §. si quis. istud. n. crimen exceptum
est, & non sequitur regulam aliorum, vt per multa, quę ha
bentur in titu. ff. & C. ad leg. iul. maie. patere potest cuilibet
studioso. Et per hoc forte non videtur necessaria senten-
tia, quia probato crimine videtur sua conscientia damna-
tus, & punitus. C. ad leg. iul. maie. l. fi. ecõtra videtur ꝙ sic;
quia si in leuibus proceditur sine libello, vt ff. de accu. l. le-
uia. ergo in atrocioribus cum libello; quia vbi maius pe-
ricu-

riculum, ibi cautius est agendum. ff. de carbo. edi. l. 1. §. sed & si quis, de app. l. addictos, & de proba. l. fi. Item hæc est regula, vt in quolibet crimine procedatur inscriptione præcedente. C. qui accu. non pos. l. 3. de accu. l. fi. & nemo sine accusatore punitur. d. l. rescripto. §. si quis accusatore. ff. de mun. & hono. a qua regula excipiuntur, quæ numerantur. ff. de accu. l. leuia, intra quæ non est crimen læsæ Maiestatis, ergo in illo non est sequenda regula, nam in aliquibus casibus regula patitur instantiam, perdit in illos officium suum, in aliis autẽ remanet firma. Nam regula dicitur firmari, & fortificari per exceptiones. ff. de reg. iur. l. 1. itẽ expressè videtur lex dicere. C. de epis. & cle. l. si quemquam. ad fi. ibi accusatione præposita &c. Et pro hac opi. facit C. de accus. l. de crimine. secundùm tertiam casus positionẽ gl. nam si est speciale in muliere, vt in hoc crimine procedatur sine libello, in ceteris erit ius commune. Credo, ꝙ vbi hoc crimen est notorium, non sit necessarius accusator, aliàs sic, vt extra de accu. c. euidentia, & in eo casu, in quo accusator necessarius est, requiritur libellus, & sententia, nam lex expressè dicit. C. ad leg. iul. maie. l. fi. & multoties inuenies in lege, quòd damnatis in crimine læsæ Maiestatis bona auferuntur, vt in auth. vt nulli iudi. §. fin. colla. 1. in nõ notorio dicerem, sententiam esse necessariam, cũ sententia dari non possit lite non cõtestata. C. de app. l. fi. §. illud. & no. C. de his qui ad eccle. confug. l. fi. in gl. quæ incipit ad modum hoc referas, circa medium, vt vbi esset notorium per confessionem, vt ff. de cust. reo. l. si confessus. Alij dicunt, quòd nec accusatio, nec sententia sit necessaria, nam ex quo sceleratissimum quisque consilium cœpit,
14 ex sua quodammodo mente punitur, vt ea. l. vlti. ¶ † Item quæro, quanto tempore durat hoc crimen? Videtur quòd sine temporis præfinitione, C. de aposta. l. apostatarum, sed ego nõ dico. Sed credo in eo crimine illud statutum, quod in aliis, cum in eo non inueniatur speciale. C. de fal. l. que-
15 rela. ¶ † Item quæro, an memoria possit perpetuò accusari? Dic vt notatur. C. de hære. l. manicheos, & de hac materia vide infra in capitulis Caroli Secundi Regni Anno
16 xij. c. bona proditorum, nume. 171. ¶ † In text. ibi (ex ipsis ementi &c. Sed quæro quare dicit ementi, cum propriè loquatur etiam de causa liberalitatis? Respondeo, vt comprehendat causam lucratiuam, quæ demonstratur per verbum emptionis. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. sicut. §. venditionis, & C. de quadr. præscr. l. 1. in prin. & l. bene à Zenone. nam quandocunque quis causam habet a fisco infra quadriennium, non ipse, sed fiscus conueniretur. d. l. a Zenone, vel dic quòd non dicit ementi, sed emergi &c. Sebast. de Neapoli.

ADDITIO.

Et si frequenter. Ad materiam huius capit. vide sup. in ca. nuper ad vindictam. cum concor. ibi allegatis. ¶ Circa illud, quod tangit hic Seb. cir-
17 ca fi. f. † Quanto tempore præscribatur iuri accusandi, vel inquirendi in crimine læsæ Maiestatis, & concludit, ꝙ spatio viginti annorum, prout in aliis criminibus, vt l. querela. C. de fals. & multas limitationes ad illam l. vide ibi per gl. & latius per D. Io. Frã. Balb. in tra. de præsc. in quarta par. iiij. par. prin. in 2. q. col. 2. & 3. vbi vide. ¶ In ver.
18 (nec miretur) in fi. † Nota, ꝙ si iudex præfigit terminum alicui ad agendum, si infra illũ terminum non agit, tacitè vr renuntiare iuri suo, & vlterius nõ auditur, vt in illo tex. Et ad hunc tex. bene concordat declaratio regis Roberti, quæ non est impressa, sed eam de verbo ad verbum ponit Matthæ. de Affli. decisio. 264. quidam baro. quæ est huiusmodi tenoris videlicet.

ROBERTVS &c. regenti curiam Vicariæ Regni, & iudicibus eiusdem curiæ, consiliariis, familiaribus, & fidelibus suis &c. Barth. de Capua miles, & logotheta, & protonotarius Regni Siciliæ &c. nobis nuper exposuit, ꝙ ipse Baroniam Iohe. cum casalibus, hominibus, iuribus, & pertinentiis suis sitam & positam in Iustitiariatu prouintiæ terræ laboris, & comitatus Molisij tenet & possidet excelsitudinis nostræ donatione, Claritia tamen de Franco consors Cerui de Palmerio de Capua se iactat in baronia iam dicta ius sibi competere, quam dicit se velle suo loco & tempore vendicare, propter quod logotheta præfatus nobis supplicauit humiliter, vt ad succedendum circa hoc cuiuslibet confusionis inuolucrum, & dubietatis incertum ius declarari prædictum, mandare humanius dignaremur. Nos autem nostrorũ fideliũ ingesto præpedio finem volentes imponere, illudq; in amicam legibus reddere claritatẽ, præcipuè cum in hac parte nostræ curiæ simpliciter ius versetur, qui baroniam ipsam in feudum Bartholomæo concessimus memorato, fidelitati vestræ præsentiũ tenore committimus, & mandamus, quatenus (si veritas concordat expositis) mulieri iam dictæ certũ cõpetentẽ, & peremptorium statuatis terminũ, ꝙ ipsa ad curiam veniat, & ius suum, si quod in baronia ipsa sibi credit competere, coram nobis ostendat, facientes super hoc vocatis, qui vocandi propterea fuerint, necnon procuratoribus, & aduocatis fisci nostri, qui in his iura nostræ curiæ, inquantùm exinde tangitur, tueatur, quod iustitia suadebit. Qud si forte dicta Claricia in statuẽdo per vos præfato termino ad curiã ipsam non curabit accedere, & de suo iure legitimè in illa docere, vos ei, & suis posteris, & quibuslibet aliis ab ea sup hoc causam habentibus, circa petitionem iuris ipsius perpetuum silẽtium imponatis, vt refrenetur præsumpta calumnia, & nubata iustitia notis terminis præmissis, & circa præmissa audientiam denegamus tenore præsentium vestræ iurisdictionis, & magistratus alterius cuiuscunq; præsidium, vt per hoc coram quocunque tribunali nullatenus audiatur, præsentes autem literas &c. datum &c.

19 Et ex prædictis inferẽ. † Quòd si aliquis iactasset se habere ius sup aliqua re mea, possum petere a iudice, vt statuat illi terminũ ad agendũ, aliàs ꝙ de cætero nõ audiatur, vt probat tex. noster in d. ver. nec miretur, & text. supra relatus in d. c. regis Roberti, & bonus tex. qui semper solet adhoc allegari. in d. l. diffamari. C. de ingenu. & manu. & l. si ea. C. qui accu. non pos. & ff. de adul. l. qui accusaturus. & ff. de accus. l. Titia. & ff. de opti. leg. l. mancipiorum. Et similiter potest statuere terminum ad proponendum exceptiones, vltra quem non audiatur, vt per Dy. in c. indultũ. de reg. iur. in 6. cum simi. & in c. pastoralis, extra de excep. & per Bal. in d. l. si ea. & per Ang. in trac. malefi. in versi. nec non ad querelam, col. 24. in quæstione, quæro, an iudex, in fi. & ibi Augu. Ari. in additionib. cum concor. ibi. Et prædicta procedunt non solùm in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, si tu vadis me diffamando, dicendo, ꝙ accusabis me de tali crimine, possum petere a iudice, vt tibi præfigat terminum ad accusandũ, aliàs ꝙ de cætero non audiaris, sed sit impositum perpetuum silẽtium, ita tenet Ange. in d. verbo nec non ad querelam, & ibi Augu. Ari. colũ. 24. in q. præall. allegat Bar. in d. l. Titia. & Bal. in d. l. diffamari. & doct. in d. l. si ea, & per mod. in ca. nouit, extra de iudi. & Lud. Ro. consi. 53. visis themate prænarrato Bart. in l. 2. col. 2. in prin. C. de elec. Alex. in l. properandũ. §. & si quidẽ. col. 2. C. de iud. cum concor. in d. locis & doc. inferius allegan-

gandi. Et prædicta intellige procedere ex causa, pura præcedente diffamatione, aliàs iudex non posset talem terminum statuere ad agendum, vel accusandum, vt dicunt oẽs doc. supra allegati. ADDITIO noua. Et vide sup. c. nuper ad vindictam, vbi ꝙ diffamatus de rebellione potest petere, pronuntiari se non esse rebellem, & vide glo. in ti. qui sint rebelles, in verbo rebellando, colū. 2. in fi. Et aduerte, quia non obstante lapsu termini audiretur agens, vel accusans, nisi iudex per suam interloquutoriam imposuerit illi silentium, vt probatur in dictis iuribus, & tenet Inn. in c. cum in tua, extra qui matri. accu. pos. & Ang. Areti. & ibi Aug. Ari. in d. verbo. necnon ad querelam, in loco prealle. Et ideo cautus debet esse aduocatus, vt apparere faciat in actis de diffamatione, & iactatione, ꝙ ibat se iactando, ꝙ volebat agere, vel accusare &c. & etiam debet apparere in actis mandatum, seu monitio facta ad agendum, & vlterius ꝙ elapso termino dato ad agendum, vel accusandũ faciat pronuntiare per iudicem vlterius nõ esse audiendum, & esse perpetuum silentium impositum, poterunt etiam in mandato, & termino dato ad agẽdum apponi ista verba, videlicet, & si infra dictum terminum non egerit, ex nunc prout ex tunc decętero non audiatur, & sit perpetuum silentium impositum, vt dicit Cępo, cau. 166. Vt quis. Et omnia in scriptis appareant, cum debitis citationibus, & relationibus, & a tali pronũtiatione, & interloquutoria pars aduersa posset appellare, vt dicit Ang. Are. in d. verbo nec non ad querelam, in loco vbi supra, & ad prædicta vide etiam Alex. consil. 108. viso themate, col. fi. 1. volu. & Ant. Capi. decisi. 205. in causa Dominæ Victo-
20 riæ. ¶ † Sed quæro, an antequã iudex imponat perpetuum silentium ei, cui statuit terminum ad agendum, requiratur bina monitio? Ang. in auth. de hęre. & fal. §. si quis autem. & in auth. de eccle. titu. §. si quis autem. tenet, quòd iudex debet bis monere illum, qui se iactabat, vt agat infra terminum statutum ad agendum, aliàs si non interuenit bina monitio, non obstante lapsu termini poterit agere; quia ius quæsitum illi, qui se iactat, non potest iudex sua interloquutoria tollere, nisi bina monitio interueniat, vt ibi per Ang. licet in fine dicat, ꝙ hoc nõ firmat. Pro hoc facit: quia contumacia non est iusta causa, vt quis iure suo priuari debeat, vt est gl. communiter approbata in l. 1. §. hoc iudicium. in gl. magna. ff. si quis ius dicen. non obtem. & istam opi. Ang. ꝙ requirat bina monitio, tenuit Ang. Are. in rub. Insti. de except. col. 19. in fin. versi. vnum tamen tene menti, & in tra. malefi. in d. verbo nec non ad querelam, colum. 24. ver. vnum tamen singulariter, & Alex. consi. 108. viso themate. in fin. primo vol. & Maria. Soci. in c. licet extra de accus. in vltima carta. Fely. in c. ex literis. col. 6. extra de consti. ad regulam illam, quòd sufficit vna monitio, seu interpellatio extraiuditialis, & dicit, fallit in monitione, quæ fit, vt quis priuetur, si non agat, vel accuset, iuxta. d. l. diffamari, & tenet Alex. in d. l. Titia, C. de accus. in addi. ad Barto. & Matth. de Affli. decisio. 264. quidam baro. in vltima col. sed Lud. Ro. in l. quamdiu. §. 1. ff. de acqui. hære. per multas rationes tenet contra Ang. vt ibi per eum, dicit tamen, quòd non potuit tantum clamare, quin index pronuntiasset secundùm opi. Ang. & Alex. in l. fi. col. 1. ff. de feriis, tenet contra Ang. & est sibi contrarius, & dicit, quòd iura allegata per Ang. loquuntur in casibus spetialibus, & Anto. Capi. d. decisio. 205. in vltima col. concludit, ꝙ verior est opi. Lud. quòd non requiratur bina monitio, vt ibi latius per eum, Ias. in d. l. fina. col. 4. ff. de fer. & in l. 2. col. 4. C. de eden. refert opi. tamen nullam firmat, sed videtur inclinare, quòd requiratur bina monitio, tu autem conclude, quòd licet in puncto iuris opi. Lud. Ro. esset verior, & sublentabilis, tamen opi. Ang. est magis communis, & æquior, vt interue-
21 niat bina monitio. ¶ † Poterit etiam aliud remedium adhiberi, vt ille, qui prætenditur debitor, imploret officium iudicis, & narratis causis in suo libello petat declarari, non esse debitorem sui prætensi creditoris, vt est cõmunis doct. Bar. & aliorum in l. si contendat. ff. de de fideiusso. & Bar. in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infe. cum concor. ibi allegatis per Alex. & per Soci. consf. 94. in causa vertente, circa prin. 3. vol. & Maria. Soci. in c. cum sit generale col. 2. in 1. fallentia, extra de foro compe. Et terminus. d. l. diffamari non differt in alio terminis d. l. si contendat, nisi quia in terminis. d. l. diffamari, actor intentans actionem cogitur agere in termino, quo elapso imponitur silentium. Sed in terminis. d. l. si contendat. cogitur statim agere, aliàs iudicium procedit super exceptione opposita, & imponitur silentiũ, prout declarat Soc. in d. consi. 94. col. 3. vers. nam qñ reus, vbi etiam plus dicit, ꝙ quando reus implorat officium iudicis secundùm terminos. d. l. diffamari, tunc actore comparente, & petente petitionem rei resolui in vim exceptionis, & resoluitur virtus primi libelli, & euanescit, & deducitur ad vim defensionis, seu exceptionis, & erit procedendum super exceptione ipsius actoris, vt ibi per Soc. qui dicit esse casum, quem ibi ad hoc ponderant omnes in c. in præsentia, extra de prob. ¶ Et ad materiam vide Rotam in antiquis decisionibus deci. 305. nota qualiter, sub rubr. de dila. & probat. vbi dicit, ꝙ diceti aliquẽ debitorẽ statuitur tẽpus a iudice, infra quod probet debitum, vel infamiam, quam allegat, vt no. Inno. in c. conquerente. circa princip. de off. ordi. & in c. lator. qui fil. sint legi. iuncta. l. diffamari. C. de ingenu. & manu. Sed in libello non posset petere, ꝙ in futurum alicui inhibeatur, ꝙ non agat, vel non petat: quia actio negatoria non competit in talibus personalibus actionibus, sed in realibus, vt l. egi. & l. harum. ff. si ser. vend. Sed aduerte, quia hoc vltimum videtur contrarium superius dictis: quia non solùm quãdo agitur reali, sed etiam quãdo tractatur de causa criminali, quando aliquis iactat velle aliquem accusare, põt implorare officium iudicis, & petere, vt statuatur terminus ad accusandum, aliàs ꝙ decętero non audiatur, vt supra dictum est. Et ideo erunt tres diuersi modi agendi. Primum implorando officium iudicis, vt statuatur terminus ad agẽdum, aliàs ꝙ decętero nõ audiatur, sed perpetuum silentium imponatur, vt supra dictum est. Secundo modo poterit petere declarari se non esse debitorem, vt supra ver. poterit. Tertio quia iactanti, & diffamanti se habere aliquem debitorem, poterit peti, statui terminum a iudice ad probandum debitum, aliàs ꝙ desistat a diffamatione secundùm doctri. Inn. supra proximè relatam. Ad prædicta etiam vide glo. in l. fi. C. de vsur. pupi. quæ dicit, ꝙ obligatus ad rationem reddendam, aduersa parte nolente agere, potest petere è iudice, vt statuat tempus pupillo ad agendum, vltra quod non audiat eum
22 agentem, per d. l. diffamari, vt ibi per gl. ¶ † Coram quo autem iudice debet agere ille, qui agit cõdictione ex. d. l. diffamari. dic coram iudice diffamati, qui esset futurus iudex ipsius rei. Alex. consi. 103. consideratis his. 5. vol. Mar. Soci. in c. cum sit generale. col. 2. in 1. fallentia extra de fo. compe. & Soci. consi. 94 3. vol. & vide bonum tex. in l. in cõtractibus. §. omnium. & ibi Bal. & Pau. de Cast. de non nume.
23 pecu. ¶ † Nota ex. §. si quem verò post hęc iuncto. §. & licet, quòd quamuis de iure communi habens causam, siue titulum a fisco venditionis, donationis, aut alium titulum, statim sit securus, sed aduersus fiscum datur actio infra quadriennium tantùm ratione dominij, vel hypothecæ, quod, vel quam alius prætendit in rebus a fisco alienatis, & lapso quadriennio vlterius non auditur, vt l. bene a Zenone. C. de quadri. præscr. & in §. fi. instit. de vsucapi. hoc tamen in regno est restrictum ad minus tempus: quia sicut de iure communi dabitur quadriennium, hodie tamen in regno in bonis, quæ deuenerunt ad fiscum ob crimen læsæ maiestatis, est statutum per text. nostrum, vt si fuerit absens infra biennium, si verò fuerit pręsens infra annum agere debeat, aliàs decętero non auditur, vt in text. nostro, & Matt. de Affli. in prælu. constit. quæst. 13. col. 1. & licet Matth. dicat de anno, & duobus mensibus, illud procedit vsque ad illa tempora, iuxta dispositionem. §. si verò quis, sed hodie seruatur. §. si quem verò. Et sic habes vnam limitationem ad dicta l. bene a Zenone, nam licet aliàs detur quadriennium,

nium, vt d.l.fallit in bonis publicatis propter crimen læsæ maiestatis: quia solùm datur annus ad agendum, & si fuerit absens datur biennium, vt in text. nostro. Et intentio conditoris huius capitu.non fuit alia, nisi ponere istam
24 limitationem, & fecit istud prolixum capitu. † Et dicta lex bene a Zenone recipit plures alias notabiles limitationes, & quinque limitationes ponit Fely.in cap.quæ in ecclesiarum.colum.15. in fi.versic. primò enim limitatur, extra de constitu.Et septem alias limitationes ad illam l. ponit Iacobi.in tra.feud.in verbo princeps.§.sed an princeps, colum. 4.quas refert etiam Ioan.Fran.Balb.in tra.præscri.in secunda parte quintæ partis principalis, in octaua quæstione, & aliquas ex eis refert etiam Ias.in auctẽn.quas actiones.col. 1.versiculo tertiò limita.C.de sacrosan.eccle.& Marti.Laudē.in trac.suo de princip. colum. 11. incipien. notandum est singulariter, ponit octo limitationes, & quia sunt notabiles ideo eas referre intendo. ¶ Primò igitur limita. d.l. bene a Zenone, vt non procedat in regno in crimine læsæ maiestatis: quia propter criminis immanitatem datur breuius tempus. s.tempus anni, si fuerit præsens, & bienniũ, si fuerit absens, vt in isto capitu. nostro, & proximè dixi. ¶ Secundò limita. d.l. procedere in Imperatore, non autem in principe inferiori, nisi haberet regalia ab Imperatore, vel ex consuetudine, seu præscriptione tanti temporis, cuius initii non extet memoria, vt tenet Bald. in capitu. ad apostolicæ.extra de re iudi.in 6.Iunctis notatis per eum in proœ.decre.& tenet Marti.Laud.Iacobi.& Ioan.Franc. Balb.vbi supra. ¶ Tertiò limita.d.l.ita demum procedere, si interuenerit traditio, aliàs secus, secundum Bald.in cap. 1.§.fin.in vltima colum.in titu.de no.for.fid.& Ioan.Fran. Balb.in d.trac.de præscrip. in loco prææallegato. ¶ Quartò limita d.l.procedere, quando princeps, vel fiscus rem, quã alienauit, possidebat tempore contractus, & traditionis, aliàs secus, vt tenet Barto.in l.fina.circa medium.C.si contra ius vel vtil.pu.Bal.in l.1.colum.1. C.de hære.vel actio. vend.& in l.2.C.de com.re.alie.post Pet.& Cy.ibi.Et ibi tradit, an fiscus in dubio præsumatur possedisse rem, quam alienauit, & Fely.in d.c.quæ in ecclesiarum, colum. 15. in prima limitatione, & Ias.in d.auctẽn.quas actiones.col.1. & Ioan.Francis. Balb. in dicto tracta. præscript. vbi supra. ¶ Quintò limita d.l.ita demum procedere, quando princeps, vel fiscus bona fide vendidit rem, quam propriam esse credebat, licet in veritate esset aliena, secus si mala fide vendidisset: puta quia sciebat illam esse alienam, gloss. in d.l.2.C.de com. re.alie. quam sequuntur ibi Bald. & communiter docto. & Bald. in d.l.1.colum.1.C.de hæred.vel actio.vend.Abb. in capitulo 2.prope fin.de reb. eccle. non alie.Fely. in dicto capitulo quæ in ecclesiarum. colum.16. in prima limitatione, allegat aliam glo. in l.1. in verbo distrahatur.C.de vend.reb.fisc.lib.10.& in dicto trac.præscriptio.vbi supra. & Thom. Gramm. decisio. 65.numero 45. ¶ Sextò limita d.l.procedere, quando princeps vendit rem alienam iure proprio, secus si iure creditoris: quia tunc emptor non fit statim securus, vt dicit Bald.in proœ.decre. colum.4.allegat text.in l.fundus qui.ff.de rescin.vend.& vide in d.trac.præscriptio.vbi supra, versiculo quin tò limita.
25 ¶ † Aduerte tamen, quòd in casu isto potest adhiberi cautela, vt ille emptor imploret officium iudicis, vt dominus rei ratificet venditionem per publicum instrumentum, ex quo expedit habere expressam ratihabitionem: quia forte non semper poterit probari. quòd venditor habebat potestatem vendendi, ita tenet Bald. & Paul. de Castr. in authen.si captiui. C. de episco.& cleric. per illum text. ibi, si redierint, necesse habeant &c.& glo. in l.2.§. nec igitur.in glo.magna, in fin. & quod ibi nota.ff. solu.matrimonio.& Barto.in l. si finita.§.eleganter. ff. de damn. infect. & tenet Bartholo.Cæpol.cau.211. si venduntur, vbi dicit esse menti tenendum: quia est vtile pro ementibus bona a fisco vendente iure creditoris, & pro ementibus ab officio, siue a massario pignorum, vt ibi per eum. ¶ Septimò limita d.l. non procedere in ecclesia: quia si princeps, vel Imperator donaret, aut venderet ecclesiæ rem alienam, ecclesia non fit statim secura, nec gaudet beneficio d.l. bene a Zenone. gloss. in capitu. quicunque militum, in verbo consensu 11.quæst.2.quæ allegat text.in cap.placuit.el 1. & ibi gl.16.q.3.& glo.in §.quas actiones, in verbo quadriennii, ea.cau.& quæstio.& Io. Franci.Balb.in dicto tra.præscrip. vbi supra. ¶ Octauò limita d. l. bene a Zenone ita demũ locum habere, si tria concurrant. Primò, quòd princeps vendiderit rem, quam possidebat. Secundò, quòd eam vendat bona fide. Tertiò, quod interuenerint subhastationes, iuxta l.1.& l.si tempora, & l.duplex ratio.C.de fid.instrum. & iure ha.fisca.lib.10.vt tenet Bald.in d.l.j. colum.2.C.de hære.vel actio. ven. Sed hoc vltimum de subhastatione nõ videtur necessarium.vt dicit Iacobi.vbi supra, & Io. Francisc.Balb.in d. tract. præscrip. vbi supra: quia de subhastatione nullum sit verbum in d.l.bene a Zenone, & etiam quia habet locum d.l.in donatione, & tamen in ea non requiritur subhastatio, vt ibi per eos, & Thom. Gram. decis. 65. numero 35.& numero 78.vbi videtur adhęrere opin. Bald. ¶ Nonò limita d.l.non procedere de iure canonico, vt dicit gloss.in capitu. 2. in verbo irrita, de reb.eccle. non alien. quod intelligitur quò ad præiudicium ecclesiarum, sed inter laicos etiam in terris ecclesiæ bene procedit dicta l.vt dicit Abb.in d.capitu.2.& in d.trac.præscrip.vbi supra, & Fely. vbi supra. ¶ Decimò limita d.l. procedere, quando princeps vendit, vel donat rem alienam, dicendo quòd facit de plenitudine potestatis, secundùm Bald. in proę.decre.col.2.vbi dicit, ꝙ omnis modicus error rumpit illam l.bene a Zenone, & tenet Fely.in d. capit. quæ in ecclesiarum.colum.16.extra de consti.& in d.tra.præscri.vbi supra, versic.nonò limita, & Marti.Land.vbi supra. ¶ Vndecimò limita d.l. vt non procedat in præiudicium minoris, & in rebus suis: quia ipse minor habet restitutionem in integrum, vt dicit glo.& docto.in l.fi.C.si aduer. fiscum & Marti. Laud. vbi supra, & in d.trac.præscript.vbi supra. ¶ Duodecimò limita d. l. vt non procedat in pręiudicium dotis, seu iurium dotalium: quia lex, vel statutum generaliter loquens non intelligitur loqui in causa dotis, vt tenet Ias.in l. 1.colum.3.ff.solu.matri.allegat Bald.vt ibi per eũ, & sequitur Ioan.Franc.Balb.in d. trac. præscriptio.vbi supra in vltima limi. ¶ Tertiodecimò limita non procedere, quando vterque. s. actor, & reus haberet donationem a principe, vt tenet Thom.Gramm.in d.decisio.65. num.43. Ioan.Anto.de Nigris V.I.Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Libertates, & iura ecclesiarum turbari non debent.*

DE RESTITVTIONE ECCLESIASTICĘ libertatis. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XVIII.

1 VNIVERSIS † ecclesiis regni nostri quę hactenus oppressę fuerunt per imperantes, & nequitiam tyrannorũ volumus, vt plenariè restituantur debitæ iurisdictiones, & solitæ libertates, nec etiam earũ inquietentur iuribus, aut turbentur.

ADDITIO.

VNIVERSIS, De materia ecclesiarũ, & ecclesiasticarũ personarũ, & de aliis multis spectantibus ad forũ ecclesiæ sunt prodita multa alia capitula, de quib. vide infra c. volumus nu. 92. in rub.de priuile.& immun.eccle.& c.itẽ statuimus.nu.93.in rub.ꝙ soluatur decimæ, & c.itẽ statuimus.nu.94.in rub.de non trahẽ.cleri.ad iudicia secula.& c. item statuimus, nu. 95.in rubr. ꝙ rei fugientes ad eccles. non extrahantur, & c.item statuimus.nu.96.in rubr.quòd domus prælato. &c. & cap.item statuimus.num.97.in rub.quòd nullæ personę laicales

laicales intromitta. se de electio. præla. & capi. item statuimus. nume. 98. in rubr. quod clerici clericaliter viuentes non communi. cum aliis in colle. & c. item statuimus. nume. 99. in rubri. quòd possessio, & res aliis non obliga. poss. obliga. eccles. & c. item statuimus. nume. 100. in rub. quod vasa. eccle. obliga. ad seruitia &c. & c. item statuimus. nume. 101. in rubr. quòd iura concessa eccl. &c. & c. item statuimus. num. 102. in rubr. quòd excom. duran. in excō. &c. & c. item statuimus. num. 103. in rub. quòd posse. eccl. non auferantur &c. & c. item statuimus. num. 104. in rub. quòd secula. perso. non intromi. se de aliquo crimine eccle. & c. item statuimus. num. 106. in rubr. quòd vasa. eccle. non trahan. coram offi. &c. & c. item statuimus. nume. 107. in rubr. quòd personæ ecclesi. possit compell. vasa. &c. & c. item statuimus. nu. 108. in rubr. quod si vasa. eccle. &c. & c. item statuimus nume. 109. in rub. quòd iudeis qui sunt vasa. eccle. &c. & c. de iniuriis. nu. 149. & c. de violentiis. nume. 150. in rubr. de offen. violen. & iniur. illatis &c. & capi. officiales. nume. 162. in rubri. de soluen decimis, & capi. si quis in excommunicatione. nume. 163. in rubr. demoreti. in excom mu. & c. & quia. nume. 187. in rubri. de decimis soluen. & c. priuilegia. nume. 200. in rubri. de obla. s. de priuil. cleri. & c. 205. incipiente quia. in rub. quòd iusti. potest cong. & canon exigit. nume. 248. in rub. quòd cleri. coniu. sol. colle. regias. & c. charitatis. nume. 265. in rub. conseruato. pro laico contra cleri. & c. finis præcepti charitas. nume. 266. in rub. conserua. pro clerico contra cleri. & cap. omnis prædatio. nume. 267. in rubr. de spoliatis pro laico contra clericum. Et de priuilegiis clericorum, & aliis ad materiam vide, quę latissimè scripsi in clem. extrauaganti Clementis Septimi, quæ incipit, Don Hieronymus. in rubri. de vita & honest. cleric. in gloss. in verbo priuilegio. vbi ad saturitatem. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Substituti, seu vicarii fieri an possint per iustitiarium, & quæ sit pœna 3. 6. 12.*

3 *Officiales an possit facere substitutum sine mandato.*

4 *Quæ parant medicamenta morbis, an hæc impendant iura negociis.*

5 *Remedium melius ad euitandum maleficia quid sit.*

6 *Vsurpatæ iurisdictionis pœna quæ sit.*

7 *Substitutus ab officiali si non exercuit iurisdictionem, an puniatur.*

8 *Causæ meri imperii an possint delegari. 10.*

9 *Locumtenens an possit constitui in causis meri imperii.*

10 *Iustitiarius an possit committere inquisitiones in criminalibus.*

Examinatio testium in criminalibus an committatur. ibidem.

11 *Locumtenens factus a principe, seu barone an dicatur ordinarius.*

12 *Substituere an possint capitanei, iudices, assessores, vel actuarii.*

13 *Substitutus in quibus casibus admittatur.*

14 *Clerici an possint fieri officiales laicorum.*

Exteri, qui non possident stabilia in regno, an possint esse officiales. ibidem.

Clerici an possint esse baiuli, vel iudices baiulorum. ibidem.

15 *Iudices baiulorum an habeant iurisdictionem.*

16 *Baiuli an vnà cum iudicibus debeant proferre sententias.*

Baiulus an possit exequi, vel mandatum facere sine licentia iudicum. ibidem.

DE NON ORDINANDIS VICARIIS per substitutos. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XIX.

QVIA de Vicariis, quos in diuersis ciuitatibus atque locis Terræ Laboris, & comitatus Molisii, ac Principatus, & terræ Beneuentanæ, & aliis Regni nostri partibus iustitiarii nostri contra ipsius regni constitutionem statuerunt, graues quęrimonię ad nostram audiētiam iugiter perferuntur. Nos oportunum super hoc remedium adhibere volentes, Regia auctoritate præcipimus, vt omnes huiusmodi vicarii amoueantur protinus, de ciuitatibus, lo
1 cisque prædictis. † neque aliqui alii sine speciali mandato nostro in aliquibus locis eiusdem regni vllo vnquam tempore statuantur. Sed regni nostri fideles suo more viuentes per iustitiarios, & baiulos, ac iudices, prout consuetum est hactenus, regātur fideliter, & salubriter gubernentur.

QVIA istud capitu. in fin. concordat cum capit. ad perpetuam rei memoriam regina &c. numero 139.
2 versus fin. edito in planitie S. Martini. † Nota, quòd iustitiarius non potest facere Vicarios in singulis terris, facit constitut. duram, & diram, de prohi. offici. nost. occa.
3 ¶ In text. ibi (speciali mandato nostro.) † Nota, quòd officialis non potest ordinare vicarium sine mandato speciali, Barto. de Capua. ¶ In text. ibi (oportunum su-
4 per hoc remedium &c.) † quæ enim parant medicamenta morbis, hæc impendere debent iura negociis, vt in
5 auth. hæc consti. Inno. consti. in prin. colla. 4. † Sed melius remedium adhiberi non potest, quàm si compertum maleficium puniatur l. j. in fi. C. de fabri. li. 11. & l. 1. C. de numera. lib. 12. & quod in dictis locis plenius scripsi. Luc. de Pen.

ADDITIO.

QVIA ¶ In text. ibi (regni constitutionem.)
6 † Est sciendum, quòd de iure constitutionem regni iustitiarius non poterat alium substituere loco sui, & si contrafactum esset, tam substituens quàm substitutus capitali pœna tenebatur, vt in constitutio. regni, officia quæ personis, quæ fuit facta per Regem Guilielmum, postea Federicus Imperator modificauit illam pœnam, & statuit, vt puniatur pœna publicationis omnium bonorum, & quòd ab officio remoueretur, vt in constitutio. regni, duram & diram. Et hoc habet locum si sine nutu, & licentia Regis hoc faceret, vt in dicta constitutio. duram, & diram, & ibi hoc notat Matthe. de Afflict. in columna secunda, in 4. notabili, postea superuenit Rex Carolus Primus, & fecit istud cap. & statuit, vt iustitiarius non possit alium substituere sine speciali mandato regni. Et dicit Matth. in d. consti. quòd ad hoc vt habeat locum pœna illius consti. oportet, ꝙ officialis sine nutu, & licentia Regis sit ordinatus ab alio, aliàs si sine ordinatione auctoritate propria vsurpasset iurisdictionem, committeret crimen læsæ maiestatis l. 3. in fin. ff. ad leg. iul. maiesta. Et sic habes, quòd si vsurpatio iurisdictionis fuit ex eo: quia aliquis alius officialis eum substitueerat sine licentia Regis, tunc puniretur pœna publicationis omniū bonorum. Si verò auctoritate propria vsurpasset iurisdictionem capiendo homines, & carcerando, & exercendo, quæ sunt de mero imperio absque eo, ꝙ ab alio fuisset ordinatus, tunc esset pœna mortis, & publicationis bonorum, vt in cap. contra effrenatas, infra nume. 21. ita dicit Matth. de Afflic. in d. constitu. duram &
7 diram, colum. 2. in 4. not. & col. 3. super glo. 1. ¶ † Quid autem

autem si fuisset ordinatus substitutus ab alio officiali sine licentia regis. Sed ipse substitutus non exercuit iurisdictionem an puniatur, vide Matth. de Affli. vbi supra col. fina. versicu. quæro iuxta. ADDITIO noua. vbi tenet, quòd non incidit in pœnam ex sola occupatione, nisi exercuisset iurisdictionem saltem per binos actus. Aduerte etiam ad prædicta: quia sunt duæ prag. Cæs. Maiestatis Caroli Quinti de Austria, & vna incipit prohibemus, per quam statuitur, vt officiales regii personaliter exerceant officium, & non per substitutum, nec possunt destinari commissarii sine licentia Viceregis Regni, vt ibi latius. Et alia prag. incipit. Item mandamus, per quam statuitur, vt habentes officia debeant personaliter seruire, & non per substitutum, nisi de licentia regia, & nisi haberet hoc ex
8 priuilegio, vt ibi. ¶ † Et aduerte pro declaratione materiæ, quòd de iure communi causæ meri imperii non possunt delegari, nisi in certis casibus, vt in l. 1. in prin. & ibi per om
9 nes docto. ff. de offic. eius. ¶ † Et ex hoc infertur, quòd Locumtenens non potest constitui, vt merum imperium in eum transferatur, & sic non potest cognoscere de causis criminalibus meri imperii, & sic non potest pœnas capitales irrogare, nec abscisionem membri, & hoc de iure ciuili, licet secus sit de iure canonico: vt notat Bal. in auth. sed nouo iure, in princip. C. de ser. fugiti. & idem Bald. in capitulo 1. §. si quis decesserit. in fin. in titu. si de feu. fuer. controuer. inter domi. & agna. & Barto. in l. obseruare. ff. de offic. proconf. & glo. in l. si gerente. in verbo actitare. C. de offic. eius qui vic. alte gerit. Et dicit text. in capitulo. Item iustitiarii, infra numero 36. in rubri. quòd iustitiarii non
10 commi. inqui. † quòd iustitiarius non potest committere inquisitiones in criminalibus, nec committitur in criminalibus examinatio testium, nisi senium, valitudinariorum, & mulierem, & similium, nisi de partium consensu, vt in ritu. item quòd curiæ. numero 24. in ordine meo, & in alio ritu. item seruat. in rubri. non committitur examen testi. numero 217. & Anto. Capi. decisio. 90. in fin. de qua materia habetur in l. iudices. & in auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instrum. Abb. in capitulo cum causam. colum. penul. de testib. cum concord. Sed de consuetudine causæ meri imperii possunt delegari, & etiam priuato committi, vt dicit Albe. in d. l. 1. colum. penul. ff. de offic. eius, & ibi hoc tenet Decius colum. 21. in princip. versic. ex
11 quo inferri potest. ¶ † Prædicta tamen intellige, quando esset substitutus Locumtenens ab alio officiali, secus si esset factus Vicarius, seu Locumtenens ab ipso principe loco sui, quia tunc diceretur ordinarius, & posset cognoscere etiam de causis meri imperij, quando hoc esset sibi concessum, vt dicit Alexan. in rubri. ff. de offic. eius colum. penul. versi. quarto modo, cum sequen. cum ibi allegatis. Et sic hodie si est creatus Locumtenens a Barone, & est sibi concessum merum, & mixtum imperium, tunc dicitur ordinarius, & potest de causis criminalibus, & meri imperii cognoscere. Si verò est factus Locumtenens ab aliquo officiali, tunc de causis meri imperii cognoscere non potest: quia illæ delegari non possunt, vt dictum est. Et no-
12 ta, quòd ex isto capitulo nostro habemus, † quòd iustitiarius non potest facere substitutum, & est regia prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit. Nos Ferdinandus, vniuersis &c. Prudentia, vbi disponitur, quòd omnes administratores regni personaliter administrare debent eorum officia, & non per substitutos, aliàs priuantur eorum officiis, vt ibi, & est alia nouella prag. Cęsareæ Maiestatis Caroli Quinti, quæ incipit, prohibemus, & aliud capi. regni, quod incipit. Item quòd prædicti, infra numero 276. vbi disponitur, quòd Iustitiarii, Capitanei, Iudices, Assessores, & actorum notarii in officiis, in quibus sunt deputati, non possunt alios substituere, & concor. text. in d. capi. item iusti-
13 tiarii. numero 36. † Sed sunt aliqui casus, in quibus admittitur substitutus. Nam Marescalcus Regni potest habere Vicarium, & substitutum, vt probat tex. in capit. ad audientiam. infra numero 24. in rub. quòd nullus appro. sibi ho- D. Ioan. Anto. de Nigris.

spi. Item secreti, Magistri Portulani, & Magistri Massarii, possunt habere substitutos capit. Item prædicti secreti, infra. nume. 62. in rubr. de ordi. sub offic. idone. Similiter Magistri Forestarum possunt habere substitutos, vt probatur in capi. magistri forestarum. infra nume. 84. in rubr. de ma-
14 gi. foreste. ¶ † Ad vnum tamen aduerte, quòd in casibus, in quibus licitum est ponere officiales, tamen non possunt poni, seu statui officiales clerici: quia si iniustè quid agunt, habent fori prærogatiuam. Et similiter non possunt poni officiales exteri, qui non sint de regno, nec habent stabilia in regno, ratio: quia si quid iniustè egerint, exeundo regnum non poterunt conueniri, & pœna imponitur contrafacientibus, vt probat text. in capitulo vt cum nihil. infra nume. 154. in rub. de non statu. cler. vel extrane. offi. Et similiter clerici non possunt esse baiuli, nec iudices baiulorum, aliàs puniuntur, vt in consti. cleri. & ibi Matth. de Afflic. ¶ In text. ibi (baiulos ac iudices) Iste text. facit pro eo, quod dicit Matth. de Afflic. in constitu. cum no-
15 ua. colum. 2. in tertio nota. & colum. fin. in fin. † quòd iudices baiulorum habent iurisdictionem, & non dicuntur assessores baiulorum, sed dicuntur iudices, vt ibi per gloss. Et
16 ideo infert Matth. ibi † quòd baiuli vnà cum iudicibus debent proferre sententias, & debent esse ipsi baiuli præsentes, aliàs sententias non valeret, vt ibi latius per eum. Et similiter baiulus non potest exequi sine licentia iudicum, vt dicit Seb. de Neapo. in consue. Neapo. quæ incipit, baiulus. in glo. in verbo iudicum, & faciunt dicta per gloss. & Matth. vbi supra. Et ista faciunt ad quæstionem, quòd baiulus sine iudice non potest facere mandatum, nec exequi sine licentia iudicum: quia omnes habent iurisdictionem simul, & interesse debent per supradicta, & ad prædicta pondera tex. in constitu. omnes baiuli, in princi. ibi, omnes baiuli locorum, & iudices &c. & text. in isto capi. nostro in fin. ibi, baiulos ac iudices. ADDITIO noua. Adde ad materiam huius c. in quo probatur, quòd iustitiarii non possunt facere vicarios, & sic non possunt merum imperium delegare, vel per alios exercere, & in hoc concordat cum consti. regni ea quæ ad decus: vt dicit ibi Matth. de Affl. col. 5. in tertio nota. per quam consti. inhibetur per Regem omnibus Prælatis, Comitibus, & Baronibus, vt nō exerceant, nec exerceri faciant per se, vel suos officiales ea, quę cōcernunt merum imperium, & ista inhibitio operatur, vt quicquid inde fiat, sit ipso iure nullum, vltra pœnam impositam, vt ibi per Matth. Intellige, nisi res specialiter merum imperium concesisset: quia si a rege habetur, nō dicitur vsurpari, vt per Matth. in d. consti. col. 5. & col. 8. in octauo nota. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Castellani extra arces an habeant iurisdictionem.* 34.
Castellani, & seruientes arma portare an possint, ibi.
2 *Castellani, & seruientes an de aliis negociis se intromittere debeant* 36.
3 *Castellani an possint retinere concubinas, vel alias mulieres in castris.*
Iustitiarii regionum an possint inquirere de excessibus castellanorum 6.
5 *Castellani vsurpando iurisdictionem, & carcerando an maleficium.*
7 *Pœna an sit statuta contra castellanos tenentes concubinas in castris.*
8 *Castellani an personaliter deseruire debeant.*
9 *Castellani, & Capitanei ad guerram quales esse debent.*
10 *Castellanus an debeat esse memor de periculo capitis sui.*
Castellanus derelinquēs locum suæ custodiæ qualiter puniatur.

DE CASTELLANIS, ET seruientibus. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XX.

1 CASTELLANOS nostrorum arciũ nullam prorsus extra commissas eis arces iurisdictionem habere volumus, seu etiam potestatem, nec seruientes ipsarum arcium (nisi cum pro seruiciis curiæ destinantur) arma modo quolibet extra arces deferre
2 præsumant. ¶ † Sed tam castellani, quàm seruientes solummodo arcium, & castrorum custodiæ intendentes de alio negocio, quod ad iurisdictionẽ pertineat, se nullatenus intromittant, nisi forsan aliquid aliud castellanis per patentes nostras litte
3 ras committatur. ¶ † Neque liceat castellanis, & seruientibus ipsis concubinas suas, seu quascunq; mulieres (exceptis eorum vxoribus) infra castrorum, & arcium ambitum introducere. ¶ Vt autem castellani, & seruientes ipsi huiusmodi constitutionem nostram infringere non præsumant. Præcipi-
4 mus † vt iustitiarii regionum de ipsorum excessibus frequenter inquirant, ac etiam diligenter. Et si contra constitutionem ipsam venire compererint, protinus excellentiæ nostræ significent, vt per nos contra transgressores huiusmodi ad pœnam debitam procedatur.

CASTELLANOS cum hoc c. concordat constit. regni, quæ incipit, castellani; & de illicita portatione armorum l. 1. quæ incipit, intentionis. §. curialibus. ¶ In
5 tex. ibi (ad iurisdictionem.) † Nota contra castellanos hodiernos, qui temerariè iurisdictionem vsurpant carcerando, & alios actus iurisdictionis exercendo indebitè: quia malefaciunt per hunc text. ¶ In tex. ibi (præcipimus &c.)
6 † Nota casum, in quo iustitiarius potest facere inquisitionem contra specialem personam. Seba. de Neapoli.

ADDITIO.

CASTELLANOS, Ad materiam huius c. & rub. vide infra in c. castellani, nu. 86. in rub. de castellanis, & in c. quod castellanis. infra n. 176. & in c. seruientes. infra nu. 196. & in constitu. regni, castellanis, & in consti. castellani, & in constitutio. si quis castellanorum, & in constit. culpam. Et dicit hic Bar. de

7 de Capua † ꝙ licet contra castellanos sit statuta poena, vt
in d.c.castellani. tamen contra castellanos tenentes in ca-
stris concubinas, vel alias mulieres exceptis vxoribus, non
est statuta certa poena: vt patet in hoc c.nostro. & ideo arbi
8 trariè punientur. ¶ † Et omnes castellani, seu custodes ca-
strorum regiorum, personaliter, & non per substitutum de
bent eorum officia exercere, aliàs ipso iure priuantur offi-
cio, nisi hoc fecit cum licentia Cæsareæ Maiestatis, vel Illu
strissimi Proregis regni, vt extat regia nouella prag. Cæsa-
reæ Maiestatis Caroli Quinti, quæ incipit, prohibemus &c.
9 ¶ † Et castellani, seu custodes castrorum, & etiam custodes
ciuitatum tempore guerræ, qui dicũtur Capitanei ad guer
ram, debent esse idonei, valentes, & sufficientes ad custo-
diendum, discreti, industrii, secreti, fideles, solliciti, & dili-
gentes, & militarium rerum peritiam habentes, & præsta-
re debent iuramentum de bene, & fideliter custodiendo,
vt plenè per Lucam de Pen.in l.2.colum.3.in princi. C.de
exa.& execu.lib. 12. debent etiam esse aduisati, & vigilan-
tes, ne castrum perdant, nec ab eius possessione cadant, vt
dicit Iacobi.in tra.feu.in verbo, de castro rubei montis.co-
lum.4.vers.item prædones. Et dicit Bal.in l.ex diui.C.loca.
quòd custos, qui magnis rebus adhibetur, debet esse no-
10 bilis.i.bonorũ morum prudens, & fidelis. ¶ † Debet etiam
castellanus esse memor, ꝙ periculo capitis sui custodiam
adhibere debet.ff.ad Sille.l.1.in princ. Quia locum suæ cu-
stodiæ commissum dereliquerit, puniendus est.ff. de re mi-
li.l.desertorem.§.qui stationis, & si deserit castrum, prodi-
tor est, vt dicit Bal.in l.ex diui.C.loca. Et si volens transfu-
gere capiatur, capite punitur.ff.de re mil.l.3.§.is qui ad ho
11 stes, secundo responso. ¶ † Quinimo castellanus, qui tene-
bat castrum pro Imperatore, si hostibus concesserit, tene-
tur crimine læsæ maiestatis, vt est tex.& glo.in l.3.ff.ad leg.
12 iul.maie. quod tamen † limita, nisi per violentiam castrũ
fuisset captum, cui violentiæ castellanus resistere non po-
tuit, ar.l.quæ fortuitis.C.de pig.actio. & tenet Iacobi.in tra
cta.feu.in verbo, de castro rubei montis, vbi ponit quęstio
nem, si princeps commisit custodiam alicuius castri castel
lano deinde per hostes, & inimicos fuit illata violentia, &
13 non potuit hostibus resistere, tunc excusatur. ¶ † Hoc tamẽ
intellige, nisi culpa castellani præcesserit, puta quia non ad
hibuit diligentiam in habendo arma, victualia, & alia ne-
cessaria ad se defendendum: quia tunc, ex quo culpa præ-
cessit casum, teneretur, ar.l.si merces.§. culpæ.ff.loca.

ADDITIO noua. Et tenet Alb.de Ros.in l.fi.ff.de cu
sto.reo. Et ibi etiam ponit, quòd in culpa dicitur, si non ha-
bebat custodes sufficientes, vel non habebat arma, vel vi-
ctualia sufficientia: quia tunc teneretur, vt ibi latè per eum:
tamen mitius puniretur non crimine læsæ maiestatis: quia
dolus non interuenit, teneretur tamen ad interesse, vt te-
net etiam Iacobi. vbi supra, & quòd non tenetur crimi-
ne læsæ maiestatis probatur: quia debet dolus malus in-
teruenire, vt teneatur l.1.ff. ad leg. iul. maiesta.

ADDITIO no. Et prędicta intellige, nisi castellanus
cognoscens sibi vires non sufficere ad resistendum hosti-
bus, hoc notificasset Regi, seu suo superiori, vt ei mitteret
præsidium: quia tunc si Rex non mittit præsidium excusa-
tur castellanus de successu, & ista est cautela castellani, vt
dicit Lud.Ro.in l.si mora.ff.sol. matri. Præpo.in c.j.§. quid
ergo.de inuesti.de re alie.fa. Thom.Gram.consi.13.nu.10.
Et ideo sint cauti castellani, & alii gubernatores terrarum
& duces belli, vt semper protestentur, & notificent supe-
14 riori. ¶ † Secundò intellige, nisi castellanus, quando susce-
pit custodiam castri tempore guerræ, suscepisset castrum
periculo suo, & obligasset se ad casus fortuitos: quia tunc
etiam si per violentiam auferant castrum, tenetur ad inter-
esse domino castri, vt tenet Io.And.in addi. Spec.in rub.de
loca.circa medium, in ver.fit quæstio, & Bal.Pau. de Cast.
& Alex.in l.sed si vis.§.quæsitum.colum. 4. circa medium.
ff.si quis cautio. cum concor.ibi per Alexan.

ADDITIO no. Et faciunt dicta per Bald.in l.si ea le
ge.C.de vsur, quia imputandum est ei, qui sciebat guerrã,
D.Ioan.Anto.de Nigris.

15 & in se suscepit periculum, vt ibi per Bald. ¶ † Similiter
etiam si castellanus tenuit arcem, seu castrum contra Im-
peratorem, seu Regem tenetur crimine læsæ maiestatis d.
16 l.3.& ibi gloss.ff. ad leg. iul.maiesta. ¶ † Sed quæro, nun-
quid castellanus debeat expectare obsidionem, an verò ad
sonum tubæ, vel cornu possit dimittere castrum? Istam
quæstionem ponit Ang.in l.metum.colum.2.ff. quod met.
cau. & dicit. Nota contra miseros castellanos, & custodes
castrorum, qui immediate cum intelligunt obsessionem
castri esse faciendam per inimicos, statim recedunt: quia
malefaciunt, & sunt puniendi, non enim ad sonum tubæ,
vel cornu debent recedere de castro, sed viriliter se defen
dere. Si tamen inimici inuasissent, & castellanus postea re
cederet, non esset puniendus, quod est notandum secundũ
Iacobi.in trac.feu.in d. verbo, de castro rubei montis, col.
pen.versi. nota. ¶ Intellige tamen prędicta, quando resi-
stere non posset hostibus, seu inimicis, aliàs si cum posset
resistere ex malignitate, vel dolo, vel negligenter castrum
dereliquit, dicitur, prodere castrum, & tenetur domino ca
stri ad interesse, & puniri posset l.fi.C.de acquiren. posses.
& tenet Ange.in l.non est impossibile.colum.fin.ff.de pac.
si autem per imperitiam amisit castrum, imputetur ei, qui
17 talem castellanum eligit, arg.d.l.fi. † Et mala electio est in
culpa l.2.si mens.fal.mod.dix.glo.in l.videamus.loca.Bar.
in l.si soluturus.de solu. Specu. in titu. de execu.versiculo
est autem, cum concord.& Bald.in l.ex diui.C. loca. Et ex
18 prædictis etiam deciditur alia quæstio. † Pone, castellanus
promisit non ponere castrum in manibus inimicorum, an
teneatur etiam curare, ne castrum deueniat ad manus ini
micorum, & Ange.in d.l. non est impossibile.tenet quòd
sic, aliàs dicitur prodere castrum, & tenetur, si potest im-
pedire, & non impedit: quia dicitur prodere castrum,
nec obstat, quòd non erat obligatus ad impediendum,
sed solùm vt ipse non poneret in manu inimicorum, &
sic dicitur carere culpa l. culpa caret.ff.de reg.iur.& l.me-
tum.§.sed licet.ff.quod met.caus. quia illa iura loquuntur
quando quis non est obligatus ad impediendum, secus in
casu nostro, ita etiam tenet Iacobi.in d.trac. feu.in verbo,
de castro rubei montis, colum.penul.versicu.item castella
19 nus. ¶ † Nunquid autem castellanus assignans castellum
alteri quàm domino ad litteras, vel contrasignum domi-
ni an liberetur? Dicas quòd sic per ea, quæ dicit gloss.
Anto.de Butri. Abb.& Philip.in capitulo significauit.ext.de
appel.bene facit l.si quis vxori.§.apud Labeonem, & ibi Bar
to.ff.de furt.& in l.Lucius.ff. de fideiuss. Ioan. de Prato in
l.si procuratorem absentem.ff.de procu. Quod tamen in-
tellige, si contrasignum est speciale, secus si est genera-
le, vel litterę sunt generales: quia tunc non liberatur se-
cundùm Bald.in dicto capitulo significauit, & Iacobi. in
dicto trac.feud.in verbo, de castro rubei montis, columna
4. in fine versicu. Sed quæro, & Firma. in reperto. in ver-
20 bo castellanus. in principio. ¶ † Quæro, an castellanus
possit stipendiarios ad custodiam rocchæ conducere, &
stipendium promittere, & soluere de patrimonio sui do-
mini. Et an alia impendia vtiliter facta possit repetere?
Dicas quòd sic: quia quæcunque pertinentia ad custo-
diam rocchæ, seu castri intelliguntur ei permissa l. 1. §.
cum vrbem.ff.de offic.præfec.vrb. facit l. cui iurisdictio.ff.
de iur.omn.iudi.ita tenet Ange.consi.45.quidam, cum ibi
21 allegatis. ¶ † An autem committendo alicui custodiam
castri seu recommendando alicui custodiam castri dica-
tur translatum aliquod ius, an verò dicatur nudus mini-
ster? Vide Angel. dicto consilio 35.vbi tenet, quòd nul-
lum ius ei acquiritur, sed solum est minister illius ca-
22 stri, vt ibi latius per eum. ¶ † Sed quæro, pone socius
castellani fecit proditionem, & prodidit castrum, an
castellanus teneatur de facto socii? Breuiter dicas quòd
non, vt tenet Alexand. in l.fina.in additio.ad Barto.ff. de
custo. reo. & Firma. in suo reperto. in verbo castellanus,
columna secunda. ADDITIO noua. Et Pari.in tra.
sindi.in verbo carcer.§.an si plures, columna secunda.& §.

pone. Lud. Rom. sing. 30. si dicat statutum Fran. de Crema. sing. 99 Nico. Boer. decisio. 217. num. 8. Ang. Aret. in tra. malefi. in verbo fama publica, col. 33. cum ibi additis. Quod intellige, quando princeps, vel superior deputasset socios, secus si castellanus apposuisset custodes, vt d. decisio. cum concor. ibi. Et dicit Par. in d. verbo. carcer. §. pone. colum. 1. ꝙ si carceratus aufugit cum notario Potestatis, qui in officiis reputatus fuerat, & reputabatur homo fidelis, ꝙ Potestas non tenetur in sindicatu. Et similiter excusatur castellanus proditus a socio, vt ibi per eum, & Hipp. in sua prac. §. diligenter. numero 50. ¶ Quid si socii deputati ad custodiam castri diuiserunt inter se custodiam nocturnam, vt vnus vna hora faceret custodiam & alius dormiret, si interim castrum occupetur, an socius dormiens teneatur? Dic ꝙ non, vt tenet Albe. de Ros. in 2. part. statu. quæstione 158. & Pet. Gerard. de Petrasancta sing. 37. Nico. Boeri. decisio. 217. col. 8. nu. 8. Ias. in l. 1. §. si procurator. colum. 3. nume. 5. ff. si quis ius dicen. non obtem. ¶ Quid si Rex commisit custodiam castri alicui militi certa mercede constituta, & ille miles alteri commisit custodiam, & sic fecit vicecastellanum, & hostes occupauerunt castrum culpa illius vicecastellani, an teneatur primus miles, seu castellanus. Et an saltem teneatur illum vicecastellanum præsentare regi, & contra eum iura cedere? Vide Alb. de Ros. in l. fi. ff. de custo. reo. vbi videtur concludere, ꝙ si extaret consuetudo, vt possit facere vicecastellanum, seu alteri committere custodiam, & ille tempore commissionis fuisset diligẽs & idoneus, si postea mutauit mores, non teneretur, sed si posset ei culpa aliqua imputari, teneretur, vt ibi per eum. & vide Saly. in l. ad commentariensem. in secundo nota. C. de custo. reo. & prædicta procedunt de iure communi. Sed in regno extat prag. Imperatoris Caroli Quinti de Austria, quæ incipit, prohibemus etiam, vbi statuitur, ꝙ omnes castellani, seu custodes castrorum regiorum personaliter eorum officia & non per substitutum exercere debent: nisi cum licentia in scriptis obtenta a Cæsarea Maiestate, vel ab Illustrissi. Viceregeregni, & in alia pra. d. Caroli Quinti, quæ incipit. Item mandamus, vbi dicitur, ꝙ habentes officia debent ipsi personaliter seruire, & non pro substitutos, aut alios per eum deputatos, nisi habuerint licentiam ab Imperatore, vel habeant in priuilegiis facultatem substituendi, vt ibi. Et sic si castellanus absque licentia alium substituit, esset in culpa, & non excusaretur per prædicta.

23 ¶ † Quæro, an castellanus teneatur de nocte aperire portã arcis, etiam si aliquis haberet ius eundi per castrum? Dicas ꝙ non: quia de die tantum tenetur aperire non de nocte, & hoc propter imminens periculum, ar. l. fure, & quod ibi nota. ff. de sica. etiam si esset simpliciter obligatus l. iter. & ibi hoc tenet Flo. ff. com. prædi. & tenet Cæpo. in trac. de serui. in titu. de serui. iti. seu actus. c. 28. col. 1. quia debet intelligi, ꝙ quis debeat ire congruis horis, & sic de die tantum, vt ibi per eos. Et hoc facit secundùm Cæpo. vbi supra ad collegiatum, seu confœderatum, qui obligauit, vt liceat alteri confœderato transire per castella, & loca sua: qui licet non aperiat portã de nocte, non dicitur venire contra conuenta, & ex hoc custodes fortiliciorum si de nocte alicui non aperiant, excusantur, vt ibi per eos, debet tamen hoc ciuili modo, & non ita amarè intelligi: quia si aperiri consueuit de nocte, & fieri potest sine periculo, tũc secus, esset

24 vt per Cæpo. vbi supra. ¶ † Aduerte tamen, ꝙ castellani de nocte debent duplicare custodias, aliàs eis imputabitur, vt dicit Saly. in l. 1. C. de custo. reo. & Iacobi. in d. tra. feu. in ver

25 bo, de castro rubei montis. col. pen. versus fi. ¶ † Quinimo castellanus non debet exire de castro etiam pro dando subsidiũ toti ciuitati, vt tenet Bal. in ca. illud. extra de maio. &

26 obe. & Iacobi. vt supra. ¶ † Et similiter non licet seruientibus castrorum exire extra castrum absque licentia castellani, & quando subesset causa, etiam cum licentia non possunt exire vltra quatuor simul, vt in consti. regni culpam. §. seruientibus & ibi glo. And. & Matth. de Afflı. in quarto nota. non enim in custodia desides esse debent, & a castris aberrare, vbi eos conueniet assiduè morari, & frequẽtes esse, & se quotidiano exercitio ad custodiam præparare, vt C. de dome. & protect. l. pen. in fi. & ff. de re mili. l. milites, & C. de offi. præfe. præto. Afri. l. in nomine Domini. §. si ergo prædictum est. & glo. in d. consti. in verbo sine licentia, ratio est: quia seruientes debent esse præsentes forte propter incursum hostium ibi existentium, vel ob aliam expedientem causam, vt in d. glo. Et si seruientes contrafecerint, puniuntur pœna quatuor augustalium, vt in d. consti. culpam. §. fi. & ibi Matth. Et quia vt plurimum isti custodes sunt pauperes, si non possunt soluere in ære, luere debent in corpus, per illam regulam, qui non potest soluere in ęre luat in corpus l. si quis id quod. vbi docto. ff. de iur. om. iud. Et ideo isti tales seruientes contrafacientes ex vetusta consuetudine damnantur per sex menses in galea ad seruiendum ibi, & sic ad opus publicum, vt dicit Matth. de Afflic. in d. consti. culpam, in fi. Et similiter castellanus si dederit licentiam vltra quatuor simul, punitur arbitrio iudicis, vt dicit glo. in d. consti. culpam. in verbo sine licentia, in fi. &

27 ibi Matthe. col. fi. in verbo nota. ¶ † Et prædicta, seruientes non debent exire castra &c. habent locum in castris regiis, non autem in castellanis baronum, nisi fuerit factum speciale pactum, vt non exeat, vel nisi esset de consuetudine, vt latius per Matth. de Afflic. in d. consti. culpam, colum. fi. in

28 quarto nota. ¶ † Quid autem si castellanus fuit inuitatus, seu requisitus ab inimicis, vt prodat castrum, an possit attendere ad illam inuitationem, & facere duplicem tractatum, & prodere etiam inimicos? Ang. in l. quicunque. C. de ser. fugi. tenet ꝙ sic, dummodo prius hoc nunciet domino castri. Item tenet ipse Ange. in l. si quis seruo persuaserit. per illum text. C. de fur. & refert Iacobi. in tra. feu. in verbo, de castro rubei montis, col. pen. vbi dicit, ꝙ ipse nõ lau

29 dat hoc fieri. ¶ † Sed pone, castellanus fuit deputatus in aliquo castro, seu rocha, & promisit bene, fideliter, & legaliter custodire castrum &c. & dedit fideiussorem, ille castellanus commisit robariam in territorio illius castri, an fideiussor teneatur pro dicta robaria. Bal. in l. 1. ff. de magi. conue. tenuit ꝙ non: quia fideiussit apud rempublicã, siue dominum illius castri: non autem apud priuatos, et sequitur Iacobi. in d. tra. feu. in verbo, de castro rubei montis, col. 4. versi. item quæro, vbi hoc limitat, nisi forma fideiussionis esset latè concepta, ita ꝙ etiam comprehenderetur casus

30 priuatorum, vt ibi per eum. ¶ † Sed quid si castellanus fuit duputatus in custodia castri pro aliquo tempore determinato, & promisit bene, & fideliter custodire &c. & dedit fideiussorem, deinde lapso tempore remansit castellanus in custodia castri, vel quia fuit ibi confirmatus a domino castri in absentia fideiussoris, an fideiussor teneatur post dictum primum terminum lapsum? Iaco. de Aret. in l. Lucius. §. Paulus. ff. de admi. tuto. dicit, quod ista quæstio fuit de facto Veronæ, & tenet, quòd fideiussor non tenetur, & hoc etiam tenent Dyn. et Bar. in d. §. Paulus. et Archi. in c. te quidem 11. q. 1. et Hostien. in c. constitutus. extra de fid. et Ange. in l. si vnus. §. si cum reo ff. de pact. et facit l. si cum ermes. C. loca. et ibi Bald. et idem Bald. in l. ex diui. in fi. C. eod. titu. et sequitur Iacobi. in d. tra. feu. in verbo, de castro rubei montis, col. 4. in fin. Bald. et Alexan. in d. l. si vnus. et Ias. in l. lecta. col. 6. in fi. cum sequen. ff. si cert. petat. et Alex. in l. si mora colum. pen. in princ. ff. solu. matri. Immo plus voluit Bar. in d. l. si mora. quem ibi sequitur Alexan. colum. 7. versicu. successiuè, et ibi Ias. columna fina. quòd si ipse castellanus, seu custos castri finito tempore, quo custodire promiserat, etiam si non fecerit oblationem castri, nõ intelligitur iterum se obligasse ad custodiam, nec tenebitur amplius de leui culpa, sicut tenebatur ante, et ibi hoc etiam sequitur Imo. licet aliqui contrarium teneant, vt ibi per Alexan. pro hoc facit, quòd dicit Bar. in l. item quæritur. §. qui impleto. col. 2. in fi. ff. loca. vbi tenet, quòd isti castellani finito officio licet remaneant in castro, nõ sunt castellani: quia solo consensu non renouantur, sed debent denuo confirmari, vt ibi per eum, de quo dicto vide quæ dicit

dicit Ias.in d.l.mora. col. fin. Et sic concluditur, ꝙ in tali casu fideiussor non tenetur, etiam si castellanus fuerit ob proditionem factam post illud tempus condẽmnatus, vt dicit Alb.de Ro.in l.1.ff.de in lit.iuran.¶Limita prædicta procedere, quando castellanus promisisset solum custodire castrum, secus si promisisset custodire castrum, & saluum, & liberum restituere: quia tunc fideiussos non est liberatus, donec non fuerit castrum liberum restitutum, ita tenet Dyn.& Bartol.in d.l.Lucius.§.Paulus. ff.de administ. tuto. Bald.in l.si cum Hermes. C.loca.facit tex.& ibi Bartol.in l. Labeo.§.si per fideiussorem.ff.de Arbit.Alex.in d.l.si mora. col.penult.in princip.ff.soluto matrimo.& Ias.in dicta l.lecta.col.7.in princ.ff.si certum peta.cum concord.in dictis locis.¶Limita secundò, nisi ille fideiussor de nouo consensisset in illa prorogatione termini: quia tunc teneretur per ea, quæ dicit Ias.in d.l.lecta.col.6.versic.contrarium, cum concord. ibi. ¶Limita tertiò, nisi forma fideiussoris fuisset ita latè concepta, vt comprehenderetur etiam factum post illud tempus, vt dicit Iacob.in d.tract.feu.in verbo, de castro rubei montis, col.5.in princip.per iura ibi allegata per eum.

31 ¶† Est etiam aduertendum, quòd ille princeps dicitur possidere castrum, ad cuius instantiam ibi ponitur castellanus, vt dicit Bald.in l.traditionibus.in princ. C.de pactis.& Iacobi.vbi supra col.5.in princ.

32 ¶†Sed nunquid castellanus finito tempore possit dimittere custodiam castri, si dominus non mittit alium castellanum ad custodiendũ. Bald.in l.ex diui Pij.in fine. C.loca.tenet, ꝙ non debet dimittere, sed debet agnoscere bonam fidem, & non debet recedere præcipiti festinatione: nam propter casum tempus prorogatur, vt ibi per eum, & tangit Alex.in d.l.si mora.col.penult.in princ.& ibi etiam Lud.Ro.Et quando dominus nollet in se castrum suscipere, bonum esset tũc protestari in scriptis, vt debeat in se castrum recipere: quia finitum est tempus, alias quòd ipse dimitteret castrum sine custode, & ei non possit imputari, & offerre ei castrum, ꝑ ea quæ dicunt Dyn.Rom.& doct.in d.l.si mora.ff.solu.matrimo. quia tunc non dicitur præcipita festinatione recedere, vt dicit Bald. vbi supra, & dominus erit constitutus in mora, & tunc si sine dolo castellani fuerit deperditum castrum: quia forte non adhibuit tantam diligentiam, non tenetur, vt dicunt docto.in dicta l.si mora.& ibi Ias.col.fina.

33 ¶†An autem pro eo tempore, quo remansit in custodia castri, debet habere salarium, & qua actione erit agendum? Vide Dyn.& alios in dicta l.si mora. vbi vide Ias. in finalibus verbis, vbi tenent, quòd debet habere salarium.

34 ¶†Quæro, An castellanus extra arcem, seu castrum habeat aliquã iurisdictionem, vel potestatem. Dic quòd non, vt in isto cap.nostro, & in cap.quod castellanis.num.176. & Matth. de Afflict.in constit.regni castellanis. in primo nota. Sed intra castrum habet iurisdictionem pro custodia castri, argum.a contrario sensu d.iurium. Immo intelliguntur concessa omnia pertinentia ad custodiam dicti castri, seu rocchæ.l.1.§.cum vrbem.ff.de offic.præfec.vrb.& Ange.consil.35.quidam.versus fin.versic.constat autem, vbi plus dicit, ꝙ si pro custodia castri esset expediens exercere merũ imperium, posset, si ille, qui eum posuit, hoc poterat, per dicto §.cum vrbem.vt ibi per eum.

35 ¶†Coram quibus autẽ iudicibus possunt ipsi castellani conueniri pro causis ciuilibus, vel criminalibus? Vide Lucam de Pen.in l.viros.circa princ. C.de diuer.offic.lib.12. vbi dicit, quòd castellani conueniuntur in regno coram magno Senescallo, qui magistri officij gerit officium, sed tu vide in constit.regni, castellanorum, & ibi And.de Iser.& Matth.de Afflict.vbi dicit, quòd pro causis ciuilibus in prouinciis conuenientur coram secreto, & pro causis criminalibus coram præside prouinciæ, sed præses prouinciæ non potest procedere cõtra eos ad abscissionem membri, nec eos punire pęna mortis sine alia regis commissione, & mandato: vt latius per Matth.de Afflict.ibi. Et sic castellani sunt in magno errore dicentes, quòd non possunt puniri nisi per regem, vt ibidẽ dicit Matth.de Afflict. Sed aduerte: quia loquitur de castellanis regiarum arcium, seu castrorum regiorum, non autem de castellanis baronum: quia illi possent per eorum superiores puniri, per ea quæ latè dixi in extrauag.Clemẽtis Septimi contra clericos non incedentes in habitu & tõsura, sub rub.de vita & honesta.cler.in glo.in verbo priuilegio, num.24.cum sequen.& alias rationes hic non transcribo, vide ibi.

36 ¶†Quæro, an castellani, & eorum seruiontes possit se de negociis vniuersitatis intromittere? Dicas quòd non: quia nec ipsi castellani, nec eorum seruientes de aliquo negocio vniuersitatis extra castra, nec palam, nec occultè possunt se intromittere, & contrafacientes puniuntur, vt in const. culpam, & ibi Matth.de Afflict.col.2.in tertio nota.& est tex.in cap.castellani.num.86.in rubr. de castellanis, vbi dicit, quòd non debent se intromittere de negociis vniuersitatum. Nec etiam licet castellanis, nec seruientibus præstare fauorem personis litigantibus, vt per Matth.vbi supra.col.1.in fine.cum sequen.in 2.nota. Quinimmo castellanus contrafaciens potest ab officio remoueri, vt in d.constit. culpam, & ibi Matth.in 3.nota. & alia pœna imponitur in dicto cap. castellani, & etiam ipsi seruientes talia facientes puniuntur, vt in dictis locis. Et prædicta habent locum, etiam si castellania fuisset concessa ꝑ viam contractus pro aliquo precio, & in perpetuum: quia talis concessio intelligitur, nisi iusta causa priuandi superuenerit, vt ibi per Matth.de Afflict.

37 ¶†Quæro, an castellani & seruientes possint aliquod officium emere, vel exercere in terra, vbi castrum consistit? Dicas quòd non, vt in d.ca. castellani, infra numero 86.Nec possunt habere aliquos affidatos, quos a collectis, & oneribus curiæ faciant immunes, vt ibidem dicitur in tex.& imponitur pœna contrafacientibus, vt ibi patet.

38 ¶† Nunquid autem castellani, vel seruientes possit aliquem auctoritate propria capere ratione portationis armorum, vel alia occasione. Dicas quòd non, vt in dicto cap.castellani, & contrafacientes puniuntur, vt ibi.

40 ¶†Minimè etiam castellani, vel seruientes pannos pro lectis, ligna, vel paleas, seu fœnum, intra terras accipere debent.d.cap.castellani, num.86. & contrafacientibus pœna imponitur, vt ibi.

41 ¶†An autem castellani teneantur præstare auxilium officialibus, & mittere seruientes armatos, quando sunt requisiti pro seruieio curiæ? Dicas ꝙ sic: quia tam ipsi, quàm seruientes, quando sunt requisiti, tenentur præstare auxilium pro seruitio curiæ, vt est tex.in constit.regni castellanis, & ibi docto.& facit cap.quod castellanis, infra num.176.& in constit. regni iustitiarios, camerarios, & dicit Matth.de Afflict.in d.constit. castellanis, quòd castellani, qui dicunt, quòd non habent parere, nec obedire officialibus in prædictis pro seruitio curiæ sunt in maximo errore.

42 ¶†Quæro, an castellani, & seruientes possint arma portare extra castra? Dic regulariter quòd non, vt in constit.castellanis, & ibi Andr.de Iser. & Matthæ.de Afflict.in primo nota.& in cap.castellani.infra nume.86.in rub.de castellanis, & in cap.quod castellanis, infra nume.176.& contrafacientes puniuntur pœna contenta in constit.regni intentionis, ita dicitur ad literam in d.constit.castellanis. ADDITIO noua. Et vide Matth. de Affli. in constitu.regni intentionis.colum.3.in 14.nota.vbi dicit, quòd seruientibus in arcis & castellis licet deferre arma, sed extra arces est eis prohibitum, nisi pro seruitiis regiis, vt ibi. ¶Limita primò dictam regulam nõ procedere, quãdo castellani, et seruientes portarent arma extra castra ex causa: quia essent requisiti a iustitiario, seu aliis officialibus pro negociis concernentibus eios iurisdictionem, et seruitium curiæ: quia tunc possent arma portare, vt in d.consti. castellanis, et ibi doct. et in d.constit.intentionis. §.curialibus autem, et in d.cap.regni, quod castellanis, nume.176. ¶Limita secundò, nisi haberent licentiam, vel priuilegium a rege, vel a barone, si sunt castellani baronis, vt in isto ca. nostro, et in d.constit.castellanis, et ibi Matth.in 3.nota. Et similiter officialis possit dare licentiam portandi armis, vt tenet Matth. vbi supra in quarto nota. Et si dubitaretur de licentia, vel priuilegio, tenerentur illud ostendere, vt dicit Matth.

44 Matth. ibi in 3. nota. ¶ † Quæro, nunquid castellani, vel seruientes possint aliquid exigere a carceratis, quãdo liberãtur a carceribus. In ista quæstione habemus diuersa iura. Et primò si carceratus non pernoctauerit in carcere, nihil debet carcerarius habere, & in hoc omnia iura cõcordant, vt est tex. in consti. castellani, & c. regni, quod incipit. magistro iustitiario, num. 193. in rub. de capti. non retinen. & est Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit. Item ꝙ carcerarius. num. 94. in ordine meo, & est alius ritus. Item ꝙ carcerarius nihil, nu. 271. in ordine meo. And. de Iser. & Matthæ. de Afflict. in d. constit. castellani, col. 1. & omnes tenẽt, quòd quando non pernoctauit, nihil debet soluere carceratus. Sed quando pernoctauerit, quantocunque tempore steterit secundùm dispositionem d. constit. castellani. debet habere medium tarenũ, & sic grana decem, & si plus exactum fuerit, punitur ad nonuplum, vt in constit. sequẽ. quæ incipit, si quis castellanorum. Sed postea per constit. regni castellani. num. 86. in rubr. de castellanis, quod fuit editum per Regem Carolum Primum fuit statutum, vt castellani, & seruientes nihil recipiant sub pœna vt ibi, & istud fuit postea confirmatum per Regem Carolum Secundum in cap. item statuimus, quòd præsonerij, num. 130. vbi confirmat illud, quod fuerat statutum per Carolum Primũ eius patrem, sed in dicto cap. regni, quod incipit, magistro iustitiario. num. 193. fuit statutum, quòd si pernoctauerit, debet habere medium tarenum, & sic concordat cum d. constit. castellani, & contrafaciens punitur in nonuplum, & sic cõcordat cum alia constit. si quis castellanorum. Extat etiam Regia Prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit, constitutionẽ. in rubr. de solu. indebi. a carcera. &c. vbi Rex Ferdinandus mandat seruari constitutionem moderantem solutionem carcerariis, & si fuerit contrafactum, imponitur pœna vigintiquinque vnciarum, & similis pœna imponitur Regẽti, si habuit notitiam de indebita exactione, & non puniuit carcerarium, sed per d. Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ, itẽ ꝙ carcerarius, num. 94. est inductum, ꝙ si pernoctauerit, debet habere tarenum vnum, sed per alium Ritum, Item ꝙ carcerarius nihil. num. 271. est inductum, ꝙ si pernoctauerit, pro quanto tempore stetit in carcere, carcerarius debet habere grana tresdecim, & ita hodie seruatur ĩ Magna Curia Vicariæ, vt dicit Matth. de Afflict. in d. constit. castellani. col. 1. & 2. Sed alii capitanei terrarum nihil debent habere a carceratis, quando liberantur, nisi hoc habeant ex priuilegio, vel antiquissima consuetudine, quæ habeat vim priuilegij, vt dicit Matth. de Afflict. vbi supra, aliàs puniuntur. Et carcerarius debet adhibere diligẽtiam in custodiendo, aliàs punitur, vt in constitu. regni custodes, & ibi
45 And. & Matth. vbi vide quæ pœna imponatur. ¶ † Similiter etiam seruientes in castris, vel alibi ad gagia curiæ deputati pro auxilio, quod præstant in recollectione collectæ, vel pro aliis seruitiis curiæ nihil debent habere, vt infra in ca. seruientes. num. 196. in rub. quòd seruientes non recipiant salaria a collectoribus. Et similiter carcerarius nihil debet recipere a carceratis pro debito fiscali, quando liberãtur, vt dicit Matth. de Afflict. in d. constit. castellani, colum. 2.
46 in princ. in secundo nota. in fi. ¶ † Nunquid castellani, vel seruientes possint aliquid exigere a transeuntibus per loca, vnde sunt castra, vel possint percipere carnagium, quãdo transeunt cum animalibus, prout in quibusdam locis fit. Breuiter dicas ꝙ non: quia omnes istæ dicuntur abusiones, & extorsiones, vt probatur in cap. regni. castellani, infra num. 86. in rubr. de castellanis, vbi dicitur, ꝙ castellani & seruientes nullas extorsiones facere debent per terras, campos, & mandras de rebus, & animalibus, vt ibi. Item ex quo imponere ista noua vectigalia, & pedagia, cum sint de maximo Imperio, inferior a principe imponere nõ potest. l. vectigalia. & ibi Salyc. in princ. C. noua vectiga. impo. non po. l. non solent, & ibi glo. & doct. & l. fin. C. eod. tit. Firma. in tract. de gabell. in prima parte princ. col. 1. cum concordã. ibi. Et hoc verum, nisi hoc haberent ex priuilegio a principe, vel fuisset consuetudo legitimè præscripta. Et ad inducendum talem præscriptionem vectigalis, seu ad præscribendum ius pedagiandi, quantum tempus requiratur, ponit Bart. in l. si publicanus. §. fin. ff. de publ. & concludit, quòd exactio vectigalium præscribitur per tempus, cuius initij memoria non extat, quando agitur de præscribendo ius vectigalis, quod nulli competit, sed si competeret alicui nobili, vel priuato ex priuilegio præscribitur minori tempore, & istam quæstionem ponit etiam Iacob. in tract. feud. in verbo, cum mero & mixto Imperio. col. penult. & Firma. in d. tract. de gabel. in prima parte. in 10. quæst. & in aliis quæstionibus ibi, tandem concludendo breuiter opi. Bart. supra relata est communis, præterquam in eo, quod dicit, quòd in præscriptione tanti temporis, cuius memoria non extat, requirit scientiam: quia illa non requiritur, vt latissimè per Ioan. Franc. Balb. in tract. de præscrip. in 2. par. quintæ par. princip. in 4. quæst. vbi latissimè, & infinitas concordantias allegat, & sic concluditur, ꝙ isti castellani non possunt tales extorsiones facere, nisi probarent de priuilegio, vel de legitima præscriptione tanti temporis, cuius non extaret memoria in contrarium, secundùm distinctionem Bart. supra relatam, & ita vidi iudicari in regia prouinciali audientia principatus citra contra castellanũ terræ Olibani, qui prætendebat carnagium a transeuntibus
47 cum animalibus. ¶ † Quod autem tempus dicitur, cuius initij memoria non extat, & qualiter probetur, vide latè ꝑ Ioan. Franc Balb. in d. tracta. de præscript. in secunda parte tertiæ partis principalis in 6. quæst. col. 6. cum seq.

ADDITIO noua, nu. 34. vbi tenet, ꝙ spacium centum annorum dicitur spacium tanti temporis, cuius memoriæ initium non existat, allegat Cy. in l. 2. in 10. quæst. C. de serui. & aqua. & Cæpo. in tract. de serui. c. 19. in princ. 2. colum. Et testes debent deponere vidisse semper talem possedisse per spacium tanti temporis. & ꝙ fuit, & est communis opinio, & fama & per tantum spacium possedit, ꝙ non est memoria in contrarium. Et ꝙ antiqui dicebant audiuisse ab aliis maioribus, & magis antiquis, ꝙ per tantum tempus possederat, ꝙ non est memoria in contrarium, vt
48 latius per Io. Fran. Balb. vbi supra. ¶ † Quæro, an tempore guerræ dominus superior: puta Imperator, seu Rex possit ponere castellanum, & custodes in castro alicuius baronis, qui tenet illud ab eo in feudum. Ang. in authen. nunc si hæres. C. de litig. per illum tex. determinat ꝙ sic: quia interest ipsius regis, ne fortè colludatur contra eum, & sequitur Iaco. in tract. feud. in verbo, de castro rubei montis, colum. 2. in fi. versic. quæro vtrum, & tenet Bald in c. 1. §. quid ergo. de inuesti. de re alie. fa. vbi dicit, ꝙ dominus proprietatis debet esse securus de proprietate. l. si cuius. ff. de vsufr. vnde dominus potest custodire castrum inuito vasallo tẽpore necessitatis. l. si ita dominus, & ibi Bald & Alber. ff. de vsu & habi. & probat tex. in l. 2. C. de naui. non excu. lib. 10. & Iacob. in tract. feud. in verbo de castro rubei montis. colum. 3. versic. vlterius quæro, & Alb. in l. fin. ff. de vsu & habit. Immo etiam potest princeps super campanili, vel turre ecclesiæ ponere gentes armatas pro defensione ciuitatis etiam inuito prælato ecclesiæ, vt concludit Iacobi. vbi supra col. penult. in princip. & Paris in tract. feud. cap. pone. ꝙ extat guerra, char. 98. vbi tenet, quòd Rex tempore belli potest custodire castra baronum, non tamen tenetur subditus ad expensas factas per regem, vt ibi per eum, & supradictam opinionem tenet etiam Thom. Gramm. consil. 13. in causa miloniana. num. 11. vbi dicit, ꝙ tempore belli custodia arcis pertinet ad regem, seu dominum superiorem, & ibi etiam Thom. Gramma. num. 10. plus dicit. Quòd si vasallus noscens sibi vires non sufficere ad resistendum hostibus, notificat eius Principi, seu Regi, & petit, vt mittit ad eum præsidium, & auxilium, si Rex de hoc non curat vasallus excusabitur ab omni successu, & dicit hoc esse notãdum pro cautela, vt dicit Ludo. Roma. in l. si mora. ff. solu. matrimo. & Cardin. Alexan. in d. cap. 1. §. quid ergo. & hoc est notandum pro castellanis, & aliis baronibus, & vniuersitatibus, vt tempore belli, quando expectant obsidionem,

mittant

mittant ad regem,seu alium superiorem,vt velit eis mittere præsidium,& auxilium, vt possint se defendere in fidelitate regia, ex quo aliter non possunt hostibus resistere per
49 supradicta.¶†Sed an possit Rex simul cum vasallo,seu barone custodire castrum? Dic quòd sic, si principi videbitur,vt ff.vsufruc.quemadmodum cau.l.penult.dummodo cesset dolus,& fraus.cap quoniam.de prohib.feud.alie.per Lotha.& tenet Bald.in dicto cap.1.§.quid ergo,& in dicta l.si ita dominus,quod intellige,si superiori videbitur,aliàs secus. per ea quæ statim dicam de capitaneo ad guerram.

ADDITIO noua. Ad prædicta etiam vide Par. in tract.feud.cap.pone,ꝙ extat guerra,car.190.sub rubricella,tempore belli,an possit Rex,& Ang.in l.fin.in fine.C.de litigio. Et dixit Bald.in cap.1.qui feud.dare poss.post Dyn, & Bart.in l.si mora ff.solu.matrim.Quòd si tempore guerræ habens custodiam castri illud offerret dare in posse domini custodiendum, non teneretur in aliquo, si post oblationem castrum fuerit ab hostibus captum, & tenet Tho. Gramm.cons.13.num.11.& 12. quia tempore belli custodia arcis pertinet ad regem, seu superiorem, vt ibi per eũ. ¶Quid si tempore guerræ sunt plures domini vnius castri vel in eo est baro,& Rex pro custodia,qs debet tenere claues castri,dicit Imo.in clem.1.col.6.versic.ex hoc nota,de hær.ꝙ quot sunt domini, tot erunt diuersæ claues,vt vnus sine alio aperiri non possit,vt ibi,& in quæst. præced. Et si erit vna clauis, debet stare penes digniorem, & penes eũ, qui non est suspectus de proditione,argum.dicta l.fin.ff.de fide instrum.& quæ dicunt doct.in l.procurator.C.de edẽ. & per ea,quæ dicit Bart.in tract.de insigniis,& ar.& Pe.de Vbal.in tract.de duo.fra.in 11.parte princip. in 11.quæst.
50 nume.12.cum sequen.¶†Sed pone finita guerra dominus castri repetit castrum a principe,seu superiore, vt sibi restituatur,superior,qui illud fortificauit propter guerram,dicit,solue expensas in castro factas,& accipe castrum,quæritur,an ille vasallus teneatur illas expensas restituere.Dic quòd non:quia solùm tenetur tanquam vnus de populo ꝓ rata sibi tangente, non autem tenetur tanquam dominus castri, ita tenet Bald.in l.si in aliquam.in princip. de offic. proconf.& Cæpo.in tracta.tamen de ser.cap.29.in tit.de solo,seu area,in fi.& Iacobi,in d.tracta.feud. in verbo de castro rubei montis,col.3.in fi.versic.vlterius quæro. Ratio: quia Rex, seu superior illam impensam fecit principaliter ad vtilitatem ipsius regis, & secundariò cedit in vtilitatem vasalli,& debet inspici, quod principaliter agitur. l. si quis nec causam.ff.si certum peta.vbi latius per eum.

ADDITIO noua. Et tenet Par.in tract. feu.c.pone,quòd extat guerra, car. 98. Item iuxta prædicta nota vnum,quòd dominus tenetur ad expensas fortelitij existentis in ciuitate,vel comitatu tempore pacis, & guerræ, non autem tenentur homines illius ciuitatis,seu loci, Ang.in l. tutores.per illum tex.C.de oper.pub.Ias.in l.diuortio.§.impendia.colum.1.ff.soluto matrimo.vbi dicit.alibi se non legisse,& consuluisse de facto in Pedemontibus,& Petr.Gitar.sing.37.nota ꝙ signanter.cum concord.Sed quid si baro concessit alicui suo seruitori fructus alicuius fundi ad vitam,& in illo fundo erat turris,& pro custodia illius erat facienda expensa pro castellano, & aliis,quis tenetur ad illas expensas,fructuarius,an baro proprietarius. Par.in tracta.feud.cap.sequitur quæstio.char.175.cum sequen.ponit istam quæstionem,& distinguit,aut fructus fuerunt conces si ex causa onerosa,puta pro salario,& similibus,& tũc pro custodia non deducitur a fructibus. Sed si fuerunt dati ex titulo lucratiuo,& tunc ex fructibus deducetur expẽsa cu-
51 stodiæ illius turris,vt ibi per eum.¶† Et ex prædictis etiam infertur,quòd Rex tempore guerræ potest ponere capitaneum ad guerram in terris baronum, vt concludit Anto. Capi.deci.27.in causa Reuerendi Prioris, vbi dicit, ꝙ ad Regem spectat ponere capitaneum ad guerram, & ita dicit,quòd ad Regem spectat ponere Capitaneum ad guerram, & ita dicit fuisse votatum in sacro consilio.

ADDITIO noua. Pro hoc facit: quia proprietarius & per consequens habens ius in re, potest etiam inuito fructuario, vel vsufructuario ponere custodem. l. si ita §.1.ff.de vsu & habit.& tenet Ludo.Rom.consil.52.in quæstione magnificorum. Sed Lucas de Penn.in l.2.C.de exa. & execu.lib.12.dicit,quòd ad hoc,vt quis possit ponere custodem in ciuitate tempore guerræ,duo copulatiuè requiruntur,scilicet ꝙ habeat merum imperium,& ꝙ sit dominus terræ, vt ibi per eum. Sed hoc dictum procederet, quando Rex non poneret Capitaneum ad guerram pro custodia ciuitatis,aliàs si Rex poneret,cessaret inferior: quia potestas inferioris obumbratur præsente maiore, extra de offic.deleg.cap.volentes.95.dist.presbyter.21.distinc. cap. denique.& cap.submittitur.& cap.in tantum. & Lucas de Penn.vbi supra.colum.4.Nec posset inuito rege,seu domino superiore talis custodia exerceri per duos capitaneos ad guerram, scilicet per capitaneum regis, & per capitaneum baronis: eo quia dualitas ad rei destructionem parata est, vnitas verò ad conseruationem.7.q.1.cap.in apibus, ff.de administ.tuto.l.1.§.vlt. & propter dissensionis periculum,quod posset verisimiliter adesse,vt per Lucam vbi supra. Et quid si essent plures domini,puta quia vnus habet iurisdictionem ciuilem,alter criminalem,ad quem spectaret ponere capitaneum ad guerram pro custodia castri, seu ciuitatis,quando Rex non poneret,vide Anto.Capi.d. decis.37.& Lucam de Pen.in d.l.2.vbi concludit,ꝙ spectat
52 ad illum,qui habet merum imperium.¶†Et an vniuersitas, quæ fecit capitaneum tempore guerræ ad honorem domini Regis, & ad defendendum terram in fide regia, an puniatur.vide glo.fin.in constit.regni cum satis, & Anto.Capi.decisio.130.primum dubium.col.14.in fi. cum sequen. num.27.vbi tenet,ꝙ si fecit hoc tempore guerræ,non punitur,aliàs sic,& vide Andr.de Iser.& Matth. de Afflict. in d. constit.regni.cum satis.colum.penult.vbi intelligit hoc locum habere, quando tempore guerræ non potuit habere recursum ad Regem pro constituendo Capitaneũ ad guer
53 ram,vt ibi per eum.¶†Et an talis Capitaneus ad guerram possit facere pacem, vel concedere securitatem bannito, vide Bart.& Alexan.in l.conuentionum.ff.de pact.

ADDITIO noua. Et ibi Iason. columna secunda. & concludunt,quòd si Dux belli est Princeps, vel Rex, & similis persona, quæ suo nomine proprio facit guerram, potest facere pacem,sed si Dux belli non facit guerram nomine proprio, sed alieno nomine, non potest facere pacem, nec treguam, nisi haberet mandatum generale cum libera, vel nisi induciæ, seu tregua fieret ob necessitatem belli. puta, vt cadauera sepelliantur. Et nisi talis Capitaneus esset Locumtenens Principis, qui posset omnia facere vt Princeps: vt latius per Ias.& alios vbi supra.¶Et multa ad materiam huius tituli vide per Ludo.Roma.in dicta l.si mora. ff.soluto matrimon. vbi quærit, ad quid teneatur custos castri. Et quid si tempore guerræ custodiam cępit. Et quid quando non tenet bonum numerum hominum cũ eo. Et quid quando tempore custodiæ finito dominus non vult suscipere,& remanet custos in castro. Et quid quando non tenet victualia. Et vide Ludo.Roman. in dicta l.si mora,qui notabiliter loquitur, & ad materiam latè Fir.in reper.in verbo castellanus, & in verbo castrum, & Iacob. in d.tract.feud.in verbo, de castro rubei montis, cum concord.in dictis locis.

Io.Ant.de Nigris de Ciuitate Campanię. I. V. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Capiens aliquem de persona, vel eius bona auctoritate propria an puniatur.* 22.
2 *Rex Carolus Primus post victorias bellicas curauit Regnum bene disponere.*
3 *Vsurpans iurisdictionem qualiter teneatur.* 27.
4 *Capiens liberam personam pro debito an puniatur,*
5 *Capere,& arrestare aliquem in quibus casibus liceat.* 13.

6 *In-*

NE QVIS AVCTORITATE PROpria capiat aliquem de persona, nec eius bona. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XXI.

1 CONTRA † effrenatas multorum insolentias, qui iurisdictionem indebitã vsurpantes fideles regni nostri, & etiã innocentes capere pro sua voluntate præsumunt. Salubriter prouidere volentes. Vniuersis & singulis, tam his, quos nostri lateris comitatus illustrat, quàm aliis quibuscunque districtius inhibemus, vt sine speciali mandato nostro, vel nostrorum officialium plenam a nobis in hoc auctoritatem habentium, ad capiendum, seu arrestandum, & detinendum aliquos, seu aliquorum bona procedere non attentent. Quicunque autem contra inhibitionem nostram venire tentauerint per officiales nostros protinus capiantur, & capitali sententia puniantur.

2 CONTRA effrenatas. † Attende, quòd Rex Carolus Primus post victorias bellicas, & dispositionem armorum curauit regnum bene disponere capitulis, literis & statutis, & quia ipse tempore bellorum, & turbinis inuenerat regnum quasi ferale, vt esse solet tempore turbulento, & magnates capiebãt impotentes publicè, & eorum bona, iurisdictionem taliter vsurpantes, prætendentes ad id potestatem habere, vt faciunt comites, & barones in terris eorum, vltra iurisdictionem quam habent, istas itaque insolentias Cominus Rex volens corrigere, hoc ca. condi-
3 dit, quod supplet ius commune, quo cauetur, † ꝙ si aliquis vsurpat iurisdictionem cum officio publico, tenetur lege iulia maiestatis, vt ff. eo. tit. l. 3. in fi. & facit. C. de diuer. offi. l. 1. & de excu. & exa. l. quicunque. lib. 12. hic autem loquitur, quando vsurpat iurisdictione sine officio. Item interpretatur ius commune positum in auth. vt null. iud. §. quia
4 verò. col. 8. vbi dicitur, † quòd si quis personam liberã pro debito præsumpserit detinere, aut pignorare, perdit debitũ & pœnis corporalibus subdi debet, quas pœnas corporales hoc cap. interpretatur, vt hic patet. Et sanè intellige, ꝙ non potest quis propria auctoritate aliquem capere, nec eius bona arrestare, nisi hoc faceret iure, & lege permitten-
5 te. † Vt puta, quando quis caperet falsatorem monetæ ex forma l. 1. C. de fal. mo. Item quando caperet furem ex forma l. itaque. ff. ad leg. Aquil. vel caperet ex forma, l. itaque. ff. de furt. Item quando caperet proditorem Regis, vt supra cap. nuper. num. 13. §. si quis verò. Item quando deprehenditur in fraganti. d. l. 3. in princ. de fur. & notat glo. in l. capite quinto. ff. ad leg. Iulia de adult. & per D. And. in constit. iustitiarij non per calendas, & 10. coll. in tit. de statu. & constit. contra lib. eccle. §. banno imperiali, & dicit D. And. in d. constit. ꝙ priuatus non cogitur capere delinquentem nisi quando est proditor regis, vt dicit §. si quis verò. Item quando esset homicida, vel similis malefactor, vt no. Bart. in l. generalis. in fi. C. de decu. lib. 10. & infra cap. amplius. num. 192. Item nisi esset bannitus, qui post duos menses capi potest, & offendi, vt in constit. regni clementiæ nostræ. in tit. de rede. ba. Item in casu cap. statuimus, ꝙ prælati ec-
6 clesiarum. num. 107. † Item quando conductor non soluit pensionem, potest enim dominus bona inducta arrestare iure pignoris. l. vtique. ff. de dam. infec. & l. pen. ff. in quibus caus. pign. taci. contra. debet tamen locator arrestans ad sui cautelam arrestare coram iudice & notario, & per scripturam omnia inducere in inuentarium, & ita consuluit D. Ang. de Peru. in l. si ędibus. ff. de dam. infe. per l. cum domini horreorum. ff. loca. Et intellige, ꝙ locator dicta inuenta arrestare potest, quandiu sunt intus domum, & penes eundem conductorem. Secus si sunt extra domum, & ad tertium peruenerunt secundùm quòd notat Bart. in l. creditores. C. de pign. ibi. An istud ius exequendi transeat in successorem singularem in fi. d. quæstionis ibi, sed contra præ-
7 dicta. † Item pone exemplum, quando fugit debitor: quia tunc potest creditor propria auctoritate capere, & ei auferre, quod portat, vt l. ait prætor. §. debitorem. ff. quæ in frau. cred. not. glo. in l. fin. C. de exhib. reis. non tamen vt eum detineat, sed vt portet ad iudicem, vt not. glo. instit. de action. in princ. super verbo, in iudicio. Et debet eum iudici portare infra horas viginti, vt notat Bart. in l. capite quinto. ff. de adult. Et hoc quando captus est iudici exhibendus, alias
8 secus. † Quoniam cum carceratur filius, aut seruus, aut monacus per Abbatem; tunc enim nulla pœna incurritur, si per carcerantem captus infra horas viginti non exhibetur, vt notat glo. in l. vnica. & ibi not. D. Ang. de Perusio. C. de priua. deli. dicens, ꝙ vbi captura a principio est illicita, tũc aut detentus est inclusus, aut non. Primo casu momentanea inclusio sufficit: quia delictum consumatum est. Secundo non: quia debet tanto tempore detineri, quòd posset dici tunc detẽtus priuatus propria libertate, quod totũ iudicantis arbitrio cõmittitur, vt ff. de iure del. l. 1. per statuta tamen terrarum est communiter prouisum de tempore
9 quantitate, & pœna illius. † Et attende secundùm eũ: quia licet ex modica detentatione non incurratur crimen priuari carceris; tamen quia violẽtia est adhibita, non est dubiũ, quòd accusari potest detentator lege Iulia de vi publica,
10 vel priuata, secũdùm eum. † Qualiter cognoscatur, vtrum debitor

debitor fugiebat. Et an tunc talis captura possit fieri die feriata, & in honorem Dei introducta. Et an cum debitor vult fugere, iudex ad petitionem creditoris statim sibi debeat concedere familiam ad debitorem capiendum, vel debet prius examinare iustam causam timoris. Et qualiter examinabitur, vide plenè not. per Bart. in præalleg. §. si debitorem, & in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex. circa fin. cui adde Ange. de Perus. in l. si ab arbitro. §. q ex causa. ff. qui satisd. cogan. cum quibus concordat Bald in l. quod euitandi. in fi. C. de condict. ob turp. caus. dicens, ꝙ non debet quis capi per iudicem extra fidem vel probabilem suspitionem, & circa præmissa vide Andr. de Iser. in titulo de pace iuram. firm. post princ. §. si quis verò. vbi singu
11 lariter concordat glo. contrarias in hac materia dicens, † ꝙ aut debitor fugit cum re mea, & tunc si copiam iudicis habere non possum, detinere possum fugientem, & auferre sibi rem meam, maximè quando notorium est, rem illam, quam asportat esse meam, vt l. emptorem. ff. de actio. emp. Sed si fugiat, cum mihi debito, & iudicis copia non adest, tunc possum detinere eum, donec ad iudicem ducam, non tamen exigam mihi debitum sine iudice per gloss. in d. §. si quis verò. Si tamen auferam, quod mihi debetur, an tunc tenear, dic vt ibi plenè per eum, vbi etiam posuit theologorum opin. scilicet quòd non tenetur, licet peccat. Secundum tamen leges imperatorum bene tenetur, vt ibi per eũ quod intelligo, quando domino rei potest esse consultum per viam superioris, vel iudicis: tunc enim si propria auctoritate recipit, vel inuadit, tenetur, sed si alia via sibi non potest esse consultum: tunc rem meam per alium inuasam, vel mihi vsurpatam licitum est mihi per furtum, vel proditionem recuperare, vt notat Innoc. in cap. olim. lo primo, in glo. 3. de restitut. spoli. & in cap. qui cum fure. de furt. ita firmat Bal. in l. 2. C. de seruit. vbi circa materiam multa similia notat, & dicit idem Bal. de pace Constan. §. possessio-
12 nes, in versic. recuperauerit. † Quòd tempore guerræ licitum est qualitercunque recuperare, quod originaliter fuit dictum Odoff. in eadem extrauag. de pace tenend. §. si quis de parte nostra, in glo. restituatur ibi, vel dic, & verius, quã quam Bald. eius dicta sibi appropriet. Ioan. Arcamonus.
13 † Et adde & iunge hic casus, in quibus licet alium capere sine iudicis auctoritate, quos notat Spec. in titu. de accusa. post princ. versic. hoc tamen fallit, vbi vide. ¶ In tex. ibi (iu
14 risdictionem.) † Nota ex isto tex. quòd personalis executio, & capere aliquẽ de persona est iurisdictionis. ¶ In text.
15 ibi, (vsurpantes) † vsurpare autem est in malum vsum deducere. ff. de admi. re. ad ciui. pertin. l. 2. in princ. vsum autem adminus duæ vices inducunt. C. de episc. audi. l. licet,
16 & quod ibi nota. † ergo vt habeat locum pœna huius cap. requiritur ad minus bis aliquem, vel alicuius bona arrestauerit, vt sic videatur iurisdictionem exercere: tunc enim propriè dicitur vsurpare iurisdictionem, idest per malum vsum prætendere, nec per hoc dicerentur plura delicta, sed vnum, idest vsurpatam iurisdictionẽ, sicut plures anni vna præscriptio, & plures tabulę vna nauis, & plures oues vnus grex. Si verò semel quis arrestauerit, seu incluserit, tenetur lege Iulia de vi publica, si cum armis. ff. ad leg. Iul. de vi pu
17 bli. l. 1. in princ. † Idem etiam, si vinceret, seu ligaret, vt eodem titu. l. lege Iulia, la 2. non tamen nego, quin si pluries hoc facit, teneatur lege Iulia de vi publica, vel priuata, cũ non sit ratio in contrarium. ¶ In tex. ibi (ad capiendum) exceptis proditoribus, vt supra dicto cap. nuper. vbi vide. ¶ In
18 tex. ibi, (arrestandum.) † Sed quæro, in quo differt dictum delictum arrestationis a delicto priuati carceris. Respon
19 deo, ꝙ ad hoc, vt clarè pateat intellectus vnius cap. & titulis de priuatis carcer. est sciendum, † quòd duplex est custodia reorum, videlicet publica & priuata, publica autẽ custodia est, quam exercent habẽtes iurisdictionem, est enim iurisdictio potestas de publico introducta cum necessitate iurisdicendi, & ęquitatis statuendæ, vt notat glo. in authen. de defen. ciui. §. prætor. collat. 3. & notat Azo in sum. de iurisdict. omnium iudic. circa prin. & ita loquatur. C. & ff. de custo. reo. Vnde eod. tit. l. 2. dicitur, in vincula publica &c. hæc autem custodia publica est, videlicet corporalis, & non corporalis, corporalis est, quando vincula corporaliter adhibentur. ff. de verbor. signific. l. verum est eum qui. & l. vinculorum, & sic propriè est carceratus, quando est ligatus funibus vel catenis, nec requiro inclusum esse, ergo nec locum deputatum, aliàs captiui ligati, qui curiam sequuntur, non dicerentur in carcere, contra hoc tamen videtur. ff. de custod. reor. l. in eos, nam carceralis custodia est quando reus custodiendus militibus assignatur, aut fideiussoribus committitur, aut ipsi cauent attentis personarum conditionibus, delictorum, & facultatum, vt l. 1. eod. titu. &
20 l. diuus pius. Et sic collige, † ꝙ si aliquis detinetur, seu custodiatur in aliquo castro, vel penes aliquem, non dicitur in carcere, nisi ligatus custodiatur: bene tamen dicitur in custodia, seu in custodia esse, licet contra hoc faciat. l. succurritur. ff. quibus ex caus. maio. per quam probatur, ꝙ carceratus dicitur ille, qui liberè & tutè de loco recedere non potest. Ang. in l. vnica. in princ. C. de priuat. car. Si tamen princeps mandat aliquem diligenter custodiri, tunc licita est ligatio, vt est tex. no. iuncta glo. in l. 2. §. Labeo. aliàs incipit. in publicum. ff. de seruis fugit. Custodia autem priuata dicitur, quæ fit a priuato nõ habente iurisdictionem, & hic similiter est differentia. valet carceralis & non carceralis. Carceralis est, vt dixi, quando quis ligatus vinculus custoditur, qui ergo capit aliquem & ligat, & sic ligatum custodit, siue ĩ agro, siue in via, siue in domo, dicitur priuati carceris exercere custodiam, & ita loquitur. C. de priuat. carc. Circa quod aduertendum est, quòd quando quis ius capiẽdi non habet, neque detinendi, tunc aduertendum est, ob quam causam capit: si enim capit aliquem vt statim vulneret vel occidat, tunc solum inspicitur illud delictum, propter quod capiebat, vt l. illud. ff. ad l. Aqui. Sed si ex interuallo occiderit, tunc de vtroque tenetur, scilicet de priuato carcere, & de occiso, vt l. nunquam. ff. de priua. delic. & ita firmat Bart. in alleg. l. capite quinto. in fi. ff. de adult. vbi etiã ponit, an tenere aliquem in priuato carcere sit offendere in personam, de quo remittit ad not. per Innoc. in cap. nu-
21 per. in princ. extra de senten. excommu. ¶ † Custodia autem non carceralis est, quando quis capit aliquem & custodit, non tamen ligat, tunc dicitur potius arrestare, quam carcerare, & sic loquitur hoc cap. quod est verum, siue quis capiat aliquem liberum, siue seruum, causa ipsum acquirendi, seu vendendi, tunc si est consuetus talia patrare, tenetur crimine plagij, vt C. de fur. l. si adducta. & ff. ad leg. Faui. de plagi. l. penult. quæ est pęna capitalis. l. 1. eod. ti. Si verò non est consuetus, tenetur lege Iulia de vi publica si cum armis vel priuata si sine armis. ff. de vi public. l. 3. & l. 5. Item tenetur interdicto de libero homine exhibendo, vt l. 2. ff. de lib.
22 hon. exhib. † Hodie verò per c. Regis Caroli Primi vltimò per eum editum Neapoli regni anno 17. de terreriis. c. terrerij, num. 87. quicunque capit aliquem de persona, & ipsum detinet, tenetur pœna priuati carceris, nec requiritur vincula adhiberi corpori, nec distinguitur, si cõsuetus, vel non, nec distinguitur, an captus sit vasallus capientis, vel non vt ibi. Et hoc est verum, nisi magistratus abesset in criminibus publicis, quo casu vltra duos dies non teneat, sed in continenti transmittat ad iusticiarium, vt in c. Regis Caroli Secundi edito per eum regni anno 6. ca. ꝙ nulli, num. 177. & cap. amplius nulli. nume. 192. & hoc siue captus sit vasallus capientis siue non, vt ibi patet. ¶ In tex. ibi (seu bo
23 na aliquorum.) † Nota hunc textum contra homines arrestantes bona aliorũ: quia pœna capitali puniuntur, quod facit contra homines, qui faciliter procedunt ad arrestandũ
24 bona aliorum. ¶ In text. ibi (capitali sententia.) † Quæ est ad furcam damnatio, viui crematio, vel capitis amputatio, item ad bestias damnatio, vt ff. de pœn. l. capitalium. Et licet damnatio furcarum, & crematio est capitalis, non tamen est capitis amputatio. Sed capitis amputatio est cri-
25 men capitis, vt d. l. capitalium. in princ. & §. 1. † Sed de iure istorum capitulorum furcarum suspendium non est pęna capitis,

capitis, nec capitalis, & pœna capitis & capitalis est eadé, vt infra de rapt. cap. placuit. num. 27. vbi dicetur, facit de iure patron. l. cum patronus. Quæ autem sit pœna capita-
26 lis, vide Bartol. in l. 2. ff. de public. iudic. † Quotuplex est pęna capitalis, glo. habes nota. in l. transfigere. in prima glo. capitali. C. de transact. plenè per Angel. in l. absentem. in glo. capitali. C. de accusat. cuius verba sunt Inn. in c. qualiter & quando. circa med. ibi, & secundùm leges ciuiles, extra de accus. vbi vide Ioan. Arcomonus.

ADDITIO.

CONTRA effrenatas. Ad materiam huius c. vide infra cap. terrerij, num. 97. in rub. de terreriis, & in cap. quod nulli. num. 177. & in ca. amplius nulli. num. 192. & quæ ibi dicam, & Matthæus de Afflict. in constit. pęnam eorum. num. 63. Et istud cap. limitatur & modificatur, per d. cap. hoc amplius. vt dicit hic Bart. de Capua, quando in criminibus publicis abesset magistratus, & aliquis caperet malefactorem, & incontinenti duceret ad præsidem: quia tunc non puniretur.
27 ¶ † Et de materia vsurpatæ iurisdictionis vide latè per And. de Isern. & Matth. de Afflict. in constit. duram & diram, & in constitu. cum satis, ad ibi dicta me remitto, & vide quæ
28 dixi supra cap. quia. num. 19. ¶ † De materia, an liceat rem meam ab alio possessam capere etiam furtiuè, vide quæ di
29 xi supra cap. ad hoc. in rub. de furt. num. 10. † De materia, an & quando liceat capere debitorem fugitiuum, vide latissimè per Ias. Instit. de actio. in princ. col. 14. cum sequen. cum concord. quas posui, in extrauag. Clem. contra clericos non incedentes in habitu & tonsura, in rub. de vi. & honest. cleric. in glo. in verbo priuilegio, in 25. priuilegio, nume. 135. versic. Immo debitor, & num. 142. vbi me remit-
30 to. † Et adde ad materiam, quòd est etiam statuta pęna contra stipendiarios, qui per vim capiunt bona alicuius, vt in
31 cap. item stipendiarij. num. 48. ¶ † De materia autem priuati carceris vide in l. 1. & ibi Bald. Salyc. & alios. C. de priua. carce. & ibi quæ sit pœna, & vide Bonifa. in tract. de malefi. in tit. de carce. publ. vel priua. & Bart. in l. capite quinto. ff. de adult. Et vide Ang. in tract. malefi. in verbo fama publica, col. 27. in fi. in duodecima quæstione, vbi ponit notabilem limitationē in ista materia, & dicit, ꝙ licet aliquis priuatus posuerit aliquem in carceribus, & teneatur pęna priuati carceris; tamen fallit, quando fuisset positus in aliquo carcere, a quo de facili potuisset fugere, & sequitur Hypp. consi. 135. in præsenti causa. colum. penult. & consilio 136. consului. vbi ponit dictam limitationem, & multa alia ad istam materiam vide ibi per eum. ADDITIO noua.
32 ¶ † Circa vltimam quæstionem positam hic per Ioan. Arcamonum, scilicet quotuplex est pœna capitalis. Adde etiā, quòd pœna capitalis alia est, quando verè imponitur pœna capitis: quia truncatur alicui caput. Alia dicitur capitalis ciuiliter, & ista intelligitur de deportatione, vt dicit Bal. in l. si quis non dicam rapere, colum. fin. versi. vltimò extra quæro. C. de episc. & cleri. Et quot modis dicatur pœna capitalis, & quotuplex sit, vide tex. in l. capitalium. ff. de poen. Et aduerte, quòd si lex, vel statutum imponit pœnam capitalem simpliciter, non intelligitur de actuali amputatione capitis, sed intelligitur de pœna perpetui exilij, vel deportationis, glo. quæ allegatur pro singul. in l. 1. in verbo capitis. C. ne Christia. mancip. & tenet Ang. in tract. malefic. in verbo, & ibi caput a spatulis, col. 11. versi. quid si statutum, Ias. in l. si quis iniquum. §. hæc pœna. col. 1. ff. quod quisque iur. Felyn. in cap. qualiter & quando, el 2. §. ad corrigédos. col. fin. de accusat. cum infinitis concord. in dictis locis, & ibi Felyn. ponit quatuor limitationes. Primò, nisi aliter constaret de mente statuentium, puta quia diceret, ꝙ anima separetur a corpore. Secundò, nisi statutum imponeret dictam pœnam eodem casu, quo ius commune imponit pœnam mortis: quia intelligitur de pœna mortis naturalis, ex quo statutum interpretatur secundùm ius commune. Tertiò, nisi lex, vel statutum exprimeret alias pęnas mortis, & postea nominet pœnam capitis, quia intelligitur de naturali. Quartò, nisi lex dicens, capite puniatur, declaretur per alias leges, quòd intelligatur de morte naturali, vt
33 latius omnia prædicta ponuntur per Felyn. vbi supra. † Et scias etiam aliud, quòd pœna deportationis hodie non est in vsu, sed eius loco imponitur pœna statuti, quo deficiente pœna erit arbitraria consueta, sed in regno propter insulas relegatur in insulam, similiter etiam pœna damnationis in metallum non est hodie in consuetudine, sed loco eius succedit damnatio ad triremes, vt dicit Anto. Capi. deci. 153. incipiente notarius. Et dicit Tho. Gram. in voto. 19. num. 10. cum seq. ꝙ loco pœnæ deportationis hodie succedit bannimentum, vt ibi per eum.

Io. Ant. de Nigris V. I. Doct.

SUMMARIUM.

1 *Officialis an debeat capere de persona incidentem in pœnā pecuniariam, vel banni, si vult satisdare. 4.*
2 *Fideiussores dare volentes an possint de persona capi sine consilio iudicum. 5.*
3 *Arma deferens an possit de persona capi.*
6 *Officialis, qui non vult recipere fideiussorem, an teneatur actione iniuriarum.*
7 *Familia Potestatis si cœpit aliquem, qui vult dare fideiussores, an debeat ipsum fideiussoribus relaxare.*
8 *Cautionis appellatione an intelligatur cum fideiussore.*
9 *Satisdare an teneatur reus de iudicato soluendo.*

VT NVLLVS OFFICIALIS CAPIAT aliquem de persona incidentem in pœnam pecuniariam, seu bannum. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XXII.

1 STATVIMVS † vt nullus iustitiarius, nullique alij officiales nostri, personas aliquas nostri regni in pecuniæ pœnam, seu pecuniarium bannum incidentes, & curiæ nostræ cauentes idoneæ, super huiusmodi pœna, seu banno soluendo, de persona capere pręsumant. Quòd si præsumpserit, si de hoc conuictus fuerit, grauiter iuxta nostrum arbitrium puniatur.

STATVIMVS, concordat regni anno. 17. cap. item caueant iustitiarij, ne aliquos, numero 43. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

STATVIMVS. Ad materiam huius cap. vide infra d. ca. item caueant. num. 43. vbi dispo-
2 nitur, † quòd parati dare fideiussores non capiantur de persona sine consilio iudicum, nisi de mandato regio, & in aliis casibus in constitutionibus comprehensis, & noluit sentire de constit. regni, humanitate nobis, vbi ponuntur casus excepti, in quibus non liberatur sub fideiussoribus, extat etiam aliud cap. item stipendiarij, infra num. 48. in rubr. ꝙ familiares iustitia, vbi dispo
3 nitur, † ꝙ familiares iustitiariorum non debent aliquem capere de persona prætextu delationis, & portationis armorum, vel alia causa sine speciali mandato iustitiarij. Et est aliud cap. quod incipit, quod iustitiarij, aut officiales, infra

infra numero 178. & concordat cum isto capi.nostro, vbi
4 dicitur, † quòd officiales non debent capere de persona incidentes in pœnam pecuniariam, seu bannum, si idoneè caueant de soluendo, & Andræas de Isern.in reperto. constit.in verbo officialis, extat etiam aliud capi.Reginæ Ioannæ, quod incipit. Item quòd prædicti, nume.280.
5 vbi similiter disponitur, † quòd officiales aliquem non
6 capiant sine consilio iudicum, & assessoris. ¶ † Quid autem si officialis non vult recipere fideiussorem, an teneatur actiones iniuriarum, vide Bartol. & doct.in l. si verò. §.1.
7 ff.qui satisdare cog. ¶ † Sed quid si familia Potestatis cœpit aliquos suspectos de aliquo crimine, puta robaria, si illi capti offerunt fideiussores de stando iuri, & se præsentando, an dicti familiares debeant recipere fideiussores. Matthæ.de Afflict.in dicta constitu.humanitate nobis, columna quarta, versic.rursus.tenet quòd sic, aliàs quòd tenentur actione iniuriarum, allegat Alexand.in rubrica. ff. in ius vocan. vt eant, & in l. prima. ff. si quis in ius vocan. non ieri. quod intelligerem, nisi criminis qualitas aliud suaderet, puta si esset de casibus, in quibus non deberet liberari, vel aliquis notorius malefactor, qui non curaret soluere pœnam, vt possit aufugere, hoc casu dicerem, non esse liberandos. Sed cautè ducendos ad præsidem, seu officialem, bene ad prædicta facit tex.in l.prima.ff.de custo. reor. ¶ Et ad materiam, an & quando quis liberetur sub fideiussoribus, vide latè per Hyppo. in sua practica crimin. §.attingam, & latissimè per Matth.de Afflict.in dicta constitu. regni humanitate nobis, cum concordan-
8 tiis in dictis locis. ¶ In text. ibi, (cauentes idoneè.) † Ista cautio idonea intelligitur cum fideiussore, nam licet appellatione cautionis intelligatur de cautione simplici, & sine fideiussore.l.sancimus. C.de verborum significatio.tamen fallit, quando dicitur sufficienter, vel idoneè: quia intelligitur cum fideiussore, vt per Felyn. in capit. ad nostram. columna secunda. extra de iureiurando. vbi ponit multas limitationes ad dicta l. sancimus.
9 ADDITIO noua. Aduerte tamen ad vnum, † quia in isto capit. nostro, & in capit. quod iustitiarius supra allegatis dicitur, quòd incidentes in pœnam pecuniariam, seu bannum liberantur, si caueant de soluendo, & sic videtur probari, quòd tenetur reus præstare idoneam cautionem de iudicato soluendo, ad quam cautionem non tenetur, nisi fuisset condemnatus, vel confessus, vt tenet Bartol.in l.si debitori. ff.de iudic.& Abb.in capitu. quò ad consultationem, columna quinta, numero vigesimòsecundo, extra de senten. & re iudic. quia nemo conuentus suo nomine cogitur satisdare iudicatum solui. §. sed hodie. Institu.de satisda. Et ideo dicendum est, quòd hodie in regno in foro seculari hoc est immutatum, vt cogatur satisdare per ista iura, sed quia legum correctio est euitanda. l.præcipimus. in fine. de appellationibus. & vtitur a iuribus concordentur, dicendum est, quòd reus teneatur satisdare de iudicato soluendo, quando reus est confessus, vel condemnatus vt supra, nec mirum: quia lex noua interpretatur per legem antiquam, authen. offeratur. & ibi gloss.C de lit.contest.iuncta l.sciendum. ff.qui satisda cog.

Io.Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Grauamina inferri vasallis an sit prohibitum.*
2 *Officiales, vel eius familiares an possint transmittere vasallum cum propriis expensis pro seruitio curiæ.*
3 *Animalia vasallorum an possint capi, & mitti pro seruitiis curiæ sine salario.*
4 *Vasallus an possit mitti pro seruitio curiæ solùm cum expensis.*
5 *Consuetudo mittendi vasallos, vel eorum animalia pro seruitiis curiæ sine salario, an dicatur rationabilis.*
6 *Vasallus an possit compelli cum salario competenti locare animalia pro seruitio curiæ.*
7 *Grauamina multa sunt in regno.*
Grauati an ad Principem accedere possunt, ibid.
Barones subditis vix precarium dimittunt spiritum, ibidem.
Barones grauantes an teneantur subditis satisfacere, & puniri possint, ibid.
8 *Rebellare an possint subditi contra Principem Tyrannum.*
9 *Vasallo an liceat resistere domino, vel ipsum occidere propter mala tractamenta.*
10 *Resistere an liceat de facto, quando grauamen est reparabile.*
11 *Iudici exequenti contra ius, an liceat de facto resistere.*
12 *Occidere an liceat Regem Tyrannum.*
13 *Grauamen quid sit.*
14 *Angaria quid sit, & quid perangaria.*
15 *Angarii an in dubio præsumantur vasalli.*
16 *Vsurpatio seruitiorum an potius præsumatur.*
Seruitia in dubio an præsumantur indebitè extorta a vasallis, ibidem.
Mandari an possit baroni, vt abstineat a grauaminibus, donec aliter fuerit prouisum, ibidem.
Vultus terribilis dominorum an inducat iustum metum, ibidem.
17 *Angaria an posit constitui sine regio assensu.*
18 *Promissio, seu obligatio seruitiorum sine regio assensu, an valeat.*
19 *Præscribi an possint seruitia personalia, & quantum tempus requiratur.*
20 *Seruitia personalia in regno, an præscribantur minori spacio centum annorum.*
21 *Consuetudo an differat a præscriptione.*
22 *Confessio dicentis se obligatum ad præstanda seruitia, an ei noceat.*
23 *Rex an possit alienare vasallos, vt teneantur præstare certa seruitia.*
24 *Causa angariæ, vel perangariæ an dicatur grauis.*
25 *Priuilegium baronis si dicat cum angariis, & perangariis, an possit virtute talis clausulæ, extorquere angarias.*
26 *Officium iudicis an possint vasalli implorare, vt non grauentur a dominis.*
27 *Vasalli in quibus casibus teneantur præstare adiutoria dominis.*
28 *Angarii & perangarii an dicantur ex eo, quia soliti sunt dare camerarium vel ærarium.*
29 *Baro, qui habet aliqua seruitia personalia in vasallos iure licito an dicatur habere dominium.*
30 *Baro, qui habet seruitia personalia in vasallos, an possit eos cogere ad præstandum extra districtum.*
31 *Vasallus denegans præstare seruitia, an possit carcerari.*
32 *Baro malè tractans vasallos an possit feudo priuari.*
33 *Barones in quibus casibus perdant vasallagium.*
34 *Rex ex quibus causis posit reuocare merum, & mixtum imperium. 54.*
35 *Baro an possit verberare vasallum.*

C. Grauamina.

36 *Vasallus qui repetitur a domino, an possit excipere, quòd est liberatus a vasallagio.*
37 *Baro an possit mittere vasallum pro seruitiis suis priuatis, & non curiæ.*
38 *Princeps an possit capere plaustra, & currus, etiam ab inuitis soluta mercede.*
39 *Officialis an possit capere animalia pro seruitio regio soluta mercede.*
40 *Salarium competens, quod debet solui vasallis, quantum est.*
41 *Officialis regis si habet animalia sua, an possit capere animalia subditi eorum.*
42 *Animalia deputata ad centimulum, an possit capi pro seruitio regio.*
43 *Animalia vendere an cogantur pro seruitio regio.*
44 *Pœna contra officiales angariantes subditos quæ sit.*
45 *Vniuersitas, & particulares an cogi possint ad custodiam carceratorum.*
Carcerati cuius expensis custodiri debeant, ibid.
46 *Carcerati qui transmittuntur ad curiam, per quos portari debent.*
47 *Barones habentes solùm ciuilem iurisdictionem, quam pœnam imponere possint in eorum bannis.*
48 *Barones an possint facere statuta illicita, & inhonesta.*
49 *Barones non habentes merum imperium an possint carcerare, & torquere vasallos.*
50 *Barones illicitè affligentes vasallos an possint priuari mero, & mixto imperio.*
51 *Barones an possint trahere vasallos in remotis partibus.*
52 *Barones interdicentes vasallis, ne vendant eorum victualia, vina, & alia, an possint illud facere.*
53 *Barones an possint interdicere vasallis, ne coquant panem in alio furno quàm domini, nec macellent in alio macello quàm domini, nec molent in alio molendino quàm domini &c.*
54 *Pecuniam portare ad regium ærarium an subditi compellantur.*
55 *Barones an debeant contra iustitiam subditos grauare.*
56 *Comminatio fieri an possit, quando barones negligunt facere iustitiam.*
57 *Barones an possint vasallos eorum bonis spoliare. 88.*
58 *Vasalli an possint dominos relinquere, si crudeliter, & tyrannicè tractantur.*
59 *Barones an possint compellere vasallos ad portandum literas, vel ad exercendum officium camerlingatus, vel ad deferendum cippum in die capitis anni.*
60 *Barones an possint prohibere vasallos, vt non vadant ad superiores ad conquerendum.*
61 *Barones an possint prohibere, & banna facere, ne vasalli possint bona burgensatica vendere.*
62 *Barones an possint facere nouas defensas.*
63 *Officiales an possint obsequium imponere rusticano, aut eius seruum, vel bouem accipere.*
64 *Officialis capiens animalia vasallorum an puniatur, & quid si pro iustitia facienda. num. 66.*
65 *Vniuersitas & respublica an possit capere animalia particularium soluta mercede.*
67 *Alguzerii, seu Barisselli an debeant gratis habere hospitia.*
68 *Princeps an gratis debeat habere hospitium.*
69 *Officialis non reperiens vtensilia an possit cogere subditos ad vendendum.*
70 *Barones an possint cogere vasallos ad emendum baiulationes, gabellas, & tabernas curiæ.*
71 *Barones an possint prohibere vasallos vti pascuis, nemoribus, spicis, & aliis.*
72 *Barones an possint affidare animalia in demanio immoderatè, ita quòd non sufficiat animalibus vasallorum.*
73 *Vniuersitas an teneatur ad reparationem castrorum, vel nouorum ædificiorum.*
74 *Castra noua ædificare, vel vetera reficere, an & quando liceat.*
Rex an possit cogere subditos ad castra, & munitiones nouiter eximendas, ibid.
Rex si haberet ex priuilegio, vt nonnullæ ciuitates & loca vicina teneantur contribuere in reparatione castrorum, si Rex illud vendit, vel transfert in baronem, an baro possit illud petere, ibid.
Castrum seu fortelitium an possit construi sine auctoritate principis, ibid.
Muros in ciuitate, vel terra de nouo construere an possit sine licentia principis, ibid.
75 *Barones an possint prohibere vasallos, ne recipiant hospites in eorum tabernis, nisi prius in eorum tabernis fuerint hospitati.*
76 *Officia an vendi possint.*
77 *Barones an possint maritare filias vasallorum ad eorum libitum.*
Matrimonia an debeant esse libera, ibid.
78 *Vasallus an cogatur fideiubere pro domino.*
79 *Barones an possint eligere sindicos, & electos.*
80 *Barones an posint imponere nouas exactiones, impositiones, & gabellas.*
81 *Barones an posint prohibere, ne vasalli vendat sericum, lanam, frumentum, vinum, & alia, vel quòd vendant, cui placuerit dominis.*
82 *Barones an posint cogere vasallos ad emendum carnes, caseum, & similia.*
83 *Barones an posint cogere vasallos, vt in eorum fundicis, aut dohanis vendant.*
84 *Vasalli an posint indifferenter cogi ad dandum animalia pro transferendis militibus.*
85 *Barones an posint de facto capere vasallos, & eos torquere, vel iniurias eis inferre.*
86 *Barones an posint securitatem delinquenti promittere, vt alios incusent.*
87 *Vasalli inuiti cogi posint ad vendendum vinum.*
88 *Barones an posint capere ligna, & lapides non soluto precio pro ædificandis castris, vel aliis ædificiis.*
89 *Vinum priuatorum an posit attestari sine mandato curiæ.*
90 *Vænalia an posint attestari in mercatis, vel stratis.*
91 *Palea an posit auferri a superioribus.*
92 *Salarium an solui debeat, prout communiter valet, de frumento, ordeo, & aliis rebus per barones, & alios.*
93 *Baiuli an posint exigere pœnam vltra valorem damni dati.*
94 *Carcerati an posint extrahi de vna terra ad aliam.*
Carceratus pendente appellatione an debeat stare in carceribus, ibid.
Officialis plurium terrarum an posit citare subditũ vnius loci

DE GRAVAMINIBVS VAsallorum. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XXIII.

1 GRAVAMINA, † quæ fidelibus regni nostri ab officialibus nostris hactenus dicebátur inferri, abhominabiliter detestantes, auctoritate regia pro-
2 hibemus expresse.† Ne aliquis noster officialis, aut vester, vel ipsorum officialium familiaris, aliquē de fidelibus nostris cum propriis eius expēsis pro seruitio nostræ curiæ transmittat, nisi is forsitan, qui mittitur, curiæ nostræ ad id specialiter de consuetudine, seu quocunque iure aliquo, sit astrictus.
3 †Neque animalia vt pote iumenta, equi, muli, sumerij, & his similia, cuicunque de nostris fidelibus (nisi hoc de antiqua consuetudine, vel allo quocunq; iure liceat) auferantur mittenda pro seruitiis curiæ de vno loco ad alium, sine curiæ salario competenti.

D.Ioan.Anto.de Nigris.

GRAVAMINA.¶In tex.ibi (cum propriis expen-
4 sis pro seruitio curiæ.† Nota a contrario sensu huius literæ, ꝙ si dat sibi tantum expensas, potest eum mittere ꝓ seruitiis curiæ absque aliquo salario, concordat de officio præsid.l.illicitas.§.illicita. in contrarium videtur ꝑ ea quæ supra dixi in cap.subditorum vbi vide. ¶In tex.ibi (consuetudine &c.) videtur ergo licere ex consuetudine præscrip-
5 ta,¶†An autem talis consuetudo sit rationabilis, & seruanda, adeo ꝙ officiales in foro conscientiæ excusentur, cogita. ¶In tex.ibi (neque animalia) concordat infra ca. quod nullus officialis.num.179.& melius hoc declaratur in cōstit.regni sic nostra, & in cap.Honorij, quod incipit, anima-
6 lia deputata. ¶In tex.ibi (salario competenti) † ergo eum salario potest compelli ad bestias locandum, quod clarè probat d.ca.Honorij.licet curia, & officiales eius pessimè obseruent hodie, & malè. Seb.de Neap.

ADDITIO.

7 GRAVAMINA.† Quoniam, vt dicit Lucas de Penna in l.colonos. in fine. C. de agricol. & mancip.libro 11. in regno est tanta quorundam comitum ob neglectum iustitiæ nequam tyrannides, quòd vasallos eorum etiam non personalibus seruitiis obligatos ex ciuitatibus extrahunt ferreis nexibus alligatos. ADDITIO noua. Et dicit Bald. in l.ex hoc iure. in fine. ff.de iustitia, & iure, quòd rustica olim non soluebant Imperatori nisi modicum æs in vigintisex denariis pro quolibet capite, vel fumante, cum tunc plus non indigebat Imperium; gloss. in l.ager. §. primo. ff. de verborum significatio. sed hodie, proh dolor, Reges, Comites, & Barones pellem populorum excoriant, & vix precarium dimittunt spiritum secundum Bald. vbi supra, & Iacobin.in tracta.feud.in verbo, qui quidem inuestiti, columna vigesimaprima, circa medium. Et dicit Alber.de Rosa.in rubrica.ff.de muneribus, & honoribus. circa septima causa, quòd hodie propter lōgam vacationem Imperij Reges, Comites, Barones, & alij dominantes, & crudeles tyranni subditis suis imponunt collectas pro libito voluntatis, & Iacobi. vbi supra. Et Barones non solum per se, sed etiam per suos officiales subditis grauamina inferunt, & sic ipsi grauare dicuntur: quia grauare quis dicitur etiam per suos officiales, clement. prima. §.abbates.& ibi Cardin.de excelsi.prælatorum.reperiuntur etiam nonnulli officiales, qui sunt timidi. & cantant placebo domino, vt in simili dicit Andr.de Isern.in capit.imperialem. in princip.columna octaua, versicu.hi sunt, de prohibitio. feud.alienan.per Feder. & tales officiales non curant grauamina subditis inferre, vt placeant domino, & eorum animæ ibunt ad gehennam ignis inferni. Et subditi grauati ad Principem recurrere possunt: quia grauati ad principem recurrunt, clement.secunda. in princip. de pœnis. secunda quæstio.sexta.capit. ad Romanam. & capit.omnis oppressus, & extra de electionibus. cap.fundamenta. in 6. Et barones, & officiales grauantes vasallos, & subditos tenentur soluere competens salarium grauatis, & possunt arbitrariè puniri, vt in regia prag.Regis Ferdinandi, quæ incipit, ad perpetuam rei memoriam. Et quia vt plurimum barones inferebant grauamina subditis, propterea Honorius Papa post rebellionem Siciliæ, suadendo voluit, Regem Siciliæ abstinere ab alienatione demaniorum, vt euitarentur grauamina subditorum, vt dicit Andr.de Isern.in tit.de prohib.feud.alien.per Feder.cap.imperialem. §.nec dominus feudi.colum. 2.in princ.versicu.vnde Honorius.

Et ibi tractat, an dominus possit vendere sine voluntate vasallorum. Et quia ad Imperatorem & Regem spectat subiectorum grauamina, & oppressiones releuare, vt dicit tex. in consti. regni, cum circa. in prin. Ideo Rex Carolus fecit istud c. ad tollendum grauamina, & per capitula regni sunt sublata grauamina, & per Regem Ferdinandum Primum vt in regia prag. ad perpetuam rei memoriam. Et per pragmaticas nouiter factas per Cæsaream Maiestatem Caroli Quinti de Austria, & per Regem Philippum eius filiũ successorem in regno, vt patet in eorum pragmaticis. Et
8 grauamina per istud cap. & alia iura sunt prohibita. †Et in tantum talia grauamina sunt prohibita, ꝙ licitum est subditis rebellare contra principem nimium eos emungen-
9 tem. † Immo licitum est vasallo resistere domino. Immo ipsum occidere per mala tractamenta, vt dicit Ant. Capi. qui multa allegat deci. 69. in causa Ioannis Hieronymi. colum. pen. in fi. quod est magnum dictum, tamen non puto
10 ita indistinctè verum: †quia quando grauamen est reparabile, non est licitum de facto resistere, sed solùm quando esset irreparabile, & ita docto. intelligunt. l. prohibitum. C. de iure fis. lib. 10. vt latè per Felyn. in c. si quando, extra de offic. deleg. & vide quæ dicit Bal. in l. vt vim. colum. 3. in 7. quæst. ff. de iustit. & iure. Pari. in tract. sind. in verbo resistentia, Matth. de Afflict. in constit. pacis cultum, col. penult. & Rober. Maran. in sua prima disputa, & in cap. nuper ad vin
11 dictam, nu. 73. in quibus locis plenè habes. † An & quando licitum sit iudici exequenti contra ius resistere. Et de
12 quæstione tacta per Anto. Capi. vbi supra, † an liceat occidere Regem Tyrannum, vide latè Pari. in tract. sind. in rub. de excessi. regum. sub titulo, an liceat occidere Regem Tyrannum &c. ADDITIO noua. Et Luc. de Penn. in l. 1. col. 5. C. vt armo. vsus, lib. 11. & in l. 1. colu. 4. & col. 30. C. pub. læti. lib. 12. & dicit Anto. Corf. in tract. de potesta. & excellentia Regis, in 3. quæst. ꝙ subditi possunt expellere Regem facientem tyranniam & iniustitias intolerabiles, vt ibi latius per eum. & dicit Lucas de Pen in l. quicquid. col. 4. C. pub. læti. lib. 12. ꝙ iustius est tyrannum occidere, & expellere quàm sibi parere. Et quia in isto cap. commodè potest tractari materia grauaminum, ideo hic examinare in-
13 tendo. ¶†Quæro igitur primò, quid sit grauamen? Dic ꝙ grauamen est iniuria, vel oppressio contra iustitiam facta, vt probatur in cap. omnis oppressus. & cap. si quis putauerit, & cap. Romana. iuncto cap. ideoque. §. cum ergo. 2. quæstio. 6. & Pet. Belluga in speculo principum, in titu. de propositio. grau. §. his igitur. in prin. ¶Et quoniam in isto cap. tractatur materia angariarum & perangariarum, est scien
14 dum. † Quòd angaria est munus personale, quando quis tenetur præstare opera, vel seruitia personalia expensis domini, cui præstantur seruitia. Perangaria verò est munus mixtum, quando interuenit seruitium personale, & rerum quia expensis seruientis præstat seruitia. l. neminem, & ibi glo. & doctores. C. de sacrosanct. eccles. & per gloss. in §. illud. in authen. de manda. princip. Hostien. in summa. extra de immuni. ecclesia. §. a quibus. in princ. & Alten. in sum. lib. 6. titu. 30. arti. 3. Lucas de Pen. in l. 1. C. quemadmodum ciuil. mune. indi. libr. 10. Matth. de Afflict. in constitu. regni prosequentes, col. 2. in sexto nota. & in constit. omnes officiales, colum. 1. Aduerte tamen: quia glo. in ca. non minus in verbo angariis, extra de immun. eccles. & ibi Goff. & Lucas de Penna in l. cum ad fœlicissimam. in fi. C. de quibus mu. vel præsti. nemi. &c. libro 10. dicunt totum e contra: quia dicunt, quòd angariæ dicuntur personalia obsequia propriis sumptibus præstita, perangariæ dicuntur, quando præstantur alienis sumptibus, sed prima opin. est verior, vt tenet Innocen. & Abb. in dicto cap. non minus, colum. 1. versic. venio ad gloss. & ista est verior, & magis communis opinio. Vnde vasallus angarius dicitur ille, qui tenetur præstare seruitia personalia expensis domini, perangarius verò dicitur, qui tenetur præstare seruitia personalia expensis ipsius vasalli, vt tenet Matth. de Afflict. in dicta constitu. prosequentes, col. 2. & glo. in l. 1. C. quemadmodum ciuil. mu. & est propria rub. C. de cursu public. & anga. & perang. lib. 12. & l. fina. in princ. ff. de muneribus, & hono. And. de Isern. in constit. regni. si contingit. Matth. de Afflict. in titu. quæ sint rega. cap. 1. in verbo perangariæ. cum concordantiis. Ponitur tamen quandoque angaria pro perangaria,
15 vt dicunt Hostien. & Alten. vbi supra. ¶†Est etiam præmittendum, quòd in dubio vasalli non præsumuntur angarij, vel perangarij: quia habent præsumptionem a natura, cum iure naturali oẽs hoĩes liberi nascebantur. l. manumissiones. ff. de iustit. & iure. §. ius autem gentium. Instit. de iure natura. & angariæ prohibentur, vt in §. illud autem. de manda. princip. hinc dixit Bald. in l. fin. in princip. C. de bo
15 nis quæ liber. † quòd barones non possunt compellere eorum vasallos ad præstandum eis seruitia personalia, etiam cum salario, allegat l. 1. ff. qui & a quibus. & l. domini prædiorum. C. de agric. & censi. libr. 11. & refert Matth. de Af
16 flict. in constit. prosequentes, col. 2. versus fin. † Nec opitulatur baroni dicere, quòd est in possession e, seu quasi percipiendi seruitia a vasallis: quia in dubio præsumitur vsurpatio, & ꝙ indebitè seruitia sint extorta vasallis per metum, vt tenet Innoc. in cap. si diligenti. col. penult. in fi. & col. fin. in princ. extra de præscrip. Io. And. in cap. 1. colum. 2. extra de præscrip. in 6. & Bal. in cap. 1. in verbo pactiones, de pace Consta. & Ias. in §. quadrupli. col. 10. nume. 68. & 69. Instit. de actionibus. & Matth. de Afflict. in constit. regni prosequentes, col. 1. versus fin. versic. hinc est, & in consti. quia frequenter. col. 4. in fi. ADDITIO noua. Et Matth. de Afflict. in constit. probationum defectum, col. 4. num. 3. in fi. Gui. Papæ in consi. incipiente, in actione negatoria. colum. 6. in paruo volumine, versi. præterea ex aduerso, cum concord. ibi, & Franc. Aret. consil. 14. viso, & diligenter. colum. 11. versic. sicut enim, vbi dicit, ꝙ sicut præstatio seruitiorum indebitorum præsumitur a dominis extorta per metum, ita pacta, & iuramenta insolita præsumuntur extorta ab eo, qui habet potestatem cogendi, vt ibi per eum. Et dicit Bald. in l. consensisse, in princ. in 1. lectu ff. de iudic. vbi dicit, quòd illa lex est contra tyrannos, qui non possunt habere iurisdictionem: quia metus nõ confert iurisdictionem, vt ibi, & dicit Ioan. And. in cap. quia propter. extra de electione. ꝙ vultus terribilis potestatis inducit iustum metum, & sequitur Bald. in cap. 1. §. iniuria. de pace iuram. fir. in vsib. feud. & sequitur Ias. in d. §. quadrupli, num. 70. Instit. de actio. & ibi etiam nume. 69. dicit, ꝙ in dubio præsumitur contra potestates, allegat Io. And. in d. cap. 1. de prescrip. in 6. Et dicit Bald. in tit. de pace Constan. vers. pro infectis, vbi notat illum tex. ad contractus, qui fiunt quotidie cum dominis terrarum, an debeat proponi actio, quod metus causa, ad rescindendum, & dicit ꝙ non, & ibi vult, quòd contractus initus cum principe metu principis sit ipso iure nullus, non autem est opus, ꝙ rescindatur actione quod metus causa, de quo vide Ias. in dicto §. quadrupli. num. 70. cum ibi allegatis. Et cum sit præsumptio contra baronem, quando litigatur inter vasallos, & baronem, fit mandatum, vt a talibus abstineat, donec aliter fuerit prouisum, & ita de facto seruatur, & tanto magis: quia etiam per regias pragmaticas hoc prohibetur, vt infra in prosequutione materiæ dicam, & sic ius in hoc casu resistit contra barones, quo casu debent ostẽdere titulum, vt habetur in cap. j. extra de præscrip. in 6. & ibi per doct. & per doct. in cap. si diligenti. extra de præscr. ADDITIO noua. Et contra prædicta videtur decisio Thom. Gram. 67. extorta lite, col. 2. versic. quibus propositis, vbi fuit pronunciatũ, vt lite pendente teneantur vasalli ad præstandum seruitia, dummodo a propriis laboribus non extrahantur, & tamẽ ille baro habebat iuris præsumptionem cõtra se: quia prætendebat vasallos obligatos ad incidendum ligna, vt ibi latius apparet, & parca mihi reuerentia tantorum patrum, ex quo iuris præsumptio erat contra baronem, non poterant cogi lite pendente præstare illa seruitia per supradicta: quia omnes homines ab initio de iure naturali liberi nascuntur. §. ius autem gentium. Insti. de iure nat. nisi serui

nascantur

nascantur, aut fiant, vt ibi in glo. & quando possessio seruitiorum habet resistentiam iuris communis contra se, tunc requiritur ostensio tituli. Fely. in c. licet Hely. col. 6. versic. quartò limita, extra de simo. & latius dicit in eo c. n. 95. ver. Aduerte etiam, nisi saluando decisionem, dicatur, ꝙ in casu illo apparebat de titulo seruitiorum, vel de præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extabat, quod habet vim priuilegij. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo. &
17 & ꝯsti. cum aliis allegatis per Th. Gram. vbi supra. ¶ † Item est præmittendum, ꝙ angaria, vel perangaria in hominibus, qui sunt in regno, non constituitur, sine regio assensu: quia Rex est dominus personarum, vt in consti. regni, quia frequenter, & nullus, qui soluit Regi tributum, potest compelli ad seruitia personalia in perpetuũ. l. 1. C. ne ope. a colla. exig. li. 10. & Mat. de Affl. in d. const. prosequentes. col. 2. versus fi. ver. & sine regio, & Matth. de Affl. in constit. pacis cultum, col. 4. in fi. ver. & scias, de quo vide Matth. de Affli. in const. probationum defectum, col. 2. ver. & ex hoc patet, & in const. omnes officiales, col. 1. ver. nec vasalli, & An. Capi. deci. 118. in cã magnifici. col. 2. & col. fi. vbi dicit, ꝙ quicquid sit de iure communi, in regno talia seruitia præstari non debent, nisi in promissione interuenerit regius assensus, & vide Pari. in trac. de reinteg. feu. c. an si rusticus. car. 99. col. 2 nu. 7. vbi nihil decidit, sed alleg. Bar. Ludo. & alios in l. Cæsar. ff. de pub. & vecti. & Bal. in l. 2. C. de ser. & aqua.
18 cum aliis concor. ibi per eum alleg. ¶ † Et ex prædictis infertur, ꝙ promissio, vel obligatio præstandorum talium seruitiorum facta, siue regio assensu dr̃ facta contra ius constitutionem, capitulorum & pragmaticarum, ꝑpea nõ valet, vt concludit Matt. de Affl. in d. const. quia frequenter. col. 2. ADDITIO noua. Et poterit talis promissio reuocari ante impetratum assensum, arg. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. & in consti. regni constitutionem diuæ
19 memoriæ, & ibi doc. ¶ † Infertur etiam ex prædictis, ꝙ licet de iure communi secundùm magis communem opi. quãdo agitur de præscriptione personalium seruitiorum requiratur triginta anni, vt per Bar. post antiquos in l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11. & in l. solent. §. j. ff. de offi. procons. & leg. & in l. cum de in rem verso. de vsur. Cy. Bar. & Ias. in l. si certis annis. col. pen. vers. sextò limita. C. de pact. Spec. in ti. de feu. §. quoniam. super homagij. col. 2. & 3. in 3. q. & Iacob. in tra. de homag. col. 5. & latè Io. Fran. Balb. in tract. de præscrip. in 2. par. 4. partis princip. in 6. q. & in eo. trac. in 1. par. 3. partis princip. q. 10. col. 12. vers. & primò, cum infinitis concord. in dictis locis, & hoc casu debet esse cautus in practica: quia non sufficeret articulare, vel probare, ꝙ talis per triginta, vel quadraginta annos præstitit mihi seruitia: sed oportet articulare, & probare, ꝙ illa seruitia præstitit tanquam homo meus ratione homagij, vel feudi, aliàs nõ esset concludens probatio: quia potuisset mihi præstare tãquam amicus, vt per Spe. & Iacobi. vbi supra, & per Ioan. Franc. Balb. in d. 2. parte, quartæ partis princip. in 6. quæst. col. 1. in fi. cum concord. ibi. Tamen in regno, ex quo istud esset contra ius constitutionum, capitulorum regni, & regiarum pragmaticarum, tale tempus triginta, vel quadraginta annorum non sufficeret, nec possessor talium seruitiorum posset se tueri minori tp̃e centum annorum, vt est glo. cõiter approbata in ca. peruenit. extra de censi. & in specie in angariis, & perãgariis, firmat Archi. in c. seruitium. 18. q. 2. vbi dicit, ꝙ quando possideatur ista seruitia iure resistente, longissima possessio non tuetur possidentem, nisi sit priuilegium, vel id quod habetur loco priuilegij, & sic tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium: quia tunc habet vim constituti & priuilegij. l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua quoti. & ꝯsti. cap. super quibusdam. §. prętera, extra de verborum significat. Nec obstat communis opin. supra relata: quia illa procedit inspecto iure communi: quia ius commune non ita resistit sicut ius constitutionum, capitulorum, & pragmaticarum regni. Nec obstat id, quod dicit And. de Iser. in cap. 1. in verbo, angariæ. in ti. quæ sint reg. vbi dicit, quòd in regno Siciliæ in baroniis, & feudis sunt multa de istis angariis, & perangariis, & tunc non sunt regalia, sed quando sunt in demanio regum, & principum: quia illud intelligitur, postquam per antiquũ vsum, vel per priuilegium istæ angariæ, & perãgariæ sunt in terris baronum, tunc non sunt regalia, & ideo tanquam pars feudi non possunt sine regio assensu alienari, ita dicit Matth. de Affl. in d. constit. quia frequenter. colum. 2.
20 † Et istam opin. quòd in regno talia seruitia personalia nõ præscribantur minori tempore centum annorum, tenuit Matth. de Afflict. in d. constit. quia frequenter. in loco præallegato circa princ. 2. col. & in fin. illius constit. vbi dicit, ꝙ isti angarij, & perangarij sine vetustissima præscriptione, quæ habet vim priuilegij, haberi non possunt, & idem Matth. in constit. omnes officiales, col. 1. in fi. vbi similiter dicit, quòd requiritur tantum tempus, cuius memoria non extet in contrarium, & tenet Pari. in tract. synd. in rubr. de excess. bàro. in princ. col. 2. & Anto. Capi. decisio. 118 colu. fin. allegat inter alia, quia talis exactio seruitiorum habuit
21 initium iniustum, vt ibi per eum. ¶ † In quo autem differat consuetudo a præscriptione, vide quæ dicit Philipp. Franc. in cap. 1. colum. fin. in princ. extra de præscrip. in 6. & quæ dicit Felyn. in cap. si diligenti. colum 6. versic. tertia restrictio. extra de præscrip. latè Ioan. Franc. Balb. in tracta. de præscript. in vltima quæstione primæ partis principalis.
22 vbi ponit sex differentias. ¶ † Sed pone aliquis confitetur in instrumento se ab aliquo fuisse obligatum in perpetuũ ad præstandum certa seruitia personalia domino, seu Baroni, an talis confessio probet, maximè vbi non interuenit regius assensus, vide per Matth. de Afflict. in d. consti. quia frequenter. col. 2 versic. sed pone, & Anto. Capi. in d. deci-
23 sio. 118. colum. fin. vbi quòd non nocet. ¶ † An autem Rex possit alienare vasallos, vt ipsi teneantur præstare certa seruitia domino feudi, vide Matth. de Afflict. in constit. regni
24 ascriptitios, in primo notab. ¶ † Sed in causa, quæ vertitur de angaria, & perangaria dicatur grauis, magna, & ardua causa, vide Matth. de Afflict. in constit. regni prosequentes, in 10. nota. vbi tenet quòd sic propter magnum præiudicium, & Io. Fran. Balb. in tracta. de præscriptio. in secunda
25 parte quartæ partis princip. in 6 quæst. col. 2. ¶ † Quid si in priuilegiis baronum, & instrumentis venditionum castrorum dicitur, cum angariis, & perangariis &c. An virtute dictorum priuilegiorum possint Barones extorquere angarias a vasallis. Pari. in tracta. sindi. in titu. de excessio. baron. in princip. colum. 2. versic. tamen, ꝙ tali casu barones possunt extorquere seruitia soluta mercede sicut ipse Rex posset, vt ibi per eum. Ad hoc vt illa verba aliquid operentur, non tamen propter ista verba posita in priuilegiis possent excedere, & satis grauare subditos: quia talis concessio debet intelligi, vt notatur ciuili modo, & cum humanitate, argumen. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. & ff. de seruit. l. si cui. ff. de ædil. edicto. l. sicut venator. vt ibi latius concludit Par. de quo etiam vide Anto. Capi. decisio 118. in causa magnifici, columna secunda. Sed aduerte, quòd hodie de iure nouissimo per nouellam Prag. Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit, ad nostras etiam aures, vbi disponitur, quòd per talem clausulam positam in priuilegiis. s. cum angariis, perangariis, furnis, tappetis &c. non intelligitur aliquod ius concessum baroni, nec aliquid talis clausula operatur, nisi ea, quæ tempore cõcessionis priuilegiorum, & concessionum competebant, aut iusto titulo, aut legitima præscriptione, seu consuetudine præscripta, vt latius in d. prag. quæ verè fuit sanctio sancta ad tollẽdum occasiones angariarum, & de dicta prag. non habuerunt notitiam prædicti doct. quia eorum temporibus non erat condita. & Thom. Gramm. decisio 67. co
26 lum. 3. in fi. ¶ † Sed quæro, quo remedio succurratur vasallis, qui ab eorum dominis, & baronibus vltra casus debitos in seruitiis grauantur. Dicas, quòd competit officium iudicis: possunt enim superiorem adire, & narrare factũ, & implorare eius officium, vt eorum indemnitati consulatur, vt decætero nihil ab eis exigatur, & talia grauamina tollantur,

lantur,& ab eis releuentur,& prohibeatur exigere in futurum,vt tenet Spec.in tit.de censi.in §.1.col.2.in prin.& versic.porrò.& Bal.in c.fi.de prohib.feu.alie.per Fed.& Spec. in tit.de maio.& obed.& in tit.de offic.iudi & Par.in tract. sind.in rub.de exce.baro.in prin.col.1.& Anto.Capi.d.de-
27 cisi.118.num.7.cum concord. ¶†Quæro,vasalli in quibus casibus teneatur subuenire, & adiutoria præstare dominis const.reg.quam plurimum,dicit,ꝙ in his casibus tenetur, s.pro redimenda persona domini capta ab inimicis in seruitio regis. Item pro faciendo filio milite, pro maritanda filia,vel sorore,pro emenda terra,quando emit pro seruitio regio,vel exercitus regis, vt ibi patet, vbi vide Andr. de Iser.& Matth.de Afflict. & extra illos casus in constit.comprehensos non tenentur, vt ibi,& in c.statuimus, infra nu. 112.& est Prag.Regis Ferdinandi ad perpetuam.§.itē cum regni, & nouella Prag. Cæsa. Maiestatis Caroli Quinti de Austria,quæ incipit mandamus etiam,de quo etiā per Matth.de Afflict.deci.265.Illustrissime domine,col.17.vers.tertiò est obligatus,& ad materiam vide Ant.Capit.deci.184.
28 ¶†Quæro, nunquid vasalli dicantur angarij, & perangarij ex eo:quia sunt soliti dare camerarium,vel ęrarium domino suo quolibet anno,vide Ant.Capit.decisio.168. & 118. & concludit,ꝙ ex hoc solo non dicuntur angarij nec perā
29 garij,ita ꝙ possunt a terra recedere. ¶† Sed quid si dominus habet aliqua seruitia personalia in perpetuum in vasallos iure licito,puta quia habet per priuilegium, vel per ꝑscriptionem,cuius initij memoria non extat in cōtrarium, an iste dominus dicatur habere dominium,vide Matth.de Afflict.in const.quia frequenter,in vlt.colum. vbi tenet ꝙ
30 sic.¶†Sed pone, dominus habet ius exigendi seruitia personalia a vasalis,an possit illos cogere ad præstandum seruitia extra districtum, & iurisdictionem ipsius. Matthæ.de Afflict.in const.quia frequenter.col.4.in fi.cum sequen.tenet ꝙ non per multa ibi per eum allegata. idem tenet in constit.prosequentes,col.2.in fi.& in constit.ascriptitios.in 1.not.& And.de Iser.in tit.quæ sit prima cau.benefi.ami.§. sed nec alia,col.4.in fi. Intellige,nisi ad id teneretur ex priuilegio, vel ex consuetudine legitimè præscripta, vt tenet Matth.in d.constit.ascriptitios. col.2. & faciunt quæ supra dixi. ADDITIO noua. Et vide Matth.de Afflict.in constit.regni pacis cultum,colu.4.in fi. vbi dicit, ꝙ nullus vasallus, qui soluit tributum, potest compelli ad præstandum seruitium personale sine mercede maximè in regno
31 per multa ibi per eum allegata. ¶†Sed quid si vasallus obligatus ad seruitia personalia illa denegat præstare, an dominus de facto possit ipsum carcerare.Matth.in d.consti.quia frequenter.col.fin.dicit,ꝙ si inobedientia est notoria,& dominus habet merum,& mixtum imperium, potest carcerare,aliàs tenetur adire superiorem,vt ibi per eum. Sed aduerte:quia illud dictum non puto indistinctè verum:quia in regia Prag.Regis Ferdinādi,quæ incipit,ad perpetuam, non dicitur hoc, vt dominus posset eum carcerare, & eo magis:quia si tenetur ad pœnam pecuniariam, seruari debet forma.l.a diuo Pio. ff.de re iudic.ita ꝙ vltimo loco deuenitur ad capturam personæ. Pro hoc etiam adduco doctri.Bar.in l.1.in fi.prin.ff.si quis ius dicen. non obtem. vbi dicit,ꝙ si in obedientia esset facta coram ipso iudice,& si bi liqueret: tamen deberet statui terminus ad faciendum suam defensionem super impositione pœnæ, vt ibi latius per eum,de quo latius per Felyn.in cap.1.extra de iudi.vbi Abb.Franc.de Aret. & Felyn. vbi ponit quatuor limitationes,per Alex.in l.si finita.§.Iulianus,col.13. ff.de dam. infect.Paris in tract.find.in verbo præceptum,colu.6.Matth. de Afflict.in constit.regni edictorum,col.10.in 12.quęstio. vbi ponit quinque limitationes ad doctr.Bart. præallegatā. Item esset iudex in causa propria,per ea quæ dicit Barto.& alij in l.qui iurisdictioni. ff.de iurisd.om.iud. cum concor. Sed opi.Matth.posset forte procedere in subsidium,quādo ille vasallus nihil haberet,vnde posset soluere pęnam,& notorium esset nullam competere defensionem, tunc posset forte detineri.¶Quæro,quæ sint grauamina, quæ domini, & barones inferunt subditis,& vasallis,Respondeo ferè infinita sunt,& innumerabilia, attamē aliqua magis notoria
32 referam.¶†Et primò:quia vxores,aut filias vasallorum inuitas carnaliter cognoscunt,quod quidem facere nō licet. Immo tali casu ex quo malè tractat vasallos, posset baro feudo priuari,vt in const.regni,si vasallus,vbi ponūtur casus,in quibus dominus perdit vasallagium,& in ca.1. qua. dom.proprie priue.& ibi And.de Iser.& c.domino cōmittente,& ibi doct.si de feu.fue.contro.glo.& Marti.Laud.in c.1.§.fi.hic finitur lex dein.incip.cōsue.feu.nam licet aliàs si vasallus,qui tenetur ad seruitia personalia,recesserit a terra compellatur redire,vt in const.regni,quisquis: quia vasalli qui sunt obligati dominis ad seruitia personalia, non possunt habitare in aliis terris,vt per And.de Iser.& Matt. de Afflict.ibi,& latè Par.in trac.find.in rub.de excess.baro. §.excedunt,col.3.& Lucas de Pen.in l.quisquis.C.de agri.
33 & censi.libr.11. ¶†Tamen fallit,quando dominus acriter verberaret vasallum,vel vxorem,aut filiam inuitam carnaliter cognosceret,vel si in causa criminali pro eo non fide iubet,perdit vasallagium, & non tenebitur vasallus redire ad baroniam,vt in d.constit.si vasallus, & ibi glo. Andr.de Iser.& Matth.de Afflict.& Par.vbi supra col.3.circa med. & in fi.illius col. Et dicit And.de Iser.in titu.quæ sit prima causa benefi.ami.§.sed nec alia.col.4. in fi. ꝙ vna de causis,ex quibus fuit depositus Federicus Imperator fuit:quia homines regni seruiliter tractabat,vt ibi per eum,& in cap. ad apostolicæ.extra de re iudic.in 6. & vide Matth.de Affl. decisio.295.versic.11.& col.5.vbi ponit.An dominus malè tractans vasallos possit feudo priuari, de quo per Bal.in c. 1.§.penult.de pace ten.vbi dicit, ꝙ superior poterit auferre castrum vasallo, qui malè tractat populos suos, & Alex. in l.diuortio.§.fundum.ff.soluto matrim.& doct.inferius allegati cum concord.in dictis locis. ADDITIO noua. Et faciunt,quæ habentur in text.& gloss.in l.lenones. C.de spe.lib.10.vbi patres, vel domini, qui imponunt necessitatem peccandi in filiabus, vel ancillis priuantur dominio, & potestate:quia expedit reipublicæ,ne re sua malè vtatur vt ibi dicit glo. Et dicit Bar.in l.j.in fi.ff.de iure perso.ꝙ dominus propter nimiam sæueritatem repellitur a dominio serui. Et iudex propter nimiam sæueritatem repellitur ab officio. Et dicit Ang.in l.sancimus.C.de pœn.ꝙ nobiles debent reprimi, vt non sint tam audaces ad maleficia in plebem,& debiles perpetranda. Et dicit Bald.in l.ex hoc iure. in fi.ff.de iustit.& iure,ꝙ sunt nōnulli tyranni, qui pellem populorum excoriant,& vix præcarium dimittunt spiritū, & refert And.Barb.in repet.cap. Raynaldus. car.58. col.1. versic.34.non habet locum,in fi.extra de testa.& Nic.Boe. decis.55.col.5.num.5.& tetigi supra. Et dicit Bald.in cap.j. §.publici latrones,aliàs §.quicunque.de pace ten.ꝙ quando dominus castri malè tractat burgenses illius loci, siue castri,superior potest eum monere,vt eos tractet modo debito,& consueto,& facere sibi comminationem,ꝙ aliàs eū priuabit feudo,& posset sibi feudum auferre,& refert Soc. cons.272.col.6.2.vol.vers.6. & sequitur Iacob.in trac.feu. in verbo dictiq; vasalli promiserunt non commi.fello.col. 10.in fi.ver.duodecima causa,& dicit Guido Papæ in quæstio.parla.Delphi.q.72. si quis baro hominem sibi subditū eum grauet de persona atrociter in carcere,vel aliter superior potest eximere eum totaliter a iurisdictione, & subiectione talis baronis, etiam ex officio iudicis, posito ꝙ talis homo oppressus,& grauatus non conquereretur,& ita dicit seruari de stilo in curia delphinatus, & allegat Io.Fab. vbi sup.& Bar.in l.1.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iu.& Bal. in ti.de pace te.§.publici latrones. Et ad prædicta vide quæ notab.dicit Io.Fab.Inst.de his qui sunt sui,vel alie.iur.§.fi. in fi. vbi dicit. Quòd qñ quis durius grauatur per superiorem suum,ita ꝙ possit ad sæuitiam reputari,ꝙ tali casu potest eximi ab eius iurisdictione,& subiectione per multa iura ibi allegata. Et qñ superior indistinctè grauaret subiectos,potest omnino ei interdici administratio,vt ibi per eū. Immo superior potest hoc ex officio facere, vt ibi.

AD-

ADDITIO noua. Et Thom. Gram. consilio 10. per sindicos vrsi.marsi.nume. 1.cum concord.ibi.& ad prędicta facit,& ponderari potest pragmatica regis Ferdinan. quæ incipit,ad perpetuam rei memoriam,circa finem,vbi contra barones grauantes vasallos comminatur pęna priuationis iurisdictionis,& meri imperii,vt ibi latius. Et ista etiam sunt notanda,ꝙ tunc demum dominus priuatur omnibus vasallis, seu interdicitur administratio vasallorum, quando indistinctè omnes generaliter grauat, secus si aliquos particulares:quia tūc illorum tantum amittet,& probat tex.a contrario sensu in d.consti.si vasallus. circa fi.vbi probat,ꝙ si dominus verberat vasallum,vel cū vxore concubuit,homagium eius amittit,& sic in numero singulari, ergo alios non amittit, & doctores etiam quando dicunt, ꝙ priuatur feudo, loquuntur, quando malè tractat vasallos in plurali.Facit: quia nō debet in plus puniri, quàm deliquerit l.sancimus.C.de pę. ADDITIO noua. Et ad prædicta adducitur bona glo.in c.1.in prin.in titu.de vasa. qui contra consti. Lotha.& glo.in c.1.§. vasallus.in verbo ex certa scientia,si de feu.conten. fue. inter domi. & agna. & glo. in ca. fi.in verbo iussu, de feu.sine culp.non ami. & ista pars est magis æqua,per ea quæ dicit Par.in tra. feu.ca. & iuxta prædicta sequitur.col.1.& 2.ca.26. Et dominus,& vasallus iudicantur ad paria,& dispositum in alio, vt in ca. 1.de for.fide. plenè per Matth. de Afflic. decisio.265.col.1. & sicut si essent plures vasalli,& vnus delinquat, & alii nō delinquant,punitur solùm delinquens: quia pœna suos tenet auctores l. sancimus. C. de pœn. eodem modo dicendum est in domino,qui habet plures vasallos, si in vnum delinquat,non priuatur omnibus. Ad prædicta etiam vide Thom.Gram.decisio.104.Magnificus Galeatius,vbi fuit ille baro durante eius vita priuatus iurisdictione pro eo, ꝙ vasallos malè tractabat, vt ibi latius per eum. Et ibi ēt col. pen.nu.19.& 20.videtur sequi opi.Io.Fab. dum dicit,ꝙ dictum Io.Fab. facit pro illa decisione: eo quia ille baro indifferenter,& indistinctè grauabit vasallos,vt ibi per eū. Et ad prædicta vide Nico.Boer.decisio.55.col.5. & vide Gui. Papę q.62.si quis baro, vbi ꝙ si dominus malè tractat eius subditum,potest eximi a sua iurisdictione, etiam si grauatus non conqueratur,vt ibi.& ad materiam vide Ang. Are. in d.§.pen.in fi.& Alex.consi.75.3.vol.& Iaco. de Are.in l. 1.in prin.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur.& Bal.in l.2.§.dominorum.eo.tit. Et vide etiam D.Aymo consi.6.plura vidēda.col.24.versi.quartum flagitium,cum sequen.vbi multa in ista materia allegat,& ponit duas limitationes. Primò,ꝙ antequam baro possit feudo priuari, quando malè tractat subditos, requiritur trina monitio superioris, vt bene tractet vasallos cum comminatione, ꝙ aliàs feudo priuabitur,allegat tex.in c.1.cum glo.de mili. vasa.qui contu. est, & de pace iura.fir.ca.1.§.fi.Ias.in aucten.qui rem, col.2.ad fin.versi.limita tamen.C.de sacrosan.eccle.Fran.Cur.Iun. consi.137.col.pen.circa medium. Sed ista limitatio procedere posset,quando dominus noluisset fideiubere in criminali pro vasallo. Sed quando concubuisset cum vxore, vel filia inuita, vel eum sine causa acriter verberasset, iuxta d. consti.si vasallus, tunc non puto procedere : quia est illata grauis offensa.Et illud,quod dictum est, ꝙ requiritur monitio,antequam,feudo priuetur,tenet etiam Franc.Are. in d.l.diuortio.§.si fundum.ff.solu.matri.sed Fran.Cur. ibi,& in l.si mora.eo.tit.intelligit esse verum,vbi est culpa in negligendo,non autem vbi est in committendo, allegat Iac. Alu.& alios in d.c.1.§. penul. de pace tenen.& tenet etiam idem Fran.Cur.in addi.ad Alex.in d.§.interdum. & in d.l. si mora.col.4.in addi.magna,cū concor.in d.locis. & Tho. Gram.d.decisio.104.col. pen. Alio & secundo modo limitat D.Aymo in d.consi.vbi supra,vt ita demum feudo priuetur,quando sumus in vero feudo, secus si emisset feudū quia tunc non priuaretur feudo. Sed cogeretur vendere per multa ibi per eum allegata, quę nota:quia sunt nouæ
34 limitationes, & super eis cogita. ¶ † Et ex quibus causis Rex possit reuocare merum, & mixtum imperium, vide Mat.de Affl.in consti.ea quæ ad decus,nu.4.& infra dicam.
35 ¶ † Quid autem si dominus verberat vasallum villanum pugnis, vel eum percutit leui ferita,an amittat vasallagiū vel puniatur,quando cum aliqua causa hoc facit, vide gl. in d.consti.si vasallus,& ibi Matth.de Affli.col.pen.octauò nota.& Par.in tra.sind.in rub.de modo,& for.sindi.§.sindicantur.col.2.& Caro.in Longobar.in ti.de homi.lib.ho.l.si quis longobardus,la 2.vbi vide,& concludunt,ꝙ baro potest cum pugnis verberare villanum,leui ferita cum causa. vt ibi per eos. ADDITIO noua. Et leuiter potest verberare,& hoc procedit in villano,non autem in vasallo nobili,vel artifice, qui nullo modo posset verberari, vt dicit Matth.vbi supra. Et vide etiam, quæ dicit Matth.de Affli.in consti.regni quisquis,col.fi.vbi ponit, quando vasallus recedit, an possit capi, & verberari ibi vide.

ADDITIO noua. Vbi dicit,ꝙ licitum est capere,& plagis mediocribus castigare,& pondera:quia loquitur in ascriptitio. Et aduerte, ꝙ quando baro propter sui culpam perdit ius vasallagii,vasallus non remanet liber,sed efficitur vasallus de demanio regis, vt dicit Matth.in constitu.si vasallus a domino. col.pen. in fi.in vndecimo nota. Et vasallus,qui a domino grauatur indebitis seruitiis,potest implorare iudicis officium, vt prohibeatur dominus in futurum talia seruitia exigere, & perpetuum silentium imponere,vt tenet Spe.in titu.de offi.omn.iudicum. §.iudicis officium.col.4.versus fi.versi.item cum vasallus,& in titu.de feu.§.fi.in fi.& in titu.de censibus,& exactionibus. §. nunc dicendum.col.2.versic.vasallus verò. vbi ponit formam libelli,& Anto.Capi.decis.118.nume.7. Et dicit Luc.de Pen. in l.1.C.in quib.cau. colo.col.fi.lib.11.ꝙ si dominus vasallo suo violentiam inferat, ius suum non perdit, sed resarciendo læsionem pœna alia non tenetur, vt ibi per eum, quod intellige, nisi durius grauetur, ita ꝙ possit ad sęuitiā reputari, vt supra dictum est,& de præallegato dicto Lucę de Penna facit mentionem Matth.de Afflic.in consti.regni auctoritatem.in fi.nihil tamen firmat,solùm refert eum,tu
36 tamen intellige,vt dictum est. ¶ † Et an quando vasallus repetitur a domino, puta; quia accessit ad aliam terram, an possit excipere contra dominum, ꝙ est liberatus a vasallagio propter aliquas ex prędictis causis, & quando talis exceptio possit opponi,vide Matth.de Afflic.in consti.probationum defectum.col.penulti.cum seq. vbi tenet, ꝙ potest
37 taliter excipere ante publicationem. ¶ † Secundò vasalli grauantur a baronibus: quia mittunt vasallos pro eorū,& curię seruitiis expensis vasallorum, & sine competenti salario,quod fieri non debet,ar.l.illicitas.§.illicita.ff. de offi. præsi.& in consti.regni,omnes officiales,vbi ponitur pęna dupli.& in consti.sic nostra,& in isto c.nostro.cum concor. Immo barones possunt mittere vasallos cum competenti salario,quando mittunt eos pro seruitiis publicis curiæ,& ita loquūtur iura prædicta. Secus si baro vellet mittere pro seruitiis eius priuatis, puta quia exercet mercantiam, vel ad culturam terrarum: quia tunc non posset inuitos cogere vasallos,ex quo illa seruitia non spectant ad curiam baronis, vel officialis, sed sunt priuata seruitia, ita tenet Paris in trac.sind.in rub.de excessi.baro.in prin.col.2.ponderando verba d.consti.& verba istius c. dum dicit, pro seruitiis curiæ, ergo a contrario sensu pro seruitiis priuatis non tenentur. Sed contra hoc videtur refragari illud,quod dicit Luc.de Pen.in l.generali,colum.4.in princ.C. de decurio. lib.10.& in l.2.colum.fi.C.de censib.lib.11.vbi dicit,quòd barones possunt cogere vasallos suos rusticos & agricolas ad colendum terras dominorum,ut ibi latius per eum,allegat l.plenum.§.fi. ff. de vsu & habi. & l. idemque erit. §. quoniam.ff.de vsufru. Sed mihi hoc dictum nō videtur verum: quia iura per eum allegata loquuntur in seruo, nos autem loquimur in libero homine,& si istud dictum esset verum,agricola non haberet liberè liberum arbitriū, sed haberet illud coarctatum,quod esse non debet,vt tenet Saly.in l.dudū.col.1.C.de contrah.emp.& esset species angariæ,quæ in regno induci non potest sine regio assensu, nisi esset

esset præscriptio centum annorum, vt superius dixi, & contra Lucam est nouella prag. Cæs. Maiestatis Caroli Quinti quæ incipit, audiuimus etiam, & illud dictum Luc. de Pen. potest procedere, quando aliqua lege, vel pacto valido ad id astrictus esset, alias secus. dicit tñ And. de Iser. in tit. quę

38 sint reg. in verbo angariæ, & in verbo, & plaustorum, † ꝙ princeps recipit plaustra, & currus ab inuitis soluta mercede, alii verò officiales recipiunt tantum a volentibus cum mercede, alias si ab inuitis exigerent, puniretur de iure cõmuni pœna viginti librarum auri. l. iudices. in fi. C. de cursu pub. lib. 12. nisi aliud haberet consuetudo, ꝙ intellige de consuetudine præscripta, cuius initii non extaret memoria in contrarium, vt tenet Par. vbi supra, & supradictũ est, & ad prædicta vide hodie priuilegium concessum per Cæs. Maiestatem Neapo. nu. 18. item se supplica.

ADDITIO noua. Et vidi iudicatum per Magnificos Ioannem Martialem regium cõsiliarium, qui fuit magnus vir, & bonæ conscientiæ, & per Antonium Baldasinum prę sidentem regiæ cameræ, & fuit latum decretum 6. Martii 1535. & fuit determinatum, ꝙ si vasalli, qui vadunt pro seruitiis curiæ, & itinerando deberent soluere scafam, seu aliud vectigal, ꝙ istud soluatur per baronem. Et vasalli cũ adimpleuerit seruitium pro reditu redeant liberari, & si aliquid portauerint, vel pro seruitio domini aliquid onerauerint in eorum animalibus. debeant habere salarium prout eis soluitur in accessu ita & pro reditu: fuit etiam per Regiam Cameram summariæ decretum die quarto Aprilis 1517. In causa inter vniuersitatem Pignani ex vna, & Magnificum Andreã de Ebolo ex altera, ꝙ salarium in regia pragmatica contentum intelligatur tam pro accessu, quã pro reditu. Et vidi etiam decretum in causa vniuersitatis terræ Contursii cum Illustrissima Iacoba Vrsina Ducissa Martinæ, ꝙ mittatur pro seruitiis psonę, quę sunt solitæ cũ suis animalib. seruire sibi ipsis, & aliis, vt in prag. regis Ferdinandi, ad perpetuam rei memoriam. Et quando vasalli tenentur præstare seruitia, intelligitur, dũmodo a propriis laboribus non extrahantur. Thom. Gram. decisio. 167. col.

39 2. ¶ † Tertiò vasalli grauantur: quia barones, & alii officiales regii, siue baronis capiunt eorum animalia, & vehiculos mercede nõ soluta, quod fieri non licet, nisi soluto precio, vt in consti. regni. sic nostra, vbi ponitur salarium, & probatur in isto c. nostro, vbi expresse est prohibitum officialibus, & eorum familiaribus transmittere aliquem pro seruitio curiæ cum expensis vasalli, nec animalia capi possunt, nec mitti de vno loco ad alium pro seruitiis curiæ sine salario competenti, vt in isto c. dicitur, & in c. ꝙ nullus, infra nu. 179. in rub. ꝙ nullus pro seruitiis nostris aliquem mittat proprio sumptu. ADDITIO noua. Et Matth. de Affli. in consti. regni, omnes officiales, col. 2. in quarto nota. vbi dicit, quòd officiales regii, vel baronis non debent capere boues, vel equos subditorum pro seruitiis regis, vel baronis, nisi in subsidium. s. quando ipsi officiales non habent animalia, & tunc cum mercede, quæ est taxata ibidẽ, vt refert ibi Matth. col. 1. in fin. & ibi ponit de verbo ad verbum c. regni, de taxatione mercedis, vide ibi. Et est alia nouella pragmatica regis Philippi de Austria, quæ incipit, pateat vniuersis, in qua inter alia disponitur, vt officiales, & commissarii euntes pro regio seruitio, quacunque potestate, & auctoritate polleant, non possint accipere stantiam, lectos, nec paleam, nec aliud quicquam etiam minimum, & pœnam imponit contrafacientibus. Et in eadẽ etiam pragmatica in fine prohibet: vt nullus ex regiis stipẽdiariis siue grauis, vel leuis armaturæ: siue pedestris militiæ sit, tam si fuerit simplex miles, qnam si fuerit dux, capitaneus, uel alterius officii maioris non habeat ab uniuersitatibus, siue particularibus regni, mulos, equos, currus, aliaue iumenta pro suis rebus asportandis, quæ uulgò bagalia dicuntur accipere, uel uim inferre præsumat, & pœna imponitur contrafacienti, ut ibi latius. Immo si illud animal captum mori contigerit, debet per ipsam curiam solui pretium, secundũ ꝙ per probos uiros fuerit æstimatum, ut in d. consti. sic nostra. & tenet Matth. de Affl. in cõsti. omnes officiales col. 2. in 5. not. & Par. in tra. sin. in rub. de exces. baro. i prin. col. 1. & hoc hodie est clarius decisum in priuilegiis con-

40 cessis per Cęs. Maiestatem. Neapo. c. 18. ¶ † Quod autem salarium dicatur esse competens, tex. in d. consti. sic nostra dicit, ꝙ pro animali cum homine pro quolibet die debet solui tarenum unum, & sine homine grana decem. Sed per prag. regis Ferdinandi, quæ incipit, ad perpetuam, hoc est immutatum: quia qnando mittitur homo sine animali, pro quolibet militari itineris per eum faciendo, debet habere denarios quatuor, & quando est homo cum animali, debet habere granum unum pro quolibet miliari, & grana quinque si cum curru, & bobus propriis mittitur, in cęteris uerò seruitiis, id quòd in loco ubi seruitium fuerit iniunctũ solui debet de pecunia regia, quãdo pro regio seruitio mittitur, & si pro seruitio baronis, de pecunia baronis solui debet, ut latius in d. prag. ADDITIO noua. Et dicit Par. in tra. sind. in uerbo officialis. §. fi. col. fi. uersi. officiales, qui pretextu. ꝙ officiales prohibentur aliquod obsequium rusticano imponere, aut accipere sibi seruum, bouẽ, uel aliquod animal, & punitur exilio, & bonorũ publicatione. Et eadem pœna punitur rusticanus, qui oneri præfato se spõte subiecerit l. fi. C. ne rusti. ad aliquod offi. euo. li. 11. Et propterea dicit Paris ubi supra, ꝙ iustitiarii capientes animalia rusticorum eius puniũtur ut supra, facit in auth. de colla. §. ad hæc, & d. regia prag. Regis Philippi, ut dictum est.

41 ¶ † Quid autem si officialis regis, uel baronis habet boues, uel equos suos, an debeat capere animalia subditorũ pro seruitio regis. Dic ꝙ non, nisi in subsidium, quando ipsi nõ haberent animalia, & tunc capere posset soluta mercede, ut tenet Matth. de Affli. in consti. omnes officiales, col. fin.

42 ¶ † Quartò barones, & alii officiales grauant subditos capiendo pro seruitiis curiæ animalia priuatorum deputata ad centimulum, quod fieri non debet, vt in ca. regni, item iustitiarii, infra nu. 53. & in c. Papæ Honorii, quod incipit, animalia deputata molendinis, & Matth. de Affli. in consti.

43 omnes officiales, col. j. ¶ † Quintò grauant, uasallos, & subditos: quia cogunt illos ad uendendum eorum animalia, & non soluunt iustum pretium, quod est a iure reprobatũ: quia nec emere, nec uendere inuitus cogitur l. nec emere. C. de iure delib. & hodie in regno est inductum, ꝙ non cogatur uendere nisi iusto precio ęstimando per quatuor probos uiros, ut in d. const. omnes officiales, & ibi Matt. de

44 Affli. & in d. constitutio. sic nostra. in fi. ¶ † Quæ autem pęna imponatur officiali angarianti fidelem regis pro seruitio personali cum animali, uel sine animali, uide Matth. in d. consti. omnes officiales, col. fi. ADDITIO noua. Vbi dicit, ꝙ tenetur soluere mercedem uasalli, & tantundem pro pœna regiæ curiæ, & est leuis pęna secundùm eum, & per pragmaticam Regis Ferdinandi ad perpetuam, imponitur pœna arbitraria, in pragmaticis uerò Cęsareæ Maiestatis Caroli Quinti de Austria in fine imponitur pęna unciarum mille, & pęna arbitraria etiã imponitur per pragmaticam Regis Philippi, pateat, & in aliquibus casibus ibi imponitur pœna exilii, & in aliquibus damnatio ad triremes.

45 ¶ † Sextò grauantur uniuersitates, & particulares: quia compelluntur ad custodiam captiuorum, quod fieri non debet: nam licet aliàs ex causa possint carcerati aliis tradi ad custodiendum, ut per Par. in tra. sind. in uerbo captura. §. officiales: tamen debent deputari custodes per ipsam curiam expensis ipsius curiæ, ut infra in c. regni, prouisum, nu. 58. & in c. Papæ Honorii, quod incipit, ad captiuorum custodiam, & And. de Iser. in proę. feu. col. 4. circa mediũ. Et si carceratus non est pauper, debet custodiri expensis carcerati: ut in consti. regni humanitate nobis. §. fi. nec uniuersitates, & singulares personæ ad id compelli possunt: ut tenet Matth. de Affli. in consti. castellani, col. j. in fi. & Luc. de Pen. in l. cum sepe. col. 3. C. de errog. mili. anno lib. 12.

46 ¶ † Septimò grauantur per officiales maximè regios & barones ad portandum carceratos ad regiam curiam, quod nullatenus de iure conceditur: quia nec uniuersitates locorum,

rum,nec particulares ad id compelli possunt, sed custodes
47 ipsos portare debent,vt in d.c.prouisum,versus si.¶† Octa
uò grauantur vasalli: quia barones,qui habent solùm ciui
lem iurisdictionem in eorũ terris,faciunt banna, & impo-
nunt pœnam vltra augustalem, quod facere non possunt,
vt in c.item ad inquisitionem,infra nume. 89. de quo vide
Matth.de Affli.in constit. iurisgentium in vndecimo nota-
bili,nu.31.& in consti.iustitiariis,col. pen. in 22.nota.nec
pro contumacia possunt punire vltra augustalem, vt per
Matth.in d.constitutio. iurisgentium, in loco præallegato.
48 ¶† Monò grauantur vasalli:quia barones faciunt statuta il
licita,& inhonesta contra ius, & contra constitutiones re-
gni,quæ non valent,nec fieri possunt,vt tenet Matth.de Af
fli.in prælud.consti.in 6.q.contra quos scribitur Isa.ca.10.
49 vhe qui condunt leges iniquas. ¶† Decimò grauantur va
salli per barones,qui nõ habent merum, nec mixtũ impe-
rium,sed solũ simplicẽ iurisdictionem in terra sua, & ca-
piunt vasallos,de persona,& carcerant, & subiiciunt quæ-
stionibus & tormentis,quod facere nõ possunt,vt per Mat
the.de Affli.in consti.iustitiariis,22.no.modica tamen coer
ctio non est deneganda l.cui iurisdictio, & ibi docto. ff.de
50 iur.om.iudi. ¶† Vndecimò grauantur vasalli: quia baro-
nes habentes merum,& mixtum imperium affligunt illici
tè vasallos,quod non licet.Immo tali casu licitè possunt a
superiore priuati mero & mixto imperio, vt per Matth.de
Affli.in consti.ea quæ ad decus.in primo nota. in fin.& su-
pra tetigi, & facit, & aliqualiter innuit nouella pragma.
Cæs.Maiestatis Caroli Quinti de Austria,quę incipit,man
damus etiã,& vide quę dicit Matth.de Afflic.in constit.rei
vendicatione. ADDITIO noua.Et dicit Matth de Af-
fli.in consti.regni,priuilegia.in j.nota.ꝙ barones habentes
merũ & mixtũ imperium a rege non debent illo malè vti:
quia posset Rex reuocare,& tollere,illud priuilegium cau
51 sa cognita, vt ibi per eum. ¶† Duodecimò barones gra-
uant vasallos, dum trahunt vasallos in remotis partibus
pro seruitiis ipsorum baronũ, quod non licet,vt per Matth.
de Affli.in consti.iustitiarii non per calendas,in tertio nota
bili. Et similiter grauantur ab officialibus maximè regis,
quando faciunt mandatũ,vt curiam sequantur, quod simi
liter non licet vt dixi supra c.item quod prædicti, nu. 16.
vbi vide. ADDITIO noua. Ad prædicta etiam vide,
quæ dicit Matth.de Affli.in consti.magistri camerarii, col.
4.in decimo nota. vbi dicit, ꝙ si baro habet plures terras,
non debet permittere, ꝙ vnus officialis dictarũ terrarum
faciat citationes, & acta iudiciaria hominum alterius loci
in alio loco,vt euitet dispendia illius,qui non est de illo lo
co, & hodie hoc est statutum per regiã pragmaticam Re-
gis Ferdinandi,de primis causis,quæ incipit, Ferdinandus
&c. querula positione. vbi statuitur, ꝙ pro primis causis
subditi non debent extrahi extra districtum proprii incola
tus,& pro secundis causis non debent extrahi extra prouin
ciam: ad hoc vt subditi laboribus,incommodis, & sumpti
bus non onerentur. Quid autem sit de iure cõmuni in præ
sidie duarum prouinciarum,vel in potestate duorum terri
toriorum, an existẽs in vno possit ius dicere quò ad aliud.
Vide Ang. Alex.& Ias.in l.fi.col.pen.versi. tertiò fallit.ff.de
iur.om.iu.Bar.& Ang.in l.1.C.de metrop.beri.lib.10.Imo.
in c.nouit.de offi.leg.& cõmuniter concludunt ꝙ sic.Et vi
de Luc.de Pen.in d.l.1.col.pen.C.de metrop.beri.li. 10.vbi
ponit quæstionem, si duo episcopatus sunt iuncti, & vniti,
an subditi vnius episcopatus possint in alio reuocari, &
concludit primò esse inspiciendũ priuilegiũ,quomodo di
ctat, & cessante priuilegio si sunt duo episcopatus & duo
capitula,& duæ ecclesiæ catedrales, & duæ diœceses,tunc
illi de vno Episcopatu nõ possunt vocari in alio:sed si est fa
cta vnio,ita ꝙ est vna Ecclesia,& Canonici vnius sunt Ca-
nonici alterius,& non est in eis separatio,tunc possunt vo-
52 cari,vt ibi per eum.¶† Tertiodecimò grauantur vasalli per
barones,qñ faciunt mandatũ,& interdicunt,vt vasalli non
vendant victualia,& vina eorum,& alia,nisi prius baro vẽ
diderit sua:quia hoc fieri nõ licet,vt est regia pragma. Re-
gis Ferdinandi,quæ incipit ad perpetuã.§.item statuimus,
ꝙ omnibus,& alia nouella pragma.Cæs.Maiestatis Caroli
Quinti de Austria, quæ incipit, quin ẽt, & tenet Matth.de
Affli.in consti. magistris procuratoribus, in 2. nota. & est
bonus tex.in l.dudũ,& ibi doct.C.de cõtrah. empt.qa emẽ
53 di & vendẽdi libera debet esse facultas, vt ibi.¶† Quarto-
decimò grauãtur vasalli: qa barones & eorũ officiales fa-
ciunt mãdatum,& interdicunt, ne vasalli coquant panẽ in
aliis furnis quã in furnis dominorũ,& ꝙ non vadãt ad mo
lendũ,& macinandũ nisi in molendinis domini, & ꝙ non
terãt & macinent oliuas nisi in tappetis dominorum, & ꝙ
non accedãt ad alia pascua nisi ad pascua dñorum,nec ma
cellent carnes nisi in macellis dñorum, nec hospites reci-
piãt in eorũ hospiciis, nisi prius sint recepti hospitantes in
hospiciis & tabernis dñorũ,nã omnia, & similia sunt fieri
prohibita,vt in d.prag.Regis Ferdinãdi,& d.nouella prag.
Cæs.Maiestatis Caroli Quinti de Austria,quæ incipit,audi
uimus, & Par.in tra.find.in rub.de excessi.baro.§.excedũt
in prin.& Matth.de Affli.in consti.magistris procuratorib.
ADDITIO noua. Et Par in trac.de reinteg.feu.c.miles
habens,nu.9.car.11.vbi tenet,ꝙ dñi terrarũ nõ possunt sta-
tuere,vel mãdare subditis eorũ, ꝙ nõ accedant nisi ad sua
molendina quia subditi in iurisdictionalibus tenentur obe
dire dominis eorũ,& in mãdatis discretis: vt ibi latius per
eum.vbi ẽt ponit,ꝙ baro nõ potest prohibere, ne quis fa-
ciat tabernas, vel beccariã, vel interdicat artes subditorũ,
vel expellere mercatores,& forenses a terris suis, vt ibi la
tè per eũ.Et dicit Soc in consi.272. nõ prosequendo 2.vol.
maximè. col. 5. ꝙ barones, Marchiones nõ possunt facere
mandatũ,vt vasalli nõ vadant ad alia molendina quã dño-
rum: qa pp hoc arbitriũ eorũ esset coactũ & nõ liberũ. Et
dicit Io.Fab.in §.ęqũe.col.6.in quęstione,sed quis erit mo
dus Insti.de actio. ꝙ quilibet põt facere furnum in domo
ꝓpria ad coquendũ panẽ non obstãte ꝙ baro, vel nobilis
ibi prius habebat furnũ,& tenet Guid.Papę in quęst. parl.
Delp. q. 298.vnũ vbi plus dicit,ꝙ si in vna villa fuisset, fur
nus,nõ põt quis prohiberi,quo minus vadat alibi, vel quo
minus possit ibi ædificare furnũ, nisi fuisset præscriptũ, &
currit præscriptio a tẽpore, quo fuerit prohibitus ædifica-
re, uel nisi haberet priuilegiũ a principe,vt ibi latè per eũ.
ubi ẽt ponit.ꝙ priuatus põt præscribere cõtra baronẽ habẽ
tẽ priuilegiũ,ut possit habere furnũ.ut ibi per eũ. Quæ li-
mita,nisi ex priuilegio,vel legitima præscriptione,uel con
suetudine hoc cõpeteret baronibus, ut in d. nouella prag.
dicitur.& Par.& Guid.Papę ubi supra c.1.& Matth.ubi su-
pra ubi ẽt ponit,qualiter ista probari debeãt,& uide Iaco-
bi.in tra.feu.in uerbo,& cũ molendinis,& Pet.Phi.Cor.cõ
sil.296.col.pen.4 uol.& Abb.in ca. ex parte.col.2.extra de
concessi.præb. Aliã ẽt limitationẽ ponit Paris ubi supra. s.
nisi essent molendina fiscalia, uel publica, & hoc publica
necessitas exigeret:quia stante tali publica necessitate fieri
54 posset secundũ eum. ¶† Quintodecimò grauantur subdi-
ti,& uniuersitates maximè a regiis officialibus: quia cogũ-
tur portare pecuniã fiscalẽ ad Regiũ ærariũ expensis & pe
riculo uniuersitatis,uel particulariũ,quod est prohibitum
de iure capitulorũ regni: quia portari debet per uiros ido-
neos & sufficientes expensis curiæ,ut in c.item statuimus.
infra nu.124.in rub.ꝙ uniuersi.terra.&c. de quo etiam per
Matth.de Affli.in consti.omnes officiales.in prin.Quid au
tem sit de iure cõi,uide Lucam de Pen.in l.1.col.1. uersic.
55 an subditi.C.ne rusti.ad ullum offi.deuo.lib.11.¶† Sexto-
decimò barones grauãt subditos, dum ipsos cõtra iustitiã
aggrauãt,quod fieri nequaquã permittitur,ut in const.præ
senti,& ibi doct.& Par.in tra.find.§.excedunt,col.3.Immo
grauamina inferre uasallis & subditis est prohibitum de
iure cõi:prout declarat Matth.de Affl.in const.quia frequẽ
ter,& etiã de iure constitutionũ,ut in d.const.quia frequen
ter,& in const.sic nostra, & de iure istorum capitulorũ re-
gni,ut in isto c.nostro,& in c.terrerii, infra nu.87.Et de iu
re pragmaticarum,ut in d.prag.Regis Ferdinandi, quæ in-
cipit, ad perpetuam,& etiã per nouella prag. Cæs.Maiesta
tis

tis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit audiuimus, cum
56 pluribus sequentibus. ¶ † Decimoseptimò barones grauāt
vasallos, dum negligunt eis facere iustitiam, quo casu pōt
fieri comminatio per regiam curiam, vt infra duos men-
ses causam expediant, & iustitiam faciant, aliàs causa ad-
uocabitur ad ipsam regiam curiam, & solet poni, prout
præsenti decreto aduocatur, & ꝙ talis cōminatio fieri pos-
sit, probatur in consti. iustitiarii nomen, & ibi doct. & in cō
sti. officiorum, & Par. in trac. findi. in rub. de excessi. baro. §.
excedunt, col. 3. & vide Abb. in c. cæterum. col. 2. in nota. ex
tra de iudi. & in consti. regni statuimus, & in consti. causas
alias, vbi Matth. de Affli. col. 2. 4. nota. & idem Matth. in d.
constit. iustitiarii nomen, nu. 34. & 36. Par. in tra. findi. in ti-
tu. de modo & for. findi. §. qualiter, & in verbo negligentia,
57 in prin. vbi latè, & Tho. Gram. in voto 28. ¶ † Decimoocta-
uò grauant subditos: quia barones habentes appetitum ca-
ninum subditos spoliant, vt dicit Bald. in l. solent. §. nunc ve
rò. ff. de offi. procons. & Par. in trac. findi. in rub. de exce. ba-
ro. §. excedunt, col. 3. & tamen hoc non licet. Immo etiam
si assererent illa bona ad curiā spectare, & esse de demanio
minimè spoliare licet, vt est regia prag. Regis Ferdinandi
ad perpetuam. §. item cum sepius, & supra in c. subditorū.
nu. 6. in rub. de violentiis. ADDITIO noua. Et dicit
And. de Iser. in consti. dignum, & ibi Matth. col. 1. in fin. ꝙ
ideo Reges in regnis suis habent bona de demanio, vt de il-
lis possint viuere, vt reges, & non vt grauent subditos in
imponendis eis sarcinas, & onera, & nouas gabellas, vt ibi
58 per eos. ¶ † Decimononò barones grauant subditos, tenen
do eos sub iugo perpetuæ seruitutis, nequiter, crudeliter,
tyrannicè eos tractando, quod non licet, vt per Par. in d. tra.
findi. in rub. de excessi. baro. §. excedūt, col. 3. quibus casib.
vasalli possunt tales dn̄os relinquere, & ad alias terras acce
dere ad habitandum, vt ibi per eum, & supra latius dixi.
59 ¶ † Vigesimò barones & officiales grauant subditos facien
do portare litteras de terra in terram, vel exercere facien-
do officiū camerlingatus, vel deferre cippum in die Capi-
tis Anni, quod fieri non est licitū, nisi esset vasallus anga-
rius, vt per Pari. in tra. findi. in rub. de excessi. baro. §. exce-
dūt, col. 5. de quo per Anto. Capi. decisio. 118. in causa ma
60 gnifici, col. 3. ¶ † Vigesimoprimò barones, & officiales gra-
uant vasallos, prohibendo eos, ne pro querelis delictorū,
& grauaminum vadant ad regiam curiam, cum hoc non
liceat. Immo talia facientes puniūtur, vt tenet Luc. de Pen.
in l. 1. in fi. vt nemi. ad suū & c. de quo uide Par. in trac. find.
in rub. de excessi. baro. §. an baro. & per Maria. Soci. in c. ex
transmissa, col. 7. extra de foro cōpet. & idem Pari. in d. tra.
in verbo negligentia. §. fi. in fi. & Ant. Capi. decisio. 130. nu.
10. & vide quæ dixi in extrauag. Clem. contra clericos non
inceden. in habi. & tonsu. in rub. de vita & hone. cleri. in
glo. in verbo priuilegio, nu. 18. & Matth. de Afflic. decisio.
265. & in dictis locis habes, an & qn̄ liceat facere talē pro-
61 hibitionem, facit consti. cum iustitiæ. ¶ † Vigesimosecundò
barones grauant subditos: qa faciunt banna, & prohibitio-
nes, vt non liceat vasallis alienare bona eorum burgensati
ca, nisi inter vasallos eiusdem dn̄i, quod fieri nō debet: qr
liberū debet esse arbitriū vendēdi, cui voluerint l. dudum.
C. de contrah. emp. & ibi doct. latè Matth. de Affli. in cōstit.
62 si qn̄ contingit, col. 2. cum concord. ibi. ¶ † Vigesimotertiò
barones grauant subditos faciendo nouas defensas, quod
facere non possunt, sine cōsensu vasallorum, & aliorū, quo-
rum interest, & sine regio assensu, vt in c. item boues sine
campanis, infra num. 85. & est regia prag. Regis Ferdinan
di, quæ incipit, ad perpetuam. §. & cum, & nouella prag.
Cæs. Maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit, audi
uimus insuper, & Matth. de Affl. in consti. auctoritatem. la
2. 4. nota. & in consti. cum per partes Apuliæ col. 5. nu. 6. &
63 Anto. Capi. decisio. 152. cum concor. ¶ † Vigesimoquartò
grauantur subditi, quia barones seu officiales imponunt
rusticis obsequia, aut ab eis accipiunt seruum, vel bouem,
vel aliud animal, quòd fieri prohibetur, quia obsequium
rusticano imponere non debent, nec seruum, bouem, vel
aliud animal capere, & contrafaciens punitur exilio, & bo
norum publicatione, vt tenet Par. in tra. find. in verbo offi-
cialis. §. officialis, col. fi. versi. officiales qui, & supra dixi.
64 ¶ † Immo iustitiarii capientes animalia rusticorum eius
officii ratione, præterquam in casibus permissis, puniun-
65 tur vt per Par. vbi supra. ¶ † Quid autē sit in re publica, quę
indiget animali, an possit illud capere soluto precio, seu
mercede, vide Pari. vbi supra. vbi concludit, ꝙ sic, & tenet
idem Paris in d. tra. findi. in verbo captura. §. an officialis,
col. 1. vbi dicit, ꝙ ciuitas potest capere animalia ad feren-
dum salmas causa mittendi frumentū in exercitu, vel cau-
sa faciendi venire frumentū de aluso, vt ibi per eum, cum
ibi allegatis, & res priuatorum potest auferri pro utilitate
66 publica, vt per Alex. in l. 1. colum. 15. ff. solu. matri. ¶ † Illud
quod proximè dictum est, ꝙ officialis non potest capere
animalia, fallit in officiali, qui potest capere rem vel ani-
mal alicuius pro iustitia facienda, vel exequenda, vt tenet
Par. in d. verbo captura. §. an officialis, colum. 1. vbi ex hoc
infert. Quòd iudex quando mittit aliquem ad furcas, po-
test capi facere asinum, super quo portetur, soluto tamen
damno seu precio, ut ibi per eum, & tenet Matth. in consti.
omnes officiales, col. fi. in prin. Guil. de Cu. & Alb. in l. fi. §.
Titius. ff. de pig. actio. debet tamen soluere locrium, vt ibi
per eos, & Alex. in l. 1. col. 13. ff. sol. matri. & in l. 2. in fi. prin.
eo. titu. vbi dicit, ꝙ quis potest cogi ad vendendum tantum
terreni, ꝙ erigantur furcę, vt exequatur iustitia, vt ibi la-
67 tius. ¶ † Vigesimoquintò grauantur subditi & vniuersita-
tes, quia coguntur gratis hospitari alguzerios, & alios mā-
dato superiorum, quod de iure fieri nō debet, vt tenet Bal.
in l. obseruare. in principi. ff. de offic. procon. vbi dicit, quòd
quando vadunt isti Barilelli vt sunt in partibus nostris Al-
guzerii, & fratres iurati, qui vadunt per prouinciam cau-
sa ipsam purgandi malis hominibus, licet ipsi magis coin-
quinant, nō debent compellere subditos ꝙ hospitetur eos
gratis, sed mercede congrua recepta. Et si sunt hospicia pu
blica, vt tabernæ non debent accedere ad priuata, possunt
tamen modica ensenia recipere, si gratiosè a subditis offe-
runtur, & non alias, vt ibi plenè per Bald. licet hodie malè
seruetur: quia superiores faciunt mandata & commissio-
nes, vt eis gratis prouideatur, & multa grauamina ex hoc
inferuntur. ADDITIO noua. Sed hodie per nouellā
prag. Regis Philippi de Austria, quę incipit pateat, omnia
prohibentur, & non debent habere nec stantiā, nec lectos,
nec paleam & pœna imponitur contrafacienti, vt ibi, & est
optima prouisio: quia iudices & milites si proficiscuntur
de vna prouincia ad aliam, non debent gratis viuere sed
68 de eorum salario. §. illud, in auth. de mand. prin. ¶ † Prædi-
cta tamen fallunt in principe, cui soli licet gratis hospicia
extorquere, non tamen recipere debet nisi tertiam partem
domus, vt tenent Guil. & Bald. in d. l. obseruare, in prin. alle
gant tex. in l. 2. C. de meta. lib. 12. & Par. in trac. findi. in ver-
bo expensæ, in fine principii. Immo etiam si aliqua ciuitas
haberet priuilegium, vt non teneatur hospitari: tn̄ non ha
bet locū illud priuilegium, qn̄ adesset præsentia Principis,
seu Imperatoris: qa tali casu qn̄ princeps præsentialiter ve
niret ad visitandum illā ciuitatem, ratione suæ præsentiæ
deberetur hospicium, nisi talis casus esset specifice cōpre-
hensus in priuilegio, per ea quę in simili dicit Pet. Belluga.
in speculo principum, in titu. de donatiuo curię, versi. sunt
& alia, colum. 2. versi. item excusantur, car. 217. per iura ibi
allegata. ADDITIO noua. Et dicit And. de Isern. in
consti. quam plurimum, colum. fi. ꝙ quando Rex hospita-
tur in terris comitum & baronum, recipit corredum a do-
minis: quia faciunt Regi expensas: quia competunt ratio-
ne maioris dominii, & ad materiam vide infra ca. sequen.
69 ¶ † Item prædicta etiam limitantur non procedere, quan-
do potestas non reperiret vtensilia pro suo victu, quia po-
test cogere subditos ad vendendum soluto precio, vt te-
net Lucas de Penna in l. 2. C. de lucris aduo. lib. 12. & Par.
in tracta. findi. in verbo captura. §. an officialis, col. 1. in fin.
cum allegatis in dictis locis. ADDITIO noua. Pro
hoc

hoc facit: quia res necessarias ad victum inuitus quis cogitur vendere, per ea, quæ dicunt Bar. Bal. & Saly. in l. 1. C. de episc. aud. & Philip. Dec. in l. rogasti, in princ. ff. si cert. peta. cum concord. sed hodie per priuilegia concessa per Cæsa. Maiesta. Neapolitanis hoc fieri non potest: quia non potest cogere ad vendendum, vt in capitu. 18. incipien. Item se supplica, licet in officialibus regiis loqui videatur. Et alios casus, in quibus cogitur vendere, vide per Ias. in l. nec emere. C. de iure delib. Similiter etiam coloni, & alii habentes res venales, potius vendere debent domino fructus, quàm aliis, iusto tamen precio, vt tenet Bar. in l. 1. per illum text. C. de metalla. lib. 11. & Ludo. Roma. in l. 1. ff. solu. matri. & Lucas de Pen. in d. l. 1. C. de metalla. vbi dicit, quòd illa lex facit pro dominis terrarum: quia coloni, qui habent fructus venales, potius debent vendere dominis, licet in contrarium faciat l. dudum. C. de contrahen. emp. vt dicit glo. fi. in d. l. j. C. de metalla. non tamen in prædicto casu imponitur pœna, quod tamen hodie est decisum per nouellam Pragm. quia ipsi domini præferuntur aliis pro eodem precio, vt infra eodem num. 83. ADDITIO noua. Et ad materiam vide Bal. in l. solent. §. non verò. ff. de offi. procu. vbi ponit, an liceat rectori emere victualia & equos a subditis, & concludit, quod sic, cum spectent ad alimenta, vt ibi
70 per eum. ¶ † Vigesimosextò barones grauant vasallos, eos cogendo ad emendum vel conducendum gabellas, baiulationes, furnos, dohanas, tabernas, defensas, molēdina, trappetos, passus, terragia, & alios redditus dominorum pro immenso precio, prout ipsis baronibus visum fuerit, quod fieri prohibetur: quia non debent cogi ad emendum sed solùm volentibus tantum vēdere inuitus cogitur: l. nec emere. C. de iure delib. & barones vēdunt pluribus vt habilius possint precium cōsequi, & hoc est prohibitum hodie per consti. regni camerarii, & per c. terrerii, infra num. 87. & supra c. subditorum. nume. 8. & est nouella prag. Cæsa. Maiestatis Caroli Quinti, quæ incipit, graues insuper, & Par. in trac. sindi. in rub. de excess. baro. §. excedunt, in prin. & vide infra eo. in isto c. nume. 87. Et ad prædicta vide Par. in trac. de reinteg. feu. c. miles habens. in rub. quod nemo possit facere tabernam &c. colum 2. vbi ponit, quod domini terrarū non possunt statuere, vel mandare subditis, quod non accedāt nisi ad sua molendina, & multa alia vide ibi, vbi etiam ponit, an possit baro prohibere, ne alius faciat tabernam,
71 vel beccariā &c. ¶ † Vigesimoseptimò barones grauant vasallos, dum prohibent cum eorum animalibus vti pascuis, vel nemoribus, & pascendis spicis, vtendis aquis, & aliis, quæ fieri non debent, vt in prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit, ad perpetuam rei memoriam. §. itē statuimus, quòd hominibus. ADDITIO noua. Ad prædicta faciunt: quia pascua publica dicuntur esse vniuersitatis, & non particularium. §. vniuersitatis. Insti. de re. diui. in quibus pascuis, & aliis bonis publicis baro, seu dominus illius castri non potest prætendere dominum, neque proprietatem ad se insolidum pertinere. Pau. de Cast. consilio 376. licet iudex. colum. 2. 1. vol. & consi. 56. videtur dicen-
72 dum. col. 2. secundo uol. & D. Aymo consi. 154. viso processu. colum. 1. primo volu. cum concord. ibi. ¶ † Vigesimooctauò barones grauant vniuersitates & subditos, quia in nemoribus, seu pascuis, & demanio in quo animalia ciuium pascua sumunt, tenent immoderatam quantitatem animalium, seu immoderata animalia exterorum affidant taliter quod pascua non sufficiunt pro animalibus vasallorū & ciuium, quod quidem fieri non debet: quia barones talibus moderatè vti debent, vt ciuium commoditatibus satisfiat: vt est nouella prag. Cæsa. Maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit, volumus etiam. ADDITIO no. Et Matth. de Afflic. decisio. 290. quidam baro, colum. fi. & tenet Io. And. in c. dilecti. in prin. & ibi Abb. colum. 3. versic. in glo. 1. extra de arbi. vbi dicunt, quòd si aliquis ex consuetudine, vel præscriptione habet ius incidendi ligna in nemore alterius, vel homines vnius castri infra limites & territorium alterius castri ligna incidere, vel animalia pascere, talis consuetudo seruanda est, tamen si nemus vel pascua non sufficiant vtrisque, præferuntur domini illorum nemorum, seu pascuorum, per iura vt ibi per eos. Et quod dictum est de consuetudine, vel præscriptione, intelligitur si non fuerit violenta, sed pacifica & præscripta, aliàs secus, vt ibi per Io. And. & Abb. Pro ista etiam opi. facit: quia quando pascua non sufficiunt ciuibus, & exteris, præferendi sunt ciues, quia prima charitas incipit a seipso l. præses. C. de ser. & aqua, bene facit, quod dicitur in euangelio, ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite & emite vobis: vt habetur Matth. c. 22. item illa facultas baronibus concessa, vt possint animalia exterorū affidare in territoriis & demaniis, intelligitur absque iniuria & damno ciuium, arg. l. 2. §. meritò ff. ne quid in loco. publ. Item talis facultas affidandi debet intelligi ciuili modo l. si cui. ff. de serui. Item quia non est æquum: vt animalia exterorum impinguentur, & animalia ciuium fame pereant: quia nemo debet locupletari cum aliena iactura l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. Item talis facultas affidandi animalia exterorum non debet esse ciuibus nociua, arg. c. quid per nouale extra de deci. & in c. quid per nouale extra de verb. sign. Et pro ista parte faciunt, quæ dicit And. de Ise. & Matth. de Affli. in consti. cum per partes Apuliæ. col. 5. nume. 8. in fin. pro ista etiam parte bene faciunt, quæ dicunt Io. Fab. Io. de Pla. Ang. Are. & Ias. in §. Item si de dote, colum. 2. versi. secundò vltra, Institu. de actio. cum ibi allegatis. Et ideo concludendo in casu isto dico, quod experti sunt eligendi, qui habeant arbitrari, quot animalia possunt commodè pascua sumere in territorio, seu demanio, de quo litigatur, & postea numeratis animalib. ciuiū, in eo quod super est vsq; ad sufficiētiā herbagii poterūt animalia exterorum affidari, probatur hoc in tex. & glo. l. si quis a liberis. §. pen. qui incipit de alimentis. ff. de alen. vel agno. lib. ADDITIO noua. Quæro iuxta prædicta, an barones possint affidare animalia exterorum locis appatronatis, seu in locis aliarū personarū, ista quæstio sæpius contigit inter barones & vasallos, & prætermissis argumentis ad partes veniendo ad veram decisionem, dicas, quod regulariter barones non possunt affidare in locis & possessionibus alicuius seu appatronatis, quia illud, quod nostrum est, ad alias personas nobis inuitis trāsferri nō potest l. id quod nostrū. ff. de reg. iur. & nō est licitū in fundo alieno immittere animalia depascēda inuito domino, arg. l. diuus. ff. de ser. rusti. prædi. & ff. de iniur. l. iniuriarum. §. fi. & c. si læserit, extra de iniur. & damn. dato, Io. Fab. Insti. de lege fusia cani. toll. in prin. col. 1. versi. vel pone l. quintus. ff. ad leg. aquil. l. per agrum. C. de ser. l. fi. C. de pascu. pub. li. 11. cum simi. Fallit dicta regula, nisi barones haberent concessionē, vel priuilegiū, vel alium titulū, vel nisi seruitus fuisset acquisita per præscriptionē, vel consuetudinē legitimè præscriptā, vt possint affidare in locis appatronatis: quia tūc possent affidare, ita tenet Petr. de Ancha. consi. 155. in causa & quęstione quæ vertitur, col. 2. & tenet Alex. consi. 34. viso processu, col. 2. in fi. cū col. seq. ante versi. nūc capio. 4. vol. vbi dicit, quod nō est licitum affidare in pascuis alterius, nisi aliter se haberet præscripta & legitima cōsuetudo, & Fran. de Are. consi. 154. cōsultatio præposita, col. 1. & col. fi. Io. Fran. Balb. in tra. de præscr. in 2. par. quintæ partis princ. q. 4. in fi. Pau. de Cast. consi. 112. & cōl. 113. in causa quæ vertitur inter communitatē Brazani, col. 2. in 2. vol. Dec. cons. 483. pro resolutione. col. fi. 4. vol. D. Aymo consi. 4. col. 2. 1. vol. qui omnes tenent, quod istud ius, seu seruitus affidandi & pascendi in rebus alienis potest præscribi, vt ibi per eos. Sed dubiū est, quanto tēpore præscribatur, istud ius pascendi & affidandi ad pasculandum in alienis prædiis, Pet. de Ancha. d. consi. 255. videtur velle, quod requiritur tantū tēpus, cuius initii memoria nō existat, & idem tenet Dec. d. consi. 483. col. fi. 4. vol. quia ista dicitur esse seruitus discontinua, & requiritur tantum tempus, cuius initii memoria non extet in contrariū. Sed Pau. de Cast. d. consi. 112. & consil. 113. 2. volu. & Franc. Aret. d. consi. 154. & D. Aymo d. consi. 4. & Ioan. Franc. Balb. in d. tract. præscript.

in

in loco præallegato tenent, ꝙ sufficit tẽpus 40. annorum, nisi esset seruitus debita prædio: quia tunc procederet dictum Pet. de Ancha. & Decii. vt ibi per Aymo quia homo semper non possidet, vt ibi latius per eum. Aduerte etiã ad aliud in ista materia: qa licet in præscriptione triginta, vel 40. annorum non requiratur probatio bonæ fide: quia bona fides præsumitur: tamen hoc non habet locum, quando essent aliæ pręsumptiones, ex quibus pręsumeretur mala fides, ita dicit Fran. Are. d. consi. 154. col. fi. Itẽ est aduertendum circa prædicta: quia in istis iuribus incorporalib. & seruitutibus in pascuis, aqueductibus, & iurisdictionibus, & in iure boscandi, non est dare quasi possesionem, nisi per scientiam & patientiam aduersarii, vt tenet Ioan. Fran. Balb. in d. tra. de præscri. in 2. parte quartæ partis principalis in 1. q. principali, col. fi. nu. 13. Et ibi etiam tenet in col. pen. ꝙ in huiusmodi præscriptione, qui se fundat in præscriptione, debet probare de scientia & pacientia aduersarii per ibi allegata per eum. Et sic cauti debent esse vasalli, vt probent de contradictione, vt sic non dicatur, ꝙ interuenit patientia, quo casu non curreret præscriptio prędicta. Circa prædicta est etiam aduertendum ad vnum, ꝙ licet quis habeat ius affidandi ad pascendum, seu habeat ius pascendi, tamen non potest depascere animalia sua in fundo alieno, quando daret damnũ c. si læserit. & ibi Abb. in primo nota. extra de iniur. & dam. da. vbi notat ex illum tex. ꝙ non licet in alieno depascere, quando daret damnũ, secus si non daret damnum, puta quia itinerans transiens per prædium alienum depascit ibi iumentum suum sine damno, allegat de pace tenenda c. quoniam. §. fin. & docto. multum considerant, quando datur damnum, vt dicit Hostien. in sum. de damno dato. §. quando. in prin. & in titu. de pauperi. §. quando. in prin. licet enim quis pascere possit, intelligitur ciuili modo l. si cui. ff. de serui. & supra proximè tetigi. Immo etiam damnum dari prohibetur non solũ per iura ciuilia & canonica, sed etiam per ius longobardum l. siquis caballos, de dam. iniur. da. in longob. Et ideo non possunt eorum animalia portare ad pascendum in vineis, vel agris satis, vel vbi extarent fructus, in quibus animalia damnum dare posset d. c. si læserit, cum aliis concor.

73 ¶ † Vigesimononò barones grauant vniuersitates & subditos, nam licet aliàs per c. regni item statuimus. nu. 135. in rub. ꝙ ab vniuersitatibus terrarum &c. dicatur, ꝙ vniuersitas tenetur ad reparationem castrorum & veterum ędificiorum ipsorum castrorum, non tamen ad noua ędificia, vt ibi latius, & videtur velle Pet. Phi. Cor. consi. 72. in hac, col. pen. in littera. N. 4. vol. hodie tamen vniuersitates & singulares personæ non possunt compelli, nec grauari, vt est regia prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit, ad perpetuam. §. item ne in reparatione, vbi statuitur, ꝙ pro reparatione castrorum, vel ædificiorum quorumcunque non debent vniuersitates terrarum, ac homines earũdem decętero grauari, nec exigi pecunia, vel aliquid aliud ab vniuersitatib. nisi ab illis vniuersitatibus, quæ ad huiusmodi reparationẽ iure teneri comperium fuerit, & ab illis solum pecunia necessaria pro reparatione veterum ædificiorum, & non ad noua ædificia construenda exigatur, vt ibi latius. Et sic per illam prag. datur intellectus ad d. c. regni, vt intelligatur de illis vniuersitatibus, quæ de iure tenentur.

ADDITIO no. Et dicit Luc. de Pen. in l. maximarũ. col. 2. versi. publicus. C. de excus. mun. lib. 10. ꝙ iustè rex cogit subditos ad castra, & munitiones nouiter extruendas pro regis tuitione, aut vetera reparanda, & hoc est ex speciali priuilegio regis, vt dicit Lucas pe Pen. in l. 2. C. de iure reipub. lib. 11. sed in hoc videtur refragari d. prag. quę loquitur generaliter, nisi dicas dictum Lucæ procedere tempore necessitatis & guerræ. Et ibi ponit, quòd si rex habet ex priuilegio, ꝙ nonnullæ ciuitates & loca vicina tenentur conferre in reparatione quorundam castrorum suorum, si rex talia castra donet, vel in alium transferat, puta comitem, vel baronem, an baro petere possit, vt loca & vniuersitates vicinæ contribuant in reparatione, quemadmodum tenebantur, quando erant regis, & arguit ad partes & concludit, quòd non tenentur contribuere baroni: quia illud erat ex speciali priuilegio, & prærogatiua regis, & non transit in singularem successorem, & ita dicit fuisse determinatum per Bartholomæum de Capua præclaræ memoriæ in causa Castri Casertæ, vt ibi latius per eum. Et vide Bald. in l. 1. colum. 2. in fin. ff. quod cuiusque vni. nomi. vbi dicit, quòd castrum, seu fortilicium non potest construi, nisi auctoritate principis, quando illud castrum, vel fortilicium fit ad guerram & æmulationem, & ideo castra, quæ fiunt in confinio tempore guerræ facta pace debent destrui: quia sunt ad ęmulationem, vt ibi per eum. Et aduerte, quòd prohibitus ædificare castra non est prohibitus illa reficere. Bald. Ang. in l. 1. §. ædificare: per glo. ibi in verbo reficere. ff. de mortu. infer. Ias. in l. ius autem ciuile, col. 2. & fi. ff. de iusti. & iure. Et ad prædicta, an liceat construere castra & turres sine licentia Regis, vide in consti. regni castra, & in consti. in locis demanii. & ibi glo. & docto. Et dicit Bald. in l. ex hoc iure. col. 4. ff. de iusti. & iure, ꝙ castra & fortilicia non possunt fieri ad æmulationem superioris, vt legitur & notatur in l. quicunque castrorum. C. de fund. limi. lib. 11. Et dicit Anto. Capi. decisio. 27. in causa reuerendi. col. 1. quòd nemo potest in terra vel ciuitate muros de nouo construere sine licentia principis. Et ibi etiam ponit, cuius sit dominium murorum ciuitatis. Et vide Bald. consi. 325. viso instrumento 4. volu. vbi dicit, ꝙ si castrum fuerit destructum & demolitum auctoritate principis, puta propter rebellionem, extinguuntur omnia iura castri, & pertinentiarum, nisi sit per principem restitutum. & vide Innocen. & alios in c. abbate. de verbo. signifi. Et vide Azo. in sum. de fund. limi. lib. 11. vbi dicit, quòd quotidie construũtur castella, & cunctis licet sua loca mirabili ambitu vallare, vt C. de ædifi. priua. l. per prouincias, nisi fieret ad æmulationem ciuitatis, vel circa theatrum publicum, vt ibi per eum, de quo dic vt per Matth. vbi supra. Et vide Alex. in l. 1. §. si quis ædificium. ff. de no. oper. nunci. vbi ponit, quòd sicut non licet de nouo facere fortilicium, minimè licet reficere, si fuerit destructum, de quo vide per Abb. & Felyn. in cap. consuluit. de iud. cum aliis supra allegatis, & an liceat ædificare fortilicium in re communi, vide Ludouic. Roma. consilio 52. & Bald. in cap. clerici. de vita & honesta. clerico. colum. 1. Aduerte etiam ad prædicta, quòd quando aliqua vniuersitas tenetur ad refectionem, intelligitur de prima tantùm. Alexan. in additio. ad Barto. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signi. Firma. in suo repert. in verbo refectio. Intellige nisi actum esset, vt non solũ de prima, sed de omnibus refectionib. teneretur in infinitũ, arg. eorũ, quę habentur per glo. & doct. in l. fideicommissa.

74 §. siquis decẽ. ff. de leg. 3. ¶ † Et an & qñ liceat noua castra ædificare vel vetera reficere, vide latè per Matth. de Affl. in const. regni. castra, vbi ponit regulã cũ fallentiis, & vide Ias. in l. ex hoc iure. col. 2. ff. de iusti. & iur. & Luc. de Pen. in l. 1. & 2. C. de quib. mun. nemi. lice. se excusa. lib. 10. & in l. f. C.

75 de exa. trib. lib. 10. ¶ † Tertiodecimò barones, & officiales grauant subditos faciẽdo banna, & mãdata, ne quis hospites, & itinerantes recipiat, nisi prius in tabernis dñorũ fuerit hospitati, quod nõ licet, vt in d. prag. Regis Ferdinandi ad perpetuã. §. itẽ cũ nõ nulli, cũ concor. quas supra allega

76 ui, dũ hoc tetigi. ¶ † Trigesimoprimò grauãt subditos: qa vendũt officia ꝓ iustitia ministrãda, qđ in oppositinnẽ subditorũ redũdat, & est prohibitũ, qũo enim puras poterunt habere manus si ꝓ officio cõsequẽdo impẽderint, & hoc tõtũ venit in detrimentũ subditorũ, vt probat tex. in aut. vt iudi. sine quoquo suffr. maximè in §. cogitatio, & vtinã ille titulus seruaret, q dẽret literis aureis scribi, hoc ẽt est statutũ ꝑ nouel. prag. Cęs. Maie. Caro. Quinti de Austria, q incipit, & inter alia audiuimus, & est ẽt ꝓhibitũ ꝑ legẽ iuliã de ambitu, vt ff. & C. eo. tit. & est ꝓhibitũ per nouel. prag. Cęs. Maie. q incipit, recolimus ẽt, & prag. quin ẽt. Et qualiter puniantur emẽtes officia, vide Matth. de Affli. in consti. rapinas, in 10. nota. & vide priuilegiũ cõcessum Neapo. c. 12, itẽ

per

77 perche.¶†Trigesimosecundò barones grauant subditos;
quia eorum filias diuites maritant ad eorum libitum vo-
luntatis,& dant eas vxores eorum seruitoribus,& aliis eis
visis, quod fieri non debet: quia matrimonia debent esse
libera.c.Gemma.extra de spō.l.Titia.ff.de ver.ob. & hodie
est nouella prag. Cęs.Maie.quę incipit, itē ex quo diuino.
78 ¶†Trigesimotertiò barones grauant subditos,quia cogunt
eos ad fideiubendum pro domino vltra casus debitos,
quod non est licitum, vt in nouella prag.Cęs.Maiest. quæ
incipit;audiuimus ēt,de quo per Matt.de Affl.in consti.re
79 gni,si vasallus,vbi latius per eum.¶†Trigesimoquartò gra
uantur vasalli,quia barones eligunt sindicos & electos, &
eligi procurant ad eorum arbitrium,vt facilius eorum in-
tentum ad effectum ducant,quod est prohibitum, vt in d.
nouella prag.quę incipit,audiuimus,& in pra.seq. quę in-
cipit,volumus, de quo vide,quæ dixi supra c.item collato
80 res,nu.15.¶†Trigesimoquintò barones grauant vasallos;
quia eis imponunt nouas exactiones, impositiones, & ga-
bellas,quod fieri non potest sine regis,vel eius proregis li-
centia,vt in d.nouella prag.audiuimus, & C.vectiga.noua
impo.non po.l.non solum, & ibi doc. & in c.item ꝙ iusti-
tiarii.infra nu.38. in rub.ꝙ nihil recipiatur ab vniuersitati-
81 bus &c.¶†Trigesimosextò grauant subditos, dum prohi-
bent vasallos,ne sericum,lanam,frumentum, vinum,or-
deum,oleum,caseum,& similia vendant,vel extrahant ab
eorum terris, & locis pro suæ voluntatis arbitrio. Immo
cogunt eos vendere ipsis baronibus, vel aliis, cui eis pla-
cuerit, quod non est iuri consonum,quia emendi & ven-
dendi liberum debet esse arbitrium l.dudum.& ibi doct.
C.de contrahen.empt.& nouella prag.Cæsa. Maiest. quæ
incipit,quin etiam, de qua materia vide Matth. de Affl. in
82 constit.magistris procuratoribus.col.1.¶†Trigesimosepti-
mò grauant vasallos, quia eos cogunt ad emendum car-
nes,caseum,& similia,pretio ipsis dominis bene viso, qđ
fieri nequaquam permittitur.l.nec emere, & ibi docto.C.
de iure delib.& in d.prag.quin etiam.infra eod.nume.87.
83 ¶†Trigesimooctauò grauant vasallos, eos cogendo, vt in
eorum fundicis aut dohanis vendant,aut emant,& nō ali-
bi, quod est coarctare liberum arbitrium vendendi, aut
emendi.l.dudum,& ibi Saly.C.de contrah.emptio.& in d.
prag.quin etiā,vbi ēt in fi.statuitur, ꝙ si domini voluerint
emere pro necessitatibus domus suæ,debent emere a vo-
lentibus vendere pretio,quo ab aliis repetitur, verum ipsi
dñi aliis pręferuntur pro eodem pretio vt ibi,& sup. eo.te-
84 tigi nu.69.¶†Trigesimononò grauantur vasalli,qñ indiffe
renter compellūtur ad dandū eorū animalia pro transfe-
rēdis militibus, vel aliis de vna terra ad aliā, quia debent
capi animalia illorum, qui soliti sunt locare, & debet eis
solui salarium pro mercede.l.pen. & ibi Lucas de Pen. C.
de cursu publ.lib. 12.& est nouissima prag.Viceregis quæ
incipit, Don Petrus,quamuis, quę loquitur in regiis offi-
85 cialibus.¶†Quadragesimo grauantur subditi, quia perse-
pe de facto de persona capiuntur,& carcerātur,& tormē-
ta & iniurias inferūt,& destitutiones,violētias,& extorsio
nes committunt,quod similiter est prohibitum, vt j.c.ter-
86 rerii.nu.87.¶†Quadragesimoprimo grauantur:quia baro-
nes & alii officiales multotiens securitatem promittunt
alicui delinquenti,vt contra alium testimonium dicat, &
tanquam malefactorem incriminet, & insontes plerunq;
grauantur: quia illud malefactores in securitate promissa
confidentes contra innoxios mentiuntur,quod fieri mini-
mè debet,v inf.c.multorum.nu.197.in rub.vt fideles nostri
87 indebitè non grauentur. ¶†Quadragesimosecundo grauā
tur subditi a baronibus, & officialibus; quia inuiti & no-
lentes compellūtur ad vendendum vinum, quod est pro-
hibitum,vt in c.item iusticiarii.j. nu.49. & l.nec emere.C.
de iu.deli.& ibi doc.bene facit tex.in l.illicitas.§.ne potē-
tiores.ff.de offi.pręsi.¶Et plerunque coguntur vasalli inui
ti ad emendum vinum a curia, quod similiter non licet.d.
l.nec emere,& And.de Iser.in consti.magistris procurato-
ribus,& est nouella pra.Cęs.Maiest.& dixi sup. eo.nu.70.
D.Ioan.Anto.de Nigris.

88 & nu.82.¶†Quadragesimotertio barones grauant subdi-
tos:quia capiunt ligna, & lapides priuatorū sine salario ꝑ
construendis castris & aliis ædificiis, quod facere de iure
non debent,vt tenet Par.in tra.sind. in verbo officialis, in
89 prin.col.5.post med.cum ibi allegatis.¶†Quadragesimo-
quarto grauantur subditi a baronibus & aliis officialibus:
quia arrestāt vina priuatorū sine mandato curiæ. Immo il
lud,quod superest vltra necessarium curiæ aliis vēdunt,qđ
fieri non debet;quia sine mandato curiæ capi, & arrestari
nō debet,& quod sup est dño restitui debet, vt in c.itē ca-
ueant.j.nu.50 in rub.ꝙ non arrestetur vinū, bene facit.l.
90 nec emere,& ibi doc.C.de iu.deli. ¶†Quadragesimequin-
tò grauantur subditi ab officialibus maximè regiis execu
toribus;quia res venales arrestantur in stratis, vel merca-
tis,qđ fieri prohibetur,vt in c.itē nullus.j.nu.51.in rub.ꝙ
91 nō arrestentur in stratis.¶†Quadragesimosextò grauantur
subditi tā a baronibus, q̄ officialibus regiis maximè a ꝓ-
uincialibus gubernatoribus,& auditoribus; quia aufertur
palea vasallis pretio non soluto, quod fieri nequaquam li
cet,vt in c.de palea.j.nu.109.in rub.de palea nō auferēda.
92 ¶†Quadragesimoseptimò grauātur subditi: quia barones
& alii officiales qñ sunt in aliqua terra,capiunt frumenta,
vina, ordea,& alia necessaria ad victū, & non soluunt iu-
stū preciū,prout cōiter valet,quod fieri prohibetur, vt j.
93 c.itē statuimus,nu.125.¶†Quadragesimononò grauantur
subditi: quia barones,q habent baiulationes in terris suis,
qñ accusantur de damno dato imponūt pęnā vltra valorē
damni,& tñ pœna non debet excedere damnum, vt est re
gia pra. quę incipit,statuimus, in rub.de officio baiuli.ibi,
decernentes pœnā in causis ciuilibus non posse excedere
quantitatē sortis petitæ,& ꝙ pœna imponatur, quantum
est damnū,probat tex. j.in c.regni pridem nu.29.ver.vide-
licet,vt tantundem,in rub.de non immit.ignem in restuc-
chiis,pro hoc ēt facit: quia pęna debet commensurari de-
licto.l.sancimus.C.de pęn. & pœna non potest augeri ni-
si ex causa.l.respiciendū.§.delinquunt.ff. de pęn. & ꝑ Bal.
in l.& si seuerior.ff.de his qui not. infa. & ita fuit in Sacro
Consilio iudicatum, & in Collaterali confirmatum decrę
tum in anno proxi.pręterito 1545.in causa Octauiani cō-
tra Fabriciū Marramaldū. ADDITIO noua. Vt tenet
Tho.Gram.deci.67.exorta lite.col.fi.ver.quò verò ad quar
tū,vbi dicit, ꝙ pęna pro dānis nō debet excedere damnū,
dummodo damnū non excedat valorē vnius augustalis;
quia si damnū excederet augustalē,pęna tñ non pōt exce-
94 dere augustalem,vt ibi per eū. ¶†Quadragesimononò gra
uantur subditi:quia barones, & alii officiales extrahūt car
ceratos pro causa criminali a loco domicilii eos in aliam
terrā mittendo carceratos suffulti maximè q̄ito colore, ꝙ
nō hñt tutos carceres in loco domicilij, & hoc faciunt,vt
carcerati fatigati maiorib.sumptibus, & expēsis ac incom
moditatib.citius ad cōpositionē deueniant, qđ fieri prohi
bitū est,nā carceratus pro primis causis nō debet extrahi,
nec citari extra propriū domiciliū:vt dicit regia prag. Re-
gis Ferdinādi,q̄ incipit,Ferdinandus &c.Illustrissimo hu-
ius regni iusticiario.Querulā.in rub.pra.super primis cau
sis,& illa prag.intelligit tā de extractione ꝑsonæ, quā cāæ,
vt ꝓbat ibi,aliquē ex vestris subditis,vel illum euocare, &
ibi euocatus,vel distractus. Quia nō licet citare verbo ex-
tra territoriū, qđ est minus,ergo magis ꝓhibet extrahere
ꝑsonā,ar.auth.multo magis.C.de epi.& cle.ad p̄dicta etiā
faciūt,q̄ habētur in l.1.& aut.qua in ꝓuincia.C.vbi de cri.
agi opor.& rōne delicti sortit forū,vt d.iurib.& c.fi. ext.de
fo.cōp.c.j.ext.de rap.bñ facit nouella pra.Cęs.Maie.Caro-
li V.q̄ incipit.Itē ꝙ officiales,vbi captus ext. territoriū dēt
remitti ad locū delicti, ergo extra locū delicti extrahi non
debet.Confirmant p̄dicta: qa in prima instantia reus in cā
capitali debet detineri ꝑ iudicem primę causę,& in cā ap-
pellationis debet remitti ad iudicē appellationis.l.eos.§.su
ꝑ his.& ibi Saly.& Bal.C.de app. ADDITIO noua.De
quo tñ vide ibi Alb.de Ro.q ponit,an debeat statim remit
ti ad iudicē appellationis, vel postquā fuerit pronuntiatū,

& latè Ang. Are.in trac.male.in verbo præsente Cayo, &
appellante,col.5.cum seq.vers.quæro,an appellatione, &
ibi Augus.Ari.in addi.& vide Matth.de Affl.in consti.regni
humanitate nobis,col.9.ver.item quæro, & in vlti.colum.
vbi etiam ponit intellectum ad d.§.super his, quando de-
bet liberari fideiussoribus, & quando non in causa appel-
lationis,& Tho.Gram.deci.14.in causa magnifici,colum.
2.vbi etiam dicit,quòd carceratus appellans debet remit-
ti ad iudicem ad quem.Et de dicta quæstione, an carcera-
tus pendente appellatione debeat stare in carceribus pri-
mi iudicis,an iudicis appellationis, vide Inno.in c.ad hoc.
de appel.Bal.in l.furti.§.sed si furti.col.3.& in secunda le-
ctu.in princ. ff. de his qui not.infam.vbi videtur tenere,ꝙ
debet detineri per iudicem appellationis, sed Guid.Papæ
decisi. 436.nu.38.non tenet hoc indistinctè, vt ibi per eũ.
Præterea sicut non licet trahere aliquem in vetito exami-
ne,& coram incompetenti iudice.l.in criminali. C. de iur.
omn.iudi.eodem modo non licet in alieno loco, & terri-
torio cum carceratum tenere,& extrahere, cum locus di-
catur incompetens,arg.eorum,quæ dicit Alex. in l.fin.col.
2.ff.de iur.om.iu. & eo magis quia officialis vnius loci ex-
tra suum territorium non habet iurisdictionem.l. fin.ff.de
iur.omn.iudi. Et si diceretur,ꝙ dubitatur de fuga, poterit
adhiberi remedium adhibendo fideiussores de securo car
cere,arg.d.l.eos.§.super his, & ibi glo. & doct. item pote-
runt poni custodes,vt dicitur in consti. regni humanitate
nobis.§.custodiantur,& in l.1.ff. de custo. reo. in hac itaq;
quæstione conclude, ꝙ regulariter non est licitum extra-
here carceratũ, nisi in causa appellationis, quia tunc pos-
set ad iudicem appellationis transmitti.d.§. super his, &
ibi docto.¶ Dicit hic Bartho.de Capua, ꝙ per istud.c.pos-
sunt tueri illi,quibus per iusticiarios fiunt commissiones,
vt non teneantur eorum sumptibus exequi mandatum.
95 ADDITIO noua. † Aduerte etiam ad vnum in
materia grauaminum, quæ inferuntur per barones vasal-
lis eorum subditis,& supra etiam tetigi,quòd si litigant de
aliquibus grauaminibus seu angariis, & ius commune &
præsumptio est contra baronem fit mãdatum suspensiuũ
contra baronem, vt pendente lite abstineat a tali grauami
ne,non obstante ꝙ allegat se esse in possessione,arg.l.eum
qui.C.de suspe.tuto. & ibi doc.l.ꝙ si fortè.§.sunt quidam,
& ibi scrib.ff.de solut.licet enim baro alleget possessionẽ,
tamen quando talis possessio habet resistentiam iuris cõ-
munis contra se,tunc requiritur ostensio titu. Fely.in c.li-
cet Hely.col.5.ver.4.limita,extra de simo. facit tex.in c.1.
de præscri. in 6. & ideo suspenditur & datur terminus ad
probandum,& postea visis probationibus si apparet de ti-
tulo,prouidetur,vt iuris erit.Et licet Tho.Gram. decisi.67.
exorta lite.col.2.ver.quibus propositis videatur refragare,
tamen eius dictum nõ est iuri consonum,vt sup. dixi, ideo
non repeto. Et ad prædicta facit ratio: quia ex quo baro
semel angariauit vasallos,& eos grauauit,præsumitur sem
per grauare & angariare, & eis malè vti, & taliter malè
administrando, præsumitur ꝙ decætero malè administra-
bit.l.si cui.§.hisdem.ff.de admi. tuto.l.tutor.§.quæri potest.
ff.de suspe.tuto.& l.si aliquid.C.de suscep.lib.x.licet aliter
sit in prælato suspecto de dilapidatione, cui datur adiun-
ctus.c.venerabili.& ibi gl.in verbo suspectus, Abb. & alij
extra de off.dele.c.licet Hely. extra de simo. per omnes in
c.si.extra de accu.& ideo ex quo angariauit vasallos a prin
cipio est præsumptio contra eum, & debet abstinere lite
96 pendente. ¶†Quinquagesimo grauantur vasalli, quando
barones trahunt, vel citant eos in remotis partibus extra
eorum domicilium, vt eos vexent & citius faciant com-
positiones; quia hoc non licet,& dicuntur malè vti priui-
legio,& si post monitionem esset induratus talia faciendo,
posset priuari priuilegio meri,& mixti imperii, vt latè per
Matt.de Affl.in consti. regni iusticiarii non per Calendas.
col.3.in tertio nota.cum concor.ibi, vbi etiam dicit vnum
notabile,ꝙ baro,qui habet vasallos cum priuilegio, vt sint
angarii,vel perangarii,intelligitur de angaria, vel peran-
garia, quæ est intra pertinentias feudi, & non extra distri
ctum,nisi aliter expressè diceretur in priuilegio, vt ibi per
97 eum. ¶ † Quinquagesimoprimò grauantur subditi a non-
nullis baronibus tyrannis inducendo vniuersitates subdi-
tas ad donandum,& promittendum eis,& talis promissio
& donatio facta per communitates sub tyranui de detem-
tas, est ipso iure nulla, vt per Bart.in tra.tyran.in cap.inci-
piente septimo quæro,& Cor.consi.127.primo aspectu.co
lum.7.in littera.I.2.volu.quia communitas occupata a ty-
98 ranno assimilatur existenti in carcere, vt ibi per eos.¶†Quin
quagesimosecundò barones grauant subditos ad ostẽden-
dum titulũ eorum possessionis in burgensaticis, quod fie-
ri non debet.l.cogi.ff.de acq.hære.& ibi doc.& hoc proce
dit in regno, quia fiscus non potest aliquem possessorem
compellere ad ostendendũ titulum suæ possessionis, vt in
consti.regni,ab officialibus,& gl.And.& Matth. de Affl.in
cõstit.si dubitatio,col.3.& in c.imperialem.§.illud.de pro-
hi.feu.alie.per Fed. & in c.1.de contro. inter mas.& femi.
99 ¶†Quinquagesimotertiò grauantur vasalli a baronibus:
quia quando volunt aliquem suspendere, fustigare, vel tor
quere, cogunt vniuersitates ad soluendum salarium car-
nifici,ministro, seu manigoldo, quod fieri nequaquã de-
bet, quia tali manigoldo debetur salarium per fiscum, vt
not.Bal.in l.2.C.pro quib.cau ser.in præmi.lib. accep.arg.
illius.l.vbi dicit Bal.nota argumentum, ꝙ expensis reipu-
blicę debent iusticiari malefactores,& licet dicat de repu
blica, intelligitur de republica,i. Imperio & fisco, quia fiscus
& respublica idem sunt.And.de Iser.in c. Imperialem. in
prin.col.7.in fi.ver.in casibus,de prohi.feu.alie.per Fed.&
Bar.in l.1.col.2.C.de iu.fisci.lib.10.& tex.in d.l.2.loquitur
in fisco,& ibi Azo in sum.Ad hoc facit,quod dicit And.de
Iser.in consti.regni iusticiarii nõ p Calendas,vbi dicit, ꝙ
in puniendo maleficos versatur publica vtilitas,& vbi ver
satur publica vtilitas, fiscus soluit pecuniam, vt ibi per
eum. facit, quod dicit Barto.in l.si.ff.de pig.actio.& Guil.
Ierouilla in tra.de iusti.& iniustitia,in pen.car.vbi dicit,ꝙ
salarium debetur de publico,& Firma.in suo reper.in ver
bo manigoldus ver.tertio.Pro hoc facit: quia fiscus,seu ba
rones habent redditus regni,vel ciuitatis, vt iustitiam mi-
nistrent,& nos defendant.24.qõ.8.c.tributum, & hoc suis
sumptibus facere debent,in auth.vt iud. sine quoquo suff.
§.cogitatio,& in auth.de iudi. §. ne autem. hoc tenet Par.
in tra. sind.in verbo furcarum erectio,col.fin. Et dicit Lu-
cas de Pen.in l.annonas.C.de anno.& trib.lib.10. ꝙ si rex
mittat capitaneum ad aliquam terram debet sibi dare sa-
larium ex camera sua,non autẽ potest ad hoc cogere sub-
ditos ciuitatis: quia ideo habet redditus regni, vt iustitiam
suis stipendiis faciat ministrari.d.§.cogitatio, & tenet Pa-
ris in trac.sind.in verbo salarium.§.an siudicatores, col.1.
cum concor.& facit consti.reg.cum circa.§.ad quod. in fi.
vbi probatur,ꝙ officialis nihil a litigantibus debet accipe-
100 re, sed salarium a curia recipere debet, vt ibi. ¶ † An au-
tem quis possit cogi, vt sit manigoldus. Dic quòd sic,dum
modo non sit honesta persona; cum officium sit ignomi-
niosum, & vilissimum plusquam aliqua angaria mundi;
vt dicit Par.in tra.sind.in verbo manigoldus, vide de præ-
dicta quæstione Par.vbi supra,& Lucam de Pen.in l. 1. C.
ne quis lib.inuitus actum reipu.ger.lib.11.& Guil.Ierouil
le in d.trac.de iusti.& iniusti.in penul.car. Et tali carnifici
debent dari pro salario quinque aurei, vt dicit Par. vbi su-
pra, per l.diuus.de bon.damna. & Guil.Ierouil.vbi supra
dicit,quòd debet habere vestes,pannos & cætera, quæ re-
periuntur in posse condemnati,quibus indutus est tempo-
re executionis mortis,gemmis exceptis, & aliis rebus ex-
cedentibus summam quinq; aureorum.d.l.diuus. Et quã-
uis sit magna auctoritas Par.& Guil. Ierouil.tñ d.l.diuus.
nõ probat,ꝙ dentur carnifici quinq; soldi pro salario,nec
vestes,quia loquitur in præside & officiali, & hodie illa.l.
est correcta per tex.in auth.vt nulli iud.§.si.quia nec fisco,
nec officialibus aliquid datur, vt ibi dicit gl.nisi quãdo hę
redẽ non haberet, vt d.§.si,tamẽ auctoritas Par.& Gui.ma
gna

gna est,& de cõsuetudine circa vestes viles seruatur: quia
101 eas accipit manigoldus.¶†Quinquagesimoquartò grauan
tur vasalli, quia barones prohibent eos piscari in fluminibus,vel riuis,quod fieri non potest,vt tenet Io.Fab.in §.flumina.insti.de rer.diui.per illum tex.& Guid.Papæ in quęstio.parla.Delphi.q.515.incipiente vtrum,nisi consuetudo legitimè præscripta aliud disponeret, vt ibi per eos,quãdo esset introducta sciente & patiente populo cum cursu decennii,& cum aliis requisitis ad inducendam consuetudinem,de quibus per Are.in §.ex non scripto.insti.de iu. natu.doct.in l.2.C.quæ sit long.consue.& doct.in c.fi.de consuet. vbi latè Roccus de Curte in repetitio.cum concord.
102 ¶†Quinquagesimoquintò grauantur vasalli a baronibus:
quia tenent auditores secundarum causarum penes ipsos barones extra prouinciam, & subditi pro secundis causis coguntur litigare extra prouinciam cum magnis laboribus & expensis, quod fieri non debet, maximè in regno, vt in d.regia prag.Regis Ferdinandi de primis causis,quę incipit,Ferdinandus &c. querula. & ita vidi pronũciatum in Sacro Consilio, vt teneant auditorem in prouincia pro secundis causis, vt in d.regia prag.in qua statuitur, vt pro primis causis nõ extrahantur extra proprium domiciliũ, & pro secundis causis non extrahantur extra prouinciam.
103 ¶†Quinquagesimosextò vasalli grauantur a baronibus;
quia in eorum terris ponunt officiales & capitaneos, qui nõ sunt doctores,& magis grauant subditos propter ignorantiam: quia doctor præsumitur magis peritus, & qui non est doctoratus & approbatus in collegio, vel habeat licentiam,vt possit practicare non potest practicare,aliàs punitur,vt in consti.regni,quisquis,sub rubr.de probabili experientia medicorum,& ibi Math.de Affl.col.1.& 2.& in consti.regni aduocatorum, & ibi And & Matt. de Affli. Et si non est doctoratus, debet tenere assessorem doctoratum,sicut dicitur de Medico practico non doctorato,quia non potest practicare sine cõsilio Medici approbati, aliàs punitur,vt dicit Math.de Affli. in constit.regni,quia nunquam.col. fin. Et licet etiam illitteratus possit esse iudex, seu officialis,vt experientia docet,& tenet gl.& omnes doct.in c.sciscitatus.extra de rescr.& ibi Fely. col.6.versi.illiteratus,& Præpo.in c.1.in fi.distin.20.cum concor.in dictis locis, tamen in decisionibus causarum debent habere assessorem, qui supplebit defectum scientiæ,vt dicit Gemi.d.20.dist.in sum. & ita vidi iudicatũ per Sacrum Consilium,vt iudex, seu officialis imperitus debeat tenere assessorem,ita fuit pronunciatum in causa inter Vniuersita-
104 tem Castri noui, & Baronem dictæ terræ. ¶†Quinquagesimoseptimò barones grauant vasallos,quia si forte vasallus ad aliquid annuatim tenetur, barones plus debito exigunt, & extorquent contra antiquam consuetudinem præstationis,quod facere non debent,immo prohiberi debent ne in posterum hoc faciant, & restituere tenentur illud, quod plus solito exigunt, tex.gl.& doct.in l.1.C.in quibus cau.colo.cap.censi.lib.11.nec obstabit vasallo,ꝙ aliàs per
105 vim fuit exactus,vt ibi dicit gl.allegat tex.in l.cura.in prin. ff.de mun.& hon.¶†Et aduerte ad vnum pro declaratione materiæ,ꝙ barones, qui contra leges,& iuris dispositionẽ aliquid a vasallis prætendunt,& extorquent,dicuntur esse in mala fide l.quemadmodum.in fi.C. de agri.& censi.li. 11.q nota,quando allegatur præscriptio, in qua requiritur bona fides.insti.de vsuc.in prin. & malefidei possessor nunquam præscribit,nec vsucapit auth.malefidei.C. de præscr.
106 long.temp.& c.vigilanti.extra de præscri.¶†Quinquagesimo octauò barones grauant vasallos; quia tenent canes mordaces,vrsum,leonem,lupum, aprum, & alia animalia nociua in locis,in quibus vulgò iter fit,& nocent etiam homini libero,quod fieri est prohibitum.§.cęterum.insti. si quadru. paup.feci.dicat.l.hi enim. cum duabus sequen. ff.de ędil.edic.& si dicta animalia nocuerint, domini puniuntur quanti iudici æquum videbitur, vt in dic.iuribus.
107 ¶†Quinquagesimonono barones grauant vasallos imponendo eis officia vilia, & non conuenientia personis,

quod fieri non debet; quia debent imponi ea, quæ dignitati congruunt.l.prima. C.de excusa.mun. lib.10.facit tex. in l.prima.C.ne quis lib.inui.actum reipu. lib. 11.& est regia prag.Regis Ferdinandi,quæ incipit,ad perpetuam, & dixi supra in cap.subditorum, nume.139.versic.2.limita,
108 ¶†Sexagesimò barones grauant vasallos: quia si recedunt a terra eorum,& vadunt ad habitandum in alia terra, auferunt eis bona omnia patrimonialia, quod fieri non debet, quia vasallus tali casu solùm priuatur bonis feudalibus, quæ retinet a barone: quia censentur concessa in feudum sub conditione, si habitauerit in eius terra, ita tenet Par.in tracta.de reinte. feu.c.quæro dominus.num.x.cum sequen.car.56.& in cap. pone,ꝙ aliqui cum c.seq. car.67. & idem Par.in trac.findi.in titu.de excesi. baro. col.3.in fi. cum sequen.licet aliud videatur dicendum, quando vasallus regis aufugit a terra demanij, & vadit ad habitandum in terra baronis,vt ibi per eum in dictis locis, de quo vide latius in consti.regni personas,& ibi And. de Iser.& Matt.
109 de Affl.¶†Sexagesimoprimò barones grauant vasallos faciendo bannum,vt nemo vendat pisces, columbos,& alia comestibilia exteris,nisi in platea publica, & hoc faciunt: quia piscatores,& venatores, ac aucupes vendunt pisces, animalia siluestria, & aues per territorium exteris,& tale bannum fieri non debet: quia vtilitates aliquorum taliter impediri non debent 54. dist. c. fraternitatem, & non debent hominibus liberis, vbi volunt rerum suarum alienationem interdicere.ff. si a parente quis fued. manu. l. 2. & patronus libertum suum licita negociatione prohibere non potest.ff.de iure patron.l.2.& l.quæro. Et quia volentes mercari in aliis locis, si eis loca ipsa interdicerentur, graui damno afficerentur.l.quod si minor. §. primo.ff.de mino. bene facit; quia vendendi & emendi vsus liber esse debet l.dudum.& l.inuitum.C.de contrah. emp.cum concord. ibi allegatis per glo.& probat prag. Cęsar.Maiestatis Caroli Quinti de Austria,quæ incipit,graues, & faciunt, quæ dicit Lucas de Pen.in l.prima.colum. 1.& 3. C.ne rustici ad vllum obsequi.deuo. lib.11.hoc intellige, nisi aliud esset de consuetudine legitimè præscripta, quia tunc consuetudo seruaretur.§.ex non scripto. insti. de iu.nat.c.fi.de consue.l.2.C.quæ sit lon.consuetud.l.de quibus.ff.de legi.
110 & docto.in dictis locis. ¶†Sexagesimosecundò vasalli grauantur a baronibus & officialibus: quia quando faciunt consilium, seu parlamentum sine licentia superioris prætendunt,quòd vasalli commiserunt monopolium, couenticulas & collegium illicitum, quæ sunt a iure prohibita, toto titu.C.de monopo.& ff.de colleg.illici. & l.conuenticulam.C.de epi.& cler.& in titu.de pa.iura.fir.§. conuenticulas. Et in dubio omnes congregationes sunt illicitæ, nisi probentur licitæ.l.tertia.§.in summa. ff. de colleg. illi. glo.in l.prima.ff.de colle.illi. Barto. in l.2.ff.de extra. ordi. cri.vbi dicit,quòd omnes congregationes sunt illicitæ,nisi probentur licitæ, & dicit Lucas de Pen. in l. magistros. C.de profe.& medi. lib.x.quòd omnis conspiratio præsumitur mala,& Rob.Maran.in suo Spe. in sexta parte principali,in titu.de inquisitione, versi. secundus casus principalis.nume.107.car.51. versi.scias tamen,secundùm primam impressionem, in supradicta autem quæstione an requiratur licentia superioris, quando congregatur vniuersitas pro consilio, seu parlamento faciendo, concludere regulariter ꝙ sic l.2.& ibi Bartol.& Lucas de Pen. C.de decu.lib.x.& Paris in trac.find.in tit.de off.sin. in fine cum ibi allegatis,& Guid.Papæ in quæst.parla.Delphi. q.106. & quęst.631.& hoc ne cõmittatur aliqua machinatio contra dominum,& dicit, quòd ita seruatur de consuetudine in Francia,& Ioan.Fab.in §. vniuersitatis. instit.de rerum diui. limita dictam conclusionem procedere quò ad validitatem actus,quia actus factus per vniuersitatem absque superioris auctoritate non valeret.Bal.in l.nulli.ff.quod cuiusque vni.no.in secundo & quarto requisito, & ibi Bar.in prima quæst.D.Aymo consil.4. incip. præsupponitur. col. 4.versicu.sexto, primo volu. sed respectu pęnę incurren-

dæ propter non petitam licentiam non est necessaria auctoritas superioris: quia si vniuersitas est congregata non ad malum, non tenetur ad pœnam, pro eo quòd non interuenit licentia superioris, ita notanter tenet D. Aymo in d. consi.4.colum.4.versi.6.quod est notabile dictum, hoc tamen intellige, quando non esset congregata ad malũ, vel non extaret bannum, vt non congregetur vniuersitas sine licentia sub certa pœna; quia tunc vigore banni teneretur ad pœnam banni, nisi fuisset de tali banno facta aggrauatio & reclamatio. ¶Secundò limita non procedere, quñ vniuersitas non esset congregata ad malum finem, quia illud, quod dicitur, ꝙ quñ congregatur vniuersitas, seu fit cõuenticula, intelligitur, quñ fraudulenter & ad malũ & illicitum congregatur, aliàs secus, Inn.in c.significante. circa prin.de app.& ibi per alios And.de Iser. Bal.Alua.& Cardi.in d.c.1.§.conuenticulas.de pa.iur.fir.Archi.in c.coniurationũ.& c.siquis 11.q.1.Cor.consi.216.3.vol.Io.de Ana. in rub.extra de scisma.col.1.in fi.Rober.Maran. in suo Specu.in sexta part.prin.in ti.de inquisitione, num.107.car.51. secundum primam impressionem D.Aymo in d.consi.4. & Paris vbi supra, & dixi proximè. ¶Tertiò limita nõ procedere, quando vniuersitas haberet priuilegium se cõgregandi absque licentia superioris, vel quando eliguntur sindicatores officialium vigore regię pragmaticę. quia tunc etiam si non interueniat auctoritas superioris, nõ tenetur ad pœnam, vel si esset consuetudo se congregandi absque licentia, ita tenet Pari.in d.titu.de offi. sindic.§. pone. & D. Aymo in d.consilio 4. & Guid.Papæ in d. quæst.106.in fi. ¶Quartò limita non procedere, quando vniuersitas, & ciues essent oppressi a barone, vel officiali illius loci: quia tunc possent se congregare ad supplicandum principi cõtra illum officialem, vel baronem pro grauaminibus, & oppressionibus, & non tenerentur ad pœnam, vt tenet Paris vbi supra, & ita procedit illud, quod dicebat Lucas de Pen.quem refert Par.vbi supra. Immo hoc casu solent impetrare a regia curia licentiam, seu saluaguardiam, vt possint se congregare, & non interueniat officialis, nec baro, quando tractant de litibus, quas habẽt cum barone. Quintò limita, ꝙ vniuersitas & homines congregati in parlamento non tenentur ad pœnam, quando aliquis, puta sindicus, vel alius vir notabilis, diceret se habuisse licentiam ab officiali pro faciendo parlamento: quia si postea officialis hoc negaret, vniuersitas excusaretur, quia credidit dicto alicuius notabilis viri, cui credẽdum est, per ea quę dicit glo.in l.Titio fundus, in gl.magna.ff.de condit.& demon.Et tale dictum probi viri excusat. Bal. in l.indicia.C. de rei vend.Bal.Ang.Alex.& alii in l.1.in prin. ff.de eo, per quem factum est. Pro hoc facit: quia quælibet causa etiã iniusta excusat quem à dolo, & consequenter a pœna.l.igitur.§.potest.ff.de lib.cau.Ias.in l.si quis id quod.nume. 35. ff.de iur.om.iud.Barto.in l.iustè possidet. in fi.& ibi Socin. colum.1.ff.de acq.poss.Thom.Gram.decisio. 50.vbi dicit, ꝙ consuetudo antiqua, praua & temeraria excusat a pœna, Hippo.in sua prac.§.vlterius.colum. 3. cum sequen. &

111 ista nota: quia habui in facto & obtinui. ¶†Sexagesimotertio grauantur vasalli: quia barones mittunt capitaneos, & officiales in aliqua terra ad iustitiam ministrandum, & cogunt vasallos & subditos ad soluendum salarium capitaneo, seu officiali, quod fieri non debet: quia rex, seu baro (si est capitaneus baronis) tenetur in regno suo vel terra sua propriis sumptibus, & non subiectorum iusticiam ministrare, ita tenet Lucas de Pen. in l.annonas.col.1.C. de erog. milit. anno lib. duodecimo. & quæ dixi supra in quæstione, quæ incipit quinquagesimotertio. nume. 99.

112 ¶†Sexagesimoquartò barones grauant vasallos & subditos, faciendo eos inuitos molendinarios in eorum molendinis, vel furnarios in eorum furnis, eos angariãdo, & pro baronibus facit tex.in l.maximarum.C.de excu.mune.lib. 10.a contrario sensu, quia si immunitas sordidorum munerum est concessa illis existentibus in dignitate, vt d.l.ergo aliis non dicitur concessa immunitas, arg.l.cum prætor.de iudi.item pro baronibus facit: quia si cuiq; excusare se permiserit, non erunt, qui munera necessaria subeant, vt dicit tex.in l.1.in prin.ff.de vaca.mun.sed dic contra, qa in regno non potest imponi angaria, vel perangaria sine regio assensu, vt in consti.regni, quia frequenter, & rex est dominus personarũ, vt ibi, & soluunt tributum regi, & sic non põt angaria impuni, vt dixi supra eo.c.circa prin.ibi, item est præmittendum, & propterea vasallos cogere non põt, vt sint molendinarii, vel fornarii. Nec ob.ꝙ non inuenirent, qui munera subeant, quia cum salario bene poterunt inuenire volentes, & non inuitos. & minus est non inuenire fornarios, quàm imponere angariam, quę est species seruitutis, & non bene pro toto libertas venditur auro.vt dicit Esopus.

113 ¶†Sexagesimoquintò barones grauant vasallos: quia tempore pacis, & tempore guerræ faciunt vasallos soluere expensas in custodiendo fortilitiũ existẽs in ciuitate, quod facere non debent, qnia barones tenentur soluere, non autem tenentur homines, & vasalli illius ciuitatis, arg.l.tutores.per illum tex.C.de oper. pub. Ias.in l.diuortio.§.impendia.col.1.ff.sol.mat.Pet.Girard.sing.37.

114 & dixi sup.c.castellanos. ¶†Sexagesimosextò Barones grauant vasallos prohibendo venationes, & faciendo banna pęnalia, ne vasalli vadant ad venandum, mouentur per ea quæ dicit Bar.in l.venationem.ff.de vsuc.& Guid.Papę in quæstio.Parla.Delph.vbi dicit, ꝙ ita seruatur de consuetudine in patria Delphinatus. Sed in contrarium est veritas, quia venatio est introducta de iuregentium, & non competit prohibitio.l.1.2.& 3.ff.de acqui.re.dom.§. planè. Insti.de re.diui.Hosti.& Ant. de But.in c. non est de decimi. Nec obstat l.diuus aucupibus.ff.de ser.rustic. prædio.quia illa lex non prohibet venationem, sed prohibet, ne quis ingrediatur fundum alienum inuito domino, & ita ad illum tex.respondent doct.vt dicit Thom. Gram. decisi.67. exorta lite.col.3.in fine cum seq.ver.quo vero ad venationem, & Iacob.in tra.feud.in verbo & cum venationibus, vbi ponit cautelam pro baronibus, vt faciant banna, vt nemo vadat ad venandum: quia si vasalli non contradicũt, baro remanet in quasi possessione prohibitionis. Et econuerso ponit cautelam pro vasallis, vt contradicant, & se aggrauent, & appellent de banno, vt latius ibi per eum, & Tho.Gram.vbi supra. Et in ista quæstione facias infrascriptos casus. Primus casus est, ꝙ regulariter venatio non potest prohiberi, cum sit de iuregentium introducta, vt dictũ est, & tenet Hosti.& Ant.de But.in d.c.1.de decimis. Math.de Affli.in consti.regni, scire volumus. Decius consilio 197.1.vol. Iacobi.vbi supra, & Tho.Grã.in d.deci.67.cum multis concor.in dictis locis. Fallit hoc, & erit secũdus casus, quando quis vellet venari in aliquo loco particulari alicuius, qa posset prohiberi, ne ibi accedat, nec fundũ ingrediatur.d.l.diuus.& ita procedit illud, quod dicit Bar. in d.l.venationum.& Guid.Papæ d.decis.218.non est. & text. in c.nemo retia, de pa. tenen. Tertius casus est in venatione Vrsorum, Luporum, Leonum, & Aprorum, & talis venatio prohiberi non potest.d.c.nemo retia.& Iacobi.in tractã.feu.in verbo, & cum venationibus, & Tho. Gramm.d. decisio.67.Quartus casus est, quando rex vellet prohibere, ne vadant ad venandum in aliqua sua foresta destinata ad venandum, vt dicit Gui. Papæ d.decisio.218.& Thom.

115 Gram.vbi supra. ¶†Sexagesimosexto barones grauant vasallos prohibẽdo eos piscari in fluminibus publicis, quod fieri non debet.l.2.& 3.ff.de rer.diui.§.flumina.insti.de re. diui.& tetigi supra eo. Et in hac quæstione conclude.ꝙ regulariter ius piscandi in fluminibus est commune, & omnibus licitum est piscari per supra allegata, & tenet Iacobi.in d.tra.feu.in verbo, & cum piscationibus, & in verbo fluminibus, col.fi.vbi ponit plures limitationes. primò fallit, nisi flumen esset priuatum, quia aliis in eo non esset licitum piscari.l.iniuriarum actio.ff.de iniu. Secundò fallit, quando aliquis pręscripserit, vt solus piscaretur in tali loco fluminis.d.l.iniuriarum.§.fina. cum l.seq. Tertiò fallit, quando princeps vendidisset alicui certam piscariã in certo

to loco talis fluminis. c. 1. in verbo piscationum, quæ sint rega. Quartò fallit, quando vicinus se obligasset per stipulationem, quòd nec sibi, nec hæredibus suis vnquam liceret piscari in tali flumine. l. venditor, & ibi gl. & Pau. de Ca. in prin. ff. com. prædi. Quintò fallit, quando esset consuetudo, ꝙ non liceret alicui piscari in tali flumine nisi pro vsu publico, quia talis consuetudo bene valeret. d. l. venditor. §. si constat. ff. com. prædi. Et prædictas omnes limitationes ponit Iaco. in d. trac. feu. in verbo fluminibus, col. fi. quæ not. Io. Anto. de Nigris Campanus. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Hospitia an possint sibi appropriare stipendiarii, & alii de familia & comitiua regis, vt possint quandocunque ad ea accedere.*
2 *Hospicium ingredi inuito domino an liceat.*
3 *Pœna contra stipendiarios auctoritate propria ingredientes quæ sit.*
4 *Consiliarii, & alii officiales regii, de quibus in text. an possint quandocunque accesserint ad eandem ciuitatem ad eadem hospitia accedere & hospitari.*
5 *Hospicia quanto tempore gratis dari debent familiaribus regiis.*
6 *Hospitia militibus & stipendiariis quomodo debeant assignari & distribui, & qui teneantur hospicia præstare.*
Hospitari an possint officiales in domibus priuatorum, quando extant sacra palacia, vel prætoria.
Hospitari an possint officiales in domibus clericorum eis inuitis. ibidem.

VT NVLLVS APPROPRIET SIBI hospicium, in quo hospitatus fuit, nec ingrediatur eum inuito patrono. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. XXIIII.

1 AD audiētiam nostram ex clamosa multorum insinuatione peruenit, † ꝙ nonnulli de stipendiariis nostris, & aliis, etiam qui de nostra familia, nostraq; comitiua existunt, hospicia, quę ipsis ciuitatibus, locisque aliis regni nostri, ad q̄ nos declinare contigerit, per marescalcum nostrum, aut eius vicarium assignantur, ad eo sibi appropriare, aut vendicare præsumunt, vt quandocunque, & quotiescunq; ad easdem ciuitates, eademque loca, nobiscum conuenerint, & etiam sine nobis, temeritate propria prædicta ingrediuntur hospitia, & in eis etiam tanquam propriis laribus pro eorum
2 libito commorantur. ¶ † Et ideo nos præsenti edicto inuiolabiliter præcipimus, vt nullus ad huiusmodi hospitia etiam nobis in ciuitate, & locis prædictis præsentibus, inuitis hospitiorum dominis
3 auctoritate propria declinare præsumant. ¶ † Quicunq; autem secus pręsumpserit. indignationē nostri culminis, & pęnam amissionis equorum suo-
4 rum se nouerit incursurum. ¶ † Ab huiusmodi autem constitutione excipimus consiliarios nostros, & officiales hospitii nostri, necnon magistrum iustitiarium, & iudices Magnę Curię nostræ, protonotarios, magistros rationales, & notarios, quibus hospitii nostri priuilegium reseruamus, vt vnde eis ad locum nobis aliquem redeuntibus, assignata eis pridem per marescalcum, vel eius vicarium hospitia ingredi, etiam eis quamdiu in eisdem locis fuerimus commorantibus.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

AD audientiam. ¶ In tex. ibi (temeritate propria) hodie totum contrarium seruatur, & maximè per stipendiarios, quicquid per Honorium fuerit ordinatum, & statutum, vt in ca. Honorii, quod incipit, querula. Sebas. de Neapoli.

ADDITIO.

AD audientiam. Ad materiam adde, ꝙ istud ca. confirmatur per Regem Carolum Secundum in c. quod stipendiarii, infra nu. 180. Et vide infra c. item statuimus. in fi. nu. 211. in rubr. quod
5 liceat specialibus personis &c. vbi dicitur, † ꝙ familiaribus regis gratis debent dari hospitia vsq; ad mensem, & vltra mensem debet solui salariū dominis hospitiorū, prout fue-
6 rit statutū. † Et qūo debeant hospitia militibus, & stipendiariis assignari. Et quomodo debeāt distribui. Et qui teneantur præstare hospitia, vide latè in rub. & in toto titulo. C. de metatis lib. 12. vbi vide in tex. gl. & ibi doc. Item adde hic, quæ dixi supra c. proxi. nu. 68. vbi posui, an liceat Principi gratis hospitia extorquere. ADDITIO noua. Et vide ad materiam tex. in l. nulli. C. de offi. recto. proui. vbi statuitur, ꝙ non licet rectori prouincię in ciuitatibus, vbi extant sacra palatia, vel prætoria his reditis capere domos priuatorum. & vide Bal. in l. 1. C. de episc. & cler. vbi dicit, quòd officiales non possunt hospitari in domibus clericorum eis inuitis. Ioannes Anton. de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an possit recipere munera. 6. 9.*
Officiales debent esse feruentes in executione iustitiæ ibidem.
Iudex non debent diuertere ad dexteram, neque sinistram, ibidem.
2 *Iustitiarius cum ingreditur prouinciam an aliquid debeat recipere a ciuitatibus.*
3 *Officialis restituens, seu assignans castra, vel alia an possit recipere palafredum, vel aliud.*
4 *Iustitiarius prouincię an in vno loco possit residentiam facere 8.*
5 *Iustitiarius an possit moram trahere in loco vltra tres vel quatuor dies 8.*
Prouinciam discurrere an debeat præses prouinciæ. ibid.
6 *Officialis an possit recipere esculenta, & poculenta.*
10 *Officialis an possit aliquid recipere pro sententiis.*
11 *Officiales regii an debeant recipere aliquid vltra stantiam lectos, paleam.*
12 *Præses an debeat visitare prouinciam, & non semper stare in vno loco.*
13 *Præses an debeat purgare prouinciam malis hominibus.*
14 *Iustitiarius an possit citare prouinciales in remotis partibus.*
15 *Officialis, qui aliquid indebitè recepisse dicitur, an debeat se per iuramentum purgare.*

VT nullus officialis recipiat munera. Et iusticiarius discurrat prouinciam.

CAROLVS PRIMVS. CAP. XXV.

1 HAC edictali in perpetuum valitura sancimus.† vt nullus iustitiarius, nullus officialis alius munera, vel exenia, siue dona quęlibet recipere quomodo præsumat, exceptis esculentes, & poculentis, sicut est eis a iure permissum, sed eorum contenti salario sint feruentes in executione iustitię, nec diuertant ad dexteram,

2 siue ad sinistram. ¶† Neque liceat cuiquam iustitiario, secreto, & aliis officialibus nostris, cum primò ingreditur decretam sibi prouinciam, quicquam recipere a ciuitatibus, castris, villis, aut aliis q̄buscunque locis, siue personis, sicut hactenus ex quadam consuetudine in aliquibus regni nostri partibus, & specialiter in Sicilia dicitur obseruatum.

3 ¶† Et cum aliquibus castra seu feuda, vel possessiones quascunque, de mandato nostræ celsitudinis restituunt, aut assignant. Palafredum aut nomen palafredi, aut quodcunque aliud pro se non exigāt, aut recipiant, pretextu cuiuscunque consuetudi-

4 nis, vel alterius cuiuslibet iuris. ¶† Et quia iustitiarii in pinguioribus, & melioribus ciuitatibus, seu locis pronunciarum suarū, sic suę stationis nidū, siue locum, firmare dicuntur, ꝙ eis per alia loca prouintiarum ipsarum ad purgādum ipsam malis hominibus discurrere non curātibus, malefactorum crescit malitia, impune committuntur excessus, iustitia non seruatur. Nos qui subditis nostris pacis, & iustitiæ copiam ministrare cupimus affluenter, oportunū in hac parte consilium adhibere volentes, vnicuiq;, & singulis iustitiariis regni nostri fir-

5 miter inhibemus. † Ne in aliquibus ciuitatibus, siue locis aliis prouinciarum suarū, vltra tres dies, vel quatuor ad plus, nisi euidens necessitas, vel vtilitas exposcerit, presumat moram protrahere, sed per prouincias suas vbique discurrat, illasq; expurget hominibus malis, officii sui debitum in executione iustitię viriliter, & fideliter exequendo.

6 HAC edictali. ¶† In tex. ibi (a iure p̄missum) de iure constitutionum est eis permissum recipere esculētum, & poculentum, quod infra biduum consumitur. & semel tantum in vno loco, dum ibi permansit, vt in consti. iustitiarij, & in consti. vniuersi, & in consti. apud iustitiarios, de hoc plenius vide inf. in c. item ꝙ iustitiarij iudices, nu. 38. de iure verò authenticorum non possunt ēt esculenta, & poculenta recipere, vt in auth. scriptum exemplar circa

7 mediū, ita dicit gl. in l. plebiscito. ff. de off. præsi. † An autem officiales esculenta, & poculenta possint in pecuniis competere. Dic ꝙ non, vt plenè notatur per And. de Iser. in consti. capitaneorum, in tit. de off. mag. iusti. vbi vide. Hodie verò præmissa malè seruantur. Immo iustitiarii componūt cum vniuersitatibus, & proinde pecunias recipiunt, &, ꝙ peius est, conueniunt vniuersitates pro donis, & tantū non recipiunt officiales quantum per subditos eis non defer-

8 tur. ¶ In tex. ibi (& quia iustitiarii in pinguioribus.) † Nota contra iustitiarios non discurrentes prouincias eis decretas sed facientes residentiam in pinguioribus locis, & ciuitatibus suæ iurisdictionis, & malè vt hic vides, non. n. debēt in dictis locis morā trahere, nisi per dies tres, vel quatuor, nisi necessitas vrgeret, vt hic habes. Sebast. de Neap.

ADDITIO.

9 HAC edictali. Ad materiam huius c. † an officialis possit, vel non recipere munera, vel saltim esculenta & poculenta, vide tex. in l. solent. §. fi. ff. de offi. procon. & leg. & l. plebiscito. ff. de offi. præsi. & ibi glo. & doct & vide doct. in supra allegatis consti. concordat cum isto c tex. in c. item quòd iustitiarii. infra num. 38. & in c. item nullus. nu. 182. infra in rub. quòd nullus officialis recipiat munera, & And. de Iser. in repet. consti. in verbo officialis, & est prac. Regis Ferdinādi, quę incipit. Ferdinandus &c. suscepti, in rub. prag. contra officiales &c. & alia prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit Ferdinandus &c. cum multa, in rub. prag. ꝙ officiales ad iustitiam ordinati non recipiant donatiui, vbi etiam imponitur pœna, & est nouella prag. Cęsareæ Maiestatis, quæ incipit, quis nescit, cum prag. seq. quę incipit, Gubernatores, in quibus expressè mandatur, vt officiales non possit recipere munera cuiuscunq; generis, nec per se, nec perinterpositas personas, nec etiam res comestibiles magnas, nec

10 paruas etiam a sponte dantibus, vt ibi latius. † Inmo officiales maximè regii nihil possunt accipere pro sententiis

11 etiam a sponte dantibus. † Et similiter si officiales deputati per regiam curiam nihil debent recipere ab vniuersitatibus, etiam sponte dantibus, nisi stantiam, lectos, & paleas moderatè per transitum tantum, & non aliter, vt est nouella prag. Cęs. Maiestatis, quæ incipit, & vt etiam cū seq. quæ incipit, officiales autem, hodie per prag. Regis Philippi nihil debet habere, & de materia, an liceat recipere esculenta & poculenta, vide Lucam de Pen. in l. in sacris. la vlt. co

12 lum. 7. C. de proxi. sac. scri. lib. 12. † Ad illud, quod præses debet visitare prouinciam, vide tex. in l. congruit. ff. de offi.

13 præsi. & in c. decretam, infra num. 42. † Et similiter, ꝙ præses debet purgare prouinciam malis hominibus probatur in d. l. congruit, & l. præses. eo. titu. de off. præsi. & tenet hic Bartho. de Capua. Et ꝙ iustitiarius prouincię non debeat stare semper in vno loco, sed discurrere prouinciam, tenet Matt. de Affl. in consti. iustitiarii non per Calendas per illū tex. in §. ciuitates & loca, & ibi etiam in col. 3. in 3. notabi-

14 li dicit. † ꝙ iustitiarius quantum potest, debet euitare expensas, & damna prouincialium, nec debet citare prouinciales in remotis, & longioribus, vt ibi per eum. Et quid si dicitur, ꝙ officialis aliquid indebitè recepit, nec potest per testes probari, an debeat officialis per iuramentum se purgare, an verò stetur iuramento partis, vide infra c. item ꝙ in omni, nu. 46. in rub. ꝙ stetur sacramento officia, &c. Et ad materiam, huius c. vide, quę dicit Seb. infra c. item ꝙ iustitiarii, & iudices, nu. 38. ADDITIO noua. Aduerte, ꝙ hodie est nouella pra. Regis Philippi de Austria, ꝙ quando Regia Audientia vult accedere per prouinciā debet tota Audientia simul accedere. Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an teneatur pro maleficiis clandestinis.* 13. 17. 36.

2 *Malefactores clandestini, & nocturni qualiter puniantur.*

3 *Inquisitio ex officio, an fieri possit de maleficiis clandestinis, quando accusator non apparet.* 7. 15.

4 *Leues personæ infamatæ de homicidio clandestino, an possint torqueri.* 8.

5 *Vniuersitas pro delictis clandestinis qualiter puniatur.* 13.

6 *Ordo debet seruari, quando proceditur in maleficiis clandestinis contra leues personas.*

9 *Ratificatio infra quantum tempus debeat fieri per totū.* 41.

10 *Puniri quis an debeat pro delicto alterius.*

11 *Pœna*

11 *Pœna suos debet tenere auctores.*
12 *Villa de iure communi an teneatur emendare damnum per alium illatum.*
14 *Ignis impositus in restuchiis ante festum assumptionis Beatæ Virginis si damnum intulit, & ignorantur commissores, an vniuersitas teneatur.*
16 *Agens condictione ex constitutione, si damna clandestina quid probare debet.*
18 *Vniuersitas an teneatur, si maleficium clandestinum est commissum de nocte.*
19 *Vniuersitas an teneatur, quando disrobato potest culpa imputari. puta; quia ambulabat de nocte, vel non per viam rectam.*
20 *Vniuersitas an teneatur, quando non potest resistere prædonibus.*
21 *Vniuersitas an teneatur pro damno dato tempore guerræ.*
22 *Vniuersitas, quæ non fuit negligens in custodiendo territorium, an teneatur pro clandestino.*
23 *Vniuersitas an teneatur, si homo mortuus aliquo tempore supervixit.*
24 *Vniuersitas an teneatur, si non probatur, quòd homo fuit ibi occisus.*
25 *Corpus mortuum an præbeat testimonium de loco cedis.*
26 *Vniuersitas an teneatur, quando incendium non fuit dolo commissum.*
27 *Dolus an in dubio præsumatur.*
28 *Vniuersitas an teneatur, si ille, cui fuit illatum damnum clandestinum, habebat inimicos.*
Inimicitia sola an faciat indicium, ibidem.
29 *Vniuersitas an teneatur pro clandestino, quando sunt indicia ad torturam contra aliquem.*
30 *Vniuersitas an teneatur, quando constat de malefactore.*
31 *Vniuersitas an teneatur, quando malefactor clandestinus non est soluendo.*
32 *Absente an teneantur contribuere in pœna clandestini.*
33 *Barones an teneantur ad custodiam territorii.*
34 *Barones an teneantur ad pœnam propter territorium non custoditum.*
35 *Barones an teneantur pro medietate ad emendam damni clandestini. 37.*
Vniuersitas demanialis an teneatur ad integram pœnam clandestini, ibidem.
38 *Testis vnus cum fama an sufficiat ad probandum in clandestinis.*
39 *Appellari an possit in clandestinis. Et infra quantum tempus appellatio debet terminari.*
40 *Barones an possint cognoscere de clandestinis.*

DE POENA HOMICIDII clandestini. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. XXVI.

CLANDESTINIS maleficiis, quæ nonnunquam, nocturnis temporibus, quandoque verò locis solitariis, etiam de die a diuersis malefactoribus committuntur, salubriter nostræ
1 prouisionis remediis obuiare volentes. † Statuimus, vt si commissores huius inueniri non possint, aut sicut (multoties accidit) per locorum incolas occultantur, homines locorum ipsorum, quibus vel quorum territoriis maleficia sunt commissa, ad damnorum restitutionem damnificatis integrè faciendã, per prouinciarum præsides compel-
2 lantur. ¶ † Et clandestini, aut nocturni malefactores, si in ipso facinore deprehensi, vel aliter conui-
3 cti fuerint, legitimè puniantur. ¶ † Si verò occulta maleficia etiam quorumcunque locorum territoriis contigerit perpatrari, nec ipsorum patratores appareant, ita quòd nullus de tali facinore ab his, qui defuncto attinuerint, vel ab aliquo de populo, arguatur, tunc inquisitionem huiusmodi facinoris fieri volumus diligenter, per quam si aliquid certum probabitur iuxta probata inquisitionis eius-
4 dem facere iubemus. ¶ † Quòd si ex inquisitione ipsa leues personæ aliquæ de homicidio perpetrato notantur, licet per eam contra ipsos non probetur, ad plenum ad tormenta personarum ipsarum leuium postremò decernimus descendendum, per quæ omnia si de delicto constare non poterit, sed confiteri animo indurato hi, quibus ingeruntur tormenta non velint, vel (si prout consueuit accidere in plerisque) tormentari vltra modum timidi fateantur, nec in confessione perdurent soluti tormentis, quæ tamen non timeant iterari, tunc & illius loci, in quo commissum est maleficium posses-
5 sores. † Si quidem locus ille habebit mille vel plures focularios, centum, si verò plura, quàm quingenta vsque ad mille habuerit domicilia, quinquaginta. Quòd si quingentorum, vel paucorum foculariorũ sint, vigintiquinq; vncias mulcta locũ nostro applicanda ærario dãnandum esse censemus. ¶ † Vo-
6 lentes etiam, vt in aliis maleficiis ac damnis clandestinis, & nocturnis huiusmodi, tam inquisitionis & probationis, quam etiam tormentorum vltio personis adhibendorum leuibus, ordo seruetur. ¶ Quòd si constet vniuersitates occultare velle, forsan huiusmodi scælerum commissores, ac nolle officialibus nostris illos quærentes exhibere, pœnam vniuersitatibus ipsis pro qualitate locorum, & commissorum scælerum inferendam, nostro arbitrio reseruamus. Data Neapoli. 2. Decembris 10. Indic.

CLANDESTINIS, Circa hanc materiã maleficiorum clandestinorum vide infra de pœna homi. cland. c. Item statuimus. nume. 117. & in c. constitutionem. nu. 158. in rub. de homi. cland. & in c. item statuimus, quòd vniuersitas locorum. nume. 123. & vide tex. in ca. frequens. nume. 7. & quod ibi scripsi. Et quòd locum non habet in furto, declaratum est per c. Honorii, quod incipit, eidem
7 prouisioni. ¶ In tex. ibi (tunc inquisitionem) † Nota, quòd in maleficiis clandestinis licita & permissa est inquisitio. ¶ In tex. ibi licet per eam contra ipsos non probetur ad plenum
8 decidit iste tex. † quòd in maleficiis clandestinis si reperientur notatæ facta inquisitione aliquæ leues personæ possunt torqueri absque aliquo indicio, quod est notandum. Seruandus tamen, est ordo in huiusmodi tormentis, vt infra eod. c. versi. volentes. ¶ In tex. ibi (quæ non timeant iterari)
9 † Quantum tempus requiritur ad hoc, vt cesset talis timor. And. de Iser. in consti. si damna clandestina, col. 2. hac ratione dicit plures dies requiri post dictam torturam. Ang. de Perusio dicit, quòd aut prima tortura processit iustè, & tũc suffi-

sufficit, quies vnius diei, vel vnius noctis secundùm Iaco. Butri. vt notat & refert idem Ang in l. 2. C. de custo. reo. vbi vide. aut non, & tunc secus, & similiter hoc nota tu latrunculator. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

CLANDESTINIS. Pro clariori doctrina huius materiæ clandestinorum est sciendum.
10 † Primò, quòd de iure communi regulariter quis non debet puniri pro delicto alterius. cap.
11 non debet, & c. damnum. extra de reg. iur. in 6. † Et similiter pœna suos debet tenere auctores. l. sancimus. C. de pœn. & in §. quoniam. in aucten. vt nulli iudi. & ibi hoc in terminis
12 tenet Ang. vbi dicit, † quòd de iure communi villa non tenetur emendare damnum per alium illatum, vt ibi per eû. Sed Imperator Federicus super huiusmodi clandestinis fecit duas constitutiones In consti. super incisionibus, & cõ-
13 sti. si damna clandestina, per quam fuit statutum, † quòd si damnum fuit illatum alteri, & non extant probationes cõtra inferentes damnum, & sic damnum est clandestinum, possessores locorum, in quorum territorio sunt commissa huiusmodi scælera, tenentur ad emendationem damni, & si homicidium est commissum clandestinè, tenetur vniuersitas, si non constat de malefactoribus. E: si ille clandestinè occisus erat Christianus, vniuersitas tenetur ad pœnam centum augustalium. Si verò erat Iudeus, vel Paganus, tenetur ad pœnam quinquaginta augustalium. Sed circa pœnam iura regni fuerunt diuersimode statuta: quia per d. cõsti. fuit imposita pœna prædicta, postea superuenit Rex Carolus Primus, & fecit istud. c. quod est sumptum ex illa consti. & correxit. d. consti. in duobus. Primò: quia non fit distinctio inter Iudeum & Christianũ. Secundò in impositione pœnæ, quia in d. consti. imponitur pœna centum augustalium cum distinctione tamen, vt supra inter Iudeum & Christianum. Sed in isto. c. imponitur pœna pro numero focularorium, & imponitur pœna vnciarum centum, nõ autem augustalium, pro numero tamen focularorium vt hic: quia si vniuersitas est mille focularorium vel vltra, mulctatur in vnciis centum. Si verò sit quingentorum focularorũ, vel vltra, vsque ad mille, punitur in vnciis quinquaginta. Si verò sit infra quingenta focularia, tenetur in vnciis vigintiquinque. Postmodum verò idem Rex Carolus primus correxit istud. c. quantùm ad augmentum pœnæ, & voluit, quòd in pœna imponenda vniuersitati pro maleficio clandestino seruetur dicta constitutio, si damna clandestina, vt patet in ca. statuimus. infra. nu. 59. in rub. de obseruan. pœna mortis clandestinæ &c. Superuenit postea Rex Carolus Secundus, & hoc idem confirmauit in capitulis editis in planicie Sancti Martini, vt patet in c. Item statuimus, quòd pœnæ infra n. 117. in rub. de pœna clandestini homi. Deinde ipsemet Carolus Secundus in c. constitutionem. infra nu. 158. in rub. de homi. clande. limitauit. d. consti. si damna clandestina. circa pœnam, distingnendo pro numero focularorium, vt in isto. c. nostro, verum sicut in hoc c. loquebatur de vnciis, ibi loquitur de augustalibus vt tunc demum vniuersitas mulctetur in augustalibus centum pro clandestino homicidio Christiani, quãdo vniuersitas habet focularia mille vel plura. Si verò habet focularia quingenta, vel plura, dũmodo minus mille soluat quinquaginta augustales, si verò habet focularia minus quingẽtis focularibus, vsque ad centum tenetur ad augustales vigintiquinque, si habet minus quàm centum focularia, tenetur pro pœna ad duodecim augustales, eadem distinctio seruatur in pœna quinquaginta augustalium pro Iudeo clandestinè occiso, vt in d. c. constitutionem diui patris, & sic concludendo de primo ad vltimum seruatur. d. consti. si damna clandestina, cum distinctione tamen focularorum, vt dictum est, & tenet hic Bartol. de Capua, & ad prædicta vide Matth. de Affli. in rub. d. consti. si damna clandestina, colum. 1. & 2. vbi latè. Et ad materiam huius. c. vide in fra in c. vniuersis. aliàs incipit remedia nu. 243 & nu. 242.
14 ¶ † Et quid si fuit immissus ignis in restuchiis ante festum Assumptionis Beatæ Virginis Mariæ de mense Augusti, & fuit illatum damnum, si commissores ignorantur, an vniuersitas teneatur ad emendam damni. Dic quòd sic, vt in c. pridem. infra nu. 29. in rub. de non immittendo ignem in restuchiis, cum c. sequenti incipiente, nuper autem, & tenet Matth. de Affli. in d. rub. consti. si damna clandestina. colum. 2. versi. quartò. ADDITIO noua. Et ad materiã adde, quòd vniuersitas, quæ non custodiuit territoriũ pro furto, seu damno clandestino, non punitur aliqua pœna solùm in emendatione damni, vt dicit Tho. Grami. decisi. 47. in causa vniuersitatis. Aduerte etiam pro declaratione materiæ, quòd hodie regia curia imposuit in toto Regno quatuor Caballos æneos pro quolibet mense pro quolibet foculari, & talis impositio soluitur regio perceptori pro salario Barriselli seu Capitanei de Campanea & comitiuæ, & persequuntur malefactores per totum regnum, & vniuersitates sunt releuatæ a custodia territoriorum, ita quòd si in aliquo territorio fuit commissum furtum, vel aliud delictum, vniuersitas ad nihilum tenetur, nec ad pœnam, nec ad damnum: quia custodia fit per deputatos per Regiam Curiam, & non per vniuersitates, & sic vniuersitas non dicitur in aliqua culpa, vel negligentia, & ita seruatur. ¶ Cir-
15 ca illud, quod tangit Seba. hic. † An super maleficio clandestino possit ex officio procedi, vide in c. regni, vt delatas, infra nume. 235. & potest induci a contrario sensu, quia loquitur in homicidio clandestino, sed de damno dato nihil dicit, sed vide Pari. in tra. sindi. in verbo inquisitio. §. 1. & 2. Matth. de Affli. in d. consti. super incisionibus. col. 7. & in consti. si damna clandestina. in 17. nota. nu. 51. vbi videtur velle, ꝙ possit procedi. ADDITIO noua. Quod vltimum procedere posset, quando ageretur ad pœnam, secus si ad damnum pro interesse partis, quia ad priuatam vtilitatem parte non instante iudex procedere non posset. l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infe. Sed ad pęnam pro damno clandestino non tenetur, vt dictum est supra proximè, ideo nõ potest pro damno ad priuatam vtilitatem ex officio procedere, & ꝙ ad pęnam vniuersitas non teneatur, quando conuenitur pro damno clandestino, vt pro furto non pro homicidio clãdestino. Facit: quia vniuersitas deliquit in omittendo: quia non custodiuit territorium, ideo leuius punitur, & sufficit, ꝙ puniatur in emendatione damni, & bannum factum de custodiendo territorium non poterat alterare pęnam a constitutionibus & capitulis statutam, & ita fuit pluries in Sacro Consilio decisum, vt tenet Tho. Grã. d. decisio. 47. in causa vniuersitatis, & ibi etiam ponit, quomodo procedit. c. frequens, & ineffrenata. supra nu. 7. vide ibi, & tenet Seb. hic, qui dicit, ꝙ non habet locum in furto: quia pro furto vniuersitas non tenetur ad pœnam, sed solum ad emendationem damni. Poterit etiam pro vniuersitatibus adhiberi cautela, licet non sit necessaria, quando per audientias prouinciales fiunt talia banna de custodiendo territorium sub pęna, vt fiat aggrauatio banni, & petat reduci ad conformitatem constitutionum, & capitulorum regni, ex quo iudex non potest alterare pęnam a iure statu-
16 tam, vt dicit Tho. Gram. vbi supra. ¶ † Et ille, qui agit condictione ex dicta constitutione si damna clandestina, vel ex consti. super incisionibus, quid debeat probare, vide Soci. consi. 55. incipiente, præstantissime doctor, primo volum. & Pet. Phi. Cor. consi. 23. primo volu. ¶ Et ad materiam huius. c. vide plenè per glos. & And de Isern. & plenissimè per Matth. de Affli. in d. consti. super incisionibus, & in d. consti. si damna clandestina, & in rub. d. consti. vbi plenissimè.
ADDITIO noua. Ad prædicta etiam vide Gandi. in suo trac. malefi. in rub. de aliquibus quæstionibus variis in malefi. col. 5. in fin. versi. Item pone, ꝙ aliquis, vbi tenet, ꝙ si aliquis fuit disrobatus in territorio alicuius castri vel villæ, ille locus tenetur ad emendationem illius robariæ per l. ne quid. circa medium, & §. a domino. ff. de incend. rui. nau fra. & sic videtur, ꝙ etiam de iure communi villa teneatur, contra

contra superius dicta, sed ille tex. loquitur, quando fuit aliquid immissum in possessione alterius, & dominus fuit sciens, secus si ignorans, vt dicit glo. in d. l. ne quid, in verbo a
17 possessoribus. ¶ † Regula autem, quæ sumitur ex dicta cõsti. si damna, & ex d. consti. super incisionibus, & ex isto ca. nostro cum superius allegatis. s. ꝙ quando maleficium est commissum in territorio si non apparent malefactores te-
18 netur vniuersitas. ¶ † Limitatur primò non procedere, quã do maleficium esset cõmissum de nocte; quia tunc ex quo homines, seu vniuersitas nõ fuit in dolo, nec in culpa: quia habuit iustam ignorantiam, non tenetur, per ea quæ tenet Bar. Bal. & Ang. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Sille. l. si quis in graui. §. subuenitur. eo. tit. & Par. in tra. sind. in uerbo robaria, col. 2. & Lud. Ro. consi. 7. visis necessariis. colum. fi. per iura per eos allegata. Sed in contrarium tenet Laur. Calc. consi. 39. in casu Tadei. col. 2. in prin. & per totum, ubi tenet, ꝙ custodia debet fieri de die & de nocte, & istam partem tenet Matth. de Affli. in d. consti. si damna clandestina, col. antepen. uersi. quid autem. & in consti. super incisionibus. colum. 5. & Ang. Are. in trac. malefi. in verbo fama publica, col. 26. uersi. quid si statuto, & faciunt, quæ dicit Pau. de Ca. cons. 174. in fin. ubi propterea excusatur uniuersitas quia posuit custodes nocturnos, & pro ista parte bene facit tex. in l. in nomine domini. §. in Sardinia. ibi. die noctuque. C. de offi. præf. præt. Afri. sed ad illum tex. potest respõderi ꝙ loquitur in eo, qui percipiebat pecuniam ratione custodiæ, unde cõtractus ille sponte celebratur gratia utriusque, unde nimirum si tenetur etiam de culpa leui, sed in casu nostro uniuersitas tenetur custodire ex necessitate propter officium sibi iniunctum, unde facilius ei subuenitur, ar. l. fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. iuncta. l. si ut certo. §. nunc uidendum. ff. commo. Poterit etiam responderi alio modo ad illum tex. quod ibi expresse mandabatur, ut die & nocte custodiretur, ut ibi patet in tex & diligenter fines mandati custodiendi sunt. l. diligenter. ff. mãd. secus uidetur esse in quæstione nostra. Sed aduerte; quia pro ista parte, ꝙ vniuersitas teneatur pro maleficio clandestino commisso de nocte, uidetur probare tex. in terminis in d. consti. super incisionibus. ibi, nocturnis temporibus, & tex. in isto c. nostro ibi, nocturnis temporibus. In isto articulo est distinguendum, ꝙ si de nocte fuisset commissum maleficium. puta: quia de nocte fuit immissus ignis, & commissum damnum clandestinum, uel si de nocte fuit commissum furtum in domo, vel in taberna a malefactoribus, vt fieri assolet, & vniuersitas non fecisset custodiam, tunc vniuersitas tenetur. Si verò aliquis ambulabat de nocte, & fuit disrobatus, seu occisus, & tunc, quia potest ei culpa imputari per ea, quæ dicam infra in sequenti limitatione, & tunc vniuersitas non tenetur, sed esset excusata.

ADDITIO noua. Ad prædicta faciunt, quæ dicit Bald. per illum tex. in l. si quis in graui. §. subuenitur. ff. ad Silla. vbi dicit, ꝙ si castrum tenetur capere malefactorem, nõ puniuntur homines illius castri, si de nocte nõ exierunt ad capiendum malefactorem delinquentem extra castrum, cũ castrum esset clausum, & claues non tenebantur per eos:
19 quia tunc culpa eis imputari non potest, nisi dolo ipsi hoc facere procurassent, vt in illo tex. ¶ † Limita secundò dictam regulam non procedere, quãdo disrobato posset culpa imputari puta, quia ambulabat de nocte, vt dicit Par. in d. tra. sindi. in verbo robaria, & Lud. Ro. in d. consi. 7. visis, vel quia non ambulabat per viam rectam, sed ambulabat extra stratam: quia tunc ei culpa imputari potest, & vniuersitas non tenetur, per ea quæ dicit Bar. in l. pen. §. in summa. ff. de his qui deie. vel effu. & Bartol. in l. cum proponas per illum tex. C. de nauti. fœno. & ibi Bal. & Saly. in 2. nota. & Bar. in l. 1. ff. de his qui deiece. vel effu. Angel. Aret. §. his itaque. colum. 1. Insti. de iusti. & iure, Par. in d. verbo robaria, colum. 2. versi. non habet, & Lud. Roma. in d. cons. 7.

ADDITIO noua. Illud autem, quod dictum est in ista secunda limitatione, ꝙ quando non uadit per viam rectam, potest imputari culpa disrobato, & non tenetur uniuersitas, posset limitari, nisi ille fuisset iusta causa motus nõ ire per viam rectam, puta: quia locus erat inundatus ab aquis, vel metu hostium, vel latronum ibi conuersantium, & propterea per illud iter non transisset, per ea quæ dicit Saly. in l. cum proponas. in fin. C. de nauti. fœno. quod dicit esse menti tenendum, & per Soci. in regula. 54. ꝙ si aliquis, in fallentiis ibi positis. Idem etiam esset dicendum, si aliquis transiret per loca periculosa; quia tunc sibi deberet imputari, vt dicit Saly. in l. item si obstetrix. ff. ad leg. aquil.
20 ¶ † Limita tertiò dictam regulam non procedere, qñ vniuersitas non esset potens resistere prædonibus, quia tunc si fecerunt diligentiam, quam adhibere potuerunt, excusantur. l. omne delictum. §. fin. ff. de re mili. vt tenet Paris in d. tra. sind. in verbo robaria. col. 2. versus fi. & Matth. de Affli. in d. consti. super incisionibus. col. 5. versus fi. ad quæ vide, quæ dixi supra in c. frequens. nu. 7. & Ang. in d. trac. malefi. in verbo fama publica, colum. 18. versi. duodecimò.

ADDITIO noua. Et tenet Lauren. Calca. consi. 80. in causa quæ vertitur. vbi hoc tenet in terminis, & ibi etiã infert, quòd si vniuersitas se summisit exercitui inimicorũ cui resistere non poterat, non dicitur rebellis, vt ibi latius per eum, Alexa. consi. 112. in causa & lite. 4. volum. & ibi videtur tenere, ꝙ debet probari, ꝙ resisti non poterat sine periculo, vt ibi per eum. bene faciunt, quæ dicit Flo. in l. in omnibus. ff. de noxa. & Hippo. in l. vnica, numero 204. C. de rap. virg. vbi dicunt, ꝙ licet receptans malefactorem puniatur: tamen non habet locum in illo, qui non voluntariè sed coactè receptat aliquem, puta si essent plures rei criminis insimul, & accederent ad domum alicuius boni viri nocturno tempore, & dicerent ei, nisi aperias nobis hostiũ, te comburemus in domo, tunc si talis iusto timore aperit domum, & eos receptat non debet puniri aliqua pœna, vt
21 ibi per eos. ¶ † Limita quartò dictam regulam non procedere, quando fuisset datum damnum tempore guerræ: quia tunc vniuersitas non tenetur, vt tenet Ludoui. Roma. d. consi. septimo. & Matth. de Afflict. in d. constitutio. su-
22 per incisionibus, col. 9. versic. quid si homines. ¶ † Limita quintò dictam regulam non procedere, quando homines vniuersitatis, seu vniuersitas non fuissent negligentes in custodiendo territorium a malefactoribus; quia tunc vniuersitas nõ tenetur, vt tenet And. de Iser. & Matth. de Affl. in d. consti. super incisionibus, col. 5. & col. 9. versi. quid si homines, & Matth. de Affli. in d. constit. Si damna clandestina. col. 9. circa prin. & faciunt, quæ dicit Bart. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Silla. ADDITIO noua. Et quomodo probetur diligentia facta per vniuersitatem, quãdo tenetur capere malefactores, vide latè Bart. consi. 102. charissime domine, isti nostri Nucirini, vbi dicit, quòd vniuersitas ad sui defensionem potest probare multa secundum diuersitatẽ facti accidentia. Et primò, ꝙ maleficium fuit commissum in loco absconso & secreto. ff. quod ui aut clam. l. semper. §. hoc interdictum. versi. sed si is: quia non potest imputari communitati, si ignorauit, & occisores reperiri non potuerunt. l. si ratio. C. de his, quib. vt indig. facit. l. annus, de calu. Item quòd maleficium fuit factum in loco propinquo flumini, vel contiguo alicui ciuitati, vel comitatui, & quòd antequam homines possent trahere, poterant flumen, vel confinia transire, ita ꝙ postea capere non poterant. ff. de noxa. l. in delictis. circa prin. & de ædil. edi. l. quid sit fugitiuus. §. inde Cecilius. Item ꝙ poterant de facili in aliquod nemus, vel siluam fugere, ita quòd difficilis, vel quasi impossibilis erat eorum persequutio. l. naturaliter. ff. de acqui. re. domi. & ff. de acqui. po. l. 3. §. Nerua. Item, quòd tale maleficium fuit factum clam, siue in nemoribus, ita quòd non potuit prohiberi, nec eis auxilium ferre potuit. l. 1. §. occisorum. cum §. sequen. ff. ad Silla. Item, quòd fuit factum in loco remoto, ab habitationibus, ita quòd exinde non poterant exaudiri voces clamantium. l. prima, §. hoc autem. & §. si quis in uilla. ff. ad Silla. & l. fi. C. ad Sill. item, ꝙ vniuersitas erat occupata circa alia necessaria magna, vel æquè necessarium, arg. l. 1. §. si cum esset. ff. ad Silla. & ff. de re iudi.

di.l.contumacia.§.contractus,& §.quid ad manus.Item, ꝙ delictum,vel homicidium fuit commissum eo tempore, quo erant clausæ ianuæ ciuitatis,vel erat suspicio in ciuitate, ita ꝙ homines exire non poterant ad eos capiẽdos. l. si quis in graui.§.subuenitur,& ibi Bal.ff.ad Silla.& Barto. in d.consi.102.colum.2.Item probari poterit,ꝙ tanta erat multitudo malefactorum, ꝙ capi non poterant sine bello magno.vt.C.de epi.audi.l.addictos,& de rap.virg. l. raptores.& C.de his qui latro.l.fi.Item, ꝙ illi malefactores statim reduxerunt se ad aliquam arcem,seu roccam,& muni tionem ita fortem,ꝙ non poterant capi,vel expugnari, vt. ff.ad leg.iul.maie.l.3.Aduertendum tamen est,ꝙ si illi, qui tenent illum locum, sunt de iurisdictione illius communitatis potest eis fieri præceptum,ꝙ restituãt malefactores secundùm formam.d.l.fi.C.de his qui latro. occul. Item poterit probari, ꝙ illi malefactores statim intrauerunt Ecclesiam, vel Monasterium,vel locum religiosorum, & sic ibi capi non poterant, extra de immu.eccle.c.inter alia. & C. de his qui ad eccle.confug.per totum.& omnia ista faciũt, ꝙ vniuersitati non potest imputari negligentia secundùm Bar.in d.consi.102.Poterit etiam probari diligentia vniuersitatis in capiendo malefactores, probando ꝙ officiales ciuitatis accesserunt,vt illos malefactores capere & comprehendere potuissent.l.fi.C. de his qui latro.l. 1. §. sin autem post commissum. de rap. virg. Itẽ ꝙ rumor & clamor fuit concitatus in ciuitate,vel castro,vt omnes irent ad capiendum malefactores,arg. l. prætor. §. si quis,& l.1.ff. vi bon. rap.& ff.ad Silla.l.1 .§.tulisse.Item,quòd fuit pulsata campana ad capiendum malefactores, vt notatur in l.fin.ff.de dolo.& l.aliud.§. refertur.de reg. iur. quòd diligenter fuit perquisitum per omnia loca, vbi poterant verisimiliter esse malefactores.l.3.§.Nerua.ff.de acqui.posse. Item, quòd fuit factum bannum,& preconium per ciuitatem, vt quicunque assignaret talem malefactorem, haberet tantum pro præmio,& qui sciret & non indicaret,puniretur, arg. C.de his qui in prio.cred.loco succe.l.1. ff.de iniur. l. 1. §. non solùm.ibi,metu pænarum.ff.ad Sille.l.lex cornelia,cũ similibus, vt per Bar.in d.consil.102.Item hodie in regno poterit probari, ꝙ vniuersitas soluit regio fisco, & perceptori functionum fiscalium mensatim denarios duos pro stipendio Barriselli, & capitanei Campaniæ, & propterea est releuata a custodia territorii.Et prædicta alia induxit ad quæstionem,fuerat de nocte commissum homicidium intus ciuitatem clam,& occultè,impetebatur vniuersitas pro homicidio clandestino,dicebam, ex quo ad officialem ciuitatis spectabat cura,ne committerentur maleficia intus ciuitatem.Et propterea debet habere milites, & familiam armatam,vt probat tex.in l. 1.§.fi.ff.de offi.præfe.vrb.& l.3. in prin.& §.sciendum.ff. de offi.præfe.vig.facit tex.in l.obseruare.§.nemo.ff.de offi.procons.Et extabant banna in ciuitate,vt nemo de nocte accederet armatus per ciuitatem, & sic erant prohibiti ciues exire armati a domibus, & homicidium fuerat clam, & occultè factum, & extra ciuitatem non poterat imputari negligentia vniuersitati:quia apponebat custodes in locis solitis & suspectis, propterea ad pœnam clandestini non tenebatur vniuersitas, & ita obtinui. ¶ Visum est proximè, quomodo probetur diligentia, modò quæro, quomodo probetur negligẽtia.Et Bal.ponit in l. mancipia.C.de ser.fug.vbi ponit, quomodo iudex dicatur esse in negligentia,vt teneatur in sindicatu,& Bar.in l.in cognitione.col.fi.ff.ad Silla.vbi dicit,quod tũc hæres dicitur esse in negligentia accusandi, quando transiuit tantum tempus,quòd comodè poterat accusare,& non accusauit;vt not.in l.1.C.de his quib.vt indig.quod dicit esse notandum propter delicta,quæ committuntur in omittendo vt tunc dicatur esse neglectum, quando transiuit tantum tempus,quod potuit impleri,& non est impletum,nec debet expectari tempus,vt desinat posse fieri, vt per Bar. vbi supra,& Par.in.tra.sind.in verbo negligentia. in prin. & §. iudex vt non arguatur,colum.2.versi.officialis infra quantum date Fely.in cap. si autem.colum.3.versi. negligentia, extra de rescri.Alexan.in l.4.§.in eum.ff de damn. infe. Paris in dicto tracta. sind. in titulo de modo & forma sindi. §.sindicantur.Et ibi etiam ponit, quando iudex dissimulat facere iustitiam partem grauando,ꝙ potest adiri superior, & coram eo tarditas illius iudicis deduci in querelam per l.fi.in fin.C.de temp.app.Bal.in c.1.de contro. inter do. & vasa.cum concor.Et dicit Bal. in l. si a non dominis. C. de his qui a non domi. manu. quòd negligentia in principali præiudicat in pœna: quia negligens in tanto est negligens in toto, vt ibi per eum.Et ad materiam de negligentia vide Alexan consi.80. stantibus his.4. volum. vbi ponit, an per negligentiam ecclesiastici in præstando Sacramenta vnio alterius ecclesiæ possit dissolui. Et an plures interpellationes requirantur, vide ibi per eum.Et plenè ponit Bartol. d. consilio 102. colum. 1.ubi ponit modum in genere,quando uolo probare aliquem negligentem, uide ibi per eum.

23 ¶ † Limita sextò dictam regulam, ita demum procedere, quando homo mortuus fuisset repertus in territorio.Secus si aliquo tempore superuixit; quia tunc vniuersitas non tenetur,vt dicit tex.ad literam in c.item statuimus,quòd poena.in fi.infra nu.127.in rub. de pœna clandestini homicidii,licet in contrarium faciant,quæ refert Barto.in l. bello. amissi.ff.de excus.tut. & Bar.in l.1.§. ex incẽd.ff.de incẽ.rui. naufra.ubi ponit q̃stionẽ de eo, qui tenetur emẽdare equũ occisum in bello,an habeat locum,si fuit uulneratus in bello,& postea in domo decessit;tamen quia tex.in d. ca.item statuimus.expresse istum casum determinat,ideo illi determinationi est standum;quia ubi tex.ibi nulla iuris quæstio. l.ille.aũt ille ff.de leg.3.& istã opi.tenuit etiam gl.& Matth. de Affli.in consti.si damna clandestina,col.7. uersic. nonò. quæro. ADDITIO noua.Et uide,quæ dicam in d. ca. item statuimus.Et aduerte,quòd ubi reperitur aliquis mortuus,& non apparent uulnera,non præsumitur occisus,sed sua morte mortuus,ut dicit Bald. in l.huic.ff. ad leg. aquil.

24 ¶ † Limita septimò dictam regulam non procedere, quando non appareret,seu non esset probatum,hominem fuisse ibi occisum: quia tunc uniuersitas non teneretur, potuit enim esse alibi occisus,& illuc postea asportatus,& sic probatio non esset concludens contra uniuersitatem,ita tenet Pau.de Ca.quem refert & sequitur Ias.in l. pen. §. docere. ff.ne quis eum qui in ius uoca.est ui exi. & Decius consilio 458.in prin.3.uolum.Et Decius in l.non hoc.colum. 2.nu. 6.C.unde legi.Alexan.consi.91.in causa & lite.colum. 1.6. uolum.et D. Marcusanto.Pataui.in l.fi.ff.de quæstio.in uer

25 bo iudicium,in fin.car.8.col.1.† Ratio: quia corpus mortuum non præbet testimonium de loco cedis,nisi alia concurrant, puta quia homines malefactores ibi conuersari solebant, & ad prædicta uide etiam Alb. de Ro. inquæstio.statu.in secunda parte.quæst.84.& Bal.in l.3.§. cognoscit.ff.de offi.præfe.vigil. et Marcumanto.Blan.in repe. l. fi.

26 nu.77.ff.de quæstio ¶ † Limita octauò dictam regulam nõ procedere,quando incendium non fuisset dolo commissum,sed casualiter;quia tunc uniuersitas non tenetur;quia. d.const,regni super incisionibus,expresse requirit;ut dolus interueniat ad hoc,ut uniuersitas puniatur,prout etiam ibi dicit Matth.de Affli.in col.3.in prima limitatione, & donec non constat,ignem dolose impositum, uniuersitas nõ potest condemnari,per ea quæ dicit Bald. in l. 1. §. item illud.ff.ad Silla.& ibi Nico.de Neapo.& tenet Soci.cons.55. præstantissime.colum.3.primo uolum.Pro hoc facit: quia, quando qualitas est fundamentum intentionis alicuius, debet illa qualitas probari per ea, quæ dicit Barto.in l.non solum.§.sed ut probari.ff.de oper.no.nunci.& Alexan.in l.ex quacunque.colum.4.in fin.ff. si.quis in ius uoca. non ierit.

27 † Et in dubio non præsumitur dolus,nisi per indicia probetur.l.dolum,& ibi Alexan.in prin.ff.de dolo.Et dicit Matth. de Affli.in d.consti.super incisionibus,colum.4. & in deci. 57. ꝙ in dubio præsumitur ignem impositum culpa inhabitantium,& sic non dolo. Et ideo sunt consideranda indicia,si.n.inimicitia præcesserat inter immittentem ignem, & eum,cuius domus fuit combusta,præsumitur dolus, ut dicit

dicit Ang.in tract.malefi.in verbo incendiario, colum. 2. aliàs secus. Et ad prædicta, vide quæ dicit Matth. in consti. qui doloso. colum.fina. Sed quando agitur contra vniuersitem, ex quo vniuersitas non commisit incendium, sed punitur pro delicto alterius, tunc dolus debet probari per indicia, vt possit condemnari per supradicta. ADDITIO noua. Et ad materiam adde, quæ dicit Bald.in l. quæ fortuitis col.2.versi.item quæro.C.de pig.actio.vbi dicit, ꝙ ignis in dubio præsumitur immissus ab habitantibus seu conuersantibus in domo, nisi demostretur, quis ignem immisit, vt ibi per eum, & Saly.ibidem & per Bal.in l.si creditor.eo.tit. de quo vide Ang.Are.in in tra.malefi. in verbo incẽdiario, col.6.versi.tertio casu, & latè Tho.Gram.decisi.3.& ibi ponit, an incendium præsumatur culpa inhabitantium, & an dicatur culpa leuissima, & an conductor pro tali culpa teneatur, & an teneatur ad emendam, vide latè ibi. Et ad materiam incendii, vide latè Ang.in d.tra.malefi. in verbo incendiario, & Caro.in long. in titu. de dam. iniur. dato. l. 3.

28 ¶ † Limita nonò dictam regulam non procedere, quando damnum clandestinum esset datum alicui, qui habet aliquem inimicum, seu odiosum, præsumitur, ꝙ ab illo inimico sit datum, & vniuersitas non tenetur, vt tenet Par. in tra. sindi.in verb.robaria.colum.2. versi.& adde. In contrariũ videtur tex.in d.const. super incisionibus, ab illo versi. qua restitutione, vsq; ad §.nec minus.vbi videtur ꝓbari, ꝙ si dãnum est illatum ex inimicitia, vel odio, vniuersitas nihilominus tenetur. Tu verò dicas, ꝙ si constaret damnum esse datum ab aliquo inimico, tunc casus esset clarus; quia quãdo constat de malefactore, vniuersitas non tenetur, sed deberet agere contra eum, qui damnum intulit, vt in d. consti.super incisionibus, & in consti.si damna clandestina. Si non constat de malefactore, & tunc sola inimicitia non est sufficiens, sed debent plura indicia concurrere ita ꝙ sint indicia sufficientia ad torturam contra aliquem, vt vniuersitas excusetur, aliàs tenetur, ita tenet Lud. Ro. in d. consi. 7.visis necessariis, & infra proximè dicam. Et an sola inimicitia faciat indiciũ ad torturam, vide Ang.in tra.malefi.in verbo fama publica.columna 17. versicu. quæro quid.

ADDITIO noua. Ad prædicta vide etiã D. Aymo. consi.36.ex pluribus.primo volum.vbi ponit, quòd odium præcedens, minæ, & maleleficium statim sequutum, probant delictum incendii, & ibi etiam ponit de inimico talia

29 facere consueto.dic vt ibi.¶ † Limita decimò dictam regulam non procedere, quando contra aliquem essent indicia sufficientia ad torturam; quia tunc non potest agi contra vniuersitatem, sed debet dari tortura illi infamato, contra quem sunt indicia, & si ille confitetur, vniuersitas excusatur. Si verò non confitetur, tunc proceditur contra vniuersitatem, vt probat tex.in d.const.si damna clandestina, & ibi Matth.de Affli.in colum.2.in declaratione tex.& probatur in isto.c.nostro, & Lud. Ro. in d. consi. 7. visis necessariis.

ADDITIO noua. Quid autem si in hospicio esset commissum furtum, vel latrocinium, & dominus hospicii soluit emendam damnum passo, an possit repetere ab vniuersitate, vide Pau.de Ca. consi. 156. statutum. primo vol.

30 vbi tenet quòd non.¶ † Limita vndecimò dictam regulam non procedere, quando constasset de malefactore; quia tunc vniuersitas non tenetur, sed proceditur contra malefactorem, vt est tex.in d.consti.si damna clandestina, & in d.consti.super incisionibus, & doctores in dictis locis, & est tex.in isto.c.nostro. ADDITIO noua. Et vide Alexand.consi.112.in causa & lite, col.1.4.vol.vbi videtur tenere, quòd quando scitur genus, seu species hominũ, qui maleficium commiserunt, licet ignorentur singulares personæ, tamen vniuersitas excusatur. Et hoc est vtile, quando probatur in genere, quòd forensiti commisserunt delictũ, licet ignorentur nomina, excusatur vniuersitas per prædi-

31 cta.¶ † Intellige tamen prædicta procedere, quando malefactor inuenitur, & est soluendo, tunc vniuersitas non tenetur. Secus si malefactor non esset soluendo: quia tunc licet vniuersitas excusetur a pœna, tamen tenetur emendare dãnum illi damnum passo. Ratio: quia vniuersitas debuit per uigili custodia custodire, nę maleficia commiti possint, de hoc est tex.in cap.nuper autem, versi.aut si inueniantur, infra num.30.& ibi hoc tenet Bartol. de Capua & Matth. de Affli.in rub.const.Si damna clandestina.colum. 2. versi.4. Istud tamen intellige procedere in casu speciali in immittente ignem, & hoc est speciale propter frequentiam huius delicti, & propter multas querimonias exinde habitas, vt d.c.nuper.in prin. & quòd sit speciale tenet Bartol. de Capua in d.c.nuper.& ibi dixi, & tenet Tho.Gram.consi.22.in causa strenui, nu.14. Et licet sit eadem ratio in hoc delicto sicut in aliis: quia vniuersitas tenetur propter negligentiam in non custodiendo territorium, & sic idem ius erat statuendum.l.illud.ff.ad leg.aquil.tamen quia.d. c.nuper.quò ad hoc est correctorium: quia de iure communi quando scitur ille, qui immisit ignem, vniuersitas non tenetur: quia absurdum esset vniuersitatem pro eo teneri per ea quæ dicit Saly.in l.si vendita.colum.2. ff. de peri. & como. rei ven.& Angel.in tra.malefi.in verbo incendiario, col.6. in quæstione quæ incipit, cuius rei gratia, versi.2 casu; quia alius pro alio puniri non debet, toto tit.C.ne fili.pro pat. & pœna suos debet tenere auctores.l.sancimus.C.de pœn.& in immittente ignẽ erat statutum per const.regni super incisionibus, vt non teneretur uniuersitas, quando scitur malefactor & sic.d.c.nuper est correctorium, & pœnale quò ad casum istum, & licet aliàs in pœnalibus fiat extensio, quando esset expressa non: quia tunc extenditur ad alium casum similem, eandem rationem habentem, vt dixit supra.c.ad hoc.de furtis, nu.145.versi.limita.1. Tamen quia. d.c.nuper quò ad hunc casum est correctorium, & pęnale non fit extensio, etiam ex identitate, uel maioritate rationis ut dixi in d.c.ad hoc.uersi.l.limita.1.& uersi.item intellige. & ibi in nona conclusione circa fi.& propterea non extenditur, sed intelligitur in casu, in quo loquitur, & ista est ratio, quare non extenditur, nõ aũt illa, quã ponit Tho.Grã.in d.cõsi.1.ꝑ immanitatẽ delicti: quia sunt alia delicta atrociora, quàm immittere ignem, & tamen uniuersitas non tenetur, quando scitur malefactor, sicut tenetur, quando est impositus ignis, ut dictum est. Et hoc intellige, quando uniuersitas potuit prohibere, & non prohibuit, ut dicit Ang.in aut.ut nulli iudicium.§.quoniam. Sed si uniuersitas fecisset diligentiam in custodiendo territorium, & non potuit prohibere uel propter potentiam & multitudinem malefactorum, uel quia ita clam fuit commissum, ꝙ custodes prouidere non poterant, tunc uniuersitas esset excusata per superius dicta iu præcedentibus limitationibus, & tenet Lucas de Pen.in rub.C.de lito.& iti.custo.colum.2.in prin. versi. & nota lib.12, allegat iura ut ibi per eum, & Angel. Are. in tra.malefi.in uerbo fama publica, colum.26.& Abb.in ca. 1.colum.2.in fin.cum sequen.uersi.ad secundum, extra de resti.spo.& Sil.in sum.in uerbo raptor.culum.fi. cum con-

32 cor. ibi. ¶ † An autem absentes teneantur contribuere ad emendationem damni, vide Lud.Ro.d.consi.7.uisis.col.fi. nume.9.ubi tenet, ꝙ absentes, & alii, quibus culpa, dolus, aut negligentia non potest imputari, non tenentur. allegat Alb.de Ro.in quæst.statu.in 2.parte, quæstione 83. An autẽ homines uillæ teneantur in capita, uel pro modo facultatum, uide Gandi.in tract.malefi.in rub.de aliquibus quæst. uariis in malefi.colum.5. in fin. uersi. sed nunquid ubi tenet, quòd tenentur pro modo facultatum & patrimonii.

ADDITIO noua. Limita duodecimò dictam regulam non procedere, quando damnum clandestinum esset datum intus terram, seu ciuitatem per ea, quæ dixit supra c.frequens. Limita tertiodecimò dictam regulam non procedere hodie in regno: quia ex quo regia curia imposuit duos denarios pro quolibet foculari qnolibet mense pro barrisellis & Capitaneis Campaniæ pro capiendis malefactoribus, & uniuersitates sunt releuatæ a custodia territoriorum, ut dixi supra eo.c.&non tenentur nec ad pœnam,

33 nec ad damnum.¶ † Quæro, an dominus castri, seu barones teneantur ad custodiam sui territorii. Bartol.in l. ne qd colum.

col. 2. & ibi Ang. tenent quod sic, tenet Par. in tra. sindi. in verbo robaria, col. 1. licet referant glos. & Iaco. de Are. in aut. vt nulli iud. §. quoniam tenere contrarium, & primam opi. tenet Bald. in c. 1. §. conuenticulam, de pace iur. fir. & Alex. consi. 88. quoniam omne. col. fi. 5. vol. & vide concor. allegatas per Ias. in l. si quando. col. 9. versi. an autem. vnde vi.

ADDITIO noua. Ad prædicta vide etiam Abb. in c. 1. col. 5. in fi. versi. ad secundum, extra de resti. spo. vbi dicit, quod dominus territorii, in quo est commissa rapina, tenetur de rapina in eo facta, si sciuit & potuit prohibere, & nō prohibuit. l. 1. C. de fal. mo. secus si non potuit prohibere. l. 1. §. is autem. ff. si famil. fur. feci. dica. & istud communiter tenetur secundùm eum. ¶ † Nunquid autem Barones teneantur ad pœnam propter maleficium clandestinum cōmissum in eius territorio, vide Bar. in d. l. ne quid, & Par. in d. verb. robaria, cum ibi allegatis. ADDITIO noua. Et Abb. in d. c. 1. col. 3. in prin. de resti. spo. & Sil. in sum. in verbo raptor, col. fi. & concludunt, quod ciuiliter tantum, non autem criminaliter tenetur. ¶ † Sed quæro, nunquid barones teneantur pro medietate ad emendationem damni clandestini commissi in eius territorio, & pro alia medietate teneatur vniuersitas, quando non reperiuntur malefactores, & licet dici posset, quod de iure dominus territorii teneretur in totum per ea, quæ supra proximè dicta sunt, tamen in regno per sequens capitulum breuiter conclude, quod barones tenentur pro medietate, & pro alia medietate tenentur vniuersitates exceptis terris regii demanii, & Reginæ, & Ducissæ Calabriæ: quia in istis vniuersitates tenentur ad emendationem integri damni disrobationum factarum, vt tenet Matth. de Affli. in d. const. super incisionibus, col. 6. circa medium & in rub. d. consti. si damna clandestina, col. 2. versi. nono, & Par in tra. sind. in d. verbo robaria, col. 2. in prin. & pro hoc est tex in cap. regni edito per Regem Robertum, quod incipit, incumbit, de quo facit mentionē Matt. de Affli. in locis præallegatis. Et quia illud ca. non reperitur impressum, ideo de verbo ad verbum hic inserui, videlicet.

34

35

QVOD COMITES, ET BARONES teneantur ad solutionem medietatis damni, & ad aliam teneatur vniuersitas. Et ad probandum prædicta sufficit vnus testis, & fama publica. Rub. CAP. XXVI.

ROBERTVS &c. Vniuersis edicti seriem inspecturi tam præsentibus quam futuris.

INCVMBIT nobis minus ex præsidenti officio quam ex dominica charitate noua adinuenire remedia, propter quæ præcludatur maglignādi materia itinerantibus tutæ sint semitæ, & damna passi in satisfactionem illati dispendii speciali fauore ac priuilegio potiantur. ¶ † Sanè ad cohibenda delicta, quæ committebantur in stratis, & itineribus publicis, & pro satisfactione læsorum dudum ordinationem edidimus inter alia continētem, quòd si in territoriis ciuitatum, & locorum Regni Siciliæ aliquæ disrobationes stratarum, rapinæ & deprædationes committi contigerit, nisi vniuersitas, seu officialis terræ, aut loci, in cuius territorio disrobatio, seu deprædatio commissa esset, intra certum sibi præfigendum terminum malefactores cœperint, & captos ad prouinciæ pręsides miserint pro meritis puniendos, eadem vniuersitas ad satisfaciēdum integra damna passis de disrobatione, & rebus ablatis eisdem, seu competenti valore earum de illis fide sumpta tantummodo teneatur. ¶ Quia verò ad ipsorum reproborum audaciam, sicut patefecit ingens murmur, querela frequens, & innumerosa, vox multorū parum, aut nihil ipsa nostra ordinatio profuit. Quinimmo ingens hominum nequitia mala malis sunt cumulata quotidie, nec excedētes ipsi pœnæ formidine delinquere timuerunt, cum feudatarii, & barones terrarum, in quarum territorio huiusmodi disrobationes, rapinæ, maleficia frequentius committuntur, non videatur carere vitii scrupulo, qui per se, seu officiales eorum omiserunt (cum possint) tam manifestis facinoribus obuiare, huius edicti serie nostræ ordinationis præscriptæ, quàm quò ad omnia alia vim & efficatiam obtinere volumus debitæ firmitatis de nouo addendum, & de nostra certa scientia lege, & constitutione non obstante contraria duximus statuendum. ¶ † Quod in restitutione rerum ablatarum, & disrobatione huiusmodi, ac rapinæ, & maleficiorum, quæ in terris baronum (vt prædicitur) committuntur, & satisfaciēdo damna passis ex nūc in antea ipsarum terrarum domini, seu barones pro medietate, & vniuersitates earundem terrarum pro reliqua medietate vicibus singulis contribuant, atque soluant. In terris autem nostri demanii ac Sancię Hierusalem ac Siciliæ Reginæ cōsortis, & Ioannæ Ducissæ Calabriæ terris, in hoc casu primam ordinationem volumus tenaciter obseruari, cū nos in puniēdis criminibus, & cohibendis maleficiis interponimus curas nostras, ipsarumq. Reginæ, & Ducissę defectus aliquis non sit rationabiliter imputādus. ¶ † Ad quorum maleficiorū, disrobationū, & rapinarū probationē atiera multiplicatione latronū, & criminū inmanitate pensata, in ciuitatibus, terris, & castris, tā in terris dictorū feudatariorū, & baronum, & nostri demanii, ac earundem Reginæ, & Ducissæ, vnum testem ad minus, famā publicā sufficere decernimus, & iubemus, ¶ † Sic equidem, quòd in causis ipsis non nisi semel possit tātummodo appellari, quam quidem appellationem vsque ad dies quindecim cum nostra conscientia recipimus terminari. Ita quòd nec disrobati in obtinenda illati dispendii emendatione condigna in longius per iudiciaria certamina deducantur nec ipsę vniuersitates, & eorum domini defectu, & negligentia exigente in hac parte communi legum, & constitutionum præsidio potiantur. ¶ Vt autem præsens edictum in notitiam deueniat singulorum mēbranas illius seriem continentes castri noui Neapolitani, & domorum, in quibus regitur Curia Vicarię Regni porticibus appendi, seu figi fecimus, cum non sit verisimile, vniuersales latere notitias, quod tam patenter oculis omniū diuulgatur. Et nihilominus iustitiariis singulis regni per alias nostras literas expresè præcipimus, vt eiusdem edicti seriem per terras, & loca suarum iurisdictionum diuulgare ex more, & diuulgari per officia competentia faciāt, illudque seruent tenaciter, atque mandent, & faciant quantum ad eos pertinet inuiolabiliter obseruari, in cuius testimonium

36

37

38

39

ſtimonium præſens edictum exinde fieri,& pendentis Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri. Datum Neapoli per manus Ioannis Grilli de Salerno iuris ciuilis profeſſoris Prothonotarii Regni Siciliæ, Anno Domini. 1324. Die. 11. Iulii, Vndecimę Indictionis, Regnorum noſtrorum Anno. 26.

40 ET. † per iſtud ca. fuit determinata quæſtio, quòd barones non poſſunt cognoſcere de clandeſtinis, pro eo quòd ipſi barones tenentur pro medietate, & ſic eſſent iudices in cauſa propria, quod eſſe non debet per ea, quæ habentur in l. qui iuriſdictioni, & ibi doct. ff. de iur. om. iud. & ita fuit in regia audientia principatus citra pronuntiatum in cauſa vniuerſitatis Marſici contra Illuſt. Principẽ Salerni, & fuit ſentẽtia confirmata in Sacro conſilio. ¶ Circa illam quæſtionem, quam poſuit Seb. hic in fi. ca. clande-
41 ſtinis. ſ. † Si tortus confitetur, quantum ſpatium debet interuenire, vt ducatur ad ratificandum, vide Angel. Are. in tra. malefi. in verbo fama publica, col. 43. in illa quæſtione, quæ incipit, poſtquam aliquis, & ibi Ari. in addi. & Fran. Bru. in tra. de indi. car. 11. in quæſtione, ſed an ſtatim, & Hippo. in ſua pra. cri. §. quoniam col. 1. cum infinitis concor. in d. locis, & concludunt, quòd ad minus debet interuenire ſpacium vnius diei, & vnius noctis, ad hoc ne dicatur durare metus tormentorum. vide ibi per eos. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Raptor pro prima, ſecunda, vel tertia rapina qualiter puniatur & in ſeq. 6.*
Paleam auſerens qualiter puniatur, ibidem.
2 *Raptor nobilis pro prima rapina qualiter puniatur.*
3 *Rapinam ſecundam committens qualiter puniatur.*
4 *Rapinam tertiam committens qualiter puniatur.*
5 *Officialis an debeat iurare de obſeruare ſtatutum contra rapientes, & contrafaciens an puniatur.*
6 *Latrones famoſi, fures, & raptores, an numeratis vicibus puniantur.*
Rapiens rem valentem vltra vnciam, an ſuſpendatur, ibidem.
7 *Nobilis an ſicut ignobilis puniatur, maximò in rapina ſecunda.*
8 *Carcer an ſit inductus ad pœnam, vel cuſtodiam.*
9 *Pœna furcarum an dicatur pœna capitalis.*
10 *Rapina quid ſit.*
11 *Raptor quis dicatur.*
12 *Actio quæ habet locum pro rapina.*
13 *Rapiens rem, quam nullus vidit, an habeat locum pœna vi bonorum raptorum.*
14 *Pœna impoſita per ſtatutum an tollat pœnam iuris communis.*

DE RAPINA.

DE POENA REI ABLATÆ pretio non ſoluto. Rurbica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. XXVII.

PLACVIT de conſilio nobilium plurium, & ſapientum ad tollendas rapinas quæ frequenter
1 fiunt in regno Siciliæ. ¶ † Qd quicunque facit rapinam aliquã, auferẽdo alicui res ſuas ſine pretio conuento ſoluto inter venditores & raptores (excepta palea, quæ ſit extra domos ubi habitauit) pro pœna primæ rapinæ ſi nobilis non exiſtat, fuſtigetur publicè per terram, & amittat triplum ipſius damni Curiæ Regiæ, & damnum paſſo ſimplum tantum emendet. Et ſi emendare non poteſt, ſigno Curiæ ſignetur in fronte. ¶ Si verò eſt nobilis ille, qui committit rapinam ſex vncias auri fiſco noſtro componat, & emendet curię noſtræ triplum rapinæ ipſius, & damnum paſſo. ¶ Sed ſi potius voluit fuſtigari, & emendare, quàm ſoluere pœnam prædictam, fuſtigetur, & mercetur merco curiæ in fron-
2 te. ¶ † Et ſi ſoluere non poteſt, & non vult fuſtigari, ponatur in carcere regis per annum, & de ipſo carcere non exeat infra annum, & tunc emendet rapinam, & triplum curiæ regiæ, & ſimplum damnum paſſo, & ſoluat ſex uncias auri, vt ſuperius continetur, poſt annum ſine omni pœna liberetur.
3 ¶ † Poſt ſecundam verò rapinam ille, qui nobilis non exiſtit, amittat manum, ſi extraneus eſt, & ſi eſt de regno, amittat pedem. Nobilis autem poſt ſecundam verò rapinam amittat arniſium, & gagia, & quicquid debet ſibi curia. Et ſi curia regis in nullo ſibi tenetur, ſoluat curiæ regis vncias viginti auri. Si verò ſoluere non poteſt, ſtet in carcere regis prædicti, & poſtea expellatur de toto regno prædicto. Et ſi poſtmodum inuentus fuerit in regno prædicto, perſonaliter capiatur, & carceri mancipetur.
4 ¶ † Pro tertia verò rapina nobilis capite puniatur, & ignobilis furcarum ſuſpendio condemnetur.
5 † Statuit etiam idem Rex, quòd mareſcalcus magiſter iuſtitiarius, ſeneſcalcus, & officiales, ac iudices Magnæ Curiæ iurent ſuper Sancta Dei Euangelia. Ordinationem prædictam firmiter obſeruare, & ſi non obſeruabunt, arbitrio regio puniantur.

PLACVIT, vide circa hoc ca. infra regni anno 17. c. itẽ ſtipendiarii cum iuſtiti. nu. 48.
6 ¶ † In tex. ibi (pro pœna primæ rapinæ.) In famoſis aũt latronibus non eſt opus numerare vices, & propter hoc non corrigitur. ff. de pœni. l. capitalium. §. famoſos. Sed bene videtur corrigi hic ius Longo. quo cauetur, ꝙ pro prima vice oculũ, pro ſecunda naſum, pro tertia moriatur, vt not. in d. §. famoſos. Itẽ corrigitur hic. ff. de vi pub. l. 3. ibi, cũ telis, & armis bona rapuerunt. Item qui ex incendio rapuerit, aliquid ꝑter materiam &c. Reſpondeo non, cum de aliis rapinis, & circumſtantiis iura prædicta loquantur. Item videtur hic corrigi. ff. & C. & inſti. vi bonorum rapto. quia illa iura de pœna ciuili loquuntur aliter, quàm hic. Item nota hic, quòd in rapina diſtinguitur de vicibus rapinæ, & cõditione perſonarum, de valore autem non diſtinguitur. Sed in furto diſtinguitur de valore rei ſubtractæ, vt in capit. ad hoc, ſupra numero 10. Pone ergo, quòd quis rapuit ſemel rem valentem vltra vnciam non ſuſpenditur, ſed debet fuſtigari vt hic. Sed ſi ſurripuerit furto ſuſpenditur: ut in capitulo ad hoc. Et ſic eſt hic caſus, quòd grauius punitur fur, quàm raptor, qui dicitur improbus fur, vt in inſt. vi bono. rapto. in prin. quod rationabile non vr̃, ſed certè pōt raptor etiam vt fur accuſari, vt eiſdem legibus apparet, vel hoc eſt propter frequentiam furtum. ¶ In tex. ibi (ſi nobilis non exi-
7 ſtat fuſtigetur.) † Nota caſum, vbi de eodem delicto nobilis punitur pecuniariter, ignobilis verò perſonaliter, quod facit contra mecchanicos, & plebeios dicentes, tanto vale

D. Ioan. Anto. de Nigris.

P la pel-

la pelle mia, quanto quella del Re. & pro hoc facit, quod notat Bal. in l. si veteris. C. de fid. instru. dicens, ꝙ tunc fit distinctio liberi hominis a seruo, quando puniendi sunt ex eadem lege, secus si ex eadem pœna; quia tunc nulla sit differentia, quod est notatu dignum secundùm eum. ¶ In tex.
8 ibi (per annum.) † Nota hic, ꝙ carcer inductus est ad pœnam, sed de iure ciuili non potest quis damnari, vt carceretur, cum carcer non sit ad pœnam, sed ad custodiam. ff. de pœn. l. aut damnum. §. solent, & C. de custo. reo. l. 1. §. interea. & ibi glo. Et licet carcer non sit ad pœnam, habet tamē in se pęnam, eo. ti. l. 2. & ff. de offi. præsi. l. diuus. in prin. vbi patet, ꝙ est ad pęnam. De iure verò canonico est inductus ad pęnam, nam potest quis ad tempus, vel in perpetuum in carcerem damnari, & tunc est potius pęnitentię iniunctio quàm iuditiariæ pœnæ impositio. Quandoque quis non tā ad pęnam, quàm ad cautelam carceratur, s. ne noceat, neue alios inficiat, vt notat Archi. extra de hæreti. c. vt commisi, & de pęnis, quamuis. in 6. De iure istorum capitulorū quādoque ad pęnam inducitur per vnum annum, vt hic, & infra in c. edito in ciuitate Neapolis, regni anno 17. in rub. vt nihil recipiatur pro sigill. & versi. quinternis c. quod quaterni, nu. 33. quādoque imponitur pęna biennalis carceris vt infra, in capitulis Caroli Secundi, Anno. 12. de app. a tortu. c. si iuste. nu. 146. ¶ In tex. ibi (furcarum) patet hic ꝙ pęna
9 furcarum non est pęna capitis, licet sit capitalis, sicut viui crematio, vt dixi supra c. contra effrenatas. nu. 21. quod est verum de iure istorum capitulorum, pęna capitis, & capitalis est eadē, nam hic nobilis raptor pœna capitis, ignobilis suspendio condemnatur. Ex quo collige, ꝙ pęna capitis & capitalis secundùm ista capitula, & cōem vsum loquendi amputationē capitis nuncupamus pariformiter pęnam capitis, seu capitalem, nec est mirum, nam vsu verū significatio rei inuenta est. ff. de suppell. leg. l. Labeo. §. idem Tubero & de leg. 3. l. legatis seruis. §. si. vulgi enim nuncupationem inspicimus. ff. de ædil. edi. l. sciendum. §. 1. & vide eod. titu. l. cum autem. §. excipitur. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

PLACVIT, materiam huius ca. latè posui supra in c. ad hoc de fur. nu. 10. ad ibi dicta me remitto. ADDITIO noua. Quia in isto ca. fit
10 mentio de rapina, est videndum † quid sit rapina. Et dicit Asten. in sum. libro primo titulo 32. c. 1. sub rub. de septimo precepto, scilicet non furtum facies, dicit, quòd rapina est contrectatio rei alienæ sciente domino, contra eius voluntatem. Sil. in sum. in verbo rapina, dicit, quòd rapina multipliciter ponitur, largissimè, & impropriissimè pro vsurpatione indebita cuiuscunque rei temporalis, vel spiritualis, iuxta illud ad Phil. c. 2. non rapinam arbitratus est. l. Christus se esse æqualem Deo, secundò sumitur largè pro illicita vsurpatione, vel occupatione rei temporalis, siue manifestè, siue occultè, iuxta illud Ambro. qui vsuram accipit, rapinam facit. 14. q. 4. & iuxta illud Aug. ea. q. si qd inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. Tertiò sumitur propriè & strictè, vt diuiditur contra furtum, vsuram, & huiusmodi, & hoc modo rapina est ablatio alienæ rei iniusta & violēta. S. Tho. secunda secundæ q. 69. arti. 8. non ergo est rapina si quis rem suam tollat violenter ab eo qui aufert, vel etiam qui iam abstulit, & ad alium locum reportauit secundum
11 Sil. ubi supra. Et dicit Host. in sum. extra de rapt. §. 1. † quòd raptor est, qui res alienas mobiles, vel se mouentes dolo malo alicuius aufert, vel etiam mulieres, & hoc de rebus priuatorum; quia qui res ecclesiarum rapit, sacrilegium cōmittit. 12. q. 2. c. nulli liceat, & c. prædia, & extra de foro cōpe. c. conquestus, & sic secundùm Host. vbi supra propriè rapina cōmmittitur in rebus raptis, & in mulieribus, ille verò, qui alios deprædatur, & itinerantibus aufert bona, dicitur prædo secundùm Hosti. in d. titu. de rapto. §. quis prædo. Et in isto c. tractatur de rapina rerum, non autem mu-
12 lierum † Et pro rapina de iure communi habet locū actio ui bonorum raptorum, vt latè in l. 2. ff. ui bono. rap. & Inst. eod. titu. & Azo. in sum. C. ui bono. rap. Host. in sum. de rapto. §. qua actione. & spe. eod. titu. in prin. Et talis actio bonorum raptorum pro rapina habet locum in rebus mobilibus. Insti. ui bono. rapto. §. qui non solum, non autem habet locum, si res immobilis per vim sit occupata; quia tunc sunt prodita alia remedia, de quibus plenè dixi supra in ca. subditorum. & habet locum talis actio, quando interuenit uis ablatiua, non autem vis cōpulsiua, vt dicit Azo. in sum. ui bono. rapt. colum. 2. & Host. in sum. de rapto. §. quando, colum. 1. Et ad hoc ut ista actio competat nullo modo tacitè, nec expressè debet interuenire voluntas patientis; quia tunc cessaret ista actio secundùm Azo. vbi supra. Et talis vis dolo fieri debet, vt per Azo. vbi supra: quia si quis rem suam rapuerit credens sibi licere, non tenetur ui bonorum raptorū, sed aliter mulctabitur ex const. si quis in tātam C. vnde vi, & Azo vbi supra, de quo dixi in d. c. subditorum. Et pęna de iure communi pro rapina imponitur vno modo, quando agitur ciuiliter, tunc raptor infra annum punitur in quadruplum computata re, post annum tenetur in simplum. ff. vi bo. rap. l. 1. & 2. & Insti. ui bono. rap. §. in quadruplum, tex. & glos. in consti. regni violencias. in fin. si verò agitur criminaliter, tunc si interuenit uis sine armis, & sic vis priuata, punitur in tertia parte bonorum, & efficitur infamis. ff. de de vi, & vi arma. l. 1. si interuenit vis publica cum armis, deportatur in insulam, & perdit omnia bona. ff. de publ. iud. l. 3. §. item lex iulia, & insti. de publ. iudi. §. item lex Iulia de vi. vt tenet Hostien. in sum. de rapt. §. qua pœna. Astens. in sum. lib. primo. titu. 32. c. 2. & Sil. in sum. in verbo raptor. col. pen. ver. primò autem. Et pœna pro rapina non est mutata per d. consti. regni. violentias, immo imponitur pęna statuta à iure communi, vt est text. & ibi Matth. de Affli. in d. consti. violentias. in fin. in septimo no. Sed hodie in regno pro rapina imponitur pęna, prout statuitur in isto cap. nostro, & non punitur sicut fur pęna statuta in cap. ad hoc. supra de furtis, sed punitur mitius, vt in isto capit. dicitur, etiam si excedat vnciam, vt hic etiam dicit Sebast. Et sic licet raptor dicatur improbus fur, vt insti. vi bon. rapto. in prin. & l. si cum. §. qui vim. ff. quod metu cau. & l. prima. §. cum qui. ff. vi bon. rap. & Cępo. in d. auth. sed nouo iure, col. 10. C. de seru. fug. tamen mitius punitur vt hic. sed dici potest, hoc esse propter frequentiam furū, vt hic dicit Sebast. † Sed quid si aliquis rapuit rem ali-
13 quam, & nullus vidit, & sic non fuit uis illata, an habeat locum actio ui bonorum raptorum. Dic quòd sic: quia ille raptor paratus erat uim facere, si aliquis resisteret, ut tenet Io. And. in addit. spe in titu. de rapt. in prima addi. & Alex. consi. 103. primo uolum. Et licet de generali consuetudine non puniatur affectus non sequuto effectu, ut dicit Bartol. in l. 1. §. diuus. ff. de sicar. tamen illa intentio rapiendi habuit effectum, licet uis non fuisset commissa.
14 ¶ † An autem per pęnam impositam per istud cap. placuit. censeantur sublatæ aliæ pęnę statutę a iure in ista quæstione, uide Alb. Salyc. & doct. in l. qui sepulchra. C. de sepul. uiola. ubi Saly. ponit unam longam distinctionem, & ibi Dyn. dicit, quòd doctores antiqui communiter tenent, ꝙ per pęnam statutariam non censetur recessum a pęna iuris communis, & Phi. Deci. in c. de causis, col. 8. de offi. deleg. Alber. Bru. in trac. de consti. decre. in uerbo pęna, col. 6. 3. vol. Ias. in §. quadrupli, nu. 39. inst. de actio. Matth. de Afli. in prælu. const. q. 7. in fin. & in consti. si quis aliquem, col. 3. & in dictis locis infinitas concordantias allegant. & breuiter conclude, quòd regulariter per pęnam statutariam non censetur sublata pęna iuris communis, & ista regula limitatur decem modis per Matth. de Affli. in consti. regni patarenorum, col. 7. cum sequen. nu. 56. cum pluribus seq. vbi latè per eum: sed in casu nostro istud c. dicitur ius commune in regno, vt dixi supra in præludiis, & istud ca. corrigit multa iura, vt hic dicit Seb. & sic in regno seruatur istud c. & non ius cōe. ¶ In tex. ibi (excepta palea.) Nota, quòd rapiens paleam extra domum, in qua habitat, existentē nō punitur tamquam raptor. Et ꝙ non liceat capere paleam alienam,

nam, probat tex. infra cap. item stipendiarii. 48. vbi probatur, quòd non est licitum capere paleam, fęnum, vel ligna, etiam in locis inhabitatis recondita, & imponitur pœna unius unciæ stipendiariis contrafacientibus, ut ibi. Circa illud, quod tangit hic Seb. quòd carcer de iure ciuili datur ad custodiam non ad pœnam, uide Math. de Affl. in consti. regni, qui de alto, columna 2. in 4. nota. & infra in cap. item prædicti magistri massarii. 72. vbi ponitur casus, in quo carcer datur ad pœnam, & de iure ciuili liber homo non potest damnari ad perpetuum carcerem, probatur in l. incredibile. C. de pœnis. l. aut damna. §. solent. ff. de poenis, secus de iure canonico; vt per Sali. in d. l. incredibile. Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium an contrahere possint filii proditorum sine licentia regis. 3.*

2 *Filii bannitorum an possint contrahere matrimonium sine licentia Regis. 3.*

4 *Rex si dedit licentiam contrahendi matrimonium inter filios proditorum, si antequam essent expeditæ litteræ contraxerunt, an incidant in pœnam. 5.*

QVOD NVLLVS CONTRAhat matrimonium cum filiis proditorum sine mandato Curiæ. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. IVSTITIARIO Terræ Idronti. Cap. XXIIX.

SATIS constat esse notorium, quòd profundè, latèque proditorum nostrorum perfidia turbauerit hactenus regnum nostrum, quantum etiam ad sedationem turbationis ipsius manus, & consilia nostra vacauerunt, atque per quot nostros ac fidelium nostrorum labores, & sumptus sine damnis, & clamoribus regnum ipsum ad statum pacificum sit reductum, proditores igitur ipsius turbationis auctores non indignè prosequimur, & de ipsorum filiis in regno morantibus non irrationabiliter suspicamur, ne vllos paternæ perfidiæ delectet hæreditas, & degere nolentes patrum vestigia imitentur. non est ergo nobis, & Regni nostri fidelibus inconsultum, de ipsis proditorum nostrorum filiis proinde meditari, ne ipsi paterno morbo factionis infecti verè in factionis huiusmodi possint in alios
1 propagare. † Propter quod eis inter alia matrimoniorum contractum sine nostræ Maiestatis assensu prouidimus inhibendum. Eis & singulis nostri regni fidelibus nostris sub pœna publicationis bonorum suorum omnium firmiter iniungentes, ne manifestorum proditorum nostrorum filii, vel filiæ, inter se, vel cum aliis, aut alii cum eisdem matrimonium contrahere quoquo modo præsumant sine
2 nostræ Maiestatis assensu, & licentia speciali. ¶ † Simili etiam interdicto sub simili pœna supponimus filios, & filias quorumlibet bannitorum, ne inter se vel cum aliis conciuibus, vel non conciuibus, quandiu parentes in banno ipso persistent, matrimonium contrahatur. ¶ Mandamus igitur, quòd præsens nostræ serenitatis edictum per iurisdictionem nostram diuulgari facias, illudque diligenter obserues, ac præcipias obseruari ad pœnam prædictam in transgressores, si quos inueneris processurus. Data Aduersæ per magistrum Simonem de Parisiis, Regni Siciliæ cancellarium Anno Domini. 1271. Die. 22. Nouembris, primæ Indictionis, Regni nostri Anno septimo.

SATIS constat. ¶ In tex. ibi (assensu, & licentia speciali) patet secundùm tex. huius cap.
3 † quòd nullus potest matrimonia contrahere cum filiis & filiabus proditorum, & bannitorum sine regio assensu. Sed inquantum loquitur de filiis bannitorum corrigitur per ca. humanitatem, infra numero 157. in rub. de filiis bannito. vbi dicitur, quòd filii bannitorum, & foriudicatorum ex contumacia cuiuslibet criminis (hæresis & læsæ Maiestatis dumtaxat exceptis) possunt contrahere matrimonium cum fidelibus regis absque alio mandato curię. Et in c. item statuimus, infra nume. 128. in rub. quòd filię proditorum &c. vbi dicitur, quòd filiæ proditorum, quæ paternam malitiam non sunt sequutæ, possunt cum fidelibus matrimonium contra
4 here, vt ibi latius dicitur. † Sed pone, quòd rex permisit, & concesit matrimonium posse contrahi inter dictas personas, de qua permissione mandauit literas fieri debere, demum antequam literæ fierent prædictæ personæ matrimonium contraxerunt, modò quæro, an pœna huius. c. vendicet sibi locum, videtur quòd sic, ar. l. si ex stipulatione, & l. fund, ff. de acqui. poss. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

SATIS constat. ¶ In tex. ibi (manifestorum proditorum). Nota, quòd hoc. cap. loquitur in manifestis proditoribus. Et materia proditorum latè fuit explicata supra in cap. nuper apud Tranum. nume. 13. ibi vide. ¶ In tex. ibi (paternæ perfidiæ delectet hæreditatis) vt. l. quisquis. §. filii. C. ad leg. iul. maie.
5 ¶ † Circa vltimam quæstionem tactam hic per Seba. dum concludit, quòd si Rex concessit licentiam contrahendi matrimonium inter istas personas, & antequam essent expeditæ literæ contraxerunt, quòd tenentur ad pœnam, vt hic per eum. Intellige, quando sine voluntate regis contraxissent matrimoniū. Secus si voluntate regis contraxissent: quia licet non essent expeditæ literæ, non tenentur ad pęnam per ea, quæ dicit glo. Alexan. & doct. in allegata. l. si ex stipulatione. ff. de acqui. poss. nisi esset expresè actum, vt non intelligatur data licentia, nisi prius confectis literis, ar. l. contractus. C. de fid. instru. ADDITIO noua. Et ad materiam huius. c. quòd non licet filiis proditorum contrahere matrimonia sine assensu regis, vide Matth. de Afsli. in const. regni patres. colum. 2. in 2. nota. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Ignem ponere in restuchiis ante festum Assumptionis beatæ Virginis de mense Augusti, an sit probibitum. 3. 7. 8.*

Inquisitio an fieri possit contra immittentem ignem in restuchiis tempore prohibito.

Ignem immittentes an teneantur ad damni emendationem. ibidem.

3 *Pœna contra immittentes ignem quanta sit.*

Vniuersitas an teneatur ad emendam damni, quando immissores ignis reperiri non possunt.

5 *Pœna, quæ fisco obuenit ab immittentibus ignem in restuchiis, cui sit destinata.*

6 *Iustitiarius quid debet significare per suas litteras Regiæ Curiæ de immittentibus ignem, & damnis, & aliis.*
8 *Ignem imponens die ventoso, an dicatur esse in culpa; & quid in die non ventoso.*
9 *Ignem imponens in alienam stipulam an puniatur.*
10 *Procurantes profictus eorum cum aliena iactura, an propria damna deflere debeant.*
11 *Restuchia quid sit.*
Stipula quid sit, ibidem.
12 *Capitulum pridem, quo disponitur, vt vniuersitas teneatur, quando non constat de malefactore, an dicatur licitũ.*
13 *Vniuersitas an teneatur, si fuit combusta domus de nocte, & ignoratur a quo.*
14 *Vniuersitas ex omni incendio an teneatur.*
15 *Incendium quot modis potest peruenire.*
Incendium an possit peruenire a Natura Dei iudicio ibidem.
16 *Incendium an possit committi casu fortuito, & an tunc vniuersitas teneatur.*
Casus fortuiti qui dicantur, ibidem.
Culpam quis debet probare, ibidem.
17 *Incendium an possit committi facto hominis, & vniuersitas teneatur.*
18 *Incendium negligentia commissum an præsumatur culpa inhabitantium.*
19 *Incendium quando dubitatur, si fuit impositum ab homine, vel si interuenit culpa, vel non, vel si casu fortuito, an vniuersitas teneatur.*
20 *Incendium an fuisse dolo commissum probari debeat.*
21 *Vniuersitas an teneatur, si malefactor non est soluendo.*
22 *Agens ad emendam damni an debeat probare se dominum, vel possessorem.*
23 *Vniuersitas si emendauit damnum clandestinum, an recipiens teneatur cedere actionem.*
24 *Vniuersitas, quæ soluit damnum, an possit repetere a malefactore, vel ab eo qui recipit.*
25 *Communitas soluens pro damnum dante an possit repetere.*
26 *Condemnatus qui dederat fideiussores, & aufugit, & custodes fuerunt condemnati an possint repetere.*
27 *Frater soluens pro altero fratre, qui damnum dederat, an possit repetere.*
28 *Potestas condemnatus ex facto assessoris an possit repetere.*
29 *Condemnatus ex facto alieno an possit repetere ab eo, cuius facto fuit condemnatus.*

DE NON PONENDO IGNEM IN restuchiis camporum. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. IVstitiario Siciliæ vltra flumen salsum &c. CAP. XXIX.

PRIDEM tibi mandatum nostrum direximus continentiæ talis. Carolus Dei Gratia Rex Hierusalem, & Siciliæ &c. Vgoni dicto Pultrano &c. ¶ Quum plurium fidelium nostrorum assertione dicimus, quòd nonnulli in aliquibus partibus regni nostri Siciliæ occasione comburendi eorum restuchias ad seminandum, non consideratis dispendiis, quæ multis de causis ex hoc poterant euenire, nec locorum conditionibus compensatis, aut temporum opportunitate capta, quasi spiritu iniquitatis accensi, ignem temere immiserunt contra tenorem constitutionis ipsius regni, & specialiter nouæ constitutionis nostræ in talibus editarum, necnon contra generalem ipsius regni con-
1 suetudinem. † Quia ante festum assumptionis Beatæ Virginis de mense Augusti, recollectis messibus, & victualibus ipsarum restuchiarum combustio prohibetur. Ex cuius ignis incendio in diuersis campis, & areis combustis messibus, & leguminibus congregatis damna non modica diuersis nostris fidelibus intulerunt, quibus pio ac debito compatientes affectu, nec impune transire volentes ipsius temeritatis excessus, fidelitati tuæ distri-
2 ctè præcipimus. † Quatenus in singulis terris iurisdictionis tuæ de his diligenti & fideli inquisitione præmissa, omnia & singula damna ipsa sic illata integrè facias ab illis, qui dictum ignem immiserunt in illis speciebus victualium, & leguminum, quibus damnificati fuerit, vel in eorum defectu in pecunia diligenti, & legali æxtimatione inde præhabita de eorum proprio resarciri huiusmo-
3 di damna passis. † Contra immissores ignis ipsius nihilominus processurus ad pœnam debitam, & statutam in dicta constitutione nostra, super his edita comprehensam, videlicet vt tantũdem, quantum pro emendatione damnorum ipsorum damnificati exoluerint, illatores tibi pro parte fisci nostri componat, vt dum profictus eorum cum aliorum iactura quæsierint, propria damna fleant.
4 ¶ † Quòd si prædictorum damnorum commissores inueniri forsan nequiuerint, vniuersitates terrarum, vel terræ, in quarum territorio ignis ipse primò immissus fuerit, vel immitti contingerit, per quarum homines malefactores ipsi, si eam, vel eos non occultauerint, sciri possent, ad emendationem pœnæ dicto modo faciendæ integrè com-
5 pulsurus. ¶ † Quidquid autem pro prædicta pœna acquiri contingerit fisco nostro, ad cameram nostram castri Saluatoris ad mare mittere debeas,
6 nostris thesaurariis assignandam. ¶ † Significaturus distinctè per litteras tuas nobis, & magistris rationalibus Magnæ Curiæ nostræ, quæ, & qualia damna, quibus, & in quibus etiam locis, & per quos & illata fuerint, & per quos similiter, siue per speciales personas, aut vniuersitates, emendam, & restitutionem ipsorum, siue in victualibus, leguminibus, aut pecunia fuit restitutum, quibus, & quantum, ratione dictæ pœnæ fuerit nostræ Curiæ acquisitum, & ad cameram nostram miseris, vt tam
7 incautis excessibus obuietur in posterum. ¶ † Expressè per omnes, & singulas terras ipsas inhibeas sub eadem pena restitutionis damnorum, & satisfactionis penæ irremisibiliter a transgressoribus exigẽda quòd nulli in partibus ipsis ignẽ immittere liceat contra prædictarum constitutionem tenorẽ, & prędicti regni consuetudinẽ, sic indiscretè præsumãt.

Factis

Factis exinde scriptis publicis consimilibus, quorum alterum penes te retineas, & alterum nobis, & prædictis magistris rationalibus debeas destinare. Data Apud Lacum Pensilem. 27. Iulii. 7. Indictionis.

8 PRIDEM. ¶ In tex. ibi (ante festum &c.) † Nota, quòd ante festum Assumptionis Beatæ Mariæ de mense Augusti nullus dét ignẽ immittere in restuchiis, de iure verò communi distinguitur, vtrum die ventoso quis immiserit ignem, an non, vt primo casu censeatur immittens fuisse in culpa, & per consequens teneatur de omni damno. secundo non, vt ff. ad leg. aquil. l. qui occidit. §. in hac. Et hoc c. intelligo, quando quis immittit ignem die nõ ventoso, vt lex prædicta non corrigatur, sed stet in casu suo.
9 † Item intelligo, quando quis immisit ignem in eius stipulam, secus si in alienam; quia tunc alia pœna punietur, vt l. data opera. & quod ibi plenè per Cy. nota. C. qui accus. non potest. Et recurre ad And. de Iser. in titulo de malefi. clande. puni. in const. super incisionibus arborum, in glo.
10 puniatur. ¶ In tex. ibi (vt dum profictus eorum &c.) † Nota contra procurantes profictus eorum cum aliena iactura, quia propria damna fleant. ¶ In tex. ibi (Castri Saluatoris.) Nota de castro Saluatoris ad mare de Neapoli. ¶ In tex. ibi (pro parte fisci nostri componant &c.) aliàs est pœna manus; vt in quodam alio cap. Regis Caroli Secundi continetur, quod incipit, cordi nobis est, vt hic dicit Bartho. de Capua, sed hoc c. cordi, non reperitur. ¶ In tex. ibi (cameram nostram &c.) Nota de iurisdictione magistrorum rationalium sic infra cap. proximo in fi. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

PRIDEM. de materia huius c. vide in const. regni, super incisionibus, & ibi And. de Iser. & Matthę. de Affl. & eundem Matth. in rub. const. si dãna clandestina col. 2. & vide supra ca. clandestinis, nu. 26. & quod ibi dixi. Et vide Ang. Are. in trac. malefi. in verbo incendiario, & ibi Aug. Ari. in addi. cum ibi allegatis, vbi latissimè. Et ad materiam incẽdii. nota vnum. Quod licet aliàs præsumatur contra inhabitantes, q ipsorum culpa fuerit ignis immissus. Si tamen probatur, q ille, qui habitat in domo combusta, consueuit esse vigil, & diligens, si alia indicia contra eum non appareant, in dubio non tenebitur de incendio, vt dicit Alex. in l. domus hæreditarias,
11 col. fi. ff. de leg. 2. ADDITIO noua. ¶ † In tex. ibi (restuchias) est vulgare in regno, aliàs dicitur stipula, & stipula dicitur, quæ secatur cum herba remotis primò spicis, vt dicit gl. in l. quæsitũ. §. cellarium. in verbo stipulas ff. de fundo instru. & restuchię dicuntur calami, seu vulgariter, culmi fru
12 menti, vel ordei secatis spicis. ¶ † Quæro, an istud c. vt villa teneatur emendare damnũ, qñ non pôt docere de malefactore, seu de eo qui ignem imposuit, dicatur licitũ, vel illicitũ? Breuiter dicas, q est licitum, & nõ multum deuiat a rõne iuris cõis; quia ẽt de iure cõi possessores locorũ quasi ad custodiã tenentur. l. ne quid. & ibi nota. ff. de incen. rui. nauf. & C. de decret. decu. in rub. & Bald. consi. 174. quoddam fœnile in pri. versi. 1. casu loquitur, secũdo vol. vbi tenet, ualere statutũ Cremonæ, quo cauetur, q si aliquod dãnũ, vel incendiũ in aliqua villa datũ fuerit, q illi de villa teneantur denuntiare malefactores, & si non denũtiauerint, villa teneatur ad restitutionẽ dãni, & sic tale statutũ magnã hẽt conformitatẽ cũ isto c. nostro. Et istud c. dicitur fauorabile, quia respicit publicã securitatẽ, vt quis tutus & securus manere possit ab incẽdio: vt dicit Bal. in d. cõs. 174. col.
13 1. in fi. & tenet Laur. Cal. cõs. 62. col. fi. ¶ † Sed quid si in aliqua domo erat fœnũ, seu palea, in qua nullus habitabat, & noctis tempore ignis accẽsus fuit in dicta domo, & fuit cõbusta, & ignoratur quis ignem imposuit, an vniuersitas te-

D. Ioan. Anto. de Nigris.

neatur. Dicas, q si in dicta domo aliquis habitabat ignis p̃sumitur immissus culpa habitatoris, vt dicit Bald. cõs. 174. col. fi. 2. vol. latè Ang. Are. & ibi Augu. Ari. in addi. in tra. malefi. in verbo incendiario, cum concor. ibi. & tali casu vniuersitas non tenetur. si verò nullus ibi habitabat, tunc si facto hominis ignis fuit immissus, & non pôt probari a quo fuit immissus, tunc vniuersitas tenetur, vt dicit Bald. consi.
14 174. 2. vol. ¶ † Quæro, an vniuersitas ex omni incendio teneatur. Respondeo, ex quo incendium multis modis contingere pôt, vt ex infra dicendis apparebit, ideo dicas vt in
15 fra. ¶ † Primo modo incendium peruenire potest a natura seu vi diuina, & diuino iudicio, puta fulgure, seu fulmine vt l. fluminum. §. Seruius. ff. de dam. infe. & Bal. d. cons. 174. 2. vol. & tunc vniuersitas non tenetur, cum ei culpa, uel negligentia imputari non potest, cum cõtra vim diuinã reparari nõ possit, tex. in d. l. fluminum. §. Seruius. ff. de contrah. emp. l. fistulas. §. fi. & ibi Alb. de Ro. Bal. d. consi. 174. col. 1. versi. si uerò. Alb. de Ro. in q. statu. in secũda parte, q. 81. vbi dicit, ita fuisse iudicatum in facti contingentia. Et hoc casu ille, qui dicit incendium vi diuina fuisse commissum, debet hoc probare: quia in dubio incendium præsumitur ab aliquo homine commissum, ex quo factum reperitur; quia dicere incendium a nemine factum, esset quodãmodo miraculũ. l. 3. ff. de offi. præfe. vig. q a omnẽ quod fit, ab aliquo fit, sicut omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, vt tenet Bal. consi. 174. col. 1. in fi. cum seq. 2. vol. & consi. 77. ad eui
16 dentiam, col. 2. uersi. secundò præmitto. 3. vol. ¶ † Secundo modo incendium potest committi casu fortuito sine culpa, vel negligentia. puta si per incursum hostium incendiũ esset commissum, vel si probetur scintillam a uento aliunde immissam, & ignis euolauit in paleam, & inuisibiliter multiplicatus est ignis, ut dicit Bald. consi. 441. in fin. 1. uol. in huiusmodi casibus fortuitis uniuersitas nõ tenetur; quia ex tali casu fortuito contra neminem datur actio, ergo nec contra vniuersitatem; quia ubi nulla est culpa, nulla debet esse pœna. C. de pigno. actio. l. q fortuitis. ff. de reg. iur. l. contractus. ff. loca. l. uideamus. §. 1. ff. de actio. emp. l. si ea res, in prin. Et ideo si per incursum hostium incendiũ esset cõmissum, vniuersitas non tenetur ad emendationẽ damni; quia custodia aduersus uim maiorẽ nihil proficit, & sic hoc ca. non uidetur sensisse de isto incẽdio, quia iniustum esset tale damnum emendare. d. l. fluminũ. §. Seruius. ff. de dã. infe. & Bald. cons. 17. col. 1. uers. si uerò. 2. uol. & l. quæ fortuitis, & ibi Bal. & alii. C. de pig. actio. Et q dicãtur casus fortuiti, & quomodo probẽtur, & quid de dolo, quid de culpis, & latissima, lata, leui, & latissima culpa, & eius exempla, uide latè Bald. in d. l. quæ fortuitis, & ibi per alios, & Abb. in ca. unico, extra comoda. Et quis debet probare culpam casus fortuiti, dic quòd ille, qui allegat culpam, ut in simili dicit Bald. consi. 441. quidam magister. col. 2. primo uol. ubi dicit, quòd locator debet probare culpam conductoris, & hoc
17 maximè si ille conductor erat uigil, ut dixi supra. ¶ † Tertio modo incendium potest committi facto hominis, puta quia ignis ab aliquo fuit immissus, & isto casu si constat de malefactore, seu ignem immittente uniuersitas non tenetur, ut in isto c. nostro, & in consti. super incisionibus, & in consti. si damna clandestina, & doct. in d. locis, quia pœna suos debet tenere auctores. l. sancimus. C. de pœn. capitulo quæsiuit, extra de his quæ fiunt a maio. par. capi. Abb. in capitulo primo, colum. quinta, extra de dolo & contu. tex. in authen. ut nulli iudi. §. quoniam. Similiter etiam si ignis fuit immissus a domino rei combustæ, uniuersitas non tenetur: quia ex incendio suo, & improbitate sua non consequitur actionem. ff. de fur. l. itaque fullo. Bald. dicto consilio 174. colum. prima, uersi. primo casu non agit, 2. uolum. similiter etiam si incendium fuisset commissum ab extraneo post assumptionem Beatæ Virginis de mense Augusti, uniuersitas non tenetur, ut in isto capitulo nostro. Sed immittens ignem post assumptionem Beatæ Virginis, si fuit in culpa, tenetur, ad emendam damni licet non teneatur ad pœnam, puta si immisit ignem die uentoso, uel alio

modo pôt ei culpa imputari, vt hic per Seb. & hoc qñ immisit ignẽ in stipulã suã, secus si in alienã; quia tunc punietur. l. data opera, & ibi per Cy. C. qui accu. nõ po. & Seb. hic. Si verò ante Assumptionẽ Beatæ Virginis ignẽ immisit, & damnũ alteri dedit, tenetur ad pœnã vt hic. Si verò ignoratur, quis ignẽ imposuit, tunc vniuersitas tenetur, vt isto. c. nostro, qñ ante assumptionẽ Beatę Virginis fecit, vt hic, & hoc quando vniuersitas fuisset in negligentia custodiendi territorium, vt in consti. si damna clandestina, & ibi doct.
18 & supra. c. clandestinis, & quæ ibi dixi. ¶ † Quarto modo incendium prouenit negligentia, puta si sumpsit originem infra domum, vt ff. ad leg. aquil. l. si seruus. §. fornicarius, & ff. de peri. & cõmo. rei vend. l. si vendita. & tex. in d. l. fina. ff. de offic. præfe. vig. & Bald. d. conf. 78. 3. volum. & hoc casu, si scitur immittens ignem, ipse tenetur, vel habitans in domo, quia præsumitur culpa inhabitantis, si verò nullus habitabat, & nescitur quis ignem imposuit, tunc tenetur vniuersitas, vt dixi supra in tertio casu, & hoc quando probatur, ignem fuisse dolo immissum, vt infra in sequenti dicã.
19 † ¶ Quinto modo quando dubitatur, vtrum incendium fuit impositum ab homine, & vtrum interuenit culpa; vel non, vel vtrum prouenit casu fortuito, vel non, & his casibus recurrendum est ad coniecturas, si quæ reperiri possunt; quia casus obscuri & ambigui probantur per indicia. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. & in istis occultis fama facit magnum adminiculum. Et quæ fiũt de nocte, non possunt expresè sciri, vt nota. in l. furem. C. ad l. Cor. de Sic. & quæ fiunt de nocte difficilis est veritatis scientia. l. si cũ. §. hæc actio. ff. quod met. cau. Bal. d. consi. 38. tertio volum. Et quando nullæ coniecturæ apparerent, tunc licet incendium possit casu fortuito prouenire, vt dictum est, & probatur. ff. pro socio. l. cum duobus. §. damna fatalia. Tamen quia frequentius incendium culpa hominis accidit, ad ea quæ frequentius accidant iuris præsumptio adaptatur. l. nam ad ea. ff. de legi. & præsumptio in hoc casu est, ꝙ culpa alicuius hominis præcesserit in incendio. ff. de peri. & cõmo. rei vend. l. si vendita. Et circa hoc est considerandũ, quòd si dominus habitabat in illo loco, præsumitur culpa ipsius habitatoris incendium immissum, vt supra dictum est. Nisi demostretur per aliũ fuisse immissum, vt dicit, Bal. in d. l. quæ fortuitis, col. 2. versi. item quæro, vel nisi probetur, ꝙ solitus erat esse multũ vigil, vt supra dictũ est. Si verò ibi non habitabat, tunc in dubio præsumitur potius ab alio factum, quàm ab ipso dño: quia nemo consueuit res suas comburere, vel dilapidare, arg. l. cum de indebito. ff. de proba. vnde cum appareat incendium factum, & immissum, siue sciatur, siue ignoretur, qui damnum dederit, non est necesse arguere factum certæ personæ: quia sufficit, ꝙ probetur factum, licet ignoretur, a quo sit factum, & sic in dubio non apparentibus aliis coniecturis & indiciis tenetur vniuersitas, ita tenet Bal. in d. consi. 174. col. 2. 2. vol & Tho.
20 Gram. consi. 22. in causa strenui, cum ibi allegatis. † Intellige vt infra. Aduerte tñ, quòd in regno ex dispositione cõst. super incisionibus, requiritur dolus, & sic probari dẽt ignẽ dolosè immissum, vt dixi supra. c. clandestinis, verſ. limita octauò. Et dicit Soc. conf. 55. col. 3. in prin. 1. volu. ꝙ qñ statutũ disponit, cõmunitatẽ debere emendare damnum illatum per ignem, oportet prius probari, ignem fuisse immissum, & tenet Alb. de Ro. in q. statu. q. 80. in 2. par. licet non teneatur probare personam, per quam fuit incẽdiũ immissum, vt ibi per eũ. Et dicit Ray. in l. 2. §. item illud, in secunda q. st. ad Silla. ꝙ si ex forma statuti dẽt emendari damnũ ex incendio, non dẽt emendari, nisi constet, nũ esse casuale quia in dubio fit interpretatio, vt non teneatur ad pœnã. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. Et ideo est dicendũ, ꝙ qñ non apparet, ꝙ incendiũ fuit immissum & dolosè immisũ, vniuersitas nõ tenetur, quicquid dixerit Tho. Grã. d. consi. 22. Si verò appareant indicia & cõiecturæ cõtra aliquẽ, puta fama publica, mala fama, quia erat solitus similia facere, fuga vilitas personæ, vel ꝙ fuit visus illa nocte prope locum cum igne, scopus, paleis, vel aliis instrumentis, vel alia materia ordinata ad comburendũ, vel inimicitia, vel minæ, vel extarẽt alia indicia sufficiẽtia ad torturã, tali casu esset primò procedendũ ad torturã contra diffamatũ, vt in d. const. si dãna clandestina, & in cõsti. super incisionibus, & vide per Bal. in d. consi. 78. 3. vol. & & Tho. Grã. d. consi. 22. & vide, quæ dixi supra. ca. clandestinis. & tali casu, si ille suspectus fuerit tortus, & confitetur, vniuersitas non tenetur, si verò non confitetur, ex quo non apparet de malefactore, tenetur vniuersitas; vt in d. consti. super incisionibus, & in const. si damna, & doct. in d. locis, nisi probata esset diligentia vniuersitatis, vt dictum est, ad prædicta vide etiam Lud. Ro. consi. 7. vbi dicit, ꝙ si cõmunitas ex forma statuti tenetur ad emendam damni, excusatur, si fiat ab inimico damnũ passi. vel aliter constare poterit iudici de malefactore. Nota tñ vnũ, ꝙ hodie in regno, ex quo vniuersitates soluunt duos denarios quolibet mẽse Regiæ Curiæ pro Barrisellis, & Capitaneis Campaniæ pro custodia & pro capiẽdo malefactores, hoc casu vniuersitas excusaretur, cum non esset in negligentia, vt dixi supra ca.
21 clandestinis. ¶ † Quid autẽ si malefactor, seu incendiarius est repertus, sed non est soluendo, an vniuersitas nihilominus teneatur. Dic ꝙ sic, ut in isto. c. nostro, & dixi supra. ca.
22 clandestinis, & tenet Tho. Gram. d. consi. 22. ¶ † Et an ille, qui agit ad damni emendationem, teneatur probare se dominum, vel possessorem illius, rei vbi fuit damnum illatũ, seu incendium immissum. Vide Alb. de Ro. in quæstio. statu. quæstione. 74. 2. par. vbi tenet, quòd debet probare se dominum, vel saltim possessorem illius rei, vt ibi per eum. vbi etiam dicit, quòd si damnum est datum in segetibus a solo separatis non tamen adhuc in horreo repositis debet fieri emenda fructuario. ff. quib. mod. vsuf. ami. l. si vsufructua-
23 rius. ¶ † Sed pone, ꝙ vniuersitas emendauit damnum clandestinum factum ex incendio, vel dirobatione, an ille, qui recipit emendam, teneatur cedere iura vniuersitati contra malefactorem. Dic quòd sic, vt tenet Alb. de Rosa. in quæ-
24 stio. statu. in 2. par. quæstione. 70. ¶ † Nunquid autem si vniuersitas, seu villa soluit damnum clandestinum factum ex incendio uel furto clandestino, si postea appareat malefactor, an possit ab eo recuperare, uel ab eo, cui fuit damnũ emendatum. Vide Alb. de Rosa in quæstio. statu. in 2. par. quæstione. 70. in fin. ubi tenet, quòd potest habere regressum contra malefactorem etiam sine cessione, potest etiã agere contra eum, cui fuit solutum, condictione sine causa. l. si fullo. ff. de cõdi. sine ca. & ibi Alb. de Ro. & idem Alb. in quæstio. statu. in 2. parte. q. 74. ad prædicta etiam uide Albert. Bru. in tra. de consti. decre. in uerbo damnum; col. 3.
25 uersi. si ex forma 3. uol. ¶ † Confirmantur prædicta: quia communitas soluens pro emendacione damni dati, potest repetere a damnum dante, Flo. in l. 1. §. cum aũt. in fi. ff. de his qui deiece. uel effu. & Firma. in reperto. in uerbo cõitas, uersi. tertio. Et Gandi in tra. malefi. in rub. de aliquibus quæstio. uariis in malefi. col. 4. uersi. quæstio talis est, ubi po-
26 nit quæstionẽ in de condẽnato, qui dederat fideiussores de non discedẽdo a carcere, qui aufugit, & custodes fuerunt puniti, & fuit eis cessa actio, & tales custodes possunt repetere a fideiussoribus carcerati, vt ibi per eũ. Et dicit Gãd. in in d. tra malefi. in rub. de bonis malefactorũ. col. pen. uersi
27 sed nũc. † ꝙ si frater, qui nõ deliquit, soluit pro dãno dato alium fratrẽ ob eius delictum, pôt habere regressum contra fratrem, qui deliquit, & facit tex. & ibi doct. in l. si mer-
28 ces. §. culpæ. ff. loca. & dicit Paris in tra. findi. in uerbo familiaris. §. fi. col. fi. uersi. similes. † ꝙ si miles, uel assessor Potestatis cõmisit delictum, propter quod Potestas fuit condẽnatus, potest repetere ab illo, uel de suo salario retinere, nisi secum participauerit fraudem, allegat Bar. & Bal. in l. ex facto. ff. de nego. gest. Et dicit Soci. in l. stipulationum quædam. §. itẽ si in facto. colum. 4. versi. vltimò ista littera. ff. de
29 uerb. obl. † quòd quando quis condemnatur ex delicto alterius, potest repetere ab eo, cuius facto condemnatur, & ista nota: quia faciunt ad multas quæstiones, vt per Soci. & alios ubi supra. Io. Antonius de Nigris.

SVM-

SVMMARIVM.

CAROLVS PRIMVS. CAP. XXX.

NVPER autem cum crederemus omnia firmiter & singula damna prędicta fore totaliter tuo studio, & diligentia emendata, & pœnas pro curia nostra exactas. Si circa executionē prædicti mandati solicitudine debita processisses, de ipsius ignis incendio, & de non facta emenda damnorũ illatorũ ex eo multiplex ad audiētiam nostram q̃ pluriũ
1 deducta non esset querimonia iterata. ¶ † De quo moti non modicum, & manifestam tuam desidiã habitam non modicum arguentes, cum firmi propositi nostri sit, vt in emendatione damnorum ipsorum, & exactione pęnę prędictæ nullus penitus
2 committatur defectus. ¶ † Fidelitati tuæ sub pęna ducentarum vnciarum auri firmiter & districtè p̃cipimus, quatenus incontinenti absq; alicuius difficultatis & moræ dispendio, facta de præmissis diligẽti inquisitione, in singulis terris iurisdictionis tuæ, in quibus eam forte nondum feceris iuxta mãdatum prædictum, omnia, & singula damna hmõi ea passis per immissores ignis prędicti, si per inqui
3 sitionem ipsam inueniri poterunt. † Et si inuenire nequiuerint, aut si inueniãtur, & insufficientes, & non soluendo fuerint, per vniuersitates terrarum illarum, vel terræ, in quarum, vel cuius territorio ignis primò immissus extiterit, quæ sua sic deberēt territoria cura peruigili custodire, ꝙ in eis malefficia huiusmodi committi nõ possent, integrè facias emendari. Tantundem pro pœna pro parte curiæ nostrę similiter exacturus, iuxta formam prędicti mandati nostri per te in cæteris tenaciter obseruã-
4 dam. ¶ † Circa cuius negocij executionem celerem & instantem eam adhibeas solicitudinem & cautelam, ꝙ damna ipsa sint prędicto modo penitus, & protinus emendata, ea passis, & pœna debita pro curia nostra exacta, nullaq; de his deinceps auditui nostro querimonia replicetur, sic vt prędictam pœnam & grauiorem, quam te si defeceris nostro reseruamus arbitrio incurrere vltionis, ac iracundiæ nostrę motus. Et vt scire possimus diligentiam tuã in his habitam & habendam statim processum tuũ quõ super præmissis habueris, nobis & prædictis magistris rationalibus per litteras tuas scribas. Data apud Lacum Pensilem, Anno Domini 1272. die 9. Augusti septimæ indictionis regnorum nostrorum Hyerusalem Anno tertio, Siciliæ verò quintodecimo.

NVPER autem. ¶ In tex. ibi (diligenti inquisitione.
5 † Nota, ꝙ de immissione ignis indebito & incōgruo tempore facta potest per inquisitionem procedi. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

6 NVPER autem. ¶ In tex. ibi, (& si inuenire nequiuerint &c.) † Nota secundùm Barth. de Capua hic casum specialissimum. Quòd si inuentus est illator damni clandestini, & non sit soluendo, quòd locus, seu vniuersitas tenetur, quod est menti tenendum, & tenet Matth. de Affli. in rub. consti. si damna clandestina, col. 2. & dixi sup. in c. clandestinis num. 26. ¶ In tex. ibi (vel cuius territorio ignis primo immissus &c.)
7 † Nota, ꝙ vniuersitas, in cuius territorio ignis primò immissus extitit, tenetur ad refectionem damnorum & ad pęnam. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

DE POENA INFLIGENDA falsarijs. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS IVstitiario, &c. CAP. XXXI.

VT quæ ab excellentia nostra procedunt, quasi notoria singulis elucescant, & nulla in eis vtpote negociorum natura requirit ignorantia prætendatur, fidelitati tuę prēcipimus, quatenus subscriptã constitutionem nostram, quã nuper fieri consultè prouidimus tenaciter obseruandam, per iurisdictionem tuam in locis famosis, & aliis, prout consuetũ est fieri, solicitè facias infra dies quindecim post

post receptionē præsentium publicari, processum tuum, quem super hoc habueris nostræ curiæ rescripturis, cuius constitutionis continentia talis est. ¶ Constitutionem Federici quondam Imperatoris regni Siciliæ ante depositionem ipsius in eo-
1 dem regno editam. ¶ † Contra falsatores monetę, & expendentes eandem in vltimo supplicio eis imponendam, & publicationem bonorum omnium, ne-
2 cessario additamento supplentes, edicimus. † Falsatores sigilli nostri & aliorum prædecessorum nostrorum regum regni Siciliæ, & aliorum legitimorum vniuersalium dominorum, & eos, qui literis nostris, vel ipsorum dominorum, quibuslibet clausulis, vel patentibus, eodem falso sigillo impressis, seu sigillatis vtuntur vltimo supplicio subiungen-
3 tur, & bona ipsorum omnia publicentur. † cum satis maius delictum sit nostrum falsare sigillum, q̃ falsam monetā cudere. Data Brundusij Anno Domini 1281. Mense Ianuarij vii. eiusdem mensis nonæ Indictionis, regnorum nostrorum Hyerusalem anno quarto, Siciliæ verò sextodecimo.

VT quæ ab eccellentia. ¶ In text. ibi (editam concordat cum constitutione regni in vltimo libro de adulterina moneta, & C. de falsa mone. l. 2. ¶ In text. ibi (bono-
4 rum omnium.) † Nota hic casum, in quo imponitur pęna omnium bonorū, sicut dixi regni anno nono in rubr. quid fiet mortuo barone. c. In Nomine Domini, nu. 256. super verbo non præsentauerit. ¶ In tex. ibi (falsificatores sigilli.)
5 † Nota contra falsificatores sigilli, & monetę: quia capite puniuntur, & bona eorum omnia auferuntur, siue publi-
6 cātur. ¶ In tex. ibi (cum satis.) † Nota, ꝙ maius delictum est falsificare sigillum regium, quàm nouam falsam monetā cudere. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

VT quæ ab excellentia. Ad materiam huius c. de falsificante monetam, vide in consti. regni adulterinam, & ibi doc. & in consti. qui nummos, & vide j. in c. iam sępę, nu. 240. in rubr. de demo-
7 lientibus & falsantibus liliatos carlenos. ¶ † Et de falsificante litteras regias, vide in consti. qui litteras, & ibi Andr. de Iser. & Matth. de Affl. ¶ Et quia hic tractatur de falsa mo-
8 neta. † Quæro, vnde dicitur moneta, & vnde dicitur denarius, & vnde dicuntur nūmi, & quis primò nummos apud latinos instituit, & quid significat nummisma, de omnib. vide Luc. de Pen. in rub. C. de vete. nummisma. pote. li. 11.
9 ¶ † Quot autem modis dicitur falsa moneta, vide latè Bal. in c. quanto, col. 2. in prin. extra de iureiu. ADDITIO noua. Et Bal. consi. 376. Domini de la Scala. 3. vol. vbi dicit, ꝙ moneta falsa dicitur ex tribus causis. s. ex causa materiali, vbi adulteratur, vt si auro immiscetur auricalcum, vel argento admiscetur alia materia similis in colore, vt quia est alchimiata, vel contaminata ex alia materia simili in colore dolo malo; nam ista est falsitas, quia moneta debet esse ex materia electa. ff. de cōtrah. empt. l. 1. & quicquid dictę materiæ permiscetur, dicitur materia adultera, & est falsitas. ff. de fal. l. lege Cornel. Item moneta dicitur falsa ex causa formali, vnde in aurea materia requiritur pro forma imago seu vultus principis. l. fi. C. de vete. nummis. po. lib. xj. & in rub. eiusdem tituli. Et in alia materia, puta argentea requiritur pro forma nomen principis, cuius auctoritate fabricenses faciunt nummisma; nam ista subscriptio est formalis forma, vnde dicitur in Euangelio, cuius est hæc imago & subscriptio, dicunt Cæsaris, siquis ergo in moneta ponat nomen Principis, qui non sit fabricensis principis, falsarius est, & ista falsitas committitur in causa formali, & dicitur moneta adulterina, vt est, quando cuditur a priuatis personis, vel clam in ædibus, aut in agris priuatis, vt dicit Bal. in d. c. quanto, colum. 2. & d. consi. 376. colum. 2. item dicitur falsa ex causa efficiente, quia si aliquis baro cudit sub nomine suo æquam monetam, tamen quia non licet ei sine auctoritate Cæsarea, vel Regali, vel ex auctoritate consuetudinis, quę quandoque habet vim legis, & Cæsaris in permittendo, certè ista moneta non habet falsam materiam, nec falsam formam, & tñ fabricans punitur de falsa moneta, quia falso & audenter sibi regiam auctoritatem vsurpat, nam cudere monetam est de regalibus, vt in titu. quæ sint rega. §. monetæ, & in ti. de cleri. viola. pacis. c. si ministralis. colla. x. & Bal. in d. consi. Et ex his causis moneta est falsa originaliter, & siquis vtitur, punitur de falso ex vsu, licet ipse non fabricauerit, mitius tamen punitur de solo vsu, quam de fabricatione. l. falsi. §. ordine. ff. de fal. & Bal. vbi supra, similiter etiam dicitur moneta falsa & adulterina, quando est fraudata legitimo pondere, vt dicit Bald. in d. c. quanto. col. 2. in princi. Quid autem si aliquis non mutat monetam, nec falsificat, sed in computatione aut ratione mentitur, puta expendit plusquam valeat, an puniatur tanquam falsificans, vel expendens falsam monetam? Dic, ꝙ si ipse non falsificauit, & erat pecunia impressa ab habente potestatem imprimendi, seu cudendi monetam, non tenetur, vt tenet Dy. consi. 38. incipiente, quod contra, vbi tenet, ꝙ non punitur etiam crimine stellionatus. Quod intellige, nisi dolose pro maiori pretio expendidisset, quia tunc arbitrariè punitur, vt dixi supra de expendente falsam monetam. Et quot modis dicitur adulterina moneta, vide Matth. de Afflic. in d. constit. regni adulterinam. colum. 2. in quarta quæstione.
10 ¶ † Qualiter autem puniantur facientes falsam monetam, & consentientes, vel illam sciente accipientes, vide in d. constit. adulterinam, & ibi And. de Iser. & Matth. de Affli. & Bart. in l. quicunque. ff. de fal. ADDITIO noua. Et quid si non fuit perfecta falsa moneta: quia non fuit impressa imago, an teneatur pœna mortis, vide Tho. Gram. decisio. 74. per totum, & ibi etiam col. fina. ponit, quando aliquis imprimeret formam alicuius exteri, qualiter puniatur, & Matth. in consti. adulterinam, & videntur velle, quòd non puniatur pœna mortis naturalis, sed mitiori.
11 ¶ † Et qualiter puniantur tondentes, seu radentes, vel minuentes monetam, vide in constit. regni qui nummos, & & ibi And. de Iser. & Matt. de Affl. & in c. regni, iam sępæ, infra nume. 240. vbi quòd tenetur pœna personarum, & bonorum omnium, & punitur sicut de crimine læsæ Maiestatis, vt ibi, & sic tenetur pęna capitali & publicationis bonorum, & vide Lucam de Penna in l. fi. C. de veter. nummis. pote. lib. 11. vbi dicit, quòd ille, qui radit, vel tingit, vel fingit nummos aureos, si est liber homo, damnatur ad bestias, seruus autem vltimo supplicio punitur. l. qui nummos. ff. de fal. de quo vide in d. consti. qui nummos, & ibi doc. ADDITIO noua. Ad prædicta vide Tho. Gram. decisio. 72. & Dyn. consil. 38. incipiente, quod contra.
12 ¶ † Quid autem sit in eo, qui liquefacit bonos ducatos, vel carlenos argenteos animo occultandi aurum vel argentum, vide Barto. in l. lege Cornelia ff. de fal. Saly. in l. 1. & in l. fin. C. de fal. mone. Matt. de Affl. in d. constit. qui nummos, & Franc. Curc. in tract. moneta. colum. pen. in septi-
13 ma quæst. vbi ponit etiam quid in aurifice. ¶ † Et adde, ꝙ destruens, seu liquefaciēs monetam, si est aurifex, qui hoc facit causa muniendi vasa, vel corrigias, non punitur, vt tenet Saly. in d. l. 1. & l. fi. C. de fal. mone. & Franc. Curt. in d. trac. moneta. in septima quæstione, colum. penul. & vide, quæ dicit Matth. de Affli. in d. constit. qui nummos. & Ange. Are. in trac. malefi. in verbo falsario, ibi quæro, an auri-
14 fex. ¶ † An autem expendens falsam monetam puniatur, & qualiter, vide Barto. in l. qui falsam. ff. de fal. vbi dicit, quòd tunc expendens falsam monetam venit pœna falsi plectēdus, quando essent nummi stanei, vel plumbei, aliàs venit extraordinariè puniendus. ff. de extraord. cri. l. saccularii. in principio, vbi dicit esse casum secundùm vnam lecturam;

ctūram, & sequitur Lucas de Penna in d.l.1.C. de veter.
nummis. pote.lib.11.de quo vide Sal.in d.l.2.C.de fal.mo
ne.& Abb.in c.quanto.extra de iureiu.& Alex. consi. 104.
primo volu.Cæpo.consi.77.Hippo.consil.47.& consi. 71.
& Fran.Cur.in d.trac.de moneta in septima quęst.& Mar.
Laud.in tract.de mone.col.7.versi.vtens falsa, vbi conclu-
dunt, quòd punitur extraordinariè arbitrio iudicis.

ADDITIO noua. Et in regno per consti. adulteri-
nam.in accipiente,& vtente est pœna mortis, sed illa pœ-
na est nimis grauis, vt ibi dicit Andr. & sic extraordinariè
puniatur accipiens,& vtens. Et quid sit in regno, vide An-
dre.de Iser.& Matt.de Affl.in d.consti. regni adulterinam,
col. fi.& ibi dicit Matth.ꝙ vidit iudices Magnæ Curiæ Vi-
cariæ, quòd extraordinariè puniunt expendentes falsam
monetam.Et prædicta intellige, quando scienter expendit
falsam monetam; quia in hoc scientia consideratur, &
probari debet, aliàs non punitur; quia non dicitur dolus
interuenire, ita tenet Bal.consil.155.reperitur.3.vol.And.
Barb.consi.51.5.vol.& Alber.Bru.in tract.de consti.decre.
statu.in verbo moneta, versic statutum puniens.Et secun-
dùm hoc debet intelligi illud,quod dicit Alex.in addit. ad
Bar.in l.lege Cornelia. ff.de fal.vbi dicit, quòd expendens
falsam monetam,quam accepit ab aliis, non punitur, al-
legat Cy.in l.minor.C.de fal. de quo etiam per Cy.in d.l.
1.C. de fal.mone.& probatur in d.consti.adulterinam.ibi,
15 vel scienter.¶ † Quæro qua pœna puniatur ille, qui refutat
monetam,in qua est impressa imago Regis? Dic,ꝙ puni-
tur pœna extraordinaria, vt not.in l.1.C.de vete.nummis.
pote.lib.11.& Matth.de Affl.in constit. regni si quis cam-
psor,circa fi.ver.qua pœna,& vide infra in c.regni iam sę-
pę.num.240.in rub.de demoli. & falsan. liliatos carlenos,
vbi imponitur pœna duarum vnciarum contra refutantes
illos carlenos,vt ibi. Limita tamen prædicta procedere,
quando moneta esset boni argenti & ligæ, seu probæ spe-
ciei,& debiti ponderis,& patentis formæ, vt probatur, in
d.c.regni.Iam sæpæ. & probat tex. in d.l.1.& ibi Lucas de
Pen. C.de veter.nummis.pote.lib.11.aliàs non puniretur;
quia reproba pecunia non dicitur pecunia. l.eleganter.§.
qui reprobos.ff.de pig.actio.& ibi Alex. & doct.pro hoc et
adducitur; quia si reciperet pecuniam reprobam, posset
puniri,vt d.constit.adulterinam,& supra dixi, & reperire-
tur in damno; quia illam expendere non posset; quia si
16 expēderet,puniretur,vt dictum est. ¶ † An autem Rex pos-
sit mutare monetam sine consensu populi,vide Lucam de
17 Pen.in rub.C.de veter.nummis.pote.lib.11.¶ † Quæro, an
clericus pro falsa moneta possit a iudice seculari puniri.
Breuiter dicas quòd non: quia etiam in crimine læsæ Ma-
iestatis non punitur a iudice laico, vt latè concludit Matt.
de Affl.in consti.regni de personis, col.1.cum ibi allegatis.
Et ad materiam de falsa moneta, vide quæ dicit Bart. in l.
lege Corne.& in l.quicunque.ff.de fal. & Hipp.in l.qui fal-
sam,col.11.cum seq.ff.de fal.Matth.de Affl.in d.consti.re-
gni adulterinam,& ibi And.de Iser.& eosdem in consti. si
quis campsor,& in consti.qui nummos.Bonifa.in tra.ma-
lefi.in rub.de pœn.fal.mone.Saly.in l.1.& l.fi.C.de fal.mo.
Fran.Cur.in trac.mone.Marti.Laud.in d.trac. de mone.&
Alber.Bru.in trac.de augmento, in vltima conclusi. cum
multis aliis ibi positis & relatis per eum.Et vltra prædicta
18 vide infra in c.item ꝙ recipiatur, num.34.in rubri. ꝙ reci-
piatur quæcunque pecunia &c. vbi statuitur. † quò i quæ-
cunque pecunia recipi debet per curiam, prout commu-
niter expenditur in regno, & nihil vltra exigatur ratione
ponderis, vel cambii,& contrafaciens tenetur illud,quod
recipit, restituere, & tantundem plus, & hoc intelligitur
de pecunia, quæ est ordinata ad expendendum per totū
regnum, vt ibi latius habetur.¶ Iuxta aliam materiam po
19 sitam in isto c.† de falsificante literas regias & sigillum re-
giū,vide in consti.qui literas,& ibi And. de Iser.& Matth.
de Affl.& vide in cap.ad falsariorum, & ibi doct.extra de
cri.fal.vbi ponitur materia de falsificante litteras Papæ.
20 ¶ Et circa prædicta quæro, † an inquisitus, vel accusatus
de crimine falsi debeat sub fideiussoribus relaxari? Et di-
cendum videtur quòd non: quia vbi tractatur de pœna
corporali imponenda, non relaxatur fideiussoribus, Bart.
in l.1.versi.sed quid si vult dare fideiussores. ff. de custod.
reo.Bal.in l.2.C.de exhi.reis,& in l.eos.§.super his,circa fi.
C.de app.& ibi Ang.& Io.de Ana.in consi.1.incipien. cir-
ca medium,& ibi Ludo.Bolog.in addi.vbi dicunt, ꝙ dam
natus pro crimine capitali non relaxatur fideiussoribus.
Pro ista parte faciunt,quæ dicit Barto.in l.Lucius.in fi.ff.ad
turp. Pro hoc etiam facit; quia in crimine falsi suspicio
pro veritate habetur.c.in memoriam. 19.distin.quod intel
ligitur quò ad capturam; quia in hoc crimine propter su-
spicionem potest procedi ad capturam, vt latè per De-
cium,consil. 75.In causa falsitatis, maximè in quinta col.
versicu.Dicit tamen Archid.& colum.penulti. versic.non
obstat, primo volu. & Matth.de Affl.in constit. regni, qui
litteras. Pro hoc etiam facit text.in d. cap. in memoriam.
vbi ꝓducens litteras falsas Papæ debet custodiri, vt ibi in
tex.& facit tex.in c.2.extra de rescri.in fi.& in cap. 2. extra
de cri.fal.Et istam partem,quòd inquisitus de falso non re
laxetur fideiussoribus,tenet Hipp. licet sub dubio forte in
sua prac.cri.§.attingam,colum. 2.versi.addo etiam,& hoc
propter criminis enormitatem: quia multa habet specia-
lia, vt ibi per eum, hanc opin. etiam tenuit Phil. Decius
consi. 143.in casu proposito.primo volu.cum ibi per eum
allegatis. ADDITIO noua. Et in regno videtur de-
cisum per regiam prag. quæ incipit, testem falsum ibi in
vinculis crimen dicat. Pro hoc facit ritus Magnæ Curiæ
Vicariæ, qui incipit. Item si accusatur, in rubri.detinetur
inquisitus &c.num.41. secundum nouam impressionem,
vbi probatur,quòd inquisitus detinetur de persona,quan-
do contra eum constat per vnum testem de visu & de fa-
ma in criminibus,in quibus habet locum tortura,quę ha-
bet locum in regno, quando imponitur pœna vltra rele-
gationem, vt in ca. regni tormenta. Contrariam opin. ꝙ
in crimine falsi quis liberatur fideiussoribus, tenuit Arch.
Gemi.Cardi.Alexan.& D.Præpo.in d.cap.in memoriam.
19.distin. Fely.in c.ex parte, colum.11.in verbo impetra-
tio,extra de rescri.& Anto.Capi.decis.30.in causa nobilis
Gasparis, & ista est communis opi.Nec obstant in contra-
rium allegata,quia etiam in causis, vbi venit imponenda
pœna corporalis quis debet liberari fideiussoribus, vt in
constitu.regni,humanitate nobis,& ibi doct.& Anto. Ca-
pi.vbi supra. ADDITIO noua. Nec obst.ꝙ suspicio
habetur pro veritate quò ad capturā: quia licet capiatur,
non tamen negatur, quin liberetur fideiussoribus iuxta
consti. regni humanitate nobis.Nec obstat regia pragm.te
stem falsum; quia, vt habeat locum illa prag.plura requi
runtur,s.ꝙ produxerit testem falsum scienter, & nō renun
tiauerit infra octo dies post publicationem illius testis de-
positioni specificæ. & si fuit contumax citatus cum inser-
to tenore, propter contumaciam habetur pro confesso.
Et si post contumaciam comparuerit in vinculis causam
dicat, quia concurrit,quòd produxit testē falsum,& con-
currit etiam contumacia, sed vbi non est contumax, nec
constat de delicto, non detinetur. Limita dictam conclu-
sionem non procedere, quando falsitas esset commissa in
literis Papæ, seu sedis Apostolicæ: quia tali casu ex quo
commisit enormissimum crimen, vt in c.ad falsariorum.
extra de cri. falsi. tali casu non liberaretur fideiussoribus,
sed custodiendus esset in vinculis,vt in d.c.in memoriam,
& ibi Archi.Gemi.& alii supra allegati,& ita procedant,
quæ dicit Decius in d.consi.143.& consi.175.1.vol. Idem
est in falsificante litteras regias,seu Sigillum regium,cum
sit grauissimum delictum,vt in isto c.nostro,& tenet And.
de Iser.in consti.regni qui litteras,vbi extendit d.c.in me-
moriam,et ad litteras regias, vt ibi per eum. Sed aduerte:
quia contra istam limitationem videtur tenere Ant.Capi.
in d.decis.3. maximè in fi. mouetur, quia licet falsificans
litteras regias,seu sigillum regium teneatur pœna capita-
li,vt in isto c.nostro,& in constit.qui litteras: tamen in re-
gno

gno per constitu. regni humanitate nobis, cum humanius procedatur, quàm erat ex dispositione iuris communis et in casibus, in quibus venit imponenda pęna mortis, liberatur fideiussoribus, preterquā in casibus exceptuatis in illa consti. vt ibi latius per eum, & ista opi. est magis ęqua. Sed in puncto iuris præcedens opi. videtur verior & com-
21 munis. Et tenendo opi. Ant. Capi. † Intellige, nisi inciperet constare de delicto: quia quando incipit constare, detinetur inquisitus, vt est ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit. Item si accusatur aliquis, in rub. detinetur inquisitus, si incipit constare, nu. 162. in ordine meo. & Lucas de Pen. in l. quoties. C. de dig. lib. x. & Matt. de Affl. in d. consti. hu-
22 manitate nobis, col. 8. ¶ † Qualiter autem puniatur de iure ciuili talis falsificans litteras regias, & sigillum regium, vide gl. & alios in d. consti. qui litteras, vbi dicit, quòd punitur pœna deportationis, & eius bona publicantur, vt ibi latius. ADDITIO noua. Et vide Matth. de Affli. in consti. regni iudices, & eundem Matth. decisio. 404 quę est vltima decisio. Et ibi etiam ponit, quòd istud c. cum sit pęnale & correctorium non debet extendi. Ioann. Anton. de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Animas nouas an quotidie creet diuina potentia.*
2 *Genus humanum an sit pronum ad omne nephas.*
3 *Rex an sit Deo redditurus rationem.* 10.
4 *Rex an debeat regnum in statu pacifico retinere.*
5 *Officiales varii ponuntur.* 13.
6 *Cupiditas auara allicit mentes, & animos seducit.*
7 *Honor & dignitas reddunt hominem subtiliorem.*
8 *Conuersari cum pluribus an faciat hominem maioris discretionis & astutiæ.*
9 *Episcopus tenetur Deo reddere rationem de grege sibi cōmisso.*
10 *Reges debent ab illicitis cauere, & Deum timere.*
11 *Rex an debeat querulantibus audientiam præbere.*
12 *Rex, qui facit aliis iniustitiam, ipse iniustitiam sustinebit, ibidem.*

CONSTITVTIONES ALIÆ factæ per prædictum dominum Carolum Regem Siciliæ super bono statu regni. Rubrica.

PROLOGVS.

CAROLVS PRIMVS IVstitiario Terrę Laboris. CAP. XXXII.

POST corruptionis amara discrimina, quę primi parentis lapsus, fœtus mortalium meritò deplorandos propter transgressionis vetitæ vitium ad successores trāstulit, & per superbientis inobedientię culpam ad posteros deriuauit, generationis humanę conditio miseriæ tantæ fragilitate opprimitur, & tam facilis corruptela casibus prę-
1 grauatur: † vt quantumcunque prouisio diuinæ potētię nouas quotidie creans animas, illas rectas, iustas, & puras ad imaginem & similitudinem sui formatas, & recentem mortalitatis huius restaurationem inducit, & corporibus nouis infundat.
2 ¶ † Miserabile tamen genus humanum tanquā naturali contagine pollutum, creatoris sui rectitudinem deserens, & damnosis quęstionibus, & anfractibus se inuoluens, ad omne nephas pronum immergit, & in deterioribus damnabiliter conuersatur. Et licet hoc quilibet alicuius discretionis intelligentiā continens apertè videre valeat, & manifestè cognoscat; is tamen quem alicuius dignitatis sublimat maioritas, aut honoris apex extollit, tanto hoc euidentius videt ad oculum, & perfectius palpat ad manum, quanto diuersorum conuersatione perfruitur, & mores quam plurium experi-
3 tur. ¶ † Nos autem exactionem finalis calculi, quē in examinis extremi iudicio sumus superno iudici posituri, tremula meditatione pensantes, ac commissum nobis gratiæ tale talentum, multiplicatū cum fœnore Deo reddere cupientes, vigiles sollicitudines agimus, & curas continuas semper exerce-
4 mus. † Qualiter diuersarum populi nationum, quas regiminis nostri dominium regit, in statu pacifico constituto, Deo reddantur placabiles & ac-
5 cepti. † ad quorum gubernationem Ierarchiæ superioris exempla sectantes, diuersos statuimus ordines officialium, & varia præfecimus officia ministrorum, vt iustitiæ copia, de qua propter indiuiduitatem nostri corporis vbilibet interesse personaliter nequeuntes singulis fidelibus nostris respondere non possumus, per eosdem officiales, & ministros vniuersaliter omnibus offeratur, & singulis ministretur. ¶ Verùm quia dierum exuberante malitia, & temporum corruptela crescente, per-
6 sepe contingit † quòd dum mentes auara cupiditas allicit, & animos ambitio ceca seducit, mandatorum nostrorum rectitudo relinquitur, & per calidæ subtilitatis malitias oberratur. Sicque nostro salubri proposito, ac pacis, & iustitiæ ministerio in quæstus, & lucra detestabiliter permutatos, per nonnullos officiales ac ministros perperam, & inordinatè proceditur, ac fidelium nostrorum deuota simplicitas pregrauatur. ¶ Nos volentes huiusmodi peruersę subtilitatis obuiare malitijs cuiuscunque astutæ caliditatis anfractus infringere, ac tam officialium, & ministrorum processibus, quàm fidelium statui pio prouisionis nostræ remedio subuenire. ¶ Harum nouarum constitutionum nostrarum edicto irrefragabili, ac firmiter valituro statuimus.

7 POST corruptionis. ¶ In tex. ibi (euidentius vides.) † Nota quòd honor, & dignitas red-
8 dunt hominem subtiliorem in vidēdo. ¶ In tex. ibi (quanto diuersorum.) † Nota, quòd conuersari cum diuersis, & experiri mores plurium, facit maioris discretionis, & astutiæ. Sebast. de Neapoli.

ADDITIO.

9 POST corruptionis. ¶ In tex. ibi (ad omne nephas.) † Nota, quòd genus humanum pronum est ad omne malum, concordat text. in authen. de mona. §. si verò is, vbi dicitur, quòd natura humana quodammodo labitur ad delicta. ¶ In text. ibi (superno iudici &c.)
10 † Nota quòd Rex debet Deo reddere rationem, similiter etiam Episcopus tenetur Deo reddere rationem de grege sibi commisso capit. nisi cum pridem. §. verùm, & ibi glos.
11 in verbo desigendo, extra de renuntia. † Et propterea reges

ges debent ab illicitis cauere, & Deum timere, vt dicit Matth. de Afflic. in constitutio. quanto cæteris. colum. septima. in 7. quæst. versus fin.
12 † Et Rex de facili debet querulantibus audientiam præbere; quia si Rex facit aliis iniustitiam, ipse iniustitiam sustinebit, vt in authen. de sanc. episcop. §. omnibus, & Matth. de Afflic. in constitut. pacis cultum, in primo notab. colum. secunda. in fine. ¶ In tex.
13 ibi (diuersos statuimus ordines officialium &c.) † Nota, quare ponuntur varij officiales ad hoc vt sit copia iustitię, idem tenet Matth. de Afflic. in constitu. cum iustitiæ. in primo nota. quia melius iustitia expeditur per officiales distinctos, & separatos, vt dicit Matth. in constitut. non sine grandi, in vltimo notabi. & etiam ne promiscuis actibus rerum turbentur officia, vt dicit idem Matth. in rub. d. constitu. non sine grandi, in titulo de obseruatione iustitiæ. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Quinterni collectarum, vel aliarum exactionum per quos fieri debent.*

Scriptores ad scribendum quinternum quis ponere, & exhibere debet, ibidem.

Notarii cameræ, vel deputati ab eo, vel à iustitiario an debeant scribere quinternos collectarum, ibidem.

2 *Notarius cameræ, vel iustitiarius, an possit aliquid petere pro sigillandis quinternis, vel pro collatione.*

Mora interuenire an debeat in sigillandis, vel collationandis quinternis, ibidem.

3 *Pœna, quæ imponatur notario cameræ, vel alio, qui aliquid recipit pro sigillandis, vel collationandis quinternis collectarum. 6.*

4 *Iustitiarius, iudex, vel actorum notarius an possint aliquid recipere pro conficiendis, sigillandis, vel subscribendis apodissis. 18.*

5 *Apodissa particularis an fieri debeat de solutionibus, an verò sufficiat facere cedulam.*

7 *Carcer an detur ad pœnam.*

8 *Recipiens aliquid pro sigillandis litteris an, & qualiter puniatur.*

9 *Pœna, quæ imponatur extorquentibus aliquid a commissariis, cauillando litteras eorum commissionis.*

10 *Sigillantes commissiones, pacta, vel apodissas, si aliquid recipiunt, an puniantur.*

11 *Solui an debeat aliquid pro scripturis sententiarum.*

12 *Scriptor an debeat eligi ad voluntatem collectoris.*

13 *Notarius ad conficiendum instrumentum per quem eligi debeat.*

Notarius non debet esse suspectus partibus, ibidem.

14 *Notarius quando allegatur suspectus, an debeat exprimi causa.*

15 *Quinterni collectorum an faciant fidem.*

16 *Scriptura priuata an & quando faciat fidem, & quot concurrere debent.*

17 *Liber monasterii an faciat fidem.*

19 *Commissarii, qui recipiunt pecuniam fiscalem, an aliquid possint exigere pro apoca finali.*

Apodissa finalis quæ fit per commissarium exigentem pecuniam fiscalem, an debeat scribi manu publici notarii, ibidem.

QVOD NIHIL RECIPIATUR pro sigillandis, vel verificandis quaternis collectarum. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. Cap. XXXIII.

1 QVOD † quaterni collectarum, vel aliarum exactionum fiant per collectores, qui exhibeant scriptores ad volũtatem eorum, nec arceantur ad hoc per notarium cameræ, vel deputatos ab eo, vel per iustitiarium, vel per aliquem de curia sua.
2 ¶ † Et de ipsis quaternis intitulandis, vel sigillandis, vel collatione ipsorum quaternorum facienda, nihil recipiatur a iustitiario, vel notario cameræ, vel aliquo alio de curia sua. Et in expeditione ipsorum nulla mora trahatur.
3 ¶ † Et si contra fiet per notarium cameræ, vel per alium de curia iustitiarij, soluto quod passa est pars per delinquentem ei, qui soluit, octuplum soluatur curiæ pro prima vice. Et si delictum fuerit per eum iteratum, vno anno squalore carceris maceretur. Iustitiarij verò ad id, quod pro sigillo, seu pro quaternis recipient, vel recipi facient restituto simplo soluenti, vt dictum est, pro qualibet vice soluat curiæ augustales auri vigintiquinque.
4 ¶ † Eadem pœna eidem iustitiario iudici suo, & actorum notario, si pro conficendis, sigillandis, & subscribendis apodissis aliquid receperint imminente.
5 ¶ † Et de quibuslibet particularibus solutionibus non fiant cedulæ, sed apodissæ particulares ad requisitionem soluentium.

QVOD quaterni. ¶ In text. ibi (sigillandis &c.) concordat infra capitu. item quando nume. 41. ¶ In text. ibi (octuplum.) Nota
6 † quòd hic imponitur pœna octupli eius, quod extorquetur, sin autem receperit pro sigillandis aliis litteris est pœna quadrupli, vt infra capitu. item iustitiarij, vel alij, nume. trigesimonono. Quandoque imponitur pœna simpli, vt infra de notariis cameræ capit. item vt prædictorum, nume. 52. & vide. C. de superexacto. l. prima. libro decimo. & vide supra regni anno septimo. cap. item quòd occasione, quod non reperitur. ¶ In text. ibi (vno an-
7 no.) † Nota, hic carcerem esse ad pœnam non ad custodiam, dixi plenè supra regni anno secundo, in titu. de rapto. capit. placuit. nume. 27. ¶ In text. ibi (augustales au-
8 ri vigintiquinque) attende: quia per hoc capitu. † talis pęna imponitur recipientibus aliquid pro sigillandis quaternis collectarum, & exactionum, si verò recipit aliquid pro sigillandis aliis litteris quibuscunque, est pœna quadrupli dicto capitu. item iustitiarii, nume. 39. cum
9 duobus sequentibus. † Similiter imponitur pęna quadrupli eius, quod extorquetur ab aliquibus commissariis, cauillantibus litteras commissionis, quam sibi fecerunt, vt intra de notariis came. d. cap. item vt prædictorum. num.
10 quinquagesimosecundo. † Item eadem pœna quadrupli imponitur secretis, magistris procuratoribus, portulanis, & magistris massariis, si ipsi, vel eorum notarii aliquid acceperint pro subscriptione, vel sigillo commissionum pactorum, apodissarum, quas faciunt, & fieri faciunt, vt infra de offic. secre. cap. item prædicti officiales, nume. sexagesimotertio. & supra regni anno VII. de offi. iusti. in addit. meis capit. item, quia consueuit, in fi. quod non reperitur, & regni eius anno xviij. capit. item statuimus,

11 mus, quòd siue num. 122. vbi † quòd nihil debet solui pro scripturis sententiarum. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

12 QVOD quaterni. ¶ In tex. ibi (exhibeant scriptores ad voluntatem eorum &c.) † Nota, quòd scriptor debet eligi ad voluntatem collectoris, non autem potest deputari per iustitiarium, vel
13 notarium cameræ, vt hic, & sic facit in argumentum, † q notarius ad conficiendum instrumentum emptionis, & venditionis debet eligi ab emptore, quod intellige, nisi aliqua rationabilis causa sit in contrarium; quia notarius non debet esse suspectus partibus, vt dicit Bald. in capitu. si pro debilitate. columna prima. extra de offic. delega. & in cap. quoniam contra. columna 3. circa medium, extra de probatio. & Bartol. in authent. de trienn. & semiss. §. & hoc sæpe, & Par. in trac. sindi. in uerbo suspicio, col. 2. in
14 prin. † Et in notario non oportet allegare causam suspitionis, sed sufficit solum iuramentum, quòd habet cum suspectum, ut tenet Pet. de Anchar. consilio 263. subtiliter. & Alexand. consilio 104. 5. uolumi. & Matth. de Affl. in constitu. regni, iustitiarii per prouintias, columna 3. 4. nota.
15 ¶ † Quæro, an isti quinterni collectorum faciant fidem, uide Bald. in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. & ibi Barto. & Barto. in l. Titiæ textores. ff. de legat. primo. Ioan. de Imo. in l. 2. ff. de testa. Ioan. Bertran. Firma. in tract. de
16 gabellis, in quarta parte principali. † Et latè de scriptura an & quando faciat fidem, & quot concurrere debent, uide Ioann. And. in addi. Spec. in titu. de instru. edi. §. nunc dicendum, col. 2. cum sequen. in addi. magna, & latissimè uide Felyn. in c. 2. extra de fide instru. & ibi Phil. Deci. Ias. latè in repet. l. admonendi, in 2. lectu. colum. 28. cum pluribus sequentibus. ff. de iureiuran. Lucam de Pen. in l. fina. C. de conue. fisci debi. libro decimo. Barto. in l. scripturas. C. qui potio. in pign. hab. Matthæ. de Afflic. in decisio. 181.
17 ¶ † Et quid in libro monasterii an faciat fidem, vide Matt. de Afflic. decisio. 364. fuit decisum, columna secunda. & ad supradicta vide Par. in tracta. de reintegra. feu. car. 111. ca. & circa, cum ibi allegatis. ¶ In text. ibi (in §. eadem
18 pœna.) Nota secundùm Barthol. de Capua hic, † quòd iustitiarius, iudex, & notarius punitur pœna vigintiquinque augustalium, si aliquid recipiant pro apodissis, & eadem pœna tenentur omnes alii officiales secundùm eum hic, allegat. c. item prædicti officiales, infra nume. 63. & vide, quæ dixi supra in rubrica de portula. Et dicit Matt. de Afflic. in constitutio. regni, causas alias, per illum tex.
19 in vndecimo notab. colum fina. † quòd commissarij, qui recipiunt pecuniam fiscalem, & exigunt certam pecuniæ quantitatem pro apodissa finali, malè, & pessimè faciunt. Et talis apodissa debet fieri per manus publici notarii, vt ibi per eum, per illum text. & per l. prima. C. de apo. publ. libro decimo. Et ad materiam huius capitu. quantum debet solui pro quibuslibet litteris in particulari, vide infra capit. item statuimus, numero 126. in rubri. quid soluatur pro litteris regis, & vide regiam prag. Regis Ferdinandi quæ incipit, nos Ferdinandus &c. vniuersis &c. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia an debet recipi, prout communiter expenditur.*
2 *Exactores tributorum an debeāt suscipere pecuniam æquis ponderibus & mensuris.*
3 *Tributa soluere volentes regiis perceptoribus, si ille perceptor non vult recipere, an facta protestatione volens soluere consequatur securitatem.*

QVOD RECIPIATVR QVÆCVNque pecunia pro curia, sicut communiter expenditur in regno. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. Cap. XXXIIII.

1 ITEM † q recipiatur quæcunque pecunia pro curia secundùm q communiter expenditur in regno, & nihil vltra ratione ponderis, vel cambij exigatur. Et si contra fiet, restituto simplo delinquentes similis pœna percellat. ¶ Et intelligatur hoc de pecunia, quæ ordinata est ad expendendum p totum regnum, & de aliis tractatur secundùm ordinationem, & statuta nostra, facta, seu facienda; ita q pecunia nostra non recipiatur pro minori pretio, quàm est per nostram curiam ordinatum.

ITEM quòd recipiatur. ¶ In tex. ibi (secundum q communiter.) Circa hanc materiam adde, & vide, quę dixi in cap. cum ex diuersis. in addit. quas ibi scripsit: sed istud cap non reperitur. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM q recipiatur. Ad materiam huius ca. vide quæ dixi supra c. vt quæ ab excellentia, nu.
2 31. vbi vide. ADDITIO noua. ¶ † Nota ex principio huius ca. q quæcunque pecunia, quæ expēditur in regno communiter debet curia, seu regii perceptores, & thesaurarii recipere, & non possunt eam recusare, & debet recipi, prout communiter currit, vt hic, quia potest solui pecunia communiter currens, tex. in clem. 2. de decimis, & ibi gl. in verbo currentē, quæ dicit, q collectores non possunt dicere, q fiat solutio in florenis, sed dummodo moneta communiter currat, licet alia etiā currat, in illa fieri potest solutio, & electio erit soluentis, vt ibi dicit gl. & sequuntur ibi. Imo. col. 3. & Cardi. ibi. Immo statutum loquens de moneta intelligitur de currenti, & vsuali, spe. in titu. de solu. §. nunc aliqua versi. pone. Alex. in addi. ad Bar. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio. Alex. consi. 114. 1. volu. & Alex. in l. fi. ff. de in ius voc. Alb. Bru. in tract. de consti. decre. in verbo moneta, & ver. statutum de moneta, & ver. fi. ¶ In tex. ibi (& nihil vltra &c.) Nota, q curia, seu regii thesaurarii, & perceptores nō possunt a soluentibus aliquid exigere ratione ponderis, vel cambij: quia licet ponderent pecuniam, vel faciant cambiū, nihil possunt recipere, vt hic, & pœna imponitur contrafacienti, vt in hoc tex. ibi, pęna percellat. Et prædicta intelliguntur de pecunia, quæ est ordinata ad expendendū per
3 totum regnum: vt in isto tex. † Et isti exactores, seu susceptores publici, vt regii thesaurarii, & perceptores debent suscipere tributa æquis ponderibus, & mensuris, ne collatores, & alii soluentes grauentur iniustè, vt C. de suscep. l. modios, & l. fi. libro 10. & ibi doc. & Azo in sum. in eo. tit. versus finem, quæ nota contra istos perceptores, qui tenēt falsa pondera. Et dicit Azo vbi supra, quòd si tales differant recipere tributa oportuno loco, & tempore oblata, & facta protestatione per soluere volentes securitatem consequuntur, vt ibi per eum, quæ nota cōtra istos perceptores, qui procrastinumt recipere, vt aliqui extorqueant, quia fieri non debet. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Officiales an debeant ordinari habiles, & idonei, an etiam inhabiles & imperiti. 7.*
2 *Officialis electus an possit se redimere, vt mutetur. 13.*
3 *Officiales postquam sunt ordinati, an mutari possint.*
4 *Offi-*

4 *Officialis quando est impeditus, an debeat notificari superiori.*
5 *Officiali mortuo, an alius substitui possit, donec superioris responsum expectetur.*
6 *Solutum turpiter an soluenti restitui debeat.*
8 *Officia an virtuosis committi debeant, & qualis debet esse officialis.*
9 *Ecclesia indiget uiris literatis non asinis ferratis.*
10 *Rex Ferdinandus primus habebat libellum cum nominibus; & cognominibus virorum bonæ opinionis aptorum ad diuersa officia.*
11 *Officia magnæ iurisdictionis an sint concedenda nouellis doctoribus.*
12 *Honestas morum an hodie spectetur in officiis concedendis.*
13 *Iuniores quando dicantur perspicatiores, ibidem.*
Barones eligendo vasallos ad officia onerosa, vt se redimant, malè faciunt.
14 *Officialis durante officio an possit remoueri, vel conueniri.*

QVOD NON ORDINENTVR OFFICIALES inhabiles, sed idonei. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. Cap. XXXIIII.

1 ITEM † quòd prædicti officiales non ordinent officiales, seu commissarios homines inhabiles, videlicet, senes, infirmos, debiles, seu iustè impeditos, & nõ idoneos ad officia, quæ vocantur. Sed ordinentur idonei, conuenientes, & apti.
2 ¶ † Cauentes, ne aliquos per redemptionem mutari faciant, sub pœna mediæ libræ auri nostræ curię applicanda pro qualibet vice, qua fuerit contrafactum, restituto nihilominus parti soluenti quod
3 fuit per redemptionem solutum. ¶ † Postquam verò fuerint ordinati non mutentur, nisi causa rationabili, vel causa infirmitatis, vel furti, & hoc sit de
4 conscientia nostra. ¶ † Et incontinenti quòd erunt impediti, significent curiæ nostræ, si est citra farum, infra quindecim dies, si est infra farum, infra mensem, & nomen impediti, & tũc nominet alios, vel alium loco impediti, vel impeditorum, qui sint
5 idonei, & scribetur eis in prædicta forma. ¶ † In casu mortis antequam nominauerint, interim faciãt administrari, donec scripserimus super hoc nostræ beneplacitum voluntatis.

6 ITEM ꝙ prædicti. ¶ In tex. ibi (per redemptionem solutum.) † Nota ꝙ in hoc ca. turpiter solutum redditur soluenti, sed infra c. proximo infertur in fiscum, & sic videtur contra. Sed quæ est ratio diuersitatis. Respõdeo; quia hic rediment se ab onere officii damnosi, in c. sequenti dedit, vt sibi committeretur officium commodi, vel honoris, & sic ibi fuit turpitudo ex parte vtriusque. Sed in hoc c. est turpitudo ex parte recipientis, & sic sunt casus diuersi. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

7 ITEM ꝙ prædicti. ¶ In tex. ibi (impeditos, & non idoneos.) † Nota, ꝙ impediti iusto impedimento, vt sunt senes & infirmi, non debent eligi ad officia, facit tex. in l. 2. §. quem ita cum sequen. ff. de vaca. mune. sed debent eligi idonei, & habi-
D. Ioan. Anto. de Nigris.

8 les vt hic. † Officia namque concedenda sunt ob merita virtutum, & illi præponendi, & extollendi, qui meritorũ fulgent insigniis, vt dicit text. in l. 1. C. de diuer. offic. lib. 12. & l. fina. C. de tiro. & l. 1. C. de princi. age. in rebus, lib. 11. & in aucten. vt iud. sine quoquo suffr. §. oportet. & latè per Lucam de Pen. in d. l. 1. colum. 1. C. de diuer. offic. lib. 12. Et dicit Pet. Belluga in suo speculo principum, in titulo de grauami. ciui. §. post militare, in fin. Quòd bonus officialis debet esse purus vndique, & contentus his, quæ sibi dantur a fisco, & non debet etiam bestialis, sed peritus, & non malitiosus, & si transgreditur vltra, quam deceat, expelli debet, & alius bonus officialis introduci, vt in auth. de mand. princi. §. præcipuè & Anto. de Butr. in c. quanto, extra de iureiur. Ad prædicta etiam vide Matth. de Affli. in constitu. cordi. colum. 2. in primo nota. vbi dicit, quòd vt bene regnum gubernetur, indiget viris literatis, vt in si-
9 mili dicit Ioan. Mona. † quòd ecclesia indiget iuris literatis, & non asinis ferratis, vt ibi per Matth. de quo dicto vide concordantias, quas posui in cle. contra clericos nõ incedentes in habitu & tonsu. in rubr. de vita & hone. cleric. in glo. in verbo priuilegio. in 7. priuilegio. nu. 148. Et plus
10 dicit Matth. vbi supra. † Quòd Rex Ferdinandus Primus habebat libellum nominũ & cognominum virorum bonæ opinionis secundùm diuersitatem officiorũ, & ipse viros ad officia eligebat vt ibi latius per eum, quod bonum esset, si hodie seruaretur. ¶ Et propterea dicit idem Matth.
11 in consti. diuæ memoriæ, secundo nota. † ꝙ officia publica concernentia magnã iurisdictionem nõ sunt cõcedenda nouellis doctoribus sed senioribus, & ibi multa pulcra dicta refert. Et licet, vt dicit glo. in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & posth. quanto iuniores, tanto perspicatiores, de quo multa ibi dicunt doct. max. Ias. pro & contra. tñ in proposito nostro nõ tractatur de perspicacitate, sed de regimine, & aliud est legere, aliud est regere, dicit tamẽ Luc. de Pen.
12 in d. l. 1. col. fi. in fi. † Quòd hodie nõ morũ honestas, sed verborum venustas attenditur, non scientiæ visus sed stultitię risus, non puritas manuum, sed quantitas munerũ confouetur, & nõ virtutes sed vestes ad insignes honores, & vtilitates, & ad officia promouẽtur, vt ibi latius per eũ. Et dicit Par. in tra. synd. in verbo officiũ, col. 1. Quòd hodie in regnis cupiditas abundat: quia aurũ imperat, aurũ iudicat, argentũ remouet, passio promouet affectionẽ, silent leges & canones, vendicat bonæfidei litteratus, abũdat malefidei exaltatus, & multa alia vide ibi per eum.

ADDITIO no. Illud aũt, qđ dictũ est, ꝙ quãto vniores tãto perspicatiores, intelligitur de iuniorib. & modernis, qui viderũt antiquorũ & modernorũ scripta, & ꝑpea dicuntur perspicatiores, sed nõ de iuniorib. q nõ viderũt scripta antiquorũ & modernorũ. ¶ In tex. ibi (cauẽtes &c.)
13 † Nota istũ tex. cõtra barones, q eligũt suos vasallos ad aliquod officiũ, puta ęrariatus, vel ad alia onerosa officia, & postea illos redimere faciũt, soluẽdo preciũ ipsi baroni, qđ est a iure prohibitũ, vt hic. ¶ In tex. ibi. (§. postquã) dicit hic Bar. de Capua ꝙ hodie istud non bene seruatur. Et ad materiã huius c. vide infra in c. sequẽti. quod incipit. Itẽ iustitiarii inquisitiones, & infra c. imprimis. nu. 60. vbi ꝙ officiũ secretiæ debet cõmitti iuris idoneis, vt ibi latius.

ADDITIO no. ¶ In tex. ibi (postquã vero fuerint
14 ordinati nõ mutẽtur, nisi ex causa &c.) † Nota, ꝙ officialis durãte officio nõ potest mutari, vt hic, cõcordat l. pars literarũ. ff. de iudi. fallit, nisi ex causa, vt in isto c. nostro, puta ex causa infirmitatis, vel furti; quia officialis cõmittens barattariam, furtum, vel negligentiã potest remoueri ab officio etiam ante tẽpus: quia si expectaremus finem officii, frustra fieret amotio. Bal. de pace Cõstan. §. fi. vide tex. in l. si quis. C. de offi. pręfe. præto. ori. vbi propter barattariam, furtum, vel negligentiam potest remoui ab officio ante tempus, & Par. in trac. sindi. in verbo durante officio, colum. fin. & in verbo barrataria. Et licet regulariter officialis durante officio non possit conueniri d. l. pars litterarum, tamen fallit in multis casibus, vt per Par. in
Q d. trac.

d.tra.find.in verbo durante officio per totum, & in verbo officialis perpetuus.& Matth.de Affli.in consti. statuimus. la 2.nume.39.cum sequentibus.

Io.Ant.de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio in criminalibus an committi possit.8.*
2 *Officia quę possunt committi, an debeant committi idoneis, qui sint de illa prouincia.*
Officia an possint committi familiaribus, vel stipendiariis, ibidem.5.
3 *Iustitiarii an possint aliquid recipere pro commissione officiorum.*
Officia an committi debeant prece, vel precio, ibid.7.
4 *Iustitiarii officia committentes, quæ committi non debent, an puniantur.*
Turpiter solutum cui deferri debet, ibidem.
5 *Iustitiarius an possit aliquid committere suis familiaribus.*
6 *Lex an tollatur per non vsum.9.*
Testium examinatio in criminalibus an committatur.
10 *Consuetudo an tollatur per contrariam consuetudinem.*
11 *Statutum an tollatur per non vsum.*

QVOD IVSTITIARII NON COMmittant inquisitiones super criminalibus. Alia verò officia committant hominibus de prouincia. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XXXVI.

1 ITEM † Iustitiarii inquisitiones super criminalibus non com-
2 mittant. Alia † verò officia, quæ committi possunt, committant fidelibus & idoneis personis, de prouincia eis decreta, qui non sunt de familiaribus, vel stipendiariis secum mo-
3 rantibus. † Ita quòd nihil recipiant pro commissione ipsorum officiorum, nec eis committat, qui
4 prece vel precio impetrant. † Et si contrafecerit ad pœnam mediæ libræ auri pro qualibet vicę nostræ curiæ teneantur. Et id quod turpiter soluitur, deferatur in fiscum.

ITEM iustitiarii. ¶ In text. ibi (qui sunt de familiari-
5 bus.) † Nota iustitiarium non posse aliquid committere suis familiaribus, quod malè seruatur: quia non committunt aliis, & sic hoc capi. potest dici per desuetudinem peremptum, idest per contrarium vsum, sicut lex, quæ non vtendo perempta est. i. in contrarium vtendo, vt in
6 auđen. quib. mod. natu. effi. sui. §. fina. collatio.6. † Sed certè lex nō potest perimi nisi per legem contrariam promulgatam, vel consuetudinem contrariam sciente & permittente principe. ff. de legi. l. de quibus. in fin. & ibi notatur, & ita intellige dicto §.fin.aliàs qui sine principis voluntate præcepto legis non obtemperat, arbitraria pœna coercetur.ff.de pœn.l.sanctio legum. ¶ In tex.ibi (nec
7 eis committat&c.) † Nota officia non debere committi eis, qui prece, vel precio impetrant, siue petunt, quod non seruatur. Immo Tulio, Senecæ, vel Sceuolæ, non concedunt. Et propterea nimirum, si iurisdictiones spirituales, & temporales subuertuntur, quæ alium Deum non colunt quam auaritiam damnatam.

Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

8 ITEM Iustitiarii. Ad materiam huius cap. † an causa criminalis possit committi, & delegari, vide in l. 1.& ibi docto.ff.de offi.eius cui mand. est iur. & dixi supra in cap. & si frequenter. nu. 17.& c.quia 19.supra. ADDITIO noua. Et nota, quòd non potest committi inquisitio in causis criminalibus, & sic examinatio testium in inquisitione contra malefactores & homines malæ vitæ debet fieri personaliter per iustitiarium, iudices, & actorum notarium, & non per alios, & si iustitiarius committat non valeret testium depositio tamquam facta contra legem, & est bonus tex. supra c.16. Item quòd prædicti iustitiarii occasione, & tenet Andr. de Iser.& Matth.de Affli.in consti. regni inquisitiones generales, colum.4.in 2.nota.& in consti.iustitiarios, col.2.in fin. cum sequen. De qua materia, an examinatio testium in criminalibus possit committi, vide in authen.apud eloquentissimum.C.de fid.instrum.& ibi docto. & scribentes.in c. cum causam.extra de testi.& dicam infra.in c. si cum scæleratis, & regulariter committi non potest, nisi essent testes senes, & valetudinarii, & mulieres honestę, similesque personę, vel nisi de partium voluntate, vt est Ritus Magnę Curiæ Vicariæ, quæ incipit, item quòd curiæ, nume. 24.in ordine meo, & in Ritu item seruat, sub rubr. committitur examinatio testium, nume.213.in ordine meo cum sequen.& Matth.de Affli.in constitu.regni, in pecuniariis, in tertio nota.& Anto.Capi.decisio 90.in fin. Item fallit, si testes non essent de iurisdictione iudicis, qui vellet eos examinare: quia tunc committitur ordinario illius loci, vt tenet Matth.in d.consti.in pecuniariis, & in d.consti.generales inquisitiones.colum.2.in fi.cum sequen. cum concor. in d. locis. Et ad illud, quòd officia debent committi idoneis, vide supra cap.proximo. Item quòd prædicti. Et vide etiam ad materiam infra c.item cum nihil, numero 159.

9 ¶ Circa illud † an lex tollatur per non vsum, seu per contrariam consuetudinem, vide tex.in §.igitur, ibi glo.in verbo desuetudine, Insti. in proœ.& Barto. in prima consti. ffrorum.§.& antea, Ange. Aret.in d.§.igitur.colum.pen.Lucam de Pen.in l.euidenter.versi.ex desuetudine.C.de excu
10 sa.mun.lib.10. Ias.in l.de quibus, colum.8.ff.de legi. ¶ † An autem consuetudo tollatur per contrariam consuetudinem, vide glo.in l.nemo.§.temporales.ff. de regu. iur. & ibi Philip.Decium, Ias.in d.l.de quibus.col.18. Io. Franc. Bald.in trac.de præscri.in quinta parte quintæ par.princi.
11 quęstio.12.versic.sed dubitatur, vbi latè. ¶ † Quid autem sit in statutis, an tollantur per non vsum, vide Ange.Aret. in d.§.igitur.colum.pen.& fi.Insti.in proœ.& Ias.in d.l. de quibus.colum.8.ff.de legi.

Io.Anto.de Nigris de Ciuitatæ Campaniæ I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an debeat iurare, quòd nihil dedit, nec promisit pro habendo officium.*
2 *Officialis, qui non præstat iuramentum, an possit officium exercere, & qualiter puniatur.8.*
3 *Iuramentum ab officiali non recipiens qualiter puniatur.*
4 *Forma iuramenti an debeat inseri in commissione officialis.*
5 *Officialis, qui debet recipere iuramentum ab alio officiali an coram testibus recipere debeat.*
6 *Testium nomina, & iuramenti forma an in commissione officialis exprimi debeant.*
7 *Forma iuramenti ab officiali præstandi.*
9 *Acta facta ab officiali, qui non præstitit iuramentum, an valeant.*

Officiales

10 *Officiales & iudices proferentes sententiam mortis antequam iurent, an dicantur homicidæ.*
11 *Vniuersitas creans officialem propria auctoritate qualiter puniatur.*
12 *Officiales quæ debeat iurare in principio sui officii.*
13 *Officialis an debeat iurare, de seruando constitutiones et capitula regni, & regias pragmaticas.*
14 *Officialis an debeat se purgare per iuramentum si aliquid vltra prohibitionem recepisse dicatur.*
15 *Officia pro administranda iustitia an possint emi, vel vendi.*
16 *Pœna vsurpatæ iurisdictionis quæ sit.*
17 *Officialis quomodo debet iurare, & quæ sit forma.*

DE IVRAMENTO PRAESTANDO AB officialibus. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XXXVII.

1 ITEM † recipiant sacramentum
in forma subscripta a quolibet
officiali in quocunque officio
ordinetur, s. ꝙ per se, vel per aliũ
sub spe, vel occasione habendi
huiusmodi officium non dedit
aliquid, nec intendit aliquid dare, nec aliquis pro
se, nec promisit iustitiario, vel alicui alio officiali,
alicui pro ipso, vel vxori, nec alteri personæ sub colore
mutui, vel sub colore fraudis durante officio,
nec finito, occasione promissionis primò factæ ra-
2 tione officii obtinendi. ¶ † Simile iuramentũ præ-
stabunt omnes officiales qui per nos, vel nostram
curiam creabuntur pro tempore, & nisi iurauerint
modo prædicto, non possint ipsum officium exer-
cere, sed eadem teneantur pœna, qua tenerentur, si
3 sine mandato sibi officium vsurparent. ¶ † Et ille,
qui debet iuramentum prędictum ab officialibus
recipere, pęnam vnius libræ auri fisco nostro com-
4 ponat. † Et tota forma præsentis capituli in com-
5 missione vniuscuiusq; officialium inferatur. ¶ † Of-
ficialis autem, qui debet prædictum iuramentum
recipere, ipsum in præsentia decem testiũ recipiat
6 modo prędicto. ¶ † Nomina autem prędictorũ te-
stium, & forma iuramenti prædicti in commissione
officiali facienda specialiter exprimantur.

ITEM recipiant. ¶ In tex. ibi (iuramentum in forma.)
7 † Nota formam iuramenti, quod præstare debent om-
8 nes officiales. ¶ In tex. ibi (vsurparet.) † Nota contra of-
ficiales non præstantes iuramentum in forma huius capi.
quia puniuntur, ac si propria auctoritate officium vsurpa-
rent. Et vide supra c. contra effrenatas. nu. 21. Item puniun
tur tales secundùm constitutionem regni publicatione om
nium bonorum, & priuantur iurisdictione indebitè vsurpa
ta, vt in consti. regni duram & diram, ꝙ tenentur lege iu-
lia maiestatis ex vno capite. ff. ad leg. iul. maie. l. 3. §. penul.
9 † Item totũ id, quod agit tamquã actum lege prohibente
10 est ipso iure inualidum. † Et sic iudices contra reos mortis
sententiam proferentes non iurati, sunt homicidæ, quod di
ligenter aduertant, nam tempore iuramenti præstiti offi-
ciales administrationem accipiunt, vt in auth. vt iudi. sine
11 quoquo suffra. §. sic igitur. † Item vniuersitas, quæ pro-
pria auctoritate creat officialẽ, aratrum patitur: vt l. 1. qua
pœna vniuer. tene. quæ creat potesta. & alios offici. ¶ In
tex. ibi (decem testium) secus est de iure communi, vt in
authen. vt iud. sine quoquo suffra. §. sic igitur. vbi aliud statuitur. Sebastianus de Neapoli.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

ADDITIO.

ITEM recipiant. Ad materiam huius c. adde,
12 † ꝙ officialis debet iurare in principio sui
officii, hoc est statutum de iure communi,
vt in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. sic
igitur. & §. iusiurandum, & in authen. iusiu-
ra. quod præst. ab his. §. 1. Et per consti. regni est inductum,
quòd officialis debet iurare in principio sui officii, quod
Deum & iustitiam habebit præ oculos, & omnibus con-
querentibus iustitiam ministrabit sine fraude, vt in constit.
inter cętera, & ibi Matth. de Affli. in prin. Et in consti. puri
tatẽ. plus dr̃, ꝙ debet iurare, ꝙ purè & sine fraude, nõ amo
re, nõ odio, nõ prece, nec timore iustitiam ministrabit. Et
per capitula regni est inductũ, vt officiales debeant iurare
vt supra in c. officiales. nu. 14. & quę ibi dixi, & in c. itẽ ꝙ
iustitiarii. in fi. infra nu. 38. & etiã per iustũ text. nostrũ vbi
ponitur forma iuramenti præstandi ab officialibus, ꝙ non
dedit aliquid, nec promisit pro habẽdo officio, vt latius in
tex. dr̃, & hoc ẽt tenet Matth. de Affli. in rub. d. const. inter
cætera, & Luc. de Pen. in l. vnicuiq;. C. de procu. sacro. scri.
13 lib. 13. & Paris in tra. sindi. in verbo iuramentũ. † Debent
ẽt officiales iurare, ꝙ seruabũt cõstitutiones & capitula re
14 gni, & regias prag. vt per Matt. de Affli. vbi supra. † Debet
ẽt officialis se purgare per iuramentũ si aliquid vltra pro-
hibitionẽ recepisse dicatur, vt infra c. itẽ ꝙ in omni, num.
15 46. Circa aliud, quod dr̃ in isto c, † ꝙ officia nõ debẽt emi.
Adde tex. in auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. an certe, vbi
officia pro administrãda iustitia emi nõ debẽt, nec vendi,
& contrafaciẽti imponitur pœna decupli, vt ibi, & Matth.
de Affli. in const. rapinas. in 10. nota. col. pen. & est c. regni,
item ꝙ prædicti, infra num. 276. & hodie est nouella prag.
Cæs. Maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit. Et in
ter alia, vbi expresse prohibetur, ne officia pro administrã
dã iustitia vendãtur, nec emãtur, & cõtrafacientes puniun
16 tur, & nullã iurisdictionẽ habent, vt ibi latius. ¶ † Quò ad
aliud, quod tãgit hic Seb. de pœna vsurpatę iurisdictionis,
vide quę dixi in c. contra effrenatas. nu. 21. cum ibi allega.
17 ADDITIO noua. In tex. ibi officiales autẽ. † Nota
ex isto tex. ꝙ officialis debet præstare iuramentũ, de quo
in isto c. publicè corã decẽ testib. de bene, & fideliter exer
cendo officiũ, & in cõmissione debent inseri nomina illo-
rũ testiũ, vt in isto c. & tenet Matth. de Affli. in const. regni,
baiuli locorũ, in prin. qui dicit hoc iuramentũ ẽt esse præ-
standũ a baiulis, & si dictũ iuramentũ taliter nõ pręstatur,
& corã decẽ testibus, processus & sentẽtiæ nõ valebũt: qa
qualitas requisita, q̃ nõ probatur reddit iudiciũ nullũ. Bal.
in l. 2. C. de prob. & tenet Matth. vbi supra. Et ad materiam
de iuramẽto præstando ab officiali, vide infra in capitulis
Reginæ Ioannæ. & incipit itẽ ꝙ omnes 285. & quæ ibi di-
xi, & vide regiã pra. Cęs. Maiesta. Caroli Quinti de Austria.
quæ incipit, & qa sæpe, vbi ponitur forma sacramẽti teno
ris sequentis. Itẽ recipiat sacramentũ in forma subscripta
a quolibet prædictorũ officialiũ in quocunque officio or-
dinẽtur. s. per se, vel per aliũ sub spe occasione habẽdi hu-
iusmodi officiũ nõ dedit aliquid, nec intẽdit aliquid dare,
nec aliquis per se, nec promisit iustitiario alicui, alioue of
ficiali, vel alicui pro ipso vel vxori, nec alteri personæ sub
colore mutui, vel sub colore fraudis, durãte officio, nec fi
nito occasione ꝓmissionis prædictæ rõe officii obtinendi
simile iuramẽtũ præstabit oẽs officiales, q per regiã curiã
creabũtur. Et nisi iurauerit, modo ꝑfato, nõ possit dictũ of
ficiũ exercere, & eadã teneatur pęna, qua teneretur, si sine
mãdato sibi officiũ vsurparet. Et ille, q debet iuramẽtũ ab
officialibus recipere, si nõ receperit, pęna vnius libræ auri
fisco tenetur, & dicta forma debet inseri in cõmissione, &
officialis q dẽt dictũ iuramentũ recipere in præsentia de
cem testium ipsum recipiat vt in d. pragmatica dicitur.
Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

QVOD NIHIL RECIPIATVR AB vniuersitatibus in pecunia, ioiectis, vel aliis, & quod non imponatur collecta sine mandato regio. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XXXVIII.

1 ITEM † ꝙ iustitiarii, & iudices,
& actorũ notarii, & cameræ stipẽ
diaris, & familiares alii, & officia
les eorum ab vniuersitatibus ter-
rarum nihil omnino recipiant in
pecunia, ioiectis, seu aliis quibus-
cunque rebus, etiam esculenta, & poculenta: cum
2 vniuersitates regni nil habeant in communi. † Vel
collectam possint imponere sine speciali mandato
3 nostro. ¶ † Et si contrafecerint recipientes pro escu-
lentis, & poculentis, gagiis vnius anni priuentur, il
li. s. qui habent gagia a curia, & illi, qui non habent
gagia in quadruplum receptorum esculentorum,
& poculentorum curiæ teneantur. Pro aliis verò
muneribus, & donis receptis nostro arbitrio pu-
4 niantur. ¶ † In numero verò prædictorum familia
riũ intelligantur vxores, filii, & omnes coniunctæ
5 personæ ipsorũ. † Et idem intelligatur per omnia
in secretis, magistris procuratoribus, magistris por
tulanis, magistris passuum, inquisitoribus magistris
massariis, magistris foresteriis, & aliis officialib. qui
buscũque, & subofficialibus, & familiarib. eorun-
dem. Et si aliqui officiales habent officium a curia
in gabellam, sicut sunt secreti, magistri salis, magi-
stri procuratores, & alii similes officiales, commissa
rii, & subcommissarii, puniantur ad rationem præ-
dictã, videlicet ꝙ ipsi teneantur soluere curię quan
tum pro gagiis suis vnius anni recipere deberent
pro qualibet vice, si haberent ad credentiam a cu-
ria officium prędictum. Et illud capitulum omnes
officiales iurare inter alia specialiter teneantur.

6 ITEM ꝙ iustitiarii. ¶ In tex. ibi (poculenta) † attende:
quia speciale intelligo in vniuersitate, vt ab ea officialis
non possit recipere esculenta, & poculenta. Sed a priuatis,
& singularibus personis bene possunt causaliter, quod tñ
infra duos dies cõsumetur, vt in consti. regni, vt iustitiarii,
& vniuersi officiales, lib. 10. Sed ff. de offi. pręsi. l. plebiscito.
nõ declaratur quot diebus cõsumi possit. Sed dicit esse lici
tũ præsidi accipere esculenta, & poculenta, quæ infra dies
7 proximos prodigãtur, & cõsumẽtur. † Aduerte tñ: quia hu
iusmodi ensennia primo diuus Seuerus, & Imperator An-
toninus in quadã eorũ epistola, qua moderati sunt ad cõsu
lẽ transmissa cuius verba sunt hæc. Quantũ ad ensennia ꝑ-
tinet, audi quid sentimus, vetus prouerbiũ est. neq; semper,
neq; ab omnib. neq; per omnia: nã valde inhumanũ est a
nemine accipere, sed passim vilissimũ, & omina auarissi-
mũ, vt hæc & alia pulcrè patẽt ad literã. ff. de offi. procons.
l. solẽt. §. fi. ¶ Secũdò superuenit plebiscitũ prædictũ, quod
vetat recipere munus, vel donũ, sed permittit esculentũ, &
poculentũ, quod infra dies proximos cõsumatur d. l. plebi-
scito. ¶ Tertiò fuit lex iulia repetundarũ dicens, magistratus
ab omni sorde abstineat, neue plus doni, munerisue in an-
no accipiat, quã quod sit vsq; aureorũ centũ, vt ff. ad l. iul.
repe. l. eadẽ lege. §. fi. Sed certè lex iulia repetundarũ prohi
bet omnẽ officialẽ publicũ recipere pecuniã rationẽ offi-
cii, nisi a quibusdã cõiunctis personis, & tũc est in infinitũ,
ab aliis vsq; ad centũ aureos, vt eo. titu. l. 1 in fi. & ibi quod
in gl. nota. ¶ Quartò fuit ius. C. quod vetat officiales recipe
re munera, vel ensenia, vt C. de ratio. oper. pub. l. iubemus.
circa prin. ¶ Quintò superuenit ius authenticorũ, quo ca-
uetur, ne officialis præsumat aliquid recipere, si habet sala
riũ a publico. Sed in hoc casu corriguntur prędictæ leges,
vt nota. in auth. vt iudi. sine quoquo suffra §. cogitatio. & §.
sic igitur. coll. 2. & in auth. de mand. princi. in prin. colla. 4.
Si verò nõ habet salariũ a publico potest recipere quantũ
inculpabilis antiquitas diffiniuit, & a volentibus, & nõ in-
uitus, & hoc parũ, quantũ ei sufficiat ad mediocrẽ guber-
nationẽ, vt d. §. sic igitur, & hoc si litigãtes possunt soluere,
aliàs gratis, vt in authen. de mand. princip. §. sit tibi quo-
que tertiũ studiũ. colla. 2. ¶ Sextò sequitur dictũ ius. d. cõ-
sti. vt iustitiarii, & vniuersi officiales. ¶ Septimò superue-
nit ius istorũ capitulorũ positum supra regni anno 2 c. hac
edictali. nu. 2. & regni anno 7. de offi. iusti. c. ab omnibus,
quod non reperitur, per quæ capitula videtur hoc nouissi-
mũ ius capitulorum reducere se ad ius cõe, vt clarè patet
in c. Caroli Secũdi regni anno 6. c. Itẽ nullus iustitiarius. in
8 prin. nu. 182. ¶ † An aũt possit officialis recipere pecuniã
pro esculentis, & poculentis, quæ nõ excedant numerum,
nec quantitatẽ eorũ, quæ cõsumunt infra dies proximos?
Dic ꝙ nõ, vt nota. d. And. de Iser. in cõst. Capitaneorũ. in fi.
in tit. de offi. magi. iusti. vbi per eũ plenè notatur. ¶ In tex.
ibi (collectam) concordat supra regni anno 7. de offi. iusti.
9 c. Itẽ ꝙ aliqua, quod nõ reperitur. † Et intellige, ꝙ nõ pos-
sunt imponere collectas. s. quæ regi soluenda est. C. de su-
perind. l. 1. lib. 10. pro negociis verò eis necessariis possunt.
ff. quod cuiusq; vni. no. l. 1. §. quib. & C. de admi. reipub. l. 1.
& 2. quæ iubet emi prædia pro republica ciuitatis, facit de
diuer. prædi. vrb. & rust. l. 1. & 2. lib. 11. ad idẽ. ff. de ope. pub.
l. si legatũ. §. fin. & ne quid in loco publ. l. 2. §. siquis nemi-
ne. ad idẽ. C. de præd. decu. l. 1. ex quib. patet, ꝙ vniuersita-
tes possunt habere aliquid in cõi, & vide quod scripsi in d.
10 c. itẽ ꝙ in aliqua. ¶ † Sed an extraneis possidẽtib. in territo-
rio poterit vniuersitas hæc munera collectarum imponere
auctoritate propria. Vr̃ ꝙ sic eadẽ ratione: qa vbi eadẽ est
ratio, idẽ ius esse debet. ff. ad l. aqui. l. illud. ff. de fonte. l. 1. §.
hoc interdictũ, & vide, q̃ dicit And. de Iser. in tit. quę sint re
ga. §. & plaustrorũ. Dic breuiter, ꝙ munera mere patrimo-
nialia sibi indicere poterit auctoritate propria: quia tũc nõ
persona sed cõuenitur. C. de anno. & trib. l. cum simi. mix-
ta verò, quæ personis & rebus indicuntur sine priuilegio
principis indicere non poterit. ff. de muner. & hono. l.
fina. §. præterea, & nota. ff. de censi. l. forma. §. si verò
11 qui agrum, & C. de superind. l. 1. de excu. mu. l. placet. † Itẽ
puto, ꝙ collectas pro causa necessitatis, aut pietatis, quas
possel-

possessiones contingere poterit, possunt ciues indicere cũ auctoritate præsidis, si commodè principis auctoritas non possit haberi, & sic intelligo l.omnes.ff. de oper. pub. Pro causa verò vtilitatis etiam ipsis ciuilibus non possunt vniuersitates licet præside auctorante indicere munera collectarum, vt in hoc ca.patet apertè, & in d.l. vnde ortum ha
12 buit. † Imponentes autem pœna quadrupli puniuntur vt ibi. Itẽ lege iulia de vi publica accusantur. ff. de vi pub.l.fi.
13 ¶ In tex.ibi (in numero verò &c.) † Nota, ꝙ appellatione familiæ computatur vxor, & filii, quando nomen familiæ ponitur pro his, qui sunt in potestate, vt l.filiæ. C. de colla. quandoque pro omnibus, qui sunt in ministerio alicuius, vt ff. vi bon.rap.l.2.§.familiæ, & l.ædiles.§.familię.ff.de ędi. edi. quandoque nomen familiæ ponitur largisimè, vt l.fi. C.de verbo.signi. & vide in l.pronunciatio.§. familiæ.ff.de verbo.signi. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

14 ITEM ꝙ Iustitiarii. Ad materiam huius cap. & questionis supra positæ per Sebastianũ hic, † an officiales possint recipere munera, vel dona, vel ensenia, hoc est determinatum per ca. Reginæ Ioannæ. Item ꝙ prædicti officiales.nume.277 & hodie ista prohibentur per regiam nouellam prag. Cæs. Maiestatis Caroli Quinti, quæ incipit, quis nescit munera, de quo latè dixi supra in capitu. hac edictali.numero 29. vbi vide.
15 ¶ Circa aliam quæstionem tactam hic per Sebastia. † An vniuersitas possit sibi imponere collectam, vide Saly.in l. neminem.C.de sacrosan.eccle. & Anto. Capi. decisio.148. consueuit hactenus, vbi tenet, ꝙ ex iusta causa & cum licẽtia superioris, & regis potest imponere collectã, quando recognoscit superiorẽ. Et ad materiam vide, quæ dicit Alexan.in l.si se non obtulit.col.4.ff. de re iudi. Ias.in l. placet. col.2.C.de sacrosan.eccle. Matth.de Affli.in consti. dubitationem iuris peritorum.col.2.& 3.Bald.in l.1.§.quod si nemo.ff.quod cuiusque vni.latè per I.Berta. Firma. in tra.de gabell.in prima parte principali, dixi in clem. contra clericos non incedentes in habitu & tonsura, in rubr. de vita & hone.cleri.in glo.in verbo priuilegio, nume. 80.cum multis aliis sequentibus. ADDITIO noua. Et in dictis locis habes. An requiratur conscientia principis. Et quid pro vtilitate ciuitatis. Et quid pro vtilitate reipublicæ Romanę, vel Imperii, vide Saly. vbi supra cum aliis præallegatis, & per Ias.in l.placet.colum.2.C.de sacrosan.eccle.

Io.Anto.de Nigris de Ciuitate Campaniæ I.V.Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiarii, vel alii pro parte ipsorum an debeant aliquid accipere pro sigillo literæ.*
2 *Pœna contra recipientes aliquid pro sigillandis literis quæ sit.*
3 *Sigilla sua officiales penes se retinere debent.*

QVOD NIHIL RECIPIATVR PRO sigillo cuiuscunque literę sigillandæ. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS Cap. XXXIX.

1 ITEM † Iustitiarii vel alii pro parte ipsorum nihil recipiãt pro sigillo cuiuscunque literæ sigillã-
2 dę per eos. ¶ † Et si contrafecerint restituãt illi, a quo cęperint rem receptam eum damno, &
3 quadruplum curiæ. ¶ † Et propter hoc iustitiarii, & alii officiales custodiant sigilla sua secum, vt se super hoc excusare non possint.

D.Ioan.Ant.de Nigris.

ITEM Iustitiarii. Circa hoc capi.vide, quod scripsi supra in ca.quòd quaterni collectarum, numero 35.& in c.Item statuimus, quòd iustitiarii secreti, & alii officiales, edito in planitie Sãcti Martini infra nu.129.regni anno 18. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM Iustitiarii. Cum isto ca.quòd nihil debet recipi pro sigillo concordat c. Item quando.infra numero 41.& supra c. quod quaterni.numero 23. limita vt in c. Item statuimus, & ordinamus infra numero 126.& limita vt in cap.item statuimus, quòd iustitiarii secreti, & alii officiales.numero 129. & tenet hic Bartholo. de Capua, & ad materiam vide quæ dixi supra in dicto capi. quòd quaterni.

Io.Anto.de Nigris de Ciuitate Campaniæ I.V.Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus ab vno iudice an possit a successore iterum molestari l.*
2 *Officialis molestans absolutum de aliqua causa, an teneatur ad damna, & ad pœnam.*
3 *Absolutus ab vno iudice si ab alio molestetur, an debeat liberari absque aliqua solutione.l.*
4 *Sententia an debeat esse rite lata, vt absolutus non molestetur.*
Dictio rite, & dictio rectè, quid important, ibidem.
5 *Sententia an intelligatur de valida.*
6 *Officialis, qui in fine officiis profert sententias, vel cancellat processus, an possit hoc facere.*
7 *Absolutus de aliquo crimine an possit iterum accusari, vel inquiri.*
8 *De delicto eiusdem hominis non debet sepius queri.*
9 *Absolutus in loco delicti an possit in loco domicilii accusari, vel inquiri de eodem delicto.*
10 *Punitus in vno loco an possit in alio puniri pro eodem delicto.*
11 *Exceptio litis pendentiæ an possit opponi, si accusatus, vel inquisitus in vno loco lite pendenter accusatur in alio.*
12 *Absolutus per præuaricationem an possit iterum accusari.*
13 *Sententia, quę non caret suspicione fraudis, an semper possit retractari.*
14 *Accusare an possit prosequens suam, vel suorum iniuriam non obstante sententia absolutoria.*
15 *Accusare an possit non obstante sententia absolutoria, quando delictum deducitur ad diuersum finem.*

DE EXCEPTIONE REI iudicatæ. Rubrica.

QVOD PERSONAE PRODVCTÆ AD litem liberentur, si rite sententiatę fuerunt per prædecessores iustitiarios.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XL.

1 ITEM † siquę vniuersitates, vel singulares personę coram ipsis iustitiariis de quacunque re, vel lite trahãtur in causam, & ostendant de re, vel lite ipsa prædecessorum suorum sententias rite latas, secundùm regni constitutione, & consuetudines approbatas nullo exacto, vel recepto ab eis,

liberent eos, quàm citius poterint, sine malitia,
2 fraude, vel mora. s. bono modo. ¶ † Et si contrafecerint restituto damno primitus parti læsæ, in quadruplum æstimationis dicti damni nostræ curiæ teneantur.

3 ITEM Siquæ. † non debent iustitiarii iterum in litem trahere, quos eius prædecessores iustè liberauerunt. Immo si trahunt absque extorsione aliqua liberantur.

Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

4 ITEM Siquæ. ¶ In tex. ibi (sententias rite latas) † Nota, quòd sententia debet esse rite lata ad hoc, vt vlterius non molestetur. Et aduerte: quia loquitur per dictionem rite, non autem per dictionem rectè: quia dictio rite refertur ad ordinem, & validitatem sententiæ, non autem refertur ad iustitiam ipsius sententiæ. Vnde si sententia esset rite lata, idest secundum ordinē a iure traditum, adeo quod sententiam in se valeret, licet esset iniusta, nihilominus teneret sententia, & sortiretur effectum, secus quando loqueretur per dictionem rectè, quæ importat rectitudinem, & iustitiam, vt declarat Vicen. Hercul. in l. 4. §. condemnatum, in princ. ff. de re iudi.
5 † Et sic ex quo in c. nostro fit mentio de sententia rite lata intelligitur de sententia valida lata secundùm ordinem iudiciorum, & iuris d. l. 4. §. condemnatum, & ibi Bart. Alex. Ias. Hercul. & alii in princ. ad idem facit tex. in l. non putauit. §. non quęuis. ff. de bono. poss. contra tab. & l. rei capitalis. §. fi. ff. de pęn. aliàs sententia nulla non esset sententia. Clem. pastoralis extra de re iudi. vbi dicit tex. quod sententia, quæ iuris caret effectu, etiam auctoritate, & nomine rei iudicatæ carere debet, nec nomen sententiæ habere meretur, vt per Ias. vbi supra. Et ex hoc Bar. Alex. Ias. & alii. in d. §. condemnatum, inferunt ad multas quæstiones, vt ibi per
6 eos. ¶ † Infertur etiam, quod si officialis, qui est in fine officii, vult parti gratificari, & non rite procedendo profert sententiam absolutoriam, vel cancellat inquisitiones, & processus, quod hoc non possit facere, nec valent in præiudiciū reipublicæ, & partis ac successoris non seruando debitum ordinem, vt per Par. in tra. sindi. in verbo poena. §. iuxta prę
7 dicta, col. 2. in fi. cum concord. ibi. ¶ † Quæro iuxta prædicta, pone aliquis est accusatus, vel inquisitus de aliquo crimine, & fuit absolutus, an possit de eodem delicto iterum ab eodem, vel ab alio accusari, vel inquiri, an verò obstet exceptio rei iudicatæ. In qua quęstione breuiter conclude, quò regulariter iste absolutus, siue per accusationem, siue per inquisitionē non poterit iterum accusari, vel contra eū inquiri de eodem delicto l. si cui. §. hisdem. ff. de accusa. & & ibi glo. Bar. Ang & doct. & Saly. in l. qui crimen. C. de ac
8 cusa. † Quia de delicto eiusdem hominis non debet sepius quæri. l. licet. §. fin. ff. nau. caup. stab. Gandi. in tra. malefi. in rub. vtrum illę, contra quem fuit per inquisitionem processum, possit de nouo accusari, quæ est quinta rubrica, hanc opi. tanquam cōmunem tenuit Ang. Are. in tra. malefi. in verbo, nec non ad querelam, col. 40. in fi. versi. subsequenter. Ang. consi. 190. incipiente Titius. in fi. Saly. in l. ea quidem. col. 3. in prin. versi. iuxta prædicta. & melius col. 6. versi. 15. C. de accus. & Lud. Roma. consi. 223. præmissa, & consi. 213. præsupposito pro vero Bal. in c. 1. §. furtum. aliàs §. iniuria. de pace iura. fir. allegat Inn. in c. fi. extra de collu. deteg. Alex. consi. 11. circa primum, col. 2. versi. circa quintum dubium. 1. vol. Fran. de Are. consi. 58. diligenter consideratis, maximè col. pen. & fi. docto. omnes in c. de his. extra de accus. Et licet in absolutoria per viam inquisitionis sit difficultas de iure canonico pro eo, quòd tunc non imponitur poena ordinaria delicti: tamen de iure ciuili imponitur eadem poena, siue procedatur per inquisitionem, siue per accusationem, & sic obstat exceptio, vt concludit Fely. in d. c. super his, colum. penul. in septima limitatione, & ibi etiam Fran. de Are. & alii, & Fran. Are. d. consi. 58. Et sic remanet vera & communis conclusio, quòd regulariter absolutus in criminali, siue per viam accusationis, siue per viam inquisitionis, non potest de eodem delicto iterum accusari, vel contra eum inquiri: sed obstat exceptio rei iudicatæ, quæ conclusio firmatur etiam per tex. in isto capitulo nostro, vt hic vides. ADDITIO noua. Et tenet Rober. Mar. in suo Spe. in 6. & vltima parte, in rubr. de inquisitione, in quarta quæstiune principali, colum. 4. uersi. octauò principaliter. numero 44. car. 46. secundùm primā impressionem. Ad prædicta vide etiam Paul. de Castr. in l. post constitutionem. in prin. ff. de dona. vbi dicit, quòd accusatus absolutus, si sententia transiuit in rem iudicatam, non potest iterum accusari, nisi constito de collusione.
9 ¶ † Amplia dictam conclusionem procedere non solùm in loco, in quo fuit agitatum iudicium & absolutus, sed etiam in alio tribunali, puta si fuit absolutus in loco delicti, & postea contra eum vellet inquiri, vel accusari in loco domicilii, obstabit exceptio rei iudicatæ: quia fuit de eodem delicto absolutus, ita notabiliter dicit Bald. in l. obseruare. §. proficisci. versicu. quarto. ff. de offic. proconf. & leg. & Ang. d. consilio 190. & sequitur Franc. Aret. in d. capi. de his. in finalibus verbis, extra de accusa. & in d. consi.
10 58. cum concor. vbi dicit. † Idem esse in sententia condemnatoria: quia condemnatus, seu punitus in vno loco non poterit in alio puniri pro eodem delicto, vt ibi per eum,
11 maximè colum. penul. & fin. cum concord. ibi. ¶ † Amplia secundò: quia si accusatus, vel inquisitus adhuc non esset absolutus, vel condemnatus in primo iudicio, si in alio conueniretur pro eodem delicto, posset opponere exceptionem litis pendentiæ, & sic impediretur secundus processus l. vbi cęptum, & l. siquis postea. ff. de iudi. l. 1. in fi. C. de asser. toll. l. qui de crimine. C. de accus. l. senatus. cum ibi nota. eo. titu. Bar. in l. si sepulcra ff. de sepul. viol. Cano. in c. proposuisti. de foro compe. Alex. d. consi. 11. colum. 2. pri-
12 mo vol. ¶ † Limita primò dictam conclusionem non procedere, quando fuisset absolutus per collusionem & præuaricationem l. 3. ff. de præuarica. & tenet glo. & Barto. in d. l. si cui. §. isdem. ff. de accusa. quia tunc secundus accusator admitteretur vt ibi, & Gandi. in d. tra. malefi. in d. quinta rub. colum. fi. Azo in sum. de accusa. §. item nota, & Alexan. in d. consi. 11. colum. 2. versi. circa quintum, primo volu. & Ludo. Roma. d. consi. 213. Confirmatur ista limitatio:
13 quia † vbicunque sententia non caret suspicione fraudis semper retractari potest l. si sponsus. §. si vxor. ff. de dona. inter virum, & vxo. & ibi Barto. & Bald. in l. cum allegas. colum. fina. C. de vsur. cum concord. allegatis per Decium consi. 306. in casu proposito, colum. 2. secundo volu.

ADDITIO noua. Ad prædicta uide Rober. Maran. vbi supra, vbi etiam ponit, quomodo probatur collusio, de quo per Ab. in d. c. de his, vbi dicit, quod probatur collusio per testes, qui interfuerunt, quando accusator & reus conuenerunt super collusione facienda, similiter etiam probatur, si accusatus conuersabatur cum accusatore: quia presumitur collusio: quia ex accusatione criminali oriuntur inimicitiæ capitales. si ergo familiariter conuersantur, præsumitur collusio, vt ibi per Abb. allegat Barto. in l. 1. §. præuari-
14 cationem. ff. ad turp. ¶ † Limita secundò, nisi ille secundus accusator, qui prosequeretur suam, vel suorum iniuriam, ignorasset primam accusationem fuisse institutam ab alio, vel fuisse reum inquisitum: quia tali casu admitteretur ad accusandum d. l. si cui. §. isdem, & ibi glo. Barto. & alii. ff. de accusa. Gandin. vbi supra. Ludo. Roma. d. consilio 213. Alexand. dicto consilio 11. colum. secunda. Et si fuisset præsens, vel si probaretur, quòd habuisset notitiam de accusatione, vel inquisitione, vel fuisset fama publica in loco, in quo erat secundus accusator, quòd ille primus instituerat accusationem, vel erat formata inquisitio: tunc ille secundus non admitteretur, vt dicunt præallegati doctor. secus si fuisset absens, vel ignorans, vt ibi latius per eos, & Robert. Maranta vbi su-
15 pra. ¶ † Limita tertiò, nisi deduceretur in secunda accusatione

tione illud delictum ad diuersum finem, puta quia in vno iudicio ciuiliter, in alio criminaliter esset actum, vt tenet Ludo.Roma.in d.consil. 213. Duas alias limitationes ponit Aug.Ari.in addi.ad Ang.in tract.malefi.in d.verbo nec non ad querelam.col.40.cum sequen.in d.ver.subsequenter.in addit.ibi posita, scilicet nisi fuisset absolutus in foro pœnitentiali, vel in foro ecclesiastico, vt ibi latius per eũ. Et per Felin.in d.cap.de his.extra de accusat.vbi ponit tresdecim limitationes, & ibi etiam ponit, quid si fuisset absolutus per viam transactionis, de quo etiam per Ludo. Roman.d.consil.213.& Rober.Maran.vbi supra.

ADDITIO noua. Aliam limitationem ponit Rober.Maran.vbi supra, scilicet supradictam regulam procedere, quando esset lata sententia absolutoria diffinitiua, secus si esset ab obseruatione iudicij: quia tunc posset iterũ inquiri & accusari, vt latius ibi per eum, versiculo limita 2.numero 46. Item limita nisi de alio vulnere accusaretur in secunda accusatione, & sic de alio delicto: quia tunc posset accusari, vt dicit Angel.dicto consilio 190.

Io.Antonius de Nigris. I. V. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum regium an debeat celeriter exequi.*
2 *Sigillans literas regias, an debeant aliquid pro sigillo recipere.*

QVOD EXEQVATVR MANDATVM regium, & nihil pro sigillo recipiatur. Rub.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XLI.

1 ITEM † quando literę nostræ diriguntur iustitiario pro vtilitate priuatorũ, siue de matrimoniis, assecuratione vasallorum, executionibus sententiarum, seu aliis quibuscunque de causis, iustitia
2 rij mãdatum nostrum celeriter exequantur. † Nec recipiant aliquid pro literis sigillandis. Et si contrafieret, pœna superius in capitulo de sigillandis literis contenta teneantur.

ADDITIO.

ITEM quando literæ. Ad materiam huius capituli, vide quæ dixi supra cap.39. Item iustitiarij, cum concordantiis, quas ibi posui.

Ioan.Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Prouinciam discurrere an debeat iusticiarius.7.*
2 *Iustitiam ministrare an debeat omnibus iusticiarius, maximè miserabilibus personis. 8.*
3 *Iustitiarius non debet vocare subditos ad remota loca. 16.*
Iustitiarius an possit post se trahere inquisitos per prouinciam, ibid.17.
4 *Causas an debeat cito expedire iustitiarius. 18.*
5 *Maleficia qualiter puniri debeant.*
Maleficia non debent remanere impunita, ibid.19.
6 *Delicta fragrantia quæ dicantur.20.*
Maleficia an debeant puniri in locis, vbi commissa sunt, ibidem.24.
9 *Pupilli, & viduæ, & miserabiles personæ, an habeant fori electionem.12.*
Perhorrescentia an debeat cum iuramento allegari, ibidem.12.
Baro habens priuilegium cum clausula non obstante aliqua lege an comprehendat viduas, & pupillos, an verò debeat fieri specifica mentio, ibid.
10 *Clericus an habeat priuilegium eligendi forum pro bonis ecclesiæ, & pro suis bonis.*
11 *Vidua diues an habeat priuilegium eligendi forum.*
12 *Perhorrescentiam an possint allegare pupilli, viduæ, & miserabiles personæ.*
13 *Iurans quòd non sperans consequi iustitiam in partibus, an contra tale iuramentum admittatur probatio.*
14 *Probatio per iuramentum an dicatur leuis probatio, & extraordinaria.*
15 *Perhorrescentiam non subesse quomodo probetur.*
Vidua an possit renunciare priuilegio eligendi forum, ibidem.
Vidua in eligendo forum an possit variare, & vsque ad quod tempus. & quot vicibus, ibidem.
20 *Captus in fragranti quis dicatur.*
21 *Delicta notoria quæ dicantur.*
22 *Processus contra captum in fragranti qualiter fiat.*
23 *Delicta fragrantia & recentia an debeant cito puniri.*

VT IVSTITIARIVS DISCVRRAT prouinciam, iustitiam faciat, & maleficia puniat. De officio iustitiarij. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XLII.

1 QVOD † decretam tibi prouinciam frequenter in continua discursione perquirentes, Deum, & bene placiti nostri votum ha
2 bendo prę oculis. † Vniuersis & singulis in iurisdictione tua, potissime ecclesiis, & psonis miserabilibus, sine fraude iustitiã ministrare pupillis, orphanis, & viduis,
3 † & prouincialiũ dispendiis, ipsos ad remota loca pro iustitia non vocando, nec trahendo post curiam per te quantum poteris cum salubritate pro
4 cures. ¶ † Expediendo quàm cito poteris conquerentes infra terminũ sacris constitutionibus com
5 prehẽsum. ¶ † Item, ꝙ malefactores omnes, ad hoc ꝙ excessus, vel maleficia, in prouincia tibi decreta, nulla commissa transeant impunita, iuxta criminũ
6 & excessuum qualitatem, punire intendas. ¶ † Specialiter autem fragrantia maleficia in longum non protrahas, sed ipsa in locis, in quibus perpetrata reperies, studeas sine dilatione punire.

QVOD decretam. ¶ In tex.ibi, in fi. (in quibus perpetrata &c.) nam in ipsis locis debet inquiri primò regni anno.17.c.Item ꝙ prædicti iustitiarij supra num. 16. & simile rescriptum est in const.regni iustitiarij nõ per calendas.in lib.1.in tit.de offic.iust. Sebast.de Neapoli.

ADDITIO.

QVOD decretam. ¶ In tex.ibi (prouinciam fre
7 quenter &c. † Nota, ꝙ iustitiarius frequenter debet discurrere prouinciam, vt hic, & supra cap.hac edictali. nume.25. & ibi dixi, vbi vide. ¶ In tex.ibi potissime ecclesiis, & miserabilibus psonis &c. Nota,

8 †Nota, ꝙ iustitiarius præcipuè ecclesiis, & miserabilibus personis, vt sunt pupilli, viduæ, orphani, & aliæ miserabi-
9 les personæ debet iustitiam ministrare. † Et tales habēt fori electionem. l. vnica. C. quando Impera. inter pupill. & vidu. & in constit. statuimus, la 2. vbi latè per And. & Matth. de Afflict. Et debent tales personæ cum iuramento allegare perhorrescentiam aduersarij, vt ibi latius per eos, & ibi gloss. & infra cap. de violentiis. 150.

ADDITIO noua. Et quid si aliquis baro habet priuilegium primarum & secundarum causarum, an ad hoc, vt viduæ, & pupilli non habeant fori electionem, debeat in priuilegio fieri expressa, & specialis mentio non obstante priuilegio viduis, pupillis, & aliis miserabilibus personis concesso, an verò sufficiat in genere facere mentionem non obstante aliqua lege, vel priuilegio in contrarium faciente. Dicas secundum magis communem opinionem, quòd debet facere specialem mentionem de viduis, & pupillis, & non sufficit in genere facere mentionē, vt tenet Feder. de Senis consil. 233. casus talis est, monasterium. Cardin. consil. 53. Dominus Gregorius, Calder. consil. 11. sub rubr. de priuileg. & Cardin. in clemen. 1. in tertia oppo. de sepult. Abb. in cap. cum instantia. col. 2. de constit. Felyn. in cap. accedentes. colum. 3. de præscrip. Decius consil. 165. viso tenore priuilegij. 1. volum. Thom. Gram. decisio. 20. pendente querela. col. penult. & fin. qui dicit, quòd licet multi teneant contrarium, ista est magis communis opin. vt ibi per eum, & Bald. in dicta l. vnica. Aduerte tamē,
10 † quòd Clerici habent tale priuilegium eligendi forum solùm pro bonis ecclesiæ, non autem pro bonis ipsorum clericorum: quia tale priuilegium est concessum ecclesiis, & personam ipsorum non transgreditur, ita tenet Andr. de Isern. in dicta constit. statuimus, & ibi Matth. de Afflict. colum. 6. versic. quartò quæro, & idem Matth. in constit. iustitiæ cultores. col. 2. in princ. & vide ritum Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit. Item clerici de rebus, num. 135. in ordine meo. ADDITIO noua. Et vide Matth. de Afflict. deci. 257. dicit constitutio, vbi dicit, quòd illud, quod dicitur, ꝙ clericus, & ecclesiastica persona pro rebus ecclesiæ habet ius eligendi forum intelligitur data violentia, vel rapina, vel fraude, & aliàs cessantibus his ecclesia nō habet fori electionem, sed debet sequi forum rei, vt ibi per eum. Et vltra prædicta ponit aliud notabile dictum, ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ potest eligere forum, est verum, si ille iudex est iudex competens conuenti, aliàs si reus non posset conueniri coram eo, puta si essemus in feudo quaternato, cuius cognitio non spectat ad iustitiarium regionis, sed ad Magnam Curiam Vicariæ, vt in constit. iustitiarij nomen & normam. tunc ecclesia non posset eligere iustitiarium regionis, allegat And. de Isern. in dicta constitu. statuimus, la 2. versic. item quid si pupillus, & vidua, & vide ad prædicta Anto. Capi. decisio. 160. cum concord. in dictis locis, vbi tenet, ꝙ ecclesia habet fori electionem etiā
11 quando agit, vt ibi per eum. ¶†Quid autem sit in vidua diuite, & in pupillo diuite, an habeat hoc priuilegium eligēdi forum, vide And. de Isern. in dicta constit. statuimus, & ibi Matth. & And. de Isern. in constit. lege præsenti. & infra cap. de violentiis. 151. & ibi dixi. ¶Sed iuxta prædicta quæ
12 ro. † Pone pupillus, vel vidua, vel miserabilis persona allegat potentiam, & perhorrescentiam aduersarij cum iuramento ad effectum eligēdi forum, an aduersarius, qui vult probare contrarium, debeat admitti, & sibi debeat dari terminus ad probandum contrarium, videtur ꝙ non, vt tenet Ro. in antiquis decisio 79. quæ incipit, nota ꝙ vbi, in rubr.
13 de rescrip. vbi dicit, † ꝙ quando quis iurauit se non sperare posse consequi iustitiam in partibus, non admittitur aduersarius ad probandum contrarium, vt ibi latius. Matth. de Afflict. in dicta constit. statuimus. col. 10. versi. sed iuxta hoc quæro, tenet, ꝙ si vult probare contrarium, curia debet sibi dare terminum ad probandum contra tale iuramentum, allegat Ioan. And. in capitu statutum. §. cum verò. extra de rescrip. in 6. dicit tamen, quòd si Magna Curia Vicariæ denegaret dare terminum prædictum non daretur iudex appellationis. Sed Aegid. Bellam. conclusione 4. incipiente exceptio de non perhorrescentia, in rub. de rescrip. tenet indistinctè, ꝙ est licitum aduersario probare contrarium, sicut est licitum actori probare perhorrescentiam, per regulam non debet actori. de regu. iur. in 6. quia aliàs legitima defensio auferretur, quod fieri non debet clem. pastoralis, extra de re iudic. l. prohibitum. C. de iure
14 fisci, lib. 10. maximè: † quia probatio per iuramentum est leuis, & extraordinaria nimis: quia est contra totum titulum, ne quis in sua cau. & ista opin. mihi magis placet.

ADDITIO noua. Et istam partem tenet Felyn. in cap. accedens. el 2. col. 6. in octaua conclusione, extra vt lite non contest. Et per indicia & facta exteriora potest probari falsitas allegatæ perhorrescentiæ, puta si reus probat actorem esse per omnia in partibus, vel in ciuitate propria potentiorem, tunc enim timor esset vanus & reiiciendus, argum. l. non est verisimile. ff. quod me. cau. vt dicit Felyn. vbi supra, poterit etiam probare, ꝙ actor habet consanguineos, & amicos in ciuitate potentiores, & alia simi-
15 lia, vt infra proximè dixi. ¶†Sed dubium est, quomodo poterit probare contrarium, scilicet non subesse perhorrescentiam, nec potentiam aduersarij, cum ista probatio cōtineat meram negationem, & dependet ex animo, cuius solus Deus est scrutator. Aegid. Bell. vbi supra dicit, ꝙ hoc poterit probari per iudicia & per facta exteriora, argum. extra de præsump. cap. ex studiis. & C. de dolo. l. dolum. puta si reus probat, ꝙ actor in partibus, vel in ciuitate propria est potentior, vel diues, & habet consanguineos, & amicos potentes, & defensores potentes, & iudex est iustus, in quo non cadit inclinatio magis pro reo, quam pro actore, & sic de similibus: quia tunc timor actoris esset vanus & reiiciendus. l. quia non est verisimile. ff. quod met. cau. vt ibi per eum, & pluries hoc habui in facto, & obtinui in Regia Prouinciali Audientia, & in Magna Curia Vicariæ. ADDITIO noua. Quæro, an vidua, vel alia miserabilis persona possit renunciare priuilegio eis indulto per d. l. vnicam. C. quando Impera. inter pupil. & vid. & cōsequenter an possit renunciare priuilegio perhorrescentiæ & metus, glo. Bald. & Salyc. in d. l. vnica. tenent ꝙ non potest renunciare: quia priuilegio indulto miserationis causa renunciari nō potest, vt ibi per eos. Sed quid si in tali renunciatione interuenisset iuramentū an valeat, ex quo quando iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ semper est seruandum. cap. cum contingat. extra de iureiuran. videtur dicendum. quòd aut coram iudice ordinario nullus contra ius opprimitur, nec fit iniustitia, sed omnibus æquâ lance iustitia ministratur, & tunc quia tale iuramentum posset seruari sine interitu salutis æternæ, & tunc seruandum esset. si verò coram illo iudice ordinario verisimiliter interuenire posset oppressio, & metus, & iniustitia: & tunc quia iuramentum esset nutritiuū peccati non esset seruandum, cogita tamen. ¶Quæro, an vidua, vel alia miserabilis persona & pupillus, & alij, qui habent priuilegium eligendi forum, & allegare perhorrescentiam, & potentiam aduersarij, iuxta terminos d. l. vnicæ. C. quando impera. inter pup. & vid. & in consti. statuimus. la 2. An tales personæ possint variare, & eligere primò vnum iudicem, & postea mutare, & eligere alium. In qua quæstione doctores videntur variare, sed procedēdo per veras conclusiones dicas, quòd regulariter facta semel electione vnius iudicis non potest vlterius variare: quia electio miserabilibus personis concessa intelligitur de prima vice. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. significatio. & facta semel electione non licet variare. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribus actio. & istam partem in scolare, qui habet plures iudices, ꝙ non liceat variare, tenent Nico. de Matta. Cyn. Iacob. de Are. Barto. & Bald. colum. 7. & ibi etiam Salyc. col. 3. in fi. in authen. habita. C. ne fili. pro pat. cum versic. sequen. & dicunt, ꝙ hoc communiter tenent docto, quia si admitteretur variatio, sequeretur

absur-

absurdum, quòd semper variaret modò eligendo vnum, & postea alium, & esset infinitum, & infinitas est euitanda. l. non vtique. §. 1. ff. de eo quod certo loco. l. huiusmodi. §. sti chum. ff. de leg. 1. Item statim cum eligit vnum iudicem, est quæsitum ius alteri parti, & alium iudicem recusare videtur, & sic ad illum redire non poterit, auth. offeratur. C. de litis contest. Et si coram diuersis iudicibus traheretur, esset cum incõmodo partis, & detrimento partis, & variatio velut odiosa repellitur, vt dicit Sal. in l. si quis iusiurandum. in princip. C. de rebus credit. & variatio est permissa, quando nemini præiudicat, vt dicit Bald. consil. 412. verba testamenti. in fi. 1. volu. Fallit, quando causa subesset, puta quia ille iudex electus faueret alteri parti: quia tunc licita est variatio, ita tenet, & loquitur Matth. de Afflict. in dicta constit. statuimus. col. 10. versi. decimotertiò, vbi dicit, quòd si vidua egit, vel accusauit aliquem coram Capitaneo terræ suæ, & processit ad aliquos actus, demum videns, ꝙ secretè Capitaneus fauet parti aduersæ accusatę, potest variare, & recurrere ad Magnam Curiam Vicariæ, & ibi prosequi causam: quia ex quo sibi electio datur a iure, potest variare. l. eum qui certarum. §. 1. ff. de verb. oblig. & ibi Bart. l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. Cæp. in d. l. boues. §. hoc sermone. Bart. in l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de legat. 3. doct. in l. si cum dotem. §. j. ff. solu. matrim. & sic illud, qđ dicitur, ꝙ quãdo electio datur a lege, est licita variatio, intelligitur ex causa, & ita loqui videtur tex. in d. l. veluti. §. hæc vox, & ita summat illum tex. ibi Alex. & ita loquitur Bald. in d. authē. habita. col. 7. versi. tertiò dubitatur. Et illud, quod dicitur, ꝙ facta simul electione non est licitum variare, intelligitur nisi ex causa, bene facit, quod dicit Cæpoll. in d. §. hoc sermone. col. 5. versic. tertiò quæro. in fi. Item illud, quod dicitur, ꝙ licita est variatio, intelligitur procedere vsque ad litis contestationem: quia facta litis contestatione non est vlterius licitum variare: quia per litis contestationem excluditur: quia per eam radicatur iurisdictio iudicis. ff. de procur. l. si reus paratus, & iudicis officium fit potentius. ff. de ędil. edic. l. ędiles. §. item sciendũ. Et per litis contestationem est tacitè, vel expresse consentitum in iudicem, & amodo non auditur. ff. de iud. l. sed & si susceperit. in princ. & per Innoc. in cap. cum inter. de re iudic. Bart. in l. quidam consulebat. ff. de re iudic. & non est licitum variare, arg. l. si quis iusiurandum. C. de rebus credit. Et per litis contestationem partes se astringũt quasi cõtrahendo. ff. de pecu. l. 3. §. idem scribit. Et litis contestatio est terminus exclusiuus opponendarum declinatoriarum, vt vltra non opponantur: quia lite contestata res non dicitur integra, & sic variare non potest. l. si cum dotem. §. eo autem tempore, & ibi glo. ff. solu. matrim. & bona glo. in d. authen. habita, in verbo optione. C. ne fil. pro pat. & ibi Baldus. col. 7. in 3. & 4. quæst. & ibidem Salyc. col. 3. in fi. versi. quæro. cum glo. & facit l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. illud autem, quod dictum est, ꝙ in casu licitum est variare, intelligitur, ꝙ non est licitum vltra bis variare, vt infinitas euitetur. l. non vtique. §. 1. ff. de eo quod certo loco, & ff. de lega. 1. l. huiusmodi. §. sticcum, & tenet Bart. in d. l. cum qui certarum. §. 1. colum. fin. ff. de verbor. oblig. Anto. Corse. in repert. Abb. in verbo variatio, in secundo versiculo, vbi format quæstionem, an patronus laicus possit vltra duos accumulare & eligere & per multa iura & rationes concludit, ꝙ vltra duos hoc facere non potest, vt ibi per eum. Et aduerte, ne decipiaris: quia illud, quod dictum est, ꝙ quãdo est licita variatio, non potest variare vltra bis, intelligitur, idest ꝙ bis potest eligere: quia si primò eligit vnum iudicem, postea potest variare & eligere alium, & sic sunt duæ vices in totum. l. si quis iusiurandum. C. de rebus credit. Bald. d. auth. habita, col. 7. versic. tertiò dubitatur, in fi. ibi vnum scias. C. ne fil. pro patre. Alias quæstiones circa materiam eligendi forum, vide per And. de Iser. & Matth. de Affl. in d. constit. statuimus, la 2. vbi latè. Quæ autem dicantur miserabiles personæ, vt habeant fori electionem, vide Bald. in d. l. vnica. C. quando Impera. inter pupill. & vid. Abb. Felyn. & alios in cap. significantibus. de offic. deleg doct. in dicta constit. statuimus, la 2. & infra in cap. de violentiis. 150. cum concord. in dictis locis. ¶ In tex. ibi (ipsos ad remota loca non vocando &c.)

16 † Nota, ꝙ iustitiarij & officiales non debent citare prouinciales in loco distanti, vt compareant in loco remoto, vbi reperitur iustitiarius vt hic, & in constit. iustitiarij non per calendas, & ibi Matth. de Afflict. col. 2. in tertio notab. & idem Matth. in const. causas alias, col. penult. & dixi supra cap. item ꝙ prædicti. num. 19. & ibi etiam Seb. cum ibi allegatis, & tetigi supra cap. grauamina. 23. num. 51. ¶ In tex. ibi, nec trahendo post se.

17 † Nota, ꝙ iustitiarius & officialis non debet post se trahere inquisitos, vel accusatos, de quo vide in d. capit. item ꝙ prædicti, num: 16. & ibi dixi. ¶ In tex. ibi (expediendo ꝗ cito &c.)

18 † Nota, ꝙ iustitiarius cito dēt expedire conquerentes, sic enim velocius lites iudicabuntur, & circulis cognitionalibus, ac temporis contritione omnes litigantes liberabuntur, vt in authen. de iudic. §. audient, & Matth. de Afflict. in constit. iustitiarii non per calendas. col. 2. in 1. notab. ¶ In tex. ibi (transeant impunita.)

19 † Nota, ꝙ maleficia non dabent remanere impunita, concordat l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & cap. vt famæ. extra de senten. excom.

20 ¶ In tex. ibi (fragrantia maleficia.) † Quæro, quæ dicantur delicta fragrantia. And. de Isern. in dicta constitu. iustitiarij non per calendas, dicit, quòd ille dicitur captus in fragranti, qui est in ipso actu deprehensus, vel est deprehensus, antequam veniat ad locum prædestinatum, vel quia latitabat, & non per magnum interuallum, & nullo actu extraneo in medio interueniente fuit deprehensus, allegat multa iura, vt ibi per eum, & etiam dicuntur fragrantia, quæ nulla possunt tergiuersatione celari, vt probatur in d. constit. iustitiarij non per calendas, & ibi Matth. de Afflict. col. 3. versi. quærit hic. Ad prædicta etiam vide, quæ dicit And. de Iser. in constit. humanitate nobis. ¶

21 † Quæ autem dicantur delicta notoria, vide concord allegatas per Matthæ. de Afflict. in d. constit. iustitiarij non per calendas, col. 3. in fi. cum sequen. ¶

22 † Et qualis processus fiat contra captum in fragranti, vide Andr. de Isern. in d. constit. humanitate nobis, & in d. constit. iustitiarij non per calendas, & ibi Matt. de Afflict. col. penult. versic. item quærit. ¶ In tex. ibi (in longum non protrahas.)

23 † Nota, quòd delicta fragrantia, & recentia debent cito puniri, & non debet officialis debitam punitionem in longum trahere, secus est in delictis antiquis, quæ transcendunt decem annos: quia non puniuntur pœna mortis naturalis, sed mitius puniuntur. l. si diutino. ff. de pœnis. vbi dicit gloss. quòd plus punitur, qui heri fecit homicidium, quàm ille, qui fecit sunt elapsi decem anni, & ibi etiam Bart. & alij, & Matth. de Afflict. in d. constit. iustitiari non per calendas. col. 3. 4. nota. ¶ In tex. ibi (in locis, in quibus præpatrata sunt &c.)

24 † Nota, ꝙ maleficium debet puniri in loco, in quo perpatrauit delictum, vt hic & l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. facit tex. in l. 1. C. vbi de crim. agi opor. Specu. in titu. de compe. iudi. adi. §. j. versicu. 6. Matth. de Afflict. in dicta constitu. iustitiarij non per calendas. colum. penult. in quinto notab.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Carcerari an possit paratus dare fideiussores.*
Officialis carcerans paratum dare fideiussores qualiter puniatur, ibid. 6. 8.

2 *Assessor consulens aliquem indebitè carcerari qualiter puniatur. 9.*

3 *Officialis, qui aliquem carcerauit cum consilio assessoris, an excusetur. 9.*

4 *Assessor si pertinaciter non resistit officiali iniustè facienti an teneatur. 7. 10.*

5 *Assessor an teneatur superiori nunciare, quando officialis iniustè facit.*

Fideius-

Fideiussores dare volens carcerari an debeat.
Fideiussio est cathena aurea, ibidem.
Rex si mandat aliquem detineri sub fida custodia, an si stat sub fideiussoribus, sit satisfactum, ibid.
10 *Resistere officiali an liceat.*
11 *Assessor an & quando teneatur in sindicatu.*

QVOD NON CAPIANTVR SINE consilio parati dare fideiussores, sine mandato regio. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XLIII.

1 ITEM caueant iustitiarij. † Ne aliquos paratos dare fideiussores sine consilio iudicum capiant de personis, nisi de mãdato nostro, & in aliis casibus regni constitutionibus comprehensis, & si contrafecerit, amittãt medietatem gagiorum suorum vnius anni, & nihilominus maiori, vel minori pœ-
2 na ad nostrum arbitrium teneantur. ¶ † Et si iudices in casibus prohibitis consilium contra prædictum modum iustitiariis dederint, simili pœna te-
3 neantur. † In quo casu, videlicet vbi de consilio iudicum ad capiendum cõtra prædicta processerint, iustitiarij eximantur a pœna, & iudices teneantur.
4 † Et nisi iustitiariis excedentibus prædictum modum, iudices pertinaciter restiterint, teneantur pœ-
5 na prædicta. † Et si eis resistentibus iustitiarij nihilominus contrafaciant, ipsi iudices sub eadem pœna teneantur nobis celeriter nunciare.

6 ITEM caueant. † Nota contra iustitiarios capientes paratos dare fideiussores, & etiam contra eorum iudices talia consulentes, & qua pœna teneantur. Et adde & vide supra anno 2. ca. statuimus, vt nullus iustitiarius, num. 22. & in const. regni, de his qui fideiuss. da. po. l. humanitate. li-
7 bro 2. ¶ In tex. ibi, (& nisi iudices &c.) † No. casum, in quo licet iudici pertinaciter resistere iustitiario, aliàs punitur. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM caueant. Ad materiam huius capituli vide infra cap. item iustitiarij delatos, num. 47. & in c. ab illo inchoandum, num. 140. & in c. ꝙ iustitiarij. num. 178. & supra cap. statuimus. nume. 22. & quæ ibi dixi, & in constit. regni, humanitate nobis, & ibi Andr. de Isern. & latè Matth. de Afflict.

ADDITIO noua. ¶ In tex. ibi, (paratos dare fideiussores &c.) Notà, ꝙ volens dare fideiussores non debet carcerari vt hic: quia fideiussoria cautio dicitur cathena aurea secundùm Bartho. de Capua, quem refert, & sequitur Matth. de Afflict. in consti. regni in quæstionibus. col. 6. in vltimo notab. Et ideo infert, ꝙ si Rex mandat aliquem teneri sub fida custodia, si regens recipit fideiussores de se præsentando ad eius requisitionem satisfacit mãdato, quia in vinculis est, qui stat sub fideiussoribus, vt ibi per Matth. vbi etiam dicit, ꝙ hodie in regno est prouisum per const. humanitate nobis, vbi accusatus criminaliter relaxatur fideiussoribus, nisi in quatuor casibus, scilicet quando reus est confessus, vel conuictus, vel delictum est notorium, vel sunt indicia sufficientia ad torturam, vel quãdo est captus in fragranti, vel in crimine læsæ maiestatis, vt ibi per Matt. Et ꝙ iustitiarij prohibentur capere de persona paratos dare fideiussores sine consilio iudicum, tenet etiam Lucas de Penna in l. quoties. colum. fina. C. de exact. trib. qui allegat istud cap. Et ibi etiam ponit, quòd si fuit captus sine mandato iudicis, vel causa, propter quam fuit captus, non est manifesta, an eripiens puniatur, vide ibi, vbi etiam in fine ponit notabilem quæstionem. Nunquid eripiens consanguineum, vel affinem mitius puniatur, sicut mitius punitur receptans consanguineum, vel affinem, vt l. 2. ff. de recepta. & tandem concludit, quòd pœna non minuatur: quia hoc non habet locum in eripiente, vt tenet Andr. de Iser. & ibi Matth. de Afflict. in tit. de pace iuram. firm. §. receptatoribus, & Lucas de Penna vbi supra. Et aduerte: quia ideo dicitur in isto tex. nostro, quòd non capiantur sine consilio iudicum: quia iudex cum sit doctor ante capturam videt processum, si contra eum probatur plenè, vel semiplenè, & si est de casibus, in quibus possit incipi a captura, vel si est de casibus, in quibus debeat relaxari fideiussoribus iuxta ea, quę habentur in dicta constit. humanitate nobis, vel si incipit constare per vnum testem de visu, & de fama in casibus, in quibus locus est torturæ, vt dicit Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ sub rub. detinetur inquisitus &c. & tortura in regno tunc habet locum, quando venit imponenda pœna vltra relegationem, vt in cap. regni tormenta. & an possit incipi a captura personæ, dixi supra cap. subditorum. Et ideo optimè fuit prouisum in isto cap. vt non capiantur sine consilio iudicum parati dare fideiussores. ¶ In text. ibi,
8 (& si contrafecerint.) † Nota qualiter puniatur officialis, qui indebitè aliquem carcerat: quia amittit medietatem gagiorum vnius anni, & arbitrariè punitur vt hic, & vide regiam pragmaticam inoleuit, vbi ponitur pœna, & imponitur pœna decem vnciarum, & quòd actione iniuriarum teneatur in sindicatu, vt ibi, & ad materiam vide latè Pari. in sindi. in verbo captura, per totum. ¶ In tex. ibi (& si iudi-
9 ces &c.) Nota, quòd iudices & assessores, qui dant malum consilium, vt aliquis carceretur, qui carcerari non debet, tenetur, & punitur. Et officialis excusatur vt hic, & l. 2. ff. quod quisque iur. & ibi doct. ¶ In tex. ibi (& nisi &c.) No-
10 ta, † quòd assessor debet pertinaciter resistere officiali aliquem iniustè carceranti, aliàs punitur vt hic, & sic hic est vnus casus, in quo licitum est officiali pertinaciter resistere, quando facit iniustum, & nisi resistat, tunc ea pœna puniretur, qua puniretur iudex, si illud iniustè faceret, vt tenet hic Bartholo. de Capua per istum textum.

ADDITIO noua. Et vide infra cap. item quòd prędicti 280. Et ad prædicta, ꝙ assessor debet contradicere, facit: quia assessor si non contradicit, videtur consentire, & in dubio eius consilio præsumitur factum, vt dicit Bart. in l. diem functo. colum. fin. ff. de offic. assess. in quæstione, quæ incipit, item pone, ꝙ remotus. Par. in tract. sind. in verbo assessor. §. potestas. col. 3. & ibi dicit, quòd assessor debet protestari, & Par. in dicto verbo assessor. in princ. col. 3. vers. sic. assessor. cum concord. in dictis locis. Et de materia, an & quando iudici iniustè exequenti sit licitum resistere, vide in l. prohibitum. C. de iure fisci, libro 10. Et ad materiam,
11 † an & quando teneatur assessor in sindicatu, vide latè Pari. in tract. sind. in verbo assessor. per totum.

ADDITIO noua. Et ad materiam vide Bart. in l. si verò. §. si. ff. qui satisdare cogan. vbi dicit, quòd ducere eum ad carceres, qui vult dare fideiussorem idoneum, est iniuria, & sic rectores, qui in carceribus tenent volentem cauere idoneè tenentur iniuriarum, vt ibi per eum, & dicit ibi Alex. in princ. in 2. nota. ꝙ officiali volens aliquem iuuentum cum armis ducere ad iudicem, tenetur eum relaxare dato fideiussore de se præsentando, & idem in omnibus casibus, in quibus quis nõ potest pro causa criminali carcerari dato fideiussore, de quibus in l. 1. & 2. ff. de custod. reor. & in constit. regni, humanitate nobis, vt per Alexan. vbi supra, & ibi Ias. de quo vide Par. in tracta. sind. in verbo captura. §. quia. colum. fin. vbi intelligit, nisi iustè, vel causa cognita hoc fecerit non temerè, vel animo iniuriandi, vt ibi

ibi per eum. Et ibi plus dicit, quòd quando non potest agi actione iniuriarum contra officialem pro indebito carcere, poterit agi ex quasi maleficio, si non dolosè fecit. Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. in princ. & tenetur actione in factum ad interesse. l. fin. & ibi Alexan. in addit. ad Bart. C. de pœn. iudi. qui malè iudi. l. si iudex. ff. de var. & extraord. cogn. gloss. in l. iniuriarum. §. si iniuriam, in verbo sententiam. ff. de iniur. Bal. in l. si obseruare. §. proficisci. quæst. 23. ff. de offic. proconsf. facit tex. in l. lectos, cum l. sequen. ff. de peri. & commod. rei uend. & Par. d. §. quia. col. penulti.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Tormenta inferri an possint non seruata forma iuris, & constitutionum.*
2 *Torqueri an possit, vel condemnari sine consilio iudicum. 4.*
3 *Iudex torquens, vel condemnans aliquem sine consilio qualiter puniatur.*
5 *Appellatione interposita a tormentis quis iudex cognoscet de causa principali.*
6 *Interloquutoria de torquendo an possit reuocari.*
7 *Appellari an possit ab interloquutoria de torquendo. 8.*
Iustitiarii an possint procedere ad tormenta, vel ad condemnationem sine consilio iudicum, ibid.
Consilium an debeat habere iustitiarii a iudicibus sibi datis a curia, ibidem.
Iustitiarius an debeat suo arbitrio aliquid facere, ibid.
Officialis si habet consilia diuersa, quid facere debet, ibidem.
9 *Appellatione interposita a futura tortura an possit iudex ad torturam procedere ante inhibitionem.*
Tortura dicitur actus irretractabilis, ibidem. 7.

QVOD NON TORMENTENTVR aliqui sine forma constitutionum, & iuris communis. Rubrica de tormentis.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XLIIII.

1 ITEM † caueant iudices, & iustitiarij, & iudices, ne contra aliquem ad tormenta procedant, nisi secundum ordinationem, & forma constitutionum regni, & iuris communis. In casibus autem a constitutionibus, & iure permissis procedát ad captionem, & tormenta, prout in constitutionibus, & iure cauetur.

QVOD NON CONDEMNENTVR, uel tormententur aliqui sine consilio iudicum.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XLV.

2 ITEM † quod in cognitionibus omnium causarum tam criminalium, quàm ciuilium ad condemnationes, & tormenta sine cósilio iudicum datorum
3 eis per curiam, non procedant. † Et si contrafecerint nostro arbitrio puniantur.

4 ITEM caueant. Item quod in cognitionibus. † Nota bene tu assessor, & tene menti ista duo capitula cótra tuũ iustitiarium, qui bestialiter vult procedere cótra reum ad torturam non seruata forma constitutionum, & iuris communis, & præcipuè quando vult aliquem tormentare absque tuo consilio, vel aliquem condemnare: quia nullatenus debet, nec posset. ¶ † Circa hoc cap. quæro, quidã tormentandus appellauit, quæritur quis cognoscet de causa principali? Respondeo, aut appellatio pronunciatur iusta, aut iniusta, primo casu cognoscet iudex ad quem, secundo casu iudex a quo, vt extra de appell. cap. vt debitus.
6 † An autem interloquutoria de torquendo possit reuocari? Videtur quòd sic, extra de appellatio. cap. cum cessante. l. quod iussit. ff. de re iudic. & C. sen. rescin. non po. l. prima. in glo. ff. de oper. no. nunc. l. si opus. & ff. de arbit. l. diem. §.
7 fin. argumen. l. post sententiam. C. de sen. † quòd a tali sententia appelletur, probat l. 2. ff. de appellat. recipi. & ratio: quia est præiudicium irreparabile. dicta l. secunda.

Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM caueant, cum sequen. Circa materiam istorum capitulorum adde, quod de iure communi ista materia ponitur in l. 1. in princ. & ibi docto. maxime Hyppo. ff. de quæst. & C. eod. l. miles. §. oportet. & ibi doct. & toto titulo. ff. & C. eod. tit. & est constit. regni si damna clandestina, & ibi And. de Hern. & Matth. de Afflict. & infra cap. tormentis, num. 190. in rubr. de tormentis, & in cap. tormenta. cum aliis sequen nume. 144. infra. & in cap. iamdiu. numero 234. Iacob. de Belui. in sua pract. crim. in rubr. de quæst. & tor. Gan. in tract. malefi. in rubr. de quæstio. & tor. & in rub. de præsump. & indi. indebi. Ang. in tract. malefi. in verbo fama publica, Franc. Bru. in tract. de indi. & tortu. Hypp. in sua pract. crim. & in toto titulo. ff. de quæstio. D. Marcus Anto. Pata. in repeti. l. fin. ff. de quæstio. vbi latè. ADDITIO noua. Ex ca. Item quòd in cognitionibus. Nota ex isto tex. quòd in cognitionibus causarum ciuilium & criminalium iustitiarij non debent procedere ad condemnationem, vel tormenta sine consilio iudicum eis per curiam datorum, & contrafaciens punitur. Et nota: quia dicit, sine consilio iudicum, & sic ad minus debent esse duo: quia pluralis loquutio duorum numero contentatur. l. vbi numerus. ff. de testibus. & si non sufficeret habere consilium vnius tantum, quando habet plures iudices: quia tunc dicitur integrum iudicium, cum plurimorum sententiis roboratur. 64. dist. extra Lucas de Penna in l. omnes. col. 13. in fi. C. de decu. libr. 10. Et debent iustitiarij habere consilium a iudicibus datis a curia, & sic non posset iustitiarius habere cósilium ab aliis non datis a curia, quando haberet ordinarios iudices datos a curia, nisi ex causa, puta iustæ suspitionis: quia iudex non debet esse suspectus partibus. l. apertissimi. C. de iudic. cap. statutum. §. assessorem. de rescrip. in 6. Et sic iustitiarius non posset aliquem absoluere, vel condemnare absque consilio iudicum ordinariorum datorum a curia, & habent iurisdictionem, licet per se soli iudices, vel solus iustitiarius exercere nequirent, sed omnes simul, ita dicit Lucas de Penna in l. omnes. col. pen. C. de decurio. lib. 10. Et propterea quando profertur sententia in Magna Curia Vicariæ pronunciatur. Nos talis magister iustitiarius, & tales ipsius Magnæ Curiæ iudices pronunciamus &c. vt dicit Lucas vbi supra. Et istud cap. fuit sub sancta ratione factum: quia iustitiarius iuris ignarus non debet arbitrio suo aliquid facere. l. nemo. C. de decurio. lib. 10. l. prohibitum. in fi. C. de iure fisci. 3. quæst. 7. cap. iudicet. 11. quæst. 3. cap. plerumque. omnia namque secundùm leges agenda sunt, & earum virtutes seruandæ sunt, in auth. in medio litis. in princ. & in auth. iusiuran. quod præsta. ab his. §. & primum. Et sententia præsidis debet conuenire iustitiæ. 63. distin. Valentianus, sed imperitus & militaris præses nesciet de iuris subtilitatibus disputare, & opinio doctorum est probabilis.

lis. C.de legibus.l.1.& ei stare debemus, donec de contraria liqueat ratione.l.1. §.fluminum. ff.de flu.l 2.§.tractatu. ff.ne quid in loco publ. Et hoc intelligitur de doctore doctorato auctoritate principis, vt dicit Lucas de Penna. vbi supra.col.penult.doctor enim sciens, iniustè iudicare non audet, in long.de scri.& cancell.l.vt missi nostri. Et qui nõ iustè & secundùm leges iudicat, suppliciis affligitur, vt in eo.tit.§.si tamen contigerit, vt dicit Lucas vbi supra. Et assessor dicitur basis & columna iudicum, vt legitur in libro nouæ rethoricæ, & Lucas vbi supra. Quid autem si iustitiarius, seu officialis habet consilia contraria a suis iu dicibus, quod consilium sequi debet, dicant consultores sunt hinc inde pares, & tunc sequi debet illud consilium, quod æquius est, vt tenet Pau.de Ca.in l.& suum. §.hodie. ff.de pact.quia in ambiguis quod minimum est sequimur. l.in ambiguis.ff.de reg.iur.glo.& Alexan.in l.duo. col.3. ff. de re iudic. & ibi per alios, vbi tenet, ꝙ quando sunt pares, præualet sententia lata pro reo, nisi esset sententia euidenter iniqua, si verò iudices, seu consultores non sunt pares, sed plures sunt pro vna parte, quàm pro alia, & tunc sequi debet opinionem plurium.l.sicut. ff.de arbit. l.Pomponius ff.de re iudic.& Alex.vbi supra. Et in criminalibus hodie in regno extat nouella prag. Caroli Quinti de Austria Imperatoris, quæ incipit, mandamus quoque, quòd decreta, vbi statuitur, quòd decreta de torquendo, quæ per iudices Magnæ Curiæ, aut aliorum tribunalium fiũt, debent subscribi per omnes iudices, vel per maiorem partem, aliàs talia decreta non possunt exequutioni mandari. Et quòd in exequutione decreti, & sic in tortura danda ad minus duo iudices ex his, qui votauerunt interuenire debeant, vt videant, si iuxta ordinem decreti, & indiciorum mensuram decreta exequutioni mandantur. Et hoc intelligitur, si in illo tribunali tot iudices sint, vt dicitur in d. prag.& vide infra cap.habebitur, & quæ ibi dicam. ¶Circa
8 aliam quæstionem quam tangit hic Seb. † An possit appellari a futura tortura, vide infra cap.si iustè.num.146.Bald. in l.si quis prouocatione.C.de appell.& in l.2.C.de episc. audien.Salyc.in l.ante sententiam, col.1.& ibi per alios.ff. quorum appell.non recip.Firma in suo repert.in verbo appellatio a tortura. Phil.Franc.in cap.super eo.el 2.extra de appell.& latius in cap.ex parte.col.3. versic.quintò & vltimò.eod.tit.& in quæstio.parl.Delphi.quæstio.74.Iaso.in l. prima.in princ.colum.20.ff.de offic.eius, Hyppo. in dicta l.1.in princi.col.8.ff.de quæstio. cum concord.in dictis lo-
9 cis. Et in dictis locis etiam habes.† Quòd appellatione interposita a futura tortura etiam nõ facta inhibitione iudex potest procedere ad torturam, cum tractetur de actu irretractabili, vt per Iaso. & alios vbi supra.

Io.Ant.de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Officialis, qui contra prohibitionem dicitur aliquid recipisse, si nihil constat, an debeat se purgare per iuramentum.* 4.

2 *Iurare an debeat tertius, per cuius manus dicitur, quòd officialis aliquid recepit, ibid.*

3 *Officialis recusans præstare iuramentum, vtrum aliquid recepit nec ne, an stetur iuramento partis.* 5.

Officialis an teneatur restituere, quantum pars iurauit, si ipse iurare noluit, ibid.

Officialis, qui se per iuramentum purgare noluit, an puniatur.

5 *Iuramento partis in quibus casibus stetur.*

6 *Officiales an debeant conuinci testibus de iure communi.*

7 *Purgatio quid sit. Et quot sunt eius species. Et quando sit indicenda, & de numero compurgatorum, & pœna deficientis in purgatione.*

QVOD STETVR SACRAMENTO officialis, si aliquid vltra prohibitionem receperit, dum nihil inde possit probari. Rub.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XLVI.

1 ITEM † quòd in omni casu, in quo contra prohibitionem officialis dicitur recepisse, nec inde aliquid constare potest, purget se per iuramentum suum officialis, tam ipse videlicet, quàm ille, per
2 cuius manus dicitur recepisse. ¶ †Et si prædictum sacramentum præstare recusauerit, stetur sacramẽto partis, a quo dicitur recepisse, & quantum ipse se soluisse iurauerit, sibi restituatur instanter.
3 †Et nihilominus soluat curiæ pœnam in talibus constitutam.

4 ITEM ꝙ in omni.† Nota, ꝙ quando potest probari cõtra officialem, qui dicitur aliquid indebitè recepisse, tunc statur sacramento ipsius officialis, vel eius per cuius manus dicitur recepisse, argu.l.Marcellus.ff.rerum amot. Sed circa hoc cap. vide necessariò.c.Regis Roberti, quod incipit, vulgaris famæ proloquium, infra nu.260. vbi multa similia reperies circa hoc. ¶In tex.ibi, stetur sacramen
5 to partis.† Habes hic casum, in quo contra officialem statur sacramento partis, sicut etiam statur sacramento conquerentis, & passi furtum a magistratu fugiente non impleto tempore sindicatus, vt auth.de collat.§. super hac.collatio.9.& notatur in auth.vt iud.sine quoquo suffra.§.necessitatem. sic etiam statur sacramento passi violentiam de valore rerum ablatarum in odium delinquentis, constito tamen prius de delicto.l.si quando. C.vnde vi, & quod ibi ꝑ Bar.not. Sed contra alium non fieret probatio per iuramẽtum, vt ibi notatur per eundem, & in l.1. ff.quando ex facto.& est glo.magistra in constit.si damna clandestina in fine.glo.circa finem. quam etiam ibi sequitur Andræas de Isern. sic etiam statur sacramento damnum passi ex compulsione, vt infra cap.ammirati, numero 77.

Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

9 ITEM ꝙ in omni.†Quid autem sit de iure communi, an officialis debeat conuinci probationibus, vide in cap.Epiphanium.5.quæst.6. & in c. at si clerici, extra de iud.& in const.regni eos. vi de Par.in tract.sind.in verbo probatio. §.contra officiales. col.2.& ibi in fi. facit mentionem de isto cap.& infra cap.
7 vulgaris famæ, num.260. ¶In tex. ibi, (purget.) †Quid sit purgatio, quot sint eius species. Quando sit indicenda purgatio. Et qualiter fieri debeat. Et de numero compurgatorum. Et de pœna deficientis in purgatione, vide latè Hostien.in summa.extra de purg.cano.per totum. ¶In tex.ibi (præstare recusauerit &c.) facit tex.in l.manifestæ.ff.de iureiuran.& ibi doctores.

Io.Ant.de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiarii an possint accusatos post se trahere, & qualiter puniantur.* 4.5.12.

Officialis an possit compellere accusatos, qui dederunt fideiussionem, vt morentur in curia, ibid.

2 *Accusati, qui absolui debent, an debeant fatigari sumptibus & expensis.* 6.

3 *Iudex post conclusionem infra quantum tempus debet pro-*

proferre ſententiam, & an aliter faciens puniatur. 4.
7. 12.
8 *Concluſione facta an detur terminus ad producendum allegationes*.
9 *Inſtantia vt non currat, & vt dicatur per iudicem ſtetiſſe, an debeat eſſe proceſſus concluſus, & præſentatus iudici*.
10 *Iudex an debeat eſſe requiſitus, vt dicatur per eum ſtetiſſe*. 11.

QVOD ACCVSATI DANTES FIdeiuſſores non compellantur in curia morari. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XLVII.

1 ITEM † iuſtitiarij delatos in curia ſua, vel accuſatos, poſt præſtitam fideiuſſionem ab eis in caſib. a cõſtitutionibus, aut iure permiſſis, non protrahant poſt ſe, nec cõpellant in curia morari, niſi in terminis conſtitutionis, in quibus ſecundum cõſtitu-
2 tiones, aut de iure debet in cauſa procedi. † Et poſtquam liquet, quòd accuſati prædicti ſint in caſu abſolutionis, ipſos non fatigent laboribus, & ex-
3 penſis ad ſequendum curiam. † Sed poſt concluſionem in cauſa factam infra decem dies ſecũdùm regni conſtitutionem eis petentibus ad abſolutio-
4 nem ipſorum, prout de iure fuerit, procedant. † Et ſi contrafactum fuerit ſecundùm noſtrum arbitrium puniatur.

ITEM iuſtitiarij, cum hoc c. concordat ſupra ca. item caueant, nume. 43. & c. ſtatuimus, vt nullus iuſtitiarius, num. 22. & adde & vide ſupra c. item ꝙ prædicti iuſtitiarii nu. 16. ¶ In tex. ibi (ſecundum regni conſtitutionem) quæ eſt in rubr. vt poſt renunciationem pronuncietur. l. hac lege. lib. 1. Sebaſtianus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM iuſtitiarij. ¶ In tex. ibi (in caſibus a conſtitutionibus &c.) loquitur de cõſt. regni humanitate nobis. ¶ In tex. ibi (non protrahant poſt
5 ſe.) † No. ꝙ iuſtitiarij, & officiales non debent protrahere accuſatos poſt ſe poſt pręſtitam fideiuſſionem, aliàs puniuntur, vt in iſto tex. concordat ſupra c. ꝙ decretũ. nu. 42. & c. item ꝙ prædicti, ſupra nu. 16. & quæ ibi dixi.

ADDITIO noua. Et vide And. de Iſer. in conſt. iuſtitiarij non per calendas. vbi dicit, ꝙ iuſtitiarius nõ debet trahere ſubditos ad loca remota, & ibi etiam vide Matth. de Affl. & dixi ſupra c. grauamina. Sed aduerte: quia in alleg. c. non dr̃ poſt pręſtitam fideiuſſionem, vt hic dr̃, ſed poteris cõcordare, ꝙ poſtquam reus præſtitit fideiuſſionem, debet liberari a carcere & dimitti, nec compelli debet ad morandum in curia, nec ad ſequendum curiam, vt dicitur in iſto c. in aliis autem cap. loquitur, ꝙ accuſatus nõ debet trahi per prouinciam per extorſionem, vt citius faciat cõpoſitionem: quia hoc ẽt eſt prohibitum, vt in dictis c. non autem debet dimitti, vel relaxari, niſi quando deberet fideiuſſoribus relaxari, iuxta conſtitu. regni humanitate nobis.
6 ¶ In tex. ibi (& poſtquam liquet &c.) † No. ꝙ quando accuſati ſunt in cauſa abſolutionis, non debent fatigari ſumptibus & expenſis ad ſequendum curiam, vt hic, ſed nõ expectata ſententia diffinitiua debent ſub fideiuſſoribus relaxari, vt in c. ab illo inchoandũ, infra nu. 140. ¶ In tex. ibi (ſed
7 poſt concluſionem &c.) † No. ꝙ iudex & officialis poſt cõcluſionem infra decem dies debet procedere ad abſolutionem rei, quando eſt in caſu, in quo abſolui debet, vt in iſto
8 c. & in conſt. regni, hac lege, & ibi doct. † Sed in ciuilibus ſecundum Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ poſt concluſionem datur terminus ad producẽdum iurium allegationes infra qnindecim dies, & poſtea proceditur ad ſententiam, vt in Ritu qui incipit, item ꝙ facta publicatione dictæ re-
9 pulſæ. nu. 259. in ordine meo. † Et quò ad effectum inſtantiæ vt dicatur ſtetiſſe per iudicem, proceſſus debet eſſe cõcluſus, & iudici præſentatus per duos menſes ante peremptionem inſtantiæ, vt eſt regia prag. quæ incipit, inſtantia
10 cauſæ. † Et prædicta intellige, ſi fuerit petitum a parte, vt iudex proferat ſententiam, vt probat tex. noſter hic ibi, eis petentibus, & in d. prag. inſtantia cauſæ. ADDITIO noua. Similiter ẽt inſtantia non incipit, nec currit, qñ litis conteſtatio, ſeu termini datio fit cum perſona minus legitima, vt dicit Th. Grã. deci. 65. nu. 46. Idem quando per ſubterfugia & oppoſitiones partis, vt dicit Iaſ. in l. properandum. in prin. col. 1. C. de iud. & Th. Grã. vbi ſupra. & latè vide Rober. Maran. in ſuo ſpe. in 5. par. car. 40. ſecundum primam impreſſionem, vbi latè ponit, quando incipit currere inſtã-
11 tia, & quando non, vide ibi. † Et generaliter vbicunq; imponitur pœna iudici aliquid non facienti, intelligitur, ſi fuerit petitum, vt illud faceret, aliàs non tenetur, vt tenet Ant. de But. & Imo. in c. fi. col. 8. extra de reſcr. & Fel. in c. ſi autem. col. 4. in verbo negligentia, verſ. & generaliter, extra de reſcri. bene faciunt dicta per Iaſ. in l. vniuerſa. col. 1. C. de preci. imp. offe. faciunt, quæ dicit Par. in tra. ſind. in rub. de modo & for. ſind. §. ſindicantur ẽt officiales, lo vltimo. verſ. in quorum declaratione, & Fran. Are. in c. 2. col. 1. ext. de accuſ. ADDITIO noua. Et Mat. de Affl in conſt. regni ſtatuimus, col. 13. in 13. nota. verſ. 53. nu. 41. ſimiliter ẽt licet iudicibus negligentibus in miniſtranda iuſtitia poſſit in regno fieri comminatio, vt infra duos menſes iuſtitiam faciat, & hoc fieri poteſt per iuſtitiarium prouinciæ, vel per Magnam Curiam Vicariæ ſub pœna auocationis cauſæ, vt in conſt. regni iuſtitiarij nomen, & ibi doct. & in conſt. ſtatuimus. & Par. in tra. ſind. in ti. de modo, & for. ſindi. §. qualiter, & idẽ Par. in verbo negligentia, col. 1. & Tho. Grã. voto 28. circa prin. & ĩ d. locis potes colligere aliquas limitationes, & ẽt de iure cõi iudex ſuperior poteſt præfigere terminum inferiori ad procedendum per dicta ꝑ Inno. & Hoſ. in c. ſignificantibus, extra de off. dele. & Hẽr. Boueri. in ſing. ſuo in verbo iudex. & iudicare. col. 2. verſ. ſi iudex, tamen ſi fuit facta comminatio, vt cã expediatur infra duos menſes, vt ſupra, & pars nõ petierit expediri cauſam, nõ curit terminis. nec cauſa poterit auocari, vt tenet in terminis Matth. de Affl. in d. conſt. iuſtitiarij nomen, col. pen. verſ. hic ſubiicio, alleg. Ant. de Bu. in c. venerabilis. extra de iud. & ibi Abb. verſ. & nota vnum pulcrum, & And. Barb. conſ. 51. col. pen. per l. 4. §. hoc aũt iudicium, & ibi Bart. & doct. ff. de dam. infe. cum concor. cum ſi. ¶ In tex. ibi (ſi cõ-
12 trafactũ fuerit &c.) † No. ꝙ iudex protrahens accuſatum poſt ſe, qui ꝑſtitit fideiuſſoriam cautionẽ, vel qñ facta concluſione requiſitus infra decem dies non procedit ad abſolutionem, quando abſolui debet, punitur arbitrarie vt hic.

D. Io. Ant. de Nigris.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Familia iuſtitiarii an aliquẽ poſſit capere ſine mandato*. 10.
Paleã, fœnum, vel ligna auferre an liceat ſtipendiariis, & familiaribus iuſtitiarii.
Stipendiarii & familiares iuſtitiarii an poſſint capere animalia, lectos, vel domos inuitis dominis, ibidem. 14.
3 *Stipendiarii & familiares iuſtitiarii an debeant eſſe contenenti lectis per baiulos & magiſtros iuratos aſſignandis*.
4 *Baiuli & magiſtri iurati an debeant aſſignare hoſpitia, & lectos*. 9. 16.
5 *Stipendiarii quo precio debent emere victualia, & alia neceſſaria*. 20.

6 *Stipendiarii & familiares iustitiarii iniuriam inferentes, vel bona auferentes qualiter puniantur.* 1.2.22.
7 *Stipendiarii an omnes eadem pœna puniantur.*
8 *Paleam an liceat capere a locis inhabitatis.*
Paleæ furtum an puniatur, ibid.
12 *Officialis an teneatur pro familia.*
13 *Paleam, fœnum, vel ligna an liceat stipendiariis auferre.*
15 *Hospitia quomodo debent designari militibus.*
17 *Stipendiarii in eorum recessu an debeant omnia restituere.*
18 *Stipendiariis & familiaribus iustitiarii an liceat extorsiones vel oppressiones facere.*
19 *Milites in hospitiis superbi esse non debent.*
21 *Stipendiarii non inuenientes necessaria culpa incolarum, si extendunt manus ad bona incolarum, an puniantur.*
23 *Stipendiarii & milites an possint hospitari eorum arbitrio ad discretione.*
24 *Immunitas non hospitandi quibus concessa est.*
Doctores & medici an habeant immunitatem non hospitādi milites, ibidem.

QVOD FAMILIARES IVSTITIARIORUM nemine capiant sine mandato iustitiariorum. Rub.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XLVIII.

1 ITEM †stipendiarij cum iustitiariis commorātes, vel alij familiares eorum sine mandato iustitiarij speciali occasione delationis armorum, vel quacunq; alia nullos capiant de personis. Nec alicui aliquam iniuriam inferant, res nullas ab eis au-
2 ferāt.† Nec etiam paleam, fęnum, vel ligna in locis inhabitatis recondita, nec animalia, nec lectos accipiant, nec domos singularium personarum eis in-
3 uitis ad aliquid sibi inferendum ingrediātur.† Sed contenti hospitiis sibi per locorum baiulos, seu magistros iuratos assignandis lectis per eorum manus
4 recipiant.† Qui baiuli sint soliciti circa celerem assignationem hospiciorum, & lectorum, & etiam in discessu ipsorum sine precio, & difficultate restituant hospitantibus eorum, nullas extorsiones, vel
5 oppressiones inferant.† Victualia, & necessaria omnia tam pro personis quàm equis eorū emant precio prius per eos soluto, quo communi precio in terra, vbi hospitantur, communiter distrahantur, prout melius possunt sine comminatione & coer-
6 ctione cum venditoribus conuenire. ¶†Et si cōtrafecerint pro captione personarum, & iniuriis illatis in personis priuētur equis & armis. Pro victualibus verò per violentiam cum comminatione, & coerctione ablatis amittant qualibet vice vnciā auri
7 vnam. ¶†Idem etiam statuitur de aliis stipendiariis & familiaribus quātum ad extorsiones victualium, quæ pœna per nostram curiam exigatur.

ITEM stipendiarij. Nota bonum c. si seruaretur, & melius prouisum extitit per Honorium in suis capitulis, in
8 c. quod incipit, querelam grauem. ibi (& paleam.) † Sed vērū vnicuiq; licet recipere paleam alienam a locis inhabitatis, vt supra regni anno secundo de rap. c. placuit, num. 27. in prin. Sed certè ibi non permittit rapere, vel furari paleā alienam, sed bene dicit in palea rapta nō fit illa distinctio, sicut in aliis rebus, & hoc vult ibi dicere excepta palea, furtū enim, seu violētia paleæ non est sine pœna, vt hic, & infra in c. Caroli Secundi, anno regni eius 12. de precio statuto super palea. c. de palea, infra nu. 169. ¶In tex. ibi, (incon-
9 tinenti &c. † Nota contra baiulos & magistros iuratos differentes domos & lectos officialibus assignare: quia incontinenti illud debent expedire. Seb. de Neap.

ADDITIO.

ITEM stipendiarij. ¶In tex. ibi (nullos capiant
10 de personis. † No. ꝙ familiares iustitiarij non debent aliquem capere de persona pro portatione armorum, vel alia cā sine mandato iustitiarij, vt hic, de qua materia vide latè Par. in tract. sindi. in verbo captura. col. 4. & vide s. c. ꝯ effrenatas. nu. 21. & q̄ ibi
11 dixi. ¶In tex. ibi (nec alicui, &c.) † No. ꝙ stipendiarij & familiares iustitiariorum non debent alicui inferre iniuriā,
12 nec res aliquas ab eis auferre. † Imò potestas & officialis tenetur pro familia, ꝙ tamen qualiter procedat, vide latè per Pari. in tra. sind. in verbo familiaris, maximè in §. quia. & §. rectores, vbi habes, an & quando ptās teneatur pro fa-
13 milia. ¶In tex. ibi (nec ēt paleam &c.) No. ꝙ stipēdiarii & familiares iustitiariorū non debent auferre paleam, fęnū, vel ligna a subditis, concordat infra c. seq. & infra c. de palea. nu. 169. in rub. de palea nō auferenda. ¶In tex. ibi (nec
14 animalia &c.) † No ꝙ stipendiarij & familiares iustitiariorum nō debent capere animalia, nec lectos, nec domos singularium personarum, nec inuitis dn̄is pn̄t ingredi domos particularium, nec aliquod ibi inferre, sed contenti esse debent lectis, & hospitiis per baiulos, seu magistros iuratos
15 assignandis. † Et qūo debent designari hospitia militibus, vide in l. 2. C. de meta. lib. 12. Et ꝙ non debent capere hospitia priuatorum, vel aliorum. probat tex. in l. duorum. & ibi Luc. de Pen. eo. ti. ¶In tex. ibi (per locorū baiulos, &c.)
16 †No. ꝙ ad baiulos, seu magistros iuratos pertinet assignare lectos, & hospitia stipendiariis & familiaribus iustitia-
17 riorum. ¶In tex. ibi (discessu eorum &c.) † No. ꝙ stipendiarij in eorum recessu debent restituere omnia hospitantibus sine precio, & sine aliqua difficultate, alias puniūtur
18 vt hic. ¶In tex. ibi, (nullas extorsiones &c.) † Nota, ꝙ stipendiarij & familiares iustitiariorum non debent extorsiones, nec oppressiones inferre hospitantibus, concordat l. deuotum. C. de meta. libr. 12 & l. hoc prospectum. & ibi
19 Lucas de Pen. eod. tit. vbi dicit, † ꝙ milites in hospitiis non debent esse superbi, nec horribiles, sed humiles. ¶In tex.
20 ibi, (communi precio, &c.) † No. ꝙ stipendiarij & familiares iustitiariorum debent emere victualia, & alia necessaria pro personis & equis precio quanti communiter valet in illo loco, nec debent inferre timorem, & coerctionem
21 venditoribus, aliàs puniuntur, vt in isto c. ¶† Aduerte tamen, ꝙ si tales stipendiarij culpa & ignauia incolarum nō inuenirent necessaria pabula pro precio congruenti excusarentur a pœna, non autem a precio, si ad bona incolarū manus extenderent, vt dicit Luc. de Pen. in l. 2. col. fin. C. de pascuis pub. lib. 11. de quo vide, quæ dixi supra c. ad hoc. de furt. num. 10. in 21. limitatione. ¶In tex. ibi (& si contrafe-
22 cerit, &c.) † No. ꝙ stipēdiarij & familiares iustitiariorum pro iniuria illata personis puniuntur: quia debent amittere equos & arma. Sed pro violentia illata pro victualibus qualibet vice punitur pœna vnius vnciæ, vt hic, & alia pęna imponitur in l. 2. C. de meta. lib. 11. Et ad materiam huius capit. vide quæ dixi supra ca. 24. ad audientiam, & vide etiam in priuilegiis concessis per Cæsaream Maiestatem Caroli Quinti de Austria Neapo. cap. 73. Item supplica-
23 tio, vbi statuitur, † quòd milites & stipendiarij non debeant hospitari eorum arbitrio, vt vulgò dicitur a discretione. Et si aliquando necessaria ad victum præstari debent. Impensa non fiat ad arbitrium militum, sed ordi-
24 natè, & soluantur omnia pro ratione & ęquitate. ¶† Qui

autem

autem habent immunitatem & excusationem, vt non teneantur hospitari in eorum domibus milites, nec alios, vide in l.medicos. C.de profess.& medi.lib. 10. vbi doctores legum & medici & alij, de quibus ibi, habent istam immunitatem, & vide in l.fin.ff.de munerib.& honor. & alij etiam habent istam immunitatem, de quibus in l. 3. & 4.C.de meta.lib. 12.& in l.archiatros, eod.tit.

ADDITIO noua. Et hodie est prouisum per regiam prag.Regis Philippi, quæ incipit, pateat, vt stipendiarij non possint capere animalia pro bagagis, vtibi.

Io.Ant.de Nigris. I. V. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Vinum emere, vel auferre ab inuitis, an liceat officialibus, seu stipendiariis & aliis.*

2 *Vini precium, quo communiter venditur, an solui debet ab officialibus.* 5.

3 *Sigillum remouere an possit patronus vegetis sigillatæ.*

4 *Terrerii, seu barones an possint vinum ab inuitis emere.*

6 *Vinum emere a domino an quis cogi possit.*

7 *Terrerii qui dicantur.*

QVOD NON EMANT VINVM A NOlentibus vendere, nec vegetes signentur. Rub.

CAROLVS PRIMVS. Cap. XLIX.

1 ITEM † iustitiarij, stipendiarij, familiares eorum, & alij officiales vinũ non emant, vel auferant ab inuitis, nec vegetes signent. Sed a sponte vendentibus vinum
2 recipiant † soluto prius vini precio, quo melius poterunt conuenire, & quo communiter vẽditur in terra, in qua morantur, sub pœna tanti precij, quantum valet vinum, quod est in
3 vegete sigillatum. † Et patronus possit remouere si
4 gillum remanente vino patrono. ¶ † Idem etiam statuitur de terreriis, & quibuscunque aliis sequentibus curiam. Sub pœna vnius vnciæ si contrafactũ fuerit pro qualibet salma vini.

ITEM iustitiarij. In tex.ibi (soluto prius &c.) o vtinam solueretur, postea quàm emisset, quia hodie nec ante, nec post soluitur. ¶ In tex. ibi (& quo communiter.) No-
5 ta † pro quo precio debet vinum officialibus vendi, & adde hic c.Honorij Papæ. incipiens, similiter prohibemus. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

6 ITEM iustitiarij. Ad materiã huius c. vide tex. in l.nec emere.& ibi doc.C.de iure deli.& facit l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offi.pręs.† Et an dominus possit cogere vasallos ad emẽdum vinum & alia, vide And.de Iser.in const.regni, magistris procuratoribus, & vide quæ dixi supra c.23.grauamina, vbi late, & vide ad materiam, infra c.sequen. ¶ In tex.ibi, (terre-
7 riis.) † Qui dicantur terrerij, vide infra c.terrerij, num.87. Io.Ant.de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Vinum an possit arrestari sine mandato curiæ.*

2 *Vinum arrestatum de mandato curiæ illud, quod superest vltra sufficientiam, an domino venditori restitui debeat.*

D. Io.Ant.de Nigris.

QVOD NON ARRESTETVR VINVM sine mandato curiæ. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. L.

1 ITEM † caueant stationarij, buttillerij nostri, & omnes alij, ꝙ non arreste-
2 tur vinũ sine mandato nostro † & tunc in tanta quantitate, quanta sufficiat. Et illud quod restiterit, vltra ad quod erit sufficiens, non reuendant, sed restituunt venditoribus pro eo precio, quo emunt ab eis, & non faciant alicui exinde curialitatem, sub pœna valoris vini, in quo fraudem commiserit.

ADDITIO.

ITEM caueant. Ad materiam huius cap. vide supra c. proximo, & quæ ibi dixi. Io.Ant.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Bona venalia an possint arrestari in mercatis, vel in terris, & stratis.*

2 *Arrestans bona venalia in mercatis, vel in stratis & terris qualiter puniatur.*

Loca in confinibus regni, in quibus non est licitum aliquid capere.

4 *Venientes ad nundinas an possint causa debiti arrestari, vel eorum merces sequestrari, vel aliquid ratione territorii ab eis accipere.*

5 *Mercatum, seu forum factum per multos annos in vno loco an possit prohiberi, ne in alio fiat.*

QVOD NON ARRESTENTVR IN stratis, vel mercatis aliqua venalia. Rub.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LI.

1 ITEM † nullus in terris, vel mercatis,
2 seu in stratis arrestet aliqua venalia, † & si contrafecerint, restitutis his, quæ arrestantur ab eo, componat tantundem nostræ curię, quanti valoris fuerint ea, quæ arrestauerint, & stet in carcere per mensem, nisi sit officialis noster ad hoc statutus, qui ratione sui officium posset hoc facere, vel de mandato nostro, & semper abstineat ab omni fraude sub pœna prædicta, & qui voluerint emere, emant in communi mercato.

ADDITIO.

ITEM nullus. Ad materiam vide infra c. Item quia custodes, num.74. in rubr.de custodibus
3 passuum, & grassiæ, † vbi ponũtur loca, in quibus in cõfinibus regni non est licitum aliquid capere, & vide in l.j. C.de nundi.& mercat. vbi probatur,
4 † ꝙ venientes ad nundinas causas debui arrestari non possunt, nec merces eorum sequestrari, nec aliqnid ratione territorij accipere, vt ibi in tex.& ibi Bal.& Saly. & vide in
5 auth.non fiant pigno. vbi etiã loquitur de mercatis. ¶ † Sed pone, quòd mercatum, seu totum rerum venalium fuit factum per multos annos in certo loco, an possit prohiberi, ne fiat in alio loco, exemplum in nundinis Salernitanis.

venditur mel in ecclesia Sancti Petri, an possit prohiberi, ne alibi vẽdatur, ista quæstio latè disputatur per Lucam de Penna in l.1.col.1.cum aliis sequen.C.ne rustica.ad vllum obsequi.deuo lib.11.& tandem concludit, ꝙ prohiberi nõ potest, vt alibi vendatur, vt ibi latius per eum.

ADDITIO noua. Et quanto temdore perdatur priuilegium concessum pro nundinis faciendis, vide in l.1.C. de nundi.vbi ꝙ perditur per decenniũ. & tenet Christoph. Por.Instit.de testa.mili.§.fin.col.pen.in fi.& Luc.de Pen.in l.j col.2.ver.nec obstat.C.ne rusti.ab vlla obse.deuo.lib.11. Ioan.Antonius de Nigris. I. V. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Notarii cameræ an debeant dare notas instrumentorum cõmissariis gratis.*

2 *Notarii cameræ aliquid extorquentes qualiter teneantur, & puniantur.*

QVOD NOTARII CAMERAE DENT commissariis suis notas instrumentorum faciendorum ad cautelam curiæ. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LII.

ITEM vt prædictorum notariorum cameræ fraudibus oĩs ꝓuisionis genere occurratur, qñ prædicti iustitiarij aliquib.cõmittunt aliqua curiæ seruitia exequenda, pro quibus aliqua expediat fieri ad cautelam curiæ instrumẽ
1 ta.† prædicti notarij tempore commissionis notas, & formas ipsorum instrorum de officialibus ipsis gratis assignent, secundùm quas ipsa debeant fieri instrumenta, vt ea non possint postmodum cauillari, & occasione cauillationis huiusmodi ab ipsis of
2 ficialibus aliquid extorqueri. ¶ † Et si quid extorserint, primò partib.restitutis extortis, & toto dãno, in quadruplum quantitatis extortę curię teneãtur.

SVMMARIVM.

1 *Animalia deputata ad centimulum an capi possunt.*

2 *Animalia habilia capi debent, quando est necesse.4.*

3 *Capientes animalia deputata ad centimulum qualiter teneantur & puniantur.*

QVOD NON CAPIANTVR ANIMALIA deputata ad centimulos. Rub.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LIII.

1 ITEM † iustitiarij & subofficiales eorum, ac stipendiarij non capiãt animalia ad cẽtimulos deputata.
2 † Sed cum est necesse, inueniãt animalia alia habilia ad vecturam &
3 loerium conueniens. † Et si cõtrafecerint restitutis animalibus cum toto damno eorum dominis, pœnæ nomine pro qualibet vice, & quolibet animali soluat curiæ vnciam auri vnam.

ADDITIO.

ITEM iustitiarij, dicit hic Barthol.de Capua, ꝙ istud cap.corrigit consti.regni omnes officiales. Sed dicas, ꝙ potius limitat, quàm corrigit, & ad ea quæ habentur in isto c. vide Matth. de Afflict.in d.constit.omnes officiales, col.2. & vide quæ dixi supra c.pridem.num.5.de bobus arato. ¶ In tex.ibi (ha-
4 bilia ad vecturam.) † Nota, ꝙ quando capiuntur animalia, debent capi illa, quæ sunt habilia ad illud exercitium vt hic, non autem inhabilia. ADDITIO noua. Quòd si sunt capta animalia pro seruitio curiæ, & illa per negligentiam ducentium sunt deteriorata, an curia teneatur ad interesse & emendam, dic ꝙ sic, vt tenet Par.in tract.findi.in verbo officialis.§.qualiter.col.2.in fi.vbi etiam ponit quòd si officialis cœpit, vel capi fecit animalia damnum dantia, debet illa pascere sumptibus domini, aliàs tenetur ad interesse, vt ibi per eum.

Io.Ant.de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Notarii cameræ an debeant ponere pro residuo in quinternis rationum.*

2 *Residui appellatione quid continetur.*

3 *Residuum an inferatur ad totum.*

4 *Reliquorum appell.an veniat pecunia exacta, vel deposita.*

5 *Residuum an dicantur duæ partes de tribus.*

6 *Confitens recepisse pro resta, an videatur confiteri recepisse totum.*

QVOD NON PONATVR PRO RESIDUO in quaternis curiæ aliqua pecunia recepta. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LIIII.

1 ITEM caueant † notarij cameræ, ꝙ in quaternis rationũ iustitiarij, quos curiæ, seu successoribus assignabunt, non ponant in residuo pecuniam, vel aliquid aliud, quod ipsi iustitiarij, vel alij de mandato eorum ab uniuersitatibus, uel singularibus personis soluentibus receperunt. Et si contrafecerint, capite puniantur.

ITEM caueant. Bene prouidet hoc c. contra notarios cameræ, non tamen formidine huius pœnę timent cõtrarium facere. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

2 ITEM caueant. † Adde, ꝙ appellatione residui continetur totũ illud, quod supererrat. l. 2. C. de hære.instit.l.vxori.in prin. cum ibi not.ff.de leg.3.& l.qui non militabat. §.fin. cum duabus ll.sequen.ff.de hære.instit.& Alex.cons.25.consideratis ver
3 bis, col.1.4.volu. † Et residuum infertur ad totum d.l.2. & ibi Pau.de Cas.& Bal.C.de hær.inst.Bar.in l.Centurio.col. antepen.vers.quæro, quid si institutione.ff.de vulg.& pup. Bald.in l.ab Anastasio.versic.Item hæc lex.est arg.C.mád.
4 † An reliquorum appellatione veniat pecunia iam exacta, vel deposita dicas, ꝙ sic.l.Offidius, & ibi Bar.in prin.ff.de
5 legat.3. ¶ † Et nunquid duæ partes de tribus dicantur residuum, vide Matth.de Afflict.in const.regni, dohanæ secre
6 ti, col.fin.in 9.notab.vbi dicit ꝙ sic. ¶ † Quæro, quid si aliquis confitetur recepisse aliquam pecuniarum quantitatem pro residuo, seu pro resta alicuius summæ, an videatur confiteri recepisse totam integram summam. Matth. de Afflic.vbi supra concludit, ꝙ sic, per multa ibi per eum allegata. ADDITIO noua. Et Ias.in l.2.col.1.ver. Item ad istum tex.C.de hær.inst.& tenet Gemi.consi. 149.

primum.

primum.in fine.& vide Iaſ.in l.ſi quidem. verſ.limita niſi.C.de tranſac.& Cor.conſ.33.viſa copia,col.5.2.vol. Io.Ant.de Nigris.I.V.Doct.

SVMMARIVM.

1 *Conestabuli Neapoli & Auerſæ an poſſint ſe intromittere in aliis, quàm de custodia nocturna ciuitatis.*
2 *Mandatum an debeat oſtendi per literas.5.*
3 *Iuſtitiarii committentes coneſtabulis extra eorum officium an puniantur.*
4 *Præfectus vigilum an habeat custodiam nocturnam.*

QVOD CONESTABVLI NEAPOLIS & Auerſæ non intromittant ſe, niſi de nocturna cuſtodia ciuitatum ipſarum, niſi ad mandatum Iuſtitiarij terræ laboris. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LV.

1 ITEM † Coneſtabuli Neapolis, & Auerſæ non intromittant ſe, niſi de cuſtodia ciuitatis nocturna tantum, vel ſi ſibi aliquid de aliquo ſpeciali negocio per iuſtitiarium terrælaboris mandaretur
2 in caſibus neceſſariis, †quod mandatum dicti coneſtabuli poſſit oſtendere per ſpeciales literas iuſtitiarij pendentes: quia eis aliter non crederetur. Et ſi contrafecerint amoti ab officio quatuor vncias auri curiæ ſoluant, & reſtituant intereſſe damnum
3 paſſis. † Et caueant iuſtitiarij, ne extra officium coneſtabuliæ committant eis aliquid niſi in caſu euidenti, & neceſſario, & nihil inhoneſtum eis committant. Et ſi iuſtitiarij ſecus fecerint, in vna libra auri, & plus aut minus ad arbitrium noſtræ curiæ teneantur.

ADDITIO.

4 ITEM Coneſtabuli. ¶In text. ibi (de cuſtodia ciuitatis nocturna.) † Similiter præfectus vigilum habet cuſtodiam nocturnã.l.1. & l.nam ſalutem.§.ſciendum.ff.de offic.præfect.vigil. ¶In
5 tex.ibi (per ſpeciales literas &c.) † Nota, ꝙ aſſerenti habere mandatum incumbit onus probandi, & debet probare mandatum,facit tex.in l.1.C.de mand.prin.& c.cum in iure.extra de offi.deleg. & ibi doct.& Bald. in l.iuriſiurandi. col.fi.C.de teſti. Io.Ant.de Nigris. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Notarius an poſſit conficere inſtrumenta, vel ſcripturas, in quibus non interfuit, & contrafaciens an puniatur.* 8.9.13.
2 *Iudex an poſſit inſtrumenta conficere, vel alia publica ſcripta, quibus non interfuit.* 8.9.
3 *Iudex non debet dare fidem notario, nec econtra, ſi non fuit præſens.*
4 *Teſtes an debeant dare fidem notario, ſi non fuerunt præſentes.*
5 *Verbum conficere, an rem perfectam ſignificet.*
6 *Inſtrumentum an valeat, ſi iudex, vel notarius in eo ſe non ſubſcribat.*
7 *Fides & credulitas an ſit danda in alterius præiudicium.* D. Io.Ant.de Nigris.
9 *Subſcribens ſe in inſtrumento, in quo non interfuit, an de falſo teneatur.*
10 *Teſtes an debeant cognoſcere contrahentes.* 14.
11 *Teſtes ſi dubitant de vera notitia contrahentium an contrahentes ſint teſtibus exhibendi.*
12 *Notarius vt poſſit aliquod authenticum ſcribere, quot requirantur.*

QVOD IVDICES, ET NOTARII non cogantur ab officialibus conficere inſtrumẽta, niſi quibus interfuerint, & quòd iudex nõ det fidem notario, & econuerſo, niſi fuerit præſens. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LVI.

1 ITEM † caueant iuſtitiarij, ſecreti, & alij officiales, quòd non compellant iudices, vel notarios ad conficienda inſtrumenta aliqua, vel apodiſſas, ſeu aliqua publica ſcripta, niſi de his, quibus interfue-
2 rint. ¶ † Et ſimiliter caueant iudices, & notarij, ꝙ non conficiant ad petitionem officialium quorumcunque inſtrumenta aliqua, vel apodiſſas, ſeu aliqua publica ſcripta, niſi de his, quibus interfue-
3 rint. † Et quòd iudex non det fidem notario, niſi
4 ipſe fuerit præſens, nec notarius iudici. & idem intelligatur de teſtibus.Et qui contrafecerint teneantur pœna falſi.

5 ITEM caueãt.¶In tex.ibi (cõficiant.) † hoc verbum rẽ perfectã ſignificat,ar.l.2.§.hęc aũt.ff. qđ quiſq; iur.& ff. ne quis eum qui in ius voc.eſt.l.1.& melius. ff.de fal.l.ſi qs
6 legatum.in princ.& l.qui falſam. † Et ſi tabellio, ſiue iudex nõ ſubſcribat ſe in inſtro,non valeret.C.de conue.fiſci debi.l.2.lib.10.& C.de apo.pub.l.2.lib.10. & vide bonũ arg. extra de reb.eccl.nõ ali.c.ſiquis presbyterorum,fortiter tñ obſtat,qđ no.gl.10.coll.de prohi.feu.alie.per Fed.in vl.gl. Et prædicta intellige in regno, ſeu in regiis notariis, ſecus in imperialibus,vt no.An.de Iſer.in conſt.regni,inſtrorum
7 robur. Seb.de Neap.¶In tex.ibi (fidẽ) † attẽde,ꝙ fides nõ eſt danda in alterius præiudiciũ.3.q.9.indicas.& not.23.q. 4.c.q̃ magnum,quia non ſolũ reus eſt & c.11.q.3.non ſolum.Vnde calumniæ genus eſt in omnibus citra credulitatẽ moueri, vt dicit Quintilianus.c.infamis in matrẽ accuſatoria,ad hoc vide,quę plenè ſcripſi de re milit. l.tribuni.
8 col.fi.lib.12.† Et ſic no.ꝙ iudex non debet dare fidem notario,nec notarius iudici,& ſic ẽt teſtes,niſi præſẽtes fuerint. Luc.de Pen.¶In tex.ibi (contrafecerint) ſ.ꝙ dederint fidẽ
9 de his,quibus non interfuerunt.† Et ſic emanauit hoc c.ad corrigendum quorundam notariorum & iudicum,ſeu teſtium conſuetudinem prauam,videlicet,ꝙ iudex dicebat notario,ponas me pro iudice in tali contractu,in quo præſens nõ interueniebat, dando fidẽ notario de celebratione ꝯtus,& ſic cum ſubſcribebat ſe poſtea in inſtrumẽto interfuiſſe,falſum ſcribebat,& ꝓpea tenetur pœna falſi,vt hic. Idem de teſte & notario,qui iudici fidem dare non debet,
10 vt hic:cum ſit eadem ratio.† Item debent teſtes cognoſcere ꝯhentes,vt in auth.de iud.§.j.& in auth.de inſtr.caute.§.
11 ſiquis igitur. † Et ſi teſtes dubitarent de vera notitia ꝯhentium, tunc contrahentes ſunt teſtibus exhibendi, vt extra de teſti.c.cum cauſam.lo 2.in glo. Nic.de Neap.

ADDITIO.

ITEM caueant. In quantum ſupra dictum eſt, quòd notarius, ſeu tabellio non debet dare fidem iudici,nec ſcribere inſtrumentum,niſi in quo interfuit. ADDITIO noua.Et dicit

Matt.de Affl.in const.regni,instrumentorum robur. col.5. in prin.in 5.q.per istum tex.ꝙ si notarius facit rogitum sine iudice ad contractus, demum quando reassumpsit instrumentum,apposuit nomen iudicis,qui erat solitus inter uenire pro iudice in contractibus,quos ipse faciebat, & dictus iudex habens fidem notario se subscripsit in eo,& interrogatus ad instantiam partis a iudice dicit,ꝙ non recordatur de tali contractu,sed habet fidem notario,& se subscripsit, tenetur pena falsi per istum tex. quia in eo re vera non interfuit. Et dicit Ant.Capi.deci.29.in causa.versus fi. ꝙ iudex non debet dare fidem notario,nisi ipse fuerit praesens,nec notarius iudici per istũ text. Et ibi hoc inducit ad quaestionem,an testis,qui dicit se non recordari,compellatur se subscribere in instrumento, vide ibi per eum. vbi videtur concludere, ꝙ si ille solus testis superuiuat, & dicit ꝙ non interfuit,vel non recordatur,non cogitur se subscribere. Et vide Cor.cons.191.licet.1.volu. vbi tenet,ꝙ notarius,qui fecit aliquam scripturam priuatam ad instantiam alicuius,a quo non fuit rogatus,non compellitur de ea fa-
12 cere publicum instrumentum. Adde † ꝙ notarius ad hoc, vt possit aliquid authenticum scribere,& si nolit,possit cogi,requiruntur plura.s.facti commissio, rei cognitio, iuris permissio, & testium rogatorum praesentia, vt dicit Io.An. in addit.Spe.in ti.de instr.edi.in rub.col.2.in fi.& notarius, seu tabellio id, quod in publicam scripturam deducit, nõ ex narratione testium,vel visione instrumentorum,sed scire debet per se, sicut testis, vt interrogatus sciat respondere,& propriis auribus debet audire,vt dicit Io.And.vbi supra,& quae debet seruare notarius,vide late Pet.de Boacteriis in suo libro de arte notariae.in secunda & tertia carta.
13 ¶Circa aliud,quod supra tangitur,†ꝙ notarius sine iudice non debet conficere instrumenta per const.regni instrumẽtorum robur. vbi probatur, ꝙ iudex debet se subscribere in instrumento,vt ibi latius per doct.Adde,ꝙ idem Seb.de Neap.in consue.Neap.quae incipit,testamentum.in glo.siue per eius discipulum,vers.item quia.dicit,ꝙ notarius sine iudice ad contractus conficit instrumenta, vt ibi per eum. Sed pro concordia dicas, ꝙ in regno requiritur subscriptio iudicis inter laicos,per d.constit.instrumentorum robur.& ibi And.de Iser.Sed extra regnum,& de iure communi,& in notariis Imperialibus non requiritur subscriptio iudicis,vt per And.& Matth.in d.const. instrumentorũ robur. ADDITIO noua. Et ad materiam adde, ꝙ scriptura facta per actorum notarium absque iudicis praesentia non valebit,nec nomen,aut vim, vel efficaciã actorum habebit,vt dicit Lucas de Penna in l.2.col.2.in fi.ver. ita nec.C.de iure fi.lib.10.Et ibi etiam in fine subdit,quòd acta, quae sunt facta per iudicem in praesentia notarij, illa scribi debent per tabellionem & non alium,etiam si iudex mandauerit,& si aliter fecerit tam notarius, q̃ scribit acta, in quibus non interfuit,quàm iudex, qui mandat illa scribi,omnes poena falsi tenentur,vt ibi per eum. ¶Circa illã
14 quaestionem,†ꝙ testes debeant cognoscere contrahentes, vide Io.And.in addi.Spe.in rub.de instr.edi.col.pe.in prin. Bar.in l.fi.in prin.&ibi Alexan.col.4.C.de iure delib.& ibi per alios. Salyc.in l.3.col.2.in princ.ff.de testi.& ibi per alios,cum concord.in dictis locis. Io.Ant.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Magistri passuum, magistri massarii, magistri aratiarũ, magistri forestarum, & prouisores castrorum infra quantum tempus debent significare curiae eorum subofficiales.*

2 *Substituti subofficiales an debeant designari conuenientes, & idonei ad officium.*

3 *Substituti subofficiales an possint amoueri, uel mutari sine causa.*

Impedimentum substituti an debet incontinenti nunciari superiori, ibid.

4 *Substitutus subofficialis si moritur, quis debet administrare, donec de alio prouidebitur.*

QVOD VNVSQVISQVE SVBSCRIptorum officialium significet curiae infra certum terminum subofficiales sufficientes ad officium, qđ eorum cuilibet committitur exercendũ. Rub.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LVII.

1 ITEM † Magistri passuum, magistri massarij, magistri aratiarum, & magistri forestarum,& prouisores castrorum, in ingressu officij eorum infra quindecim dies, si sit citra farum,& si vltra farum infra mensem nominent, & significent curiae subofficiales, prout ad cuiuslibet eorum spectat offi-
2 cium † oportunos designando per eorum numerum & personas, qui scilicet sint conuenientes, & idonei ad officium,quod eis committitur exercendum, de quibus nominati,& significati sub sigillo
3 eorum vestrum eis beneplacitum rescribatur. † Et ex tunc caueant sub poena medię librę auri, ne aliquem de ipsis ordinatis amoueant, vel commutẽt. Et si forte postmodum ex causa infirmitatis, seu mortis, vel alterius iusti impedimenti, aliqui de ipsis statutis nequeant commissa sibi officia exercere, incontinenti, siue mora significent nobis nomen impediti, & causam impedimenti, & vt nominent alium, vel alios loco impediti, seu impeditorum, qui sint idonei ad ipsum officium exercendum, &
4 rescribatur eis sub supradicta forma: † tamen in casu mortis tantum illum, quẽ nominauerit interim faciant administrare,donec nos eis mandauerimus super hoc nostrae beneplacitum voluntatis.

SVMMARIVM.

1 *Seruientes quot deputari debeant in quolibet iustitiariatu.*

2 *Custodire captiuos & carceratos quis teneantur.*

Salarium a quo solui debet deputatis ad custodiam, ibid. 5.

3 *Seruientes deputari an occasione custodiae captiuorum aliquam molestiam hominibus inferre debeant.*

Carceratus ducendus ad curiã regiam per quẽ duci debeat.

QVOD IN QVOLIBET IVSTITIAriο regni deputentur certi seruientes ad expensas curiae pro custodienda captiuorum nullis aliis exinde compellendis. Rub.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LVIII.

PROVISVM est pro meliori, & salubriori cõsilio aliàs custodia captiuorum, & quòd homines regni, & cuiuslibet officiales sicut hactenus in eorum custodia non grauentur pręcipuè pauperes, quos ex permissis, & onus huiusmodi attingebat.
1 ¶ † Quòd in quolibet iustitiariatu regni debeat depu-

deputati p iustitiariū seruiētes ī numero infrascripto. Aprucii seruientes quindecim, in iustitiariatu Terræ Laboris quindecim, & in quolibet alio iustitiariatu regni seruientes decem, qui seruientes mo
2 rentur continuè cum iustitiario regionum.† Et ad captiuorum custodiam deputentur, & a curia sala
3 rium habeant, prout erit per curiā taxatum. ¶† Et prædicti seruientes occasione ipsius custodię captiuorum nullam hominibus, in personis, rebus, vel animalibus eorum inferant molestiam, vel grauamen.
4 ¶† Et quando captiuus aliquis esset ad nostrā curiam transmittendus de loco ad locum, vniuersitates locorum, seu personę singulares propterea non grauentur. Sed aliqui de ipsis seruientibus ad captiuorum custodiam deputati iuxta prouisionē iustitiarii ducant, & transferant sub ipsorum custodia captiuos eosdem. Et si contrafecerint nostro arbitrio puniantur.

ADDITIO.

5 PROVISVM. † Ad materiam huius ca.4. per quos debent custodiri carcerati, & cuius expensis, vide quę dixi supra capi.23. grauamina. numero 45. cum sequen. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas pro homicidio clandestino qualiter puniatur.*

DE OBSERVANDA POENA MORTIS clandestinę edita per quondam Federicum olim Romanorum Imperatorem. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LIX.

1 STATVIMVS. † Vt constitutio quondā Federici olim Imperatoris, quæ pro quolibet Christiano inuento clandestinè occiso pœnam centum augustalium. Et pro iudeo, vel saraceno quolibet, quinquaginta vniuersitatibus infligebat in suis finibus perseueret. Constitutione nostra super augumēto prędictę pœnę edita in posterum quiescente foculariorum distinctione soluta.

ADDITIO.

STATVIMVS. Ad materiam huius c. vide in constitu. regni, si damna clandestina, vbi latè per Andr. & Matth. de Affli. & supra cap.26. clandestinis, & quæ ibi latè dixi. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officium secretiæ, an debeat vendi cum licitatione, & subhastatione.*
2 *Officium secretiæ ad credentiam an committatur idoneis.*
3 *Credenterii secretiæ de quibus respondere teneantur.*
4 *Secreti, gabelloti, & credentiarii an debeant vendere, vel ad credentiam concedere licitatione, & subhastatione interueniente. 12.*
5 *Secreti, & credenterii non seruantes, quæ debent, an & qualiter puniantur.*
6 *Officium secretiæ per quos vendi debet.*
7 *Officium secretiæ per quos detur ad credentiam.*
8 *Officium secreti an sit in prouincia Calabriæ.*
Officium secreti an differat a magistro camerario, ibidem.
9 *Secretus an possit vendere bona vacantia.*
10 *Secreti an debeant ponere sub officiales idoneos.*
Secreti an aliquid possint recipere pro commissionibus, sigillo, vel aliis cautelis, ibidem.
12 *Secreti an possint inquirere de demaniis, morticiis, & excadentiis.*
13 *Secreti an possint incurrere super falsitate, ponderum, & mensurarum, & an possint illas auferre.*
14 *Secreti an cognoscant contra fiscum de rebus mobilibus, & modicis stabilibus.*
15 *Secreti de quibus cognoscere possunt.*
16 *Appellari an debeat a sententia baiuli ad secretum in terris demanii.*
17 *Appellari an liceat a secreto ad iustitiarium.*
18 *Appellari an debeat a sententia baiuli ad baronem, vel ad secretum.*
19 *Assisiam ponere an debeat secretus cum consilio baiulorum.*
20 *Officium secreti an sit cognoscere de thesauris inuentis, de naufragiis, & de bonis morientis sine hærede.*
Bonorum tertia pars decedentis sine hærede an detur pro anima defuncti, & reliquum applicetur fisco, ibidem.
21 *Fiscus an præferatur vxori in bonis mariti decedentis sine hærede.*

DE OFFICIO SECRETIÆ. Rubrica.

QVOD SECRETIA COMMITTATVR eam emere volentibus, plus inde offerentibus, vel si ad credentiam committatur viris idoneis, & nihil vltra meros prouentus a subofficialibus exigatur.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LX.

1 IN primis † officia secretiæ vendātur emere volentibus licitatione, & subhastatione prēmissa, precio quo conuenire cum curia poterunt ampliori,
2 † vel si contingat ipsa ad credentiam committi, viris idoneis sufficientibus, & fidelibus committantur.
3 ¶ † Et credenterii de meris, & puris iuribus, & redditibus tantum secundùm quod anno quolibet prouentus prouenerint, teneantur nostrę curię
4 respondere. ¶ † Et ipsi secreti, gabelloti, vel credēterii simili modo gabellas, & iura secretię vendāt, vel concedant ad credentiam. Et nihil vltra meros prouentus, & reditus a subofficialib. eorū exigant,
5 quibus ipsa concedent vel vendent.† Et si contrafecerit in nonuplum curiæ condemnentur.

6 IN Primis.† Sed quæro, per quos vendetur? Dic per magistros rationales, quando non est comes camerarius, si est comes camerarius in regno, tunc ipse vendit cum consilio magistrorum rationalium, & sic seruatur de Ritu Cu
7 riæ.† Eodem modo fiet etiam de credentia, & hoc est vnū c. inter cætera, quæ continentur in officio comitis camerarii. Et

rii. Et nota formam vendendi officia secretiæ & gabellarum, & per credentiam exigi non debet, nisi meri prouentus & redditus. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

8 IN Primis. Addet ꝙ officium secreti est in prouincia Calabriæ, & est sicut Procurator Cæsaris, seu quęstorũ magister, & differt ab officio magistri camerarii, & vbi est vnũ officiũ, nõ est aliud: quia omnes sunt procuratores regis, vt tenet Matt. de Affl. in rub. cons. reg. præsenti lege, de officio
9 secreti. † Et secretus dicitur administrator regis cum libera: quia potest vendere bona vacantia fisco deuoluta, vt in consti. regni Dohanæ secreti, & ibi Matth. de Affl. in vltima
10 col. in decimo nota. † Et secreti quando ordinant subofficiales debent illos idoneos ordinare, vt infra c. 62. Itẽ prædicti. † Item secreti, & alii officiales nec eorum notarii, nihil debent recipere pro commissionibus, pactis, apodissis, & aliis cautelis, quas faciunt, nec pro sigillo, vt infra c. 63.
11 Item prædicti officiales. † Item debent vendere gabellas emere volentibus facta prius licitatione, vt isto ca. nostro.
12 † nec debent se intromittere, & inquirere de demaniis, morticiis, & excadentiis, vel occupatis, nisi quando viderint magistros procuratores & portulanos esse negligen-
13 tes, infra c. 64. Itẽ cũ inquirere. † Itẽ possunt inquirere super falsitate ponderũ & mẽsurarũ, nõ tñ possunt auferre, nec auferri facere cannas, rotulos, & alia põdera & mensu
14 ras, vt infra c. 65. item prædicti secreti. † Itẽ secreti cognoscunt contra fiscũ de debitis, & rebus mobilibus, & etiam de stabilibus modicis, vt puta de vna domo vel vinea, & simili, quã abstulisset fiscus, de quo vide in consti. causas per
15 magistros, & ibi And. de Iser. & Matth. de Affli. † Similiter ẽt secreti habẽt cognitionẽ causarũ ciuiliũ pręterquã de feudis. Primò ad requisitionem baiulorũ. Secundò in defectũ ipsorũ posset cognoscere & diffinire. Itẽ cognoscũt de
16 causis, quæ sunt inter baiulos & gabellotos. † Tertiò in causa appellationis, qñ a sentẽtia baiulorũ & iudicũ appellatur in terris demanialibus. Quartò si est quæstio inter ba-
17 iulos & priuatos, ipse secretus cognoscit. † Et si appellatur a secreto non ad iustitiarium sed ad regem appellatur, ad prædicta vide in const. regni officiorũ, & ibi gl. Ande Iser. & Matth. de Affli. & And. de Iser. in reperto. consti. in ver-
18 bo secreti. † An autẽ a sentẽtiis baiulorũ baronis appellatur ad baronẽ, vel ad secretũ, vel ad magnã curiã, vide glo. And. de Iser. & Matth. de Affli. in d. consti. officiorũ. col. fi.
19 † An aũt secreti cũ ꝯsilio baiulorũ possint ponere assisias, vide in consti. magistri cameralis, quæ sequitur post con-
20 stri. officiorũ. & ibi per doct. † Ad officiũ ẽt secreti spectat cognoscere de thesauris inuentis, de naufragiis. Et cum quis sine hærede moritur, & bona sua fisco applicantur data tertia parte pro anima: vt in const. dohanæ secreti, & ibi Matth. de Affli. in vlti. col. & in consti. præsenti, & ad illud, quod debet dare tertiã pro anima defuncti, cõcordat tex. in c. a nobis, el 2. in finalibus verbis, & ibi Fel. extra de
21 sen. excõ. cũ concor. in d. locis. † An autẽ fiscus præferatur vxori, vide glo. And. de Iser. & alios in d. consti. & in l. 1. & ibi per doctores, C. vnde vir vxor.

Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Gabella salis, & alia iura Regiæ curiæ an debeant vendi cum licitatione.*

DE OBSERVANDA SIMILI FORMA in gabella salis. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXI.

1 ITEM † In eadem forma sub interminatione similis pœnæ obseruetur de gabella salis, demaniorum, & aliorum iurium, quæ per magistros procuratores portulanos & quoscunque alios officiales, vel subofficiales procurentur & exerceantur,

ADDITIO.

ITEM in eadem. Nota, ꝙ gabella salis, demaniorum, & aliorum iuriũ Regiæ curiæ debet vendi, vel dari ad credentiam, sicut dictum est super c. proximo pręcedenti.

Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Substituti officiales secretorum portulanorum & aliorum an debent esse idonei.*
2 *Substituens officialem an teneatur de eius insufficientia. 3.*
4 *Officialis mittens alios per comitatum, si committunt illicitum, an ipse teneatur.*

DE ORDINANDIS SVBOFFICIALIBUS idoneis & sufficientibus. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXII.

1 ITEM † Prædicti secreti, magistri procuratores, & portulani, magistri salis, & magistri massarii ordinent & constituant commissarios, & subofficiales habiles & idoneos, & conuenientes ad commissa sibi seruitia, sub pęna & forma supra in iustitiariis officialibus & commissariis ordina-
2 tis. † Et additio, quòd de insufficientia suorum officialium curiæ teneantur cum modo & forma hactenus obseruata.

ADDITIO.

3 ITEM Prædicti. ¶ In text. ibi (de insufficientia &c.) † Nota, quòd substituens officialem loco sui tenetur de insufficientia substituti, ad idẽ facit tex. in l. 1. C. de exa. & exe. lib. 12. & ibi Bar. & tex. in l. 1. in prin. ff. de exercito. actio. faciunt, quæ dicit Par. in tra. feud. in verbo familiaris. §. an ex eo. col. 3. in prin.
4 versi. si potestas, vbi dicit † ꝙ si potestas mittit officiales per comitatum, si illi committũt illicitũ, tenetur potestas de gestis per eos, vt ibi per eum.

Ioan. Anto. de Nigris I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Secreti, magistri portulani & alii, an possint aliquid recipere pro commissionibus, pactis, vel aliis scripturis, vel pro sigillo.*
2 *Notarii secretorum & aliorum an possint aliquid recipere pro scripturis.*

QVOD NIHIL EXIGATVR PRO SIgillo, vel scriptura pactorum & aliarum cautelarum, quas officiales faciunt, & fieri faciunt. Rub.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXIII.

1 ITEM † Prędicti officiales in superiore proximo capitulo contenti pro commissionibus, pactis, apodissis, & aliis cau-
2 telis, quas faciunt & fieri faciunt tam ipsi, † quàm notarii ipsorum, nihil pro sigillo, vel scriptura recipiant

piant sub pœna in simili capitulo supra in officio iustitiarii comprehensa. Et hoc intelligitur de omnibus aliis officialibus, & subofficialibus.

ADDITIO.

ITEM prædicti. Vide supra cap. 53. quod quaterni, & quæ ibi dixi, & supra cap. 50. in primis, & ibi dixi.
Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Secreti an possint inquirere de demaniis, morticiis & excadentiis. 3.*
Processus factus a secreto super demaniis & excadentiis, & morticiis an sit nullus. ibidem.
2 *Secretus inquirens in casibus non permissis qualiter puniatur. 5.*
4 *Excadentialia morticia bona quæ dicantur.*

QVOD SECRETI NON INTROMITTANT se inquirere de demaniis morticiis & excadentiis, sed magistri portulani & procuratores. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXIIII.

1 ITEM † cum inquirere de demaniis morticiis, & excadentiis sit propriè & proprium officium magistri procuratoris, & portulani, prędicti secreti super inquirendo de his se nullatenus intromittant ratione officii secretię, nisi de speciali mandato nostro, & si se intromiserint, inquisitio & pro
2 cessus ipso iure non teneat. † & pro qualibet inquisitione in qualibet terra facta libram auri vnã fisco componant. saluo si nos ipsam puniri voluerimus de persona. pecuniaria pœna remissa, saluo eo etiã quòd si viderint dictos procuratores in prædictis, seu aliquo prædictorum negligentes, possint, & nobis debeant nunciare.

ADDITIO.

3 ITEM cum inquirere. † Nota, ꝗ secreti nõ debent inquirere de demaniis, morticiis, & excadentiis, & processus aliter factus non valet, nisi de speciali mãdato regis inquiratur, & nisi data negligentia procuratorum & portulanorum, quo casu
4 tenentur etiam nunciare regi. † Quæ autem dicantur bona excadentialia & morticia, dicas, quòd sunt bona vacantia, vel quæ per mortem vacant, vel deficiente legitimo successore, vt dicit Par. in trac. de reintegra. feu. capi. & circa concessionem. in fin. in rubr. qui barones locant excadentias. car. 15. & Matth. in constitutio. inter multas. col. 2. in fin. & colum. finali. Et dicuntur etiam excadentiæ illa bona particularia feudi, de quibus anno quolibet præstatur redditus in pecunia, vel in gallinis, quæ possunt locari per barones sub solito seruitio, vt dicit idem Pari. in d. trac. capitu. & aduertendum, sub rubrica de bonis reddititiis
5 feudorum. car. 14. ¶ † Secundò nota, qualiter secretus puniatur, quando inquirit dictis casibus sibi non permissis. Et ad materiam huius c. vide etiam Matth. de Affli. in consti. regni, inter multas, colum. fi. in 12. notabili.
Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Pondera & mensuras an generaliter possit auferre secretus 12.*
2 *Inquiri an possit ex officio de ponderibus & mensuris falsis. 7.*
3 *Mensuras & pondera capiens sine causa an puniatur.*
4 *Mensuræ si pro certo non fuerint repertæ falsæ, an debeant gratis restitui. 17.*
5 *Iuramentum cui præstari debeat, quando non potest probari, quòd secretus aliquid indebitè recepit pro ponderibus & mensuris. 18.*
6 *Inquirere an possint rationales regiæ siclæ de falsis ponderibus & mensuris. 15.*
8 *Pœna de falsis ponderibus & mensuris an applicetur curiæ baiulorum, vel alii. 14.*
9 *Inquirere an possit iustitiarius de falsis ponderibus & mensuris.*
Secreti an habeant merum imperium, ibidem.
Delicta non debent remanere impunita, ibidem.
10 *Falsa pondera & mensuras habens an excusetur prætextu ignorantiæ.*
11 *Intellectus huius capituli. Item prædicti secreti.*
13 *Pœnæ diuersæ sunt statutæ super falsis ponderibus & mensuris.*
14 *Inquirere quis possit de falsis ponderibus, & mensuris. 2. 6. 9. 15.*
Baiuli an possint exigere pœnam de falsis ponderibus, & mensuris, ibidem.
16 *Rationales Regiæ siclæ an habeant merum & mixtum imperium, & inquirere possint priuatiuè de falsis ponderibus & mensuris.*

QVOD CANNÆ, ROTVLI, ET ALIA pondera & mensuræ non auferantur per terras, sed super falsitate ipsorum solenniter inquiratur. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXV.

1 ITEM † Prædicti secreti non auferant generaliter per terras cãnas, rotulos, & alia pondera, & mensuras, nec auferri faciãt,
2 † Sed super ipsorum falsitate inquirant ex eorum officio, vel ad delationem, seu accusationem alicuius ad pęnã secundùm iura procedant, & ab illis auferant tantũ ea, quos per inquisitionẽ inuenerint
3 notabiles, vel suspectos. ¶ † Et si contrafecerint, ad viginti augustales auri pro vice qualibet curię te-
4 neantur. † Et nisi pro certo falsas mensuras repererint, ipsas gratis, & sine difficultate restituant, & nihil propterea recipiant sub pœna prædicta, restitu-
5 to damno parti læsę. † Et si probari non possit eum exinde aliquid recepisse cõtra prohibitionem prędictam, pręstetur sacramentum vel ab eo qui dicit se soluisse, vel ab eo qui dicitur recipisse secundũ formam in c. de aliis officialibus.

ITEM prædicti. Attende: quia de his, quæ littera po-
6 nit, & de contentis in præsenti capitulo † inquirunt etiã magistri rationales secundũ Ritum Curiæ, & ex certis cõ-
7 missionibus eis factis. ¶ In tex. ibi (inquirant.) † Nota casum, in quo proceditur ex officio nullo denunciatore apparen-

8 parente.¶ In tex.ibi (ad pœnam.) †Quæ quidem pœna venit applicanda curię baiulorũ,vt nota. And.de Iser.in con
9 sti.de ponderi l.ad legitima pōdera.† Quęro,an per hoc c. intelligantur prohibiti iustitiarii cōtra delinquentes huiusmodi inquirere,& eos pœna dictæ consti.vel alia pęna antiqua punire.Dic ꝙ non,cũ secreti merũ imperiũ non habeant,vnde si iustitiarii,vel alii præsides talē inquisitionem facere non possent,iã quodāmodo tale maleficiũ remaneret irrationabiliter impunitũ, quod dicēdũ nō est l. ita vulneratus,ad fi.ff.ad leg.aqui.ff.depo.l.bona fides , & ff.de fideiuss.l.si a reo.§.fi.& ꝙ plenè notatur.C.de anno.& trib.l. omnes,in verbo raptorũ.Hoc enim crimē satis est abhomi
10 nabile Deo. † Ita ꝙ habens solum illegitima pondera & mensuras prætextu ignorantiæ nō excusatur. ff. loca. l. sed addes.§.1.de quo etiã habetur.ff.de dolo.l.arbitrio.§.de eo. in glo.magna hæc & alia de his vide.C.de suscep.præpo.& Archa.l.modios.in glo.magna,lib.10. Pręterea licet statuatur hic,ꝙ secreti inquirant,nō tñ alios inquirere prohibet,
11 arg. eius, quod nota. C. de colla.aucten.quod locũ.† Hoc enim c.statutũ est contra secretos,qui nō discusso de crimine auferebant cannas,& mensuras,quare iubet,vt nō auferantur, sed inquirant & delinquentes puniant , quæ forte erat super his in statutis aliis consti:uta, & ad materiã vide in consti. ad officiũ baiulorũ , in consti. legitima pondera. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

12 ITEM prædicti. ¶ In tex.ibi (non auferant &c.) † Nota,ꝙ inquirentes super ponderibus & mensuris nō debent generaliter auferre cannas,rotulos, & alia pondera & mensuras, nisi solum ab eis,quos inuenerint notatos & suspectos,aliàs contrafaciētes puniuntur,vt hic. ¶ In tex. ibi (ad pœnã secundũ iura
13 procedant.)† Est sciendum,ꝙ circa falsa pondera & falsas mensuras multa iura habemus.quæ diuersas pœnas imponunt: quia de iure fforum venditor,vel emptor,qui mēsuras publicè probatas frumēti,vini, vel cuiuslibet rei corruperit, vel falsauerit,vel dolo malo fraudē fecerit , tenetur ad duplum, & relegatur in insulam l.pen.§. si venditor.ff. ad leg.Cor.de fal.& l.annonã.§.fi.ff. de extraordi. crimi.& alibi dicit,ꝙ extraordinariè punitur l.in dardanarios.ff.de pęni.& vide in l.arbitrio.§.de eo.vbi est bona gl.ff.de dolo. & Bal.in l.Imperatores.ff.de contrah.emp.& vide l.si quis vxori.§. si maiora. ff. de fur. & facit l. Paulus respondet,& quod ibi habetur.ff.de verb.sig.vbi ēt dicitur, ꝙ falsus modius nō dr̃ modius,& ad prædicta de pęna,quę imponitur propter falsas mensuras,vide Luc.de Pen.in l.modios.col. 2.C.de suscep.præpo.& Archa.lib.10.vbi dicit similiter de pęna relegationis.Postea per cōsti. regni ad legitima pōdera factã a Federico Imperatore imponitur pęna vnius libræ auri pro prima vice,quam si soluere nō poterit, fustigetur,& illa mensura falsa ad collum eius apponatur.Et si secundò in simili delicto fuerit apprehensus , amputetur ei manus,& si tertiò iterauerit suspendatur , vt ibi dicitur in tex.& ibi Matth.de Affli.Et talis pœna nō applicatur baiulo,vt dicit ibi Matth.in vlti.col.& in consti.ad officiũ ba-
14 iulorum.† Similiter etiã quis poterat cognoscere,& de iure communi poterat cognoscere ordinarius iudex pro pœna corporali imponenda, vt tenet hic Seb. quia aliàs pęna corporalis fuisset elusoria.Item poterat cognoscere defensor ciuitatis l. iubemus. C. de defen.ciui. & hoc intellige, qñ tractabatur de pęna pecuniaria,de qua poterat cognoscere defensor ciuitatis. De iure verò constitutionum, est cōstitutio,quæ incipit, ad officiũ baiulorũ, edita per Regē Guil.vbi dicitur,ꝙ pęna exigenda ab illis, qui vendunt cũ falsis ponderibus & mensuris pertinet ad baiulum , & ita etiam tenet And.de Iser.in d.consti. ad legitima pondera. Sed postea superuenit d. constitutio ad legitima pondera, & dicit, ꝙ pœna fisco applicatur, & sic non baiulo , quia baiulus talē pœnam imponere nō potest: vt ibi per Matthe.de Affli.in vlti. col.& idē Matth. in d.consti.ad officiũ. col.2. superuenit postea istud ca. regni, quo cauetur, ꝙ inquisitio de falsitate rotulorum,ponderum, cannarũ,& mēsurarũ , spectat ad officium secreti , & ad pęnam secundũ
15 iura procedat,vt in hoc tex.† Hodie verò in Ciuitate Neapolis de istis fraudibus cognoscunt magistri rationales Regiæ siclæ,& ad eos spectat punire,vt dicit Matth.de Affli.in d.consti.ad officiũ.col.2.in prin.& in d.consti.ad legitima
16 pondera.col.fi.†Quia dicti magistri rationales Regiæ siclę habent ex priuilegio merum & mixtũ imperiũ , vt ibi per eũ,& isti rationales mittũt cōmmissarios per totum regnũ super falsis ponderibus & mensuris, non tamē puto, ꝙ dicti magistri rationales habeant iurisdictionē priuatiuè sed cumulatiuè cum aliis ordinariis, nisi aliud haberent ex priuilegio per ea,quæ habentur in c.pastoralis.vbi late per D. Fely.extra de offi.ordi.vbi plenè discutit,an & quando priuatiuè , vel cumulatiuè dicatur habere iurisdictionem , & aliquid per Matth.de Affli.in consti.regni statuimus.in 11. nota.& in consti.iustitiarii nomen.nu.31.cũ concor.in dictis locis,& tenet hic Seb. de Neapoli in vltima quæstione.

ADDITIO noua. Hodie verò an possit procedi ex officio,vide in ca.vt delatas.infra 235. & quæ ibi dixi & in c.ab illo incohandum 140.& quæ ibi dixi . Et multas alias quæstiones ad hanc materiam vide per Luc. de Pen.in d.l. modios.C.de suscep.præpo.Arch.lib.10. Matth.de Afflic. in d.consti.ad officiorũ,& in d.const.ad legitima pondera,& ibi And.de Iser.¶ In tex.ibi in versi. (& nisi pro certo &c.)
17 † Nota,ꝙ inquirens de falsitate ponderũ & mensurarum si non inuenit pro certo mensuras falsas,debet illas gratis restituere & sine difficultate. ¶ In tex. ibi (in versi.& si pro-
18 bari &c.) † Nota, ꝙ quando nō potest probari , si secretus aliquid recepit, defertur iurm vel ei,q dicit se soluisse, vel ei,q dr̃ recepisse.¶In fi.tex.ibi in c.de aliis officialib.loquit d.c.Itē ꝙ in omni. supra. nu.46.in rub. ꝙ stetur sacramēto officialis &c. & vide quæ ibi dixi. ADDITIO noua. Quæro iuxta materiam habens falsa pondera, vel mensuras falsas punitur,vt in isto c.& in consti.regni ad legitima pondera. Pone,ꝙ aliquis,puta venditor carnium tenet pondera maiora,seu maioris ponderis,an puniatur,si solũ vendit,& non emit cum illis ponderibus.Bal.consi.155.quæritur.primo volu. dicit, ꝙ de pluri non tenetur, tamen debet inquiri veritas,ne fiat fraus,& debet deferri sacramentum venditori,& inquirere si est bonæ famæ , & si solũ vēdit,& non emit cum illis ponderib. & mensuris , vt ibi per eum.

Io.Anto.de Nigris de Ciuitate Campaniæ I.V.Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Portulani inquirentes super demaniis,morticiis, & excadentiis , an possint capere possessionem , an verò inquisitionem ad regiam curiam mittere.9.*

2 *Magistri procuratores , & portulani destituentes aliquem possessione occasione inquisitionis de morticiis , demaniis & excadentiis qualiter puniantur.*

3 *Morticia & excadentiæ , quæ de nouo obueniunt curiæ an statim possint capi, & ad curiam reuocari.*

4 *Thesaurus, super inuentione thesauri , quæ forma sit seruanda.15.*

5 *Thesaurum inueniens an possit de persona capi sine speciali mandato regio.13.16.*

6 *Tormenta inferri an possint inuentori thesauri sine mandato.*

7 *Processus formatus super inuentione thesauri an debeat ad regiam curiam transmitti.*

8 *Thesauros deferens,seu accusans an debeat iurare, ꝙ malitiosè non procedit. 18.*

10 *Custodia diligens carcerati quando dicatur.*

11 *Custodire debens diligenter an possit ligare carceratum.*

Rex

11 *Rex mandans aliquem curialiter custodiri, si carceratus aufugit, an officialis teneatur. 20.*
14 *Titulum possessionis ostendere an quis cogatur.*
19 *Thesaurus inuentus cuius debet esse.*

QVOD NON PROCEDATVR AD DEstitutionem rei burgensaticæ, vel feudalis occasione inquisitionum factarum super demaniis, morticiis, & excadentiis. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXVI.

1 PRÆDICTI † Magistri procuratores & portulani, occasione inquisitionum, quas tempore eorum officii per se, & non per alios faciant, super demaniis, morticiis, & excadentiis, ad destitutionem possessionis rei burgensaticæ, vel feudalis, secūdùm formam iuris antiqui, aliquatenus non procedant. Sed inquisitiones ipsas fideliter factas ad curiam mittant, & secundùm dandum eis a nobis responsum, super ipsorum inquisitione pro-
2 cedant. ¶ † Et si contrafecerint, restitutis primò possessionibus destitutis cum fructibus, & obuentionibus medio tempore inde perceptis, & alio omni damno parti læsæ, centum augustalium pęnā
3 curiæ persoluant. ¶ † Præterquam in morticiis & excadentiis, quæ de nouo tempore eorum officii ad manus curiæ deuoluuntur, quas statim debeāt,
4 & possint ad manus curiæ reuocare. † Eadem forma seruata sub simili pęna in inquisitionibus the-
5 saurorum. † Eo verumtamen addito, vt ad captionem personarū, quæ dicuntur ipsum inuenisse thesaurum sine speciali mandato nostro aliquatenus nō procedant, nisi de thesauro inuento constaret, vel verisimilibus iudiciis appareret, quo casu capiant eum & diligenter custodiant bono modo, ita ꝗ non possit fugere, nec sit de eo aliquatenus
6 dubitandum. † Nec ad tormenta, vel aliud contra
7 eum procedant sine speciali mandato nostro. † Et statim significent nobis totum processum, & quicquid inde inuentum est, ita ꝗ infra triduum ad tardius faciant descendere nuncium suum, cum literis suis super præmissis assignandis nobis. ¶ Significaturi nobis omnes pręsumptiones, cum toto pro-
8 cessu. † Et delaturum thesauros non audiant, nisi præstito sacramento quòd malitiosè non procedit. Sed in rei veritate ita est, vel saltim ita credit esse. Et nihilominus informationem totius negocii recipiant ab eodem.

PRAEDICTI magistri procuratores. De inquisitionibus forestarum vide in capitulis editis in planicie S. Martini Regni Anno 18. c. Item statuimus ꝗ ad hoc. numero 136. & vide in capitulis Caroli Secundi Anno Regni sexto, de antiquis forestis c. ille quidem. nume. 191. Et
9 nota ex isto text. † ꝗ magistri portulani morticia & excadentias, seu eorum possessionem capere non possunt, nec priuare tenentes nisi prius facta informatione curiæ secūdùm formam huius ca. Secus de morticiis & excadentiis, quæ tunc peruenerunt tempore, quo ipsi sunt officiales: quia illarum possessionem statim capere possunt, vt hic
10 habes. ¶ In tex. ibi (diligenter custodiant.) † Nota, ꝗ diligens custodia dicitur illa, quando custoditus nō potest fu-
11 gere, nec de eo aliquatenus dubitari. † Et ex hoc habes, ꝗ quando mandatur alicui officiali, vt aliquem diligēter custodiat, potest eum ligare, vt habes tex. iuncta glo. in l. 2. ff.
12 de fer. fug. quod est bene notandum. † Pone, ꝗ Rex mandat officiali aliquem curialiter custodiri, modo officialis credens custodiendum esse hominē integræ opinionis & famæ, officialis eum curialiter detinebat, an si ille fugit teneatur officialis. Dic ꝗ nō, vt habes casum secūdùm Ang. de Peru. in l. si a bonęfidei. ff. de rei vend. vbi vide nota. per
13 eum. ¶ In tex. ibi (ad captionem personarum.) † Nota, ꝗ inuentor thesauri per magistros procuratores, & portulanos potest personaliter capi, hodie verò aliter statutū est, de quo dic vt infra de thesau. inuen. c. quia non decet. numero 190. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

PRAEDICTI Magistri Procuratores. ¶ In tex. ibi (secūdùm formā iuris antiqui, &c.) Vide de ista materia in constit. regni inter multas & in constitu. sequen. quæ incipit, si quādo forte contigerit, & in dictis locis per And. de Iser. & Matth. de Affli. & vide supra in c. prædecessorum. num. 8. in rub. de occupa. res demanii, & quæ ibi dixi & infra c. item statuimus, quòd si procuratores. nu. 120. Et ad materiam destitutionis vide supra c. subditorum numero 6. in rub. de violentiis, & quæ ibi latè dixi. Et istud c. venit ad declarationem d. consti. vt dicit hic Barth. de Capua, quia secundùm istum textū magistri portulani debent formare inquisitiones & transmittere ad curiam, & expe-
14 ctare responsum. † Et aduerte: quia nō debet citari ad ostēdendū, quo iure tenet, etiā si sunt frauda: quia nemo cogitur ostendere titulum suæ possessionis l. cogi C. de peti. hæredi. Sed actor debet de suo iure probare l. fi. C. de rei vendi. & tenet And. de Barulo in l. 1. C. de conducto. & procu. vbi dicit se vidisse annullari quandā citationē & processum factū per curiā Manfredi: quia citauit quendā ad ostēdendū quo iure tenebat & posidebat quędā castra, quę dicebantur ad curiam pertinere, aliàs priuaretur castris; quia fuit citatio & processus nullus, vt dicit Matth. de Afflic. in consti. si dubitatio, col. 3. in princ. in 4. nota. & vide Ias. in §. actionum. col. 38. in fi. Insti. de actio. ¶ In text. ibi (eadem
15 forma &c.) † Nota, ꝗ de inuentione thesauri formatur inquisitio, & transmitti debet ad Regiā curiam, & expectari debet responsum, nec proceditur ad destitutionem, sed sequi debet ordinatio Regiæ curiæ, vt hic dr̄ in text. ¶ In tex.
16 ibi (eo verumtn̄ &c.) † Nota, ꝗ pro thesauro inuento nō debet ꝓcedi ad capturā personæ sine mādato regio, nisi appareret de inuētione thesauri, vel extarēt verisimilia īdicia tūc enim capi posset, & diligenter custodiri vt hic. ¶ In tex.
17 ibi (nec ad tormenta.) † Nota, ꝗ cōtra inuētorē thesauri nō proceditur ad tormēta sine speciali mādato regis. ¶ In
18 tex. ibi (delaturū thesauros nō audiat &c.) † Nota, ꝗ accusans, seu deferēs aliquē de inuētione thesauri non auditur, nisi præstito sacramēto, ꝗ malitiosè nō procedit: sed ꝗ ita
19 sit in veritate, vel ita credat esse, vt hic. † Et aduerte circa istā materiā thesauri, ꝗ secundū dispositionē const. regni. thesaurus inuētus siue in solo publico, siue in solo priuati, est fisci, vt in cōst. dohanæ secreti, sed per c. regni, q̄a nō decet, infra de thesau. nu. 160. dimidia pars thesauri est regis, & dimidia est inuētoris, q̄n nō data opera inuenit, vt dr̄ in l. 1. C. de thesau. li. 10. & per Matth. de Affli. in d. cōsti. dohanę secreti. col. 1. in 1. no. & latius dicā infra d. c. q̄a non de-
20 cet. † Circa aliā quæstionē positā hic per Seb. de carcerato integrę opinionis & famę, ꝗ si curialiter detinebat, & aufugit, excusatur officialis. Vide latè per Par. in tra. fin. in verbo carcer. §. an potestas. col. j. & Ias. in rep. l. admouēdi. col. 65. ff. de iureiur. cū concor. in d. locis. ADDITIO noua. Et qd si iudex pręceperit, vt aliquis detineatur sub custodia, an debeat mitti in cacerē. Vide gl. in l. agēs. C. de curiosis, lib. 12. & Anto. Cor. in suis sing. in verbo custodia vbi tenet,

tenet, ꝙ non debet mitti in carcerē nisi in mandato diceretur, vt detineatur in carcere, vel nisi diceretur, vt diligenter detineatur: quia exponitur, idest in carceribus. Anto. Cor. in suis sing. in verbo diligenter, & vide supra c. contra effrenatas 21. & quæ ibi dixi, & vide quæ dixi in c. item caueant 43. supra. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Portulani an possint capere vascella sine mercede occasione seruitiorum curiæ.*

2 *Vascella sine mercede capientes occasione seruitiorum curiæ qualiter teneantur, & puniantur.*

3 *Princeps, seu eius officialis soluta mercede an ab inuitis capiat vascella, & quid in aliis officialibus.*

DE NON CAPIENDO VASCELLA aliqua pro seruiciis curię iusto salario non soluto. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXVII.

1 ITEM † prædicti magistri procuratores, & magistri portulani singulorum portuum occasione seruitiorum curię ad capiendas barcas, & alia vascella in portubus, vel alibi residentia sine mercede iusta &
2 debita non procedant. † Et si processerit restituto damno & interesse patronis vasorum pro qualibet vice & quolibet vasę nostræ, curiæ componat vnciam auri vnam.

ITEM prædicti magistri. ¶ In tex. ibi (sine mercede iu
3 sta & debita) nota hunc tex. † Ex quo patet differentia inter principē magistrum officiorū & alios officiales, nam capit ab inuitis soluta tamen mercede iusta, alii verò officiales tantum a volentibus, pro quo vide And. de Iser. 10. colla. quæ sint rega. §. plaustrorum, & quod ibi in prin. notatur per And. de Iser. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM prædicti magistri. De materia portulani, vide quæ dixi supra in rubrica de portula.
Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Portulani an possint capere suspectum de portatione rerum prohibitarum a portubus.*

2 *Proditores & banniti, vel homicidæ an capi possint a portulanis absque mandato. 3.*

DE NON CAPIENDO ALIQVOS EXtrahentes de portubus aliqua prohibita sine mandato curię, & proditores bannitos nisi publicè constet. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXVIII.

1 ITEM ꝙ † prędicti magistri procuratores, aut portulani, nisi liquidè constet eis, vel sint quasi certi per conuenientem & probabilem præsumptionē aliquos aliqua prohibita de portubus quibuscunque sine mandato nostro expresse, vel cum mandato nostro vltra quantitatem in nostris lite-
2 ris comprehensam. † Et nisi proditores nostros, bānitos, vel homicidas publicos inuenerint ad captionem eorum, & vascellorum auctoritate rerum suarum manus aliquatenus non extendant occasione officii sui. Et si contrafecerint pro qualibet persona, quam cęperint in terra, & pro quolibet vascello iniustè capto, soluat curiæ nostræ libram auri vnam, & damnum restituat parti læsæ.

ITEM quòd prædicti. ¶ In tex. ibi (& nisi proditores.)
3 † Nota, ꝙ non licet capere proditorē homicidā, vel exannitū absque mādato curiæ, nisi constet eos esse tales, vel sint publici, de quo vide, quæ scripsi supra c. nuper ad vindictā, nu. 13. & c. contra effrenatas. nu. 21. Seb. de Neap.

ADDITIO.

ITEM ꝙ prædicti. Nota ex isto tex. ꝙ magistri procuratores, aut portulani nō possunt capere vascella auctoritate propria prætextu, ꝙ vltra quantitatem aliqua portauerint nisi publicè constet de contrauentione, & contrafacientes puniuntur vt hic quod facit contra gabellotos & dohanerios, qui ei facto capiunt & arrestant bona eoram, qui non contraueniunt, ꝙ puniri possunt.
Ioan. Anto. de Nigris de Ciuitatę Campaniæ. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Demania, morticia & excadentias procurantes an solos prouentus & redditus exigere debeant.*

2 *Redditus an attendi debet, prout communiter valet.*

DE NON EXIGENDO A PROCVRANtibus demania mortici, & excadentias, & pupillorum, baliatus, nisi meros prouentus & redditus. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXIX.

1 ITEM † ꝙ ab illis, quibus demania, morticia, & excadentias, & pupillorum baliatum procuranda cōmittunt, non exigant, nisi redditus prouētus, & meras obuentiones, pro quantitate steri-
2 lum & fertilum proueniente ex eis. † Et secundū ꝙ redditus ipsi quolibet anno communiter valent, & valere debent & postmodum in victualibus, & aliis rebus. Et si contrafecerint restitutó partibus, quod vltra cęperint, nihilominus pęnæ nomine in quadruplo curiæ teneantur.

ADDITIO.

ITEM ꝙ ab aliis, ad materiam vide supra c. Item cum inquirere, nu. 64. & supra c. prædicti magistri, nu. 66. & quæ ibi dixi. Ioan. Anto. de Nigris. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Magistri massarii an debeant ordinare substitutos idoneos. 2.*

3 *Magistri massarii an debeant significare eius substitutos idoneos.*

Magistri massarii an possint substitutos amouere, ibidem.

DE

DE OFFICIO MAGISTRORUM massariorum. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXX.

1 PROVISVM est superius. † Quales subofficiales debeant statuere & ordinare in cap. iustitiarij, & sub qua pœna ipsos non debeant remouere.

ADDITIO.

PROVISVM. Ad materiam huius c. vide supra c. item prædicti. numero 62. vbi probatur,
2 † quòd magistri massarij debent ordinare substitutos idoneos & sufficientes, aliàs ipsi tenentur, & vide supra c. item magistri passuum. nume. 57. vbi
3 dicitur, † quòd magistri massarii debent infra certum terminum significare eius subofficiales & substitutos idoneos, nec possunt postea illos subofficiales amouere, postquam fuerint ordinati sub pœna vt ibi, & ad materiam de magistris massariis, vide in capitulis proximè sequentibus: quia de eadem materia loquuntur. Ioann. Anton. de Nigris. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Magistri massarii an possint vltra duos massarios & vnũ curatulum statuere.*

2 *Massarii si non possunt inueniri idonei infra duodecim miliaria, an in aliis locis eligi possint.*

DE NON STATVENDO VLTRA duos massarios, & curatulum in qualibet massaria. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXI.

1 ITEM quòd † prædicti magistri massarij vltra duos massarios & curatulum vnum non statuant, nec vltra duodecim miliaria habitantes præficiant massariis, dum tamen infra prædictũ
2 spacium idonei habeantur. ¶ † Et si infra prædicta xij. miliaria inueniri nõ possint idonei, eligantur in locis magis vicinis idonei. Et si inueniri non possint in terris, seu demaniis, in quibus sunt massarij, statuant ipsos. Et si contrafecerint restituto damno parti læsæ, pro qualibet vice soluant curiæ libram auri vnam.

SVMMARIVM.

1 *Magistri massarii an debeant diuites & idonei eligi.*

Magistri massarii de quibus tenentur curiæ respondere, ibidem.

2 *Magistri massarii, qui fraudem, vel negligentiam commiserunt, qualiter puniantur.*

3 *Substituti massarii an puniantur, sicut massarii.*

DE STATVENDO MAGISTROS massarios diuites, qui teneantur de fructibus massariarum & animaliũ curiæ respõdere. Rub.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXII.

1 ITEM prædicti † magistri massarij statuantur diuites idonei & fideles, qui teneantur tantum de puris & meris redditibus & fructibus massariarum, & animalium

D. Ioan. Anto. de Nigris.

2 fideliter & legaliter curiæ respondere. ¶ † Et si inueniantur curiam in aliquo defraudasse, vel fructus, redditus & prouentus per eorum negligentiam minuisse pro damno dato ex negligentia curiæ teneantur in nonulum. Et pro dolo & fraude resarcito damno curiæ in vinculis per trien-
3 nium squalore carceris macerentur. ¶ † Et eadem pœna seruata in eorum submassariis & pœna simili eis in similibus excessibus imminere.

ADDITIO.

ITEM, quòd prædicti. In tex. (pro dolo & fraude.) Nota, quòd magister massarius, qui committit dolum & fraudem tenetur resarcire dãnum, & debet per triennium stare in vinculis. Et sic nota casum, in quo de iure ciuili carcer datur ad pœnam. Alium casum vide supra c. placuit. 27. & ibi Sebast. nu. 8. licet regulariter carcer detur ad custodiam non ad pœnam, vt ibi, & vide Matth. de Affli. in consti. regni, qui de alto. col. 2. in 4. no. Et alium casum, in quo carcer datur ad pęnam, vide infra c. Item prædicti. 79. Ioann. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Magistri massarii an debeant in terris curiæ laborare & seminare.*

2 *Magistri massarii an possint capere terras, vel noualia priuatorum.*

3 *Pœna qualiter imponatur massariis capientibus terras & noualia priuatorum.*

4 *Massariæ, quæ fiunt per massarios curiæ, an fieri debent in terris curiæ.*

QVOD SEMINENTVR ET FIANT massariæ in terris curiæ & non priuatorũ Rub.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXIII.

1 ITEM ꝙ † prædicti massarii & subofficiales eorum laborent, seminent, & massarias faciant in terris curiæ.
2 ¶ † Et ad terras priuatorum seminandas manus suas aliquatenus non extendant, nec terras & noualia ipsorum auferant, si-
3 cut olim perperam auferebant. † Et si contrafecerint restitutis terris & noualibus ipsorũ dominis pro qualibet salma seminis teneantur curiæ ad vnciam auri vnam. Et si minus quàm vnam salmam receperint, pœna vnius vnciæ teneatur.

ADDITIO.

4 ITEM quòd prædicti. † Nota, quòd massariæ, quæ fiunt per massarios curiæ debent fieri in terris curiæ & non priuatorum; & contrafaciens punitur vt hic. Ioannes Antonius de Nigris. I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Custodes passuum & grassiæ regni, quæ capere possint & in quibus locis.*

2 *Custodes confinium regni an possint capere homines, animalia & victualia & alia.*

3 *Custodes confinium regni, qui indebitè capiunt homines, vel animalia & alia, qualiter puniantur.*

DE CVSTODIBVS PASSVVM ET grassiæ. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXIIII.

1 ITEM quia † custodes passuum & grassiæ officium ad iniquas dānationes extendunt, capiendo homines, equos, & alia animalia & victualia vbiq; infra prouinciam sine distinctione locorum, & maximè in mercatis, stratis & pontibus, vbi prædicti custodes morãtur, & officium eorum exerceant in solitis locis passuum circa confinia regni, videlicet in Castro montis, celli, spelunci, pontis corui, insula pontis scelerati, insula filiorum petrifora, in arpino, in capistrello, roccæ de viuo, tallacozi, cellis, tamangra, introdato, mancillona, montis, col ua, sorbo, marado, ciuitella, casalia aquæ viuæ, santo humero, contraguerra, colomella, turri ad trontum, & santo Flauiano, & aliis locis & castris vltra loca superius nominata versus regni confinia con-
2 stitutis. † Cauentes ne circa supradicta loca regni capiant homines, vel animalia, seu quæcunque victualia, nec aliquos custodes, vel subofficiales statuãt, vel aliquid velamento sui officii prorsus exer-
3 ceant, vel pro alia redemptione recipiant. † Et si contrafactum fuerit, magistri passuum & grassiæ pro prima vice amittant equos & arma, & si iterato contrafecerint triennio in regia curia aliàs camera deputentur. Custodes verò substituti per eos, qui contra prædicta venerint, pede amputato debilitentur.

SVMMARIVM.

1 *Extrahentes grassiam, equos, arma & alia prohibita a regno qualiter puniantur.*

2 *Extrahere a regno equos, arma, aurum, & argentum & animalia an sit prohibitum.*

DE POENA OBSERVANDA EDIta contra extrahentes grassiam. Rubr.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXXV.

1 ITEM † contra extrahentes grassiam, & quælibet prohibita, & specialiter equos & arma pœna statuta per nos tenaciter obseruetur.

ADDITIO.

2 ITEM contra. † Nota, quòd extrahentes grasſiam & alia prohibita a regno, vt equos & arma puniuntur. Et hodie est nouella prag. Cęsa. Maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit, & quoniam. per quam prohibetur a regno extractio auri, & argenti, bobum, vaccarum, & aliorum animalium absque licentia, & talis licentia debet concedi præcedente informatione in scriptis capta, signata manu Proregis & regentium cancellariam, vt ibi latius. Io. Anto. de Nigris. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Animalia capta in passibus confinium regni an debeant ad regiam curiam mitti, an aliis assignari.*

QVOD ANIMALIA CAPTA IN PASsibus non committantur custodienda aliquibus priuatis personis, sed mittantur ad Curiam regiam. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXVI.

1 ITEM † prædicti magistri passuum & grassiæ, equos & alia animalia, quæ cęperint in passibus supradictis, incontinenti mittant ad nos, nec vniuersitatibus, vel specialibus personis de prouincia custodienda per eos in prouincia ipsa committãt. Et si contrafecerint ad pœnam mediæ libræ auri teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Ammirati & viceammirati & prothontini quam formam seruare debent in reparatione vascellorum.*
Vascellorum æstimatio quomodo fieri debet. ibidem.

2 *Seruitia præstantes in reparatione vascellorum an propriis sumptibus laborare cogantur.*

3 *Extaleum, an quis cogatur recipere in extaleum ad reparationem vascellorum & alia 6.*

4 *Compellens aliquem ad extaleum capiendum qualiter puniatur.*

5 *Seruitia præstans curiæ an in eo de proprio teneantur impendere.*

7 *Iuramento compulsi an stetur de interesse passo, si apparet de compulsione.*

8 *Statutum, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi an debeat prius apparere de damno dato.*

9 *Statutum vt credatur iuramēto damnum passi, an qui vult iurare, debeat esse bonæ opinionis & diues.*

10 *Statutum vt stetur iuramento damnum passi, an habeat locum in infami, vel in eo, qui aliàs iurauit falsum.*

11 *Statutum, vt stetur iuramento damnum passi, an possit contra tale iuramentum probari contrarium.*

12 *Statutum, vt stetur iuramento damnum passi, si ille iurauit, excessiuè, an possit reduci ad arbitrium boni viri.*

DE AMMIRATIS ET VICEAMMIratis prothontinis & comitis. Rubr.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXVII.

1 AMMIRATI † & viceammirati & prothontini in reparatione nauium thericarum & aliorū vascellorum curiæ illam formam diligenter obseruent, q̄ vasa, quæ reparari faciunt diligenter videre in reparatione per iudices notarios & magistros assię, & calefatos expertos ad hoc & in arte maris peritos, & alios probos viros huius rei conscios fideliter ęstimari faciãt. Et si interfuerint ęstimationi vascellorum ipsorum viceammirati, vbi poterunt interesse, & si non poterunt interesse mittant aliquos loco sui, de quibus confidant, & consideratis & particulariter ęstimatis omnibus & singulis

ſingulis neceſſariis ad reparationem prædictá æſti-
2 mari faciant. ¶† Item q̃ ſtatuendi ſuper reparatione ipſa præter perſonarum laborem, quem ad hoc impendunt, nihil omnino de proprio ibi expendere, vel ſoluere compellantur; cum ſufficiat eis propriis ſumptibus in ſeruitiis ipſius curiæ laborare. Et ſi contrafecerint reſtituto damno quod ipſi ſtatuti inde incurrent pro quolibet vaſe, in cuius reparatione prędicta commiſerint libram auri vnã
3 fiſco noſtro componant. † Ita tamen, quòd reparationem ipſorum vaſcellorum in extalium nemo
4 compellatur inuitus. † Et ſi quis compulſus fuerit, ille, qui compulerit eum, teneatur emendare ipſi extalerio compulſo quantum emiſerit in ipſo extalio, & de hoc ſtetur ſacramẽto ipſius. Ita quòd de compulſione ipſa prius fidem faciat. Et ad tantundem dictus compulſor nobis teneatur. Et idem in omnibus operibus noſtris ſeruetur.

ADDITIO.

5 AMMIRATI. ¶ In tex. ibi (nihil oĩno de ꝓprio expendere &c.) † Nota, q̃ qñ quis eſt in ſeruitio curiæ, nõ dẽt de ſuo proprio aliquid expendere pro illo ſeruitio, & cõtrafieri faciens punitur, vt
6 hic. ¶ In tex. ibi (in extalium &c.) † Nota, q̃ quis non poteſt cogi inuitus capere ad extaliũ ẽt pro ſeruitio curię, & cõpellens tenẽ ad intereſſe, vt hic. ¶ In tex. ibi (& de hoc ſtẽt
7 ſacramẽto &c.) † Nota, q̃ ſtatur ſacramento cõpulſi de intereſſe paſſo: debet tñ prius apparere de cõpulſione, vt in
8 hoc tex. Et iſtud facit ad qõnẽ. † Statuto cauetur, q̃ de dãno dato credatur iuramento damnũ paſſi, debet prius cõſtare & apparere dãnum fuiſſe datũ, & de æſtimatione dãni ſtabitur iuramento damnũ paſſi, vt tenet Bar. in l. diuus. ff. de teſta. mil. & Phi. Deci. conſi. 82. in cã accuſationis. col. 2. in prin. j. vol. & Hip. in ſua pra. cri. in prin. col. 2. in fi. ver.
9 & adeo, cũ concor. in d. loc. † Itẽ tale ſtatutũ debet intelligi: vt ille qui vult iurare ſit bonę opinionis & diues ad hoc, vt ei credatur, vt tenet Matt. de Affl. in cõſti. regni. qões iu
10 riſperitorũ. † Similiter tale ſtatutũ non habet locũ in eo, q eſt infamis, vel aliàs iurauit falſum, vt tenet Iaſ. in §. ſed iſtę col. 25. inſti. de act. & in l. admonendi. col. 115. ff. de iureiu.
11 & Hip. in ſua pra. cri. §. diligenter. col. 21. nu. 103. † Itẽ non obſtãte tali ſtatuto poterit probari contrarium. ſ. damnum non fuiſſe illatũ, vt per Alex. in l. qui bona. §. qui damni. ff.
12 de dam. infe. & Iaſ. in d. §. ſed iſtę. col. 25. † An aũt in iſto caſu ſi ille, qui iurauit, exceſſiuè iurauit, an poſſit peti, vt reducatur ad arbitriũ boni viri, vide Mat. de Affl. deci. 91. maximè, col. 5. & Alex. in d. §. qui dãni. & Ang. Are. in §. actionũ. col. 14. inſti. de act. Et multa alia ad materiã huius ſtatuti de dãno dato vide latè per Alb. Bru. in tra. de cõſti. decr. ſtatu. in verbo damnũ, in 3. vo. vbi vide. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Forma quæ ſeruari debet in ſtatuendis præpoſitis ſuper reparatione vaſcellorum.*

DE OBSERVANDO FORMA IN ſtatuendis præpoſitis ſuper reparatione vaſcellorum ſtatuta ſupra in officialibus ſecretorum. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXXVIII.

1 ITEM † in ſtatuendis dictis præpoſitis ſuper reparatione ipſorum, & aliis eorum ſubofficialibus, illam formam & ſub illa forma conſeruent, quæ ſupra in ſecretorum officialibus & ſubofficialibus eſt ſtatuta.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

ADDITIO.

ITEM in ſtatuendis. Ad materiam de ſtatuendis ſubofficialibus & ſubſtitutis, uide ſupra capitu. 35. Item quòd prædicti officiales, & ſupra capit. 6. Item prædicti ſecreti, & quæ in dictis locis dixi. Ioannes Antonius de Nigris. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Galeas armantes an debeant dare comminancias marinariis.*
2 *Ammirati, prothontini & comiti galearum an poſſint aliquem prece vel pretio committere, ſeu commutare.*
3 *Galea, in galea an poſſint ponere pro armata bonos burgenſes & alios artis ignaros.*
4 *Marinariis an debeat ſolui comminantia ſine diminutione.*
5 *Panatica an debeat integra tribui marinariis.*
6 *Ammirati, prothontini & comiti galearum, qui non dant comminãtias et panaticas marinariis, qualiter puniatur.*
7 *Prothontinus quis dicatur. 9.*
8 *Protector quis dicatur.*
10 *Magiſter nauis quis dicatur.*
11 *Galea quot modis capiatur.*
12 *Burgenſes boni & ciues an poſſint poni ad remigandum, non pro pena.*
13 *Panaticam fraudans qualiter puniatur.*
14 *Ammirans alius eſt in terra, alter in mari.*
15 *Comminantia quid ſit.*

DE SOLVENDO STATVTAS COMminantias marinariis conductis in armata, & non cogantur in armata ipſa boni burgenſes & ciues ipſius artis ignari, & tribuatur in eis panatica ſtatuta. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXIX.

1 ITEM † prędicti ammirati, prothontini & comiti, qui armant galeas, & alia vaſcella de mandato curiæ, dent & ſoluant comminantias marinariis & aliis perſonis in arte maris expertis in ſuffi
2 cienti numero, & non vltra. † Et poſt datam comminanciam aliquem eorum prece vel pretio non committunt, aliàs commutent, & in ipſa armata
3 nõ vexent, † nec ſtatuant bonos burgenſes & alios ciues huius artis ignaros & incõuenientes ad hoc, ſed conuenientes & idoneos reſpectu habito ad armatam paruam, ſeu mediam, ſiue magnam. † Et
4 prędictis marinariis comminantiam ſine diminu-
5 tione perſoluant. † Et panaticam tribuant eis integram ſine aliqua diminutione, & cum ea menſura,
6 in qua ipſos a curia menſurant. † Et ſi contrafecerint, vel contrafacientibus aliqui eorum conſenſerint, donec exercitus ille, vel armata deuenerit, in carcere teneatur. Et damna, vel turpiter ablata cum damnis parti lęſę reſtituant, & tantundem noſtræ curiæ pęnę ſoluere teneatur.

ADDITIO.

ITEM prædicti ammirati. Istud c. melius decla-
ratur per eos, qui habent peritiam de maritimis.
7 † Et prothontini, seu prothontinus dicitur, quem
vocant alio nomine consiliarium in galea, vul-
gariter lo consiglieri. Alibi etiam prothontinus dicitur iu-
dex, qui cognoscit de causis maritimis, & Veneti in multis
locis tenent prothontinos, qui decidũt causas maritimas.
8 ADDITIO noua. † Alibi ẽt dicitur protector, i. vir
fortis armatus, qui stat in custodia principis, vt per glos. &
Luc. de Pen. in rubr. C. de domesticis & protectoribus lib.
9 11. † Prothontinus etiam poni potest pro magistro nauis,
seu galeæ, & melius scribi posset prothothyrus, thyris. n.
Græcè, Latinè magister, vt dicit gl. in l. quæsitum. §. Papi-
nianus. ff. de fun. instr. & ita potest accipi hic pro magistro
nauis, seu galeæ, iuxta illud Virg. excutitur pronusq; magi-
ster. Et dicitur prothos Græcè, Latinè primus, vt in proœ.
fforum. §. discipuli. Et thyrus. i. magister, quasi velit primus
magister, & gubernator nauis, seu galeę, & istud magis pla
cet, & hodie vocatur capitaneus, seu patronus galeæ. Et de
10 isto magistro nauis loquitur tex. in l. 1. ff. de exercito. † Et il-
le dicitur magister nauis, cui totam ancora, i. gubernatio a
domino mandata, seu commissa est. l. 1. §. magistrum, el j.
& ibi gl. 1. ff. de exercito. Et ista magister ꝓponitur ad mer-
ces emendas, vel vehendas, vel talis præponitur vectorib.
conducendis armamentisve emendis d. l. 1. §. magistri. ff.
de exercito. Et talis magister nauis intelligitur siue de naui
& galea marina, vel fluuiali, siue alicuius stagni. d. l. 1. § na
11 uem. ff. de exercito. ¶ In tex. ibi (Galeas) † Aduerte, ꝙ ali
qñ galea ponitur pro elmetto, & tunc littera e, corripitur,
qñ verò ponitur pro galea, tunc illa litera e, producitur &
elongatur, vnde versus, Armo caput galea, pelagum per-
curro galea, vt dicit Io. And. in c. ad apostolicæ. in prin. de
12 sen. & re iud. in 6. In tex. ibi (nec statuant.) Nota † ꝙ boni
burgenses & alij ciues ignari artis maritimæ & inconue-
nientes ad hoc non debet poni in galea ad remigandum.
Intellige, qñ non ponuntur in galea pro pęna delicti. Pro
hoc facit quia seruitia debent imponi, q̃ conueniunt per-
sonæ, vt est regia prag. Regis Ferdinandi, quę incipit, ad ꝑ-
13 petuã ¶ In tex. ibi (& panaticam.) † Nota, ꝙ panatica debet
dari integra sine diminutione cũ ea mensura, cũ qua a cu
ria fuit mensurata, & hoc ne fraus committatur, & cõtra-
faciens tenetur ablata cũ damnis restituere, & tantundem
curiæ pro pęna soluere, & tenetur stare in carcere, donec
14 exercitus, seu armata reuertit, vt in isto tex. ¶ † Et aduerte,
ꝙ iste tex. qui loquitur de ammirato, nõ loquitur de magno,
ammirato regni, qui regit iustitiã in terra in ciuitate Nea-
polis, & cognoscit de causis maritimis, sed loqt̃ de alio am
15 mirato maris, q debet habere corã, vt in hoc c. dr̃. ¶ † Nota:
qa in isto c. fit mentio de cõminantia, melius staret cõmu-
nantia, & erat vulgare de eo, quod olim regia curia dabat
marinariis vltra panaticã pro emẽdis rebus comestibilib.
pro victu, quando erant in galea, & dr̃ communantia, qua
si cõmunio, & societas, eo ꝙ cõiter in societate emebant,
& cõiter comedebant, prout faciunt hodie in galeis & na
uibus, quia partim insimul comedunt in prore, partim in
puppi, partim in medio prope malũ, seu arborẽ galeę, vel
nauis, & ista dicebatur vulgariter cõmunantia: quia com-
muniter de eis vescebantur, hodie regia curia non dat cõ-
munandiam in pecunia, sed vnicuique dat suam portionẽ
de panatica & vino & aliis comestibilibus. Et quia mari-
narii, qui non habebant panaticam & communantiam in
galea pro victu, ideo statuit, vt habita panatica & commu-
nancia ascendant in galeam &c. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Galeæ an possint onerari victualibus, vino, oleo, pannis, & aliis rebus.*
2 *Galeæ oneratæ redduntur inhabiles ad nauigandum.*
3 *Galeæ an debent onerari victualibus & aliis speciebus.*
4 *Naues quæ publicas species transeunt, an debeant onerari nimio onere.*
5 *Naufragium an in dubio præsumatur propter onus impositum.*
6 *Nauclerii an debeant nauigare ante calendas Aprilis, vel post Calendas Octobris.*
7 *Nauis an vitio naucleriorum dicatur periclitasse, si aduerso tempore nauigauerunt.*
8 *Naucleriis an imputetur, si potuerunt nauigare per aquas mortuas, & nauigauerunt per mare.*
9 *Piscatores si nocte fallunt nauigantes cum lumine, an teneantur.*
Lumen portubus poni quare permittatur, ibidem.
10 *Nauigatio an contineat in se periculum.*
11 *Galearum capitaneus an teneatur de leuissima culpa.*
12 *Galea an debeat habere debitam & congruam onerationem.*
13 *Galeam non regens vt debet, an ei imputetur.*
14 *Galea irruens in alteram an teneatur.*
15 *Galeas si misit mercator ad portandum aliquid, si illud non inuenerunt, an debeant habere salarium.*

DE NON ONERANDO GALEAS victualibus & aliis infrascriptis. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXX.

1 PRÆDICTI † ammirati, vice-
ammirati, prothontini, vel comi
ti, prout quisque eorum nauigã-
tibus galeis pręfuerit, non onerẽt
galeas, nec permittãt ab aliis one
rari victualibus, vino, oleo, ballis
pannorum, & aliis quibuscunq; arnisiis, seu mer-
2 cibus, sicut hactenus vsurpabant: † cum ex hoc ad
nauigandum minus reddantur habiles. Et si con-
trafecerint, turpiter accepta in pœnam quadru-
pli nostræ curiæ restituere teneantur.

ADDITIO.

PRAEDICTI ammirati. Nota ex isto tex.
3 † ꝙ galeę nõ debent onerari victualibus &
& aliis speciebus; quia ex tali onere reddũ
tur minus habiles ad nauigãdum, & pœna
imponitur contrafacienti, vt hic concordat
tex. in l. vnica. C. ne quid oneri pub. impo. lib. 11. & ibi Azo
4 in sum. vbi probatur, † ꝙ nullus debet imponere priuatam
sarcinam seu priuatam speciem super nauibus, quæ publi
cas species trãseunt, ne ex nimio onere nauis periclitetur,
& naufragiũ patiatur, & si fuerit contrafactum, tam com-
pellens ad portandũ, quàm nauclerius sponte suscipiens,
si nauis naufragiũ passa fuerit, tenetur ad emendationem
damni, & extra ordinem punitur, vt d. l. unica. & ibi gl. fi. &
5 Azo ibi. in sum. & alij doct. ibi. † Et in dubio propter onus
impositũ pręsumitur naufragasse, ut ibi dicit Luc. de Pen.
Similiter ẽt si nauis vitio naucleriorum perierit, iactura ad
eos spectabit, ut tenet Azo in sum. C. de naufr. col. pen. lib.
6 11. † Et uitio naucleriorum factum intelligitur, si uel ante
Calen. April. uel post Cal. Octobr. nauigauerint. l. quotiẽs
in fi. & ibi gl. Bar. & Luc. de Pen. C. de naufr. lib. 11. & Azo
ibi in sum. & Flo. in l. arboribus. §. nauis. ff. de usufru. Bar-
tho. Cępo in trac. de serui. in tit. de naui. Firma. in reper. in
7 verbo nauis, col. 1. † Similiter vitio nauclericorum ascribi
tur, si aduerso tempore nauigauerunt, vt per Azo vbi sup.

8 † Simi-

8 † Similiter imputatur, si nauta potuit nauigare p lacunas, idest aquas mortas, & nauigauit per mare: quia tali casu tenetur de periculo, de quo aliàs non teneretur, ita Salyc. in l. 2. C. de nau. fœno. & Bal. in l. 3. eod. titu. vbi dicit, quòd
9 culpa est nauigare per loca insolita. † Similiter etiam si piscatores noctè lumine ostenso fallant nauigantes quasi in aliquem portum delaturi, eoque modo nauis & nauigantes in periculum cadant, ipsi piscatores tenentur. ff. de incend. rui. naufra. l. ne piscatores. & Azo in sum. C. de naufra. lib. 11. vbi dicit, ꝙ per hoc lumen portulus poni potius est permissum, quàm prohibitum: vt ibi per eum, & de officio nauiculariorum. Et qualiter illud debeant explicare, & quod premium habeant ratione huius officii, & quã pœnam patiantur, si malè in eo versati fuerint, vide per
10 Azo in sum. C. de nauicula. lib. 11. † Et quia nauigatio continet in se periculum, vt dicit Bal. in l. 2. C. de nau. fœno. & Azo vbi sup. ideo multa priuilegia sunt eis concessa, vt per Azo ibi. Et de materia nautarum, & naufragij, vide in toto titulo. ff. de incend. rui. naufra. & C. de naufra. lib. 11. & ibi Azo in sum. & doc. ibi, & Firma. in reperto. in verbo nauclerius, & in verbo naufragiũ, & in verbo nauis, & in ver-
11 bo nautá, cum ibi allegatis. † Et nota ad materiam, quòd Capitaneus galearum tenetur de leuissima culpa: quia tale negocium videtur exactissimã industriam requirere, vt tenet Alex. consil. 41. viso puncto. col. 3. versi. & ille 3. volu. & Deci. in l. contractus. col. 6. in fi. versi. & discurrendo. ff.
12 de regu. iur. † Et dicit Alex. vbi supra, ꝙ galea debet habere debitam & congruam onerationem, aliàs est in culpa: quia cogitare debuit, ꝙ facile euenire poterat, vt ibi per
13 eum. † Similiter etiam, qui non regit nauem, seu galeam vt debet, potest ei imputari, & tenetur, secus si vi, vel casu nauis irruat: quia nihil imputatur domino. Bal. in l. quem-
14 admodum. §. si nauis. ff. ad leg. aquil. † Similiter etiam si nauis, seu galea irruens in alteram est summersa ab ea, si potuit euadi periculum sine submersione, tenetur submergens, si autem non potuit euadi periculũ, non tenetur Bal. in d. l. quemadmodum. §. si nauis alteram. ff. ad leg. aquil.
15 † sed quid si mercator misit galeas ad portandum certum pondus, & postea non inuenerunt, an mittens teneatur ad damna & interesse, vide Alex. consi. 41. 2. vol. vbi tenet, ꝙ sic. Et ad materiam huius c. poteris addere ea, quæ habentur. ff. ad leg. ro. de iactu, per totum. Io. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Marinarii post datam comminantiam, an debeant vascella ascendere, & se non subtrahere.*
2 *Marinarii subtrahentes & fugientes a galeis qualiter puniantur. 4. 6. 8.*
3 *Domus marinariorum fugientium a galeis an debeant dirui. 5.*
Marinarii fugientes a galeis an debeant banniri per iustitiarium regionis, in qua habitant. ibidem.
7 *Seruus fugiens ad barbaros qualiter puniatur.*
9 *Domus, vineæ, viridaria & plantæ delinquentium an possint dirui.*

QVOD MARINARII NON subtrahant se a vascellis postquam ascenderint ad eadem. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXXXI.

1 ITEM † marinarij tam supersalientes quàm remigi, postquã eis comminantia data fuerit ad mandatum & ad requisitionẽ ammirati, viceammirati prothontini, & comiti ad galeas seu alia vascella ascendant, nec aliqua fraude, arte, vel ingenio
2 se subtrahant. ¶ † Qui si se subtraxerint, postquam inuenti fuerint, capiantur, & tanto tempore teneãtur in carcere, quanto durabit exercitus, vel armata, a qua se subtraxerint. Et nihilominus si sunt in aliquibus facultatibus, tantum dare curiæ teneantur, quantum curia soluit his, qui loco eorum, si se
3 turpiter subtraxerint, fuerint substituti. † Et si non inueniantur, diruantur domus eorum, si quas habent. Et si nihilominus dirutis, vel non dirutis eorum domibus assignatis eorum nominibus, vel ad instantiam ammirati, vel viceammirati, prothontini, & comiti, iustitiariis regionum, in quibus ipsi consistunt, per ipsos iustitiarios banniantur. Et sine speciali mandato nostro nullatenus extrahan-
4 tur. † Si verò post datas comminantias, galeas, seu vascella ascẽdant, & si inde post modum fugerint, amputato pede debilitentur.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

ITEM marinarii. Hoc c. vsq; ad §. si verò loquitur post mandatum de ascendendo, ante tamen q̃ ascenderint.
5 ¶ In tex. ibi (diruantur domus eorũ.) † Nota casum specialem, in quo ponitur pena destructionis domorum. Itẽ habes alium casum 10. colla. in tit. de pa. iur. fir. §. receptatoribus. & ibi vide per And. de Iser. ¶ In text. ibi (amputato pe-
6 de.) † Nota contra marinarios fugientes de galeis postquam ascenderint: quia pede debilitantur, quod facit con
7 tra Angelottam &c. † Similis pœna imponitur seruo fugitiuo ad barbaros transeunti, vt l. si fugitiui. C. de seru. fugi. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

8 ITEM marinarii. † Nota, ꝙ marinarij, qui fugiunt a Galeis, puniuntur, & dicunt stare in carcere tanto tempore, quanto durat exercitus, vel armata, a qua se subtraxerint, & si habent facultates, debent soluere, quantum curia soluit his, qui loco
9 fugientium fuerunt positi. † Et circa illud, ꝙ debent dirui domus, vide Ant. Capi. decisio. 130. num. 71. vbi dicit, ꝙ domus eorum, qui immaniter deliquerunt, nõ debent dirui, nec vineæ, nec viridiaria, nec plantæ euelli, vt ibi per eum, allegat c. editum per Regem Federicum, quod incipit, iubemus, ne ciuilitas. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Fugientes a Galeis, an filii puniantur pro patribus, vel ecõtra, & sorores pro fratribus, & vxores pro maritis.*
2 *Pœna suos debet tenere auctores.*
3 *Filius an teneatur pro patre, vel econtra.*
4 *Relegatio vel alia pœna arbitraria an succedat loco deportationis.*
Galea. damnatio ad triremes seu ad galeam an succedat loco damnationis in metallum, ibidem.
Deportatio & damnatio in metallum qualiter differunt, ibidem.
Pœna galeæ an possit imponi pro pœna deportationis. ibidem.
5 *Pœna mortis naturalis, vel membri abscissionis, si ex causa commutari debet, an loco eius succedat condemnatio ad triremes, seu galeam.*
6 *Barones an possint pœnam commutare.*
7 *Galea. damnari in galea an possint rixatores, frequentes delatores armorum, lusores publici, & frequentatores tabernarum, & non ducentes vitam ex artificiis.*

8 *Galea. Depingentes aliquam honestam mulierem cum aliquo vituperio, et illam affigendo in locis publicis, an possint damnari in galea.*

9 *Galea. Damnati in galeis si efficiuntur infirmi, an dando vnum seruum liberentur.*

10 *Galea. Damnatus ad metallum, seu ad galeam si refugit, qualiter puniatur.*

11 *Confinia rumpens qualiter puniatur.*

12 *Galea. positus in galea ad tempus an finito tempore debeat gratis liberari.*

13 *Galea. quando aliquis mittitur in galea, quis modus debet seruari.*

14 *Relegatus finito tempore an possit redire ad patriam.*

15 *Exuli an solus princeps possit dare licentiam, vt redeat ad patriam.*

QVOD PRO FVGIENTIBVS A GAleis non capiantur filij pro patribus, vel econuerso, fratres pro sororibus, nec vxores pro maritis. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. Cap. LXXXII.

1 ITEM † prædicti ammirati, viceammirati prothontini & comiti pro sic se subtrahentibus, scilicet non puniant, neque capiant filios, vel ecōtra, pro fra-
2 tribus sorores, pro maritos vxores. † cum pœna suos tenere debeat auctores. Et si contrafecerint pœna priuati carceris puniantur.

ADDITIO.

ITEM prædicti. ¶ In tex. ibi (neque capiant fi-
3 lios &c.) † Nota, ꝙ filius non tenetur pro patre, nec econtra, concordat. C. ne filius pro patre. ¶ In text. ibi (pęna suos debet tenere auctores)
4 concordat. l. sancimus. C. de pœn. Ad materiam adde, † ꝙ hodie maximè in regno loco pœnę deportationis succedit pœna arbitraria, vel relegatio in insulam, & loco pœnę damnationis in metallum successit damnatio ad triremes, vt dicit Anto. Capi, decisio. 153. Notarius Petrus.

ADDITIO noua. Et Tho. Gram. voto 19. nu. 10. Et hoc comprobatur: quia deportatio & damnatio in metallum differunt in genere pœnę; nam deportatus non damnatur vt aliquid faciat, sed damnatus in metallum sic, vnde hodie licet non patiatur seruitutem iuris, tamen patitur seruitutem facti, patet ad sensum; nam de facto seruit, libertas igitur, quam retinet, est libertas in se, sed non in facti executione, ita nota. dicit Bald. in repe. l. 1. colum. 9. versi. sed in vno differt. C. de sac. san. ecc. quæ nota: quia multi iudices creant, & loco deportationis condemnant ad triremes, quod fieri non debet: quia deportatus non damnatur, vt aliquid faciat, sed damnatus in metallum tenetur seruire, & loco metalli successit damnatio ad triremes. Et dicit Fely. in c. qualiter & quando. lo ij. §. ad corrigendos. col. 3. de accu. ꝙ pœna capitalis, est proxima morti, & dicitur mors ciuilis, quando quis damnatur in metallum: quia perdit ciuitatem & libertatem, & efficitur seruus pęnę. l. quidam. la ij. ff. de pęn. & censetur quodammodo mortuus. l. seruitutem. ff. de reg. iur. Tertia pœna capitalis est deportatio, & isti non perdunt libertatem ad ciuitatem, d. l. quidam. & isti perdunt ea, quæ sunt iuris ciuilis,
5 non ea, quæ sunt iuris naturalis. † Similiter etiam hodie in regiis & officialibus & tribunalibus in delictis, in quibus veniret imponenda pęna mortis naturalis, vel mutilationis membri, si ex aliqua causa talis pœna commutari posset, liceat Proregi cum consilio collaterali pœnam commutare, loco cuius pęnę succedit cōdemnatio ad triremes ad remigandum in perpetuum in regiis triremibus, a quibus condēnati nullo tēpore extrahantur, vt est regia prag. Cęsareę Maiestatis Caroli V. quę incipit, & ne sperata de
6 lictorū. † Sed dicta prag. intelligitur de officialibus regiis quia barones, qui habent litteras arbitrarias, possunt pęnā commutare, per c. exercere volentes, infra nu. 221. parte tñ concordata, quod tñ qualiter intelligatur, vide, quæ dicit Matth. de Affl. in consti. siquis aliquem, col. 6. in fi. cum seq. & latius dicam in d. c. exercere volentes. & in c. ad peruersorū. infra nu. 257. & ibi vide de intellectu, d. pragmaticæ.
7 ¶ † Similiter etiam isti rixatores, frequentes armorum delatores, lusores publici taxillorum, frequentatores tabernarum, non ducentes vitam ex artificiis, & homines malæ vitæ debent poni ad tempus ad opus publicum, & sic in galeis & triremibus: vt dicit Par. in tract. synd. in verbo inquisitio, in prin. col. 2. circa medium. & Matth. de Affli. in con-
8 sti. his qui. col. 4. in sexto no. ¶ † Similiter etiam depingētes aliquam honestam mulierem nudā cum aliquo vituperio & illam picturam ad eius ignominiam affigendo in locis publicis, possunt relegari, & in opus publicū ad triremes in galeis ad tempus poni, vt dicit Par. in trac. sindi. in ver-
9 bo, iniuria officialis, in fine princip. ¶ † An autem damnati in galeis si efficiuntur infirmi, vel debiles dando vnum seruum liberentur, vide Par. in d. tra. sin. in verbo condemnatio. §. iudex. in fi. ꝙ sic per iura, vt ibi per eum. Et generaliter, vt dictum est, loco pęnę damnationis in metallū successit damnatio ad galeā, seu triremes, vt sup. dixi. Et quoniam in isto cap. nostro tractatur de fugientibus a galeis.
10 † Quæro, si aliquis est damnatus ad metallum. puta ad galeam, & refugit qualiter puniatur, vide text. in l. capitaliū. §. in exulibus. ff. de pęn. & in l. aut damnum. §. inter eos, & ibi gl. in verbo grauius. ff. de pęn. & in §. quisquis. in ead. l. & ibi vide Bar. vbi ꝙ duplicatur tempus, quod superest.
11 ¶ † An autem confinatus rumpens confinia debeat stare confinatus duplicato tempore, quod superest post rupta confinia. Vide per Bar. in d. §. quisquis, & ibi Alex. in add. & in l. ita stipulatus. col. pen. ff. de verbo. obliga. Bald. & Fran. Are. in l. si Possidonium. C. ex quib. cau. infami. irrog. & tenent ꝙ sic, & dicit Bal. in l. omnes. in fi. C. de pœni. ꝙ condemnatus rumpens confinia debet capi, & carcerari, donec fuerit finitum tempus. Immo confinatus si reperiatur in loco sibi interdicto debet deportari. l. mathematicos, & ibi nota. C. de epi. & cler. & Alex. in addi. ad Bar. in l. relegati. ff. de pœnis. Et quando fuit relegatus per decennium, si refugit, perpetuatur tempus. d. l. aut damnum. §. quisquis. & ibi Bart. Et ad materiam de confinatis, & de rumpentibus confinia, vide latè tex. glo. & docto. in d. §. quisquis. & in d. l. relegati. & d. l. capitalium. §. in relegatis. ff. de pœni. & latissimè per Firma. in suo reperto. in verbo confinati per totum, vbi multas quæstiones ponit, quas ibi vide per eum.
12 ADDITIO noua. Nota etiam ad materiam † quòd quando aliquis est positus in galeam, vel ad opus publicum ad tempus, finito tempore, capitaneus galeæ, vel magister operis debet illum liberare gratis sine alio mandato,
13 per tex. in const. hi qui. † Et quando aliquis mittitur in galeam, seruatur talis modus; quia iustitiarius scribit capitaneo galeę, vel magistro operum publicorū, ꝙ talis de tali cognomine, de tali terra fuit condemnatus ad opus publicum, vel ad seruiendum in galea pro tanto tempore pro tali delicto, de quo fuit inculpatus & condemnatus pro dicto tempore. Ideo, custoditum ad vos admittimus, liberandum per vos finito tempore, & fidem nobis faciatis de receptione. Et quando finitum est tempus capitaneus galeæ seu magister operis per suas patentes literas dat licentiam, quia finitum est tempus, vt probat tex. in d. const. hi qui, &
14 ibi Matth. de Affli. col. 4. in octauo nota. † Similiter etiam relegatus, vel confinatus in aliquo loco vsque ad certum tempus potest recedere a ciuitate finito illo tempore sine licentia superioris: quia dies licentiat pro homine, ita notanter dicit Bal. in prima const. fforum. §. hęc autem tria colum.

lum.1.versi.sed quæritur,Arg.in l.si vnus.§.si cum reo.in lectura antiqua.ff.de pact.Bal.in l.actione.§. Labeo. ff. pro socio. Frã.Crem.nota.47.incipiente,consuluimus. Et dicit etiam Bald.in d.§.hæc autem tria.quòd confinatus potest reuerti,quando placet superiori,& ibi etiam ponit, quid si ad beneplacitum est confinatus.Et ibi etiam Bald. in 2. le-
15 ctu.dicit † quòd solus princeps potest exuli concedere licentiam redeundi ad ciuitatem,quando in perpetuum exilium erat condemnatus,sed si ad tempus, etiam inferior à principe facere potest,vt ibi per eum,de quo vide Barto.in l.relegati.de pœnis,& Matth.de Affli. decisio. 4. vbi quòd ex causa iudex inferior potest ad tempus concedere licentiam redeundi,sed non in perpetuum,vt ibi per eos. Et de quæstione, an iudex possit minuere pœnam, ad quam fuit condemnatus reus,vide quæ dicam infra c.exercere volẽtes.221.in c.scire vos volumus,in fin.infra numero 246.& infra cap.ad peruersorum. 252. Ioannes Antonius de Nigris. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Vascella inuenta nauigare sine mercibus prohibitis an possint impediri,vel turbari.*
2 *Vascella inuenta cum mercibus prohibitis, vel nauigantia ad hostes an debeant ad curiam transmitti.*
3 *Ammirati,vice ammirati, prothontini, & comiti galearum impedientes vascella, quæ impediri non debent, vel non capientes vascella, quæ capi debeant, qualiter puniantur.*

QVOD NON CAPIANTVR vascella inuenta sine prohibitis mercibus nauigare, & si qua inuenta fuerint onerata prohibitis mercibus, mittantur ad curiam. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXXIII.

1 ITEM prædicti † Ammirati, viceammirati, prothontini, & comiti, & præsertim præpositi galeis,quæ quibuscunque locis regni ad custodiam maritimam deputantur,non capiant,impediãt, vel turbent vascella, quæ sine prohibitis merci-
2 bus inuenerint nauigantia.¶ † Et si qua portantia merces prohibitas,vel sine prohibitis mercibus ad inimicos nauigantia cœperint vascella ipsa cum mercibus, & personis in eis repertis nostræ curiæ
3 sine diminutione assignent.† Qui si contrafecerint ammoti perpetuò ab officiis bonorum omnium præscriptione se nouerint mulctandos.

SVMMARIVM.

1 *Defensarum & forrestarum custodes an possint capere homines,vel animalia vltra terminos antiquos defensæ.*10.
2 *Forresterii,seu forrestarum custodes qui fieri debeant.* 11.
3 *Custodes forestarum & defensarum an possint capere homines prætextu,quòd habeant canes,& alia apta ad venandum,vel ligna incisa.*12.
4 *Suspecti de venatione an Iustitiariis denunciari debeant.*
5 *Venatores deprehensi in defensa an possint capi.*
6 *Terras & possessiones habentes in defensis,an possint illas colere & laborare.*13.
7 *Fidam soluere an teneatur dominus, qui habet terras, & possessiones in defensa,si vult illas colere.*
8 *Inquisitio fieri an possit de venatione.*9.14.
12 *Probatio an debeat de necessitate concludere.*
15 *Venationem prohibere an possit Rex,seu barones.*
16 *Venationem an possit prohibere Rex in defensis regiis.*
17 *Venatio aprorum, luporum, vrsorum, & leonum, an sit prohibita.*
18 *Venationem prohibendi ius an præscribi possit.*
19 *Venator si inuito domino fundi ingressus fuit ad uenandum, an illud quod cœpit efficiatur suum.*
20 *Columbos capere in columbario alieno an liceat.*
21 *Forrestarum antiquarum fines inquiri an debeant.*

DE MAGISTRIS FORESTERIIS & sub officialibus eorum. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXXIIII.

1 MAGISTRI † Forestarum & defensarum, vltra defensarum & forestarum antiquos termi- nos homines & animalia non capiant, nec vltra forestas ipsas of-
2 ficium suum extendant. † Nec faciant foresterios burgenses,nec alios diuites homines locorum, sed homines ad hoc habiles, aptos, & congruentes de vicinis locis,& non maiores nu-
3 mero, quàm expediat. † Nec homines occasione, quòd canes habeant, vel instrumenta quælibet ad uenandum, vel ligna incisa extra defensam,vel cornua,seu pedes,& pelles ceruorum.vel aliorum animalium siluestrium,capiant,turbent in aliquo,vel
4 molestent.† Sed si quos suspectos de venatione habeant,statim donunciẽt iustitiariis,qui inquisita veritate ad debitam pœnam procedant. Et si iustitiarius dubitauerit de processu, eo quòd sibi non con
5 stiterit,referat nobis.† Si vero magistri forestarum aliquem venando deprehenderint, ipsum capiant de persona, & statim assignent iustitiario puniendum.Et nihilominus in omni casu siue denunciauerint iustitiario aliquem de venatione suspectum, siue assignauerint eidem aliquem,ut est dictum, in venando deprehensum, significent nobis totum
6 processum. † Et dimittant liberè homines habentes terras & possessiones in defensis & circa defensas, quas & antiquitus laborare & colere consueuerunt ipsas per se, vel alios sicut olim fecerunt.
7 ¶ † Et pro affidatura, vel defensione pro prædictis terris & possessionibus eorum propriis aliquid non
8 exigant, vel recipiant ab eisdem. † Nec inquisitionem per se, vel alios de venationibus faciant, sed iustitiario regionis denuncient, vt dictum est. ¶ Et si contrafecerint, qualibet vice, qua venerunt contra, quilibet prædictorum restitutis ablatis,& resarcitis, damnis eis, qui damna, vel ablationem sunt passi, prædicti magistri forrestarum amoti ab officiis sine spe aliqua redeundi pro nostro arbitrio puniantur. Et eorum subofficiales post restitutionem & emendationem damnorum per annum in carcere decludantur.

MAGI-

MAGISTRI forestarum, adde & vide ca. Regis Caroli Secundi Regni Anno 6. in ru. de antiquis forestis c. ille quidem. num. 191.

9 ¶ In tex. ibi (denuncient.) † Nota, quòd contra uenatores in defensis potest iustitiarius per inquisitionem procedere. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

MAGISTRI forestarum. ¶ In tex. ibi (vltra de

10 fensarum &c.) † Nota, quòd non licet foresteriis capere homines, vel animalia vltra antiquos terminos forestarum & defensarum vt hic, & ad materiam huius c. vide in const. regni, cum per partes Apuliæ, & ibi latè per Matth. de Affl. ¶ In tex. ibi (nec faciant fo-

11 resterios &c.) † Nota, quòd non debent fieri foresterii homines burgenses, nec diuites, sed homines habiles & apti

12 de locis conuicinis. ¶ In tex. ibi (nec homines &c.) † Nota quòd licet aliquis reperiatur cum canibus, vel aliis instrumentis ad venandum, vel cum pellibus, & cornubus animalium siluestrium, vel cum lignis incisis extra defensam, uel forestam non propter ea possunt capi, nec molestari si non fuerunt capti in defensa. Ratio est, quia talis probatio non est concludens, quòd fuisset ad venandum in defensa; quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc. vnde cogna. l. neque natales. C. de proba. quia probatio debet de necessitate concludere c. in præsentia. extra de proba. & doct. in d. locis ¶ In tex. ibi (& dimittant liberè

13 homines &c.) † Nota, quòd habentes terras, & possessiones in defensis, quas antiquitus laborare, & colere consueuerunt, non possunt prohiberi illas laborare, & colere per se, vel alios, nec aliquid pro fida soluere tenentur, vt hic. ¶ In

14 tex. ibi (nec inquisitionem.) † Nota, quòd magistri forrestarum non possunt per se inquisitionem facere de venationibus factis in defensis regiis, sed debent magistris iustitiariis regionis denunciare vt hic & iustitiarius format inquisitio

15 nem. ¶ Quæro iuxta prædicta † an Rex, seu barones possint prohibere, ne subditi, & vasalli uadant ad venandum in territoriis vniuersatis. In qua quęstione breuiter conclude, quòd ex quo venatio est de iure gentium. l. 1. cum seq. ff de acqui. re. domi. & §. feræ. insti. de rerum diui. & ea quæ sunt de iure gentium princeps sine causa tollere non potest, vt latè per Felin. in c. quæ in ecclesiarum. extra de consti. Et propterea princeps non potest prohibere hominibus venationem: vt est decisio in terminis Hosti. Ioan. And. & Anto. de Butri. in c. non est extra de decim. & Phi. Decius consi. 197. in casu inquisitionis. col. 2. 1. vol. Iacobi. latè in tra. feu. in verbo, & cum venationibus, Matth. de Affl. in cō sti. regni, scire volumus, in fi. & ista est communis conclusio, quòd regulariter Rex, seu barones venationem prohibere non possunt in territoriis vniuersitatum, & ad prædicta vide etiā Prępo. in c. ius naturale, col. pen. & fi. prima

16 distin. ¶ † Limita primò non procedere, quādo Rex prohiberet venationem in loco de demanio Regis, seu in defensis regiis; quia tunc prohibere posset, sicut quilibet priuatus posset prohibere ne in loco suo quis faceret venationem, per l. dius. ff. de ser. rusti. prædi. quam allegat And. de Iser. in const. cum per partes Apuliæ, & Fran. de Are. in l. 3. §. Nerua. col. 3. ff. de acqui. po. Guido Papæ in quæstionibus parla. Delphi. q. 218. incipiente non est licitum, & Decius in d. consi. 197. col. 2. & Matth. de Affl. in d. consti. scire volumus, in fi. & Iacobi. in d. tra. feu. in verbo, & cum venationibus, & sic in ista limitatione concluditur, quòd Rex potest prohibere, & banna facere, ne in demanio regis, seu in defensis regiis aliquis vadat ad venandum. Et similiter possunt facere barones in eorum defensis, & territoriis propriis. Et similiter priuatus hoc facere potest, vt tenent præallegati docto. & ita procedit illud, quod dicitur in hoc capitulo. Et similiter vniuersitas hoc facere posset, vt per De-

17 cium ubi supra. ¶ † Intellige tamen prædicta nisi quis iret ad venandum ad apros, lupos, & vrsos. §. nemo. de pace tenend. vt vsi. feu. Iacobi. in d. tra. feu. in verbo & cum venationibus. col. 2. idem de leonibus & aliis feris dentatis l. 1. C. de vena. fera. lib. 11. quia talia banna ad istas feras non se extendunt, nisi de eis sit facta expressa mentio per d. iura. ¶ Item intellige, nisi esset consuetudo legitimè præscripta, vt possit in tali loco uenari; quia consuetudo tunc esset seruanda per ea, quæ habentur in l. de quibus. ff. de leg. & ibi doct. & in §. ex non script. & ibi Ang. Are. & alii Insti. de iu

18 re natu. & per ea, quæ statim dicam. ¶ † Limita secundò dictam conclusionem non procedere, quando barones præscripsissent istud ius venandi. vt puta; quia fecissent banna & proclamata, ne subditi irent ad venandum, & propterea destitissent a venando: quia per talem prohibitionem & desistentiam dominus constitueretur in quasi possessione iuris prohibendi, & si postea per longa tempora subditi acquieuissent, dominus præscribit tale ius prohibendi venationem. Et ideo cautela est pro dominus terrarū, vt faciant tales prohibitiones per banna pœnalia; quia si subditi non contradicunt, currit præscriptio. Et similiter cautela est pro subditis, vt se opponant, & contradicant, & appellent, ita dicit Iacobi. in tra. feu. in d. verbo, & cum venationibus, col. 2. & Io. Fran. Balb. in tra. de præscri. in quarta parte quintæ

19 partis principa. col. 5. in fi. cum concor. in d. locis. ¶ † Quid autem si venator inuito domino fundi ingressus est ad venandum, an illud quod ibi cœpit, erit capientis, vel domini illius fundi. Et similiter si esset facta inhibitio per iudicem, vide Iacobi. in d. tra. feu. in d. verbo, & cum venationibus. col. 2. & D. Præpo. in d. c. ius naturale. col. fi. prima di

20 stin. cum concor. ibi allegatis. ¶ † Et an sit prohibitum capere columbos in columbare alterius, & an capiens puniatur de furto, vide Gui. Papam in quæstio. parla. Delfi. q. 218. Dy. & doct. in §. pauonum. Insti. de rerum diui. Et multas quæstiones de materia venationis vide per Iacobi. in d. tra. feu. in verbo, & cum venationibus, & in d. quæst. Delfi. quæstio. 218. & Præpo. & alios in d. c. ius naturale. prima dist. & docto. in d. §. pauonum, & d. §. feræ. Insti. de re. diui. & doct. maximè Iaco. Rebuffi. in l. unica. C. de venatione ferarum, lib. 11. & in titulo extra de cleri. venato. & Par. in tra. sindi. in rub. de excessi. Regum, colum. 4. & Decium d. con. 197. primo volu. & in l. diuus, & ibi Flo. ff. de ser. rusti. pręd. Cæpo. in tra. de serui. in titu. de aucupa. & Bened. in repe. cap. Raynucius. car. 139. col. 4. extra de testa. vbi latè Cardi. in cle. 1. §. porrò extra de statu mona. Firma. in suo reper. in verbo venatos. Host. in sum. extra de cler. venato. per totū.

21 ¶ Et ad materiam huius c. † quòd fieri debet inquisitio super finibus antiquarum forestarum, & seruari debet forma circa custodiam, vide infra in c. Item statuimus. nu. 136. & vide in c. alleg. infra nu. 191. in rub. de forrestis, & infra ca. proximo. Item boues, nu. 85. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Boues sine campanis an possint sumere pascua in defensis.*
2 *Defensas nouas facere an liceat.*
3 *Iustitiarii an debeant in scriptis habere forestas & defensas.*
4 *Defensas nouiter factas an debeant iustitiarii ad pristinum reducere. 12.*
5 *Ratio quare boues sine campanis possunt pascua sumere in defensis, si custodes non habent arma, neque canes.*
6 *Arma portantes an præsumātur habere malum animum.*
7 *Canis cito sentit & latrat.*
8 *Campana quod effectus habeat.*
9 *Campanæ vbi primò inuentæ fuerunt.*
10 *Campaniæ veteris prouincia an vsque ad silerem protendatur.*
11 *Campania ciuitas vbi est sita.*
12 *Herbam capere an liceat iuxta viam pro equo reficiendo inuito domino herbæ.*

QVOD

QVOD BOVES SINE CAMPANIS possint pascere in defensis, dum tamen custodes eorum arma neque canes habeant, & quòd iustitiarii regionum habeant forestas & defensas in scriptis. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXXV.

1 ITEM † Boues sine campanis
possunt sumere pascua in defen-
sis, dum tamen custodes arma nō
habeant, neque canes ad maio-
rem cautelam, ne fraus aliqua
2 committatur.¶ † Et ne nouas fo-
restas, nec defensas prædicti magistri forestèrii fa-
3 cere possint.¶ † Iustitiarii regionum habeant fore-
stas, & defensas, & terras eorum distinctas in scri-
ptis, sicut magistri forestarum habent à curia, vt
possint melius scire, & inuenire, si magistri foresta-
4 rum manus suas extendunt extra terminos.¶ † Et si
prædicti iustitiarii defensas nouas factas, aliàs quā
quæ eis per curiam distinguuntur, inuenerint eas
restituant in pristino statu.

ADDITIO

5 ITEM boues.¶ In tex. ibi (sine campanis &c.† Quęro,
quæ est ratio, quòd boues sine campanis possunt sume-
re pascua in defensis, & custodes non tenentur, dummodo
non habeant arma, neque canes, Dicas, quòd ratio assigna
ri potest: quia quando boues non habent campanas, custos
potest prætendere ignorantiam, & dicere, quòd non præ-
uiderat boues in defensa pascentes, sed quando habent cā-
panas possunt intelligere sonitum campanæ, & prouidere,
ne vadant in defensa. Vnde non prouidendo, videtur frau-
dulenter facere, quia non caret scrupulo consentientis, qui
manifesto facinori desinit obuiare c. facientis. 86. dist. nec
ignorantia eum excusat, qui potuit scire, & noluit scire, vt
6 dicit Fely. in rub. col. 6. versi. vtrum verò in fi. extra de offi.
deleg.† Similiter etiam si habent arma, præsumitur, quòd
malitiosè boues in defensa posuissent: quia portantes ar-
ma præsumuntur habere malum animum, nisi portent illa
ligata, vt dicit Bal. in c. 1. §. si quis rusticus. de pace tenend.
7 in vsi. feu. & ibi glo. & Alex. in addi. ad Bartol. in l. 1. ff. de vi
pub.¶ † Similiter etiam si habent canes; quia canes operā-
tur duplicem effectum. Primò: quia canis citius sentit fore-
sterios venientes, & latrando eos præscoperit, & custodes
cum bobus aufugere possunt. Secundò: quia canes possunt
mordere foresterios, & impedire, ne capiant boues inuen-
8 tos in defensa, & propter hoc voluit taliter in hoc c. proui-
dere.¶ † Et notā ex isto tex. vnum effectum campanæ, alios
etiam effectus habet: quia aliquando est signum congre-
gandi capitulum, aliquando est signum congregandi gen-
tes ad ecclesiam, aliquando est signum ad bellum, aliquan
do est signum horarum, aliquādo est signum factæ electio
nis, aliquando est signum obitus, aliquādo est signum gau
dii, aliquando pro extinguendo ignem; aliquando intran-
di ad parlamentum, aliquando leuandi Corpus Christi, de
quibus vide per Io. And. & Abb. in cap. 1. extra de custo. eu-
cha. & per Bal. in rub. C. de deiti. liber. tol. habet etiam alios
effectus; quia procella turbinum, impetus tempestatum, &
fulgurum tonitrua, & ventorum flamina, spiritus procella
rum, & diabolicæ potestates perterruntur, & audientes vo
cem campanæ aufugiunt, vt dicit Io. de Selua. in tra. de be-
nefi. in quinta quæstione primæ partis, in quarto requisito,
9 nume. 50. vbi multa ponit de campanis. Et ibi etiam dicit
10 † quòd campanæ primò inuentæ fuerunt in Nola ciuitate
prouinciæ Campaniæ, quæ hodie dicitur terra laboris.† Et
olim prouincia veteris campaniæ protendebatur vsque ad
Silerem fluuium, qui disterminat Lucaniā à veteri campa-
11 nia, & de ista veteri campania loquitur Strabo.† & in his fi-
nibus veteris campaniæ est sita vetustissima ciuitas Cam-
paniæ mea dulcissima patria, cuius territorium ab vna par-
te circundat dictus fluuius Siler, cuius ciuitatis vetustatē
antiquissima & vetustissima testantur ædificia ab antiquissi-
mis temporibus diruta. Et de ista ciuitate Campaniæ loqui
tur glo. in l. 1. in verbo campanos. ff. ad municip. & tex. in l.
alumnæ. §. Seia liberta. ff. de adim. leg. & tex. in c. examinata
extra de iudi. quem habui in punctis tētatiuis, & tex. in c. 1.
extra de corpore uitia. multa alia iura loquuntur de cam-
pania, sed intelligi possunt de prouincia ideo non refero.
¶ Ad aliud autem, quod dicitur in hoc c. quòd boues sine
campanis possunt sumere pascua in defensis, de quo vide,
quæ dixi supra c. 4. incipiente, pridem, in rub. de bobus ara
to. Adde, quæ dicit Lud. Ro. sing. 231. incipiente, tu qui pere
12 grinaris, vbi dicit.† quòd licitum est stare in via & capere
de herba pro equo pascendo etiā inuito domino. & And.
de Iser. in titu. de pace tene. §. fina. vbi dicit, quòd potest se
extendere ad sepem, vel ad arborem pendentem supra viā
& capere frondes, & herbas pro refectione equi, non ta-
men posset immittere equum ad pascendum in fundo vi-
cini existente secus viam, vt ibi per eum. Et ad materiam vi
de Io. And. & Abb. in c. si læserit. extra de iniur. & dam. da-
to. & Cæpo. in tra. de serui. in ti. de serui iuris pas. col 4.¶ In
12 tex. ibi (& ne nouas forestas, nec defensas &c. nota † ꝙ non
est licitum facere nouas defensas, de quo tamē vide, quæ la
tius dixi supra in c. 23. quod incipit grauamina, versi. vigesi
motertio. ¶ Et si fuerint factæ nouæ defensę debent in pri-
stino statu restitui, vt in hoc tex. Ioannes Antonius de
Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Castellani, & seruientes an possint portare arma extra castra.*
2 *Castellani an possint emere, vel exercere officium in terra, vbi est castrum.*
3 *Castellani an debeant se intromittere de negotiis vniuersitatis.*
4 *Castellani an aliquem capere possint pro portatione armorum, ibidem.*
5 *Castellani an aliquas extorsiones facere possint.*
Castellani an aliquid accipere possint à captiuis & carceratis.
6 *Castelllani an possint accipere pannos pro lectis, ligna, paleam, seu fœnum.*
Castellani indebitè accipientes qualiter puniantur, ibidem.
7 *Seruientes castellanorum indebitè accipientes qualiter puniantur.*

DE CASTELLANIS. Rubrica.

1 CAROLVS PRIMVS CAP. LXXXVI.

CASTELLANI. † Et seruien-
tes castrorum secundùm tenorē
constitutionis regni extra castra
non deferant arma prohibita, ni-
si specialiter pro seruitiis curiæ
2 transmittantur.¶ † Nec aliquod
officium emant, vel exerceant in terra, vbi castrum
consistit, vel alibi. Et non habeant in terris ipsis ali-
quos affidatos, quos à collectis, vel aliis oneribus
3 curiæ seruent immunes. † Nec se de vniuersitatū
negotiis intromittant, nec aliquos auctoritate pro-
pria capiant de personis ratione delationis armo-
4 rum, vel alia occasione quacunque. † Et nullas ex-
torsio

torsiones per terras, campos, & mandras de rebus,
5 & animalibus faciant. ¶ † Nec a captiuis sub eorum custodia de mandato nostro deputatis cum eos liberari contigerit aliquid exigant, vel accipiāt.
6 ¶ † Nec pannos pro lectis, ligna, vel paleas, seu fœnum intra terras accipiant. Et si contrafecerint castellani restitutis ablatis gagiis vnius anni priuentur.
7 ¶ † Seruientes verò post oblatorum restitutionem fustibus cœsi a castrorum custodia appellantur. Excepto casu priuati carceris, vbi tam castellani, quàm seruientes pœna priuati carceris puniantur.

ADDITIO.

CASTELANI. Ad materiam huius c. vide in const. regni castellanis, & vide supra c. castellanos, nume. 20. in rub. de castellanis, & quæ ibi latè dixi, & ad materiam priuati carceris, quæ tangitur in fi. huius c. vide. C. de priua. carce. & quæ dixi supra c. contra effrenata, nu. 21. cum ibi allegatis. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Terreri qui dicantur.*
Barones an aliquem de persona capere possint, ibidem.
Tormenta an possint inferre barones vasallis, ibidem.
Barones an possint cognoscere de spreta defensa ibidem.
2 *Barones an possint aliquem de contrata recipere commendatum.* 9. 11.
Barones an possint vendere gabellas inuitis, ibidem. 8.
3 *Barones, qui committunt gabellas ad credentiam, quid exigere debeant.*
4 *Barones an possint recipere vasallos demanii ad habitandum in eorum terris.*
5 *Barones pro excessibus qualiter puniantur.*
6 *Spretæ defensæ cognitio ad quem spectet.*
7 *Capitaneus an possit cognoscere de spreta defensa.* 12.
10 *Pœna priuati carceris an committatur, licet locus non sit deputatus ad carcerem.*
13 *Spretæ defensæ modus an sit de iure communi, vel de iure constitutionum.*
14 *Spreta defensa qualiter imponatur defensa.*

DE TERRERIIS. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXXVII.

1 TERRERII † Videlicet Comites, Barones, & feudatarii tam vltramontani, quàm latini nullos de personis capiant, nec priuatum carcerem faciant, tormenta, vel iniurias alias quascunque nō inferant vasallis eorum, vel aliis quibuscunque, nullas destitutiones, extorsiones, vel violentias faciant, defensas pro parte ipsorum non exigant, nec de defensis cognoscant, vel se aliquatenus intromittant, cum impositio defensarum debeat fieri per inuocationem nostri nominis, cognitio & exactio eorum spectat solum ad nostram curiam, vel ad iustitiarium regionum.
2 ¶ † Nullos de cōtrata sub patrocinio & recomendatione ipsorum recipiant, gabellas reddituum terrarum suarum non vendant inuitis.
3 ¶ † Et si contingat ad credentiam committere, tantum a credenceriis ipsis recipiant meros & puros prouentus, & redditus, quos secundùm temporis qualitatem receperunt, vel recipere potuerunt.
4 ¶ † Nec etiam recipiant ad habitationem in terrîtoriis eorum homines demanii.
5 † Et si contrafecerint pro tormentis, seu captione personæ, pœna priuati carceris teneantur. Pro aliis verò iniuriis pro qualitate delicti per magistrum iustitiarium, seu iustitiarium regionum pœnis legitimis puniantur. Pro destitutionibus verò, extorsionibus, & violentiis plectantur pœna constitutionibus comprehensa, destitutis & violentiam passis ante in pristinum statum reductis, & eisdem restituto exorto, pro vsurpatione earundem defensarum nostro arbitrio puniantur, restituto prius sine difficultate quicquid postea abstulerunt. Et si quos sub patrociniis, vel recomendatione, vel aliquos de terra demanii receperunt similiter ad habitandum in terris eorum secùdum formam nouæ constitutionis puniantur.

TERRERII. Habes hic, de quibus personæ hic nominatæ cognitionem non habent, concordat cum const. regni vniuersis, in titu. de homi. denun. affida. non recipi. lib. 3. in
6 glo. ¶ In tex. ibi (cognitio & exactio) † Nota cognitionem spretæ defensæ spectare solum ad magistrū iustitiarium, & iustitiarium regionum. Et ideo vidi hesitari,
7 † an capitaneus habeat cognitionem spretæ defensæ, & dicas quòd non, nisi Rex ei expressè concesserit, ar. extra, de offi. lega. c. studiisti, & c. generi. de reg. iuris in 6. nam aliquando conceditur iurisdictio pluribus distinctè, & tunc non se intromittunt de iurisdictione alterius, vt notat glo. sing. C. de execu. & exa. lib. 10. l. quicunque. quia sunt diuisi re & verbis: quia istæ concessiones habent se ut species differentes distributæ in personis diuersorum. Aliquando iurisdictio generalis est concessa vni, specialis alteri, & tūc aut hæ iurisdictiones habent se vt genus & species, aut vt genus & indiuiduum. Primo casu aut constat de mente disponentis, & standum est menti. l. 1. C. de offi. præfe. vrb. aut non constat, seu dubitatur, & tunc aut is, cui specialia conceduntur, est in ea iurisdictione superior, & tunc species derogat generi: quia distinctiuè. i. excellenter videtur facta commissio, & hoc manifestat pondus causæ. Aut inferior erat, cui specialia committuntur, & nō intelligitur derogatum superiori; quia non videtur concessum minori, & denegatum maiori. d. l. 1. C. de offi. præfe. vrb. in ratione literæ & quia superius continet inferius. Secundo casu quando habent se iurisdictiones vt genus & indiuidua, tunc causæ indiuiduæ enumeratæ a genere sunt exemptæ d. c. studuisti, cum similibus not. in aut. de mand. princ. §. & iudices. ¶ In
8 tex. ibi (& si contingant) † Nota, quòd barones non possunt vendere gabellas inuitis, sed ad credentiam, Et qualiter debet eis de fructibus responderi, concordat supra c. prædecessorum nostrorum. nu. 8. ¶. In tex. ibi (nec etiam recipiāt)
9 Nota hic & supra in verbo nullo † quòd barones non possunt in eorum terris affidare homines demanii. ¶ In tex.
10 ibi (pœna priuati carceris) decidit iste tex. † ꝙ pœna priuati carceris committitur, licet locus non sit deputatus ad carcerem, sed ad habitationem, etiam si non sit adhibita violētia corpori, circa quod vide supra regni anno 2. c. contra effrenatas. nu. 21. ¶ In tex. ibi (legitimis puniantur). s. iuris cōmunis & const. regni, quæ sunt de iniur. curia. illatis. l. vt participatio. libro primo, & in titu. de iniur. curia. perso. seu quibuslibet aliis irrog. l. obseruent, cum duabus sequen. libro tertio. ¶ In tex. ibi (constitutionibus,) vt in const. de violentiis. l. violentias & l. circa violentiarum pœnas, libro primo.

11 mo. ¶ In tex. ibi (nouæ const.) † Nota contra barones affidantes in eorum terris homines demanii, qua pœna debeant puniri. Et dicas, quòd immo sunt plures constitutiones in hoc pœnam statuentes, videlicet libro 3. in titulo de iure nostræ curiæ obser. l. personas, & in rub. vt omnes, qui fuerunt de demanio. l. quisquis. & in rub. de homi. dema. l. cum vniuersis. Sed videtur, quòd non intelligitur de illis: tum quia sunt plures, & hic loquitur in singulari numero, tum quia iste non sunt nouæ respectu istius. Vnde videtur potius intelligere, & se referre ad c. cõtra effrenatas, quod condidit iste Carolus Primus Anno Secundo, & istud cap. cum illo quasi se concernunt. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

12 FERRERII. In quæstione tacta per Seb. hic † An capitaneus possit cognoscere de spreta defensa, vide Matth. de Affl. in consti. regni fideliũ nostrorum, col. pen. vbi tenet, quòd capitanei & alii barones, qui habent merum & mixtum imperium a rege, nec etiam camerarii & baiuli non possunt cognoscere de spreta defensa, nisi Rex expressè eis concesserit, quòd possint cognoscere, vt ibi latius per eum in octauo nota. &
13 ibi an saltem alia pœna acquiratur baroni. † Et est sciendum, quòd iste modus imponendi talem defensam non erat de iure communi, sed solùm fuit nouus modus introductus in regno per Federicum Imperatorem, vt patet in const. regni iurisgentium. in prin. & in rub. d. const. vtrobi-
14 que per Matth. de Affli. † Et imponitur ista defensa, quia si aliquis timet offendi ab aliquo in persona, vel ne committatur violentia in eius bonis, poterit aduersus illum imponere defensam, dicendo ego talis ex parte Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti prohibeo te talem, ac te requiro, vt hinc in antea non præsumas, me offendere in personam, vel si timet violentiam in bonis, poterit mutare, & dicere, vt non præsumas mihi violentiam inferre in bonis, nec me spoliare &c. vt latius habetur per Matth. de Affli. in d. consti. iurisgentium. colũ. 1. & 2. Et ad materiam spretæ defensæ vide latissimè in d. const. iurisgentium, & in consti. regni fidelium nostrorum, & in const. si quis imposterum, & in const. defensas, & in d. locis per And. de Iser. & Matth. de Affli. vbi latissimè ista materia tractatur. ¶ Et ad materiam de grauaminibus, quæ barones inferunt subditis vltra ea, quæ hic habentur in tex. vide, quæ latè dixi supra c. 23. grauamina. vbi latissimè. ¶ Et de materia priuati carceris vide, quæ dixi supra c. contra effrenatas, nu. 23. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Barones an debeant excedere fines antiquorum territoriorum.* 2.
3 *Fines, si dubitatur de finibus territoriorum, an sit standum antiquis finibus & terminis.*
4 *Termini apparentes an habeantur loco instrumentorum.*
5 *Cruces magnæ, quæ fiunt in arbore, an significent diuisionem territorii.*
6 *Finium quæstio quando vertitur de tenimentis an debeat inspici registrum.*
7 *Confinia qualiter probentur.*
8 *Confinia an probentur per diuisionem factam per principem.*
9 *Confinia an probentur per sententias.*
10 *Confinia an probentur per exercitium iurisdictionis.*
11 *Confinia an probentur per exactionem gabellarum.*
12 *Confinia an probentur per appositionem custodum.*
13 *Confinia an probentur per arationem, seminationem, & fructuum perceptionem.*
14 *Confinia an probentur, si animalia ibi pasculauerunt.*
15 *Confinia an probentur per affidationem.*
16 *Confinia an probentur, si homines illius loci ibi fecerunt ligna.*
17 *Confinia an probentur per capannas factas in loco differentiæ.*
18 *Cappannæ & tuguria an denotent possessionem confinium, ibidem.*
Confinia an probentur per famam. ibidem.
Fama an probet finem solum in factis antiquis, ibidem.
19 *Fama, quæ habuit originem ab vna & eadem persona, an probet.*
20 *Fama an debeat habere ortum ab hominibus bonæ opinionis, & vitæ.*
21 *Tempus, cuius initii memoria non existat, quod dicatur.*
22 *Confinia an probentur per assertiones partium & instrumentum.*
23 *Confinia an probentur, quando sunt diuisa per vias regales, per flumina, vel montes.*
24 *Confinia an probentur per libros antiquos & scripturas.*
25 *Confinia an probentur per testium depositiones.*
26 *Confinia an probentur per cruces factas in lapidibus.*
27 *Confinia an probentur per librum extimi, seu catastri.*
28 *Probatio melior an dicatur per instrumenta antiqua.*
29 *Termini confinium an debent ire per directum.*
30 *Iudex an debeat applicare animum ad vnam speciem probationis, an verò debeat applicare ad eum, qui habet potiora iura.*
31 *Iudex an debeat aduertere ad testium depositionem.*
Testium dicta an regulentur a causa scientiæ, ibidem.
32 *Iudex an debeat aduertere ad causam scientiæ.*
33 *Actor & reus, an vterque dicatur in iudicio finium regundorum.*
34 *Limites & confinia an præscribi possint.*
35 *Finium regundorum iudicium an possit esse de possessione & de proprietate.*
36 *Probare melius quis dicatur in possessorio.*
37 *Fructum perceptio an dicatur efficacia & vtilitas possessionis.*
38 *Finium regundorum iudicio an primò debeant poni termini, & postea sententiari, vel econtra.*

QVOD NON EXTENDANT SE AD territoria vicinatam demanii, quàm alia. Rub.

CAROLVS PRIMVS CAP. LXXXVII.

1 ITEM † prædicti contenti antiquis territoriis terrarum suarum, videlicet, prout prædecessores eorum pro tempore habuerunt ad territoria vicina tam demanii, quã ad alia se aliquatenus non extendant. Et si contrafactum fuerit occupata in priorem statum ante omnia reducantur, & in æstimatione occupatorum nostræ curiæ teneantur.

ADDITIO.

1 ITEM prædicti. † Nota quòd barones non debent excedere fines antiquorum territoriorum terrarum suarum, nec debent se extendere ad vicina territoria demanii, nec ad alia, & si contrafecerit occupata restituere debet, & in æxtimatione occupatorum punitur, vt hic, de qua materia vide supra in c. subditorum.

ſubditorum,nu.6.& quæ ibi dixi, & Matth.de Affli.in con
ſti.regni.violentias.col.4.& ſupra c.prædeceſſorum. num.
8.& quæ ibi dixi.† Et ſi dubitaretur de finibus territoriorũ,
in dubio ſtandum eſt antiquis terminis & finibus,niſi mu-
tari probentur,vt tenet Par. in tra.de reinteg. feu. in titulo
de finibus c.pone quòd dominus,car.163. vbi etiam dicit.
4 † quòd termini apparentes habentur loco inſtrumentorũ.
ADDITIO noua. Similiter etiam lapis poſitus in
medio cum aliis lapidibus hinc inde circum circa poſitis
ad cuſtodiam,& vulgare vocant illos lapides circum circa
teſtes,alii dicunt eos poni ad cuſtodiam,talis lapis medius
ſignificat eſſe poſitus pro fine terminante,& diuiduẽ, vt di
cit Pet.Phi.Corn.conſi.333.colum.2.primo volum. & ſta-
tur lapidibus habentibus ſigna terminorum.l.fi.ff.fi.reg.&
5 Cor.vbi ſupra col 4.verſi.item ſtatur . † Et ſimiliter cruces
magnæ ſolent fieri in arbore, quæ diuidit territoria, & eſt
ſignum, quòd illa arbor eſt pro termino territoriorum , vt
dicit Paris vbi ſupra c.quando fiunt.car.162.Et latè de ma
teria finium vide ibi per Pari.in toto illo titu.de finibus, &
vide quæ latè poſui in meo tractatu de inuentario, in fine,
& vide infra c.ad tollendam.nu. 189.ſub rubrica de tollen
6 da diſſenſione inter fideles,vbi ponitur.† Quando vertitur
quæſtio de tenimentis & finibus territoriorum , quòd in-
ſpiciatur regiſtrum,quod eſt in archiuio regiæ curiæ,vt ibi
latius habetur. ADDITIO noua.Quia ſepe ſepius oc
currunt lites & controuerſiæ ſuper finibus territoriorum
ciuitatum & eccleſiarum , & diœceſum , ideo videndum
7 eſt,† qualiter probentur confinia pertinentiarum,& diſtri-
ctus,ac territoriorum,ciuitatum,caſtrorum, eccleſiarum,
& diœceſum.ſit quia doctores in diuerſis locis ponunt di-
uerſos modos probandi confinia,ideo hic recolligere vo-
lui,& multos modos ponit Bald.conſi.420.incipiente, ver
ba principis.1.volum.& Guido Papæ in quæſtio.parla.Del
phi.quæſtione.193.incipiente quia,& doct. in c. cum cau-
ſam.de proba.& Paris in tra.de reinteg.feud.in c. quia ple-
8 runque.in rub.de finibus.car.161. cum ſequen. ¶ † Primò
probantur confines,ſi apparet de diuiſione territoriorum,
ſeu confinium facta per Principem, vel Papam : quia ad
Principem & Papam ſpectat diuidere territoria & diœce-
ſes ac parrochias c. lege,& ibi glo.diſtin.10.cap.eccleſias.
13.q.1.Laur.Calca.conſi.89.quia iſta quæſtio.colum.2.nu.
7.& colum.penul.in fi.cum ſequen.Et idem eſt dicendum
ſi facta fuiſſet diuiſio territoriorum per eum,qui vice prin
cipis fungebatur,vt dicit Lau.Calca.d.conſi.nu.7.ad prædi
cta facit tex.in l.quod principis.ff. de aqua plu. arcen. & l.
9 2.& ibi glo.in verbo aſcripta.C.de fund.limi.lib.11. ¶ † Se
cundò probantur confinia per ſententias iudicum & arbi-
tratorum.ff.de arbi.l.inter Caſtellianum,Inſti. de offi. iud.
§.fi.Bald.d.conſi.420.col.1.verſi.item probantur.1.volum.
10 ¶ † Tertiò probantur confinia per exercitium iuriſdictio-
nis,ſi in illo loco iudex illius ciuitatis,vel caſtri exercuit iu
riſdictionem, vel furcas exexit, vel fuiſſet aliquis combu-
ſtus propter maleficium,vt tenet Bal.d.conſ.420.colum.1.
verſi.item per exercitum , niſi appareat de contradictione
& proteſtatione alterius partis:quia tunc furcarum erectio
non præiudicaret,vt dicit Par. in tra.ſindi.in verbo, furca,
11 in fine ¶ † Quartò probantur confinia , ſi probatur , quòd
in illo loco per illam ciuitatẽ , ſeu dominum ciuitatis fuiſ-
ſet exacta aliqua talea,vel gabella,vt dicit Bald.in d.conſi.
12 410.in loco proximè allegato.¶ † Quintò probantur confi
nia per appoſitionem cuſtodum.puta,ſi probatur,quòd vni
uerſitas illius ciuitatis , ſeu caſtri in illo loco appoſuit cu-
ſtodiendum illum locum & territorium tamquam terri-
torium ſuum. ff.de fund. inſtru. l. ſi ita. §. mulierum villæ
cuſtos.l.in nomine domini.§.ſancimus.verſic. in Sardinia.
ibi,quoniam ita.C.de offi.præfe. prẹto.Afri.Bald. d. conſi.
420.colum.1.verſi.item quandoque. Guid. Papæ. d.q.193.
13 col.1.verſi. quartò probantur. ¶ † Sextò probantur confi-
nia probando,ꝙ homines illius caſtri arauerunt, coluerũt
& ſeminauerunt illum locum, de quo vertitur quæſtio , &
multo fortius,ſi probatur, ꝙ fructus & redditus percepe-
runt.ita dicit glo.nota & ibi Bald.& Saly.in l ſi quis ſuper.
C.finium reg.Bal.d.conſi.420.col.1.verſ.interdũ per perce
14 ptionem reddituũ.¶ † Septimò probãtur confinia,ſi proba
tur,ꝙ homines illius caſtri,ſeu ciuitatis eorũ aĩalia in loco
differẽtiæ paſcebãt,& publicẽ tenebãt ad paſcua ſumẽdũ,
quia ex hoc reſultat probatio,ꝙ locus ille erat illius caſtri
& hominũ,quorũ aĩalia ibi paſcua ſumebãt,quia in alieno
fundo & loco paſcuatio eſt prohibita. l. quintus. ff. ad leg.
aquil.l.fi.C.de paſcu.pub.lib. 11.l.iniuriarũ.§.fi.& l. ſeq.ff.
de iniur. l.per agrũ.C.de ſerui.& in conſt.regni cũ per par-
15 tes Apuliæ, & ibi doct. ¶ † Octauò probantur confinia , ſi
probatur,ꝙ baro,ſeu baiulus illius caſtri in illo loco diffe-
rentiæ affidauit aĩalia exterorũ ad paſculãdũ,vel ſi in dicto
loco aĩalia exterorũ reperta pro diffidatis cœpit, & ſolue-
rũt pẹnã,ſeu fidã & diffidam,vt in d.conſt.cum per partes
Apuliæ,vbi probatur,ꝙ baroni illius loci , ſeu caſtri eſt li-
16 citũ affidare,& iumenta ſine fida capere.¶ † Nonò proban
tur confinia,ſi in loco differẽtiæ extarẽt nemora , & hoĩes
illius caſtri in dicto loco accedebãt ad faciẽdũ ligna : quia
per perceptionẽ lignorũ dr̃ fructus percipi : quia ſyluæ cẹ-
duæ dñr fructus naturales:quia proueniũt ſine ſemine , vt
dicit Bal.in l.ancillæ.col.4.C.de fur.& ſic hoĩes illius caſtri
dñr fructus lignorũ pcipere Et idẽ eſſet,ſi in illo loco eſsẽt
fõtes & hoĩes illius caſtri applicaſſent aĩalia ad aquã ad bi
17 bẽdũ in illo loco differẽtiæ.¶ † Decimò probãtur cõfinia,
ſi probatur,ꝙ hoĩes illius caſtri,ſeu ciuitatis in loco differẽ
tiæ tenebãt aĩalia ad paſcuãdũ . Et cuſtodes aĩaliũ ibidem
fecerunt tuguria,caſas,ſeu capannas, vt in eis ſtarent peco
rarii,& cuſtodes aĩaliũ:quia per tales capannas, ſeu caſas,
& tuguria probatur poſſeſſio,vt dicit Cæpo.in tra.de ſerui.
in titulo de tugurio,idem eadẽ ratione eſſet dicendũ , ſi fe-
18 ciſſent mandras,ſeu ouilia pro faciendo caſeo.¶ † Vndeci
mò probantur confinia per famam publicam ca.cum cau-
ſam.de proba.& per vulgi opinionem & iudicum circum-
colentium,qui in hac materia ſunt teſtes magis idonei,quã
alii.l.1.§.1.ff.de flumi.ꝙ quanto ſunt ſimpliciores & ruſti-
ci ſunt credibiliores,quia non deponunt niſi de poſſeſſio-
ne facti tamquam oculis ſuis ſemper aſtantes ſuper ipſa lo
ca,vt not.ff.de verb.obli.l.ſtipulatio iſta.§.hi quoque. ita di
cit Bal.in d.conſi.420.verſi.interdum per vulg.1.col.1.vol.
& ꝙ fines probentur per famã, tenet Par.in d.tra. feu. in c.
quia.in rub.de finibus,col.2.& Decius cõſi.42.nu.8.1.vol.
vbi dicit,ꝙ etiam per præſumptiones probantur fines. Ad-
uerte tñ,ꝙ fama non plenè probat fines,ſed adminiculã
tur:vt tenet gl.Inno.Bal.Anto.de Butri.Abb.& Fely. in d.c.
cũ cãm.col.4.in fi.cũ ſeq.verſi.gl.in verbo fama.Sed fama
iũcta cũ conſuetudine, vel aliis adminiculis plenè probat.
Intellige tñ prædicta,ꝙ fama nõ probat,niſi in antiquis,vt
tenet Fel.in d.c.cũ cãm.col.5.in prin.& ibi Imo.& Fely.in
c.veniens.el 1.de teſt.& Guid.Papæ in quæſtio. parla. Del-
phi.q.193.col.1.verſi.3.modo , & ibi ẽt dicit , ꝙ talis fama
probatur per duos teſtes bonæ opinionis, quia in materia
cõfiniũ recipiũtur faciliores probationes, vt dicit Fely.vbi
ſupra.Et dicitur factũ antiquũ , qñ excedit memoriam ho-
minũ,& ſic vltra centũ annos,quia in excedentibus memo
riã hoĩum ſufficit probatio per famã.Inno.in d.c. veniens.
verſus fi.de teſt.Bal.in authentica quas actiones.in fin C.de
ſacroſan.eccl.Anto.de Butri.& alii in d.c.veniẽs.el 1. Fely.
in d.c.cũ cauſam.col.3.circa prin.& col.9.circa prin.cũ cõ
19 cor.in d.locis.¶ † Ad vnũ tñ aduerte,ꝙ ſi fama haberet ori
ginẽ ab vna & eadẽ perſona,tũc non diceretur fama plenẽ
probata : quia per vnũ non probatur publica vox & fama
per ea,quæ dicit Fran.de Are.& Fely.in d.c.cũ cãm. col.3.
verſi.iſtud fallit.de proba.vbi dicunt,ꝙ licet inſtrumẽta an
tiquiſſima confecta inter tertios probent etiã, ſi per verba
enunciatiua faciunt mentionẽ de finibus & iuriſdictione.
Tamen fallit,qñ haberent originẽ ab vna & eadem perſo-
na,puta ab vno notario, qui ſcripſit , vt ibi per eos. Et dicit
Bal.in c.veniens co.2.de teſti.ꝙ ſi cõſtat,quis fuit princi-
pia
tor famæ, talis fama non plus probat, quàm probaret ille
principiator, & iſtud not.quia quando litigatur de confini
bus

bus territorium, testes vt plurimum solent dicere, quòd ta-
20 lis dicebat, q̃ fines erant in tali loco &c. † Et fama debet bene probari, & quòd ortum habuit ab hominibus honestæ vitæ & bonæ opinionis, & a grauibus, & honestis, & antiquis, vt in cap. qualiter & quando. lo 2. & ibi docto. de accus. Gandy. in trac. malefi. in rub. a quo vel a quibus possit fama incipere, colum. 1. Bar. & Hyp. in l. de minore. §. pluri
21 mum. ff. de quæstio. ¶ † Quod autem tempus dicatur, cuius initii memoria non existit, & qualiter probetur, vide latè Io. Fran. Balb. in tra. de præscri. in 2. par. tertiæ partis principa. in sexta quæstione, colum. 6. cum sequen. & quæ dixi
22 supra in c. castellanos. 20. cum concor. in d. locis. ¶ † Duodecimò probantur confinia per expressas, vel tacitas assertiones partium, vt dicit Bald. in d consi. 420. colum. 1. versi. interdum etiam, allegat nota. in l. optimam. C. de contrah. & commi. stipu. & l. cum aliquis. C de iure delib. & Guido Papæ in d. quæst. 193. colum. 1. versi. primo, vbi dicit, quòd probantur confines per publicum instrumētum super hoc confectum, vt in locis præallegatis & Fely. in d. cap. cum causam colum 3. in prin. vbi dicit, quòd instrumenta antiquissima confecta inter tertios, in quibus enunciatur, aliquem locum esse de iurisdictione, diœcesi, vel destrictu alicuius, plenè probat, & Matth. de Affli. decisio. 83. in causa. Et dicuntur antiquissima, quando excedunt memoriam hominum, vt ibi per eum. ad prædicta etiam vide Deci. cō si. 42. & pro facultate. nume. 2. & ibi nume 8. 1. volum. vbi dicit, quòd quædam sunt instrā decisiua, & probant, quę dam enunciatiua, & probant in antiquis finibus, vt ibi per
23 eum. ¶ † Tertiodecimo probantur confines territoriorum: quia loca sunt euidēter & notoria distincta & separata per vias regales, per flumina, vel per montes, vel valles, vel per lapides, vel per signa multum apparentia, & istis modis territoria, communiter distinguuntur, vt dicit Io. And. & Goff. in d. c. cum causam, de proba. & Bald. consi. 420. col. 1. primo vol. & Guid Papæ. d. q. 193. col. 1. versi. secundò, vbi dicit, quòd per lapides antiquos probantur confinia, allegat. l. 1. §. qui in rebus. ff. de fal. & l. qui tabulas. in prin. ff. de fur. & supra tetigi. Dicit tamen Host. & Abb. & Fely. in ca. cum causam. colum. 4. versi. in eadem glo. q̃ vbi agitur de grandi præiudicio, ista non probant, sed adminiculantur, vt ibi
24 latius per eum. ¶ † Quartòdecimò probantur confines per libros antiquos, & per scripturam in columna, vel lapide: vt per Guid. Papæ vbi supra, & per doct. in d. c. cū causam, & ibi ponunt, quomodo hoc procedit. Et per registrum regiæ curiæ, vt dicit Lau. Calca. d. consi. 89. colum. 2. circa me
25 dium. ¶ † Quintodecimò probantur confines etiam per testium depositiones, vt per Guid. Papæ vbi supra, & d. ca. cū
26 causam. & ibi doct. ¶ † Sextodecimò probantur per cruces in lapidibus, vel arboribus antiquis, vt supra dixi, &. Par. in d. tra. de reinteg. feud. in loco supra allegato, & Laur. Calc. d. consi. 89. col. 2. qui dicit, q̃ ita seruat consuetudo, vt fiant
27 signa in terminis lapideis. ¶ † Decimoseptimò etiam probantur confines, probando, quòd illa bona posita in loco differentiæ sunt posita in extimo & catastro talis castri, seu ciuitatis, & ibi fuit solutum apprecium, vt dicit Cor. consi. 333. incipiente, capio primò. col. 10. versi. restat, in litera C.
28 1. vol. ¶ † Aduertendum tamen est ad vnum, quod dicit Bal. in d. c. cum causam. & ibi sequitur Fely. col. 3. in fin. q̃ in factis antiquis nulla est melior probatio, quàm instrumētorum, recurritur enim ad memoriales antiquos tamquā ad stipites veritatis, quæ in æternum permanent. Et dicit, q̃ montes, flumina, & valles, quæ distinguūt territoria, sunt fines æterni, in quibus semel verum semper est verum, alle-
29 gat. l. qui bona. §. si stipulaturus. ff. de dam. infe. ¶ † Et termini non dicunt ire per transuersum, sed per directum, vt nota. per doct. in l. si quis super. ff. fin reg. & Cor. d. consi. 333. col. 9. versi. & hoc mihi, in litera. A. in fin. & Laur. Calca. d. consi. 89. col. 1. versus fi. Et licet supra sint relati multi modi, ex quibus probantur confinia, tñ non omnes de perse sufficiunt. Sed adminiculantur, vt dicit Fel. in d. c. cum cau
30 sam. & supra tetigi. † Ideo iudex non debet applicare ani-

D. Ioan. Anto. de Nigris.

mum suum ad vnam speciem probationis, vt dicit tex. in capit. causam quæ. de sen. & re iudi. sed debet inclinare in eam partem, quæ habet potiora iura capitu. suborta. & ibi
31 doct. extra de sen. & re iud. ¶ † Et aduertere debet iudex ad testiū depositiones: quia dicta testium regulantur a cā sciētiæ, iuxta notata per Inn & doct. in cap. cum causam quæ, extra de test. per Bar. in l. qui testimonio. §. fin. in fin. ff. de testa. doct. in l. solam. & in l. testium. C. de test. Cor. consi. 45. licet. colum. 4. versi. & dicta testium. in litera G. 4. volum. Et ideo testes deponentes de finibus, si postea in causa scié
32 tiæ dicunt audiuisse a tali, non probant. † Ideo iudex sem
33 per ad redditionem causæ scientiæ aduertat. ¶ Et † dicit Laur. Calca. d. consi. 89. colum 1. quòd in iudicio finium regundorum vterque est actor & reus. l. iudicium communi diuidundo. ff. fin. reg. Et propterea vterque habet necesse probare aut per libros antiquos, vel per scripturam antiquam, aut per testes, aut per famam publicam, vel per alia adminicula, aut aliis modis, & ille, qui melius probat, obtinere debet. d. c. cum causam. extra de proba. vt ibi per
34 eum. ¶ † Est etiam sciendum, quòd limites, seu confinia dignitatum, vt Ducatus, Comitatus ciuitatum & similia non possunt præscribi, vt tenet Hosti & Abb. in ca. super eod. in fin. extra de parro. Laur. Calca. d. consi. 89. colum. fina. nisi quando confinia essent dubia, tunc præscribi possent. vt per Calca. vbi supra, sed quando de eis constat, non possunt præscribi, vt latè per Ioan. Fran. Balb. in trac. de præscri. in prima parte sextæ partis principalis in decimo ca-
35 su, vt ibi latius per eum. ¶ † Et istud iudicium finium regundorum quandoque fit de possessione solùm, quandoque etiam de proprietate. d. l. si quis. C. fini. reg. & ibi Bal. & Sa-
36 ly. Et ille † dicitur melius probare, cuius intentio magis consonat rationi, & si vnus probat possessionem cum titulo, alter sine titulo, tunc potior est possessio titulata: quia magis iustificatur per viam rationis, vt dicit Bald. in l. qui accusare. in fin. C. de eden. & dicit Bald. in disputa. Accusatus de vi turbatiua, in vltima carta, quod probata pariter possessione si docetur de titulo antiquiori præsumitur etiam possessio antiquior, & Fel. in cap. licet causam. colum. 8. versi. quarta causa, nume. 9. versus fin. extra de pro-
37 ba. † Similiter ille dicitur melius probare, qui probat de perceptione fructuum: quia in tali fructuum perceptione consistit efficatia & vtilitas possessionis, vt dicit Bald. in d. c. licet causam. & ibi Fely. colum. 7. in prin. nume. 9. in prin. Similiter etiam ille, qui probat de antiquiori possessione, dicitur melius probare. d. cap. licet causam, & ibi doct. & Fely. colum. 5. in fi. cum sequen. versi. tertia causa victoriæ. Et similiter ille, qui probat per plures & meliores testes, & qui magis aptiora & verisimiliora deponunt, vt per Felyn. in d. cap. licet causam. colum. 5. versi. nota decimò, cum cō
38 cor. ibi. ¶ † Et an isto casu debeat primò sententiari, vt ponantur termini in tali loco, & deinde mandare vt eis positis fore seruandos. An verò debeant primò poni termini per agrimensorem, & postea eis positis mandare, vt debeāt posside re secundum terminos, vide Bald. in d. l. si quis. C. fini. reg. Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Barones an possint facere inquisitionem auctoritate propria. 2.*
2 *Banna an possint facere barones cum pœna vltra augustalem, ibidem.*
3 *Barones an possint imponere pœnam vltra augustalem.*
4 *Pœna a iure statuta imponi an debeat.*
Pœnis legibus comprehensis debemus esse contenti, ibidem.
Baiuli quam pęnam imponere possint in præceptis & contumaciis, ibidem.
5 *Barones an possint aliquem capere & carcerare, vel torquere.*

T QVOD

QVOD NON FACIANT INQVISItionem authoritate propria, nec bannum imponant vltra augustalem vnum. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. LXXXIX.

ITEM † ad inquisitionem faciẽdam aliquam super quocunque negocio aũcte propria non procedant, nec bannum imponant, nec imponi faciant vltra augustalem vnum.

2 ITEM ad inquisitionem. † Nota contra barones, qui non possunt auth. propria inquirere, nec vltra augustalẽ vnum pœnam imponere, & expone ibi bannum, i. pœnam in banno, vel. i. mulctam, vt not. ff. de admi. tuto. l. 1. in prin. extra de purg. cano. c. 2. & 15. q. 4. placita. 16. q. 1. ca. statuimus.
3 † Sed quid si comes, vel baro non quidem in banno sed sine banno imponit pœnam vltra augustalem, an valeat, maximè si ratione criminis vult aliquem pecuniaria pęna punire? Communis sententia iurisperitorũ est in regno ꝙ non, maximè cum cognoscere de criminibus sit meri imperii. l. imperium. ff. de iur. om. iudi.
4 † Item pœna a lege statutam debent iudices habentes in his plenariam iurisdictionem siue potestatem infligere delinquẽtibus; quia hoc iurant in aut. de iud. §. oẽs. prope fi. tituli, non ergo aliã imponere possunt: cum debeamus esse contenti pęnis legibus comprehensis. ff. de verbo. obli. l. si stipulatio, nulla uerò lege cauetur, ꝙ pro criminibus patratis in terra sua baro pecuniariam pœnam possit imponere. Contrarium verò apertè probatur in consti. de defen. impo. l. iurisgẽtium. §. 1. ibi dum dicit, tantum de tertia parte mobilium domino acquiratur, quantum ei ex qualitate delicti: vt puta ex violentia, vel similibus, si defensa non fuisset imposita, deberetur, & aliud reliquum nostris largitionibus inferatur, ex quo manifestè colligitur, ꝙ poterat dominus pro violẽtiis & aliis criminibus punire pænis pecuniariis delinquẽtes, quicquid sit, apud peritos contrarium communiter pro veriori tenetur, videmus quippe comites & barones, qui viri conscientiæ sunt, impetrare a rege literas, quòd possint vsque ad certam summam punire pro criminibus delinquentes, licet possit huic responderi, quòd sæpe a priuatis postulatur, quod iure communi cõceditur, extra de procu. c. quia in causis. & de aucto. & vsu palli. c. ex tuarũ. de iur. iuran. c. & si Christus. in fin. de don. ca. 2. 12. q. 2. sanctorũ 23. distin. quamquam. cum ibi notatis. Sed quòd non possit de crimine cognoscere, satis apertè probatur ex eo, quòd tales non possunt capere vasallos, & tenere vltra duos dies. Sed debent eos mittere ad iusticiarium regionum, vt in capitulis Caroli Secundi anno 6. c. amplius nulli priuato, nume. 192. Vnde manifestè concluditur, quòd si capere & tenere non possunt, immo ad iusticiarium transmittere debent, non ipsi, sed iusticiarius habet de criminibus ipsorum cognoscere & punire: cum enim cognoscere de criminibus, & punire ea sit meri imperii, vt prædictum est, quod merũ imperium datur a lege solum. l. 1. §. qui mandatam. ff. de offi. eius, nulla verò lege cauetur, quòd comites & barones possint de causa criminali cognoscere, illaque punire, clarè concluditur, quòd nequeunt punire huiusmodi delinquentes. Lucas de Penna.

ADDITIO.

5 ITEM ad inquisitionem. In supra dicto articulo, † an barones possint imponere pœnam vltra augustalem dicas, ꝙ barones habentes solum simplicem iurisdictionem non possunt maiorẽ pœnam imponere vltra augustalem, vt in isto text. nostro, & in consti. ad officium baiulorum. in fin. & ibi Matth. de Afflic. columna penult. vbi etiam patet, quòd baiuli in præceptis, contumaciis, inobedientiis, & bannis, non possunt imponere pœnam vltra augustalem, nisi bannum baiuli esset factum cum consilio iudicum & fidelium regis in illo loco, quo casu posset imponere pœnam vnius vnciæ, vt ibi dicit Matth. qui hoc notat ex illo tex. in septimo nota. Et quòd barones, qui non habent nisi simplicem iurisdictionem, non possint imponere pœnam vltra augustalem, tenuit And. de Iser. in titu. de pace tenen. §. hæreditates. versus finem, & etiam Matth. de Affli. in consti. regni iurisgentium, col. 9. in vndecimo nota. versi. Sed quæro pro intelligentia, & Matth. de Affl. in const. iusticiarii nomen, colum. penult. in vigesimosecundo nota.
6 † nec hoc casu barones possent vasallũ capere & carcerare de persona vltra duos dies, nec torquere, vt ibi per Matth. Sed si barones habent merum & mixtum imperium, tunc possunt maiorem pœnam imponere, & de causis criminalibus cognoscere, vt ibi per Matth. de Affli. & sic est tenendum, quòd si barones habent solum simplicem iurisdictionem, procedit illud, quod dicitur in tex. nostro, & quod tenet Lucas de Pen. supra, & alii supra relati. sed si habent merum & mixtum imperium, prout hodie ferè omnes barones habent, tunc possent maiorem pœnam imponere etiam corporalẽ, & de criminibus cognoscere, & ea punire. ADDITIO noua. Ad prædicta faciunt, quæ dicit Matth. de Affli. in consti. ea quæ ad decus, col. 5. in tertio nota. vbi dicit per illam cõsti. esse prohibitum prælatis, comitibus, & baronibus, vt nõ possint per se, vel suos officiales exercere ea, quæ concernunt merum imperium, nisi de mandato regis, vt in dicta col. & col. 9. in octauo nota. Et ista prohibitio operatur, vt quicquid inde fiat, sit nullum, & incurret pœnam, vt ibi per eum in d. tertio nota. & vide, quæ dixi supra ca. quia de vicariis. 19. Et aduerte, ꝙ si baroni est concessa iurisdictio per regem per verba generalia, non cõprehenditur merũ & mixtum imperium, nisi specialiter sit concessum per d. const. ea quæ ad decus. & Matth de Affli. in prælud. consti. quæstione 6. colum. 2. cum concor. ibi. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Capitula in quibus locis publicari debeant.* 2.

DE PVBLICANDIS OMNIBVS SVpradictis capitulis in quibuslibet terris famosis, & quòd tam ipsis terris famosis quàm aliis castris & villis transcripta reddantur. Rubrica.

CAROLVS PRIMVS. CAP. XC.

2 ITEM † Prædicta omnia capitula in singulis ciuitatibus & terris famosis in quolib. iusticiariatu per singulos iusticiarios publicentur. Et tam ipsis ciuitatibus, quàm terris famosis quàm aliis castris & vilis transscripta reddantur sub sigillo iusticiarii regionis. Actum Neapoli anno Domini. 282. Mense Iunii. 10. eiusdem decimæ indictionis,
1 regnorum nostrorum Hyerusalem anno sexto. Siciliæ verò decimoseptimo.

ADDITIO.

1 ITEM prædicta. † Nota, quòd capitula & hodie nouæ pragmaticæ debent publicari per ciuitates & terras famosas, & copia seu transscriptum dari. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Capitula edita per Carolum Secundum quando fuit Vicarius regni. In Planicie Sancti Martini.*

CAPI-

1 CAPITVLA † quæ sequuntur fuerunt edita per Carolum Secundum tempore, quo erat princeps Salerni, & Vicarius, siue Vicerex regni, Carolo Primo eius patre absente a regno, & fuerunt simul edita in planicie Sancti Martini, & durant vsque ad c. item statuimus, quòd constitutiones, infra nume. 138. vt patet in data illius c. Et fuerunt postea per eundem Carolum Secundum confirmata postquam fuit factus Rex huius regni post mortem patris, vt patet infra c. ad perpetuam rei memoriam, ingentia &c. nume. 175. ADDITIO noua. Et ex ista rubrica & capitulis editis per Carolum Secundum in planicie Sancti Martini tempore, quo erat Vicarius regni, siue Vicerex in regno tempore, quo Carolus primus eius pater erat versus Burgundiam proficiscens, & edidit ista capitula Carolus Secundus Vicarius regis. Ex hoc notant, quòd vicarius regis in regno absente rege potest edere & condere leges, secus si rex esset præsens in regno: quia tunc hoc Vicarius generalis facere non posset, nisi sibi hoc specialiter esset concessum, ita tenuit Paris in tra. de reinteg. feu. c. An vicarius generalis, car. 145. colum. fin. allegat etiam Neapo. in prima glo. consue. Neap. vt ibi per eum, licet dici posset, quod ista capitula fuerunt postea confirmata, vt supra proxime dixi. Tamen hodie vicerex regni facit pragmaticas cum collaterali consilio. Io. Anto. de Nigris

SVMMARIVM.

1 *Regis desiderium est regnum a seruitute surgere.*
2 *Regi Carolo Primo & Carolo Secundo multa ardua successerunt.*
3 *Regnum Siciliæ an dicatur peculiare & hæreditarium regnum.*
4 *Regnum Siciliæ tempore Federici erat quodamodo deductum in seruitutem.*
5 *Regnum Siciliæ dicitur pomerium & iardenum amenissimum.*
6 *Rex Carolus Primus & Secundus multum dilexerunt regnum.*
7 *Siculi factionem inferunt contra regem.*
8 *Rex Carolus facit regnicolas beneuolos.*
9 *Vigilantibus ius ciuile scriptum est.*
10 *Gratias referre Deo semper debemus.*

CAROLVS SECVNDVS ILLVSTRIS Hyerusalem & Siciliæ Regis primogenitus &c. Prælatis ecclesiarum, comitibus, baronibus, & vniuersis officialibus, ac aliis hominibus regni a Faro citra domini Regis fidelibus deuotis suis salutem & dilectionem sinceram. Rubrica.

CAP. XCI.

1 DESIDERIIS † hactenus non minus inmensis quàm arduis noster spiritus laborauit assiduè, vt peculiare domini patris nostri, prædilectumque nostrum hæreditarium Regnum Siciliæ, quod tam olim occupatum iniustissimis institutis horrendam quodamodo abusione contraxerat seruitutem, quam in præsentiarum ab eisdem regni præsidibus, aliorumque officiorum gestoribus consuetudinariam conuersam ad prædam extremæ fere inopiam exinanitionis incurrit, ab institutionum labe seruilium nostris parte laboribus noua lege resurgeret, & tam ob pœnas pro commissis inflictas, quam prædicta nostra futuris obstantia officialium trasgressionibus, prædisquæ cessantibus, expectata resumeret fortunæ solatia pinguioris, tantum equidē piæ prosequutionis conceptum dum auctorante sacro præfati domini nostri genitoris oraculo, in locum censuimus saluberrimæ sanctionis educere, quod ab eo magnopere in hac parte poposcimus, eo nobis faciliori successerit instantia impetrandū, quo ad reparanda commoda subditorum non minori rex desiderio, quam supplicans vrgebatur, præfatis itaque odiosis nostri status incommodis, fortunarumque nostrarum detestabilibus detrimentis, quam citius ea inualuisse credidimus, tam oportunis nō parauimus obiici remediis occurrere tempestiuis, ne grauaminis seminarium pestilētiis tensis vndique pro serpēs radicibus, amenissimum paterni ac nostri regni pomerium longis in totum discursibus occuparet.
2 † Imminentibus autem tam eidem domino patri nostro multimodis arduis in Romana Curia alibique negociis, quam nobis etiam (vt nos credimus nō latere) tam in gallicis, quam in longinquis Hesperiæ, id est Italiæ partibus perplexitatibus pluribus occupatis, casus, qui animos vtriusque cura reuocauit ad extra, a prioris executione propositi intercalatione temporis longiori, quam putauimus, non distraxit. Verumtamen cum summi clemētia creatoris, quæ sæpe dicto domino pri nostro regni gubernacula pia largitate concessit, non sine occulto celestis prouisionis ministerio, tātæ commoditatis effectibus impedimenta dilationis parasse credatur, Rectè idcirco dilatum putamus vniuersale regni non nostra sed Dei prouisione remediū, vt interim scecta, aliàs recta Siculorum factionis cōtentæ nequitia in suis scelestis operibus procul a rebellione prodiret, ne diu sub modio delitescens, & pęnā, quā merebatur deluderet, & vobis cæteris regni fidelibus in serenitatis nostræ munificæ participio congauderet. Præbet ergo se nobis nunc cæterisque regni fidelibus immunitatis nostræ præstandæ tempus acceptabile. Hic verè salutis est dies, quo paternum nostrumque, quia non erat in manifesto fidelitatis experimento iudicium, nec notoria proditionis ostensio, sub scuto fidei celari patiatur infideles. Verè insuper in vtroque nostrum his temporibus dominus preces adimpleuerit dauiticas, quæ in discernēdis meritis subditorum sui regni verum dedit iudiciū, regisque filio in retributione rectissima suam iustitiam est largitus. Nouas igitur nostri nominis sanctiones diuina in perpetuum concedente potentia valituras, pro salubriori, tranquilloque nostro, cętrorumque fideliū statu, summis a nobis vigiliis editas uobis præsentem redactas in paginam ducimus transmittendas, deuotitioni vestræ mandantes, ac omni, qua possumus persuasione, hortantes, quatenus ipsas obseruare fideliter studeatis. Omnipotenti Deo gratias in humili cordis deuotione agentes, qui expectatas longissimis æui curriculis leges nostras vobis nostris concedi tēporibus est dignatus.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

ADDITIO.

3 DESIDERIIS. ¶ In tex. ibi (peculiare &c.) † Nota, quòd hoc regnum Siciliæ dicitur regnum peculiare & prædilectum, ac hæreditarium regni, vt hic in text.

4 ¶ In tex. ibi (contraxerat seruitutē &c.) † Nota, quòd olim maximè tempore Federici Imperatoris istud regnum Siciliæ erat quodamodo deductum in seruitutem & prædā, & homines regni seruiliter tractabantur, & ista fuit vna de causis, quando Federicus Imperator fuit depositus, vt patet in cap. ad apostolicæ. §. præter. extra de sen. & re iudi. in 6. erat enim ad prędam & exinanitionem istud regnum deductum, vt dicitur in hoc c. ibi, ad prædam &c. & in d. c. ad apostolicæ. §. præter. ¶ In tex. ibi (amemínissimum pome-
5 rium) † Nota quòd istud Regnum Siciliæ vocatur pomerium & iardenum amenissimum. ¶ Et ex isto capitulo no-
6 tatur, † quòd tam Rex Carolus Primus, quàm iste Rex Carolus Secundus eius filius multum dilexit regnum, & sustulerunt grauamina a regno, vt patet in c. grauamina. supra nume. 23. & supra c. terrerii. nume. 8. & in aliis capitulis supra positis, & etiam in capitulis sequentibus editis per Carolum Secundum fuerunt etiam grauamina sublata à regno per Regem Ferdinandum, vt patet in eius prag. quæ incipit, ad perpetuam rei memoriam, & fuerunt etiam sublata per Cesaream Maiestatem Caroli Quinti de Austria vt patet in eius pragmaticis, adeo quòd nunc regnum est in pristina libertate, non autē in seruitute, prout erat olim.
7 ¶ In tex. ibi (Siculorum factionis &c.) Nota contra Siculos, qui factionem contra eorum regem inierunt, & ideo Rex Carolus eos odio prosequebatur, vt colligitur ex isto tex. & ex supra scriptione huius ca. quod fuit directum ho-
8 minibus regni a Faro citra. ¶ In tex. ibi (nouas &c.) † Nota, quòd Rex Carolus in isto c. voluit reddere regnicolas be-
9 neuolos & attentos. ¶ In tex. ibi (vigiliis) † quia ius ciuile vigilantibus scriptum est. Insti. in proœ. §. quorum vtramque. & ibi glo. & l. pupillus. in fi. ff. quæ in frau. credi. ¶ Circa finem tex. ibi (omnipotenti gratias &c.) † Nota, quòd semper Deo gratias referre debemus vt hic, & in l. 1. C. de offi. præfe. præto. Aphri. in prin. & Inst. in proę. §. quorum vtrā que. & ibi glo. Io. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ an solui debeant.*
Decimæ quando solui debent, ibidem.
2 *Decimæ & alia, quę certis diebus solui debent, an die debito solui debent.*
Decima quotuplex sit, ibidem.
Decimæ an solui debeant deductis impensis, ibidem.
Decimas soluere qui teneantur, ibidem.
Decimas soluere an teneantur religiosi, ibidem.
Decimæ an solui debeant de distributionibus quotidianis ibidem.
Decimandi an sint habentes beneficia debilia, ibidem.
3 *Decimæ an solui debeant de iure fisci per officiales absque alio mandato.* 4.
5 *Decima an debeatur iam de paleis.*
6 *Consuetudo soluendi decimas in horreis an valeat.*
7 *Præscriptionis exceptio agenti possessorio ad decimas an obstet.*
Exceptio præscriptionis an impediat litem moueri ad decimas, ibidem.
8 *Decimæ an debeantur de caseo, lana, fœtibus & aliis fructibus.*
9 *Decimæ an præscribi possint.* 10.
11 *Decimas si non soluerit laicus per centum annos, an teneatur nihilominus soluere.*
12 *Decimas an possint præscribere clerici, vel ecclesiæ in aliena parrochya.*
13 *Decimæ personales an debeantur stante consuetudine non soluendi.*
14 *Decimas non soluens vigore consuetudinis an peccet.*
15 *Decimæ an debeantur, quando esset consuetudo non soluendi, & si ecclesia vellet petere, non posset sine scandalo.*
16 *Decimæ an præscribi possint contra laicum.*
17 *Decimæ prædiales non petitæ in tempore an debeantur.*
18 *Decimæ præteriti temporis an debeantur.*
19 *Decimas an possit præscribere vna eccle. contra aliam.*
20 *Decimas an præscribere possit laicus per tantum tempus, cuius non est memoria in contrarium.*
21 *Decimæ an præscribi possint in parte, licet non in totum.*
22 *Decimæ an possint tolli in partem per priuilegium.*
23 *Decima de quibus rebus solui debeat.*
24 *Decimas Papales an teneantur soluere capellæ et altaria.*
25 *Decimas Papales qui soluere teneantur, & qui non, & de quibus soluantur.*
26 *Libellus in causa decimarum quomodo formetur.*
27 *Decimæ quo tempore solui debeant.*
28 *Decimas an rustici portare debeant ad horrea ecclesiarum.*
29 *Decimarum causa coram quo iudice agitari possit.*

DE PRIVILEGIIS ET IMmunitatibus ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum. De decimis.

CAROLVS SECVNDVS REGNI VICARIVS. CAP. XCII.

VOLVMVS Et mandamus inuiolabiliter obseruari, † quòd decimæ & alia, quæ debentur ecclesiis & personis ecclesiasticis a tēpore Catholicorum regum Siciliæ, vsque nunc, & quæ recipi cō sueuerunt ab eisdem ecclesiis & personis sine difficultatis obstaculo ac moræ dispendio persoluantur s. quæ debentur in pecunia in festo Penthecostes. Et alia, quæ debentur in frumento, & aliis victualibus, vino, oleo, seu fructibus aliis, illis temporibus, quibus percipiuntur, si non in pecunia vendantur.
2 ¶ Et si aliqua sunt, quæ certis diebus persolui con-
3 sueuerunt, die debito persoluantur. † Et ne ad hoc ecclesiæ, vel personæ ecclesiasticæ necesse habeant singulis annis a curia literas impetrare. Volumus & sub pœna dupli eius, quod pro decimis & aliis iuribus personis, vel ecclesiis quibuslibet secūdum ordinationem præsentem solutum non fuerit, secreti, seu magistri procuratores, & magistri salis, baiuli, vel alii officiales, qui eas debent persoluere tam præsentes, quàm futuri eas integraliter soluere debeant secundùm quòd superius est distinctum auctoritate præsentium nullo inde alio mandato expectato.

ADDITIO.

VOLVMVS. Ad materiam de decimis vide in cap. Papæ Honorii, & sunt inter prag. regni, ibi, Honorius &c. vbi quasi de verbo ad verbū concordat cum isto. c. & vide etiam infra c. seq. Item statuimus. nu. 93. & infra c. officiales. nu. 162. in rub. de soluendis decimis, & infra c. & quia. nu. 187. in rub. de decimis soluendis. ADDITIO noua. Et ex dictis per Matth. de Affl. in d. const. quanto. in prin. patet, ꝙ decimæ solui debent etiam de rebus feudalibus. Aduerte etiam pro declaratione prædictorum † ꝙ decima est multiplex, quædam est, quæ debetur de iure diuino, & ista semper est debita,

bita,& tolli non potest, & qui tenentur ad eam monitione præmissa coerceri possunt censura ecclesiastica,glo.in cle. dispendiosam.in verbo decimis.& ibi Pau.& Imo.colum. 3.Et super causa talis decimæ summariè proceditur, vt ibi per eos.Quædam alia est decima,quæ debetur ex pacto & pollicitatione,vel uoto.Quædam est,quæ debetur ex dispositione Papali,quæ decima Papalis dicitur , vt per glos. & Imo. vbi supra , & in ista decima Papali non habet locum illa clem.& sic non proceditur summarie , vt ibi per Imo. colum. 3.Et talis decima Papalis,vel aliter debita , quam iure diuino,non semper est sub quota decimæ , sed quandoque est vigesima,vel alia quota,vt ibi per Imo. Et etiam aduertendum,quòd decima , quæ debetur de iure diuino, est triplex.s.personalis,realis,& mixta,vt est decima animalium,vt dicit Ber.& Imo in d.clem.dispendiosam. colum. 4.circa prin.versi.contrarium tenet, allegat Hosti. in sum. de decimis.§.quot sunt species,& extra de deci.ca.ad apostolicæ.Nunquid autem in solutione decimarum fiat deductio seminis,vel sumptuum,glo.in d. clem. dispendiosam. de iudi.tenet, quòd in prædialibus non fit deductio , secus in personalibus,de quo se remittit ad plenè notata.in cap. pastoralis,extra de decimi.& ibi hoc tenet Abb.& Imo. in d.clem. dispendiosam.colum.4.in fin.¶ Quæ autem personæ teneantur ad decimas,glo. in d. clem. dispendiosam. de iudi.& ibi Imo.colum.4.in fi.dicit,quòd regulariter omnes laici tenentur ad decimas,nisi doceant se priuilegiatos cap.a nobis.de deci. Clerici autem tenentur pro patrimonialibus non pro dote ecclesiæ,de quo remittit se ad nota. in cap.nouum genus.extra de decimis . Quid autem sit de religiosis,glos.se remittit ad nota.in cap.ex parte,el 1.extra de deci.& dicit Imo.vbi supra colum.5.in prin.quòd tenētur ad decimas,præterquam noualium,quæ propriis manibus colunt,nisi sint Cistercienses,vt ibi,ad prædicta tamen vide latè Host.in summ.de decimis.§. a quibus. & latè Sil. in summ. in verbo decima . Et an de distributionibus quotidianis debeant solui decimæ Papales , quæ imponuntur super beneficiis , vide Domi.de Sancto Gemi.consilio 85. incipiente,super primo , vbi tenet , quòd non debent solui decimæ:quia appellatione beneficiorum ecclesiasticorum non comprehenduntur distributiones quotidianæ , vt ibi latè per eum,contrarium tamen ponitur in tex.in extrauaganti declarationes,versi.& quia in decimis , in extrauag. commu.vbi est clarus tex.Et ibi etiam Gemi. ponit, quòd habentes beneficia debilia & pauperrima non sunt decimandi,& dicit,quòd beneficia dicuntur debilia , quæ non excedunt summam septem florenorum:quia quando beneficium , seu fructus beneficii solum sufficiunt ad victum suum & familiæ necessariæ,beneficium non est decimabile,vt ibi per eum,vbi etiam ponit,an debeant deduci expēsæ a fructibus,& pro ea detinentur,vide in d.consi.Ad prædicta tamen vide latè in extrauag.declarationes, in titu. de decimis,in extrag.cōmu.& ibi latè,de quibus debeat solus decima Papalis.& illud, quod dicitur in d.extrauag. debet
4 seruari,cum sit textus.† Et ad illud,quòd officiales regii sine alio mandato soluant decimas de iure fisci regii , concordat const.quanto cęteris.& ibi docto.& d. cap.& quia. Et ad materiam de decimis , vide latè Host. in sum. extra de decimis , per totum tex.glos.& docto. extra de deci. per totum,per Astens.in sum.lib.6. titulo 15.in rub.de decimis. Sil. & alios summistas in verbo decima, text. glos. And. de Iser.& Matth.de Affl.latè in dicta const. quanto cęteris,per totum.cum concor. in dictis locis præallegatis.
5 Et vide D.Aymo.consilio 21. Incipiente, homines Sanctę Agnetis.in prin. vbi ponit,† an decima debeatur etiam de
6 paleis,& tenet quòd sic,allegat Spe.in tit.de deci.§.1. in fi. & in d.consi.ponit etiam, † an valeat consuetudo soluendi decimas in horreis, & quòd nō soluatur de palea,vide ibi. Et vide Decium consilio 113.viso tenore.columna secunda,primo volumine,vbi tenet, quòd ius decimarum licet in totum tolli non possit per Papam , tamen quibusdam personis & locis remitti potest, vt ibi per eum. Et vide Lu-

D.Ioan.Anto.de Nigris.

do.de Gozad.consilio septimo.in hac causa possessorij, colum. quarta. versicu. septimo vltra supradicta , vbi tenet ,
7 † quòd exceptio præscriptionis centum annorum, seu tanti temporis , quòd non sit memoria in contrarium , obstat agenti possessorio ad decimas, & talis exceptio impedit litem moueri & controuersiam per ibi allegata per
8 eum.† Et decimæ debentur de fructibus,de caseo,lana , & fœtibus,& aliis,vt per Archi.in cap. quicunque. 16. q. 7. & in isto cap.nostro,& per And. de Iser. & Matth. de Afflic.
9 in d.consti. quanto cęteris .¶ † Vtrum autem decimæ præscribi possint in totum , vel in partem , vt non teneatur ad solutionem decimarum,ista est ardua quæstio , & tangitur per Host.in sum.extra de decimi.§.vtrum. versic. septimo quæro,per Ant.de Butri.& Imo.in cap.statuimus. ad fi.extra de trans.Abba.& alii in rub.extra de decimi. & in capit. in aliquibus.vbi glo.& docto.eod.titu. Anto.de Butri.in ca. parrochyanos.extra de deci.Bald.in l.competit. C. de præscri.trigin.anno. Guil. & Imo. in clem. dispendiosam.colum.4 versi.tangit etiam,de iudi.Fely.& D.Parisi. in capit. causam quę in prin.extra de præscri.Alexan.consi. 60. Romana ecclesia 4.volum.Matth.de Affli.latè in const.quanto cęteris. colum. 5.& S.Tho.secunda secundæ. quæst. 87. Sil.in sum.in verbo.decima,colum.septima.versic. quartò quæritur,& omnes summistæ in verbo decima.latissimè Io. Fran. Balb. in tra. de præscri. in prima parte quintæ partis princ.in septima quæstione,& quia si quæstiones ad partes disputarentur,occuparent multas cartas,ideo procedendo breuiter & conclusiuè secundùm veras opiniones facias infrascriptam conclusionem cum limitationibus. Conclu-
10 sio sit † quòd regulariter libertas non soluendi decimas præscribi non potest,nec valet consuetudo in contrarium; quia decimæ debentur de iure diuino , & Deus eas sibi reseruauit in signum vniuersalis dominii. cap. tua nobis , & c.cum non sit in homine.extra de decimi,ista conclusio firmatur cnmmuniter per canonistas in locis præallegatis,vt tenent Fely.& D.Parisius in d.capit.causam quę. extra de præscri.& Matth.de Affli.in d. consti. quanto cęteris. col. 5.Ant.de But.& Abb.in capit.in aliquibus.colum.fin.extra de decimi.Fulg.consi.66.in quæstione, quæ vertitur.col.1. & Io.Fran.Balb.in d.tra.de præscri. in prima parte quintæ par.princ.in septima quæstione,colum.1.& 2.cum concor.
11 in dictis locis.† Et in tantum hoc procedit , quòd licet laicus non solueret decimas per centum annos:nihilominus tenetur soluere:quia non præscripsit,vt tenet Gemi.in c.2. de præb.in 6. & refert Barba. consi. 35.sapienter scrib tur.
12 colum,7.secundo volum.¶ † Limita primò non procedere in clericis,seu ecclesiis habentibus prædia in parochia aliena , quia licet de iure teneantur soluere decimas in illa parochia excepta dote ecclesiæ.cap.2. vbi glos. extra de deci.cap.dilecti.cap.suggestum,& ca.ex parte, extra de deci.Tamen possunt clerici & religiosi , seu ecclesia præscribere libertatem non soluendi decimas,glos. fin. in cap. in aliquibus.extra de deci.& cap.quia cognouimus.10. q. 3. quæ glo.dicunt , quòd clerici , vel ecclesia contra clericos nedum partem præscribere possunt, sed etiam totam decimam,& tenet Fely.in d.cap.causam quę.colum. 1.& Ioan. Fran.Balb.in dicto tractatu de præscri. in loco supra alle-
13 gato.¶ † Limita secundò dictam conclusionem non procedere , quando esset consuetudo legitimè præscripta non soluendi dicimas personales;quia talis consuetudo excusaret,vt tenet Archi.in cap.quicumque.el 1.16. quæstio. 7. Ant.de Butri.in cap.parrochianos. extra de deci. & Felyn.
14 in d.cap.causam quæ.extra de præscri.¶ † Limita tertiò dictam conclusionem non procedere respectu peccati;quia vbi de consuetudine decimæ non soluuntur,non peccant, non soluētes,nisi p p obstinationem animi ad nō soluendū etiam si ecclesia peteret,vel præciperet: quia peccaret mortaliter,erunt ergo excusati non soluentes propter consuetudinem ratione decimarum præteritarum,& futurarum, quousque petantur.Archi.in d.c.quicunq;.Henri.Boich.in c.peruenit.col.fin.extra de decimi.Abb.in ca. in aliquibus.

circa fin. extra de decimi. vbi etiam dicit, quòd ista opinio
multum sibi placet, ne tanta multitudo pereat, & tenet Io.
Fran. Balb. in d. tra. præsc. in prima parte quintæ partis prin
cipalis, in q. 7. colum. 2. versi. sed est notandum, vbi dicit,
15 ita tenere theologos, vt ibi per eum. ¶ † Limita quartò di-
ctam conclusionem non procedere, quando extaret talis
consuetudo non soluendi decimas, & si ecclesia vellet pe-
tere, non posset fieri sine scandalo; quia tunc decima peti
non posset, vt tenet S. Tho. secunda secundæ. q. 87. Archi. in
c. quicunque. 16. q. 7. Alb. de Rosa, in suo dictionario, in ver
bo decimæ, col. 6. & in d. tra præscri. in loco supra allegato
16 versi. dicit etiam. ¶ † Limita quintò dictam conclusionem
non procedere, quando libertas non soluendi decimas pre
scriberetur contra laicum, qui haberet ius percipiendi de-
cimas; quia contra talem laicum currit præscriptio, &
quanto tempore præscribatur, de omnibus vide Rapha.
Cum. consi. 22. quia causa decimalis. per totum, & Ioan.
Fran. Balb. in d. tra. de præscri. in prima parte quintæ par-
tis principa. in 7. quest. colum. 2. in fin. versi. sed an libertas.
17 ¶ † Limita sextò dictam conclusionem non procedere,
quando decimæ prædiales non fuissent petitæ tempore col
lectionis fructuum; quia amplius peti non possent: quia ad
illas non tenetur, nisi suo tempore petantur, vt tenet Ar-
18 chidiac. in cap. 1. extra de deci. in 6. Et ideo infertur † quòd
si petantur decimæ præteriti temporis, non tenetur solue-
re, nisi ecclesia probaret, quòd decimæ fuerunt petitæ, vt
tenet Fely. in cap. si autem. colum. 4. circa medium. extra
de rescri. hoc intellige, quando esset consuetudo, quòd
non soluantur decimæ, nisi petantur, aliàs seruaretur con-
suetudo loci. Et quando consuetudo non appareret, ser-
uaretur dicta decisio, vt tenet Ioan. Fran. Balb. in d. tract. de
præscri. in loco supra allegato, columna 4. versicu. sed est
19 vnum perpetuò. ¶ † Limita septimò dictam conclusio-
nem non procedere, quando vna ecclesia præscriberet ius
decimandi, & decimas percipiendi contra aliam eccle-
siam: quia tunc concurrentibus requisitis posset præscri-
bi, vt per Hosti. in sum. extra de decimi. §. & vtrum. Ab-
ba. in cap. cum contingat. in 2. notabili, extra de decimi.
de quo in d. tract. præs. loco superius allegato columna 4.
20 in fin. cum sequenti. versicu. secunda quæstio. ¶ † Limita
octauò dictam conclusionem non procedere, quando lai-
cus, qui præscriberet, decimas possedisset per tantum tem
pus, quòd non esset memoria in contrarium, & concurre-
ret fama, quòd fuerat concessum priuilegium, & si laicus
possedisset tamquam vasallus ecclesiæ: quia his concur-
rentibus posset præscribere, vt latè per Io. Fran. Balb. in d.
tra. præscri. in prima parte quintæ partis principalis in se-
ptima quæstione principali, colum. 6. cum sequen. & de-
cisio. Capellæ Tolosa. quæstio. 439. cum ibi allegatis in ad-
di. quia præsumitur concessum ante Lateranense conci-
lium hoc allegando, vt ibi per Io. Fran. Balb. colum. penul-
21 tima, & finali. ¶ † Limita nonò non procedere, quando
præscriptio, seu consuetudo legitima præscripta non tolle-
ret in totum decimas, sed minueret quotam decimæ, puta,
quòd non soluatur tota decima, sed certa portio decimæ:
prout est in Ciuitate Campaniæ mea patria, in qua quili-
bet vxoratus, vel sui iuris in die Paschatis Resurrectionis
pro decima tenetur soluere grana decem, & nihil aliud
soluitur pro decima, & semper taliter fuit seruatum, ita
quòd non est memoria in contrarium, & circa istam limi-
tationem canonistæ sunt in diuersa opinione cum theoli-
gis: quia canonistæ tenent, quòd non possit præscribi, vt
per Inno. & alios in rub. extra de decimi. Felyn. & Parisius
in cap. causam quæ in prin. extra de præscri. Matth. de Affl.
in consti. regni quanto cæteris. colum. 5. cum concor. in di-
ctis locis, Tamen communis opinio theologorum est in
contrarium, quòd potest quota decimæ præscribi, licet
non tota, vt tenet S. Tho. in secunda secundæ. quæstio. 87.
& S. Tho. 6. quolib. arti. decimo, & in 2. quolib. arti. 8. Alex.
de Ales. in tertia parte summæ. Sil. latè in summ. in verbo
decima, columna 7. in quarta quæstione; quia tale præce
ptum soluendi decimas est morale, & de iure diuino ac
naturali quantùm ad hoc, vt ministri sustententur. Sed
quantùm ad taxationem est iudiciale, & sic S. Thom. &
alii concludunt, quòd omnes tenentur ad decimas, sed ec
clesia statuere posset, vt detur octaua, vel trigesima, & sic
de similibus, vt tenent communiter theologi, & summi-
stæ in uerbo decima. Pro hoc facit: quia lex positiua po-
test distinguere & modificare legem diuinam, licet non
possit in totum tollere, glo. & doctor. in l. fina. C. si contra
ius, uel utili. publ. & in terminis est casus in cap. a nobis,
& ibi not. extra de decim. ubi per priuilegium potest re-
mitti quota decimæ, ergo pariter hoc poterit consuetudo,
quæ æquiparatur priuilegio, ut latè per Alexan. consilio
74. uidetur, quòd tota difficultas. colum. secunda. 4. uolu.
Vnde per consuetudinem legitimè præscriptam & haben
tem sua requisita, de quibus in cap. fin. extra de consuetu.
& concurrente maximè tāto tempore, cuius initii non est
memoria, ex quo habet uim constituti. l. hoc iure §. ductus
aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. cap. super quibusdam. §.
præterea. ff. de uerbor. significa. & ista opi. probatur in ca.
in aliquibus extra de decim. & ibi Abb. col. fin. dicit istam
opinionem esse benigniorem & equiorem, saltem ut tot
homines non damnentur. Et ex hoc infert ibi, quod ua-
let consuetudo theutonicorum, qui pro decimis soluunt
certas mensuras, siue coloni aliquid recolligant, siue non,
& ante eum hoc tenuit ibi Ioann. Andr. & Anto. de Butri.
pro ista etiam parte adducitur, infra cap. sequen. & capit.
Papæ Honorii positum inter prag. ibi, Honorius &c. circa
princ. ibi, consueuerunt. & versicu. Item comites, & infra
cap. & quia, numero 187. vbi dicitur, quod soluatur deci-
ma, prout est consuetum, & istam etiam opi. tenuit Socin.
consi. 145. circa primum consultationis articulum. colum.
2. primo volumine & consi. 297. viso priuilegio concesso
ordini. colum. 1. & 2. 2. volum. quia vbi soluitur vigesima,
vel trigesima loco decimæ per tempus, de quo non est me
moria in contrarium, ex lapsu tanti temporis legitima cō-
positio præcessisse præsumitur iuxta capit. statuimus. extra
de trans. Et quòd debeat solui decima secundùm quòd est
consuetum, tenet Pau. de Cast. consi. 17. in causa decimali.
2. volum. & Fulg. consi. 166. in quæstione, quæ vertitur. co-
lum. 1. & istam opi. & conclusionem latè firmat Io. Fran.
Balb. in d. tra. de præscri. in prima parte quintæ partis prin.
in septima quæstione, colum. 3. versi. tertia conclusio, vbi
latè disputat, & hoc concludit non obstante opi. canonista-
rum, vt ibi latius per eum qui ad contraria respondet. Et
ibi ponit unam restrictionem hoc non procedere, quan-
do minister ecclesiæ indigeret pro sustentatione eius vitæ,
tunc posset petere decimam, & hoc casu parrochiani non
excusarentur propter consuetudinem, vt ibi per eum, sed
22 si non indigeret, tunc seruaretur consuetudo vt ibi. ¶ † Li-
mita decimò dictam conclusionem non procedere, quan-
do esset priuilegium concessum a Papa soluendi certam
partem pro decimis: quia hoc fieri posset capitulo a nobis,
& ibi notatur, extra de decimi. & Fulgo. in dicto consilio
166. & Ioan. Fran. Balb. in dicto tract. præscri. in loco præ-
allegato, columna 3. in fin. versi. eandem etiam. & colum. 6.
uersi. stat ergo. ADDITIO noua. An Papa cum bona
conscientia possit donare decimas, vel castella ecclesia
rum, vide Bald. in cap. bonæ memoriæ. colum. quarta. de
postula. prælato. vbi tenet, quòd sic, allegat Innocen. vt
ibi per eum. ¶ Limita vndecimò dictam conclusionem
non procedere, quando consuetudo non soluendi deci-
mas esset approbata a Papa: quia tunc valeret, vt tenet
Abb. in capitu. nobis, & in c. aliquibus. extra de decim. &
Anto. de Butr. in cap. parrochianos. eod. titu. & Matth. de
Afflic. in dicta constitu. quanto cæteris. colum. quinta. in
fine cum concordan. in dictis locis, & isto casu cessarent
23 opiniones hinc inde. ADDITIO noua. † De qui-
bus rebus debeat solui decima, vide latè Hostien. in sum-
ma. extra de decimis. §. de quibus. Et quando imponun-
24 tur decimæ Papales, † an capellæ, seu altaria teneantur
ad

ad decimas impositas a collectoribus, vide Felyn. in cap. ex parte quinta. colum. secunda. extra de rescrip. vbi dicit, quòd non grauantur decimis a collectoribus impositis: quia non sunt beneficia, glo. in fin. in clemen. secunda. de decimis, & ibi Guil. & Imo. dicunt secus esse, si sunt constructa, vt habeant presbiterum specialem, vt ibi per eos, & Felyn. vbi supra. Tu autem vide text. in extrauagan. declarationes, colum. prima. §. seculares. extra de decimis. in extrauag. commu. vbi dicit, quòd clerici, seculares si redditus ecclesiastici annui nō excedunt summam septem florenorum auri, non tenentur ad decimas aliàs secus. Et si habent plura beneficia, quæ simul collecta dictam summam excedunt, debetur de omnibus decima.

25 †Et qui teneantur ad solutionem decimarum Papalium, & qui non. Et an de redditibus & prouentibus leprosarum domorum Dei, & hospitalium pauperum. Et quid de monialibus & regularibus personis. Et quid de mendicantibus. Et quid de clericis secularibus. Et an decima soluatur pro rata eorum, quæ percipiunt annuatim. Quid de syluis & nemoribus, stagnis, piscariis, & piscariis fluminum, & lacuum, & de syluis cæduis, quod de piscibus stagnorum belluis. Quid de grangiis, redditibus, pensionibus, & censibus, quid de procurationibus, quas in victualibus percipiunt. Et an expensæ deducantur, & quæ expensæ, quid de iurisdictionibus, mero imperio, & regalibus, quid de furnis, molendinis, oblationibus, & prouentibus, legatis, eleemosinis, quotidianis distributionibus, fructibus arborum, & hortorum, & aliis multis, vide latè in dic. extrauagan. & Anton. Capic. decisi. vigesima. in causa venerabilis. Et vide ad materiam Petrum Bellug in tract. spec. principum, in rubri. de decimis maximè in §. tractemus. Et ibi quid de decimis personalibus, & quid de prædialibus, latè vide in dictis locis.

26 † Et quomodo formetur libellus in causa decimarum, vide per Specula. in titu. de decimis. Et ad materiam decimarum vide summistas, maximè Sil. in summa in verbo, decima.

27 † Quo autem tempore decimæ solui debeat, vide text. & glos. in cap. reuertimini, in glo. in verbo annus, & ibi per alios decimasexta quæstione prima.

28 † Et an rustici debeant portare decimas in horrea ad ipsas ecclesias, vide gloss. in dicto capit. reuertimini. & ibi doct. in verbo in horrea. sexta questione prima. vbi tenent quòd sic. Et ibi in fine dicit notabile. verbum, quòd clerici, vel eorum nuncii non debent colligere decimas in agris.

29 † Quis autem sit iudex competens in causa decimarum secularis, an ecclesiasticus, vide Federic. de Senis consilio 245. Domino Andreæ. vbi distinguit, quòd si est questio, an teneatur soluere decimas nec ne, & ista causa debet cognosci coram ecclesiastico, si est quæstio de iure decimandi, puta vt compellatur ad solutionem decimarum, & sic sola compulsi, quæ consistit in facto, & non refertur de iure soluendi, & tali casu secularis potest cognoscere, & tangit etiam Marian. Socin. in capitu. licet. de foro competen. Ioannes Antonius de Nigris. I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Decimas soluere tenentur barones suis temporibus.*

2 *Iustitiarius regni an possit compellere subditos ad soluendum decimas 8.*

3 *Decimas soluere an teneatur balius de bonis pupillorum. & de aliis bonis curiæ, vel aliorum.*

4 *Decimas soluere an teneantur officiales baronibus absentibus.*

5 *Decimarum causa an coram seculari agitari possit. 9.*

6 *Clerico an competat remedium conseruatorium contra aliū clericum spoliantem.*

7 *Priuilegia clericorum quæ sint 10.*

QVOD SOLVANTVR DECIMÆ Ecclesiis, & quòd soluantur de prouentibus bonorum pupillorum. Rubr.

CAROLVS SECVNDVS REGNI Vicarius. CAP. XCIII.

1 ITEM statuimus. † ꝙ comites, barones, & cęteri, qui tenētur ad decimas, & iura alia ecclesijs, vel personis ecclesiasticis, pro bonis quę tenent, ea teneantur soluere suis temporibus, sicut hactenus

2 erat consuetum. † Et ad hoc auctoritate pręsentiū ad requisitionem personarum, quibus debentur

3 per iustitiarium prouinciæ compellantur. † Hæc omnia volumus, ꝙ soluantur per balios quoscunque, per quos bona pupillorum, terras, vel feuda tenentium procurantur, siue baliatus curię teneat, siue aliis sint commissi, siue terra, vel feuda aliquorum occasione delicti, vel quacunque alia causa per curiam teneantur.

4 ITEM statuimus. ¶In text. ibi (comites.) † Ipsis autem comitibus, seu baronibus absentibus de regno, vel vel eorum terris, officiales eorum absque alio mandato ipsorum comitum, vel baronum debent soluere decimas: vt in capitulis Caroli Secundi. regni Anno 12. capi.

5 officiales infra nume. 166. † Per hunc text. videtur quòd causa decimarum spectat ad iudicem secularem, quod est contra ius canonicum ista velut ecclesiastica spectant ad cognitionem ecclesiastici iudicis: quia ecclesiastica sunt, vt nota. de foro competen. cap. ex tenore, quod est verum hodie de iure communi, sed primum hodie obtinet per constitu. Honorij Papæ qui ista capitula & multa alia, quæ de iuribus & fauoribus ecclesiasticarum personarum loquuntur, confirmauit de consilio fratrum, vt infra in secundis capitulis Papæ Honorij, vbi vide, quod extraordinariè not. & incipit Honorius &c. ad perpetuam

6 rei memoriam &c. dilectis filiis &c. † Item quòd clericis secundùm formam cancellariæ contra clericum spoliantem possessionem rei feudalis conceditur litera in fauorem feudatarij, vt summariè de tali violentia facta per clericum inquiratur, & sequitur ibi certa prouisio, vt ibi pa-

7 tet. † Item nota hic, quòd in hoc sunt priuilegiati clerici. Item in alio casu infra c. item statuimus, quòd clerici, nume. 94. & 98. Idem de vasallis eorum, qui ad forum seculare non trahuntur, vt infra c. item statuimus, ꝙ iustitia, num. 109. nisi in casibus ibi exceptuatis. ¶In text. ibi, iusti-

8 tiarium prouinciæ. † Nota, quòd iustitiarius requisitus per prælatos ecclesiarum potest compellere suæ iurisdictioni subiectos ad soluendas decimas ecclesiis, & si requisiti non soluunt, tenentur ad duplum. Sebastian. de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Adde, ꝙ cum isto c. cōcordat de verbo ad verbum ca. Papæ Honorij positum inter regias pragmaticas ibi. Honorius &c. vers. Item quòd comites. ¶ Circa quæstionem posi-

9 tam hic per Sebast. † An iudex secularis possit cognoscere de causa decimarum, glo. in cap. ex tenore. extra de foro competen. tenuit, causam decimarum ad iudicium ecclesiæ pertinere, & laici compelli possunt per ecclesiam censura ecclesiastica ad decimarum solutionem. cap. tua, in fi. extra de decim. in sexto. & in clemen. dispendiosam. extra de iudi. Immo contra rebelles denegantes decimas, vel soluere recusantes potest auxilium bracchij secularis inuocari. ca. postulasti. extra de homic. & sic videtur, quòd prim-

principaliter cognitio pertineat ad ecclesiam iuxta notata in capit.primo.de offi.ordin. & istam partem tenuit gl. in c.placuit.decimasexta quæstione tertia. §. sicut. Archidiaconus,& Ioann.Andr.in cap.fina. extra de iudi. & Marian.Socin.in cap.licet.colum. tertia. versicu. decimustertius,extra de foro competen. & tetigi infra capitu. & quia 157. Sed in ista quæstione doctor. communiter concludunt, quòd aut est quæstio iuris, puta de iure decimandi; quia aliquis dicit ad illarum solutionem non teneri ex priuilegio, consuetudine, vel alio modo, & sic ius decimæ reuocatur in dubium,& tunc ex quo ista causa dicitur esse spiritualis, debet per iudicem ecclesiasticum terminari.cap.tuam,extra de ordi.cogni.ar.cap.si iudex.extra de senten. excommunicat. in 6. sicut etiam dicimus in iuramento & vsura. Si verò est quæstio facti. puta: quia agitur ad perceptionem fructuum decimarum, qui possunt locari & vendi laico cap.vestra,extra de locat. cap.primo. extra ne prælati vices suas, & in isto casu quia requiritur sola compulsio laicorum, quæ in facto consistit, tunc iudex laicus est competens, & ita procedit, quod dicitur in isto capitulo, & communiter transeunt doctor. vt tenet Petr. Belluga in suo speculo principum, in rubri. de decimis, versicu.restat.columna prima.cum sequen.& Calder.consilio decimoquinto. incipiente, an iudex, in titu. de iudic.& foro competen.& Petr. de Anchara. in regula ea quæ de regul.iur.in sexto. Gemin. in capit. fina. extra de foro competen.bene faciunt dicta per Alexand.in l.Titia,columna secunda.cum sequen.ff. solu. matrimo. Matthę.de Afflic. in constitut. statuimus, in rubrica de vsuris puni.& Feder. de Senis consilio 245. incipiente, Domino Andreæ Vicario, vbi in fine. etiam dicit, quòd non est magnum peccatum tenere, quòd ecclesia contra laicos super decimis habeat duos iudices, cum hoc respiciat fauorem ecclesiæ, vt ibi per eum, & sequitur Pet. de Belluga. vbi supra cum concordantiis in dictis locis. Et vide etiam Rapha. Cuman. consilio 83. quia causa decimalis, vbi concludit, quod causa decimalis potest agitari in foro seculari, & subiicitur statutis laicorum, quando decima petitur per laicum, vt ibi per eum, & refert & sequitur Ioan.Franc.Balb. in tract.de præscript. in prima parte quintæ par.principa.in septima quæstio. colum. tertia. in prin.versi.sed an libertas,in fi.& dixi in cap.præcedenti. Et de materia decimarum vide quæ supra capit. proximo allegaui, & latè Petr. Bellugam in dicto suo speculo principum, in rubrica de decimis,car.68. cum plu-
10 ribus sequentibus per totum.† Circa alia, quæ tangit hic Sebast.de priuilegiis clericorum, vide quæ latè dixi in clemen. contra clericos non incedentes in habitu, & tonsura, in rubrica, de vita & honesta. clericor.in glo.in verbo priuilegio, vbi latè vide. Ioannes Antonius de Nigris, de Ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ad iudicia secularia trahi an possint.*

2 *Clerici pro bonis feudalibus an possint trahi coram seculari iudice.3.4.*

5 *Clericus pro crimine læsæ Maiestatis coram quo conueniatur.*

6 *Clericus in criminalibus citatus coram seculari si non comparet, an possit puniri.* 11.

7 *Receptans clericum a laico bannitum an puniatur.*

8 *Clericus si est citatus a seculari, an alius possit iudicis officium implorare, vt capiatur informatio, quòd est clericus.*

9 *Clericus deponens falsum coram seculari an possit ab eo puniri.*

10 *Testis falsum deponens coram ecclesiastico an possit accusari coram seculari.*

DE NON TRAHENDIS CLERICIS ad iudicia secularia, nisi pro bonis feudalibus. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. XCIIII.

1 ITEM statuimus, † quòd clerici ad
2 iudicia secularia non trahantur, † nisi pro bonis feudalibus, secundùm cóuentionem habitã inter Sanctam Romanam Ecclesiam, & Dominum Patrem nostrum.

3 ITEM statuimus. ¶ In text. ibi (feudalibus.) † Hoc sanè intellige, cum agitur de proprietate feudi, sicut in ipsa concordia continetur in capi. promittis etiam, quòd omnes clerici. ad idem videas extrauagantem Honorii, quæ incipit. Honorius &c. Et nota bene: quia fuit de facto in Regio Consilio, vbi vocatus prothonotarius apostolicus Sancti Seuerini in possessorio super re feudali; quod in capitulis inuestiturę regni expresśe dicitur clericos posse conueniri. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

4 ITEM statuimus.Ad ea quæ habentur in isto c.† quòd clerici pro bonis feudalibus possunt conueniri coram iudice seculari, uide in c.uerùm.& ibi doctor.extra de fo. comp.& uide Par.in trac.de reinteg.feud.in ca. an citatus; car. 108.& ibi multa ponit.Vbi ẽt ponit, an summatim cõstare prius debeat, illud esse feudũ, vide latius in dictis locis. Et ad materiam huius c.vide in const.de personis,& ibi do
5 cto. †Vbi ponunt,coram quo iudice conueniatur clericus delinquens etiam in crimine læsæ Maiestatis.

ADDITIO noua. Et vide Tho.Gram.decisio.61.venerabilis,& decisio.29.Magnificus don Guctet, vbi ponit
6 † an clericus in criminalibus citatus corã seculari debeat
7 comparere,& possit puniri tamquam cõtumax.† Et ponit etiam de receptante clericum bannitum a iudice laico, an puniatur pœna Regiæ Pragmaticæ editæ contra receptantes bannitos & malefactores,vide ibi per eum. Et vide latè per eundem Tho.Gram.consilio primo,post decisiones,& incipit,in causa magnifici & venerabilis,col. 10. cum seq.
8 † Et ibi etiam facit mentionem de Ritu Magnæ Curiæ Vicariæ,vt clericus volens declinare forum debeat personaliter comparere, ꝙ hoc casu alius tertius poterit iudicis officiũ implorare, vt ipse iudex capiat informationẽ, qualiter inquisitus citatus est clericus, vt ibi per eum,col. 9. faciunt,quæ dicit Hipp.in l. vnica, nume. 165. de rap. virgi.
9 † Et an clericus deponẽs falsum corã seculari possit ab eo puniri,vide Saly.& alios in l.nullum.C. de testi.& doct. in cap.verum,de foro compe.& ibi Fely.colum. 3.& Matth. de Affli.decisio.230.fuit per relatorem,& tenent opinio.canonistarum, quòd clericus nec principaliter,nec inciden-
10 ter poterit per iudicem secularem puniri.†Et quid si testes laici deponunt falsum coram ecclesiastico, an possint accusari coram iudice seculari,vide Matth. de Affic.decisio. 219.in foro Archiepiscopi,vbi tenet ꝙ sic,& ad materiam vide Ias.in l.1.in prin.colum.penul. ff. de offi. eius Et vide Tho.Gram.d.decisio.61. vbi facit mentionem de isto ca.&
11 ibi etiã col.2.ponit,† quòd clericus a iudice laico ratione contumaciæ non potest puniri,si citatus non comparet coram eo,& idem tenet Tho.Gram.d.consi. 1.nu. 36. Ioannes Antonius de Nigris, de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Fugientes ad ecclesiam an inde extrahi possint.*

2 *Fugientes ad ecclesiam in quibus casibus, & qui extrahi possint.3.*

QVOD

QVOD REI FVGIENTES AD ECclesiam non extrahantur inuiti. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS REGNI VICARIVS. CAP. XCV.

1 ITEM statuimus † quòd ecclesiæ in toto regno Siciliæ gaudeant priuilegio eis per iura communia indulto, s. quòd rei, qui ad ecclesias confugiunt, ab inde non extrahantur inuiti, nisi in casibus a iure permissis.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Cum isto. c. concordat. c. Papæ Honorii, & est inter pragmaticas, & incipit Honorius, versi. Itemq; ecclesiæ. Ad materiam
2 † an confugientes ad ecclesiam possint inde extrahi, vel gaudeant securitate, vide in toto titu. C. de his qui ad ecclesi. confu. & latè vide Hosti. in sum. extra de immu. eccl. §. in quãtum. col. 2. vbi ponit etiam, in quibus casibus quis non gaudeat dicta immunitate, & vide in c. inter & in c. fi. & doct. in d. loc. extra de immu. eccl. & Ioan. Fab. in §. fi. col. pen. & fi. insti. de his qui sunt sui vel alie. iuris. vbi similiter ponit multas limitationes, & vide concor
3 dantias in dic. loc. alleg. Et dicit Bartho. de Capua, † quòd ab ecclesia extrahi possunt homicidæ, adulterantes, raptores virginum, & exactiones tributorum in ecclesia fieri non debent, vt nõ per gl. in l. 2. C. de his qui ad eccle. confug. & concludit hic Barth. de Capua, ꝙ aut commiserunt graue delictum, & extrahi possunt, aut leue, & nõ possunt extrahi: de quo tamen vide in locis supra allegatis.
Ioannes Antonius de Nigris I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Domus prælatorum & ecclesiasticarum personarum an possit eis inuitis capi ab officialibus ad habitandum. 4.*
2 *Iuditia criminalia an possint exerceri in domibus prælatorum & ecclesiasticarum personarum. 6.*
3 *Officialis an possit capere lectos, vel res prælatorum & ecclesiasticarum personarum.*
5 *Domus priuatorum an capi possit per officialem.*
7 *Hospitandi immunitas quibus est concessa.*
8 *Clerici an sint immunes ab hospitando.*
9 *Birruarii, qui vadunt per comitatum, an possint hospitari in domibus clericorum.*
Hospitari an possint armigeri in ecclesiis, vel domibus clericorum, ibidem.
Officialis an possit hospitari in domibus clericorum.
Doctores an sint immunes ab hospitando in domo sua ibid.
10 *Curia secularis an possit regi in ecclesiis.*
11 *Sententia lata in ecclesia an valeat, ibidem.*

QVOD DOMVS PRÆLATORVM ipsis inuitis ab officialibus causa hospitãdi non capiantur, nec etiam lecti, nec etiam ibi criminalia iudicia exerceantur. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. XCVI.

1 ITEM statuimus, † ꝙ domus prælatorum, religiosorum, & aliarum ecclesiasticarum personarum sine voluntate ipsorũ causa hospitandi ab officialibus, vel aliis personis eis inuitis nullate-
2 nus capiantur, † Et si de voluntate ipsorum prælatorum, religiosorum, & aliarum personarum recepti fuerint, ibi criminalia iudicia exercere ali-
3 quatenus non præsumant. † Nec lectos, vel res ipsorum accipiãt. Et si secus factum fuerit post emẽdationem & restitutionem damni si comes fuerit, vel baro, qui contrafecerint, teneantur ad pœnam duodecim vnciarum auri si simplex miles ad sex. Et si burgensis ad sex.

4 ITEM statuimus. ¶ In tex. ibi domos. † Nota, ꝙ in domibus prælatorum, religiosorum & ecclesiasticarum ꝑsonarum non possunt officiales illis inuitis sibi hospitium
5 capere. † In aliis autem liberè possunt, nisi ratione dignitatis a lege, vel a principe immunitatem habeat hospitis non recipiendi, vt sunt multi in diuersis legibus denotati, nam æquale munus est militem, aut iudicem in domo recipere. C. de profes. & medi. l. fi. lib. 10. habuit autem forte originem c. istud ex l. cunctos. C. de meta. lib. 11. vbi cauetur, ꝙ in prætoriis ordinariorum iudicum hospitari non possunt iudices quantumcunque maiores eis inuitis. Vnde legati Sedis Apostolicę non debẽt habitare domos prælatorum, vt ibi notatur in glo. & vide. C. de offi. recto. prouin. l. fi. & quod legitur & notatur extra de immu. eccl. c. j.
6 ibi, inuitis. † Idem si cum voluntate ipsorum, s. ꝙ non possunt ibidem iudicia criminalia exercere, vt in eo. c. versic. & si de voluntate, quod nota. Luc. de Penna.

ADDITIO.

7 ITEM statuimus. † Ad materiam, qui sunt, qui habent immunitatem, vt non teneantur hospitari in eorum domibus, vide text. in l. medicos. C. de profes. & medi. lib. 10. in fi. ff. de mun. & hon.
8 & vide quæ dixi supra. c. item stipendiarii. nume. 48. ¶ † Et an clerici sint immunes ab hospitando distingue, ꝙ aut loquimur de pia hospitalitate, & ab ista clerici non sunt immunes, aut loquimur de hospitalitate onerosa & non pia, & ab ista clerici sunt immunes, vt tenet Bald. in l. 1. in tertio nota. C. de epis. & cler. Et ex hoc infert ibi Bald. secun-
9 dùm Odof. † ꝙ quando birruarii vadunt per comitatum, non possunt hospitari in domibus clericorum, seu ecclesiarum eis inuitis, vt ibi per eum. ADDITIO noua. Et Decium in c. de monacis. col. 2. extra de pręb. vbi etiam allegat Abb. in c. 1. col. 1. de immuni. eccle. Vbi arguit principes seculares & eorum officiales, qui ponũt armigeros ad hospitandum in ecclesiis, vel in domibus clericorum, nam hoc facere non debent, vt ibi per eos. Et vide quæ dixi in extrauag. Clem. de vita & hone. cle. in gl. in verbo, priuilegio, in vigesimoquarto priuilegio. Et dicit Paris in tra-
10 cta. fin. in verbo clericus. §. an apparitor. in fine. † ꝙ officialis non potest ire ad hospitandum in domibus clericorũ, similiter etiam dicit Paris in tra. sind. in verbo doctor. col. 2. vers. potestas, ꝙ doctores sunt immunes & exempti ab onere aliquos hospitandi in domo sua. Et ꝙ quidam officialis qui in domo doctoris imposuerat stipendiarios ad hospitandum, fuit in sindicatu de hoc molestatus, vt ibi per eum. Et ad materiam huius c. vide in l. obseruare. ff. de offi. proconf. & leg. Et cum isto c. nostro concordat capit. Papæ Honorij, & est inter prag. & incipit Honorius &c.
11 versi. Item ꝙ domus. Et dicit hic Barth. de Capua, † quòd curia secularis nõ potest regi in ecclesiis, nec in domibus prælatorum, vt notat. extra de immunit. eccle. c. 1. nec in ecclesiis & cimiteriis earum, vt eo. titu. c. cum ecclesia, & sententiæ latæ non valent, vt eod. titu. c. decet. §. ordinarii. in fi. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Electio, officiales seculares & laici an debeant se intromittere de electionibus prælatorum & collationibus beneficiorum.*

2 Con-

2 *Consanguinei vel vasalli prælatorum an debeant molestari occasione prælatorum.*
3 *Ecclesia in regno an habeat potestatem in electionibus.*
4 *Electio an fieri debeat a maiori parte.*
5 *Electionum forma.*
6 *Electio, seu prouisio cathedralium ecclesiarum & patriarcalium ad quem spectet.*
7 *Electioni an possit interesse laicus, non vt eligat, sed vt consulat.*

QVOD NVLLÆ PERSONÆ LAICAles intromittant se de electionibus prelatorum, nec de aliis spiritualibus, nisi competat hoc alicui priuilegio iuris patronatus. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. XCVII.

1 ITEM statuimus, † quòd officiales, comites, barones, vel alię quęcunque personę laicales, non intromittāt se de electionibus p̄latorum, collationibus feudorū, aliàs præbendarum, seu beneficiorum ecclesiasticorum, directè, vel indirectè, nec de aliis ad spiritualia pertinentibus, nisi hoc ex priuilegio, vel ratione iuris patronatus aliquibus com-
2 petat. † Nec volumus propter huiusmodi prælatos capitula ecclesiarum, seu conuentus piorum locorum, ipsorum consanguineos, vel vasallos quomodolibet molestari.

3 ITEM statuimus. † Nota bene rubrum, & nigrum, quoniam operantibus primò demeritis auaritiæ clericorum, & secundario peccatorum laicorum, hodie Dei ecclesia in hoc regno nullam habet potestatem in huiusmodi electionibus. Immo dominus temporalis trahens exemplum ab ecclesiastico domino omnia beneficia & prælaturas regni ad licitationem offert, & plus inde offerenti illa concedit, quare veh nobis & ipsis, & secundum hoc c. verificantur verba illius vetulæ dicentis, semper mala fuerunt gaudia & tribulationes. Ioannes Arcamonus.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Cum isto c. concordat. c. Papæ Honorii. vt patet in capitulis Honorii positis inter pragm. & incipit, Honorius. versi. Item ꝙ comites, & vide in c. quia. §. verùm. 63. dis. Et iuxta materiam huius c. † an electio de-
4 beat fieri a maiori parte vt valeat, vide in c. in genesi, &
5 ibi doct. extra de electio. † Et de formis electionum vide in c. quia propter. eod. tit. Et in quibus electionibus vendicet sibi locum dispositio. d. c. quia propter. vide Soc. in consi. 59. viso elegantissimo. col. 2. cum seq. versi. circa tertiam
6 dubitationem, primo vol. † Et est etiam sciendum, ꝙ electio, seu prouisio cathedralium & patriarcaliū ac archiepiscopalium & episcopalium ecclesiarum, & aliarū multarum dignitatum Papæ sibi reseruauit, ita ꝙ non fiunt per electionem, vt patet latius in regulis cancellariæ in prima carta, & multi etiam episcopatus in regno sunt de iure patronatus Cęsareę maiestatis, ita ꝙ ad suam maiestatē spectat electio & pręsentatio, & confirmatio spectat ad Papā.
ADDITIO noua. Adde etiam ad materiam, quòd licet laici non possint se intromittere in electionibus; tamen possunt interesse, non vt eligant, sed vt consulant D. Præpo. in c. episcopus de loco. 7. q. 1. Io. Anton. de Nigris I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Clerici clericaliter viuentes an teneantur soluere collectas pro bonis ecclesiasticis, vel patrimonialibus. 4. 15.*
2 *Clerici, qui non viuunt clericaliter, an teneantur ad collectas. 11.*
3 *Ecclesia pro prædio tributario sibi donato an teneatur ad tributa.*
4 *Clerici an teneantur ad collectas pro bonis emptis. 10.*
5 *Clericis collectas imponentes an sint excommunicati, & alia pœna puniantur.*
6 *Clerici an teneantur ad collectas cum laicis, quando tractatur de communi vtilitate.*
7 *Clericorum appellatione qui contineantur.*
8 *Clericaliter viuere qui dicantur.*
9 *Collecta imposita causa necessitatis an clerici ad eam teneantur.*
12 *Clementina extrauagans contra clericos non incedentes in habitu & tonsura an extendatur ad clericos non delinquentes.*
13 *Priuilegium fori an difficilius amittatur, quàm priuilegium non soluendi gabellas.*
14 *Extensio an fiat in correctoriis.*
16 *Clerici coniugati an teneantur ad collectas.*
17 *Clerici greci coniugati an teneantur ad collectas.*
18 *Princeps secularis an possit statuere super clericos.*

QVOD CLERICI CLERICALITER viuentes non cōmunicēt cum aliis in collectis, nec pro bonis ecclesiasticis, nec etiam patrimonialibus. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS REGNI VICARIVS. CAP. XCVIII.

1 ITEM statuimus, † ꝙ clerici, qui clericaliter viuunt, non cogantur communicare cum aliis in collectis, & exactionibus aliis quibuscunque, nec pro bonis ecclesiasticis, nec pro patrimonialibus de portionibus eos legitimè contingentibus.

ITEM statuimus. Nota bonum c. circa quod vide infra
2 cap. priuilegia. num. 200. Et innuit † ꝙ si clericaliter nō viuant, non gaudent hoc beneficio, circa quod vide nota. per And. de Iser. in consti. apostatantes, in titulo de hære. lib. 1. & per Inn. & Bal. in c. 1. extra de aposta. & infra in ca. Regis Roberti, armorum vsus, quod non reperitur, ad quod etiam facit. l. si qua per calumniam. C. de epi. & cle. l. generaliter. & de hær. l. 1. & arg. ff. de pecu. l. libera. Ad hoc c. vide extra de immu. eccl. c. 1. & quod ibi in gl. 4. no-
3 ta. videlicet † ꝙ si prædium tributarium donatur ecclesiæ, tenebitur ad tributum., circa quod vide notata per Bald. post Inno. in c. nouit. extra de sent. excom. per Bar. in l. rescripto. §. fi. ff. de mune. & hono. qui in hoc sibi ad inuicem
4 contrariari videtur. Ioan. Arcamonus. ¶ † Quæritur, an clerici teneantur soluere collectas cum laicis de bonis patrimonialibus, vel per eos emptis, seu aliter acquisitis. Et quantum ad primum est clarum, quia clerici eodem priuilegio gaudent pro rebus patrimonialibus, quo pro bonis ecclesiarum, vt nota. in c. si de vita & hon. cle. Et ad maiorem cautelam super hoc emanauit illud capi. regni supra scriptum. Sed de rebus emptis est maius dubium, si forte venditores de illis rebus prius soluebant collectā, & dubium facit:

facit:quia collecta imponitur personis pro possessionibus
ipsarum.l.rescripto.§. fin. & l.munerum.la ij. §. patrimo-
niorum.ff.de mune.& hon.vnde cum ante acquisitionem
res erat affecta onere collectarum , videtur ꝙ transire de-
beat in clericum cum onere collectarum.ff.de contrahen.
emp.l.alienatio,& l.traditionibus.de acq. rer.do.l.omnes.
C. si sine censu vel reliq. Tamen contrarium tenet Archi.
in c.1.de immu.eccl.lib.6.quia collecta non est perpetua,
nec certa, Immo secundum varietatem negociorum im-
minentium imponitur, & interdum in minori , & interdũ
maiori quantitate secundùm ꝙ necessitas requirit, & igi-
tur tale onus nõ dicitur durare, postquam res peruenit ad
personam priuilegiatam,& hanc partem dicit esse tenen-
dam,& Io.And. sequitur hoc in nouella , & ita consuluit
Bar.vt refert Bal.in l.placet.C.de sac.sa.ecc.Ratio est; quia
collecta debet imponi personis subditis , sed clerici non
sunt subditi laicis , & ita notat Bar.in l.vna.C.de mune.&
5 hon.& in quo loco, li. 10.†Et laici siue ciuitas, qui vel quę
imponunt collectam clericis,non solum pœnam excom-
municationis & interdicti incurrunt,vt in c.clericis.de im
mu.eccl.lib.6. sed ét in duplum tenentur restituere , quod
acceperunt a clericis,vt notat Archi.in c. vno.de biga.lib.
6 6.†Et prędicta vera,nisi tractaretur de communi vtilitate,
de quo per Iac.Butr.in l.ad instructionem. C.de sac.sanct.
eccl.ad hoc , quæ notat Spe.in titu.de censi.§. nunquid di-
ctum,versi.pone quædam vicinia . Nicolaus de Neapoli.
7 ¶†Quæritur , qui contineantur clericorum appellatione.
Dic,presbyteri, diaconi , lectores , & cantores,vt nota.in
auth.presbyteros.C.de epis.& cler.& extra.de verb.signifi.
c.si ecclesia.¶ In tex.ibi(clericaliter)ergo si nõ viuunt cle-
ricaliter,non competit eis hoc beneficium. C. de episc.&
8 cle.l.si qua per calumniam,& l.generaliter, de hære.l. 1.ar.
ff. de pecu.l. liberam. † Et illi dicuntur clericaliter viue-
re , qui omnibus aliis relictis Dei omnipotentis inherent
ministeriis , vnde cessante causa cessat effectus , sic.C.de
testa.mili.l.1.C.de episc. & cler.auth.sed neque, & auth.si
9 seruus.¶ In tex.ibi (eos legitimè contingentibus)nisi cau-
sa necessitatis imponatur , ut no.And.de Barulo. C.de mu
ne.patri.l.2.lib. 10. & uide quæ ibi no.ad hæc faciunt quæ
no.C.de exa.trib.l.fi.eo.lib. Nicolaus de Neapoli.

10 A D D I T I O.

ITEM statuimus. In quęstione supra tacta,† an
clerici pro bonis emptis gaudeant priuilegio
immunitatis,vt non teneantur ad gabellas, istã
quæstionem latissimè examinaui in clem.con-
tra clericos non incedentes in habitu & tonsura , in gl. in
uerbo,priuilegio,col.29.uersi. sed quæro , an clerici cum
pluribus seq.ubi uide.Circa aliud supra factum, qui dicã-
tur clericaliter uiuere,uide,quæ dixi in d.cle.in d.gl.in uer
bo,priuilegio,in fi.ubi omnino uide.Circa aliam quæstio-
11 nem supra positam.†An clerici,qui non clericaliter viuũt,
gaudeant priuilegio, ultra supra allegata uide,quæ dixi in
d.cle.in gl.in uerbo priuilegio,uersi.limita sextò , nu.107.
& uide regiam pra.Regis Ferdinandi,quæ incipit, quem-
admodũ. sub rubrica,ꝙ diaconi uulgò dicti saluatici &c.
cum prag.seq.& uide in capitulis Papæ Honorii positis in-
ter prag.& incipit,Honorius.uersi. Item ꝙ clerici,per quę
iura est inductum,ut clerici , qui non clericaliter uiuunt ,
non gaudeant priuilegio.Et hodie in clericis primæ tonsu
ræ est dicta extrauagans clementina Clementis septimi ,
12 de qua dixi in d.gl.in uerbo monitione.†Et licet aliqui di-
cant, ꝙ d.cle. loquatur solùm in clericis delinquentibus ,
qui amittũt priuilegium fori,& cum sit correctoria. d.cle.
non debet extendi ; quia legum correctio est euitanda.l.
præcipimus.in fi.C.de app.tñ dicendum est , ꝙ illa clem.
intelligitur generaliter de omnibus clericis non inceden-
tibus in habitu & tonsura,ꝙ nõ gaudeant priuilegio, quia
intentio supplicantis in illa clem.fuit , ut confirmaretur
regia prag. super hoc edita contra clericos non inceden-
tes in habitu & tonsura, & illa prag. loquitur generaliter,
& responsio debet esse congrua interrogationi.l.1.§.siquis
simpliciter.& ibi doct.ff.de verb.obligat.& generaliter per
supra allegata iura proximè relata erat statutum,vt clerici
clericaliter viuere deberent,vt gaudeant priuilegio,quod
13 firmatur ex alio † quia difficilius amittitur priuilegium
fori maximè in criminalibus,quàm circa soluendas gabel
las, vt patet in clerico coniugato , qui tenetur soluere ga-
bellas : & tamen non amittit priuilegium fori , maximè
in criminalibus , si incedit in habitu & tonsura. cap. 1. ex-
tra de cleri.coniug.in 6.Si ergo per d.clem.clerici non in-
cedentes habitu & tonsura amittunt priuilegium fori in
criminalibus , multo ergo magis amittunt priuilegium
immunitatis,arg.auth.multo magis.C.de episco. & cleri.
14 † Nec obstat , quod in correctoriis non fit extensio ; quia
illud limitatur non habere locum , quando est correctum
illud,quod est plus, censetur etiam correctum in eo,quod
est minus,per regulã cui licet, extra de reg.iur.in 6. & ha-
bet rationem ; quia si licet testari,multo magis licet codi-
cillari,ita tenet in specie Imo. in l.si verò.§.de viro.ff.solu.
mat.& Soci.in l.2.ff.de leg.1.& ibi per D.meum Io.Nico-
la.de Vicariis de Salerno , & dixi supra cap.10.quod inci-
pit,ad hoc. de furt.nu.148.versi. limita dictam conclusio-
15 nem. Ex isto tex.notat hic Bartho.de Capua.†quòd clerici
pro bonis patrimonialibus gaudent priuilegio , & tenet
Cy.in l.2.C.de epi.& cler.& Spe. in titu.de cleri. coniuga.
& not.in consti. sicut accepimus. Vlterius quærit hic Bar-
16 tho.de Capua † an clerici coniugati teneantur soluere col
lectas,& tenet ꝙ sic,allegat,quæ habentur in ca.Ioannes.
extra de cleri.coniug.& in c.1.eo.tit.in 6. de quo vide,quæ
dixi in d.cle.in glo.in verbo priuilegio,versus fin. Quærit
18 etiam hic Bartho. de Capua † an clerici Græci coniugati
teneantur soluere collectas, & concludit, ꝙ de iure non
tenentur ad collectas ; quia verè & quò ad omnia sunt cle
rici,& possunt detinere vxorem vnicam & virginem, ergo
non debet in eorum læsionem redundare, vt C. de legi.l.
quod fauore. Sed clerici Latini coniugati non sunt clerici
nisi quò ad priuilegium fori in causis criminalibus,& quò
ad hoc,vt verberans eos sit excommunicatus. c.1.de cleri.
coniug.in 6.Sed dicit Barto. hic, ꝙ Rex Robertus fecit li-
teram contra clericos Græcos,vt soluerent collectas in an.
18 Domini.1333.† Sed aduerte ; quia princeps secularis non
potest statuere super clericos & personas ecclesiasticas :
vt latè dixi in d.clem.in gl.in verbo pragmaticam sanctio-
nem,col.2.vbi vide. Ioan.Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Possessiones & res , quæ non sunt curiæ vel aliis obliga-
tę , an possint transferri in ecclesiam. 3.*
2 *Res an transeat in ecclesiam cum onere suo.*
4 *Obligationes impedientes dominii translationem in eccle-
siam quæ sint. 8.9.*
5 *Res , de quibus debentur publicæ functiones & tributa an
possint transferri in ecclesiam.*
6 *Onera realia a quibus debeantur .*
7 *Collecta an dicatur onus mixtum.*
10 *Capitula regni , quæ sunt in fauorem clericorum & eccle-
siarum,au debeant seruari.*

QVOD POSSESSIONES ET RES
aliis non obligatę possint obligari eccle-
siis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS
REGNI. CAP. XCIX.

1 ITEM statuimus † quòd possessiones
& res quæ non sunt curiæ , vel aliis
obligatæ , possint a quibuscunque da
ri,donari,vel obligari , aliàs legari ec-
clesiis,dummodo ęedem possessiones,vel res curię
non

2 non teneantur in aliquo. † Si verò talis obligatio fuerit, propter quam datio, legatio, vel donatio impediri non possit, tunc res, vel possessiones ipse pręfatis titulis cum suo onere ad ecclesias transferantur.

ITEM statuimus. ¶ In tex.ibi(obligatæ)hoc c.contінет tria dicta. † Primum loquitur in rebus nemini obligatis & sic liberis; quia possunt dari, donari, vel offerri, seu legari ecclesiis. Secundum dictum loquitur in rebus obligatis curiæ, quæ non possunt dari, donari, vel obligari ecclesiis, cuius dicti forte ratio est, ne curia inducatur ad litigandum cum ecclesiis, in quarum fauorem multa capitula promulgauit. Tertium dictum est, quòd si res, quę datur ecclesiæ, est alii priuato obligata, si obligatio non impedit dationem, valet datio, & res transit cum onere suo, hoc dicit. Et modò videndum est, † quæ obligatio est illa, quæ impediat translationem rei in ecclesiam. Respondeo, quoties est obligata curiæ, vt in secundo dicto huius cap. siue sit obligata ratione publicæ præstationis, vt ff. de publica.l.imperatores.& ff.de hære.vel actio.& venditio.l.secunda.§.si quid publici,& C.si propter publ. pensi.per totum, siue ratione publicæ administrationis primipilariæ. C.de primip.l.fin.lib.10.& C. de priuil fisci.l.1.vel ex aliis causis, vt C.in quib.cau.pign.ta.contrah.l.prima,& secunda.& l.satis notum. Et aduerte: quia hic corrigitur ius cōmune positum.C.de exa.trib.l.fi. libro decimo. vbi dicitur & notatur,† quòd res, de quibus debentur publicę functiones,& tributa, vel annonæ, possunt transferri in ecclesias ecclesiasticasque personas & priuatas, & transeunt cum huiusmodi oneribus, cum hæc onera sint realia, vt ibi patet.†Et adeo sunt realia, quòd non debentur, nisi ab illis, qui posside nt & fructus percipiunt, vt de anno,& trib. l.1.& l.indictiones.li.10.& facit.d.l.Imperatores. Sed quid de rebus debentur collectæ, an possint donari ecclesiis. Videtur quòd nō, vt hic, sed certè hoc esset satis iniquum: sequeretur enim ex hoc, quòd nulla bona burgensatica, ac priuatorum possent donari ecclesiis, cum pro omnibus debeantur collectæ, & sic esset nimis restrictū beneficium charitatis. Vnde dico, quòd huiusmodi bona possunt donari ecclesiis non obstante hoc cap. quia hic loquitur, q̄n ipsæ possessiones tenentur curiæ, & sic quando est onus reale, puta tributum, indictio, pensitatio, vectigal, vel annona, vel quid simile, de quibus modò dixi. † At collecta non est onus reale, sed mixtum.ff.de mune.& honor.l.rescripto.in fine, cum imponatur ciuibus vel incolis, vt ibi patet, & non sunt obligata ipsa bona, seu prædia ad collectas, sed ipsi homines tenētur pro pręddiis, idest secundùm quantitatem possessionum & rerum. Et æqualiter imponuntur diuitibus & pauperibus secūdùm quantitatem patrimonii.C.de apo.publ.l.1.in fi. glo. in verbo inopes,& de discusso.l.per singulas,& de mune.patri.in gl. rubri. & l.1.& 2.lib.decimo. Patet ergo, quòd collecta quantum ad considerationem quantitatis bonorum est munus reale, quantum autem ad obligationem est personale; quia personis imponitur,& personæ sunt obligatæ pro rebus, & propterea dicitur mixtum: vt in d.l.rescripto.in fin. Item propterea impositio collectę dicitur perequatio: quia perequantur homines secundùm facultates; vt not. C. de aduo.diuer.iudicio.l.sancimus.†Item potest esse alia obligatio impediens talem donationem seu dationem, puta si tenebantur ab alia ecclesia in emphyteusim, quo casu posset illa ecclesia hanc donationem reuocare, vt in authen. de alie.& emphy.§.si verò contigerit.colla.nona. † Item si fuit res litigiosa. C.de litigio.l.2.& auth.ibi posita. Item si fuit vsibus publicis dedicata, vel aliàs non habebatur eius commercium in commune, vt ff.de lega.primo.l.cætera, & l.senatus.§.regula.inde est, quòd res obligata potest dari ecclesiæ, siue sit obligatio seruitutis realis, siue sit obligatio conuentionalis pro debito; cum semper transeat cum onere. C. de seruit. & aqua.l.si ex prouinciali, & de distr.pig.l.si debitor. Nicolaus de Neapoli. Et adde & vide circa hoc quæ plene notat Spec.in titu.de cler.coniug.vbi recurre. Sebastianus de Neapoli.

(Margin numbers in the left column: 3 beside "net tria dicta"; 4 beside "hoc dicit. Et modò videndum est"; 5 beside "tur & notatur"; 6 beside "ibi patet.†Et adeo"; 7 beside "nona, vel quid simile"; 8 beside "uo.diuer.iudicio"; 9 beside "de alie.& emphy.")

ADDITIO.

ITEM statuimus, cum isto capit. concordat capitulum Papæ Honorii,& ponitur inter prag ibi.Honorius, col. 2.vers.Item q̄ res,& ad materiā vide in l.nihil.& ibi Bart. ff.de leg.1.Saly.in l.sed & periculum. C. sine censu vel reli.& vide, quæ dixi in extrauag. clem. contra clericos non incedentes in habitu & tonsura, in rubr. de vita & honest. cleri.in glo.in verbo priuilegio, in 22.priuilegio, per totum.nutne. 47. cum pluribus sequen.
10 Et adde † quòd ista capitula regni, quæ sunt in fauorem clericorum & ecclesiarum, quamuis sint facta a principe seculari, ex quo tendunt in priuilegium clericorum & ecclesiarum, & etiam sunt confirmata ab Honorio Papa, vt in loco præallegato, debent seruari per ea, quæ dicit Abb.in c. Ecclesia S.Mariæ.in fi.& columna 4. extra de constit. & ibi per alios. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Vasallis ecclesiarum obligatis ad seruitia personalia an possint committi seruitia per curiam.*

2 *Vasalli qui tenentur ad seruitia personalia an dicantur angarii.*

3 *Angarii an possint recedere a loco & ire ad habitandum in alio loco.*

QVOD VASALLIS ECCLESIIS OBligatis ad seruitia personalia non committantur seruitia per curiam. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS REGNI VICARIVS. CAP. C.

1 ITEM statuimus † quòd vasalli ecclesiarum qui ea, quæ habent, ab ecclesiis tenent & sunt eisdem ecclesiis ad seruitia personalia obligati, officia per curiam, comites, barones, vel alios sine ipsorum prelatorum licentia nullatenus committatur.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Cum isto capitu. concordat capit. Papæ Honorii, & est inter regias pragma. ibi Honorius &c.columna secūda.versi.item quòd vasalli. Ad materiam huius capitu.
2 † an vasalli, qui tenentur ad seruitia personalia, dicantur angarij,
3 † & an possint a loco recedere, & ire ad habitandum in alio loco, vide Anto.Capic.decisio. 118.in causa magnifici. columna tertia. in fi. cum sequen. & ibi in columna quarta. allegat istud capitu. vide multa ibi. Ioannes Antonius de Nigris I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia & iura concessa ecclesiis, si sunt in ipsorum possessione an illa seruari debeant.*

2 *Priuilegia, de quibus ecclesia, vel barones non sunt in possessione, an de eis per curiam debeat fieri iustitia. 3.*

QVOD IVRA CONCESSA ECCLESIIS, in quorum possessione sunt, seruentur illęsa, de illis verò, in quorum possessione non sunt, fiat eis iustitia in curia. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CI.

1 ITEM statuimus † quòd priuilegia & iura concessa ecclesiis & personis ecclesiasticis a catholicis & antiquis regibus Siciliç, in quorum possessione sunt, seruen-
2 tur illæsa. † De illis verò, in quorum possessione non sunt, fiat eis sine difficultate iustitia in curia competenti.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Cum isto capitulo concordat de verbo ad verbum capitulũ Papæ Honorii, & est inter regias pragmati. ibi. Honorius &c. columna secunda versiculo. Item quòd priuilegia. Et nota istud capi-
3 tulũ † quòd licet ecclesia, vel barones non sint in possessione alicuius iuris, vel priuilegii, quod eis competit de iure, nihilominus debet eis fieri iustitia, & debent audiri in eorum iuribus. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, qui stetit in excommunicatione per annum, an debeat curiæ denunciari.*
2 *Excommunicati quibus pœnis puniantur. 3.*
4 *Excommunicatus propter contumaciam in causa hæresis, si durauit per annum in excommunicatione, an puniatur hæreticus.*
Excommunicatus pro alia causa quam hæresis, si durauit per annum in excommunicatione, an puniatur vt hæreticus, ibidem.
Suspecto de hæresi an indicatur purgatio, ibidem.
Excommunicatus pro alio crimine quàm hæresis propter contumaciam, an elapso anno puniatur vt hæreticus, vel alia pœna, ibidem.
5 *Exceptio excommunicationis infra quantum tempus probari debet.*
6 *Sententia excommunicationis an debeat ferri in scriptis.*
7 *Sententia lata propter testes excommunicatos an retractetur.*
8 *Testes excommunicati an ad cautelam absolui debeant.*
9 *Fructus an debeant sequestrari opposita exceptione excommunicationis.*

QVOD EXCOMMVNICATI DVRANTES in excommunicatione vltra annum denuncientur curiæ per prælatos, qui eos excommunicauerunt, vel successores eorum. Rubrica.
D. Io. Ant. de Nigris.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CIIII.

1 ITEM statuimus, † quòd si contingat aliquem in excommunicationis laqueo vltra annum contumaciter perdurare, per ipsos prælatos, qui excommunicationis tulerunt sententiam, vel successores eorum, aut per capitulum (si ecclesiam vacare contigerit) denuncietur curię, & contra prę faros excommunicatos in contumacia persistentes pęna debita per curiam imponatur.

ITEM statuimus. Nota bonum capitulum contra excommunicatos, qui vltra annum in excommunicatio-
2 ne perstiterunt. † Et de pœnis debitis contra tales excommunicatos, vide Bald. & Bar. in auth. credentes. C. de hære. & ibi per alios. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

3 ITEM statuimus. † Quæ sit pœna morantis in excommunicatione, vltra supra allegata vide infra capitulo siquis in excommunicatione. nume. 163. in rubri. de morantibus in excommunicatione, & vide Andr. de Isern. in titulo de statu. & consue. contra liber. eccles. §. post annum, & Matth. de Afflic. in constitu. pœnam eorum. columna secunda in fine, qui. n. subterfugit, & non quærit absolutionem, præsumitur contra eum capitulo nullus. extra de pręsumptio.
4 ¶ † Immo contumax pro causa hæresis si excommunicatur, & durat per annum in excommunicatione, potest vt hæreticus condemnari cap. cum contumacia. extra de hęre. in 6. ADDITIO noua. Et capitu. excommunicamus. §. qui autem. in fin. extra de hære. & ibi glo. magna in fin. & ibi Ioan. Andr. & alii, & vide in capi. dicit Apostolus 24. q. 3. & vide Hostien. in sum. de hære. §. qualiter. colum. 3. versiculo sin autem. cum sequen. Et ibi etiam ponit. † Quid si pro alia causa fuit excommunicatus, & durauit in excommunicatione per annum, an puniatur vt hæreticus, de quo vide glo. & docto. in locis præallegatis. & ad prædicta vide Rober. Maran. in suo spe. in sexta parte. §. expedito primo membro, colum. 5. cum sequen. versi. vigesimatertia. nu. 31. car. 60. cum sequen. secundùm primã impressionem. † Et si aliquis est suspectus de hæresi, indicitur ei purgatio, & si se non purgauerit, & postquam monitus fuit illam facere neglexerit, erit excommunicatus, & si infra annum se non purgauerit, elapso anno vt hæreticus puniri potest capi. excommunicamus. el 1. de hære. & ibi Abb. Paul. Gril. in suo trac. de hære. lib. 1. versicu. octauò quæro. ¶ † Quid autem si pro alio crimine propter contumaciam fuit excommunicatus, & in ea induratus per annum durauit, an poterit vt hæreticus condemnari? Dic quòd non, sed poterit de illo crimine condemnari: quia habetur pro confesso. Abb. in d. capit. excommunica-
5 mus. colum. 2. Paul. Grill. vbi supra. ¶ † Et de exceptione excommunicationis vide infra cap. 201. incipiente, pro bono statu regni. Et infra quantum tempus debet probari exceptio excommunicationis, vide in capit. 1. extra de excep. in 6. & vide ritum Magnæ Curiæ, qui incipit. Item quòd in quibuscunque causis, nume. 150. in ordine meo. sub rubr. quòd exceptio excommuni. &c. & vide Matth. de Afflic. in
6 constitutio. regni, si ciuiliter agens, colum. fina. † Et an sententia excommunicationis debeat proferri in scriptis, vide
7 in cap. 1. extra de senten. excom. in 6. ¶ † Et an sententia la
8 ta propter testes excommunicatos debeant retractari. † Et an testes excommunicati debeant ad cautelam absolui, vi-
9 de infra ca. ne per exemptionis, num. 203. † Et an exceptione excommunicationis opposita debeant fructus seque-
V strari,

ſtari,vide infra cap.frequens.nume.209. in rub.exceptio ne excommunicationis &c.

Io.Anto.de Nigris de Ciuitate Campaniç I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſiones an debeant auferri,vel turbari eccleſiis.*
2 *Occupantes bona demanii an teneantur illa reſtituere, etiam ſi fuerit eccleſia,quæ occupauit.*

QVOD POSSESSIONES ECCLESIÆ non auferantur,nec turbentur per curiam. Rub.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CIII.

1 ITEM ſtatuimus,† ꝙ officiales, & commiſſarii curiæ,poſſeſſiones & res,quç ab eccleſiis poſſidentur, non auferant,nec in eis eaſdem eccleſias contra iuſtitiam perturbare præſumant.

ADDITIO.

ITEM ſtatuimus.Cum iſto c.concordat c.Papæ Honorii, & eſt inter pragma. & incipit. Honorius &c.col.2.verſic. Item ꝙ officiales. Et dicit hic Barth.de Capua,ꝙ per iſtud c.limitatur ca.
2 ca.prædeceſſorum noſtrorum.ſupra.nu.8.vbi loquitur †cõtra occupantes bona demanii: quia tenentur illa reſtituere fallit ſecundùm eum,niſi eſſet eccleſia,quæ poſſideret,per iſtum tex.ſed debet intelligi, quando eccleſia iuſtè & rationabiliter poſſideret, vt innuit iſte text.ibi,contra iuſtitiam, aliàs ſecus: quia non eſt licitum eccleſiæ bona curiæ occupare. Ioan. Anto.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio de crimine eccleſiaſtico ad quem ſpectat.*
2 *Iudex ſecularis an poſſit cognoſcere de crimine eccleſiaſtico.3.*
Crimina eccleſiaſtica quæ dicantur,ibidem.
5 *Iudices ſeculares an poſſint iudicare,vel carcerare perſonas eccleſiaſticas, vel cognoſcere de cauſis ſpiritualibus et beneficialibus.*

QVOD SECVLARES PERSONÆ NON intromittant ſe de aliquo crimine eccleſiaſtico. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CIIII.

1 ITEM ſtatuimus,† quòd officiales, vel ſeculares perſonæ ſe nullatenus intromittant ad cognoſcendum de aliquo crimine eccleſiaſtico, nec impediant prçlatos,vel ipſorum ſubofficiales,quin de ipſo crimine liberè cognoſcant, & puniant, vt eſt iuris.

2 ITEM ſtatuimus.Ex hoc c.† Nota,quòd iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de aliquo crimine eccleſiaſtico. Puta de articulis fidei & ſimoniæ, & hoc ſi clerico inferatur,aliàs ſi laico inferatur,tunc ſecularis vnà cum epiſcopo cognoſcere debet,vt in auth.de mand.princip.§.ſi verò canonicum.colla.3.& in auth.vt cleri. apud propri.epi.§.ſi verò eccleſiaſticum. colla. 6. Idem in crimine vſurarum, hæreſis,periurii,& adulterii,& aliorum peccatorum,ſecũdùm Ber.extra de foro compe.capi.licet, & cap.ex tenore, & c.cum ſit generale. Quod intelligo, ſi agitur ad pœnam canonicam imponendam ad correctionem; quia tunc coram eccleſiaſtico cognoſci debet, ſecus ſi ad pœnam ciuilem,quæ eſt ad punitionem: quia tunc agetur coram iudice ſeculari,vt extra de procur.c.tuæ. & vide. C. de epiſc.& cler.auth.clericus, & in conſti. de adulte.l. maieſtati,circa prædicta vide plenè notata per Andr.de Iſer. 10.colla.in ti tu.quæ ſint rega.§.contrahentium inceſtas nuptias.

Sebaſtianus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM ſtatuimus.Concordat ca. Papæ Honorii, & eſt inter prag.& incipit.Honorius.verſi.Item
4 ꝙ officiales. De materia, † an iudex ſecularis poſſit cognoſcere de crimine eccleſiaſtico,vide latè Maria. Soci.& alios in cap. cum ſit generale. extra de foro compe. Io.de Ana.in rub. extra adul. vbi ponit, an iudex ſecularis poſſit cognoſcere de crimine adulterii. Matt. de Affli.& alios in conſti.maieſtati,& in conſti.ſtatuimus. in rub.de vſur.puni.Alex.in l.Titia.ff. ſol.matri.Iaſ.in l.quoties.C.de iudi.& Fel.in d.c cum ſit generale.col.4.in quarta declaratione,& vide quç dixi ſupra ca.Itẽ ſtatuimus.nu. 64.& c.Item ſtatuimus.nu. 97. ADDITIO noua. Et vide Matth.de Affli.in d.conſti.maieſtati.col. 2. vbi ponit,
4 † ꝙ iudices ſeculares non debent iudicare, nec carcerare perſonas eccleſiaſticas, nec iudicare de cauſis ſpiritualib. & beneficialibus,& prædicta procedunt in ciuilibus & criminalib.niſi in cauſis feudalibus,vt ibi latè per eum,qui allegat iſtum tex.& ca. Papæ Honorii. cum aliis ibi per eum allegatis. Ioan.Anto.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Gabella,ſiue ius aliquod ſolui an debeat, quando per mare extrahuntur, victualia & alia prouenientia ex maſſariis.*
2 *Dohanæ ius ſolui an debeat pro exitura emptitiorum bonorum.*
Extrahentes a portubus bona an debeant dare fideiuſſorem de exonerando in portubus licitis & ſtatutis.

QVOD QVILIBET POSSIT PER MAre extrahere de vna terra ad aliam liberè ſine aliquo iure victualia, & alia prouenientia de terris & maſſariis ipſorum, emptitia verò ſine iure exituræ ſoluto iure dohanæ de portubus tamen licitis & ſtatutis, Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS REGNI VICARIVS. CAP. CV.

1 ITEM ſtatuimus,† ꝙ prçlati, perſonæ eccleſiaſticæ, & barones, & vniuerſi & ſinguli homines fideles domini patris noſtri de regno poſſint per mare portare & facere portari de vna terra ad aliam infra regnũ frumẽtũ, & alia victualia, & legumina proueniẽtia eis ex maſſariis ipſorũ, vel redditib.ter
2 rarũ ſuarũ,ſine iure exituræ vel dohanç.†Emptitia verò ſine iure exituræ,ſoluto iure dohanæ, dũmodo de portub.licitis & ſtatutis,& cũ barcis paruis a centum

centum salmis infra extrahantur, & exonerentur si
3 militer in portubus licitis & statutis. † Et dent fideiussoriam cautionem, q habeant responsales de exoneratione ipsorũ a portulanis illorũ portuũ, in quibus exonerata fuerint infra certum terminum, qui pro locorum distantia competens prefigatur.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Ad materiam huius c. vide, quæ dixi supra in c. vt illorum. nu. 2. in rub. de portula. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Vasalli ecclesiarum an possint conueniri coram iudice laico. Et quid in criminalibus 3.*
2 *Curia regia an possit de omnibus cognoscere.*
4 *Familia clericorum & ecclesiarum an gaudeat priuilegio fori.*

QVOD VASALLI ECCLESIARVM non trahantur coram officialibus curie, nisi in criminalibus, spretis defensis, in portatione armorũ, & aliis, quorũ cognitio pertinet ad curiam. Rub.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CVI.

1 ITEM statuimus, † q iustitiarii, vel alii officiales non trahant vasallos ecclesiarum coram se, vel ad ipsorum iudicia, nisi in criminalibus, & spretis defensis, in portatione armorũ, & in aliis quorũ cognitio ad curiã regiam, vel officiales eius de iure pertinet.

2 ITEM statuimus. † Sed cũ omnis & omniũ cognitio ad curiam regis de iure pertineat tamquã ad principalem dominum habentẽ plenitudinem potestatis, a quo potestates reliquæ progrediuntur, quibus casibus locum sibi præsens capitulum vendicabit, cum & ipse rex talem potestatem & iurisdictionem ordinariã a se abdicare non possit.
3 Puto, q intentio regis constituentis fuerit, † q vasalli ecclesiarum pro causis ciuilibus, quæ spectant ad ecclesias tamquam ad barones & ad dominos coram iustitiario non trahantur, nisi in defectu ipsorum prælatorum, qui iustitiam facere negligerent requisiti, pro quo vide, quod scripsi. C. de agri. & censi. l. si coloni. in fi. & ideo cum dicit, ad curiã regiam, vel officiales eius de iure pertinere, subaudi tantum, & non ad alios. Lucas de Penna.

ADDITIO.

ITEM statuimus Cum isto ca. concordat ca. Papæ Honorii, & est inter regias prag. & incipit. Honorius, &c. versi. item q iustitiarii.
4 † Et an & quando familia clericorum & ecclesiarum gaudeat priuilegio fori, vide quæ dixi in clem. contra clericos non inceden. in habi. & tonsura, in glo. in verbo priuilegio, in octauo priuilegio, cum ibi allegatis. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Vasalli ecclesiarum debitores prælatorum, an & quomodo possint compelli ad satisfaciendum.*
2 *Modus compellendi vasallos debitores.*
Vasallus an possit auctoritate propria pignorari a domino, ibidem.
3 *Vasallus an prius moueri debeat, antequam pignoretur a domino.*
4 *Contradictio illegitima quæ dicatur.*
5 *Iudex an possit esse in causa propria.*

D. Io. Ant. de Nigris.

QVOD PERSONAE ECCLESIASTICÆ possint compellere vasallos ipsorum debitores suos, ad satisfaciendum eis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CVII.

1 ITEM statuimus † q prælati ecclesiarum, personæ ecclesiasticæ, & officiales ipsorum, vasallos ipsorũ, qui eorũ sunt debitores possint eos per legitimũ modum compellere ad satisfaciendum eisdem de debitis & iuribus eorundem, contradictione aliqua illegitima non obstante.

ITEM statuimus. ¶ In tex. ibi (per legitimum modum.)
2 † Quæro, quis erit iste modus legitimus. Respondeo, pignoratio auctoritate propria: nam potest dominus vasallum suum pro iuribus sibi debitis auctoritate propria pignorare, arg. C. de decu. l. generali. lib. 10. & notat And. de Iser. de prohi. feu. alie. per Fede. c. imperialem. in fi. & vide,
3 quæ scripsi in d. l. generali. † Quod intellige verum, quando vasallus prius fuit monitus a domino: vt ff. de ser. vrba. prædi. l. quidam Hyberus, & C. de agri. & censi. l. pen. §. fin. ibi, admouente. & l. domini, vbi requirant. lib. 11. & vide, quæ ibi notaui in verbo accipiant. ¶ In tex. ibi (illegitima)
4 † dicitur contradictio illegitima, quãdo vasallus se debitorem cognoscit, & debitum soluere contradicit, secus si vasallum aut debitorem se esse negat. Lucas de Penna.

ADDITIO NOVA.

5 ITEM statuimus. Aduerte circa hoc c. † quia in causa propria posset vt suspectus recusari: quia nemo in causa sua potest esse iudex l. 1. C. ne qs in sua cau. l. qui iurisdictioni. & ibi Bar. & alii, & ibi Dec. col. 1. ff. de iur. om. iud. nisi in notorio, vt ibi per Dec. colum. 2. in text. ibi (per legitimum modum) idest per magistratus, vt insti. in proẽm. in princi. in verbo legitimos tramites. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Vasalli ecclesiarum obligati ad seruitia personalia si aufugerint a terra, an possint compelli ad redeundum.*
2 *Vasalli obligati ad seruitia personalia recedentes a terra an amittant bona, & quanto tempore expectentur. 3.*
4 *Vasalli, qui possunt compelli ad redeundum, an compulsio fiat auctoritate propria, vel iudicis auctoritate.*

QVOD SI VASALLI ECCLESIARVM eis ad personalia seruitia obligati aufugerint de terris, vel locis, in quibus morari debent, possint ecclesiarum vasallos coercere ad reuerendum ad loca ipsa. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CVIII.

1 ITEM statuimus † quòd si vasalli ecclesiarum eis ad personalia seruitia obligati de terris, vel locis ecclesiarum, in quibus morari debent, aufugerint, possint

prælati & personæ ecclesiasticæ præfatos vasallos per omnem coerctionis modum legitimè compellere, vt ad loca, a quibus recesserant, reuertantur, & etiam commorentur.

ITEM statuimus. ¶ In text. ibi (per omnem coerctionis modum &c.) super his est forma in cancellaria pro comitibus & baronibus contra angarios & perangarios, & hoc c. concordat cum iure cõmuni. C. de colo. tracen. l. vnica. & de colo. pale. per totum, & C. de fugi. colo. l. 1. & 2. lib. 11. & vide quæ scripsi in consti. si quis. & ibi lectu. D. And. literum cancellariæ vide in forma. Et istud c latius declaratum per Honorium Papam, vt in c. ad nouas comminantias, & ca. quod incipit, licet idem princeps, eiusdem Honorii. ¶ In text. ibi (legitimè) qualiter hoc intelligatur, vide quæ dixi supra cap. item statuimus. numero 105. Lucas de Penna.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Ad hoc c. vide ca. Papæ Honorii, & est inter regias prag. & incipit. Honorius &c. col. 2. in fi. cum seq. versi. item licet iidẽ
2 principes &c. vbi distinguit, videlicet. † Aut vasalli ecclesiarum sunt obligati ad seruitia ratione personę, & si recesserint, possunt legitimè reuocari, si verò tenentur tantummodo ratione rerum, & tunc si recedere voluerint, tenentur res illas ecclesiis dimittere. Et secundùm istam distinctionem vidi prouisum per Sacrum Regium Consiliũ in causa vniuersitatis & hominum terræ Senerchiæ cum
3 barone dictæ terræ in anno præterito 1545. † Videlicet ꝙ homines, qui recesserint a terra cum familia, expectentur per sex menses, & si sine familia expectentur per annum, dummodo ꝙ baro interim habeat seruitia sibi competentia, & hoc intelligatur in bonis reddititiis curiæ, & non in aliis, & ista sunt formalia verba decreti, & sic quando vasallus recedit, qui tenetur ratione rerum ac seruitia, illas res amittit, si expectatus nõ reuertitur, si ratione personæ potest reuocari. Et hoc fundatur ex his, quę dicit Anto. Capi. decisio. 117. & ex inferius allegandis, de quo etiam vide Par. in tra. sind. in rubr. de eccessibus baronum. §. excedunt etiam, col. 4. cum seq. vbi omnino, vide & ibi etiam ponit.
4 † Quomodo fiet ista compulsio ad redeundum, an auctoritate propria, an verò iudicis auctoritate, de quo vide etiam Luc. de Pen. in l. si coloni. maxime col. 6. in 6. q. C. de agri. & censi. lib. 11. & Matth. de Affli. in const. regni pacis cultum. col. 4. versi. an autem, cum concor. in dictis locis, & in dictis locis habes, an barones possint bona sequestrare, qñ vasalli recedunt a terra, maximè per Parridem vbi supra. ADDITIO noua. Ad prædicta etiam vide Pari. in tra. de reintegr. feu. in c. quæro, dominus feudi, sub rub. priuilegium concessum habitantibus &c. car. 56. col. pen. vbi refert And. de Iser. in constitu. regni quisquis, vbi dicit, ꝙ si vasallus habet bona a domino, subintelligitur conditio morandi in terra sua, & sic eo recedente non habebit bona, ꝙ facit pro illo dicto supra relato, vt priuet bonis reddititiis curiæ & non aliis, quia vt dicit Spec. in titu. de feu. §. quoniam. versic. octauò vasallus recedens a terra domini non priuatur bonis, de quo vide plenè per Par. vbi supra, qui tamen tenet cum distinctione supradictorum capitulorum Papę Honorij, & vide Anto. Capi. decis. 118. & quæ dixi supra c. item statuimus 100. sub rubr. quòd vasallis ecclesiis obligatis. Ioan. Anto. de Nigris I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Iudæis in aliqua officia committi possint. 6. 11.*
Iudæis oppressiones vel grauamina an debeant inferri, ibidem.
2 *Iudæi an esse possint vasalli ecclesiæ.*
Iudæi an sint sub protectione principis, ibidem.
3 *Iudæi in actibus humanis an participent cum christianis & quid in diuinis, & actibus superioritatis.*
4 *Iudæus an possit esse procurator. 9.*
5 *Immunitas concessa ciuibus certi loci an extendatur ad iudæos. 12.*
7 *Iudæis & paganis an possit vis inferri.*
8 *Iudæos & saracenos an possit expellere princeps a regno suo sine peccato.*
10 *Iudæus an possit esse iudex.*
11 *Iudæus an possit aduocare.*
12 *Iudæi an gaudeant immunitate concessa ciuitate, in qua habitant. 5.*

IVDAEIS, QVI SVNT VASALLI ECclesiæ nulla officia, vel grauamina committantur. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CIX.

1 ITEM statuimus, † quòd iudæis, qui sunt vasalli ecclesiæ nulla officia committantur, nec aliæ oppressiones, vel grauamina inferantur.

2 ITEM statuimus. † Nota iudæos esse vasallos ecclesiæ: sunt enim sub principis protectione, vt de facto non offendantur. vt C. de iudę. l. nullus, & in constit. si quis in po
3 sterum. † Et adde, quòd iudæi in actibus humanis participant nobiscum, non autem in diuinis, neque in alio actu superioritatis, ita nota. Bal. in l. spadonem. §. iam tamen. ff.
4 de excu. tuto. ex quo. §. dicit ipse, † ꝙ iudæus potest esse procurator christiani, & pro eo in iudicio interuenire, & econtra, quem §. dicit esse nota. dignum. Et facit ad quæstionẽ,
5 † ꝙ immunitas concessa incolis certi loci extendit se ad iudæos, & ita dicit de facto consuluisse. Et hoc ca. concor-
6 dat cum iure communi, quod vult: † vt iudæus non possit officium exercere, vt in aucten. iusiur. quod præsta. ab his, in prin. & extra de iudæis, capitulo cum sit.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Cum isto c. concordat ca. Honorii Papæ. & est inter regias pragm. & incipit, Honorius &c. versi. item ꝙ iudæi, col. 3. & bene
7 facit tex. & ibi Bar. in l. 1. C. de pagani. vbi dr̃, † ꝙ iudęis & paganis nõ potest vis inferri a christianis, de quo
8 vide Old. consi. 87. incip. quæritur, vbi ponit. † An princeps posit sine peccato expellere iudęos & saracenos de regno suo, & eis bona auferre, vide ibi. ADDITIO noua. vbi vr̃ velle, ꝙ si imminet periculũ, vel scandalum christianis, posit hoc facere. Ad aliam quæstionem supra tactam per
9 Seb. † An iudæus posit esse procurator, & dicit ꝙ sic. Adde: quia ex quo officium procuratoris dr̃ esse onus, & vilissimum, propterea iudęus potest esse procurator, vt dicit gl. Insti. de excep. §. fi. tex. & Bar. in l. si quis procuratorem. C. de decuri. lib. 10. Bal. in d. l. spadonem. §. iam tamen. ff. de ex-
10 cus. tuto. Ias. in rubr. ff. de iusti. & iur. col. 2. † Aduerte tñ, ꝙ iudęus non potest esse iudex, glo. in auth. iusiur. quod præ-
11 sta. ab his, in prin. † Nec potest aduocare l. fi. & ibi Bar. C. de
12 postul. † Nec põt iudæus ad publica officia admitti. l. fi. C. de iudę. 54. distin. c. nulla. 17. q. 4. c. constituit, & c. pen. extra de iudę. ¶ Circa aliam quæstionem supra positam per Seb. An iudæi gaudeant immunitate & priuilegiis cõcessis ciuitati, in qua habitant, vide Firma. in suo reperto. in verbo iudæus, col. 10. versi. 96. incip. iudęi gaudent cũ ibi allegatis. Et istud c. non solũ habet locũ in iudæis ecclesię, sed in omnibus aliis iudæis, vt non posit esse officiales, vt tenet hic Barth. de Capua. Ioan. Anto. de Nigris I. V. Doctor.

SUMMARIUM.

1 *Barones quanto tempore tenentur seruire regiæ curiæ suis expensis.2.4.*
3 *Menses tres quibus debent seruire barones regiæ curiæ, a quo tempore incipiant.*
5 *Seruitium militare in regno quando iniungitur baronibus.*
6 *Feudatarius an debeat esse requisitus, vt præstet seruitium.*
Feudatarius præstans diminutè seruitium an puniatur, ibi.
7 *Seruitia, quæ tenetur præstare vasallus, seu feudatarius cu ius expensis præstare teneatur.*

DE SERVITIIS MILITARIBVS COmitum, baronum & aliorum feuda tenentium. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CVIII.

1 ITEM statuimus, † quod comites, barones, & alii feuda tenentes ultra tempus trium mensium non teneatur seruire curiæ sumptibus propriis, sed si eos vltra prædictum tempus curia voluerit in suo seruitio retinere, ipsis gagia debeat ministrare.

2 ITEM statuimus. † Nota quanto tempore comites, & barones tenentur seruire curiæ, & hic habes, quod per tres
3 menses ad eorum expensas. † A quo autem tempore isti tres menses computentur, an a tempore monstræ, an a tempore, quo ingrediuntur armatam, vel a quo die computetur. Dic, quod computantur a die, quo submoniti ad seruitiū de sua domo discedunt, & vadunt ad locum eis iniunctū pro seruitio præstando, argu bonum & satis apertum. ff. ex quibus cau. maio. l. qui mittuntur. §. similiter secundùm D. And. de Iser. Lucas de Penna.

ADDITIO.

4 ITEM statuimus. Nota secundùm Barto. de Capua hic, † quod feudatariii non tenentur seruire, nisi tribus mensibus pro adohamento, & non vltra sine precio, vide Ant. Capi. decisio. 10. col. 3. & infra c. nolumus. nu. 208. & ad materiam huius c. vide And. de Iser. in c. 1. §. fi. ver-
5 sus fin. vbi dicit † quod secundùm vsum regni Siciliæ, quando iniungitur seruitium. s. quando est guerra in regno non aliter si personaliter vadit ad exercitum, debet seruire tribus mensibus pro vno feudo suis expensis cū certis equis suis, prout est moris. Si verò non vadit personaliter, soluet pecuniam & adoham pro illo seruitio, vt ibi latius per eum. Et
6 ad materiam istius seruitii, † an debeat esse requisitus feudatarius, & quid si non vult præstare, vel quid si diminutè præstat, & multas alias quæstiones vide per And. Iser. in c. imperialem. §. firmiter, de prohi. feu. alie. per Fede. & in ca. primo. §. sed nec est alia iustior, quæ sit prima causa benefic. ami. & in capitu. vasallus. in fin. princi. si de feu. fue. controuer. inter domi. & agna. & in capitu. 1. §. similiter. de cap. qui cur. vendi. & latè And. de Iser. & Matth. de Affli. in constit. regni, si vasallus a domino cum concordan. in dictis locis. Et latisimè vide per Iacobi. in tracta. findic. in vebo & promiserunt eidem domino præstare seruitia. co-
7 lumna 1. & secunda, & ibi ponit de iure communi. † Cuius expensis vasallus teneatur præstare seruitia, & auxiliū, domino in guerra, vide ibi: quia multa allegat, & multas quæstiones ponit. & vide infra cap. nolumus 228.
Ioannes Antonius de Nigris.
D. Io. Ant. de Nigris.

SUMMARIUM.

1 *Barones & alii feuda tenentes an possint liberè contrahere matrimonium sine assesu regio.*
Barones an possint filias, amitas, sorores, & neptes maritare, & filios vxorare sine assensu, ibidem.
2 *Dos, feudum si detur in dotem, an requiratur assensus.*
Matrimonium an possit contrahi cum infidelibus regis sine assensu, ibidem. 10.
3 *Assensus regis super bonis feudalibus, quæ dantur in dotem, infra quantum tempus expediri debet.*
4 *Assensum si curiales expedire tardauerint, qualiter puniantur.*
Assensus regius an requiratur super matrimonio contrahendo. 1.
Feudum, aliqua pars feudi, & res feudi, an sint diuersa.
Feudum an possit obligari a patre, vel fratre sine regio assensu pro dote filiæ, vel sororis.
8 *Feuda, & bona feudalia an possint in dotem dari sine consensu domini regis. 11. 12.*
9 *Matrimonia an debent esse libera.*
12 *Fructus feudi an possint obligari pro dote.*
13 *Assensus regius an censetur præstitus pro dotibus, quando datur feudum mulieribus Neapolitanis, vel nubentibus Neapolitanis.*

DE MATRIMONIIS CONTRAHENdis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CIX.

1 ITEM statuimus, † quod licitum sit baronibus, comitibus, & aliis feuda tenentibus, vel etiam quibuscunque personis liberè matrimonia contrahere, filias, amitas, sorores, & neptes maritare, filios vxorare & alia matrimonia celebrare, in quibus hactenus requirebatur assensus sine assensu curiæ impetrando, dummodo feuda, vel res feudi non dentur in dotem, & dummodo eadem inter fideles con-
2 trahant & fiant. ¶ † Quòd si secus factum fuerit, siue quod feudalia dentur in dotem siue curiæ assensu siue quod cum infidelibus contrahant, feuda amittant illi, qui sine assensu contraxerunt, & ad ius curiæ applicentur. Et qui cum infidelibus se de prædictis personis matrimonialiter copulauerit. Si verò bona feudalia detur in dotem, requiratur assen-
3 sus. † Quid infra octo dierum spacium, postquam partes ad curiam pro eo requirendo peruenerint, & se ipsi curiæ præsentauerint (si ipsorum fides notoria fuerit) præstetur ad tardius, & litteras habeat. Si verò ipsorū fides nota nō fuerit, nec in curia de ea cōstare poterit fiat inquisitio infra breuius tempus quo poterit. ¶ Et postquā inquisitio præsentata fuerit secundū merita inquisitionis ipsius, quàm cuius
4 poterint, expediatur. † Si verò per aliquos curiales, ad quos expeditio prædictorum pertinet, cōtra prædictam formam difficultatis obstaculum, vel more dispendiū fuerit interiectum, ipsi, qui hoc iusto impedimento

dimento cessante fecerint, teneantur prædictis literas de assensu impetrare, volentibus expensas & damna integraliter resarciri.

5 ITEM statuimus.¶ In tex.ibi (impetrando &c.) † Quò ad assensum impetrandum pro matrimonio contrahendo per istud c.corrigitur c.Regis Caroli Primi, quod incipit, ad Maiestatis nostræ Audientiam, quod non reperitur, sed in eo erat statutum, ꝙ non solum requiratur regius assensus in matrimonio supradictarum personarum, sed & si habitus fuit assensus super matrimonio contrahendo & non super obligatione feudorum pro dote non sufficit consensus super matrimonio, nisi expressè assensus sit cõcessus super datione feudi in dotem, vel obligatione feudi pro dote, & iste assensus debet in scriptis apparere, vt ibi dicitur. Item per istud ca. corrigitur constitutio.regni, quæ incipit, honorem nostri diadematis. cum sequen.lib.3.in rub. de vxore non ducenda sine permi.&c. non tamen per hoc c.corrigitur.c.satis.supra nu.28.quòd loquitur in filiis & filiabus proditorum, sed bene illud corrigitur in filiabus per c.quod incipit.Item statuimus, quòd filiæ, infra numero 128. Item & in filiis, vt infra c. humanitatem.nume.
6 157. ¶ In tex.ibi (dummodo feuda &c.) † Nota ista tria poni vt diuersa.s.feudum, aliqua pars feudi, & res feudi.¶ In
7 tex.ibi (præstetur.) † Aduerte: quia fratribus maritantibus sorores, & patribus filias, si habent plura feuda paterna, feudum vnum sorori, vel filiæ obligare poterat pro dote huiusmodi sine regio assensu, & quò ad hoc illa constitutio est sublata, vt patet per registra. Bene tamen permittebatur obligare fructus alicuius feudi pro certo tempore, quo finito fructus ipsi reconsolidabantur proprietati feudi, circa quod vide declaratoriam eius anno 17.¶ In tex.ibi (dentur in dotem &c.) contrarium videtur statuisse Papa Ho-
8 norius, qui voluit, † quòd feuda & bona feudalia possint in dotem dari sine consensu domini, in ca.quod incipit in matrimoniis, quidam tamen dicunt, quòd illa fuerunt suspensa tempore Regis Roberti, si est verum, vel non, exquire. D.Andr.dicit, quòd non seruantur, vt refert in titu. quæ fuit prima cau. benefi.ami.§.sed nec iustum, circa fin. & in consti. regni post mortem de ista materia uide plenè per eundem, de prohi.feu. alien. per Fede. Sebastianus de Neapoli. Vtrum autem feudum, & bona feudalia possint in dotem dari sine assensu regis, vide per D.Andr.de Iser. plenè in d.titu.de prohi. feu.alie.per Fede.ca. imperialem. in princ.& plenissimè per eundem in constitu. regni fratribus. Nicolaus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Ad materiam adde infra ca. 118.quod incipit, item seruetur.in rubr.quòd seruetur capitulum de libertate matrimonii.
9 vbi confirmat istud c. † Quia matrimonia debent esse libere.c.Gemma.extra de spons.l.Titia. ff. de verbor.oblig. & doct. in dictis locis. ADDITIO noua.
10 Et aduerte, ꝙ † per const.regni fratribus erat inductum, ꝙ comites & barones possent feuda dare in dotem, & obligari, dummodo matrimonia contrahantur cum licentia Principis, tamen per istud capitulum est immutatum, vt in matrimoniis non requiratur assensus, dummodo feuda non dentur in dotem, & nihil dicit istud capitulum de obligatione feudi, & sic non censetur data licentia obligãdi feuda, de quo per Andr.in capitulo imperialem.de prohi.feud.alie.per Federicum, in principio colum.7.& 8.& Pari.ibi colum.3.versi.licet constitutio, & Matth.de Afflic. in dicta constitutio.fratribus.in 7.notabili, & etiam in 6.notabili. Circa quæstionem, an possit contrahi matrimonium cum filiabus, vel filiis proditorum, vide quæ dixi supra in c.cum satis, nu.28. Circa aliam quæstionem supra tactam,
11 † an feudum & bona feudalia possint dari in dotem sine Regio assensu in ista quæstione sunt diuersæ opiniones, & diuersa iura, vt patet ex dictis per Matth.de Affli.in consti. stit.regni fratribus maximè in quarto nota. colum. 4. vbi
12 etiam ponit, † an fructus feudi possint obligari & pro quãto tempore, & per Matth.de Affli.in d.consti.honorem nostri diadematis in tertio li.col.1. Et illa opi. est verior, quòd matrimonium potest liberè contrahi absque assensu regio inter fideles iuxta dispositionem huius c. nostri, sed in datione feudi in dotem, vel in obligatione bonorum feudalium pro dote vel antefato &c. requiritur assensus regius, vt tenet Andr.de Iser.in c.imperialem.col.4.versic. verius, de prohi.feu.alien.per Federic.vt declarat Matth. in d.con-
13 sti.honorem.col.1. Aduerte tamen, † quòd mulieres Neapolitanę siue exteræ, quæ cum Neapolitanis matrimoniũ contrahunt, habent ex priuilegio, vt pro dotibus intelligatur esse præstitus assensus in obligatione bonorum feudalium, siue dentur in dotem bona feudalia, siue obligentur pro restitutione dotium & antefati, & hoc etiam fuit confirmatum per Cæsaream Maiestatem Caroli Quinti, vt patet in capitulis Neapolitanis concessis c.14.inci. Item supplicano V.Cęs.Maiestà &c. ADDITIO noua. Et vide Matth.de Affli.in consti.regni si quis post litem. col.7.in fi. versi.quartus casus, vbi dicit, ꝙ quando feudum datur in dotem, tunc princeps tenetur assentire, per hunc text. nostrum, & tenet And.de Iser.in c.imperialem, col.8.in fi.cũ seq.de prohib.feu.alie.per Fede.& ibi Par.col.8.versi.an vicarius. Et extenditur iste tex.quando feudatarius recipit dotem ab vxore, in pecunia, & obligat se, & hæredes suos, & bona sua, & suorum hæredum, burgensatica, & feudalia in casu restitutionis dotium: & quia tunc Rex dictæ obligationi tenetur præstare assensum, vt ibi per eum. Et licet pro iuribus mulierum Neapolitanarum sit, & intelligitur præstitus assensus (vt dictum est) & Matth.vbi supra, tamẽ deseruiet hoc in aliis mulieribus regni. Et Matth. vbi supra ponit quinque casus, in quibus Rex tenetur præstare assensum in alienationibus, & obligationibus feudorum, vt ibi latius per eum.¶ Iuxta illud, quod tactum est supra, an fructus feudi possint obligari, & pro quãto tempore, de quo per Matth.de Affli.in d.consti.fratribus, in quarto nota. vide etiam Par.in tra.de reinteg.feud.c.an feudatarius, car.139. col.4.vbi tenet, ꝙ fructus feudi pro danda dote filiæ, vel sorori possunt pro plurib. annis alienari, & filius, vel agnatus non potest contrauenire, de quo etiã vide Matth. de Affli decisio.240. Et an fructus feudi possint alienari sine domini assensu pro pluribus annis, ponit Par.vbi supra, & tenet regulariter quod sic, allegat And.de Iser.in titu.de prohi.feu.alie.per Fed.in prin. Et ibi quid si moriatur non finitis illis annis. Et an exequutio fieri possit in fructibus feudi & Par.vbi supra. & Matth.de Affli.in consti. siquis post litem.col.5. cum sequen.& in constitu.diuæ memoriæ.nume.12.& in decisio.29.fuit dubitatum. An autem fructus feudi possit feudatarius locare, vide Par. in d.tracta. feud. capi.an feudatarius cap. 140. vbi quòd ad modicum tempus potest, sed non ad longum tempus, vt ibi per eum, & glo.in consti.constitutionem diuæ memoriæ. & ibi Matth. numero 12. Quid autem si frater obligauit feudum pro pecunia danda in dotem, suæ sorori sine regio assensu iuxta consti.regni fratribus, si pendente satisfactione dictæ pecuniæ promissæ in dotem, feudum est deuolutum ex aliqua causa regiæ curiæ, vtrum regia curia teneatur stare pignorationi dicti feudi, ita quòd feudum transeat cum suo onere, & obligatione. And.de Iser. in d. constit. fratribus.& in cap.1.§.donare.qual.olim feu.pot.alie.dicit, quòd in registris Imperatoris Federici reperitur, quòd feudum dimittatur penes maritum, qui tenet in pignus feudum pro pecunia dotali, & fructus non computantur in sortem propter onera matrimonii, quę sustinet vir: dicit tamen Andr.in d. constit. fratribus, quòd illud est correctum per Regem Carolum Primum in c.quod incipit, ad maiestatis nostræ audientiam, quod cap. non inuenitur, & refert verba formalia d.ca. videlicet, si autem contingat aliquod feudum, siue aliqua bona feudalia obligari pro dotali pecunia confessata in contractu matrimonii, & ad nos per excaden-

excadentiam, seu quacunque alia ratione, vel causa deuenire deberet. Volumus, quòd illud feudum, seu res feudalis ad nos quietè, & liberè perueniat non obstante obligatione prædicta, nisi in literis nostris super assensu eiusdem matrimonii obtentis plena & expressa mentio habeatur de obligatione illius feudi, vel rei feudalis, pro dotali pecunia ipsius matrimonij, & eius quantitatem, & istam opinionem tenet etiam Matth. in d. constit. fratribus. col. 5. cum sequen. in quæstione, quæ incipit. Item pone, & in cap. imperialem. in princip. de prohibitio. feud. alienã. per Feder. & pro hoc facit tex. in isto capit. nostro, vbi probatur, quòd in matrimoniis contrahendis non requiritur assensus regius, dummodo feuda non dentur in dotem, sed si datur feudum in dotem, vel obligatur, requiritur assensus regius, vt supra dixi, & tenet Matth. in dicta constitutione fratribus, in quarto notab. num. 10.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Adiutorium an, & quando possint petere domini a vasallis.*
2 *Adiutorium quando petitur a vasallis an debeant domini literas impetrare a regia curia.* 4. 10.
Adiutorium immoderatum vel non concessum petens an puniatur.
5 *Adiutorii solutio qualis esse debeat.*
6 *Adiutorium petere an possit baro pro sua militia.* 11.
7 *Casus in noua constitutione non comprehensus an censeatur omissus.*
8 *Adiutorium petere an possit dominus a vasallis pro militia nepotis.* 12.
Nepos an contineatur appellatione filii, ibid.
Adiutorium an possit petere dominus a vasallis pro monacatione filiæ.
13 *Adiutorium an petere possit dominus, an verò possidens iure creditoris, vel vsufructuarius.*
14 *Dominus an possit augere censum, uel redditum antiquum subditis.*
15 *Vasallus an possit præscribere seruitia, quæ debet domino.*

DE ADIVTORIIS A vasallo petendis.

QVOD COMITES, BARONES, ET alij feuda tenentes possint petere adiutorium a vasallis sine literis curiæ. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXII.

1 ITEM statuimus, † quòd Comites, Barones, & alij feuda tenentes, seu Prælati ecclesiarum, qui ratione ecclesiarum suarum terras, vel feuda tenent a vasallis ipsorum in casibus regni cõstitutionibus permissis possint moderatum adiutorium
2 petere, siue recipere. † Nec necesse habeant super hoc literas impetrare, cum sufficiat prædictæ con-
3 stitutionis edictum. † Si verò in casu non concesso vltra moderatum adiutorium secundùm q̃ ista cõstitutio ponit, aliquis prædictorum vasallos suos afflixerit, post emendationem damni faciendam personis, quibus illatum est, teneatur Regiæ Curiæ ad duplum illius, quod indebitè extortum fuerit, vel superexactum illicitè.

ITEM statuimus, similis rubrica est in capitulis Regis Caroli Secundi Regni Anno 12. infra c. comites & barones. num. 161. & in constit. regni de adiuto. exig. l. quam
4 plurimum. & l. comitibus. lib. 3. † Et nota, q̃ hoc adiutoriũ peti potest absque literis Regis, nam frustra precibus impetratur, quod iure communi cõceditur. l. vnica. C. de thesa. lib. 10. sufficit enim huiusmodi constitutiones editas, vt
5 hic patet, quod nota. † Qualiter autem debeat esse iusta so
6 lutio, vide infra in d. cap. comites & barones. † Sed quæro, nunquid comes, baro, vel miles possit adiutorium petere pro sua militia, videtur q̃ non: quia constit. quamplurimum cum sequen. quæ inducunt istud nouum de adiutorio præstando comitibus & baronibus, non dicunt, quòd petere possint pro ipsorum militia, ergo remanet antiqua dispositio, per quam dictum adiutorium non petebatur, argum. in auth. qb. mo. natu. effic. §. tribus. collatio 7. casus enim non expressos in lege videtur omissus. ff. solut. matri. l. si verò. §. de viro. Præterea dicta constit. videtur odiosa: quia onerat vasallos ad soluendum alienum debitum in casibus in dicta constit. comprehensis, est ergo restringenda. ff. de liber. & posth. l. cum quidam. ad quod probabiliter dicendum est, quòd vasalli tenentur ad adiutoriũ, seu subuentionem præstandam pro militia ipsius domini: quia in legibus & constitutionibus, quæ vicem legis obtinent, vt ff. de constit. princip. l. 1. hoc est regulare & commune, quòd proceditur de similibus ad similia. ff. de legibus. l. nõ possunt. sed quia similis, immo fortior est, quòd debeat domino præstari adiutorium a vasallis tam pro seipso, quàm pro filio: quia propter vnumquodque tale & illud magis, vt dicit philosophus in lib. ethi. ergo idem ius est statuendum. ff. de nego. gest. l. ex facto. in fine. ff. ad leg. Aquil. l. illud. in fi. & ita seruatur de facto in regia curia, & licet aliqui voluerint aliquoties cauillari & sic notat Roff. in suis
7 libellis in rub. de sacramento, cuius lib. vasa. † Non obstat, quòd casus in noua constitutione non expressus vr̃ omissus: quia illud verum est, nisi casus omissus sit similis expresso. ff. de condict. ob causam. l. si extraneus. sed quia casus de domino omissus similis est expresso de filio, ergo idem ius seruandum est in vtroque. Non obstat, quòd ius d. constit. est odiosum: quia inspecta veritate præstatio adiutorij non est odiosa, sed fauorabilis, quoniam procedit a charitatiuo subsidio, sicut per æquitatem canonicam nuncupatur, vt extra de censib. cap. cum pastoralis. §. cum
8 prohibemus, & cap. cum apostolus. † Quæro, quid pro militia nepotis ex filio, an comes, vel baro petet istud adiutorium. Respondeo quòd sic: quia ex legum sententia nepos filius appellatur. ff. de verb. sign. l. liberorum. in fi. & l. iusta. & ff. ad maced. l. filium habeo. Immo videtur, quòd nepos etiam ex verbis legis filius habeatur, & communiter censeatur. d. l. liberorum, probatur ibi dum dicit, nõ possumus nepotes dulciori vocabulo, quàm filios appellare, p̃ quod patet, quòd nepos non tantum continetur appellatione filia ex sententia, sed etiam filius communiter appellatur, siue vocatur, & sic ex verbis, & eadem ratione petet adiutorium baro pro nepote ex filio secũdũ Barth. de Capua, de hoc tamen, an filii, vel liberorum appellatione contineãtur nepotes, latissiuè examinat Barto. in d. l. liberorum.
9 † An autem baro petet hoc adiutorium pro monachatione filiæ. vide cap. ad perpetuam rei memoriam, & per eundem Bartho. de Capua in consue. Ciuitatis Neapoli, quæ incipit in glo. tertia.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Aduerte: quia additio supposita in isto cap. non est Sebastiani de Neapoli, sed alicuius doctoris post eum: quia non seruat stilum Sebast. Ad materiam huius cap. vide in Regia

in Regia prag. Regis Ferdin. quæ incipit, ad perpetuam.

ADDITIO noua. Et istud adiutorium peti potest, videlicet pro redimenda persona domini, si fuerit captus ab inimicis in seruitio regis, pro faciendo filio milite, pro maritanda filia, vel sorore, & pro emenda terra, vt dicitur in dicta constit. quamplurimum, & ibi docto. & dixi supra in cap. grauamina. 23. num. 27. Et in quantum ex isto tex.
10 notatur, † quòd hoc adiutorium potest peti sine literis. Aduerte, quòd hodie istud non procedit: quia sine literis regiis baro non potest imponere talem subuentionem vasallis, ita tenet Matth. de Afflict. in constit. regni quamplurimum. col. 4. in princ. allegat cap. Regis Roberti, pro parte vniuersitatis Vici. non reperitur impressum. Immo tale adiutorium non præstatur Baroni, antequam soluat releuium, vt tenet Matth. de Afflict. in dicta constit. quamplurimum. col. 8. versic. nona dubitatio. Circa aliam quæstio-
11 nem supra tactam, † an vasalli teneantur præstare adiutorium, quando dominus facit se militem, vide latè per Matth. de Afflict. in dicta constit. quamplurimum. col. 2.

ADDITIO noua. Et ibi etiam ponit, quòd quando dominus vxoratur, vel facit festiuitatem, vasalli non tenentur præstare adiutorium: quia tunc eius bona augmentantur, non autem diminuuntur, vt ibi latius per eum. Cir-
12 ca aliam quæstionem, † an Baro possit petere adiutorium pro militia nepotis, vide in simili quæstionem, quam ponit Matth. de Afflict. in dicta constit. quamplurimum, col. 10. versicu. sed quid, vbi ponit quæstionem, an baro maritans neptem ex primogenito possit petere adiutorium. Et latè ad materiam vide And. de Isern. & Matth. de Afflict. in dicta constit. quamplurimum. & in constit. comitibus. & in
13 dictis locis hẽs multas quæstiones in ista materia. † Quid autem si vnus possidet feudum iure creditoris, vel tanquã vsufructuarius, & alius est dominus proprietatis in casibus, in quibus debetur subuentio & adiutorium a vasallis, nunquid debeat habere vsufructuarius, vel possidens iure creditoris, an verò dominus proprietatis. Istam quæstionem ponit Matth. de Afflict. in dicta constitu. quamplurimum. colum. 7. in fi. in octaua dubitatione, & Anto. Capi. decisio. 184. incipiente, in causa magnifici Michaelis, in quibus locis vide concord. & ibi me remitto.
14 ADDITIO noua. ¶ † An dominus possit augere censum, vel redditum antiquum subditis suis eis non consentientibus. Dic quòd non, per tex. in l. cum satis. §. caueant. & ibi Iacob. Reb. de agric & censib. Ioan. de Pla. in l. domini. eod. tit. Nico. Boeri. decisio. 132. col. 2. sed solum tenentur ad veterem redditum præstandum vt ibi, nisi de consensu subditorum fuisset factum augmentum, vt ibi in fine. & Decius consil. 199. 1. volum. cum concord. in di-
15 ctis locis. ¶ † An autem vasallus possit præscribere seruitia, quæ debet domino. Dic quòd non. cap. 1. §. licet vasallus. ibi, quantocunque tempore, si de feu. defun. contensit. & ibi Bal. Alua. Cardi. Alexã. & alij. Et hoc nisi dominus seruitio vsus non fuerit, quando indiguit, & vasallus fuit in bona fide, vt tenet Nico. Boe. decisio. 132. col. 1. allegat Abb. Imo. & Felyn. in cap. ad audientiam. col. 7. versicu. in quantum est. de præscrip. cum concord. Quæro, pone maritus habet filiam ex prima vxore præmortua, postea duxit secundam vxorem, a qua habuit castrum in dotem, vult maritare filiam primi matrimonij, & petit subuentionem a vasallis, iuxta constit. regni quamplurimum, an vasalli teneantur. Videtur quòd sic: quia maritus est dominus rei dotalis. l. doce ancillam. C. de rei vendica. & si maritus est dominus, & maritat filiam, potest petere adiutorium. dicta constit. quamplurimum. In contrarium adducitur: quia si castrum non est datum in dotem ea extimatione, quæ facit emptionem, iuxta ea, quæ habentur in l. si extimatis. cũ sequen. ff. soluto matrimo. & tali casu maritus assimilatur fructuario, vt dicit glo. in §. cumque ex stipulatu. in verbo acquisiuerunt. C. de rei vxo. actio. & sic ipsa vxor diceretur vera proprietaria, & ipsa posset petere subuentionem non autem maritus pro filia primi matrimonij, faciunt quæ dicit Matth. in dicta consti. quamplurimum. num. 16. in fine. cum sequen. nisi præstaret ipse maritus seruitium militare, vt ibi per Matth. in octaua dubitatione, cogita. Nũquid autem dominus possit petere adiutorium a vasallis pro maritanda nepte ex fratre. Dic, quòd iste casus non continetur in dicta constitu. quamplurimum. & ideo non tenentur: quia patruus non tenetur dotare neptem, vt tenent Bald. in l. nihil. ff. de in rem vers. Angel. Imo. & Alexan. in l. 1. col. 7. versic. quid de patruo. ff. solu. matrim. & in casibus, in quibus non tenetur dotare, in illis non tenentur vasalli ad adiutorium, vt dicit Matth. de Afflict. in dicta constit. quamplurimum. col. 7. in princ. versic. sed ego dicerem. num. 14. circa medium. Quid si vasalli præstiterũt adiutorium domino pro maritanda filia, quæ postea fuit mortua sine filiis, & dos reuersa est ad patrem, an vasalli possint repetere solutum? Dicendum videtur, q̃ si fuit mortua filia, postquam fuit dotata & tradita viro, ea mortua vasalli non possunt repetere, argum. in l. 3. §. j. versi. sed si stichus. ff. de condict. cau. data. pro quo facit: quia illud adiutorium a principio licitè fuit solutum. d. constit. quamplurimum. & postea fuit effectum patrimonium filiæ, arg. eorum, quæ dicit Socin. & alij in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. possess. & sic pater dicitur succedere filiæ, non autem in adiutorio, seu subuentione, cum sit extinctum nomẽ adiutorij, & dicitur successio filiæ.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Barones litigantes personaliter, vel realiter, per quos debent eorum causæ terminari.*
2 *Baro an debeat iudicare baronem, & comes comitem.*
3 *Desistens an puniatur pœna talionis, vel in expensis.*
4 *Baro an debeat coram paribus conueniri, etiam si est quæstio de feudo non quaternato.*

QVOD COMITES, BARONES, ET feuda tenentes in Regia Curia personaliter, seu realiter litigantes per compares absoluantur, vel condemnentur. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXIII.

1 ITEM statuimus, † quòd si comites, barones, & feuda tenentes in Regia Curia personaliter, seu realiter litigabunt, uel conueniãt & accusent alios, siue conueniantur, aut accusentur ab aliis, per compares absolui debeant, aut etiam condemnari, & ipsorum causæ qualescunque fuerint, prout melius & citius poterunt, terminentur.

ITEM statuimus, hoc ca. emanauit ad declarationem constit. regni. vt vniuersis de nobilibus conue. 1. lib. ibi in prin. connumeratis comitibus & baronibus feuda tenẽtibus dicitur ibi, eorum iudicia sibi inuicem reseruamus.
2 † Quod potest intelligi de omnibus permixti, vt sic baro iudicet etiam comitem, & potest intelligi separatim, vt comes comitẽ, & baro baronem iudicet, & iste intellectus approbatur hic, cum dicit per compares, in defectu tamẽ comitum vidi per Regiam Maiestatem fuisse concessum per suas literas, vt loco duorum comitum adhiberentur quatuor barones, de quorum consilio ita iudicaui in causa appellationis, quæ vertebatur inter comitem Celani, & comitem Sancti Valentini super territorio Guardiolæ.

Ioannes

Ioannes Arcamonus Magnæ Curiæ Vicariæ appellationum iudex. Item declaratur dicta constitu.in alio, nam ibi in princ. dicitur, ac cæteris militaribus viris, quod debet intelligi de feuda tenentibus, vt hic. Item declaratur in alio: quia illam constit.intelligunt quidam, quando tales nobiles conueniuntur, vel accusantur,& non quando agunt,vel accusant,vt notat ibi Marti.in gloss. secus verò, quod dubium hic deciditur ibi, siue conueniant,sed si cōuenit, vel alios accusat, quomodo potest dici condemna-
3 ri,vel absolui vt hic subiicit. Respondeo,ꝙ † Baro accusator, si desisteret, posset condemnari pœna Turpilliani, vt ff.& C.ad Turpill.vel ad pœnam talionis, vt C.de accusa. l.fin.item posset condemnari ad expensas secundum materiam.l.eum quem temere.ff.de iudic. & C.eod. l.apertissimi,& extra de dolo & contuma.cap.finem litibus. Item quia quandoque etiam si obtineret in causa,posset cōdemnari ad expensas, vt in auth.de his qui ingredi. ad appella. §.volumus.collat.5.& in authen.de defen.ciui.§.iudicare. collat.4. Item quia posset forte ex periurio & varietate incidenti damnari,argum.C.de testibus.l.testium. Et in prædictis casibus expensarum,& incidentium quæstionum posset etiam absolui. Item declaratur dicta constitutio in alio: quia quidam intelligunt illam constitutionem, quando nobiles condemnantur, non quando absoluuntur. vt notat ibi Marti.in vltima glos.quod dubium hic deciditur ibi, absolui debeat, vel condemnari. ¶In tex.ibi (seu realiter) videtur per generalitatem huius tex. & dicta constit.
4 vt vniuersis, † quòd hoc cap.& eius priuilegium vendicet sibi locum, etiam si quæstio esset de feudo non quaternato, vel ipsius parte. In contrarium videtur: quia feudorum planorum,& de tabula cognitio spectat ad iustitiarium, vt patet in constit. iustitiarij per prouincias,& in constit.iustitiarij nomen & normam, & non datur militaribus viris secundùm Ioan.Arcamo. Sebastianus de Neapoli, Ad prædicta etiam vide quæ scripsi. C. de agricol. & censibus.l.litibus.in fi.lib.11.& de decurio.l.quicunque fu mantes.& Bald.in l.1.in fine.C.ne liceat in vna eademque causa. Lucas de Penna. ¶In tex.ibi (alios) intellige etiam non barones, & ibi ab aliis etiam non baronibus.
Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Ad materiam huius ca. vide And.de Iser.& Matth.de Affl.latissimè in consti. vt vniuersis, & in rubr.d.constitutionis, & in dictis locis plenissimè.
Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

DE SERVITIIS CONDECENTIBUS imponendis.

QVOD COMITIBVS, BARONIBVS & aliis nobilibus viris per curiam aliqua seruitia, quæ eos non deceant, minimè committantur. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXIIII.

1 ITEM statuimus, † ꝙ comitibus, baronibus, & aliis nobilibus, & militaribus viris, per iustitiarios, & alios officiales curiæ, nulla seruitiorum executio demandetur, quæ statum, & conditionem eorum non deceat.
2 † Nec causa vexandi eos, vel iniuriam inferendi, aliquid committatur.

3 ITEM statuimus, No.hunc tex & rub. † ꝙ comitibus, baronibus, nobilibus & militaribus viris non potest cōmitti executio seruitiorum curiæ,quæ ipsorum statum, & conditionem non deceat,ad hoc facit. C. de aduo.diuers. iud.l.sancimus.de proxi.sacro.scri.l.iubemus. de priuil.eo
4 rū qui in sacro pala.mili.l.2.& 3. lib.12. † Quis autem eo casu dicatur nobilis.vide,quæ scripsi eo.lib.de dign.l.militaribus. Quis dicatur vir militaris,scripsi de re mili. l.militares,& de decurio.l.miles.lib.10.Lucas de Penna.

ADDITIO.

5 ITEM statuimus. No.ex isto tex. † ꝙ seruitia debent imponi,& demandari, quæ deceant statum & conditionē personarum,& non illa,quæ iniuriam inferunt,& vltra superius allegata, concor.tex.in c.item statuimus. ꝙ officiales,infra nu.121.in rubr.ꝙ seruitia curiæ &c. & Matth. de Affl.in const.regni,magistri camerarij.col.4.in 9.not.& est regia prag.Regis Ferdinandi,quæ incipit, ad perpetuā rei memoriam.vers.hoc tamen,ibi,quæ statum & conditionē eorum deceant &c.& vide, quæ dixi supra c.subditorum, nu.6.in ordine nu.139.vers.secundò limita.supra in rubr. de violentiis.vbi vide. ADDITIO noua. Et bene facit tex.in rub.C.de mulie.& in quo loco,li.10.& ibi Azo in
6 sum.illius ti.& facit l.vnica.eo.ti.vbi probatur,† ꝙ mulieribus munera sexui cōgruentia, & honores imponi debent.

SVMMARIVM.

DE PRIVILEGIIS, ET IMMVNITAtibus ciuium burgensium, & aliorum hominum a Faro citra. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXV.

STATVIMVS, Mandamus, & volumus inuiolabiliter obseruari, quòd
1 † in collectis, talliis, siue quæstis generalibus & specialibus, seu subuentionibus quibuscūque nominibus regni a Faro citra vsque

vsque ad confinia terrarum Sanctæ Romanæ ecclesiæ, qui in fidelitate Regis remanserunt, seruetur status, vsus & modus, qui tempore fœlicis recordationis Regis Guilielmi Secundi extitit obseruatus, secundùm ꝙ in conuentionibus habitis inter Sanctam Romanam ecclesiam & dominum patrē nostrum tempore collationis factæ sibi de regno plenius continetur, qui status, modus & vsus pro eo, quòd constare non potest: quia vel nulli, vel pauci supersunt, qui possint de hoc testimonium perhibere, volumus, quòd per santissimum patrem, & Dominū Dominum Papam Martinum summum Pontificem declaretur, exponatur, seu determinetur, & disponatur, & ad eādem determinationem, declarationem, expositionem, & etiam discussionē, & ordinationem, celeriter & de facili obtinendam nos nostros solemnes & fideles nuncios transmittemus, ita quòd per totum mensem Maij primo futurum ad tardius sint ibidem, infra quem terminum homines cuiuslibet iustitiariatus partiū prædictarum, duos nuncios de melioribus, ditioribus & fidelioribus totius prouinciæ ad prædictam declarationem, expositionem, determinationem & ordinationem impetrandam, seu etiam audiendam transmittant, ita quòd in eodem termino sint ibidem. Et ad hoc per iustitiarios earundem prouinciarum, quibus super hoc literæ nostrę transmittuntur, indicentur, & etiam si necesse fuerit, compellantur, quam determinationem, expositionem, seu declarationem, vel ordinationem promittimus pro parte domini patris nostri ad nostrum posse, nostra & hęredum nostrorum pęnitus semper inuiolabiliter obseruare.
2 † Et ex nunc omnino omnia residua collectarum quarumcunq; ad quæ aliquę prouinciæ terræ, vel loca tenebantur, vel etiam tenētur, remittimus & eis gratiosè donamus. Volentes ꝙ de illis nullatenus impetantur, nec ante determinationem, declarationem, expositionem & ordinationem prædictam a prędictis prouinciis, vniuersitatibus, terris, vel locis collectæ nomine peti aliqd faciemus, nisi in casibus constitutionibus comprehensis.
3 † Nec ad mutuum compellantur inuiti.

STATVIMVS. Nota sanctum & bonum c. & præcipuè in fine sui, vbi patet expresse,
4 † ꝙ non potest Rex ab vniuersitatibus, terris, vel locis collectarum nomine aliquid vltra petere, quam in casibus constitutionibus comprehensis.
5 † Secundò, ꝙ non potest aliquem inuitum cōpellere sibi ad mutuandum. Idem prouisum est per Honorium in suis capitulis, quæ prouisiones in vanum laborauerunt: quoniam singulis mensibus sex collectæ exigūtur, & pro illarum exactionibus vsque ad sacculum & peram & regularum euulsionem miseri regnicolæ exiguntur per erarios deputatos tempore B. oriliæ, qui ad huiusmodi recollectiones solummodo filios tricculorum deputabat, qui postquam erant bene impinguati, & impennati subtili ingenio eos dependebat & excoriabat. Et circa hanc materiam collectarum vide plenè not. per Bal. in l. omnes. C. si fine censu, vel reli. † Et attende, ꝙ de quaternis collectarum, & per quos fiunt, & ꝙ de ipsarum solutione, vel rece ptione non fiat cedula, sed apodissa, pro quibus nihil recipiatur, prouidit Rex Carolus Primus in cap. vltimo edito per eum in Ciuitate Neapolis anno 27. incipiente, ꝙ quaterni, supra nu. 33.
6 † Quòd autē collecta in aliqua vniuersitate poni non possit sine speciali regiæ maiestatis mādato, hr̄ supra regni anno 7. de off. iusti. c. itē ꝙ aliqua terra, non reperitur impressum, & c. item iustitiarij. & iudices. supra
7 nu. 38. eius anno 17. † De modo, ac forma tenenda in impositione generalium impositionum, & collectarū habes supra regni anno 7. de off. iusti. c. ꝙ per vniuersitatem, non
8 reperitur impressum, cum quatuor seq. † Quòd aūt clerici clericaliter viuentes sint immunes a collectis, habes supra
9 c. item statuimus, ꝙ clerici, nu. 98. † In quibus autem casibus sit imponenda collecta, declarat Honorius Papa, ex qua declaratione patet declaratio eorū, quæ in hoc c. hr̄, & quæ cupiebat tunc princeps Carolus per Papam Martinū declarari, quos casus vide ī reformatione Honorij post prin. in rub. de collectis, de nō rogandis collectoribus col-
10 lectarū, & de processu habendo super collectis. † Et ꝙ nihil recipiatur pro sigillandis quaternis collectarum. Et de sala-
11 rio taxatorum & collectorū. † Et ꝙ pecunia collectæ recolligatur integrè per iustitiarium suo tpe, hr̄ supra regni anno 7. de off. iustit. d. c. ꝙ vniuersitates, in c. additis cum seq. quatuor, & regni 13. c. itē ꝙ nulli, cū quatuor seq. non reperitur impressum, quæ vn̄r eiusdem tenoris, sicut prædi-
12 cta quatuor allegata. † Item ꝙ nulla compositio, de quauis causa fieri, vel exigi possit ab vniuersitate, antequam sint integrè recollectæ fiscales functiones, prouidit cū pœna edictum Regis Ruberti incipiens: quia nouas formas, non est
13 impressum. † Item statuit idem Rex, ꝙ pro non recollectis residuis pro singulis decem vnciis soluatur vncia vna, qd patet in alio eius edicto, ꝙ incipit, vt officialium regni no-
14 stri, non est impressum. † Item est sciendum, ꝙ iustitiarij de mense Maij annis singulis debent mādare renouari apprecium, sic ꝙ in fine mensis Augusti sit integrè renouatū sub pœna, prout patet in capitulis Caroli Secundi editis Neapoli regni anno sexto. c. in singulis. infra num. 194. in rub. de officio collectarum, & regni. 20. c. in calendis Maij,
15 infra nu. 1674. † Et vbi quis habet bona burgensatica, ibide collectas soluere, licet alibi habeat incolatum, vt cauetur in eo. c. in singulis. Et ꝙ in fraude collectarum quis non teneat affidatos, cauetur ibidem, sic etiam decima prædialis debet solui prælato, in cuius parochia sunt prædia sita, ext. de deci. c. j. in fi. & vide. C. de agri. & censi. l. si coloni. in gl. magna. li. 11. An autem a taxatore poterit appellari? Dic ꝙ sic, vt C. de discusso. l. j. lib. 10. Seb. de Neap.

ADDITIO.

STATVIMVS. Ad materiam vide, quæ dixi supra in c. ꝙ quaterni. num. 33. & Firma. in tract. de gab. in 1. par. vbi late de materia collectarum.

SVMMARIVM.

1 *Moneta bonę tenutæ cudi debet.*
2 *Collecta imponi non debet pro expendenda moneta noua.*
3 *Moneta an debeat esse perpetua.*

DE MONETA. Rub.

QVOD CVDATVR MONETA BONæ tenutæ secundum quod statui dictarum partium videbitur expedire, pro qua expēdenda non fiat collecta, sed dabitur campsoribus & aliis eam sponte recipientibus, & erit perpetua.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXVI.

ITEM promittimus, atque statuimus, ꝙ
1 † de consilio proborum, & legalium virorum habētium huiusmodi rei peritiam, cudi faciemus monetam bonę tenutę, precij, & valoris

lotis secundùm quod statum dictarum partium vi
2 debitur expedire. † Pro qua expendenda non fiat collecta, nec distributio, sed dabitur campsoribus & aliis mercatoribus eam volentibus sponte reci-
3 pere. † Et præfata moneta erit perpetua, nec mutabitur aliquo tempore, sed in suo precio & statu obseruabitur.

ADDITIO.

ITEM promittimus. Ad materiam monetarum vide supra cap. vt quæ ab excellentia nostra. nume. 31. vbi loquitur de falsatoribus monetæ, & de expendentibus falsam monetam, & vide concordantias, quas ibi allegaui in materia monetarum, & vide in cap. item quòd recipiatur. num. 34. sub rub. quòd recipiatur quæcunq; pecunia, & quæ in dictis locis addidi. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Pœna homicidii clandestini quæ sit.*
2 *Pœna homicidii clandestini ita demum habetur, si homo mortuus inueniatur, non si superuixit.*
3 *Vniuersitas citata pro homicidio clandestino an possit se tueri dicendo, quòd fuit inuentus viuus & non mortuus.*

DE POENA CLANDESTINI homicidij. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXVII.

1 ITEM statuimus, † quòd pœna, quæ pro homicidiis clandestinis commissis in aliquibus locis, seu territoriis ipsorum ad summam centum vnciarum, vel quinquaginta fuerat augmentata, reducatur ad formam constitutionis antiquæ, secundùm quòd per nouellam, & vltimam constitutioné domini patris nostri nuper extitit ordinatum.
2 † Quæ pœna tunc demum exigatur, si mortuus inueniatur aliquis, non si aliquo tempore superuixit. Et verba constitutionis antiquæ in faciendo inquisitionem seruentur, & in suo proprio intellectu remaneant, nec recedatur ab eis.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Ad materiam vide, quæ plenè dixi supra cap. clandestini, num. 26. in rub. de
3 pœna homicidij clandestini, cum concord. ibi. † Et dicit hic Barth. de Capua, quòd in isto tex. est bonum dictum pro vniuersitatibus citatis pro homicidio clandestino: quia poterit dici, quòd fuit inuentus viuus & non mortuus, vt in hoc tex. ADDITIO noua. Et idem tenet Rober. Maran. in suo specu. in sexta parte in verbo inquisitio, numero 146. car. 52. secundùm primam impressionem, & vide, quæ dixi supra in dicto cap. clandestina, versic. sextò limita.
Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonii libertas an seruari debeat.*

QVOD SERVETVR CAPITVLVM de libertate matrimoniorum, sicut supra dicitur in cedula baronum. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXVIII.

1 ITEM † seruetur capitulum de verbo ad verbum de libertate matrimoniorum, sicuti est cedula baronum superius prędistincta.

ADDITIO.

ITEM seruatur, vide supra c. item statuimus. num. 111. sub rub. de matrimoniis cõtrahendis, & quæ ibi addidi. Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio an possit fieri per præsonerium, vel familiares officialis. 4. 6.*
2 *Accusatio per quem fieri debeat.*
Accusare quis possit, si crimen est publicum.
Accusatio fieri an possit per familiares officialis, quando crimen est notorium. 6.
7 *Officialis an possit cognoscere de iniuria facta familiæ suæ.*
8 *Iudex an possit esse in causa propria, vel familiæ, quando esset consuetudo de hoc.*

QVOD NON POSSIT FIERI ACCVsatio per præsonerium, vel familiares eius, nisi sit crimen publicum. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXIX.

1 ITEM † q; magistri iustitiarij, & iustitiarij regionum non faciant accusationem calumniosè moueri, vel fieri contra aliquos, quos criminosos dicunt, vel asserunt per præsonerios, vel familiares ip-
2 sorum. † Sed si aliquis eos legitimè accusari, vel iniuriam passus, si crimen priuatum commissum
3 dicatur, † vel quilibet alius, qui de iure ad accusandum admittitur, si crimen publicum fuerit, qui nõ ex suasionibus alicuius, sed proprio motu ad accusandum ducatur, accusationem eius recipiat, & in ea iustitia mediante procedat.

4 ITEM statuimus. † Nota bonum cap. obuiam rapacitatis multorum officialium contrarium præsumentium facere. Et intellige sanè hoc cap. videlicet, q; iustitiarius non posset aliquem accusare per familiares suos in eorum curia vt hic. & C. de assesso. l. domesticos, nisi dicti familiares ad hoc essent deputati per curiam, vt l. ea quidem. C. de accusatio. & C. de decurio. l. 2. lib. 10. aliàs ipso facto præsumitur contra iustitiarios, q; calumniosa sit accusatio: nam cõtra ritum ecclesiasticum, contraque venerandas leges producitur accusator de domo iudicis, cui ab ipso iudice põt hoc imperari: tunc iudices ex hoc sunt suspecti, & lupi cu-
5 stodes. 4. q. 4. c. vlt. † Item intellige, nisi crimen esset notorium, quod tamen accusatione indigeret, tunc enim præsumptio

ſumptio calumniæ ceſſare videtur vt hic, & nota prædicta: quia vidi multos officiales contrarium præſumentes. Sebaſtianus de Neapoli.

ADDITIO.

6 ITEM ſtatuimus. † Nota iſtum tex. ſecundùm Barthol. de Capua hic, quòd iuſtitiarius non debet facere moueri accuſationes priuatas per præſonerium, publicas autem & notorias bene debet audire & recipere. Item notat hic Barth. de Ca-
7 pua ſimiliter ex hoc tex. † quòd officialis poteſt cognoſcere de iniuria facta familiaribus ſuis, de quo vide in conſti. iuſtitiarij per prouincias, & ibi Matth. de Afflict. col. penul. in ſeptimo notab. & tex. in cap. Romana. extra de pœni. in 6. contrarium tamen not. in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd.
8 omnium iudic. vbi † officialis non eſt iudex in cauſa propria nec ſuæ familiæ, & ibi per omnes doct. & in l. Senatus. & ibi Bald. ff. de offic. præſid. Cyn. in l. 1. C. ne quis in ſua cau. tex. & ibi doct. in l. ſi quis forte. §. 1. ff. de pœn. quod tamen limitatur, niſi ex conſuetudine hoc ſibi tribuatur, vt dicit gloſſ. in dicto cap. Romana. & docto. in capit. cum contingat. extra de foro competen. Alexan. in dicta l. qui iuriſdictioni, & Matth. de Afflict. in dicta conſtitu. iuſtitiarij per prouincias, in ſeptimo notab. Limitatur ſecundò, vt dicta concluſio procedat de iure communi, ſecus in regno per dictã conſtitu. iuſtitiarij per prouincias. & ibi Matth. in ſeptimo notab. & Barth. hic per tex. noſtrum: quia ſi poteſt hoc induci ex conſuetudine, multo fortius ex noua lege, vt dicit Matth. vbi ſupra.

Io. Antonius de Nigris I. V. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens rem aliquam, quæ dicitur eſſe curiæ, an poſſit auctoritate propria priuari poſſeſſione, an iuris ordo ſeruari debeat.*
2 *Inquiſitio an fieri poſſit in cauſis fiſcalibus.4.*
3 *Ordo iuris quis dicatur.5.*

QVOD SI ALIQVIS TENET ALIquam poſſeſſionem curiæ occupatam, non priuatur ea donec conuictus fuerit in iure. Rub.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXX.

1 ITEM ſtatuimus, † quòd ſi procuratores fiſci, vel alij officiales, ſeu publicæ perſonę, ad quorum officium iſtud ſpectat, credant poſſeſſiones aliquas, ſiue iura ad fiſcum ſpectantia, detineri per aliquos occupata, detentores, ſeu poſſeſſores ipſarum poſſeſſionum, ſeu iurium in competenti tribunali conueniant, & contra ipſos ſeruato iuris ordine procedatur, nec ipſarum poſſeſſione priuentur, antequam legitimè conuicti fuerint, & etiam condemnati.

ITEM ſtatuimus. Circa hoc cap. vide quæ notata ſunt in conſtit. regni inter multas, & arduas. poſita in titulo de offic. magiſtri procura. lib. 1. quæ corrigitur per hoc c.
2 in quantum dicit, † procedi debere per inquiſitionem in cauſis fiſcalibus, vel dic, quòd non corrigitur, argum. C. de inoffic. donat. l. 1. quia regulariter in negociis fiſcalibus procedi poteſt per viam inquiſitionis ſecundùm Innoc. in
3 cap. ad noſtram. lo ſecundo. extra de iureiur. † Et quod infra dicit, ſeruato iuris ordine, intellige. ſ. ꝙ non ſpolietur, ſed condemnati ſecundum iuris ordinem poſſeſſione priuentur, circa quod vide. C. de conduc. & procur. l. 1. lib. 11.
4 † vel dic vt omnium ſeruetur opin. ꝙ poteſt inquiri ad informationem & deinde, quos conſtiterit per ipſam inquiſitionem rem fiſcalem iniuſtè tenere, debent fiſci procu-
5 ratores poſtea conuenire. ¶ In text. ibi (iuris ordine) † qui eſt, vt poſſeſſor citetur, libellus offeratur, lis conteſtetur, iuretur de calumnia, & ſententialiter condemnetur, hic ordo eſt ſubſtantialis in cauſa, qui non poteſt omitti ſecũdùm Guil. in Spec. in prooemio 2. part. Sed iuramento calumniæ tenet D. And. de Iſer. 10. collat. in tit. de conſue. recti feu. §. ſacramentum, ꝙ illud procurator fiſci non præſtat, cuius contrarium hic patet expreſsè, ad idem. C. de iure fiſci. l. iuſtas. 2. reſpon. lib. 10. ad idem. d. l. vnica. C. de condu. & procur. lib. 11. & vide infra c. bona proditorum. num. 171. in rub. de bonis prodito. Lucas de Penna.

ADDITIO.

ITEM ſtatuimus. Ad materiam huius cap. de occupantibus res demanij, vide latè ſupra c. prædeceſſorum. 7. in ordine, & quæ ibi dixi, & vide infra c. vniuerſis & ſingulis, aliàs incipit, ex commiſſi nobis, num. 153. & vide ſimiliter ad materiam huius cap. Matth. de Afflict. in conſtit. inter multas. per totum, & maximè col. 3. in 4. notab. & vide ſupra cap. item cum inquirere. nume. 64. & quæ ibi dixi.

Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Seruitia & commiſſiones curiæ an committi debeãt idoneis & ſufficientibus.*
2 *Seruitia, quæ deceant ſtatum & conditionem committi debent.6.*
3 *Vicina loca quæ dicantur.*
4 *Vicinus quis dicatur.*
5 *Vox an intelligatur de communi.*
6 *Iuſtitiarii an poſſint eligere commiſſarios.*

QVOD SERVITIA CVRIAE NON committantur, niſi idoneis & ſufficientibus, & quos etiam deceant, & ſeruetur cõſtitutio in hoc capitulo domini Caroli. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXI.

1 ITEM ſtatuimus, quòd officiales regni officia, ſeu commiſſiones, vel ſeruitia curię committant hominibus in terra ſua, & in locis conuicinis, & talibus, qui ad hoc ſint idonei ſufficientes, &
1 habiles, † & talia committantur, quæ ſtatum, & conditionem eorum deceant, quibus commiſſa fuerint, & alia in huiuſmodi capitula obſeruẽtur, quæ per nouellam conſtitutionem domini patris noſtri indulta noſcuntur.

ADDITIO.

ITEM ſtatuimus. ¶ In tex. ibi (in locis conuicinis &c. † Quæro, quæ dicantur loca conuicina
3 & coniuncta. Dicit hic Barth. de Capua, quòd ſunt illa loca, quæ ſunt coniuncta & conuicina
4 in illa ciuitate, vnde eſt commiſſarius oriundus. † Tu autem

tem dicas, ꝙ vicinus locus diuersimodè dr̄, qn̄q; enim dr̄ vicinus fundus, qui coheret ad vnguem. l. 4. §. hoc iudiciū. ff. fi. reg. & ibi Bar. quandoque dr̄ locus vicinus, in qua potest audiri vox clamantis, vt dicit Bar. & Ale in l. si tertius. in prin. col. j. vers. quæro vsque ad quem locum. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. hoc autem senatus. & ibi Bar. in prin. & Ludo. Rom. ff. ad Sille. l. fin. & ibi Bart. & Bald. C. de his quib. vt indig. & ibi per Alex. in 1. notab. nisi aliter se habeat cōsuetudo loci, vt dicit Bar. in d. l. si tertius. vers. vsque ad quē
5 locum, & Alex. cons. 21. 4 vol. † Et intellige prædicta de voce communi, non de alta, vel bassa nimis secundū Bart. vbi supra. Item intelligitur de voce emissa tpe nō ventoso, vt ibid. per Bar. Ad prædicta vide ēt Bal. in l. si vicinis scientibus. ad fi. C. de nup. & Pet. de Anch. in c. canonum statuta. vers. vlterius quia in statutis, extra de consti. Dr̄ ēt quandoque vicinus per centum miliaria, glo. in l. 4. §. si tam vicinū. & ibi Bart. vers. quærit glo. ff. de dam. infe. Et ibi Iaco. Bart. Alex. & Modern. dicunt, ꝙ quis dicatur vicinus, est in arbitrio iudicis considerata qualitate personæ, loci & facti, & Cæpo in tra. de ser. in tit. de mare, & Bar. in tra. Tiberiadis, post prin. Dr̄ etiam quandoque locus vicinus, qui distat p duas dietas, Bar. in d. l. 4. §. si tam vicinum. vers. quærit glo. per c. præsenti. extra de præbē. in 6. & c. nonnulli. extra de rescri. & Cæpo. vbi supra. Dn̄r etiam vicini, qui sunt de diuersa patria nō multum ab inuicem distantes, vt dicit Bar. in d. l. si tertius. ff. de aqua plu. arcen. Et dn̄r etiam vicini, si non multum eorum loca distāt ab inuicem. c. quosdam. & ibi Abb. extra de præsump. Et quæ loca dicantur vicina, vide per Abb. in c. super specula. in fi. extra de priuil. Et ideo probabilior est illa opinio, ꝙ sit in arbitrio iudicis, quis dicatur vicinus considerata qualitate personæ, loci & facti, vt dictū est. ¶ † In tex. ibi (statum & conditionē deceat &c.) vide supra c. item statuimus, ꝙ comitibus, nu. 114. & quæ dixi supra c. item prædicti ammirati. num. 79. ibi, sed cōuenientes & idoneos &c. & Matth. de Affl. in consti. magistri camerarij. col. 4. in 9. notab ¶ In tex. ibi (per nouellam cōflictionem domini patris nostri &c.) vt supra c. item ꝙ prædicti officiales, num. 35. & c. item prædicti secreti magistri procuratores &c. num. 62. in rub. de ordinandis subofficialibus idoneis & sufficientibus, & vide quæ ibi dixi.

ADDITIO noua. Et ad materiam vide Matthæ. de
6 Affl. in const. iudices. col 2. in 3. notab. vbi dicit per istū tex. † ꝙ iustitiarij possunt eligere commissarios habiles & idoneos, quod hodie est mutatum per regiam prag. Caroli Q. de Austria, vt non possint facere commissarios sine licentia Proregis regni. Io. Ant. de Nigris I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus criminaliter, vel conuentus ciuiliter an aliquid soluere debeat pro sententia.*
2 *Solui aliquid an debeat pro scripturis & subscriptionibus sententiarum. 5. 6.*
3 *Iustitia vendi non debet.*
4 *Iudices & notarii an debeant esse contenti suis salariis. 6.*

QVOD NIHIL SOLVATVR PRO scripturis sententiarum. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. XXII.

1 ITEM statuimus, † ꝙ siue in magna curia, siue coram iustitiariis regionum aliqui criminaliter accusentur, vel in personalibus, vel realibus ciuiliter impetantur, si sententias pro illis ferri contigerit, eas redimere non cogantur, nec aliquid nomine cōpo-
2 sitionis pro parte curiæ, † neq; pro subscriptionib vel scripturis sententiarū a magistro iustitiario, iustitiariis iudicibus, seu actorum notariis exigatur,
3 † cum iustitia aliquo modo vendi non debeat, † &
4 idem magister iustitiarius, iustitiarij, iudices, atque notarij suis salariis debent esse contenti.

D. Io. Ant. de Nigris.

ITEM statuimus. ¶ In tex. ibi (siue in magna curia, siue &c.) Circa materiam huius cap. optimè disponen-
5 tis, † ꝙ pro scripturis sententiarum, vel subscriptionibus nihil recipiatur, cum iustitia modo aliquo vendi non debet, vide regni anno 7. de offi. iusti. c. item ꝙ occasione, nō reperitur impressum, & regni anno 17. de offi. secreti. cap. item quòd prædicti officiales, supra nume. 63. Et videtur hic corrigi constitutio regni, quæ incipit pro scripturis, posita in rubri. de salario pro scriptu. sententiarum. lib. 2. vbi pro scripturis, & subscriptionibus sententiarum solui debet centesima pars æstimationis rei in iudicium deductæ diuidenda æqualiter inter baiulum iudicem, & actorum notarium. Respondeo, quòd Marinus glo. ibi exponit, & bene, pro scripturis, idest iudicaturis, & sic casus est di-
6 uersus & non aduersus. † Et intellige, quòd nihil possunt recipere, quando habent salarium a publico, aliàs secus, vt hic habes in fine a contrario sensu, & eodem modo non possunt accipere tricesimam, quando habent salarium a publico, aliàs sic, vt notat Andr. de Isern. in constitutione regni cum circa, & in constitutione cum iusta. de salario baiulo. lib. j. vbi vide, quia hic dicere nō expedit. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Ad materiam vide quæ habentur supra cap. quòd quaterni. num. 33. & vide Pari. in tract. sindi. in verbo salarium, And. de Isern. & Matth. de Afflict. in constitutione regni constitutionum, & in constitu. cum circa, & in constitu. cum iusta. in quibus locis vide, & in ritu item quòd actorum notarij, nume. 102. in ordine meo. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an teneatur pro furto commisso per speciales personas. 2. 3*
4 *Barones an teneantur soluere medietatem damni clandestini & aliam vniuersitates.*
5 *Fama an sufficiat ad probandum disrobationem.*

DE CLANDESTINIS.

QVOD VNIVERSITATES TERRArum non teneantur ad emendationem furtorum per speciales personas. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. XXIII.

1 ITEM statuimus, † ꝙ vniuersitates locorum nō teneantur ad emendationē furtorum, quæ per speciales personas contigerit fieri constitutione antiqua sup dānis clendestinis edita in suo robore durāte.

ITEM statuimus. † Nota istud c. pro intellectu c. clandestinis. supra num. 26. Videlicet, ꝙ d. c. non habet locū in furtis factis per speciales personas, quod nota bene: qa hoc casu non potest agi contra vniuersitatem de damno clandestino. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM statuimus, dicit hic Barth. de Capua, quod per hoc c. deciditur quæstio posita in const. sup
2 incisionibus, videlicet,† quod pro furto teneatur vniuersitas, hodie secundũ eum est ordinatum per
3 c. Regis Roberti,† quod medietatẽ soluat vniuersitas, & aliam
4 medietatem dñs terræ. † Et sufficit fama ad probãdũ districtionem, vt in c. incumbit &c. Sed de omnibus vide latius quæ dixi supra in d.c. clandestinis, num. 26 & vide And. & Matth. de Affl. in const. regni, super incisionibus, & in con-
5 stit. si damna clandestina. † Aduerte tamen, quod ciuitas & vniuersitas Neapolis non tenetur pro clandestino, vt est c. Reginæ Ioannæ II. positum inter Ritus Magnę Curię nu. 92. in ordine meo, Ioanna II. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitates an possint grauari ad portandum pecuniam ad regiam curiam.*
2 *Pecunia fiscalis per quos portari debeat, & cuius expẽsis.*
3 *Pecunia fiscalis cuius periculo portari debeat.*

DE PECVNIA AD CVriam portanda.

QVOD VNIVERSITATES TERRArum non cogantur deferre pecuniam ad curiam cum expensis eorum, sed curiæ. Rub.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXIIII.

1 ITEM statuimus,† quod thesaurarij, iustitiarij, & alij officiales regni nõ grauẽt vniuersitates, quod pecuniam per homines sub vniuersitatũm expensis & periculo eligendos ad cameram, vel curiam regiam, vel
2 alia loca mittant. † Sed per viros sufficientes & idoneos de iurisdictione ipsorum ad expensas curiæ debeant destinare.

3 ITEM statuimus. ¶ In tex. ibi † ad expẽsas curiæ periculo tñ transmittẽtiũ susceptorũ, vt in auth. de collato. §. & in hoc quoq; vnde hoc c. forte habuit originẽ. Lu. de Pen.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Ad materiã huius c. vide in cõst. regni oẽs officiales, & ibi And. de Iser. & Matt. de Affl. & Lu. de Pen. in l. neq; col. j. C. ne rusti. ad vllũ obseq. ver. an sub diti, & vide quæ dixi supra c. grauamina, in ordine nu. 23. Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Victualia, & alia necessaria emi an debeant communi precio, vbi regia curia moratur.*
2 *Vegetes an possunt sigillari per curiam. 3.*
Emi an debeant victualia, vinum & alia a volentibus vendere nõ ab inuitis, ibidem.

QVOD VBICVNQVE REGIA CVRIA morata fuerit emãtur necessaria, suo victui cõi p̃cio, & ab ea habẽtib. nec sigillentur vegetes. Rub.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXV.

1 ITEM statuimus,† quod vbicunq; per regnum dominũ patrem nostrũm & nos cum gente nostra morari cõtigerit, frumentum, vinũ, & alia victualia pro vsu ipsius gentis, ac ordeum pro equis, ab eis qui ea victualia habuerint, emantur per officiales curiæ, &
2 familiares communi precio,† nec sigillentur vegetes hominum,† nec predicta emantur nisi ab habẽtibus ea venalia, seruata in prædictis omnibus forma nouæ cõstitutionis, vel capituli editi super his de nouo per dominum patrem nostrum.

ITEM statuimus. Ad hoc potes videre, quod scripsi. C. de erog. mili. anno. l. septem. lib. 12. Luc. pe Pen.

ADDITIO.

3 ITEM statuimus. † Nota secundũm Bartho. de Capua hic, quod officiales non debent sigillare vegetes vini, nec emere frumentum, nisi a volentibus vendere communi precio, & cum isto cap. conaordat ca. item iustitiarij. supra num. 40. & quæ ibi dixi, & c. item stipendiarij. supra nu. 48. & vide quæ dixi in cap. grauamina. supra num. 23. Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Solui quantum debeat pro sigillo pro literis regiis.*
2 *Plures si continentur in vna litera an pro vno fieri debeat solutio. 4.*
3 *Solui quantum debeat pro scripturis expediendis in Regia camera.*
4 *Gabella una solui an debeat, si plures accusantur in eodem libello.*

DE SOLVTIONIBVS pro literis Regiis.

QVID SOLVATVR PRO LITERIS Regiis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXVI.

1 ITEM statuimus, & ordinamus,† quod pro sigillo domini patris nostri, & nostro non recipiatur ab impetrantibus,
1 secundũm quod nunc recipitur, nisi secundũm quod recipiebatur tempore dominorum cancellariorum domini Decani Meldensis, domini Gofredi de Bello monte & domini Simonis de Parisiis, quorum temporibus recipiebantur in forma subscripta, videlicet

Pro litera clausa.	Tari. ij.
Pro litera aperta iustitiæ.	Tari. iiij.
Pro litera matrimonij.	Tari. xij.
Pro litera magistri iurati.	Tari. xij.
Pro litera iudicis.	Tari. vj.
Pro litera medici.	Tari. xij.
Pro litera notarij publici.	Tari. xij.
Pro litera aduocati.	Tari. xij.
Pro litera extractionis banni.	Tari. xij.
Pro litera comiti.	Tari. xij.
Pro litera de concedendo mercato, seu nundinis.	Tari. xij.
Pro litera de subuentione recipienda a vasallis.	Tari. xij.
Pro litera de assecuratione vasallorum.	Tari. xij.
Pro litera de ponẽdo aliquem in possess.	Tari. xij.
Pro litera de immunitate scolarium.	Tari. xij.

Pro

Pro litera de extractione victualium extra regnum pro quolibet cẽtenario salarium. Tari.vij.& infra regnum Tari.iij.gra.xv.
Pro litera prothontini. Vnci.iiij.
Pro litera liberationis captiuorum. Tari.xij.
Pro litera executionis sententiæ. Tari.xij. & si plures in vna litera continentur personæ pro vna tantùm litera est soluendum.
Pro litera creationis in comitem. Vnci.vij.
Pro litera creationis marescalli. Vnci.iiij.
Pro litera indulgentię homicidij cõmissi. Vnci.iiij.
Pro lra lrimationis spuriorũ & naturaliũ. Vnci.iiij.
Pro litera Viceregis. Vnci.iiij.
Pro litera iustitiarij in prouincia. Vnci.ij.
Pro litera Capitanei Vnci. j. exceptis ciuitatibus Neapolis, Capuæ, Aquilæ, & Barlettæ. Vnci.ij.
Pro litera assessoris. Tari.xij.
Pro litera magistri actoris. Tari.xij.
Pro litera gratiæ. Tari.xij.
2 †Et si plures in vna litera cõtineantur personę pro vna tantum litera est soluendum.

ADDITIO.

3 ITEM statuimus. † Quantum aũt solui dẽt pro scripturis expediendis in Regia camera, vide regiam prag. Catholici Regis Ferdinandi, quæ incipit, nos Ferdinandus vniuersis & singulis &c.
4 vbi latissimè. ¶ In tex. ibi in fi. vers. (& si plures.) † No. ꝙ si plures continentur in vna litera pro una tantum solui dẽt. Quid aũt si plures accusanť in vno libello, an vna gabella solui debeat, vide Fr. in tra. de gab. in 5. par. prin. col. 4. ver. 8. cũ seq. & quæ dicit ibidẽ in 15. q. ADDITIO noua. Et hodie vide taxam factam per Sacrum Consilium, vbi ponitur quid & quantum dẽt solui actuariis & aliis sub rub. de mandato regio, & incipit, ex prouisione facta in nouissimis pragm. & reformatione Regij Consilij tpe Parafanni Ducis Alcalà Viceregis. Io.Ant.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officiales maiores an possint emere equos, mulos, vel palafridos in prouinciis, vbi præsunt.*
2 *Consiliarii an dicantur officiales.*

QVOD OFFICIALES MAIORES CVriæ non emant equos, & mulos in prouincia eorum, sed extra prouinciam, nisi receperint speciale mandatum. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXVII.

1 ITEM statuimus, † ꝙ iustitiarij, magistri procuratores & officiales alij maiores in prouinciis, quas administrandũ susceperint, equos, palefridos, mulos, nec per se, nec per suppositas personas emere valeãt. Sed si illis fortè indiguerint, ad alias prouincias extra iurisdictionem ipsorum pro emẽdis trãsmittant. Nisi de prædictis animalibus emendis pro parte curiæ mandatum receperint speciale.

ADDITIO.

2 ITEM statuimus. Dicit hic Barth. de Capua, ꝙ istud c. hodie malè seruetur. ADDITIO noua. † Nota ẽt, ꝙ officiales maiores dñr officiales, & etiam consiliarius dr officialis. Bal. cons. 378. col. j. 5. vol. & ibi etiã dicit, ꝙ sicut alij officiales non possunt recipere nisi exculenta, eodem modo consiliarij: quia ipsi etiam dicuntur officiales.
Io.Ant.de Nigris de Ciuitate Campaniæ.
D. Io.Ant.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Proditorum filiæ an possint se de bonis non feudalibus maritare sine assensu.*

DE FILIABVS PRODItorum maritandis.

QVOD FILIAE PRODITORVM, quæ paternam malitiam non sunt sequutæ, nec sequuntur, possint se maritare de bonis non feudalibus sine assensu curiæ. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXVIII.

1 ITEM statuimus, † ꝙ filiæ proditorũ, quæ paternam malitiam sequutę non fuerunt, vel ẽt nõ sequuntur, de bonis nõ feudalibus quæ ad eas nõ ex successione paterna, sed aliũde legitimè prouenerũt, possint se fidelib. maritare, nec oporteat eas, nec illos, q eas duxerint sup hoc assensum curię impetrare.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Ad materiam vide in l. quisquis. & ibi per Cy. ad leg. Iul. maie. & vide supra c. satis constat. nu. 28. & in c. itẽ statuimus. nu. 3. supra de matrim. contrahẽ. & quæ in dictis locis dixi. Io.Ant.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Sigillum, officiales an aliquid recipere possint pro sigillandis literis.*
2 *Sigillum soluere an teneantur iudices & magistri iurati, & quantum solui debet.*

QVOD NIL SOLVATVR PRO SIGILlo iustitiarij, vel alterius officialis, nisi ꝑ litera iudicis tar. xij. & pro litera magistri iurati tar. xij. Rub.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXIX.

1 ITEM statuimus, † ꝙ iustitiarij secreti, & alij officiales pro sigillandis literis nihil exigant pro sigillo, sed seruetur forma cõstitutionis, seu capituli de no-
2 uo in his editi per dominum patrem nostrum. † Iustitiarij tamen recipiant a iudicibus & magistris iuratis pro sigillandis literis eorum officij secũdùm formam subscriptam, videlicet pro qualibet litera iudicis tarenos xij. pro qualibet litera magistri iurati tarenos xij.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Ad materiã huius c. vide supra c. 31. incip. ꝙ quaterni. & c. item iustitiarij. num. 39. & quæ in dictis locis dixi, & supra cap. item statuimus. numero 126.
Io.Ant.de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Presonerii, seu custodes carcerum an aliquid exigere possint a captiuis, quando liberantur.*
2 *Solui quantum debeant citanti aliquem.*

DE SALARIO PRESONIORVM.

QVOD PRESONERII NON RECIpiant a captiuis nisi, quod statutum est per dominum Carolum q. Sicilię Regem. Rub,

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXX.

1 ITEM statuimus, † quod presonerij, seu custodes carcerum magnæ curiæ, & iustitiariorum, aliorumque officialiũ non recipiant a captiuis, nisi quod statutum est nouiter per dominum patrem nostrum.

ITEM statuimus. De hoc est constitutio, quæ incipit castellani. † Sed quantum debeat solui seruienti citanti
2 aliquem, vide in cõstit. quæ incipit, in ciuilibus sub rubr. de apparitoribus. Sebast. de Neap.

ADDITIO.

3 ITEM statuimus. † De materia quantum solui debet presoneriis, seu carcerariis, vide quæ dixi supra c. castellani. nu. 86. in rub. de castellanis, vide ibi. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Magistri iurati officium an vendi debeat cum baiulatione.*
2 *Magistri iurati an debent eligi per vniuersitatem.*
3 *Officium magistri iurati an gratis concedi debeat.*
4 *Officium magistri iurati, & quæ ad tale officium spectent.*
5 *Baiulatio an & quando possit vendi.*
6 *Magistri iurati a quibus eliguntur.*

DE OFFI. MAGISTRI IVRATI.

QVOD OFFICIVM MAGISTRI IVrati non vendatur cum baiulatione, sed eligantur magistri iurati per quamlibet vniuersitatem, & officium ipsius gratis concedatur eisdem. Rub.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXXI.

1 ITEM statuimus, † quod officium magistri iurati, quod hactenus vendi cõsueuerat cum membris baiulationis, non
2 vendatur decætero. † Sed eligãtur ma
3 gistri iurati per quamlibet vniuersitatem, † & officium ipsius gratis concedatur eisdem.

ADDITIO.

4 ITEM statuimus. † De officio magistri iurati, & quid spectet ad eius officiũ vide infra c. 259. incip. ad quietẽ. sub rub. vt comites & barones &c. Et multa ad istã materiam vide per Seb. supra c. frequens. 7. in ordine, vbi me remitto.

5 ADDITIO noua. Et baiulatio an possit vendi, & quõ. Vide in const. regni, magistri camerarij, & ibi An. de Iser. & Matth. de Affl. & in const. locorum baiuli. vbi And.
6 & alij. † Et quod magistri iurati in regno eligantur a decurionibus & aliis. vide Luc. de Pen. in l. obseruare. col. 2. C. de decur. lib. 12. Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Officiales debent stare ad sindicatum in loco, vbi exercuerunt officium per quadraginta dies. 4. 45.*
2 *Officialis si minus anno stetit in officio an pro rata temporis debeat stare ad sindicatum. 65.*
3 *Inquisitio an possit fieri cõtra officiales in sindicatu. 28. 56.*
Officialis in sindicatu potest puniri corporaliter, vel pecunialiter, prout delicti qualitas exigit, ibid.
5 *Tempus sindicandi non currit, nisi officialis acta & mãdata pendentia successori assignauerit. 10. 44.*
6 *Officialis an possit sindicari per procuratorem.*
7 *Procuratorem constituere an possit officialis in sindicatu post quadraginta dies. 46.*
8 *Officialis discedens an sindicatu ante tempus an puniatur.*
9 *Libellus an sit dandus in causa sindicatus. 31. 48.*
11 *Officialis quid facere debet infra tempus, quo stat in sindicatu.*
12 *Fuga officialis an probet contra ipsum, & quam probationem faciat. 49.*
13 *Fugere faciens aliquem qualiter teneatur.*
14 *Fugere faciens aliquem an liberetur, si illum reduxerit ad carceres.*
15 *Bona officialis an sint obligata pro sindicatu. 50.*
16 *Iudex si malè iudicauit, & eius sententia fuit confirmata in causa appellationis, an teneatur in sindicatu. 52.*
17 *Appellatio interposita a sententia si fuit deserta, an iudex teneatur in sindicatu.*
18 *Officialis, qui stat ad sindicatum, an elapso tempore quadraginta dierum debeat absolui. 66.*
Officialis si non stetit ad sindicatum, an possit perpetuò conueniri in patria, ibid. 27. 55.
19 *Officialis an teneatur præstare fideiussoriam cautionẽ. 52.*
20 *Barattaria an dicatur causa capitalis.*
21 *Appellari an possit a sententia sindicatorum. 58.*
22 *Officialis an possit corporaliter puniri per sindicatores.*
23 *Sindicator an debeat cogere officialem ad restituendum ablata.*
24 *Sindicator an habeat iurisdictionem.*
25 *Officiales in quibus casibus possint conueniri durante officio.*
26 *Sindicatores qui sint officialium, qui stant ad sindicatum.*
Officiales de quibus rebus sindicari debent, ibid.
29 *Sententia specialis an ferri possit super inquisitione generali in sindicatu facta.*
30 *Offendens officialem, vel eius familiam tempore sindicatus qualiter puniatur.*
32 *Officialis qui misit reum ad furcas infra tempus appellandi an teneatur in sindicatu.*
33 *Iudex inquirens contra aliquem, si illum postea absoluit, an teneatur ad expensas in sindicatu.*
34 *Familia officialis an possit pro eo testificari in sindicatu.*
35 *Reformatus in officio an debeat bis sindicari.*
36 *Officialis an possit repetere a parte illud, quod soluit in sindicatu pro iniqua sententia.*
37 *Officialis, qui pronunciauit de consilio sapientis, an teneatur in sindicatu.*
38 *Sindicatores plures si sunt statuti, & vnus non vult interesse, an alii duo possint omnia peragere.*
39 *Officialis, qui bene gessit officium, an debeat sindicari.*
40 *Statutum, vt officialis non possit sindicari, vel contra eum inquiri, quomodo intelligitur.*
41 *Officialis an debeat confirmari in officio, si primò non reddiderit rationem primi officii.*
42 *Officialis an debeat esse perpetuus. 59.*
43 *Rex an possit mandare, vt officialis non stet ad sindicatum.*

47 Offi-

DE SINDICATV.

PRO QVANTO TEMPORE REMAnebunt officiales curiæ in prouincia post depositum eorum officium, Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXXII.

1 ITEM statuimus, † quod tam iustitiarij, quàm officiales cæteri post depositum eorum officiū in prouincia, vbi officia exercuerāt pro quolibet anno, quo ipsa exercuerāt officia, per quadraginta dies moren-
2 tur. † Et si minus in officiis ipsis moram traxerint, similiter pro rata temporis morentur ibidem ad respondendum corā successoribus eorum omnibus conquerentibus de eisdē, & satisfaciendum ipsis su-
3 per eo, quod docuerint de querelis. † Et nihilominus remanente licentia Regiæ Curiæ super eorum excessibus, atque processibus facere per speciales personas inquiri, vt secundùm merita, & approbata inquisitionis ipsius de malè actis per eos, vel corporaliter puniantur, secundùm quòd delicti qualitas exigit, vel ad pœnam pecuniariam fisci commodis applicandam.

4 ITEM statuimus. ¶In tex. ibi (per quadraginta dies morentur &c.) † Nota quanto tēpore debeat officialis mo-
5 rari in prouincia post depositum eorum officium. † Et attende: quia hoc tempus non currit, nisi officialis acta, & mandata uendētia tam sui, quàm suorum prædecessorum suo successori assignet, vt infra in capitulis Regis Caroli Tertij, c. bene. aliàs incipit nouas formas. num. 226. de iure vero communi debet morari per quinquaginta dies, vt l. 1. C. vt omnes iud. tam ciuil. quàm mili. circa prin. & in auth. vt iud.
6 sine quoquo suffr. §. necessitatem. colla. 2. vbi vide. † An autem officialis possit sindicari per procuratorem. D. Accur. tenet, quod sic in l. in bonæfidei. C. de iureiur. quod sanè intellige in causis ciuilibus, vel criminalibus ciuiliter intētatis,
7 alias secus, vt C. de accus. l. tunc conuenit. † Et hoc verum est, post quadraginta dies, vt d. l. 1. ante tamen inde discedere non potest, per quamcunque excusationem, & si aliam publicam administrationē assumpserit, vt ead. l. circa prin. & infra in capitulis Caroli Secundi Regni eius Anno 12.
8 de offi. sind. non est impressum. † Immo si ante discedit,
9 pœna contenta in d. l. j. punitur. † An autem contra officialem, qui infra tempus hic statutum sindicatur, sit dādus libellus in causa sindicationis, dr̄ quod non, in corpore, vt iudi. sine quoquo suffr. §. necessitatem. per Inno. in c. 1. de libelli obl. post prin. Et iunge hic c. Caroli Tertij Ducis Calabriæ, quod incipit, bene ordinatis, aliàs incipit, nouas formas, in-
10 fra num. 220. vbi habes, † quod iustitiarius iudex actorum, & cameræ notarius debent infra tempus suæ sindicationis cōsignare omnia acta, & mandata pendentia tam sua, quàm prædecessorum suorum futuro successori, & eiusdem Caroli, c. veterum iurium sanctiones nō reperitur impressum
11 in quibus duobus c. habes plenè, † quid facere debent officiales infra tempus, quo stant in sindicatione. Et quæ sit eo-
12 rum pœna contenta in d. c. non obseruent. † Quid autem si officialis aufugit, an fuga probet contra eum plenè, vel semiplenè, glo. in allegata. l. in bonæfidei. tenet, quod semiplenè, & in l. admonendi. ff. de iureiur. Dic quod aut quæritur de fuga rei respōdere debentis, vbi gessit officium publicum, & tunc aut fugit ante administrationem finitam, & reus est maiestatis, quo casu sola fuga sufficit probari, vt ff. de rupe, tuto. l. impuberibus. in fi. & probatur in auth. de admi nist. §. 1. collat. 7. Aut fugit post administrationem finitam, & tunc, aut post transactum, seu finitū tempus sindicationis, & tunc fuga nihil probat. Ratio: quia liber ei debet esse recessus, si ergo iustè fecit, alij iniustè faciebant, qui cū ibi remanere desiderabāt, vt ff. de iniu. l. j. & C. de adul. l. Gracus. & l. vt vim. ff. de iust. & iu. Aut ante tempus huius sindicationis lapsum, & tūc aut post fugam est ad locum, vnde aufugit retractus, & inuitus, & tunc fuga non facit cōtra eum & semiplenam probationem, quod patet: quia ibi causam debet peragere vsque ad finem, & per se, vel per procuratorem dēt defendere secundū quod supra dixi per l. j. §. pe. C. vt oēs tam ciuil. quàm mili. & in auth. vt iud. sine quoquo suffr. vbi patet, quod ad iurm non recurritur. Sed causa plenè pertractabitur. Aut ad locum, vnde aufugit, nō fuit retractus, vel quia non inuentus, vel trahi non pōt, & tunc fuga cōtra eum facit semiplenam probationem, vt in auth. de colla. §. super hoc. & in d. glo. l. admonendi. & in l. in bonæfidei. supra alleg. Et prædicta, quæ dixi, intellige, quando officialis, qui fugit, nō erat custodibus traditus, sed si erat custodibus traditus, quando fugit, dicunt quidam, quod tunc fuga plenam probationē facit, pro quo allegant. C. de asses. l. consiliarios. & de
13 exa. trib. l. 3. lib. 10. † Sed aduerte: quia ille tex. non loquitur de principali fugiēte, sed de ipsum subtrahēte, & fugere faciente, qui punitur pęna illarū legum, tene menti casum, d. l. 3. & eū tu memoriæ comenda: quia secundū lecturam,
14 & secundā expositionē hēs ibi casum peregrinum. † Quòd licet fugiens de custodia sit captus, & ad custodiam reductus vt prius, nō propterea liberatur a solutione debiti ille, qui eum aufugere facit, quod no. quia d. l. 3. practicaui punctaliter in ciuitate Canniæ, dū in regno Trinaciæ i. Siciliæ in officio Magnæ Curiæ tpe incliti q. Regis Mar. assiderem contra iudicem Andream de Camerino, qui indebitè quēdam carceratum excarcerauerat, & dum impeteretur sup dicta indebita excarceratione, taliter procurauerat, quod extra ctum reduxit ad carceres, non tamen propterea dispositionem d. l. 3. euasit. Ioan. Arcamonus. ¶ † An autem bona assessoris
15 sint obligata pro sindicatu. Dic regulariter, quod non, nisi in casu, vt in auctēn. Senicas. §. fi. coll. 5. vbi dicit, bona iudicis esse obligata pro illo quasi delicto, scilicet quādo non exigit pœnam a lenonibus &c. hinc est, quod hæres, cuius non te-

D. Io. Ant. de Nigris.

netur ſtare ad ſindicatum,caſus eſt in l.Iulianus.ff.de iud.
niſi in caſu.§.hæc autem actio.l.dies cautioni. ff.de damn.
16 infec. † Pone iudex malè iudicauit, vtrum ſi eius ſententia
fuit in cauſa appellationis ſemel, vel bis confirmata, an
poſſit poſtea conueniri tpe ſindicatus pro eo, ꝙ iniquè iu
dicauit,vel per ignorantiam. Dic ꝙ ſic ſecundùm Innoc.
extra de appell.c.ſæpe,coniuncto eo,qđ not.in c.paſtora-
lis.extra de offi.deleg.facit glo.ff.de alie.iud.§.paſſim,& in
quæſtione diſputata per eum, quæ incipit a ſententia iudi-
cis,qui per imperitiam iudicauit,in ſecundo membro ſuæ
diſtinctionis vr̃ tenere oppoſitum dicens,ꝙ ſi talis ſenten-
tia iniquè lata,fuit per iudicem appelletionis confirmata,
excuſatur iudex,qui eam iniquè protulit:aduertenda tamẽ
ſunt iura per eum ibi allegata, quæ hoc probare non vñr.
17 †Quid ſi a tali ſententia iniquè lata fuit appellatum,& ap-
pellatio eſt deſerta,vel quid ſi omiſſa eſt appellatio,poterit
ne qui iniquè iudicauit tẽpore ſindicationis cõueniri.Dic
ꝙ ſic,vt not. in iurib.ſupra proximè alleg.vbi vide. Atten-
18 de diligenter tu aſſeſſor, & caue tibi: quia licet † officialis
teneatur ad ſindicatum ſtare depoſito officio tempore hic
ſtatuto,quo elapſo debet abſolui d.l.1.C.vt omnes tam ci
uil.quàm mili.iud.Tamen ſi dicto tpe non ſteterunt ad ſin
dicatum,nec aliqua ſententia abſolutoria pro eo lata fuit,
tunc poteſt perpetuò conueniri de eo, quod malè iudica-
uerunt, poſtquam ad patriam redierunt, quod eſt mirũ,&
nota.dignũ:vt ff.nau.caup.ſtab.l.licet.§.fi.ff.de accu.l.ſena
tus.ff.de excep.rei iudi.l.cum totum.§.ſi ancilla.licet Bart.
in l.datur.ff.ad l.Iul.repe.indiſtinctè dicat,ꝙ officialis in lo
co ſuæ originis perpetuò conueniri poſſit pro ſuis debitis,
& exceſſibus ſecundùm naturam actionum: ſed Bald.in l.
obſeruare.§.proficiſci. ff.de offic.proconſ. tenet hanc par-
tem ſui fratris per plures rationes,vbi vide per eum.Et illa
iura ſupra allegata bene pondera, quando habes ſenten-
tiam ferre,vt non feſtines,immo conſule peritiores,& con
ſilium ſequere bene dirigendo proceſſum in iure & in fa-
cto, ſi uis pœnam euitare tuæ litis ſecundùm And.de Iſer.
10.colla.de contro.inter dom.& emp.verſ.at in facto,vſq;
19 ad fi. † Et licet officialis depoſito officio teneatur ſtare ad
ſindicatum non tamen tenetur præſtare fideiuſſoriam cau
tionem,ſed eius iuratoriæ cautioni ſtatur. d.l.1. verſic.nec
20 vnus,niſi eſſet cauſa capitalis.d.l.1.† Et inter maximas cau
ſas capitales eſt baractaria: quia tunc tenetur crimine falſi.
21 l.1.in prin.ff.ad leg.Cor.de falſ.† An autem a ſententia ſin
dicatoris poſſit appellari. Dic ꝙ non,vt l.nulli.& quod ibi
not.glo.C.quo.appel.non recip.facit optimè 2.queſt.6.c.ſi
22 quando.in glo.nulli.¶ In tex.ibi,ad reſpondendum.† Nota
ꝙ ſindicator nõ poteſt officialem corporaliter punire, ſed
debet ſuper cauſis criminalibus inquirere & referre, facit
23 conſt.regni volumus.in tit.de præpa. iudi.† Ablata tamen
per officialem ſindicator bene reſtituere facit,vt in tex.ibi,
24 ſatisfaciendis &c. Et ratio præcedẽtis dicti eſt: † quoniam
ſindicator non habet iuriſdictionem niſi in ſindicando offi
ciales, quorum officium expiraſſet, vt hic patet, & ex his
25 quæ ſupra dicta ſunt. † Poteſt tamen quicunque officialis
quantumcunque de maioribus conueniri etiam durante
officio de furto, & de extorſione, de iniuſtitia, & baracta-
ria,vt l.iubemus. C.ad leg. Iul. repe. licèt alias ſecus, vt l.
nec magiſtratibus. ff. de iniur. Et hanc materiam ſindica-
26 tionis, videlicet, † qui ſint iudices officialium in ſindican-
do, de quibus rebus ſindicari debent,infra quantum tem-
27 pus debent ſindicari, † an officialis de commiſſis in offi-
28 cio poſſit in eius patria conueniri, † an contra ſindicandũ
poſſit formari inquiſitio generalis, † an ex probatis ſuper
inquiſitione poſſit ſequi ſententia ſpecialis ſine aliqua in-
29 quiſitione, † an offendens officialem tempore ſindicatus,
vel eius familiam teneatur, ſicut ſi offendiſſet durante offi
30 cio, † an conquerens de officiali debeat libellum contra
31 eum offerre,vel ſufficiat verbalis narratio facti, † an ſi offi
cialis miſit furem ad furcas infra tempus appellandi, poſ-
32 ſit tempore ſindicatus conueniri. † Si iudex abſoluit inqui
ſitum, vtrum poſſit conueniri ad expenſas tempore ſindi-
33 catus, † an familia Poteſtatis poſſit pro eo teſtificari tẽpo
34 re ſindicatus, † an refirmatus in officio debeat bis ſindica-
35 ri. † Et ſi iudex ſoluit tempore ſindicatus id, quod iniquè
iudicat, an poſſit a parte repetere, & contra eum poſſit pe
36 tere iura ſibi cedi. † An iudex, qui pronunciauit de conſi-
37 lio ſapientis excuſetur tempore ſindicatus. † An ſi ſunt ſta
38 tuti tres ſindicatores,& vnus nõ † vult cum aliis intereſſe,
alij duo poſſint omnia alia peragere ſine ipſo, & multas
alias quæſtiones ad materiam facientes vide plenè exami-
natas per Bald.in l.obſeruare.§.proficiſci. ff.de offic. pro-
conſ. Et idem Bal.dicit in l.cum teſtamento. C.de teſtam.
39 manu. arg.d.l. † quòd officialis qui ita bene geſſit officiũ,
quòd ab omnibus eſt laudandus, & in nullo damnandus
non debet ſtare in ſindicatu. Et dicit Bart. in l.dominus.§.
40 ſeruis.ff.de pecul.lega. † quòd ſi ſtatutum dicit, quòd offi-
cialis non poſſit ſindicari, nec contra eum inquiri, illud
habet locum, niſi pro eo, quod remanſit penes eum de bo
nis communibus,& niſi pro reliquis,per tex.illius.§.quod
eſt mirabile. Et dicit Bart.in l.neminem. C.de ſuſcepto li-
41 bro 10. † quòd officialis non debet confirmari in officio,
niſi primi officij reddiderit rationem. Et ibi etiam dicit,
42 † quòd officiales non debent eſſe perpetui, ſed annales,
& ad plus biennales. Sed in Regno debet eſſe annalis
tantum, vt patet infra cap. item quia. numero 281.Et pon
dera tex.in dicto §. ſeruis libertates. ſupra proximè allega
43 to, & quod ibi notatur per Bartol. † quòd poteſt Rex man
dare, vt officialis non ſtet ad ſindicatum, nec contra eum
inquiratur, & ita Bald. refert in tracta. ſuo. ſindica. quod
qualiter intelligatur, vide Bartol. in dicto §. ſerui.

Sebaſtianus de Neapoli.

ADDITIO.

ITEM ſtatuimus. ADDITIO noua. Ad euidentiam promitte,quòd in materia ſindicatus habemus multa iura. Et primò hẽmus tex. in l.j.vt omnes iudic.tam ciuiles, quam militares,per quam legem eſt inductum,ꝙ non ſolum prætores & præſides finita eorum adminiſtratione debent ſtare ad ſindicatum, ſed etiam viri clariſſimi, & habẽtes maiorem adminiſtrationem,etiam ſi ſit comes,aut dux,vel ſi ſunt adminiſtrantes officia in domo imperiali, vel regia, etiam ſi ſint præfecti militares exercitus imperij,vel principis,omnes tenentur reddere rationem,& ſtare ad ſindicatum. Et per illum tex.etiam probatur, ꝙ conſiliarij Imperatoris, vel Regis,& Vicarij,ſiue Viceréges cuiuſcunque & Præſidentes conſiliorum omnes tenentur reddere rationem, & ſtare ad ſindicatum per illum tex.& tenet Par.in trac.ſind. in rub.de modo & for.ſind.§.viſo de modo, in princ. quia ille tex.in d. l.1.& rub.loquitur generaliter de omnibus iudicibus,& lex generaliter loquens,generaliter debet intelligi.l.1.§.generaliter.ff.de leg.præſt.& rub.loquitur, vt omnes iudices &c.& qui omne dicit,nihil excludit.l.a procuratore.& ibi glo.C.manda.l.Iulianus.in princ.ff.de legat.3. Bart.in l.ſerui electione.§.fin.ff.de legat.1.Et ex hoc etiam infertur,quòd nõ ſolùm iudices & officiales ſeculares,ſed etiam eccleſiaſtici tenentur ſtare ad ſindicatum per d. l.1. generaliter loquentem, quia quando caſus non reperitur deciſus de iure canonico,& non ſumus in materia concernente peccatum, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris ciuilis, vt habetur in c.1.& 2. extra de noui oper.nunc. & ibi docto. quia quilibet tenetur reddere rationem adminiſtrationis ſuæ. Bartol.in l.1.§.officio.col.1.ff.de tute.& ra.diſtr. iuxta illud,redde rationem villicationis tuæ, vt habetur Lucæ.c.16. Et debent ſtare ad ſindicatum in illa prouincia, ſeu in illa ciuitate, in qua exercuit officium per quinquaginta dies,vt dicta l.1.C.vt omnes iudi.quod tamen qualiter procedat in regno, infra dicetur. Secundò ſuperuenit ius conſtitutionis regni volumus, per quam conſtit. fuit ſtatutum, quòd iuſtitiarij, & camerarij cum eorum officialibus degradati ſecundum formam iuris antiqui deberent commorari apud ſucceſſorem per quinquaginta dies,

dies ad respondendum querelis. Et secundùm d. constitu. formantur etiam inquisitiones generales cõtra officiales, & si inuenti fuerint culpabiles, debent restituere damna subditorum & puniri debent, si verò non fuerint inuenti culpabiles ipsi officiales, erunt laudandi, & iniustè querulantes puniuntur, vt ibi. ¶ Tertiò superuenit ius istius capituli regni. Item statuimus, per quod est statutum, ꝙ omnis officialis deposito officio pro quolibet anno, pro quo exercuit officium, debet stare ad sindicatũ in loco, in quo exercuit officium per 40. dies, & si minus anno exercuit, pro rata temporis coram successore moretur, & fiat etiam inquisitio per curiam super eius excessibus, vt puniatur pro eius excessibus pecunialiter, vel corporaliter secundũ delicti qualitatem. Et sic per istud cap. est statutum breuius tempus ad sindicandum: quia de iure communi per d. l. 1. C. vt omnes iudi. erant statuti quinquaginta dies, & similiter per d. consti. volumus. Et per istud c. sunt reducti ad 40. dies, si pro toto anno exercuit officium, si minus pro rata temporis. Et licet per c. regni vt delatas. infra 235. si statutum, vt non procedatur ex officio, nisi in casibus, in quibus venit imponenda pœna mortis ciuilis, vel naturalis, vel membri abscisio, & sic præter casus contentos in d. cap. vt delatas. non possit ex officio procedi, tamen specialiter est inductum, vt in sindicatu officialium possit ex officio procedi, etiam extra illos casus, vt tenet Par. in trac. sindi. in rubri. de modo & forma sind. §. viso. col. 2. versi. licet dubium, & est statutum in d. consti. volumus, & in isto ca. nostro, & in regia prag. regiæ dignitati, quæ est Regis Ferdinandi, vt possit procedi per inquisitionem generalem & specialem contra officialem, qui stat ad sindicatum. ¶ Quartò superuenit capit. Regis Roberti, quod incipit, veterum iurium sanctiones, quod non reperitur impressum, per quod est inductum, vt durante sindicatu officialis non possit recedere, sed remanere debet in loco sindicatus, vsque quo assignet omnia acta pendentia successori, vt dicit Par. in d. tracta. sindi. in titu. de modo & for. sindi. §. viso. col. 1. in fine, quod etiam erat inductum per aliud c. regni, nouas formas 226. aliàs incipit, bene ordinatis, quæ assignatio actorum vnà cum residuis & actis pendentibus suis & antecessoris debet fieri per inuentarium & cum sigillo, & debet successori assignari, & est statuta pœna contra non seruantes dictam dispositionem, & est data potestas successori procedere & exigere pœnam & transmittere ad curiam, vt d. c. veterum. & ibi hoc etiam tenet Seb. de Neapoli, & Par. vbi supra, de quo etiam vide infra c. nouis morbis. 257. ad prædicta, vide etiam Par. in trac. sindi. in verbo redditio rationum, vbi dicit, ꝙ officialis finito officio tenetur stare ad sindicatum, & reddere rationem officii, & reliqua restituere, & computum ponere, & libri debent continere introitum & exitum. ¶ Quintò superuenit in Regno Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ editus per Reginam Ioannam Secundam, & incipit. Item ꝙ quilibet officialis sub rub. quòd omnes officiales debeant sindicari in fine officii, nume. 87. in ordine meo secundùm primam impressionem, per quem Ritum est inductum, ꝙ quilibet officialis, iustitiarius, capitaneus, iudex, & assessor in regno in fine sui officii debeat sindicari, prout constitutiones & capitula regni iubent & mandant, & vltra statuit, ꝙ nisi demostret literam sui sindicatus, non possit assumi, nec admittatur ad aliud officium, vt infra etiam dicam. Et nota, ꝙ officialis debet stare ad sindicatum in loco, in quo exercuit officium, vt in isto ca. nostro, & in c. veterum, quod non reperitur impressum, facit l. 1. C. vbi decuri. & l. 1. & 2. C. vbi de ratio. agi. opor. & Par. in eo. trac. sindi. in verbo fuga. & facit tex. in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. si quis autem, & §. necessitatem. ¶ Sextò superuenit regia prag. Regis Ferdinandi in regno, quæ incipit regiæ dignitati. sub rubri. de sindicatu officialium, per quam est statutum, vt omnes & singuli iudices ordinarii maiores & minores quacumque dignitate, & officio fungentes, & quacumque denominatione notentur in fine cuiuslibet anni deposito per eos officio debeant stare ad sindicatum publicè reddendo rationem administrationis, seu parati respondere quibuscunque querelis contra eos expositis ciuiliter, vel criminaliter, siue mixtim de commissis & omissis in eorum officio, contra quos possit etiam procedi per inquisitionem generalem & specialem per sindicos in locis vbi administrauerint ab vniuersitate electos & deputatos infra terminum constitutionibus & capitulis regni præfixum, contra quos si fuerit querelatum, vel per inquisitionem processum, facto processu adhibeatur consultor peritus de locis conuicinis, cui de salario competenti per vniuersitatem loci prædicti prouideatur, recuperando ab officiali, si fuerit condemnatus, qui iudex processum percunctetur, & per sententiam determinet, condemnando, vel absoluendo partem subcumbentem, & ad expensas parti & consultori satisfaciendas. Qui consultor, si ab eius sententia fuerit querelatum, defendere teneatur eius sententiam infra duos menses coram iudice deputando. Et executio sententiæ non impeditur in causa sindicatus per appellationem præstita cautione de restituendo in casu retractationis, vt latius in dicta pragm. vbi etiam in fine statuitur, quòd vltima tertia salarii officialium retineatur loco depositi penes camerarium loci, ad opus officialis si absolutus fuerit aliàs ad opus eorum, qui sententiam contra officialem obtinuerit. Et officialis, qui contrafecerit, integrum salarium perdat. Et si aliter fuerit sindicatus, absolutus pro absoluto non habeatur. Et officialis refirmandus in officio nunquam sindicetur, nisi quando in totum fuerit ab officio licentiatus, vt in dicta regia pragma. dicitur, per quam multa fuerunt inducta, quę per alia iura non erant inducta, vt vides. ¶ Septimò superuenit nouella pragma. Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti de Austria Imperatoris & Regis huius regni, quæ incipit, volumus etiam, vbi statuitur, quòd officiales sint annales, & finito anno debeant stare, & parere sindicatui faciẽdo per sindicos eiusdem ciuitatis, terræ, seu castri, in quibus officia exercuerint, iuxta formam regiæ pragmaticæ, vt ibi dicitur. Circa primam quæstionem supra tactam per Seba.
44 hic, † quòd iudex & actorum notarius debent primò assignare acta, aliàs tempus sindicatus non currit. Adde Pari. in tracta. sindicatus, in rubr. de modo & forma sindi. §. viso. col. 2. in fi.
45 † Quanto autem tempore debeat stare officialis ad sindicatum. Dic, quòd de iure communi debet stare per quinquaginta dies d. l. 1. C. vt omnes iud. & in auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. necessitatem. in regno tamen per istud cap. debet stare per quadraginta dies pro quolibet anno, & viginti dies dantur ad porrigendum querelas cum continuatione & clausula, quòd decætero non audiantur & alii viginti dantur ad sindicandum: vt per Par. in tra. sindi. in rubr. de modo & for. sindi. §. & modo. & in rubr. de offi. sindi. §. officialis. Andr. de Iser. & Matth. de Afflic. in consti. volumus. colum. 2. & Par. in trac. sindi. in verbo reformatio. in princ. colum. 2. vbi dicit, ꝙ debet stare per quinquaginta dies pro quolibet anno ad sindicatum. Et ibi etiã ponit, an officialis refirmatus in officio debeat bis sindicari. Ad prædicta etiam vide Ang. in auth. de collato. §. fin. vbi dicit, quòd assessores, qui certo tempore tenentur stare ad sindicatum, & ab ea non recedere, intelligitur, nisi fuerit vocatus ad aliud officium: quia tũc potest dimittere procuratorem, vt ibi in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. necessitatem, intellige nisi in criminalibus, in quibus tractatur de pœna corporali per ea, quæ dicit Par. in d. trac. sindi. in verbo procurator. col. 2. vbi dicit, quòd illud, quod dicitur in isto capi. vt debeat stare ad sindicatum per quadraginta dies, loquitur in causis criminalibus, vbi imponitur pœna corporalis: quia officialis non potest recedere, secus in ciuilibus, in quibus potest dimittere procuratorem. Et dicit etiam, quòd est aliud capi. regni, quod incipit, veterum iurium sanctiones, quod non reperitur impressum, vt supra dixi, in quo disponitur, quòd officialis non potest infra tempus sindicandi recedere modo aliquo, nisi ex iusta causa, & cum dispensatione Regis, vel eius vicarii de certa scientia

scientia facta & tenet Seba. Et licet multi doctores dicant, ꝙ loquitur in iustitiariis, & non habet locũ in capitaneo: tamen Paris vbi supra dicit, ꝙ habet locũ nõ solũ in iustitiariis, sed etiam in aliis officialibus, qui non possunt recedere, nisi ex iusta causa, & cũ licentia sindicatorũ, vt ibi per eum. Ad prædicta ẽt bene facit tex. noster, vbi dicitur, per quadraginta dies morentur, & facit regia pragma. Regiæ dignitati. & tex. iuncta glo. in d. l. 1. in prin. C. vt omnes iud. Et dicit, ꝙ in regno seruatur, ꝙ officialis in ciuili cõstituit procuratorẽ, & qñ esset causa criminalis nõ ardua post litẽ cõtestatã posset cõstituere procuratorẽ ad media causæ, tñ nõ põt recedere ante 40. dies, sed debet stare in ciuitate, & põt respõdere per procuratorem ipso stãte in ciuitate, & postea poterit recedere, vt ibi per eum. Intellige, nisi in criminalibus, vbi tractaretur de pœna corporali, vt supra di-
46 ctũ est. ¶ In quantũ supra tetigit Seb. † An officialis in sindicatu possit cõstituere procuratorẽ, & tenet ꝙ sic in causis ciuilibus, vel criminalibus ciuiliter intẽtatis, aliàs secus, & hoc post 40. dies: quia ante discedere nõ põt, vt hic per eũ. Tu verò dicas, ꝙ regulariter in causis criminalibus, in quibus venit imponẽda pœna vltra relegationẽ, nõ põt interuenire procurator: secus si pœna esset infra relegationẽ: qa tũc posset interuenire procurator l. pen. §. ad crimẽ. & ibi Bar. & alii ff. de publi. iudi. c. veniẽs, & ibi Arc. col. 10. & latè ibi Maria. Soci. & alii, extra de accus. Gandi. in trac. malefi. sub rubr. vtrũ procurator in maleficiis interueniat. col. 1. Alex. consi. 116. 2. vol. Et hoc nisi reus esset carceratus: qa tũc pro reo carcerato ẽt in criminalib. admittitur procurator: vt tenet Rota decisio. 201. licet in causa. in rub. de procur. & Par. in tra. sind. in verbo ꝑcurator. col. 2. dicit, ꝙ pluries vidit obseruatũ in regno, ꝙ officialis in ciuili, vel qñ esset causa criminalibus non grauissima lite cõtestata põt cõstituere procuratorẽ ad media causæ volẽtibus sindicatoribus, sed debet stare in ciuitate vt ibi per eũ. & supra di-
47 xi. Et ibi ẽt Pari. ponit, † an assumptus ad aliud officiũ possit dimittere procuratorẽ, qñ vocatur a principe ad aliud officiũ, & tenet ꝙ sic, nisi ipse procurasset cã subterfugiendi sindicatũ, vel ad eius postulationẽ obtinuisset, vt ibi dicit Par. & ponderat quia Paris loquitur, qñ vocaretur a principe ad aliud officiũ, & vide Matth. de Afflic. in consti. regni
48 occupatis, circa finẽ. † An libellus sit dandus cõtra officialẽ in sindicatu, glo. in auth. nisi breuiores. C. de sen. ex breui. reci. tenet simpliciter, ꝙ qñ agitur contra præsidẽ finito officio nõ datur libellus, allegat text. in §. necessitatem. in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. & sequitur Bart. illam glo. & Ant. de But. in c. 1. de lib. obl. dicit, ꝙ in causa sindicatus nõ datur libellus, sed Bal. in l. 2. C. de sen. quæ sine cer. quãti. tenet, ꝙ debet dari libellus, & Bar. & Ang. in l. si filius. ff. de iudi. & Ang. in d. §. necessitatẽ, & Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pig. actio. Sed Paris in tra. sind. in verbo libellus. §. an contra. col. 1. & 2. tenet, ꝙ si agitur cõtra officialẽ in sindicatu in cã criminali, vel maximi præiudicii aut magni põderis, tũc requiritur libellus d. l. si filius. ff. de iudi. & l. si iudex. ff. de var. & extraordi. cogni. & Insti. de obli. ex quasi malefi. in princ. Sed in aliis causis modicis & desiderãtibus celeritatẽ requiritur talis qualis petitio sine scriptis, vt ibi per eũ. Tu verò dicas in regno, ꝙ ex quo omnes causæ ciuiles & mixtæ sunt summariæ, & proceditur sine figura iudicii, vt in c. regni detestantes, quod est Reginæ Ioannæ Secundæ, & in regia pragmati. Regis Ferdinandi, quę incipit, dispendia litiũ, & est prima in ordine, & nõ requiritur solemnis libellus, sed talis qualis petitio, ex qua reus possit deliberare, si vult cedere, vel contendere, vt in d. prag. dispendia litiũ. & in clem. sæpe. de verb. signi. Sed in criminalibus debent poni solẽnia l. libellorum. ff. de accus. & debet poni annus & mensis, indictio & millesimus, & nomen principis d. l. libellorum, & in auth. vt Prępo. nomen Impera. & debet poni locus d. l. libellorum, & Ang. in d. §. necessitatem. vbi dixit, ꝙ cum fuisset datus libellus contra Potestatem Bononiæ in sindicatu de tortura, & non fuit confinatus locus torturæ, fuit ille Potestas absolutus, & sequitur Par. in d. tra. sindi. in verbo libellus. §. an contra. colum. 1. Et dicit Bald. in l. 1. ff. de his quib. vt indig. ꝙ quando agitur contra iudicem de negligentia, debet esse locus & tempus d. l. libellorum, & tenet Lud. Ro. in l. 4. §. fi. ff. de damn. infect. & Paris vbi supra, & ibi etiam ponit formam libelli, quando agitur lege iulia repetundarũ & de barattaria contra officialem, qui accepit pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum, & agitur criminaliter, vt arbitrariè, vel extraordinariè puniatur. Et si ciuiliter agitur, vt ad quadruplum condemnetur, vt ibi per eum, qui ponit formam libelli, quam etiam ponit Spec. in tit. de accus. §. 2. ¶ Et aduerte etiam, ꝙ si aliquis vult agere ad interesse coram sindicatoribus contra iudicem, eo ꝙ malè per imperitiam iudicauit, non debet agere ad certum & limitatum interesse: quia tunc esset libellus ineptus, sed agere debet, vt condemnetur, quantum eorum religioni æquum videbitur & placuerit, ita tenet Ang. in l. si filius. ff. de iudi. & in l. ex maleficiis. ff. de actio. & oblig. Barto. in l. fi. C. de pęna iudi. qui malè iudi. Ang. Are. Insti. de obli. quam ex quasi delicto. in fine princ. Par. in trac. sindi. in verbo libellus. §. an contra. col. fi. & in rub. de offi. sindic. §. an si potestas. col. 3. Fely. in c. quoniam contra. col. 12. nu. 20. versus fin. versi. glo. penul. extra de prob. ratio: quia ista consistunt in arbitrio iudicis, seu sindicatorum, & tale arbitrium non est in potestate litigantium: vt dicit Par. in d. verbo libellus. §. an contra. col. fi. Et etiam quia si ageret, vt condemnetur in aliqua certa quantitate, tunc intentaret, ꝙ iudex malã sententiam tulit ex dolo, & esset necesse dolum probare l. quoties. §. qui dolum. ff. de proba. & Ang. Are. Insti. de obli. quæ ex quasi deli. nas. in fi. princ. & propterea peti debet, ipsum puniri in quantum discretioni iudicantis æquum videbitur: quia intentatur culpa sine imperitia: vt ibi, & in d. l. si filius. tunc probando simpliciter, ꝙ fecit tibi iniustum, obtinebis, & condemnabitur, inquantum æquum iudici videbitur, vt ibi per Aret. cum concor. ibi, quod dicit esse notandum. Aliã etiam rationem ponit Bal. in l. 2. in prin. C. de sen. ex breui. recita. vbi dicit, ꝙ ratio, quare petitur condemnari, quantum bono viro æquum videbitur, est ex eo: quia potest iudex, qui fecit iniustitiã, in parte excusari, & in parte non, puta: quia in aliqua parte fuit ob rectum, vel ex aliqua ratione fuit motus, & in alia non, sed absque ratione fecit, & propterea non excusatur, vt ibi per eum. ¶ An autem in criminalibus in sindicatu procedat libellus generalis & inquisitio generalis, vide Ias. in l. 1. in prin. col. 2. versic. fallit
49 qñ. ff. de eden. vbi tenet ꝙ sic. † ¶ De fuga officialis. An officialis, qui est inculpatus de aliquo, si aufugiat, habeatur pro confesso. Bar. in l. consiliarios. C. de assesso. tenet, quòd habetur pro confesso, & nota, ꝙ debet esse inculpatus: qa si non esset inculpatus, non haberetur pro confesso, vt tenet ẽt Par. in trac. sindi. in verbo fuga, col. 2. versicu. si verò erat. Quod tamẽ intellige & limita, nisi ille officialis fuisset reductus etiam inuitus ad locum, vnde aufugit, quia tunc non habetur pro confesso, vt tenet Fely. in c. nullus. extra de præsump. Et officialis, qui aufugit ante finitam administrationem, & ante finitum officium, debet remitti ad locum, unde aufugit l. 1. & 2. C. vbi de ratio. agi. opor. & l. 1. C. vbi decuri. & Par. in d. trac. sindi. in verbo fuga officialis, in princ. Et si aufugit, dum sindicatur, cogitur redire d. l. 1. C. vt omnes iudi. & C. ad leg. iul. rep. l. 1. in glo. & Par. vbi supra, & carceratur tamquam vilis: vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. necessitatem, & Paris vbi supra, si verò officialis aufugit post finitam administrationem, vel post elapsum tempus pręfixum sindicatui, tunc fuga nihil probat, si verò aufugit infra tempus statutum sindicatui, tunc si fuit captus & detentus in loco, vbi debet respondere, fuga non facit plenam probationem, sed aliqualem, sed si erat captus & detentus & inculpatus de aliquo, & aufugit, tũc facit probationem: vt supra dictum est, & Par. vbi supra, & in verbo probatio. §. fi. Et an & qñ fuga faciat indicium, vel probationem, vel non, vide Fran. Brun. in trac. de indi. col. 7. & Fely. in d. c. nullus. extra de proba. & Ias. in repe. l. admonendi.

monendi.col.62.cum seq.num.167.ff. de iureiur. & Hipp.
in sua pra.§.diligenter.col.7.cum seq.Aduerte tamen, ꝙ si
officialis timeret offendi, poterit recedere & adire superio
res, & Magnam Curiam Vicariæ, & allegare locum non
tutum, & si verũ erit, prouidebit, & tali casu, qui vadit ad
superiores,non dicitur fugere,vt dicit Par.in d. tra.sindi.in
50 verbo,fuga officialis. §.an iudex.Quærit hic Seb.† An bo-
na officialis sint tacitè obligata pro sindicatu, vide Pari.in
d.tra.in verbo hæres,col.2.vbi ꝙ sic in casu speciali,quan-
51 do non exigit pœnam a lenonibus, & ibi etiã ponit.¶ † An
hæres officialis teneatur stare ad sindicatum. In qua quæ-
stione Bal.in l.si filiusfamilias.ff.de iudi.tenet, ꝙ hæres nõ
tenetur stare ad sindicatum pro defuncto, & ibi hoc tenet
Bar.& Ang.per tex.in l.Iulianus.la 1.eo.titu. & tenet Bal.in
aucten.sed cum testator.col.fi.C.ad leg. fal. & Par. vbi su-
pra.Et hoc intellige de actione descendente ex delicto vel
quasi,vt dicit Bar. in d.l.si filiusfa. vbi dicit, ꝙ iudex malè
iudicans per imperitiam tenetur ex quasi delicto,& hæres
non tenetur ad prædicta, vide etiam quæ dicit Alex. in l.4.
§.in eum.ff.de dam.infect.Similiter etiam hæres non tene-
tur ex leui culpa officialis l.in hæredem, & ibi Barto.C.de
magistra conue. Sed pro lata culpa & dolo officialis tene
tur hæres d.l.in hæredem.& ibi gl.& Saly. in dubio tamen
non præsumitur dolus secundum Bald in d.l.si filiusfami
lias.ff.de iudi.Similiter etiam hæres tenetur in quibusdam
aliis casibus specialibus notatis per Par.in d. verbo hęres.
colum.2.vbi vide.Similiter etiam hæres tenetur, quãdo lis
esset contestata cum defuncto, vel si aliquid ad hæredem
52 peruenisset,vt per Saly.in l.2.C.ad leg.iul.repe.& in d.l.Iu
lianus.ff.de iudi.¶ Tangit etiam hic Seb.† si iudex malè iu
dicauit & eius sententia fuit confirmata, an teneatur in sin
dicatu,vide latè per Par.in d.tra.sindi. in verbo appellatio,
& Decium in c.sępe.vbi etiam per alios, extra de appella.
cum concor.in dictis locis.vbi tenet, ꝙ si pendente appel-
latione iudex,qui primò iudicauit,comparuit,& sententiã
iustificauit,contra tamen non potest agi,ꝙ malè iudicauit,
vt ibi per Decium col.4.in fi.versicu.tertiò fallit,nume.10.
53 ¶ † Quærit etiam hic Seba.an officialis teneatur dare fide-
iussorem de stando sindicatui,vide Par.in d.tra.in verbo fi
deiussor officialium vbi latè. ADDITIO noua. Vbi
dicit,ꝙ in regno omnes officiales, qui habent administra-
tionem cum iurisdictione, vt capitanei iustitiarii & alii
dent fideiussores de bene administrãdo. Et per regiã prag.
Regis Ferdinandi regiæ dignitati est inductum, vt de vlti-
ma tertia nihil possit percipere, nisi post finitum sindica-
tum,& absolutionem obtentam, sed ponitur illa tertia lo-
co depositi penes camerarium vt ibi, hoc potest intelligi,
54 quando non dedisset fideiussores,ne duplici onere graue-
tur.Circa aliam quæstionem hic tactam.† An sindicatores
habeant merum & mixtum imperium,vide Par. in d.trac.
in rubr.de offi.sindi.§.iudices.colum.2.versic.sindicatores.

ADDITIO noua.Vbi tenet, ꝙ sindicatores habent
merum & mixtũ imperium in excessibus officialium & iu
dicum d.l.1.C.vt omnes iudi.& in authen.vt iud.sine quo-
quo suffra.§.necessitatem,& in hoc casu sunt ordinarii iu-
dices ipsi sindicatores,vt dicit Bal.in l.obseruare.§.profici
sci.in prima q.ff.de offi.procons.& Paris in d.§. iudices, &
§.sequenti.an si potestas,col. 2. & in regno habet iurisdi-
ctionem a regiis pragmaticis.s.a dicta regia prag.regis Fer
dinandi,quæ incipit,regiæ dignitati,& alia pragma.Caroli
Quinti de Austria Imperatoris,quę incipit volumus etiã,
ar.l.1.ff.de offic. eius cui manda. est iur. Et isti sindicatores
cognoscunt de commissis prætextu officii,vt de sententiis
malè latis,barattariis & similibus,sed si deliquerit extra of
ficium, puta adulterando,nõ pertinet ad sindicatores, sed
punitur vt quilibet alius ibi delinquens,nisi officialis com
misisset adulterium,vel aliud delictum contemplatione of
ficii & cum fauore officii,quia tunc puniretur per sindica
tores,vt dicit Par.in d.tra.sindi.in rubr. de offi.sindi.§.iudi-
ces.col.1.& 2.& ibi ponit,ꝙ si adulterasset mulierem cita-
tam in iudicio,vel inquisitam,vel carceratã diceretur con

55 tẽplatione officii fecisse. De alia quæstione hic posita † an
officialis sindicatus possit in sua patria conueniri, vide Pa
ri.in d.trac.in rubri.de offi sindi.§. an si potestas, col. 3. &
in d.§.iudices. col. 1. ADDITIO noua. Vbi tenet, ꝙ
de commissis in officio,si stetit ad sindicatum, & fuit abso
lutus,nõ potest vlterius conueniri,sed de commissis extra
officium poterit in patria conueniri, vt dicit Par.in d.§.iu-
dices.col.1.& in eo.titu.§.an si potestas.col.3. in prin. & §.
officialis.col.1.in fi.cum seq.Circa aliã quæstionẽ supra ta
56 ctam.† An inquisitio generalis vel specialis possit forma-
ri contra officialem in sindicatu,vide c.vulgaris famę pro
loquium.infra nu.260.Par.in d.tra. sindi.in rubr.de offi.sin
di.§.an si,col.3.& in rubr. de modo & for.sindi.§.procedi-
tur autem,& in consti.volumus,& ibi Matth.de Affli.& est
regia prag.quæ incipit,regiæ dignitati. vbi ꝙ potest proce
di per generalem & specialem inquisitionem contra offi-
cialem in sindicatu.quod qualiter intelligatur,vide per Sa-
ly.in l.ea quidem.§.quia propter.col.2.versicu.interdum e
contra.C.de accus.& Lucam de Penna in l.si vacantia. co
lum.2.cum sequen.C.de bon.vacan.lib.10 & Bal.in l.iube
mus.C.de proba.Et dicunt, ꝙ primò fit inquisitio genera-
lis,deinde si de aliquo crimine apparet, deuenitur ad spe-
cialem super illo crimine.An autem Rex possit remittere
officiali,vt non stet ad sindicatum,vide Matth. de Afflic.in
consti.regni volumus,col.2.in fi. vbi tenet, ꝙ in totum nõ
potest remittere sindicatum in præiudicium partium, sed
quando remittitur, censetur esse remissa scrupulosa sindi-
57 catio,non autem de barattariis & illicitè extortis. † Sed an
pactum factum de non stando sindicatui valeat & seruari
debeat,vide Par.in d.tra.sind.in rub.de modo & for. sindi.
§.dicitur.col.1.Ang.in §.oportet autem.in aucten.& iudi.si
ne quoquo suffra.Matth.de Afflic.in constit.regni minori-
bus.col.fi.versi. in contrarium. & Par.in d.tra.in verbo ele
ctio officialium, in princ. vbi tenent, ꝙ valeat pactum, vt
non teneatur stare ad sindicatum, sed non extenditur tale
pactum pro furtis.barattariis & illicitis extorsionibus: sed
intelligitur de culpis & negligentiis:vt per Matth.in d.con
58 sti.minoribus.col.fin.† An a sententia sindicatorum possit
appellari. Dic ꝙ non quò ad effectum retardandæ execu-
tionis præstita cautione de restituendo in casu retractatio-
nis,vt est regia prag.quæ incipit, regiæ dignitati,& Ange.
in aucten.de iudi.& vt nulla,cum iureiu.elig.§.pen.& Par.
in d.tra.sindi.in verbo appellatio,col.5. cum seq. vbi tenet,
ꝙ Rex Robertus fecit c.regni, vulgaris famæ proloquium
& statuit: vt officialis in sindicatu condemnatus non pos-
sit appellare,vt ibi per eum.In vltima quęstione posita hic
59 per Seb.† quòd officia debent esse annalia, adde Matth.de
Affli.& And.de Iser.in const.regni.occupatis.circa fi.& est
regia prag. Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti de Austria,
quæ incipit,volumus,facit infra c.electionem.nu.173.sub
rub.de iudi.perpe.non statu.& c.202.Importuna,sub rubr.
de non creandis iudi.in perpetuum.ADDITIO noua.
Et vide latè Io.And.in c.fi.extra de iudi.vbi ponit, an & qñ
officiales possint esse perpetui,vel tempora les, & ibi vide
Abb.& alios,& Anto.Capi.decisio.121.col.3.nu.5.& infra
60 c.item quòd prædicti 283.† Similiter autem officialis non
potest assumi, nec admitti ad aliud officium, nisi demo-
stret literam sui sindicatus,vt est ritus Magnæ Curię Vica-
riæ,qui incipit.Item ꝙ quilibet nume.87.in ordine meo,&
Bar.in l.rescripto.§. debitores.ff.de mu. & hon. & Bar.in l.
neminem.C.de suscepto.lib.10.Par.in d.trac.sindi.in rubr.
de modo & for.sindi.§.sindicatur etiam,cũ seq. Et pro isto
dicto facit,quod dicit glo.& Matth.de Affli.in d.consti.oc-
61 cupatis.circa fin.vbi dicit † ꝙ officialis pendente sindicatu
non debet eligi ad aliud officium,vt ibi per eum.

ADDITIO noua. Limita, nisi vocaretur a rege ad
aliud officium,antequam stet ad sindicatum, vel tempore
quo stat ad sindicatum:quia tunc posset constituere procu
ratorem,quod intellige,nisi esset accusatus criminaliter,&
tractaretur de pœna corporali,quia tunc non posset rece-
dere,nisi rex specificè super hoc dispensaret, vt dixi supra,
& tenet

& tenet Matth.in d.consti.occupatis.col.pen.in fin. versi.in eadem.nu.12.Item intellige,nisi illud nouum officiũ fuisset procuratum ab officiali, qui vult stare ad sindicatum. quia tunc minimè posset recedere,vt per Matth.in d.const. occupatis.in fin.& supra dixi. Ad prædicta etiam vide Lucam de Pen.in c.electionem.infra 173. vbi dicit,ꝙ officialis nõ debet pro futuro anno in officio confirmari,nisi fuerit,primò sindicatus,& tenet Par.in trac.sindi.in verbo refirmatio,in prin.col.2.& §.fi.col. fi. Et quando fit talis refirmatio,debet fieri nemine discrepante,vt in auth. de defen.ciui.§.fi.nisi subesset publica vtilitas,vt dicit Par.vbi supra col.2.Abb.& Phi.Fran.in c.constitutus. de appella.Ad prędicta etiam vide Fely.in c.fi.vers.item nota,extra.de iudi.vbi tenet,ꝙ in refirmatione requiritur omnium consensus,allegat multos doctores,vt ibi per eum. Aduerte tamẽ

62 ad vnum,quod dicit hic Bartho.de Capua,qui dicit,† ꝙ in capitania est breuiatum tempus sindicationis, & est tẽpus viginti dierũ per c.quod incipit, bene ordinatis, aliàs incipit,nouas formas,infra nu.226.Sed aduerte,ꝙ ille tex.hoc non probat,nisi dicatur,ꝙ ex quo loquitur in iustitiario, ergo in contrarium est in aliis,sed istud argumentũ a contrario sensu nõ potest sumi: quia resultaret legum correctio:

63 vt dicit Alex.& alii in l.1.ff.de offi. eius.† Sed quia tam de iure cõi,quam regni omnes iudices tenebantur stare ad sindicatum per 50.dies,vt C. vt omnes iudi.l. 1. & l.consiliarios.C.de assesso.& Par.in trac.sind.in rub.de modo & forma sindi.§.viso.& est tex.in isto c.nostro ibi,vt tam iustitiarii,quam officiales cęteri &c.& sic non solum loquitur de regiis,sed de omnibus,& est regia prag.quæ incipit, regiæ dignitati,versi.præsenti constitutione, vbi loquitur de maioribus,& minoribus & de capitaneis , vt stent ad sindicatum infra terminum a constitutiouibus & capitulis statutum &c. & sic ista restrictio Bartho. de Cap.non procedit:

64 † quia lex generaliter loquens generaliter debet intelligi l, 1.§. generaliter.ff. de leg. præstan. forte in aliquibus locis hoc posset esse de consuetudine, sed de iure dantur quadraginta dies, viginti ad porrigendum querelas, & viginti ad decidendum,vt dicit Pari.vbi supra.

ADDITIO noua. Et contra Bartho.tenet Par.in d. trac.sindi.in verbo procurator.colum.2,vbi dicit, ꝙ tam in iustitiariis,quam in capitaneis seruatur, vt stent ad sindicatum per quadraginta dies, & dixi supra in isto capi. ¶ Sed

65 quæro per istum text. nostrum est statutum, vt † officialis debeat stare ad sindicatum per quadraginta dies, quando per annum exercuit officium,& si non per annum,pro rata temporis,vt hic,& per Pari.in trac.sindi.in rubr.de modo & for.sindi.§.& modò,nisi aliud esset de consuetudine. Et debent dari viginti dies ad proponendum querelas, & alii viginti dies ad expediendum, vt per Pari. vbi supra, &

66 idem Par.in d.trac. in verbo instantia. † Quid si causæ non fuerunt expeditæ infra illos viginti dies. An possint expediri post illos viginti dies,vide Corn.consi. 5. incipiente in hac consultatione 4.vol.vbi videtur velle,ꝙ officialis dicatur liberatus: tamen Par. vbi supra in d. verbo instantia tenet, ꝙ potest etiam post illos viginti dies causa expediri,

67 vt ibi per eum.† Et aduerte,ꝙ quando causa sindicatus nõ expeditur infra dictos viginti dies,debet infra alios viginti dies sequentes expediri,& tantum durat instantia, ita dicit glo.quæ solet allegari pro sing.in l.1.C.vt omnes iudi.tam ciui.quam mili.in glosella fi. in verbo præfato modo,quæ

68 exponit.i.infra viginti dies.† Sed quid si officialis recessit & non stetit ad sindicatum,per quem possit cogi,vt valeat ad sindicatum,vide text.in d.l.1. C. vt omnes iudi. tam ciuili. quam mili.§.ipse autem,vbi dicit, ꝙ potest cogi per præfectum prætorio,& sic per Viceregem regni, & ei per præsidem prouinciæ, in qua repertus fuerit,vt ibi in tex. & hodie seruatur: quia expeditur prouisio contra talem officialem,qui non stetit ad sindicatum per Proregem regni, aliquando per Magnã curiã Vicariæ,& aliquando per Viceregem prouinciæ,in qua reperitur.† Item quæro,coram quo

69 debeant sindicari officiales, & sic quis erit iudex in causa sindicatus.Respondeo, ꝙ de iure communi est iudex præfectus prætorio,& episcopus l.1.in fin.C.vt omnes iudi.& in auth.vt iudi.sine quoquo suffrag.§. necessitatem, & hoc hodie intelligitur de præside prouinciæ, vt dicit Par. in d. trac.sindi.in rub.de offi.sindi.§.iudices. in prin.sed de iure consti. regni officialis sindicatur coram successore in officio,vt in consti.regni volumus.& ibi Matth.de Afflic.in 3. nota.poterit etiam coram ordinario loci sindicari l.pars literarum.ff.de iudi.& Par.vbi supra. De iure etiam capitulorum regni debet sindicari coram successore,seu substituto,vt in isto c.nostro.† Sed de iure prag. debet sindicari per

70 sindicatores electos ab vniuersitate, vt est regia pragm.quę incipit,regiæ dignitati.versicu. contra quos etiam.& Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit. Item pro sindicatione, nu.99.in ordine meo.& hodie est alia nouissima prag.Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti de Austria,quæ incipit,volumus, per quã statuitur: vt sindicari debeat per sindicos, seu sindicatores vniuersitatis & loci, in quo officium exercuit, & sic electio sindicatorum per vniuersitatem vigore facultatis concessæ per regias prag.& licet vniuersitas non habeat iurisdictionem, tamen ipsi sindicatores dicuntur habere iurisdictionem a rege, & a dictis regiis prag. arg.l. cui iurisdictio.ff.de iuris.om.iudi.& l.fi.ff.de offic. eius cui mand. est iur.vtuntur enim isti sindicatores iurisdictione eius,qui mandauit l.1.§.1.ff.de offi.eius, bene faciunt,quæ

71 dicit Cor.consi.5.colum.1.4.vol.† Sed an successor in officio debeat interuenire vnà cum sindicatoribus, videtur ꝙ sic,quia legum correctio est euitanda l.præcipimus.in fin. C.de appel. & sic istæ pragm. cum non veniant correctoriè,debent omnes interesse.In contrarium tamen facit tex. in l.cum prætor.in princ.ff.de iudi. quia ex quo per regias prag.est statutum,vt officiales sindicentur per sindicatores eligendos per vniuersitatem,ergo censetur prohibitum,vt alii non interueniant d.l.cum prætor.cum concor.allegatis per glo.in c.non ne extra de præsump. Præterea ex quo hoc aliàs erat statutum per d.prag.regiæ dignitati.sequeretur,ꝙ nouella prag.Cęs.Maiestatis nihil operatur,quod nõ est dicendũ. Itẽ sequeretur aliud, ꝙ in sindicatu officialiũ deberent interuenire pręses prouinciæ, successor in officio,& sindicatores eligendi per vniuersitatẽ, quod videretur inconueniẽs.Et ideo videtur dicendũ, ꝙ in puncto iuris solum sindicatores electi ab vniuersitate interuenire debeant ad sindicandũ absque successore,& ista pars de consuetudine magis seruatur , in aliquibus etiam locis seruatur,vt etiam successor interueniat, maximè quando priuilegia vniuersitatis hoc dictant: sed si successor interuenire deberet,tñ principaliter electi ab vniuersitate sunt sindicatores, ita ꝙ successor solum posset præsentialiter adesse, non autem disponere,per ea quæ dicit Cor.d. consi. 5.col. fi.cum sequen.4.vol. cum dicti sindicatores electi sint principales,vt dictum est. Ad materiam de sindicatu officialiũ, vide per Bal.in l.obseruare.§.proficisci.ff.de offi. procons. & leg.Cataldi.in trac.sindi.Matth.de Affli.in consti.reg volumus,in rub.quanto tẽpore debet stare offi.ad sindi.latissimè Paris in trac.sindicatus, vbi ad saturitatem vide.

ADDITIO noua. Quæro de quæstione,quæ occurrit proximis diebus in quodam Officiale iuuene Doctore,fuerũt duo ciuiliter citati corã eo,qui noluerũt obedire, & officialis misit pro eis capiendis, & illi aufugerunt, & quędam turpia verba contra officialem protulerũt,officialis iuuenili calore motus noctis tẽpore eos cępit,& postea in mane ligare fecit seminudos, & uolebat de facto nullo iuris ordine seruato,nec præcedente processu, nec sententia eos ponere seminudos & ligatos in quodam canali ferreo cum cathena, in quo ponuntur illi, qui mitriantur. illi carcerati prostrauerunt se in terram, & erat ligati, & officialis cum familia eos uerberauit, & illi clamabant, & ad clamorem multi cucurrerunt, fuit de hoc data supplicatio Proregi regni & collaterali consilio,unde de pluribus dubitatur. Primò,an debeat expectari tempus sui sindicatus, an uerò possit durante officio conueniri.Secundò,an pendente

dente lite debeat suspendi ab administratione officii. Tertiò qua pœna veniat puniendus. † Circa primum dicendũ est, ꝙ regulariter officialis pendente administratione officii non potest remoueri, nec conueniri l. pars literarum, ff. de iudi. & ibi Ange. & alii l. nec magistratibus. ff. de iniur. Bar. in l. 1. in fine. ff. ad leg. iul. repe. Par. in trac. sin. in verbo durante officio, in prin. & §. 1. Matth. de Affli. in consti. statuimus. la 2. col. 13. in quartodecimo nota. nu. 42. ¶ Fallit primò in officiali perpetuo, qui potest conueniri durante officio. Bar. in l. de pupillo. §. siquis ipsi prætori. col. 2. versi. secundò quæro. ff. de oper. no. nunci. Matth. de Affli. vbi supra. Par. in d. tra. sindi. in verbo durante, in prin. & §. 1. col. 2. in princ. vbi idem dicit in officiali ad beneplacitum: quia æquiparatur perpetuo. ¶ Secundò fallit nisi actio esset tpe peritura. Cy. in l. si præses. C. de epi. aud. glo. in d. l. nec magistratibus. Matth. de Affli. vbi supra Par. vbi supra col. 1. & §. 1. col. 1. ¶ Tertiò fallit, si officialis conueniretur pro furto per eum facto in officio, vel pro barrataria: vel quia fuit corruptus pecunia pro facienda iniustitia, vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. siquis. & l. iubemus. C. ad leg. iul. repe. glo. in d. l. nec magistratibus. Barto. in l. siquis forte. §. si quo. ff. de pęni. Matth. de Affli. in d. consti. statuimus. col. 13. in fi. versic. tertiò fallit, & Par. in d. tra. sind. in verbo durante officio, in prin. ¶ Quartò fallit pro violentia illata subdito d. l. iubemus. C. ad l. iul. repet. Par. in d. tra. sind. in rub. durante officio. in prin. Et Matth. de Afflic. in d. consti. statuimus. col. 13. in fine, versi. aut pro iniuria: quia ex quo deliquit in officio, potest eo durante cõueniri, gl. in d. l. nec magistratibus. ¶ Quintò fallit, si princeps hoc mandauerit, vt officialis durante officio conueniatur pro delicto commisso: quia rex potest suos officiales sindicari facere, quandocunque sibi placuerit, in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. siquis. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procon. Matthe. de Affli. in d. consti. statuimus. col. 14. in prin. versi. quartò fallit. & Par. in d. trac. sindi. in verbo durante officio. §. officialis. col. 1. ¶ Sextò fallit, quando officialis conueniretur a persona non sibi subdita ratione officii. Azo. in sum. C. vt omnes iudi. l. principalibus. ff. si cer. petat. glo. in d. l. si præses. C. de epi. aud. Matth. de Affli. vbi supra versi. quintò fallit, cum concor. ibi. & Par. vbi supra in d. §. officialis. col. 1. ¶ Septimò fallit, quando pro delicto imponeretur pœna priuationis officii; quia tunc durante officio posset de crimine cognosci, vt dicit Matth. in d. constitu. statuimus. col. 14. versi. sextò fallit. & Par. in d. verbo durante. §. officialis, col. fi. quia si expectaretur finis officii, frustra fieret amotio. Bal. in titu. de pace Constan. §. fi. & Par. in d. tra. sind. in verbo durante. in princ. & ibi etiam dicit, ꝙ qui reuelat secreta, debet ab officio remoueri. ¶ Octauò fallit: quia officialis potest conueniri durante officio pro debitis antea cõtractis d. l. pars literarum. ff. de iudi. Ange. in l. 2. ff. de admi. tuto. Par. in d. tra. sindi. in verbo durante officio, in princip. ¶ Nonò fallit, quando delictum esset notorium: quia tunc officialis posset conueniri durante officio. Par. in d. trac. in verbo durante. §. officialis. circa prin. ¶ Decimò fallit: quia durante officio possunt subditi supplicare principi, vt puniat rapinam officialis, furtum, vel delictum. Par. in d. trac. sindi. in verbo durante. §. officialis. col. 2. in prin. Spec. in titu. de supplicatione. §. sequitur. versi. item durante Bart. in d. l. principalibus. ff. si cer. peta. cum concor. ¶ Aduerte tamen, ꝙ quando officialis conuenitur durante officio, non potest conueniri coram sindicatoribus, qui solum possunt sindicare officiales, quando sunt expirata officia. Ang. in d. l. iubemus. C. ad leg. iul. repe. Par. in d. tra. sindi. in verbo durante, §. officialis. colum. 2 versi. non tamen. Et ex prædictis apparet, ꝙ dictus officialis pro violentia illata subditis & verberibus potest cõueniri durante officio, vt dixi in quarta fallentia, similiter ex quo in hoc casu venit priuandus officio, vt dicetur infra, poterit cõueniri, vt dixi in septima fallentia, similiter: quia fuit porrecta supplicatio Illustrissimo Proregi regni per ea, quæ dixi supra in decima fallentia, & Prorex mandauit procedi, & sic potest conueniri per ea, quæ dixi supra in quinta fallentia, & consequenter concluditur, ꝙ dictus officialis potest inquiri, & contra eum procedi, & non expectari sindicatus. ¶ Circa secundam quæstionem, an dictus officialis accusatus de crimine commisso in officio an pendente lite debeat suspendi, & interdici administratio officii. Dicas ꝙ sic, vt tenet Bar. in l. filium. §. in quæstionibus. ff. ad municipa. Lucas de Pen. in l. iudices. C. de dig. lib. 10. Par. in trac. sindi. in verbo accusatus. Tho. Gramm. consi. 10. nume. 2. cum sequen. cum ibi allegatis, & sic dictus officialis pendente lite debet suspendi, & alius loco eius subrogari, vt dicunt præallegati doctores. ¶ Circa tertiam quæstionem, qua pœna puniatur officialis, qui violentas manus in subditos suæ iurisdictioni imponunt, vel verberant, & aliis iniuriis afficiunt. Et in hac quæstione dicas, quòd de iure communi officialis, qui sine cetu hominum, & sine armis verberauit subditum, tenetur actione iniuriarum. l. nec magistratibus. ff. de iniu. l. j. §. iniuriam autem. in ver. quoties manus inferuntur. & l. lex Corn. §. j. in verbo pulsatus & verberatus. & l. non solum. in princ. ff. de iniur. Et pro iniuria potest agi ciuiliter & criminaliter. l. fin. de iniur. §. in summa. Instit de iniur. & tali casu imponitur pœna extraordinaria arbitraria. d. §. in summa. Si verò post appellationem interpositam verberauerit, tenetur pœna legis iuliæ de vi publica. l. lege Iulia. ff. ad leg. Iul. de vi pub. & ibi etiam Bar. & Par. in tra. sind. in rub. de modo & for. sin. §. sindicantur etiam officiales, qui violentas manus. Si verò non erat appellatum, sed hominibus coadunatis verberauit, similiter tenetur lege Iulia de vi publica. l. qui dolo. uersus fin. ff. ad leg. Iul. de vi pub. & ibi Bar. & ibi etiam dicit, ꝙ mittẽs aliquem cum mitra in capite punitur eadem lege, vt ibi per eum. Cuius pœna est deportatio. §. item lex Iulia de ui. Instit. de pub. iud. & bonorum omnium publicatio. glo. in l. 2. C. ad leg. Iul. de ui. & glo. in l. qui dolo. in uerbo, aqua & igni. ff. ad leg. Iul. de ui pub. & latè Tho. Grã. cons 43. & Guido Papæ. q. 437. vbi dicit, ꝙ hodie bona nõ publicantur, & loco deportationis hodie successit bannimentum, vt dicit Tho. Gram. vbi supra. Et dicit Ant. Capi. deci. 153. ꝙ pœna deportationis hodie non est in vsu, sed est pœna arbitraria. Sed in regno, ex quo habet insulas, relegatur in insulam. Et damnatus de vi publica efficitur infamis, glo. in d. §. item lex Iulia de ui. Insti. de pub. iud. ¶ De iure verò constitutionum regni officialis, qui iniuriã subditis infert, punitur pœna tertiæ partis bonorum, & efficitur perpetuò infamis, & remouetur ab officio, & nullo tempore officia administrare potest, vt in constit. regni, eos tantum. §. fi. & ibi doct. & tenet Par. in tract. sind. in rub. de modo & for. sind. d. §. sindicantur. col. j. Et licet illa constit. uideatur loqui in officialibus regiis, tamẽ habet locum in omnibus officialibus etiam non regiis, cum eadem sit ratio, & ita uidetur etiam uelle Par. ubi supra, q. indistinctè loquitur. Et ibi etiam Paris ponit nonnullas limitationes ad excusandum iudicem, puta si non dolosè, & malitiosè fecit: sed hoc fecisset ad sedandum rixam & tumultum, ut ibi col. 1. uel si officialis esset in aliqua celebritate principis, uel ut arceret populum, ut non turbaret celebritatem, vel ludum principis, uel si hostiarius turbam arcendo irruentem non ex proposito, sed fortuito aliquem læderet, uel si reperit aliquem in rixa, uel cum armis, uel in delicto, & resistentiam faceret contra officialem, in his enim casibus officialis non teneretur actione iniuriarum, ut dicit Par. in d. §. sindicantur etiam officiales, qui uiolentas. col. 1. & 2. ubi latius loquitur. † Et no. d. constit. eos tantũ, in princ. & ibi Matth. de Afflic. quòd officialis, qui aliquam iniuriam patitur exercendo officium, debet patienter sufferre, ut ibi. Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Uxor an amittat dotem, vel dotarium propter delicta mariti. 2.*

3 *Mulier an detrimentum patiatur in dote, vel antefato, etiam si maritus commisit crimen læsæ maiestatis, si ipsa non fuit particeps delicti.*

4 *Maritus bannitus, si eius bona fuerunt confiscata, an sit liberatus a creditoribus, & fiscus teneatur.*

5 *Marito condemnato actione personali an fiet executio in bonis dotalibus.*

6 *Vxore condemnata an possit fieri executio in dote.*

7 *Vxor an debeat habere dotem condemnato marito.*

8 *Maritus si commisit delictum & bona debent publicari, vel diuastari, an vxor cum instrumento dotali ratione hypotecæ possit impedire.*

QVOD SI CONTINGAT ALIQVOS suis culpis regnum exire, vxores eorum, quę sibi non consenserunt, non molestentur in dotibus, & iuribus suis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXXIII.

ITEM statuimus, quòd si forte contingat aliquos damnari, vel suis culpis exigentibus re-
2 gnum exire. † Vxores eorum, quæ maritos suos non probantur huiusmodi delictis sequutę super dotibus, dotariis, seu iuribus earum seruentur illesæ secundùm nouam constitutionem domini patris nostri.

ITEM statuimus quòd si forte. Circa materiam huius c. vide Bald. in l. 1. C. de repu. & ibi aliquid per Bart. ¶ In text. ibi (nouam constitutionem) facit mentionem de aliqua constitutione non scripta in capitulis Regis Caroli Primi. Immo videtur intelligere de c. die Mercurii 18. Martii, quod est in addi. anno 9. quod non est impressum, & de ca. & si frequenter. regni anno. 10. supra num. 17. in rubr. de his qui prætendunt ius habe. in bon. prodito.
Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

1 ITEM statuimus. † Nota secundùm Barth. de Capua hic, quod vxor nō perdit dotem propter delicta viri, & cum isto c. concordat cō sti. regni quæ incipit, patres pro filiis, & ibi Matth. de Affli. col. 2. in tertio & quarto no-
3 ta. vbi dicit, † quod mulieres nullum detrimentum debent sustinere in dote, vel antefato, seu donatione propter nuptias propter culpam, vel delictum mariti, etiam si crimen læsæ maiestatis maritus commiserit, si ipsa mulier non fuit particeps delicti, vt ibi latius per eum; & vide in d. allegato c.
4 & si frequenter. supra nu. 17. ADDITIO noua. † Iuxta prædicta quæro, pone maritus fuit bannitus, & omnia bona sibi adempta, an iste maritus dicatur liberatus a creditoribus, & fiscus teneatur. Vide Bal. in l. 2. C. ad leg. iul. de vi publi. & Tho. Gram. decisio. 85. col. fi. qui tenet, quod bannitus, cui omnia bona adempta sunt, erit liberatus a creditoribus. Ad prædicta ēt vide Bal. nouellū in trac. de dote, in 7. par. priuilegiorū vltimi tēporis, quæ incipit expedita est 7. dist. in 6. priuilegio, col. 11. ver. & ex prędictis, car. 48. col. 4. vbi dicit, quod publicatis omnib. bonis viri propter delictū ex forma iuris, vel statuti, ex quo ēt iura pas siuē transeunt in fiscū, vt teneatur loco viri dotē restituere mulieri l. si marito in prin. ff. sol. matri. dñium transfertur illico in fiscū, ēt sine alia apprehensione per id, quod hr in l. cōmissa. ff. de publi. & c. cū secundū. de hære. in 6. tñ cum onere restituēdi dotē mulieri ēt constāte matrimonio. Posset tñ mulier, antequā bona veniāt in fiscū, agere cōtra maritū pręueniendo per remediū l. vbi adhuc. C. de iure do. vt per Bar. in l. si constāte. in 5. q. 1. partis. ff. sol. matr. si autē bona peruenerunt ad fiscū, posset agere mulier contra fiscū, & intētare personalē, vel hypotecariā, prout poterat cōtra virū propter causatā inopiā per id, quod habetur in d. l. si marito. iuncta d. l. vbi
5 adhuc. secundū Bal. nouellū vbi supra. † Adde ēt ad materiam, quod si maritus est cōdemnatus actione personali, non potest fieri executio in rebus dotalibus, quę debent deseruire oneribus matrimonii l. vbi adhuc. C. de iure do. & ita cōiter tenetur, vt dicit Alex. in l. a diuo Pio. §. in venditione.
6 nu. 27. ff. de iudi. col. 9. versi. in glo. † Similiter ēt cōdemnata vxore nō potest fieri executio in dote, nisi in casibus positis in l. quinque legib. ff. de bo. dāna. de quo ēt vide Bal. in l. Titia. ff. de iure do. & Sal. in l. ob maritorū. in fi. C. ne vxor pro mari. & Io. And. in addi. Spe. in titu. de exe. sen. §. sequitur. col. 4. ver. quod si filiusfa. in addi. quæ incipit, primum verius, & Ang. in l. tale pactū. §. qui prouocauit. in repe. col.
7 fi. ff. de pact. Ad prędicta ēt adde † quod vxores debēt habere dotes marito foriudicato, vt in const. regni pęna carere, & ibi docto. & And. de Iser. in c. 1. §. hæredes. in fi. de pace tenen. Et idē Par. in tra. sind. in verbo publicatio bonorū. col. fi. vbi tenet, quod si sunt publicata bona mariti, nō debet vxor inquietari in dote, immo vxor potest dicere, quod vult retinere bona mariti loco pignoris, vel pro alimentis, de quo ēt vide Bar. in l. si constāte. col. 15. versi. octauò quęro. ff. solu.
8 matri. ¶ † Quæro, si maritus cōmisit delictū, propter quod bona sua publicantur, iudex vult bona stabilia confiscare, vel illa deuastare, vxor cū instrumento dotali comparet & defendit ista bona tanquam sibi obligata, & iudex vult assignare mobilia, vel alia bona stabilia, quæ sufficiunt vxori, an iudex sit audiendus? Vr quod sic per dicta per Bar. in l. cū alicui. ff. de neg. gest. vbi dicit, quod Potestas, qui cōdēnat ad destructionē bonorū, pōt diuidere rē cōem, quā habet cōdēnatus cū aliquo, & illā detrahere per l. Sabinus. ff. com. diui. & ibi Ang. idē tenet, pro hoc ēt: quia facta generali cōfiscatione bonorū mariti fiscus debet soluere dotē vxori, & nō maritus. ff. de fideiuss. l. inter eos. §. bonis. C. ad leg. iul. de vi publi. tutoris. ff. sol. mat. l. marito. Et bonis mariti pro parte confiscatis tenetur fiscus pro illa parte ad dotē reddēdā. in l. leges, res. §. res. de iure fisci. Et sic vr, quod vxor debet capere dotes de manu curiæ, vt dicit Ang. in d. l. Sabinus. Contrariā opi. tenuit Par. in tra. sind. in verbo publicatio bonorū: quia mulier, quæ habet tacitam, vel expressam hypotecā vigore instrumēti in bonis viri præfertur fisco, nota. in l. 1. de priuil. do. & in l. assiduis. C. qui potio. in pig. hab. & creditor præfertur pęnis fiscalib. C. pęnis fisca. credi. præferri. l. 1. lib. 10. & ff. de iure fisci. l. aufertur. §. qđ a præside, & ibi gl. in verbo fiscus, & l. qđ placuit eo. tit. cū concor. ibi per Bart. in l. post cōtractū. ff. de dona. Et creditor habēs bona hypotecata pōt eligere l. quādiu. ff. de distra. pig gl. in l. Moschis. ff. de iure fisci, & l. si quis posthac. C. de bon. damna. Immo si fiscus inquietat vxorē pro delicto mariti, vim inferre dr l. 1. ff. ad leg. iul. de vi pub. & cā dotis præfertur obligationi delictorū l. quinq; legib. de bo. damn. c. ex literis. de pig. faciūt quæ habētur in cōsti. regni pœnā carere volentes. Et dicit Par. vbi supra, quod in cā ista fuit determinatū pro vxore, sed pro 1. opi. cōtra Par. faciūt, quę dicit Bal. nouellus in tra. de dote, in loco supra allegato in præcedenti q. & quæ dicit Hip. in rub. ff. ad leg. Cor. de fal. vbi dicit, quod licet mulier habeat instrumentū dotale, & obligata bona mariti, non potest impedire creditores mariti petentes se mitti in tenutā bonorum mariti, nisi primò agat contra virum, & petat sibi dotem assignari ex aliqua iusta causa, & fuerit lata sententia, & Hippo. in l. si quis nec quæstio. col. 3. ff. de quęstio. Pau. de Cast. consi. 8. in fin. 2. volumi. & ita fuit decisum in consilio, vt dicit Thom. Gram. decisio. 92. & in terminis tenet Ant. Capi. decisio. 130. col. fi. quod non possit mulier impedire, ex quo non habet dominiū, nec possessionē bonorū, & hoc

& hoc nisi esset res propria vxoris detenta per maritum, vel nisi bona deberent deuastari; quia tunc auditur mulier, vt dicit Capi. vbi supra. Ioan. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Vascella facere, vel reparare inuitus pro certo pretio an cogatur. 3.*
2 *Extaleum, volens recipere ad extaleum an admittatur. 3.*
3 *Inuitus an cogatur reparare vascella.*
4 *Nauis quando fit de nouo, talis opera quibus committi debet.*
5 *Fabricatores nauium quam excusationem habeant.*

QVOD NON COMPELLANTVR aliqui inuiti reparare vascella curię pro certo precio, nisi voluerint ea ad extaleum recipere facienda. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXXIIII.

1 ITEM statuimus,† quòd quoties contigerit curiam velle de nouo fieri facere naues, vascella, & alia opera cōstrui facere, vel etiam reparari, nō deputentur ad hoc aliqui inuiti pro certo precio faciendo.
2 † Nisi ea forte aliqui ad extalium velint sponte recipere faciendo. Alioquin huiusmodi opera committant bonis viris ad credentiam, qui teneantur exinde debitam ponere rationem.

ADDITIO.

3 ITEM statuimus. Vide supra in c. ammirati. nume. 77. in rubr. de ammiratis, & viceammiratis, vbi dicitur, † quòd nemo cogitur inuitus reparare vascella ad extaleum, & concordat cū istis tex. vbi similiter probatur, quòd volēs recipere ad extaleū, admittitur, sed non cogitur inuitus. ADDITIO
4 noua. † Item nota ex isto tex. quòd quando fit nauis de nouo, talis opera committi debet bonis viris. Et quam vaca-
5 tionem habeant fabricatores nauium maritimarum, vide Azo. in sum. C. de nauicul. in fi. lib. 11. vbi dicit, † quòd fabricatores nauium maritimarum si ad annonam Populi Romani præstiterint, vacationem habent, quamdiu naues nauigant, sed senatori hæc excusatio non conceditur; quia nauem ei ex lege iulia repetundarum habere non licet. ff. de vaca. mune. l. his qui naues. & per Azo vbi supra. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an teneatur ad reparationem castrorum vel ad noua ædificia. 3.*
2 *Castra quando reparantur per vniuersitates, per quem debet expendi pecunia.*
4 *Vniuersitas an teneatur ad reparationem castrorum stante consuetudine, vel obligatione.*
5 *Turres de nouo ædificare, vel veteres reficere, an quis possit sine licentia regis.*
6 *Muros ciuitatis reparare, vel ædificare qui teneantur.*
7 *Clerici & ecclesiæ an teneantur contribuere in reparatione vel ædificatione murorum ciuitatis.*
8 *Castrum quid sit, & quare dicitur castrum.*
Villa quid sit, ibidem.
Castellum quod dicatur ibidem.
9 *Castra noua facere, vel vetera ædificare, an liceat.*
10 *Statutum, vt non possit fieri fortalicium inconsulto Pontifice, an possit illud refici inconsulto Pontifice.*
11 *Castra antiqua ruinosa an reficere liceat.*
12 *Turris si longo tempore stetit collapsa, an tollat facultatem reficiendi.*

D. Ioan. Anto. de Nigris.

QVOD AB VNIVERSITATIBVS TERrarum deputatis ad reparationē castrorum exigatur pecunia necessaria tantum, & non teneantur ad noua ędificia. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXXV.

1 ITEM statuimus,† quòd ab vniuersitatibus terrarum, & locorum deputatorum ad reparationem castrorum requiratur, & exigatur per curiam pecunia necessaria tantùm pro reparatione veterum ędificiorum castrorum ipsorum, & non ad
2 noua ædificia construenda. † In his verò prædicta pecunia in reparatione prędicta per homines fide dignos eligendos ab vniuersitatibus quæ ad ipsorum reparationes tenentur, fideliter expendatur.

ADDITIO.

3 ITEM statuimus. † Nota, quòd vniuersitas tenetur ad reparationem castrorum veterum, sed non tenetur noua castra, seu ædificia facere, vt hic: quia aliud est de nouo facere, aliud reficere, vt latè per Decium in l. creditor. ff. si cert. peta. hodie tamen hoc est correctum per regiam prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit, ad perpetuam. versic. Item ne in reparatione, vbi statuitur, quòd vniuersitates non tenentur pro reparatione castrorum, nisi compertum fuerit, quòd illa vniuersitas ad hoc de iure teneretur, &
4 in casu, in quo teneretur, debet seruari tenor huius ca. † Et vniuersitas posset teneri, puta si ex consuetudine legitimè præscripta, vel ex aliqua obligatione teneretur ad repara-
5 tionem castrorum aliàs secus, in d. pragm. † An quis possit turres de nouo ædificare, vel veteres reficere sine licentia Regis, vide Matth. de Afflic. decisio. 392. incipien. Rex Ferdinandus. colum. 6. cum sequen. & ibi etiā ponit, quid sit reficere, vide ibi per eum, & vide etiam ad materiam Matth. de Affli. in consti. regni castra, & Iacobi. in tra. feu. in verbo, cum castro rubei montis. Et vide, quæ dicit Ias. in l. ex hoc iure, col. 2. ff. de iusti. & iur. Et quid sit turris, vi-
6 de Bald. consi. 125. domus constituitur. 3. volum. † Qui autem teneantur contribuere in ædificatione, vel reparatione murorum ciuitatis, vide latè Lucam de Pen. in l. 2. & 3. C. a quib. muni. nemini lice. excu. & in l. fin. C. de exa. tribu. lib. 10. & Cor. consi. 72. colum. penul. in litera. N. 4. vol.
7 † Et an clerici & ecclesiæ isto casu teneantur, vide, quæ latè dixi in clem. contra clericos non incidentes in habitu & tonsura, in rub. de vita & hon. cler. in glo. in verbo priuilegio, in vigesimasecunda limitatione, vbi latè Et ad materiam vide, quæ dixi supra in c. grauamina nume. 28.
8 ADDITIO noua. Adde pro materia huius ca. † q castrum propriè est fortilicium. Et dicitur quasi casa arcta: quia fortilicium non debet esse spaciosum, vt indigeat paucis ad custodiam. Villa autem est pluralitas domorum sine muris, & dicitur villa, quasi vallis vallata. Castellum verò dicitur quando sunt ibi mœnia, vt per Ioan. And. in c. si ciuitas. de sen. excō. in 6. Abb. in c. tuæ. in princ.
9 de cler. non resid. ¶ † Quæro, an sicut non licet facere noua castra cū alterius iniuria, & ęmulatione. ff. de ope. publ. l. opus. ita non liceat incastellare vetera castra inhabitata.

Dicas quod non licet. C. de ædi. publ. l. 3. C. de fund. limi. l. 1. 2. & 3. lib. 11. ff. de flu. l. 1. & 2. ff. de his qui not. infa. l. athletas. Inno. in c. fin. de restit. spo. in fi. quod dictum procedit secundùm Abb. ibi in iniusto, seu tyranno possessore, arg. illius tex. si autem possessor esset iustus: tunc licet ad æmulationem, & iniuriam alterius non liceat ei castra noua facere, nec antiqua reficere: quia non licet vti re propria ad iniuriam & æmulationem alterius, vt alii noceat, & sibi non prosit, l. 1. §. deniq; ff. de aqua plu. arc. & quod no. glo. in c. cum ecclesia Vulterana. de elect. si tamen hoc facit sine alterius iniuria & æmulatione, sed conseruationem & augmentationē sui patrimonij, seu pro honore suo; tunc non potest prohiberi, etiam si alii inferatur timor, seu damnum. l. si in eo. ff. de aqua plu. arcen. d. c. cum ecclesia, & c. consuluit. de iudę. & tenet Abb. in d. c. si. in fi. de resti. spolia. & vide Felyn. in d. c. consuluit. de iudęis.

10 ¶ † Sed pone, extat statutum, vt non possit fieri fortilicium aliquod incōsulto Romano Pontifice, & quoddam fortilicium fuit destructum tempore guerræ, an possit illud refici inconsulto Pontifice. Vide Bal. in l. si vt proponis. la ij. C. de nundi. vbi tenet quòd non, vide tamen doctor. in capi. consuluit. de iudi. sed istud intelligitur, quando per talem refectionē timeretur scandalum, vt dicit Fely. in d. cap. consuluit. colum. prima. in fi. de iud.

11 ¶ † An autem liceat castra antiqua ruinosa reformare. Vide Abb. & Fely. in d. c. cōsuluit, & tenent, quòd licet reficere: quia reficiens non dicitur de nouo facere. d. cap. consuluit, & ibi Fely. 2. nota. Et prohibitio de non ædificandis nouis domibus non comprehendit refectionem, no. glo. Bal. & Ange. in l. prima. §. ædificare. ff. de mortuo infere. sed prædicta intellige, quando essent funditus ruinata, vel extirpata: quia tunc requireretur licentia, vel quando nō esset mutata antiqua forma, si antiqua forma mutata esset, non liceret sine licentia. Abbá. & Fely. in d. cap. consuluit.

12 ¶ † Et si turris collapsa stetisset longo tempore, tamen talis cursus temporis non tollit facultatem reficiendi ad conseruationem iuris sui: quia in his, quæ sunt meræ facultatis, non currit aliquod tempus, vt dicit Abb. in c. pisanis. de resti. spo. & Fely. in d. c. consuluit. colum. 1. Et an & quando possint præscribi ea, quæ sunt meræ facultatis. Vide latè per Ioan. Franc. Balb. in tracta. de præscri. in 4. parte quintæ partis principalis. Poteris hoc limitare, nisi dominus voluisset interim ædificare, & fuisset prohibitus: quia ab eo tempore curreret præscriptio, gl. & doct. in l. qui luminibus. ff. de serui. vrba. prædio. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Forestarum antiquarum, & de earum finibus inquisitio fieri an debeat.*

DE FORESTIS.

QVOD FIANT INQVISITIONES super finibus antiquarum forestarum, & super earum custodia seruetur supradicta forma domini Regis Caroli. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXXVI.

1 ITEM statuimus, † quòd ad hoc vt fideles regni per foresterios in aliquo contra debitum & statutum non grauentur, fiāt inquisitiones de antiquis & veteribus forestis, ac finibus earundem, & super earum custodia seruetur forma cōstitutionis nuper super hoc edita per Dominum patrem nostrum.

ADDITIO.

ITEM statuimus. ¶ In tex. ibi (forma constitutionis) loquitur de cap. magistri forestarum, supra nume. 84. in rubri. de magistris foresteriis, & vide quæ ibi dixi, & vide infra cap. ille quidem, nume. 191. in rubri. de forestis, & in capit. item boues, supra nume. 85. & quæ ibi dixi. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Nundinæ per quos custodiri debent.*

2 *Magistri iurati an debeant nundinas custodire.*

DE CVSTODIBVS nundinarum.

QVOD NON STATVANTVR FAMIliares iustitiarij ad custodiam nundinarum, sed custodiantur per magistrum iuratum ipsius terræ. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXXVII.

1 ITEM statuimus, † quòd iustitiarii regionum nullos familiares eorum, vel aliquos loco sui præponant custodiæ nundinarum, quæ fiunt in iurisdictione. † Sed magistri iurati locorum, in quibus nundinæ sunt, custodiam eorum exerceant.

ADDITIO.

ITEM statuimus. Ad materiam huius capitu. inquantum loquitur de nundinis, vide supra capit. 51. incipiente. Item nullus, sub rubri. quòd non arrestentur in stratis, vel mercatis &c. & de officio magistri iurati, vide supra cap. 131. Item statuimus. sub rubri. quòd officium magistri iurati &c. & infra cap. 259. incipiente, ad quietem, & quæ in dictis locis addidi. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Capitula regni edita per Carolum Primum & Secundum an seruari debeant.* 2.

2 *Iura constitui parum prodesset, nisi iura cōstituta seruētur.*

3 *Inquisitio fieri an debeat contra non seruantes capitula regni.*

4 *Violatores capitulorum regni an puniantur.*

5 *Natura humana prona est ad malum.*

6 *Capitula edita in Planiciæ Sancti Martini an fuerint postea confirmata.*

DE OBSERVANDIS capitulis Regis Caroli.

QVOD OBSERVENTVR CONSTItutiones Domini nostri Regis Caroli editæ super reformatione regni, & in isto capitulo finiūt capitula edita in Planiciæ S. Martini. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS VICARIVS REGNI. CAP. CXXXVIII.

1 ITEM statuimus, † quòd constitutiones nouellæ editæ per dominum patrem nostrum super reformatione & statu pacifico regni inuiolabiliter obseruentur. Verùm quia sunt quidam sic amatores periculi, quòd semper ad interdicta

2 terdicta conantur accedere. † Et parum prodesset iura constitui, nisi ipsorum constituta seruentur. Vt tam nouellę constitutiones, quas nuper regiæ benignitatis prouisio pro reformatione regni ac eius statu pacifica promulgauit, q̃ pręsentes, quas de consilio prælatorum, Comitum, Baronum, Ciuium, multorumq; proborum parlamento in Sancti Martini Planicię solemniter celebrato, non sine magna prouisione nuper edidimus, vt superius continetur inuiolabiliter obseruentur, & cõtra violatores ipsorum vltionis debitæ non desit suppliciũ in singulis ciuitatibus, castris, ac locis partium prædictarum, tam per præfatos religiosos, q̃ per alios probos viros, quibus super hoc nostrę cõmis-
3 sionis literas curabimus destinare. † Et ad hoc etiã volumus deputari, ꝙ cauta & solers inquisitio fiat eisdẽ officialibus, vel personis, qui contra prętatas constitutiones in aliquo venerint. Et quicquid per easdẽ inquisitiones inuentũ fuerit, fideliter in scriptis reductum, sub ipsorũ sigillis ad nos volumus destinari, vt visis meritis & probatis inquisitionũ ipsarum, contra violatores constitutionum ipsarũ pœna debita procedamus, cum ipsi non solùm dominum patrem nostrũ, & nos per huiusmodi violationes offendant, mandata nostra temere contendendo, sed ẽt vtilitatis publicę commodum lędere moliãtur, illa q̃ pro eius obseruatione & augumentatione statuta sunt, quãtum in ipsis auferenda. Vt autem ea, quæ communi vtilitate sancita sunt, cõmuniter sciantur ab hominibus, & generaliter obseruentur de eisdem constitutionibus, singulis prę latis, baronibus, ac locorum vniuersitatibus sub sigillo pendenti Vicariæ, copiã fieri volumus & mandamus. Data in Campis in Planiciæ S. Martini, Anno Domini 1285. Die penultimo Martij 11. Indictionis.

ITEM statuimus. ¶ In tex. ibi (verum quia) hæc litera sumpta est ex auth. de non alien. §. quia verò Leonis ¶In tex. ibi (& parum prodesset.) Nota bonum text.

ADDITIO.

4 ITEM statuimus. † Nota contra violatores capitulorum regni & cõstitutionum. Et quòd seruentur capitula, de quo vide etiam infra c. 165. quod incipit, ad perpetuã rei memoriam, aliàs
5 incipit ingia. ¶In text. ibi (semper ad interdicta conantur accederę) pro hoc quia: † Natura humana prona est
6 ad malum, vt in authen. de mona. §. si verò, & infra c. seq. versi. effrenis &c. ¶† Et nota, quòd supradicta capitula fuerunt edita per Carolum Secundum tempore, quo erat Vicarius & Vicerex Regni viuo eius patre Carolo Primo, & fuerunt edita in Planicie San. Martini in prouincia Calabriæ, vt dicit Matth. de Affl. in constitu. honorem. col. 1. in 3. lib. Et postea fuerunt confirmata per dictum Regem Carolum Secundum, postquam fuit factus rex post mortem patris, vt patet infra c. 175. Ad perpetuam. aliàs incipit, ingia. & fuerunt cõfirmata Neapoli. Et capitula, quę sequuntur Caroli Secundi fuerunt dictata per And. de Iser. iuris ciuilis eximium professorem, ac tunc Magnæ Curiæ Regiæ magistrum rationalem. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

FINIS CAPITVLORVM editorum in Planicie Sancti Martini.

D. Ioan. Antõ. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia ordinat leges ad constringendas vitas hominum, & ad gubernationem populorum.*
2 *Natura multis nouitatibus vtitur.*
3 *Audacia humanæ conditionis est effrenis, & imitatrix viciorum.*
Natura labitur ad delicta, ibidem.
4 *Iustitiæ vigor contra scelera constitutiones exasperat.*
5 *Rex debet esse diligens ad remouendum grauamina.*
6 *Rex debet inuigilare pro commoditatibus populorum.*

CAPITVLA REGIS CAROli Secundi postquam fuit Rex.

CAROLVS SECVNDVS DEI GRAtia Rex Hyerusalem, Et Siciliæ Ducatus Apulię, & Principatus Capuæ & Forthqualerii. CAP. CXXXIX.

Ad perpetuam rei memoriam &c.

1 REGINA † Iustitia in vestitu deaurato circundata varietate, sic leges ad constringendas vitas hominum ordinat, sic ad gubernationem salubrem populorum edicta constituit: vt instituens programate diuulgatas, cum expedit, emendare non negligat, & dum vtilitati publicæ deseruitur variare pro tempore iustè sancita rite disposita non omit-
2 tat. † Multis vndiq; natura nouitatibus vtitur, cuius decurrens varietas in tam perpetuo motu consistit, vt nihil instabile, nihil immobile, quod mutatione non egeat, possit ad eius regimen promulgari, eo ꝙ particulares actus, qui sunt insigniti certis concludi sub regulis a primis inuentoribus nequiuerunt. Et si naturalis ratio ab imperfecto veniens ad perfectum pro communi bono per posteros adinuenta subtilius in nouam legis additio-
3 nem properat adiuuare. † Effrenis est quidem humanę conditionis audacia, imitatrix viciorum natura labitur ad delicta, cuius ineffrenata præsumptio sic omnem creaturam viciis implebat, vt disciplina necessaria prouidenti pro pace hominum, pro æquitate, iubeatur insurgere legislator lex ani
4 mata. † Vigor iustitiæ, qui contra scelleritates inductas constitutiones exasperet, continuis pœnarum malleis, dirisq; suppliciis insolentes affligebat, sed vbi intellectum vexatio tribuens subiectos ad frugem melioris vitę reducit, iuxta varietatẽ naturæ leges aptando pręambulæ sanctionis duriciẽ in lenitatem prouida deliberatione commutet, tẽperatis viciis prauæ concupiscentiæ relegantur, statutis edictalibus variatis frenetur seuitia, & sub crescente clementia humanitatis regiæ nouella q̃-
5 dam propago consurgat. † Nos itaque, qui pręditi regni nostri fidelium instantis, turbinis incursibus lacessiti, pręsuris quibuslibet præmimur, grauaminibus agrauamur. Ad remotionem oppressionum omnium, & onerum iniustorum diligenti cura & curiosa diligentia sensus nostros acuimus,

vias & modos adiuenire, ſolicitis ſtudiis, & ſtudioſis ſolicitudinibus inſudamus, quibus eiuſdem noſtri regni fideles de cuiuſcunque moleſtationis indebitę ſuper inductis abuſionibus liberentur, ſæuientibus officiorum præpoſitis, & profanantibus prouinciarum rectoribus adhibeatur freni tempe ries, qui in noſtri abſentia de iã dicto regno potiſſimum agrum dominicum ſpinis & tribulis laxata
6 licentia repleuerunt. † Idcirco pro nimia ſubditorũ dilectione, quos affectu paterno reputamus filios & nepotes, commodatibus inuigilamus populorum, dũ pro ipſorum quiete labores voluntarios appetentes accuratè quæſiuimus, ꝙ in præſentiarũ occurrit ad eorundem ſtatum pacificum reparandum, aut de nouo etiam inducẽdum, illa ergo, quæ pro temporum & cauſarum varietate iuri communi conſtitutionibus & conſuetudinibus memorati regni addenda, corrigenda, ſupplenda, detrahenda, & declaranda ob communẽ vtilitatem prouidimus, & prelatorum, comitum, baronum, & ſapientum conſilio habito, in pręſenti nouas noſtri nominis ſanctiones redigi fecimus, quas multiplici prælatorum ipſorum, comitũ, baronum, & ſapientum diſcuſſione præhabita noſtræ ſerenitatis auctoritate firmatas ab omnibus eiuſdem regni noſtri fidelibus tam in iudicio, quàm extra iudicium præcipimus inuiolabiliter obſeruari.

SVMMARIVM.

1 *Princeps contra ſceleratos pollicetur pœnarum exaſperationem.*
Princeps ſubditis fidelibus an polliceatur pacem, clementiam, & manſuetudinem, ibidem.
2 *Imperator ſuos hoſtes & barbaros iure proſequitur.*
Imperator contra hoſtes & barbaros an iuſtitiæ terminos excedere debeat, ibidem.
3 *Rebelles an peccent, eo quòd contra Dominum bella exercent.*
4 *Hæretici an poſſint præſcribere contra confiſcationem bonorum.*
5 *Deportatus an præſcribat.*
6 *Præſcriptio an interrumpatur per exilium.*

AD perpetuã. Nota verba aurea huius prologi. ¶ In text. ibi (quæ contra ſcęleratos)
1 patet ex hoc, † quòd Princeps contra ſcęleratos pollicetur pęnarum exaſperationem, ſed ſuis ſubditis & fidelibus pollicetur pacem, clementiam & manſuetudinem, diſpenſationem, fauorem, & gratias, vt patet in extrauag. de pace Conſtan. in
2 prin. ibi, eam. n. ſemper ſubditis ſuis. † Pone ergo, Imperator ſuos hoſtes barbaros iure perſequitur, quos conuenit potius ſeuerè puniri, patet in extrauag. ad repri. cum ſeq. An per hoc iuſtitiæ terminos excedet, dic ꝙ non: vt 10. colla. tit. hic fini. lex 100. domino guerram. Ideo ſubtili ingenio eſt ab eis pecunia velut a barbaris extorquenda, vt egeſtate laborent, vt ff. depoſi. l. bona fides, nimirum ergo ſi contra rebelles ferocitas principum & hominũ exercetur, vt dixi ſupra c. nuper ad vindictam, num. 13. in rub. de
3 pœna & vindi. prodi. † Quia peccant, eo ꝙ contra dominũ eorum bella exercent. C. de commer. & merca. l. 2. C. loca.
4 l. fi. 8. diſt. quo iure. † præſertim ſi Papa cõtra hęreticos procederet, ꝙ non poſſunt præſcribere contra cõfiſcationem bonorum, vt no. in c. 1. de præſcri. in 6. in nouel. & expreſſum eſt. C. de apoſt. l. apoſtatarum, oportet enim hoſtes fidei exterminari non protegi, vt C. de ſum. Trini. l. nullos
5 hæreticos † ſicut etiam deportatus nullo tempore pręſcribit: quia a iure ciuili eſt penitus alienus. ff. de leg. 3. l. 1. §. hi quibus. quia deportatus pro mortuo habetur. l. 1. ff. de bon. po. contra tab. no. in l. 1. ff. de hære. inſti. & ff. de libe. &
6 poſth. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. † Et forte ciuiliter poſſidere non poteſt, & ſic tali exilio incepta vſucapio interrumpitur, quę ſunt notatu digna. ¶ In tex. ibi (filios & nepotes) facit tex. no. in l. imperialis. in prin. C. de nupt. cũ concor. allegatis in titu. de pace Conſtantiæ in princip. Sebaſtianus de Neapoli.

ADDITIO.

AD perpetuam. Circa quæſtionem poſitam hic per Sebaſt. quòd deportatus nullo tempore præſcribit: quia pro mortuo habetur, idem tenet Bal. in titu. de pace Conſtan. §. imperialis. verſi. eam ſemper, & Alex. in addit. ad Bart. in l. amisſione. de capi. dimi. quia deportatus mortuo æquiparatur. Bal. in rep. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. Et deportatus nõ poteſt hæres inſtitui, vel legatum capere. Spe. de inſtru. edi. §. 2. verſ. ſunt autem, & in l. 1. & ibi Bar. Bald. & doct. C. de hære. inſtit. Et deportato totus orbis interdictus cenſetur, excepta inſula. Bal. in l. 1. col. 6. C. de hære. inſti. quia deportatus vbiq; eſt deportatus, vt ibi per eum, & in d. l. ponit latè materiam bannitorum, vide ibi. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Carcerari an debeat accuſatus, vel inquiſitus de crimine, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abſciſio, ſi de delicto conſtat, vel conſtare incipiat etiam ante publicationem. 50. 55.*
2 *Carcerari an quis debeat & cuſtodiri iuxta qualitatem & conditionem perſonæ.*
3 *Carceratus an debeat in ſuis defenſionibus audiri.*
4 *Carceratus, ſi facta publicatione, conſtat de innocentia, an liberetur fideiuſſoribus non expectata ſententia.*
5 *Fideiuſſores ſi dare non poterit accuſatus, an carceretur.*
Fideiuſſores an ſint dandi iuxta qualitatem delicti, & conditionem perſonæ, ibidem.
6 *Inquiſitio ſi non fuerit legitimè facta, an proceſſus ſit nullus.*
7 *Inquiſitio an ſolùm fiat in maximis criminibus publicis, quæ mortem naturalem, vel ciuilem, vel membri inciſionem inducunt.*
8 *Inquiſitio an ſit facienda in minoribus criminibus.*
9 *Inquiri an poſſit ex officio, quando fit inſultus cum lapide, vel fuſtibus.*
Armorum appellatione an veniant fuſtes et lapides, ibid.
10 *Violentia publica vel priuata qualiter puniatur.*
11 *Deportatio vel relegatio an dicatur mors ciuilis. 47.*
12 *Inquiſitio fieri an poſſit pro percuſſio cum lapide, ſine inſultu.*
13 *Inquiri an poſſit ex officio accuſatore ceſſante quando committitur violentia publica, vel priuata.*
14 *Blaſphemans Deum qualiter puniatur, & an poteſt contra eum ex officio procedi. 59.*
15 *Inquiri an poſſit, vbi habet ſpeciale mandatum ad inquirendum.*
16 *Carcerari an poſſit pro crimine, pro quo imponitur pœna pecuniaria.*
17 *Accuſatus pro crimine, cuius pœna eſt relegatio vel infra, an teneatur dare fideiuſſores.*

DE INQVISITIONIBVS. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CXL.

1 AB illo incohādum fore primitus prouidentes, ꝙ in eodem regno multorū malorū semina producebant. † Ideoq; præsenti edictali constitutione in perpetuum valitura decernimus, vt cum specialiter in præmissis casibus contra speciale personam legitimè fuerit inquisitum de crimine, cuius pœna mortem naturalem, vel ciuilem, vel membri abscisionem inducit, aut de huiusmodi crimine accusatione ordinaria proposita contra quemquam vbi de commisso inquisitori vel cognitori plenè cōstiterit, statim notatum vel accusatum capiat de perso-
2 na. † Custodiendum secundùm qualitatem & conditionem ipsius, non expectata publicatione inquisitionis aut testium accusatoris, aut probatione defensionum notati, ad quas probandas sibi forsitan
3 terminus dandus erat. † Sed in vinculis positus
4 plenè in suis defensionibus audiatur. ¶ † Et si publicatis attestationibus de sua innocentia liqueat, non expectata prolatione sententiæ datis fideiussoribus
5 competentibus liberetur. ¶ † Sed si fideiussores dare nequiuerint, quos iuxta qualitatem delicti & conditionem personæ requiri volumus a delato, secundùm diffinitionem veteris iuris etiam ante
6 diffinitionem testium carceri deputetur. ¶ † Minus verò legitimè inquisito, vtpote si ad inquisitionem reus vocatus non extitit, aut eo, de quo inquiritur, ipsi reo per inquirentem minimè patefacto, vel aliter sic enormiter aggrauato, vt propterea inquisitio nulla reddatur, ex inquisitione sit nulla contra notatum processum aliquem volumus non haberi.

7 AB illo inchoandum. † Nota, quòd inquisitio non fit nisi in maximis criminibus, scilicet publicis, & his, quam mortem ciuilem, vel naturalem, aut membri incisionem inducunt, vt in isto capitu. declaratur.
8 ¶ † Pro minoribus criminibus non est inquisitio facienda, vt extra de accusatio. capitu. inquisitionis. & notat Roffr. in libellis suis, quæ sint necessaria ad hoc vt ad inquisitionem procedatur. §. item & de talibus. ¶ † Sed
9 quid si fiat insultus cum lapide, vel fustibus, nunquid possit ex officio inquiri, videtur quòd sic; quia violentia committitur publica, cum appellatione armorum fustes & lapides continentur. ff. de verborum significatio. l. armorum, & ff. de vi & vi armata. l. idem. §. armis. ¶ † Et
10 pro violentia publica vel priuata imponitur deportatio vel relegatio, vt instit. de publ. iudic. §. item lex cum simi. planum est, † quòd deportatio, vel relegatio est mors ciuilis, vt instit. quibus mod. ius patr. pote. solu. §. cum au-
11 tem, ergo est forma istius capitu. potest inquiri ex officio.
12 ¶ † Sed quid si cum lapide percussit, & non insiluit. Respondeo, non inquiritur tunc, sed accusabitur iniuriarum.
13 ff. de iniur. l. prætor. §. atrocem. cum l. sequen. † Tunc enim potest inquiri ex officio accusatore cessante, quando committitur violentia publica, vel priuata per ea, quæ no-
14 ta. Insti. de iniur. §. primo. ¶ † Sed per constitu. imperialem blasphemantes Deum linguæ mutilatione puniuntur, an possit eo casu procedi ex officio per istud capit. dic quòd sic, per l. septimam, quæ incipit, si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. & nota. ff. de ędil. edi. l. si cui lingua, in præmisso casu sicut in crimine læsæ Maiestatis
15 proceditur. ¶ † Vbi habet speciale mandatum ad inquisitionem faciendam secundùm quòd ponitur in constitut. eodem titu. §. hi de specialibus. Immo & in aliis casibus, in quibus ex officio potest procedi, vt in cap. ne tuorum. infra nume. 237. ¶ In text. ibi (fuerit inquisitum de cri-
16 mine.) † Nota, quòd constito de crimine, in quo imponitur pœna pecuniaria, seu in bonis accusatus non potest incarcerari, quamuis contrarium posset dici de iure communi, per l. si quis in eum. C. de custodium reorum. & per id, quod notatur. ff. eodem. l. prima.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

17 ¶†An autem in his criminibus, quæ ingerunt pœnam relegationis & infra semper accusatus habeat dare fideiussores, nihil hoc iure nouo statuitur, & propterea stãdum est
18 præallegatæ.l. 1. ¶Item nota, quòd dicitur constare ante conclusionem, contrarium notatur in ca. significauerunt. ext. de testi. sed potest responderi, ꝙ dicitur constare quantum ad istum actum tantum, vt possit accusatus incarcerari, non autem vt possit pronunciari, vt ibi. ¶In text. ibi da-
19 tis fideiussoribus liberetur &c.†Pone, condemnatus de aliquo istorum criminum appellauit, vult dare fideiussores, an audiatur, dic quòd sic. C. de app.l. eos.§. super his & l.
20 minimè.in fi.†Quid dicitur de eo, qui fideiussit, qui præsentauit eum in curia, positus est in carcere, si postmodũ aufugiat, an teneatur fideiussor. Dic ꝙ nõ tenetur amplius pro eo, ad quod facit. l. postquam.ff. vt leg. no. caue.& de præto.stip.l. Valerianus.& l. fideicommissum.§.siquis. Bar-
21 tho. de Capua.¶In tex. ibi (præmissis casibus.)†Quæritur, qui sunt isti casus a iure permissi? Respondeo, crimen lęsę maiestatis. Item cum specialiter mandatur a principe, vt in consti. hi qui per inquisitionem, & quod ibi per And. notatur. Item in bonis vacãtibus.l. si vacantia. ibi, præses prouinciæ. C. de bo. vacan. lib. 10. Item si crimen fuerit fragãs. Item contra famosos latrones. Item contra fures, qui nulla possunt tergiuersatione celari. Item contra publicorum itinerum aggressores. Item contra receptantes publicos homicidas. Item cõtra fugitiuos per nemora & latitantes alias occasione criminum patratorum, vt in constit. regni, iusticiarii non per Calendas. Et hoc si delatores, vel accusatores defuerint, tunc ex officio proceditur contra eos, vt in eadem consti. dicitur, & facit ad hoc. C. de custo. reo. l. 1. in prin. vbi dicit, siue accusator existat, siue eum publicæ solicitudinis cura produxerit. Item fit inquisitio specialis, vbicunq; quis sine accusatore punitur, vt his legibus continet.ff. ad leg. Iul. de adul.l. 1.§. si publico, & quod ibi. D. Bart. not. vbi maritus punitur de lenocinio vxoris sine accusatore, si repertus fuerit eam tenuisse, postquam eã de-
22 prehẽderit in adulterio, de quo eam accusauit.†Itẽ de iniuria illata clericis in occulto, vel eorũ ministris, vt C. de epis.& cler.l. si quis in hoc genus. concordat infra c. de iniuriis offensis, nu. 149. Item in crimine suspecti tutoris. ff.
23 de suspe. tuto.l. tutor quoq;.§. cætera. † Item contra illum, qui populum subleuauit in turba, vt in auth. de mand. princip. in prin. coll. 3. Item in carta falsa. C. de proba.l. pen. Itẽ contra testem vacillantem. C. de testi.l. nullum. Item contra calumniantem. C. de calumnia.l. 1.& ff. de bon. lib.l. qui cum maior.§. libertus. Itẽ in notorio crimine, vt l. ea qui-
24 dem. C. de accusat.¶†Item in casu desistentiæ, vt l. 2. C. de aboli.& omnino vide notata per Ange. in fi. Et ibi in fi. di-
25 cit idem Ang. † quòd facta pace per accusatorẽ, an iudex possit accusatum punire; quia aut de crimine non licet transigere, vel pacisci, aut sic, & tunc aut pax fit crimine liquidato, aut non, dic vt ibi per eum, & adde circa hoc c. spectat ad consultationem, inf. nu. 120. in capitulis Regis Roberti. Item extenditur per quasdam regias litteras positas alibi Caroli secundi ad personam ecclesiasticam, pupillum, viduam, & aliam miserabilem personam, vt infra ca.
26 c. de iniuriis, num. 149.† Item quando desistit accusator in criminibus, quæ pœnam sanguinis ingerunt, & incipit dicta littera, dudum, non est impressa; quia c. dudum. infra
27 nu. 225. non facit. † Et quando quis sine accusatore punitur, notatur. C. de adul.l. 1.§. si publico. in gl. hoc generale est, & 2. q. 1. c. de manifesta. in gl. nota ꝙ nemo. Item in casu infra c. constitutionem, nu. 143. ꝙ ex confessione trium latronum contra nominatos in cõfessione, vt ibi notatur. Item in causa violentiæ præcedente denunciatore, vt sup. in capitulis Regis Caroli primi. c. subditorum. 6. in titu. de violentiis. Item contra castellanos indebitè iurisdictionẽ exercentes, vt habes sup. c. castellanos Caroli primi, num. 20. Item in maleficiis clandestinis, vt sup. ca. clandestinis. Caroli primi, nu. 26. de clande. malefi. Item de falsis ponderibus, & mensuris, vt supra eiusdem Caroli c. Item pręSdicti secreti, nu. 65. Item contra venantes in forestis defensis, vt supra in capitulis eiusdem Caroli. c. magistri forestarum, num. 84. Et isti sunt casus speciales tam de iure communi quàm consti. regni & capitulorum, in quibus proce-
28 ditur per inquisitionem.† Secunda autem regula negatiua, valet, ꝙ de crimine inquiri non potest pro eo: quia regulariter nullus potest sine accusatore puniri, vt ff. de mune.& hono.l. rescripto.§. siquis accusatorem, & C. qui accus. non pos.l. 4.& l. 1.§. qui quæstionem. ff. de quæst. iuxta illud, mulier nemo te accusat, & ego te nõ condemno, vt
29 no. glo. in d.§. siquis accusaturus.† Iuxta materiam quæro, an in casu inquisitionis, vel denunciationis, vbi proceditur criminaliter, possit procurator interuenire. D. Inn. in c. in nostra. ext. de procu. videtur tenere ꝙ sic in gl. destinandis, idem tenet in c. cum in iuuentute, ext. de præsump. sed in c. ex parte. de testi. in gl. tacito, & glo. seq. videtur sentire
30 contrarium, vbi vide. ¶†An autem causa inquisitionis generalis, vel specialis possit committi. Dic ꝙ non, vt in capitulis Regis Caroli primi. c. Item ꝙ prędicti, supra num. 16. in rubr. quòd nihil recipiatur pro compo. generali. inquisi.
31 ¶†Quęro, an in casibus, in quibus licita est inquisitio, possit officialis inquirere offenso irrequisito. Dic ꝙ non secũdùm Ang. in repe.l. si vacantia. C. de bon. vac. aliàs in repe. l. nemo carcerem C. de exa. tribu. lib. 10. post prin. ibi, præsente fisci patrono, ad quam repetitionem recurre de materia & forma inquisitionum per multas quæstiones & casus speciales ibi, venio ad secundum articulum &c. Et intellige, ꝙ in prædictis casibus ex mero officio proceditur, vbi nullus accusator, vel denunciator apparet, inf. c. de iniuriis & offensis. nu. 149.& in c. pridem per diuersas vices, infra nu. 218. quod c. quidam habent inter capitula Regis Roberti, Sed per formam litteræ vt delatas, inf. num. 235. quæ fuit eiusdem Regis Roberti, specialiter edicitur, quòd etiam in prædictis casibus, vbi non est denunciator, vel accusator, non procedatur ex officio, sed subsequenter factum extitit per eũdem Regem Robertum in fine sui obitus editum, quod incipit, quidam enim noscentes principum &c. non reperitur impressum, quo idem Rex statuit, ꝙ singuli officiales habẽtes merum & mixtum imperium possint procedere ex officio in quibuscunq; criminibus; quod nota notabiliter. Sebastianus de Neapoli.¶In text. ibi
32 (plenè constiterit.)†Sed quando dicitur plenè constare, vide Bal. in l. stipulatio.§. habet. ff. de dam. infe.& respondeo, quod est postquam renunciatum, & conclusum est in causa, nam ante renunciationem possunt partes adhuc producere testes super nouo articulo & instrumenta, vt no. Ber. & Inn. extra de testi. c. significauerũt, & de cau. pos.& proprie. c. pastoralis, & per Archi. de in integ. resti. c. vlti. lib. 6. Sed certè dictum Inn. procedit, quando concluditur in tota causa, sed quò ad dubium de testibus producendis concluditur per apertura testium, vel per didicita testificata, vt in auth. de test.§. quia verò, ita tenet. D. Bald. in allegato. c. pastoralis. post Inno.& ita intelligitur hic, cum expressè dicitur non expectata publicatione &c. Fit enim cõclusio, cum renunciatur actitandis, vt not. Io. Andr. in c. vlti. de in integ. restit. in 6. facit. C. de iudi. aut. iubemus.& quod not.
33 And. de Iser. in consti. obscuritatem. † Et in criminali non consueuit concludi: quia renunciatio non valet. ff. de pac.
34 l. pactum inter heredem.†Sed pone, ꝙ non constat plenè sed semiplenè, ita ꝙ ex meritis probatorum posset ad tormenta procedi, an ponatur in carcere. Puto ꝙ non, vt hic ibi, plenè constiterit &c. in contrariũ facit obseruantia Magnæ curiæ Vicariæ, in qua seruatur, ꝙ statim, ꝙ incipit contra aliquem constare de delicto, carceratur non obstante, ꝙ a principio fideiussores dederit, vt est ritus Magnę Curię Vicarię, qui incipit, itẽ si accusatur, nu. 162. in ordine meo, sub rub. detinetur inquisitus &c. quã practicam & obseruantiã approbat And. de Iser. in cõsti. reg. clementiæ. circa prin. in ti. de ord. ban. li. 2.& in cõsti. humanitate, post prin. i ti. de his q fideiu. da. pos. ne incar. eo. li. ita & seruabamus in magna curia Trinacię, i. Sicilię, vbi viget vera practica iuris,

ris,pro qua facit optimè tex. iŭcta gl.in l.ſi quis in ea culpa
C.de cuſto,reo,vt plenè ſcripſi.C. de dig. l. quoties lib. 12.
35 † In quibus autem caſibus ſit locus carcerationi , vide in
d.conſti.humanitate,notat Bald.in l.ſi quis poſt.ff.de teſta,
per Bar.in l.2.ff.de cuſto,reo.per Bal.in l.nemo,in fin.C.de
36 epi.audi.† Sed pone accuſatus publicatis atteſtationibus pe
tit ſibi dari terminum ad repulſam teſtium contra ſe produ
ctorum an ex hoc ſit ponendus in carcere? Hæc quæſtio
fuit de facto , & dicebat quidam inſignis aduocatus quòd
ſic, nam cum probatio dicatur quaſi proba actio, ar. nota.
in rub.C.de proba.& appellatione probationis intelligitur
de plena,nota.eo.titu.in rub.extra de electio.c.1.lib.6.reus
petens repulſam eo ipſo fateri videtur, contra ſe fore pro-
batum plenè,vel ſaltem ſemiplenè,quòd ex eo poſſit con-
tra ſe ad tormenta procedi,vt ſic arguamus ex effectu vo-
cabuli dicẽtis,reprobatio,ideſt retractatio,vel irritatio ple-
næ,aut ſemiplenæ probationis. Contrarium obtinui ex eo,
quòd quis non eſt ponendus in carcere, niſi qui pena cor-
porali damnandus eſt,vt patet hic , & C. de cuſto. reo. l.ſi
quis in ea culpa,& ff.eo.l.ſi confeſſus, vel quæſtionibus ex
ponendus,vt ff.depo.l.ſi hominem,at licet quis teſtes con-
tra ſe productos aſſerat reprobare,non ex hoc ſequitur,ꝙ
contra eum plene , vel ſemiplenè probatum ſit, ita quòd
37 poſſit aut damnari aut tormentis exponi . † Sed iudex, qui
habet cuncta rimari,& rerum ordine plena inquiſitione di
ſcutere.10.q.5.c.iudicantem,& defectum partium , aduo-
catorumque ſupplere,vt l. 1.C. vt quæ deſunt aduo. meri-
ta probatorum debet attendere diligenter,vtrum poſſit cõ
demnari,aut quæſtionibus exponi, & ex eis procedi ad ac-
38 cuſatum in carcere detinendum.† Pone enim,quòd accu-
ſatus,vel eius aduocatus ex ignorantia iuris crederet con-
tra ſe conſtare plenè,cum forte ſimiplenè cõſtaret,aut cre
deret probata indicia ſufficientia ad tormenta,cum non eſ
ſent,dicemus ne iudicem,qui contrarium nouit,quòd ſola
ipſa credulitate deberet in carcere ponere accuſatum,cer-
tè non,cum non per falſas opiniones reorum,aut aduoca-
torum ſed ex meritis ſufficientium probatorum ad hoc iu-
39 dex procedere teneatur. † Pone etiam , quòd reus videns
probata eſſe indicia contra ſe , quæ reuera ſunt leuiſſima;
quia tamen ipſa indicia omnia non inueniuntur lege diffi-
nita, reliquuntur arbitrio iudicãtis.ff.de iure delib.l.1.in fi.
extra de offi.deleg.c.de cauſis,& notat Bartol.in l.repeti.ff.
de quæſtio.reus vult teſtes illa probantes reprobare,ne iu-
dex ex eis licet leuiſſimis motus eum tormentis exponat,
dicemus,quòd ex hoc ſolo,quòd ſe aſtrinxerit, ſeu aſſerit
velle teſtes contra ſe productos reprobare , fore ipſum in
40 carcerem detrudendum,abſit.¶ † Item pone, quòd con-
ſtet contra eum, ipſum eſſe de crimine diffamatum , aut
aliàs hominem malæ famæ vult teſtes hoc probantes re-
probare, ne remaneat infamatus,aut ne ipſa acta vigeant,
licet non vera, ideſt non veritatem contineant, ne produ-
cantur iterũ contra eũ,dicemus ne ex hoc ipſum in vincu
lis cauſam dicere,& certè hoc rigidum,& magis iniquum,
quàm iuſtum eſſe videtur , igitur cum ſufficiat inſtantiam
dare.1.q.1.ſicut vrgeri,& rationem, ſeu reſponſionem,quæ
vera videtur , ad inconuenientiam abſurditatemue pro-
duci vt.ff.de ſer.leg.l.1.ff.ſolu.matrim.l.diuortio, verſi.alio
quin,de impenſ.in reb.do.fa. l. 1. poſt. prin.ad leg.aquil.l.
ita vulneratus , quòd ſit hoc pro veriori & tutiori tenen-
dum:quia in hoc minus habet captionis,vt.l.ſemper in du
biis.ff.de reg.iur.& l.quoties,nam ſi arguamus a ſufficien-
ti partium enumeratione,cum regulariter nemo in carce-
rem ſit ponendus,niſi in caſibus.l.diffinitis,hoc autem nul
la inuenitur lege diffinitum, quòd volens teſtes reprobare
in carcere ſit ponendus,ergo &c.ff.de actio.& oblig.l.obli
gationum ferè.§.placet,hoc ipſum neceſſariò concludatur
pro hoc ſing.facit tex.in l.nullus.ibi,reperit.C.de exhi.reis.
per quem dicit Iaco. Butri. quòd reus carceratus non eſt
vſque ad ſententiam in carcere detinẽdus, ſed ſtatim quòd
reperit eum inculpabilem, poteſt eum relaxare . Lucas de
Penna.¶ In tex.ibi(& conditionem ipſius &c.) facit. ff.de
41 in ius vocan.l.1, & ibi notatur. † illa enim fideiuſſio a reo
eſt per iudicem petenda,quam ipſi reo dare eſt poſſibile,vt
hic,& C.de epi.audi.l.de creationibus.§.fi.¶ In tex.ibi (nõ
42 expectata prolatione ſententiæ)patet † quòd facta publica
tione in cauſa ſi liqueat de innocentia accuſati, accuſatus
debet ad fideiuſſoriam cautionem liberari, pro hoc facit,
quod notat Iaco.Butri.in l.2.C.de cuſto.reo.Bald.in d.l. ſi-
quis poſt.ff.de teſta.vbi expreſsè tenet, quòd poſtquam de
innocentia liquet accuſati,iudex poteſt eum liberare,ritus
tamen Magnæ curiæ ſeruat oppoſitum:quoniam quantum
cunque liqueat de innocentia accuſati,eum non liberat,ni
ſi facta concluſione in cauſa,vt patet in ritu dictæ curiæ,
qui incipit.Item quòd ſi procedatur.nume. 147. in ordine
meo,ſub rub.quòd incarceratus propter crimẽ &c. In tex.
ibi(fideiuſſoribus competentibus &c.) per hunc tex. vide-
43 tur,† quòd fideiuſſores dati a reo de ſtando iuri & iuſtitia
facienda videntur ab ipſa fideiusſione liberati, poſtquam,
ponitur reus in carcerem : quia datis nouis fideiuſſoribus
eſt a carcere liberandus,ſi ſuas exceptiones probauit,de iu
re communi videtur contrarium,quo cauetur,quòd fide-
iuſſores tenentur præſentare reum vſque ad ſententiam.ff.
de fideiuſſo.l.grecè.§.3.& l.3.de cuſto.reo. circa quod co-
44 gita.¶ † Et attende , quòd publicatis atteſtationibus poteſt
inquiſitor nouos teſtes reperire, hoc verum in iudice, qui
ꝓcederet ex officio : qa in eo nulla timetur ſubornatio,cũ
ſibi teſtes ſemper ſint apti,& præſumptio officii ſemper ex
cludit præſumptionem doli,ar.l.ſi multæ.ff. de pub. notat
Inno.in c. cum clamor. extra de teſti. Secus ſi proceditur
ad denunciationem alicuius,vt plenè notat Spe.in titu. de
inquiſi.§.nunc tractemus.verſi.ſed nunquid publicatis at-
teſtationibus,vbi vide per eum, reus verò non poterit pro
ducere,niſi iudex producat,ar.C.de in integ. reſti.l. peten-
dæ. D.Bal.poſt Inn.in d.c.cum clamor.dicit ſecundum In-
no.prædicta fore vera,etiam ſi inquiſitio habeat promoto-
rem;quia promotor non dicitur accuſare,nec habet ius in
proceſſu inquiſitionis ſecundùm Inno. quod eſt nota . di-
gnum ſecundùm eum,idem quod Inno.tenet Bart.in l. 1.
45 §.ſi publico.ff.de adul.plus ibi ſubdens. † quòd in qualibet
cauſa criminali iudex ex officio etiam poſt aperturam te-
ſtium poteſt teſtes recipere tam ad defenſam,quàm ad of-
fenſam,vt l.1.in fi.& §.ſi quis vltro. ff. de quæſti. & ibi etiã
46 tangit,& notat in d.§.ſi publico.ibi, vlterius quæro &c.† Et
poteſt iudex ex officio etiam poteſt concluſionem vſque
ad finẽ proceſſus teſtes repetere;quia debet cuncta rima-
ri.30.q.5.iudicantem,maximè ne remaneant maleficia im
punita,quod eſſe non debet. C. de pœn. l. ſancimus. l. ita
vulneratus.ff.ad leg.aquil.quæ omnia bene nota, Sebaſtia-
nus de Neapolii.

ADDITIO.

AB illo incohandum,in quantum Bartho. de Ca-
47 pua hic tenet,† ꝙ vbi venit imponẽda pęna rele-
gationis,põt ex officio procedi:quia relegatio eſt
mors ciuilis. Adde ꝙ iſtud de iure non procedit
quò ad pœnã relegationis:quia relegatus non dr̃ mortuus
ciuiliter:quia non amittit libertatẽ,ſed ſolùm ciuitatẽ,ſed
deportatus amittit libertatem & ciuitatem . Item deporta-
tio fit in perpetuum,relegatio ad tẽpus , vel in perpetuum
l.relegari.ff.de interd.& releg.Cald.conſi.2. incipiente , an
ſi Abbas,colum.2.in rub.de procu.& Bartol.in l. relegato-
rum in prin.ff.de interd.& releg.vbi ponit differentiam in-
ter deportationem & relegationem.Ad prædicta eſt glo.no
tabilis in §.cum autem.in verbo relegati, inſti. quib. mod.
ius pat pot.ſol.ſic ergo relegatus non dicitur ciuiliter mor-
tuus, & conſequenter vbi imponitur pœna relegationis ,
non dicitur mors ciuilis, & ideo ex officio procedi non po
teſt,vt in c.regni,vt delatas,infra nu. 235.& quæ ibi dicam
cum.c.ſequen.¶ Quis autem poſſit deportare , & quis re-
legare,vide glo.& doct.in d.§.cum autem. in verbo depor
tatur.Inſti.quib.mo.ius pat.po.ſol.Bartol.in l.relegatorum
in prin.ff.de interdi.& releg.Iaco.de Are.in l.ex facto. ff.ad
treb.&

treb.& Bal.in l.ſiquis §.eius.ff.de iniu. teſt.& Cæp.cõſi.17.
viſa commiſsione,nume.32.¶ Et quid ſi præſes non habet
inſulam in ſua iuriſdictione,an poſſit relegare, vide Barr.
in d.l.relegatorum.§.eſt quoddam genus.ff.de interd.& re
leg.Abb.in c.poſtulaſti.col.3.extra de foro compe.& ibi Fe
ly.colum.2.Bald.in l.executionem.colum.8. verſic. modò
ergo.C.de execu.rei iud.dicit tamen ibi Bald.quòd de con
ſuetudine etiam extra loca propria poteſt fieri relegatio,&
ſequitur Matth.de Affli. in conſti.regni patarenorum . nu.
38.& vide Alex. in addi.ad Bartol. in d. l. relegatorum. in
prin . Et an ſententia ſit nulla, ſi præſes relegauit, quando
non habet inſulam,vide glo.in d.§.cum autem.& Bald.in
d.l.executorem. ADDITIO noua. Quis autem poſ-
ſit deportare,& quis relegare,vide glo.in d.§. cum autem.
quæ dicit,quòd ſententia deportationis vt valeat, non po-
teſt dari niſi a quatuor iudicibus. ſ. ab Imperatore , vel ab
eo,qui eius vice iudicat,vt a præfecto prætorio,& pręfecto
vrbis,& a ſenatoribus. Et ſi alius iudex talem ſententiam ,
ſeu locum aſſignet,non valet,niſi princeps approbet eam,
& inſulam,ſeu locum aſſignet,vt dicit glo.præallegata , &
Bald.in l.executorem.colum.8.C.de exe.rei.iud. ſed relega
re poteſt quilibet, qui habet merum imperium , vt ibi per
glo.Et Bartol.in d l. relegatorum.in prin. poſt multa con-
cludit,quòd præſes prouinciæ non poteſt deportare,ſi non
habet inſulam.Et Iaco.de Are.in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad
treb.tenet etiam, quòd ſententia deportationis non poteſt
dari a præſide.l.illicitas.§.qui vniuerſas,& ibi Bald.ff. de of
fi.præſi.& Ang.Are.in d.§.cum autem.col.2.qui tenet quòd
etiam ſi præſes habet inſulam, non poteſt relegare. Adde
etiam,quòd ſi præſes non habet inſulam in ſua iuriſdictio-
ne,non poteſt relegare,vt tenet Bartol.per illum tex.in d.l.
relegatorum.§.eſt quoddam genus ff. de interd.& releg. &
Abb. in cap.poſtulaſti,colum.3.extra de foro compe.& ibi
Fely.colum. 2. cum ſequen.& tenet Bald.in l.executorem.
columna 8. verſi.modo ego.C.de exe. rei iud. dicit tamen
ibi Bald. ꝙ de conſuetudine etiam extra loca propria po-
teſt fieri relegatio,& ſequitur Matth.de Afflict.in conſti.pa
tarenorum numero 38.& refert Alexan.in addi. ad Bartol.
in d. §.eſt quoddam,& Cæpo.conſi.17.num.3.Et dicit Bal.
in d.l.executorem.col.8.quòd ſententia relegationis,quan-
do non habet inſulam,reſoluitur,ideſt extra patriam, vt te-
net etiam Fely.in d.c.poſtulaſti.colum.2.Item intellige, ni
ſi princeps approbauerit,& inſulam dederit,vt dicit glo.in
d.§.cum autem.Inſti.quib.mo.ius pat.po. ſol. Ad prædicta
etiam vide And.de Iſer.in titu.quæ ſint rega. in verbo,con-
trahentium inceſtas nuptias,vbi dicit,quòd iudex,qui non
poteſt deportare , cognoſcit de deportatione, & reſcribit
principi,vt aſſignet inſulam.Et ad prædicta,quæ dicta ſunt
de deportatione,vide Cor.conſi.55.colum.2.ſecundo vol.
¶ An autem eccleſia habeat pœnam exilii,vide Abb.in ca.
ſi quis presbiter.de cle.exco.mini.colum 1.in fin. verſi.vlti
mo,vbi tenet, quòd eccleſia habet pœnam exilii. Et quan-
do epiſcopus de facto non poteſt imponere, recurrit ad iu
dicem ſecularem,vt ibi per eum.¶ Iuxta prædicta quęritur
an relegatio infamet,vide latè Azo.in ſum.C. de his qui in
exilium dati vel ordi.mo.libro.10.vbi diſtinguit,aut eſt re-
legatus ex crimine,quod irrogat infamiam ,& efficitur in-
famis,aut non,& ſecus,vt ibi latè per eum.& vide, quæ di-
cit Bartol.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui nota.
infa.¶ Circa quæſtionem ſupra tactam per Bartol. de Ca
48 pua.†An pro percuſſione facta cum lapide poſſit ex officio
procedi,& concludit quòd non,vt hic pro eum . Adde , ꝙ
idem eſt pro percuſſione facta cum baſtono, quia non pu-
nitur pœna manus,ſed alia pœna extraordinaria , vt tenet
And.de Iſer.in conſti.regni,ſiquis aliquem , in prin.& ibi
Matth.de Affli. ADDITIO noua. Aduerte tamē quia
eſt quidam Ritus Magnæ curiæ Vicaræ, qui incipit . Item
ſeruat ipſa curia quando.nume.237.in ordine meo ſub ru-
brica,in quibus denuntiationibus proceditur, vbi dicitur,
quòd pro percuſſione facta cum aliquo inſtrumento noci-
uo,vt eſt cum planella pedis,corrigia aluta , ideſt pelle, &
ſimilibus,non proceditur ex officio,nec ad denunciam,ſed
debet porrigi libellus,ſed ſi cum baſtono , vel ſimili, tunc
proceditur iuxta capitulum regni , & ſic uidetur velle , ꝙ
pro percuſſione facta cum baſtono poteſt procedi ex offi-
cio,vel ad denunciam,ſed dici poteſt,quòd ille ritus eſt de
ritibus antiquis:quia eſt poſt rubricam,quæ incipit,incipi-
unt ritus & obſeruantiæ antiquitus obſeruatæ , & de facto
ille ritus non ſeruatur, & omnes ritus antiqui ſunt caſſati
& irritati per Reginam Ioannam Secundam , vt patet in
prin.rituum ibi,Ioanna Secunda , in fine . Et in ſpecie ho
die eſt alius ritus Reginæ Ioannæ, nu.103. in ordine meo,
& incipit,item pro copiis proceſſuum,verſi.ſtatuentes,vbi
cauetur,quòd nulla curiarum ciuitatis Neapolis poſſit ex
officio procedere de verbis iniurioſis,ſed per libellum ac-
cuſatorium,in aliis verò criminibus & delictis Magna cu-
ria Vicariæ procedere poſſit,& valeat non ex mero officio
ſed ad denunciam partis, exceptis criminibus & delictis ,
vbi imponitur pœna mortis ciuilis,vel naturalis,aut mem
bri abſciſio,in quibus curia ipſa poſſet ex officio procede-
re,& licet ille ritus videatur localis:quia loquitur in Ciui
tate Neapolis:quia tamen concordat cum c.regni,vt dela-
tas,infra nu.235.& c.ſi temporum. 236. & in c. ne tuorum
237.ideo ille ritus generaliter obſeruatur , & ſic ille ritus
antiquus videtur correctus:ſi tamē volumus tenere, quòd
non ſit correctus,ex quo ibi dicitur iuxta.c. regni, & ſic de
d.c.vt delatas,& c.ſi temporum,& c.ne tuorum,& ſic pro-
cedit ille ritus,quando eſſemus in caſu,quo pro percuſſio-
ne cum baſtono veniret imponenda pœna mortis ciuilis,
vel naturalis,vel membri abſciſio ratione alicuius qualita
tis,puta ſi ruſticus cum baſtono verberaſſet militem : quia
punitur pœna manus,vt in conſtitutione regni,vt dignita-
tum,vel ſi verberaret cum baſtono coadunatis hominibus:
quia tunc puniretur pœna legis iuliæ de vi publica. l. qui
dolo.§.pen.ff.ad leg.iuli.de vi publi. & Bartol.in l. lege. iu-
lia.eo.titu.& tunc eſſet pœna deportationis.§. item lex iu-
lia de vi.Inſti.de pub.iud. Aliàs autem pro ſimplici percuſ
ſione cum baſtono non ſequuto homicidio non imponi-
tur pœna manus,ſed pœna extraordinaria , vt tenet And.
de Iſer.& Matth.in conſti.regni,ſiquis aliquem, & Thom.
Gram.voto.15.cum concor.in d.locis,& ſic habes quomo
do procedit ille ritus.¶ Circa aliam quæſtionem ſuperius
49 poſitam per Bar.de Capua hic.† An contra blaſphemantē
Deum poſſit procedi ex officio, & concludit quòd ſic , ꝙ
cõfirmatur:quia licet de iure cõmuni pro blaſphemia Dei
imponeretur pœna mortis,vt in aut.vt non luxu.contra na
tu.tamen in regno per cõſt.regni, quæ incipit,blaſphemā-
tes in rub. de blaſphemantibus Deũ & Virginē Mariam.
imponitur pœna mutilationis linguæ, & extant duæ prag-
maticæ Regis Ferdinandi , vna incipit conſiderando , ſub
rub.de blaſphemia,alia ſequens incipit.Ferdinandus &c.
maxima nobis &c. & cum imponatur pœna mutilationis
linguæ,& ſic mēbri abſciſio, poteſt ex officio procedi per
d.c.vt delatas. ADDITIO noua. Dicit tamen Thom.
Gram.deciſio.50. quòd ſemper eſt interpretata pœna per-
forationis linguæ, & minimè mutanda ſunt quæ certam
habuerunt interpretationem.l.minimè. ff. de legi. Immo
in blaſphemante Deũ non admittitur repulſa, vt tenet Pa
ri.in tra.ſindi.in verbo condemnatio. §. an poteſtas. in fin.
quod intelligitur, niſi ſit repulſa ex capite conſpirationis ,
vel inimicitiæ capitalis,vt in c.per tuas.el 1. extra de ſimo.
& Bartol.in l.in quæſtionibus.ff.ad ad leg.iul.maie.quia in
tali caſu proceditur ad inſtar criminis lęſę maieſtatis.¶ An
autem hoc caſu admittatur repulſa propter periurium,vi-
de Felyn.in d.c.per tuas,colum.fin. in prin. Et an hoc caſu
cum talibus teſtibus criminoſis debeant concurrere alia
adminicula,vide tex.in d.c.per tuas , in verbo denique . &
ibi Fely.& Fran.Aretin.c.cum P.Manconella.colum.5.ex-
tra de accuſ.Vbi tenet,quòd in criminbus,in quibus crimi
noſi admittuntur ad teſtimonium,non creditur eis,niſi cõ
currant aliæ coniecturæ legitimæ, vt ibi per eum.
ADDITIO noua.Et an dicēs al diſpetto de Dio,pu
niatur

niatur pęna perforationis linguę,& dicatur blasphemia, vide Thom. Gram. d. decisio. 50. qui tenet quòd sic, vt ibi latius per eũ. Et an contra blasphemantes Deum possit inquiri ex officio per inquisitores hæreticæ prauitatis, vide Matt. de Afflic. in d. constitut. blasphemantes. columna 2.& in constitut. inconsutilem. columna 12. in fin. vbi tenet quòd sic in consueto blasphemare præcedente monitione, vt ibi per eum. Et ad materiam de blasphemia vide Hyp. in l. si in rixa. colum. 5. ad leg. Corn. de Sica. vbi ponit de eo, q pluries simul blasphemauit,& de eo, q blasphemauit primam diem Nouembris, qualiter puniatur. ¶ Circa aliam
50 quæstionem supra tactam per Bartol. de Capua hic. † An quando venit imponenda pœna infra relegationem, si incipit constare, an ante publicationem carceretur, vide Matt. de Affli. in consti. regni, humanitate nobis, colum. 7. in fin. versi. item quęro,& concludit, quòd si vult dare fideiussores, non debet carcerari: quia non venit imponenda pęna mortis naturalis, vel ciuilis, nec membri abscisio, & istud c. nostrum & d. consti. non loquuntur in criminibus leuibus, sed in maximis criminibus,& ideo non carceratur, vt ibi latius per eum, & tenet Bonifa. in suo tra. malefi. sub ru. de carceribus, in prin. ADDITIO noua. Et vide Tho. Gram. consi. 35. in causa magnifici, nume. 55. & eundem Tho. decisio. 60. in fin. vbi dicit, quòd vbi quis non potest torqueri, non potest detineri, per allegata ibi per eum. & Rober. Marã. in suo Spe. in octauo membro primæ partis, colum. 3. num. 8. in fi. car. 63, secundùm primam impressionem. Et ita intelligitur Ritus Magnæ curiæ Vicariæ, num. 162. in ordine meo, qui incipit. Item si accusatur aliquis, sub rub. detinetur inquisitus &c. quo cauetur, quòd tũc detinetur reus in criminalibus, quando constat per vnum testem de visu de crimine,& de fama publica, vt ibi per eos. ratio assignatur: quia per vnum testem de visu cum fama publica est indicium sufficiens ad torturam, & quando taliter constat, ita quòd sit indicium sufficiens ad torturam, carceratur ante publicationem non obstante quòd dederit fideiussores, vt tenet Lucas de Penna in l. quoties. col. 1.& 2. C. de digni. lib. 12. Et tenet And. de Iser. in consti. regni clementiæ imperialis, colum. 1.& in consti humanitate nobis. colum. 2. Hoc intellige in casibus, vbi venit imponenda pęna vltra relegationem,& sic vbi habet locum tortura, vt dictum est, iuxta c. regni tormenta, infra num. 144. non autem in criminibus leuibus, ut dictum est, de quo ẽt vide, quæ dixi supra in c. subditorum, nume. 104. in rub. de violentiis.& Seb. hic colum. 4. versi. sed pone, nume. 34. tenet etiam istam partem, quòd si incipit constare semiplenè, licet non plenè constet, potest carcerari, & ita dicit seruari de consuetudine. Aduerte tamen, quòd non sufficerent leuia indicia: quia dictus ritus loquitur, quando constat de visu per vnum testem,& de fama, & sic erant indicia sufficientia ad torturam. Aduerte etiam ad vnum, quia Matth. de Affli. in consti. regni, humanitate nobis. colum. 8. in fi. versi. rursus quæro, tenet, quòd ille ritus est correctus per Reginã Ioannam Secundam, vt patet ibi in prin. rituum, ibi, incipiunt Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ ibi. Ioanna Secunda &c. vbi reuocat & cassat omnes ritus antiquos,& dictus ritus est de ritibus antiquis, vt patet in ritibus ibi, incipiunt ritus & obseruantiæ antiquitus obseruatæ &c; nume. 104. in ordine meo,& dictus ritus. Item si accusatus, nume. 162. in ordine meo est inter ritus antiquos, & sic dicitur correctus,& ideo secundùm Matth. vbi supra non debet carcerari liberatus sub fideiussoribus, nisi plenè constiterit. De consuetudine tamen seruatur, quòd in criminibus capta informatione si incipit constare taliter, q essent indicia sufficientia ad torturam, reus citatur ad informandum,& eo comparente detinetur, iuxta dispositionem præallegati ritus. Et si eo examinato liberatur fideiussoribus, non potest iterum citari, vt compareat personaliter, nisi superuenerint noua indicia, ita tenet Gandy. in tra. malefi. in rub. quomodo de malefi. cogno. per inquisitionem, colum. 2. versi. hoc tamen dignum,& glo. in consti. regni humanitate nobis, in prima glo. magna. Et carceratus, qui fuit relaxatus fideiussoribus, non potest iterum carcerari, nisi superuenientibus aliis indiciis. Alexan. consi. 180. in causa Angelorum, col. penul. 2. vol. Ratio: quia per relaxationem arguitur innocentia, vt ibi per eum,& tenet glo. in d. consti. humanitate nobis,& ita seruatur, quæ nota in practica. ¶ Circa aliam quæstionem hic tactam per Seba. de
51 Neap. † An desistente accusatore curia possit procedere, vide Bald. in l. si maritus. §. si negauerit. colum. 2. ff. de adul. Fran. Are. in c. licet. colum. 3. cum pluribus sequen. extra de accus.& colum. penul. Bartol. in l. inter accusatorem. in fi. ff. de pub. iudi.& in l. libellorum. §. fin. colum. 3. ff. de accus. & infra c. ad consultationem. nume. 220. in rub. quòd accusatore desistente curia ex offi. procede. potest,& quæ ibi di
52 cam. ¶ In quæstione, quam posuit hic Sebastianus † an procurator possit interuenire in criminalibus, de ista quæstione vide tex. glo. Bartol.& alios in l. penul. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. glo.& doct. in c. veniens, extra de accus. & ibi latissimè Maria. Soci. Alexan. consi. 116. animaduersis statutis. 2. vol. Rotam deci. 101. licet in causa, in rub. de procura. vbi quòd pro reo carcerato bene admittitur procurator. Gandi. in tra. malefi. in rub. vtrum procurator admittatur in criminalibus. Ang. Are. in tra. malefi. in verbo, qui iudex videns, colum. 7. 8.& Alexan.& alios in l. fin. C. de procura.& ibi disputat, an cum speciali mandato admittatur procurator in criminibus. Anto. Capi. decisio. 143. Matth. de Affli. in consti. regni, partes in iudicio,& magis communiter concludunt, quòd vbi venit imponenda pœna vltra relegationem. regulariter non admittitur procurator, & multæ ponuntur fallentiæ in dictis locis. Et in regno mulier coniugata potest accusare per procuratorem, vt tenet Lucas de Penna in l. tam collatores, colum. 4. C. de re mil. lib. 12.& Matth. de Affli. in consti. generalia iura. & in consti. beneficium. in glo. 2.& ratio ponitur per Matth. in consti. mulieres, vbi multa pulchra dicit ad istam materiam.
53 ¶ In alia quæstione. † An inquisitio possit committi, vide, quæ dixi in allegato c. item quòd prædicti. supra num. 16.
54 ¶ Circa aliam quæstionem † quòd quando fit inquisitio, debeat prius offensus requiri, si vult accusare vide glo. nota. in c. presbiter si a plebe. 2. q. 4. Bal. in l. senatus. C. qui accusa. non po. Hypo. in sua pra. §. constante. colum. 10. in fi. versi. requiritur etiam,& vbi est accusator, non fit inquisitio, sed quando nõ est qui deferat, vel accuset, vt dicit And. de Iser. in consti. iusticiarii non per prouintias. ¶ Et de materia inquisitionis vide latè Saly. in l. ea quidem C. de accusa. latissimè Ang. Are. in suo tra. male. in verbo, hæc est quedam inquisitio. Hyppo. in sua pra. cri. in prin.& §. constante,
55 cum concor. in dictis locis. ¶ † Et circa materiam inquisitionis communis obseruantia est, quòd regulariter nõ proceditur ex officio, nisi in casibus, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abscisio, vt in c. vt delatas. supra allegato,& in illis casibus proceditur etiã sine accusatore, vt in d. c. pridem per diuersas, nume. 218.
56 ¶ Ponit etiam hic Lucas de Pen. † an dicatur constare post conclusum in causa,& concludit quòd sic, vt hic latius per eum,& vide etiam hic Bartol. de Capua, qui ponit an ante publicationem in causa dicatur constare de hoc, vide per Matth. de Affli. in d. const. humanitate nobis, col. 8. in prin. versi.& pondera vnum mirabile, dic vt ibi per eum. Et quã do dicitur de causa liquere, vide glo.& ibi latè Felyn. in c. significauerunt. extra de testi.& Fran. Aret. consi. 100. cum
57 concor. in dictis locis. ¶ † Similiter etiam causa dicitur instructa, quando est in causa conclusum, ita quòd non speratur nisi sententia, vt probat tex. cum his quæ ibi notat Saly. in l. nec causas. C. de app.& tex.& ibi Bartol. in l. super. C. de rela. glo.& Archi. in c. cupientes. colum. 15. in fi. extra de electio. in 6. Matth. de Affli. in consti. regni inter multas. colum. 2. in prin. Inno. in c. super eo. lo 2. quod legit cum c. de appellationibus.& ibi per Ioan. And.& alios, extra de app. Et dicit Bal. in c. dilecti filii. colum. fin. extra de dila. q negotium dicitur instructum, quando alia citatio non requiritur.

quiritur. Et ista faciunt ad quæstionem, quando superior
mandat, vt infra certum terminum inferior causa instru-
ctam transmittat, de quo vide Inno. Ioan. And. Abb. & Phi.
Decium in d.c. super eo. lo 2. extra de app. & tangit Lucas
de Pen. in l. apparitores. C. de exa. trib. lib. 10. Et ibi etiam po
nit, quid sit instruere, de quo etiam per eundem in l. 2. C. de
delato. lib. 10. Et instructio fit tam per testes, quàm per in-
strumenta. l. 1. & ibi Saly. in summa. ff. de fide instru. Et quid
si debet mittere procuratorem sufficiẽter instructum, quo-
modo intelligitur, vide tex. & ibi Archi. in c. statuimus. col.
7. in prin. extra de electio. in 6. ¶ Ponit etiam hic Sebast.
58 † an si fideiussor, qui promisit præsentare reum toties, quo
ties, præsentauit, & ille reus aufugit, an sit liberatus fideius-
sor. Hodie ista quæstio est clara & determinata, ꝙ fideius-
sor liberatur: vt tenet Matth. de Affli. decisio. 130. & idem
Matth in consti. regni humanitate nobis. colum. 5. versi. itẽ
semel, per iura & rationes per eum in dictis locis allegatas
Et cautela est, vt fideiussor præsentet reum in curia coram
officiali, & requirat curiam, vt eum bene custodiat: quia
non intendit vlterius teneri, sed dimittit eum sub custodia
curiæ, & ista protestatio est multum proficua, tamen etiam
si non interuenit, dummodo quòd curia eum cepisset &
carcerasset, si aufugit liberatur fideiussor, & ita pluries obti
nui, & tenet hic Bartol. de Capua. ADDITIO noua.
An autem fideiussor, qui promisit aliquem in iudicio siste-
re, si non potest præsentare. puta: quia reus aufugit, possit
dicere, quòd vult eum defendere in causa principali, &
euadat pœnam. Dicas quòd sic, vt tenent Ang. Alex. & Ias.
in l. si eum. in prin. ff. si quis cautio quod intellige, nisi in ca-
sibus, in quibus esset necessaria præsentia personæ. puta
in causis criminalibus: vt tenet Bartol. Ias. & alii in d. l. si eũ
59 in prin. ¶ Circa aliam quæstionem positã hic per Seb. † An
in criminalibus post publicatum, vel post conclusum in
causa possint recipi testes tam ad defensam, quàm ad of-
fensam. Istam quæstionem ponit Ang. in tra. malefi. in ver
bo comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum, col.
6. in fin. cum sequen. versi. quæro, an post publicationem,
& idem Ang. in d. tra. in verbo, qui iudex statuit terminum
ad opponendum, colum. 2. in fin. Alexan. in l. 4. §. hoc au-
tem. ff. de dam. infe. Fely. in cap. cum clamor. extra de testi.
Matt. de Affli. in const. regni, terminum vitæ. col. 11. versi. 6.
quæro. & Hyp. in sua pra. cri. §. sequens. cum concor. in d.
locis allegatis, & communiter concludunt docto. quòd
possunt recipi testes tam ad defensam, quàm ad offensam
vsque ad calculum ferendæ sententiæ, etiam super eisdem
articulis, vt dicit Hippo. in d. §. si quis vltro, & hoc procedit
de iure communi, vt ibi per eos. Et est bonus tex. in d. §. si
quis vltrò vbi probatur, quòd etiam confesso postquã fue-
rit damnatus, permittitur probare de innocentia, & tenet
Cæpo. consi. 33. multa. colum. fin. nume. 20. Aduerte tamẽ,
quòd ad offensam possunt produci testes super nouo capi-
tulo non super eodem, vt tenent Iaco. de Are. Cy. & Saly. in
l. fin. colum. fin. C. de quæstio. & sequitur Ange. in d. verbo.
qui iudex statuit terminum ad opponendum, colum. 3. in
prin. & hoc nisi iudex ex officio nullo instante reciperet,
quia in eo non timetur subornatio, vt per doct. in d. c. cum
clamor. Sed circa prædicta est aduertendum de quadã no-
ua opi. quam posuit Ant. Capi. decisio. 81. in causa homiuũ
Albaroni, & in decisio. 90. in causa magnificorum. vbi te-
net, quòd in regno non datur ista dilatio post publicatas
attestationes ad producendum nouos testes: quia produci
debent in primo termino; cum dilatio in regno dicatur es-
se peremptoria per consti. regni, lite legitimè contestata, &
propterea infert, quòd in Sacro Consilio non admittuntur
noui articuli, nec noui testes post terminum, nec datur se-
cunda dilatio, dicit tamen, ꝙ de æquitate admittitur reus
ad pinguius probandum, & se defendendum sine noua di-
latione, ex quo sumus in criminalibus. Et licet præfatus do
ctor dicat, quòd non datur dilatio: tamen fatetur, quòd ad-
mittitur ad vberius probandum, & sic habito effectu non
curamus de modo. l. 3. & ibi Barto. C. de inst. & substi. l. quo

tiẽs. §. si quis nomen, & ibi Io. de Imo. ff. de hæræ. insti. fa-
ciunt dicta per Bald. in l. humanitatis, in tertia opp. C. de im
pub. & aliis substi. Et de consuetudine obseruatur, quòd in
criminalibus datur dilatio ad producendum nouos testes
iuxta terminos iuris communis, vt dictum est.

ADDITIO noua. Et ad illam quæstionem positam
hic per Seb. An carceratus pro crimine, si facta publicatio-
ne liqueat de eius innocentia, & quòd veniat absoluen-
dus, debeat liberari sub fideiussoribus, vide Iaco. Butri. &
Bald. in l. nullus, per illum tex. ibi, donec reperiet. C. de ex-
hi. reis, & Bald. in l. sed & si is. in prima lectura. ff. de in ius
voca. & Bald. in l. si quis post accusationem. ff. de testam. Be-
ned. de Plumb. in l. qui pœnæ. §. 1. ff. de manumiss. Lud. Ro.
sing. 490. Incipiente accusatus de crimine capitali. Hyppo.
in sua pract. crim. §. attingam. colum. 3. versi. & scias. num.
16. & Hyppo. consi. 94. maturè consideratis. colum. 3. versi.
& vltra præmissa. nume. 17. qui omnes tenẽt communiter,
quòd quando carceratus pro crimine capitali, si facta pu-
blicatione est probata innocentia, ita quòd veniat absolué
dus, non expectata sententia absolutoria liberatur fideisso-
ribus, vt etiam probatur in isto ca. nostro. Tamen in regno
per Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit. Item quòd
si procedatur, nume. 147. in ordine meo sub rub. quòd in-
carceratus propter crimen, est inductum, quòd quando cõ
stat de crimine, probata innocentia non liberatur, nisi fa-
cta conclusione, & vide capi. regni. item iustitiarii delatos.
47. vbi dicitur, ꝙ postquam liquet, ꝙ accusatus est in causa
absolutionis, non debet fatigari sumptibus & expensis, &
post cõclusionem in causa factam infra decem dies debet
procedere ad absolutionem, vt ibi, & vide in constit. regni.
hac lege. & vide Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu.
110. ff. de acqui. poss. vbi tenet, quòd facta conclusione, si
constat de innocentia, liberatur fideiussoribus. Et quia in
criminalibus non concluditur, vt per Bal. in l. si accusato-
ribus. col. fi. C. de accus. & Bald. in l. 1. col. 3. in 4. quæst. C. de
condit. inde. & tunc per actum solitum sequi post conclu-
sionem dicitur conclusum. Cor. consi. 235. videtur. in lite-
ra S. 3. volu. Et similiter quando partes nihil aliud habent
producere, vt per Bald. in d. l. si accusatoribus. Et dicit Pa-
ris in tract. sindi. in verbo carcer, §. an potestas, colum. pri-
ma. ꝙ si facta publicatione in causa constat, ꝙ carceratus
venit absoluendus, detinetur vsque ad sententiam, non ta-
men acriter carceratur. & Hipp. vbi supra. Et prædicta no-
ta, quia tibi deseruient: quia quando liberatur ante senten
tiam, si post sententiam appellatur, remanet in libertate;
sed si quando fertur sententia, reperitur carceratus & ap-
pellatur, tunc pendente appellatione non liberatur: quia
pendente appellatione nihil est innouandum. toto titu.
vt lite penden. & tenet Ludo. Roma. in d. sing. 490. Et vide
Guid. Papæ in quæstio. parlam. Delfina. q. 237. incipiente, si
quis incarceretur. vbi ponit, an appellans per appellationẽ
impediatur careerari, & in quæstione. 236. quæ incipit, sed
quid, vbi ponit, quando liceat appellare a carceratione, &
in q. 237. Incipiente, iudex. vbi ponit, an appellans debeat
60 relaxari a carcere, vide ibi latius. † ADDITIO noua.
Ad vnum aduerte, quod dicit hic Seba. in prima columna,
quòd si est factus insultus cum armis, seu cum lapide & fu
stibus, quæ veniunt appellatione armorum. l. armorũ. ff. de
verb. sig. l. idem. §. armis. ff. de vi & ui arma. dr̃ hoc casu cõ
missa violentia publica, & imponitur pœna deportationis.
Insti. de pub. iudi. §. item lex iulia de vi, & etiam est pœna
amissionis omnium bonorum, glo. in l. 2. C. ad leg. iul. de vi
pu. & Azo in sum. C. ad leg. iul. de vi pub. & hoc in libero;
61 secus in seruo: quia tunc distinguitur, vt ibi per eum. † Sed
attende circa prædicta ad vnam difficultatem, in qua do-
ctores variant: quia si vnus solus cum armis aliquem insul
tauit in loco publico tenetur lege iulia de vi publica, vt te-
net glo. in consti. regni, si quis aliquem, in glo. 2. in fin. licet
nihil alleget, & ibi hoc tenet And. de Iser. in fi. & Matth. de
Affli. ibi colum. penul. versi. in gl. 2. allegat etiam ita tenere
Bartol. de Capua, allegat tex. in l. 2. §. hoc edicto, alias. §. ho
mines,

mines.ff.vi bon.rap.& tenet And.de Iser.in const. regni intentionis,colum.2.cum sequen.& tenet Ioã. And. in addi. Spe.in rub. de homi. licet de eo alii mentionem non faciãt vbi tenet,quòd pro insultu cum armis tenetur de vi publica,& istam opin.tenuit Thọ.Gram. consi.43.incipiente, in causa appellationis,vbi dicit, quòd ita cõmuniter tenetur in Magna curia Vicariẹ,licet postea se inuoluat in fine illius consilii cum suis scartafaciis : quia pro more habet,vt quando non habet claram decisionem allegare,solitus est hoc habere in suis scartaficiis. Contrariam opi. quòd pro solo insultu cum armis non punitur de vi publica, si non fuit commissus insultus cum hominibus coadunatis,vt tenet Bar.in l.si criminis.C.ad leg.iul.de vi pub. vbi dicit, ꝙ si iniuria est commissa circa personas, ita demum punitur de vi publica, si coadunatis hominibus facta fuerit, aliàs est vis priuata.Et dicitur fieri coadunatis hominibus,etiam si vnum hominem coadunauerit, vt ibi per Bart. quod dicit esse menti tenendum,& ibi hoc etiam sequitur Saly. Si verò hominibus non coadunatis,potest agi actionem iniuriarum.l.iniuriarum . de iniu. Et si violentia est commissa in rebus,& tunc si fuit vis ablatiua,non requiritur,ꝙ hominibus coadunatis,sed si fuit vis expulsiua,requiritur hominum coadunatio,vt puniatur de vi publica, vt per Saly. & Bar.in d.l.si criminis,Eandem opi.quòd ad hoc vt insultus cum armis puniatur lege Iulia de vi publica,debet esse factus cum hominibus coadunatis,tenuit Bonifa.in suo tra. malefi.in rub.ad legem Iuliam de vi publica colum.2.versi.& prædicta.Eandem opi.tenuit Cor.consi.175.licet. col. 3.tertio Vol.eandem opi.tenuit Tho.Gram.in voto. 15.nu. 10. allegat ita tenuisse Io. Grillũ, vt ibi per eũ vbi dicit,ꝙ pro verberibus illatis hoibus non coadunatis non imponitur poena deportationis,nec pẹna manus, sed poena pecuniaria,vel exilii,vt in d.voto,& eãdem opi. tenuit idẽ Thọ. Gram.in decisi. 17.vbi tenet, quòd quando sunt illata verbera non coadunatis hominibus,nec sequuto homicidio, punitur poena exilii,seu relegationis,vt ibi per eum, & tenet Saly.in d.l.si criminis,ꝙ verberum illatio,si fuit coadunatis hominibus,punitur lege Iulia de vi publica,aliàs secus.Et ista opi.est æquior & tenenda,ꝙ pro insultu cum armis,seu verberibus illatis hominibus non coadunatis non puniatur pẹna legis Iuliæ de vi publica, & sic non puniatur poena deportationis:sed alia poena mitiori;quia secundum varios casus poenæ alterantur, vt dicit Cor. d. consi. 175.col. 3.in litera I. 3. vol. & ideo secundum casus contingentiam poterit imponi quandoque poena pecuniaria, quandoque poena exilii temporalis, pro hoc facit illud, quod tenet Augu.Ari.in addi.in tra.malef.in verbo,& ipsũ Titium percussit,in prima addi.& clarius ibidem in verbo vna alia percussione,in fin. vbi dicit, quòd talis poena erit arbitraria,vt ibi per eum,& Matth.de Affli. in const. si quis aliquem.Et poena deportationis hodie non est in vsu,vt dicit Cor.d.consi.175.col.3.in litera I. & poenæ sunt arbitrariæ.l.hodie. ff. de poeni.l.quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui nota.infa.& D.Aymo consi.28.col.4.versi.7. 1. vol. & Thom.Gram.d.decisio.17. Et loco deportationis successit bannimentum perpetuum,vt dicit Io.Berberi.in tra.viatorium iuris,in rub.de vi publica, col. 2. & Tho.Gram. d. consi.43.& tetigi supra eo.c.Et dicit Guid. Papæ in quæsti. Parla. Delphi.q.437.col.fin.ꝙ de stilo dictæ curiæ imponitur poena pecuniaria.Et aduerte, quòd quando accusatur de vi publica,debet constare,quòd insultauit, & portauit arma ad offensam alicuius certæ personæ,& requiritur, ꝙ fiat violentia corpori animato,vel inanimato, & quòd coadunauerit homines ad hoc,vel ad alium actum processit, vt dicit And.de Iser.in cõst.regni intentionis.Et debet probari, ꝙ dolosè hoc fecit,vt tenet D.Aymo.d. consi. 18. nu. 9.cum concordan.ibi.Et an talis insultans cum armis, qui tenetur de vi publica,teneatur etiam poena portationis armorum vide And.de Iser.in d const.intentionis,& in consti.si quis aliquem.col.penul.& Thom.Gram.d.consi.43.nume.2.vbi tenet,ꝙ poena portationis armorum non tollitur

per poenam legis Iuliæ de vi pblica.l.nunquam plura.ff.de
62 priua.deli.¶ † An autẽ pro vi turbatiua procedat accusatio
legis Iuliæ de vi publica, vide Bald.in l. momentaneæ . C.
vnde vi,vbi tenet quòd sic.Et an in casu quando habet locum
pẹna legis Iuliæ de vi publica possit iudex ex officio
procedere Tho.Grã.d. consi.43.& in d.decisi.17.cum aliis
supra allegatis videtur tenere quòd sic : quia poena deportationis
est vltra poenam relegationis, & dicitur mors ci-
63 uilis,vt ibi per eos.¶ † Sed iuxta prẹdicta dubitatur,pone ali
quis cum armis insultauit Titium,& eum vulnerauit,an teneatur
pluribus pẹnis, vna de insultu cum armis de vi publica,vt
dicit hic Seb.in pri.& alia de vulnere pẹna manus
vt in const.regni,si quis aliquem,& licet sit disceptatio inter
doct.maximè ex his, quæ dicit Gandi.in suo tra. malefi.
in rub.de pẹnis reorum.col.15.versi. pone insuper quæstionem,
quem sequitur Aug. Ari.in addi.ad Ang.in tra.malefi.
in verbo fecit insultum,col.2.Tamen communiter tenent
doct.quòd si incontinenti fuit factus insultus,& percussio,
punitur solùm de percussione, & confunditur insultus cũ
percussione : quia ad eundem finem ista duo delicta fuerunt
facta,& tenet gl.in l.qui de crimine.C.de acccusa.Bar.
in l.illud.ff.ad leg.aquil.Bart.in l. nunquam plura. colum.
3.& ibi Alex.col.3.ff.de pri.deli.& Bal.Alex.& Ias. in l. diuortio.in
prin. ff. sol.matrimo.Io.And.in addi. Spe. in rub.
de homi. Ang.in tra.malefi.in d.verbo fecit insultum, col.
2.versi.& aduertas.Bonifa. in tra.malefi. in rub. de insultu
& percussione,col.2.versi.sed nunquid.Alex. consi. 115.in
causa inquisitionis formatæ contra Helenam.3.vol. Hipp.
in sua pra.cri.§.& quia.nu. 38. Et prædicta intellige,quando
incontinenti fuit insultatus,& percussus, secus si ex interuallo,vt
dicunt præfati doct. Et in dubio intelligitur, ꝙ
fuerit incontinenti;quia fit interpetratio in mitiorem pẹnã
vt dicit Alexan.d.consilii.115.colum.1.versi.Immo.& Bal.
in d.l. diuortio,in prin. col. 3. vbi dicit,ꝙ propterea in inquisitione
assessores solent adiicere illa verba, cum temporis
interuallo,vt de omnibus puniatur,sed hoc fieri non
debet,si non est verum:vt ibi per eum. Ioannes Antonius
de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitus in generali inquisitione offerens fideiussores an capiatur ante sibi datam copiam repertorum.*
2 *Inquisitus deficiens in probationibus an capi possit.*
3 *Inquisitus an debet audiri in iustis & legitimis defensionibus.*
4 *Inquisitus, qui reprobauit testes, an liberetur a carceribus.*
5 *Fideiussor an debet offerri per reum, vt liberetur.*
6 *Capere & arrestare, an sit idem.*

DE INQVISITIONIBVS faciendis Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CXLI.

1 IN generalibus † autem inquisitionibus non capiatur notatus competentes fideiussores offerẽs, etiam probato de crimine ante datam sibi repertorum copiam
2 contra eum, † qua sibi data & habita, si nullas defensiones, vel probationes aduersus reperta contra se dederit, aut tantum probationes contra reperta vel in personis testium contra se deponentium, aut in dictis obtulerit, & in earum probatione defecerit, capiatur, vbi verò defensiones dedit, & dato termino ad probandum in probatione earum defecerit, arrestetur persona, etiam si reper-

3 si reperta contra se obtulerit reprobare. ¶† Semper autem eo capto vel non capto audiatur in iustis &
4 legitimis defensionibus eius. † Sed si reprobauerit reperta contra se, statim de carcere datis fideiussoribus liberetur. Et si per partem aliam reprobatæ fuerint reprobationes, quas fecit post reprobationem secundam ad carcerem reducatur, his quæ regni nostri constitutio de confitentibus, & captis in fragráti specialiter statuit in suo robore duraturis.

5 IN generalibus.¶ In tex.ibi(offerentes)†nota hoc verbū quia per reum est fideiussoria cautio offerenda, facit.l.fi.
6 in fi.C.de agen.in reb.lib.10.¶ In tex.ibi(arrestetur) † Nota hoc verbum,& supra dicit capiatur,ergo arrestare,& capere idem important,de quo supra in capitulis Caroli Primi c.contra effrenatas,num.21. dic vt ibi. ¶ In tex.ibi(semper
7 &c.)† Nota arrestatum vigore generalis inquisitionis post datam sibi copiam contra eum repertorum audiendum in suis iustis & legitimis defensionibus, cum reo quandocumque defensionis causa neganda non sit.l.vnius.§.fin.ff. de quæstio.¶ In tex.ibi(his quæ regni constitutio &c.) quæ est in titulo de his qui fideiusso.dare po.l.humanitate,versi.nisi crimen,vbi vide.Sebastianus de Neapoli.
ADDITIO noua.Aduerte ꝙ illud,ꝙ dicitur in isto capitulo, ꝙ facta repulsa excarceratur,hodie nō procedit nisi facta conclusione vt dixi supra capitulo ab illo.
Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio generalis an singulis annis fieri debet.* 10.
2 *Inquiri an possit specialiter sine mandato Regis vltra casus a iure permissos.*
3 *Inquiri an possit a magna curia Vicariæ, quando omnes iudices, vel maior pars inquirere voluerit.* 4.
5 *Inquisitio in quibus casibus sit permissa de iure cōmuni.* 7.
6 *Inquiri an possit ex officio in crimine furti.* 11.
8 *Inquisitio generalis vel specialis quæ dicatur.*
9 *Inquisitio an possit formari ad petitionem alterius.*
10 *Inquisitiones generales hodie sunt sublatæ in regno.*

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CXLII.

1 GENERALES † Inquisitiones singulis annis semel tātum in locis singulis per prouintiarū præsi
2 des fieri volumus. † Nec sub prætextu generalis inquisitionis descendat ad specialem specialiter inquirendo contra specialem personam, vel de crimine speciali, nisi de nostro speciali mādato, aut in aliis permissis a iure casibus specialiter inquiratur.
3 † His addiicimus Magnæ curiæ nostræ magistrum iustitiarum, vel eius locumtenentem & iudices ipsius Magnæ Curiæ nostræ posse, vbi concorditer viderint omnes, vel maior pars eorum inquirere, & inquiri facere de speciali crimine & contra specialem personam.

4 GENERALES. † Nota casū, in quo sola Magna Curia potest vigore generalis inquisitionis descendere ad speciale ꝯ spāle perso nā in casu,qn̄ omnes iudices,vel maior pars ipsorum concordat. Sebast. de Neapoli.¶ In
5 tex.ibi(ꝑmissis a iure casibus &c.)† Sed qui sunt isti casus, in quibus specialiter inquiritur. Respondeo, ꝙ sunt nouē. Primus est.C.de bon proscri.l.siquis infra,ibi.bonorū eius indago.Secundus est in l. forma. ff. de censi.Tertius in auc. de mand.prin.§.coges.Quartus.ff.de offi.præsi.l. præses.la 2.Quintus. ff. ad sille.l.1.§.occisorū.Sextus casus.C. de nau fra. l. quoties. Septimus.ff.de offi.præsid.l.congruit. Octauus.C.de bon.vacan.l.fi.lib.10.Nonus est.C.de aboli.l.abolitio. & ibi fit generalis inquisitio non contra certas personas:nam non est necessaria citatio,nec editio capitulorum vt prædicta.l.congruit,secus si contra,certam personam,vt extra de accus.c.qualiter & quando.lo 2.§.debet.Et in casibus,in quibus procedit sine accusatore per Bald.in margarita circa finem per decem cartas,in generalibus autem inquisitionibus proceditur in crimine publico,vt patet.ff. de pub.iudi.l.1.nam de priuatis non fit inquisitio.vt ff. de priua.deli.l.fin.vbi de hoc,inquisitio enim non fit nisi de magnis criminibus,vbi publicæ solicitudinis cura suadet: vt
6 C.de cust.reo.l.1.† Propter hoc videtur, quòd de furto nō possit inquiri ex officio,cum sit priuatum delictum,sed videtur obstare,quod hic dicitur per c. ad hoc. nu. 10. supra de furtis,vbi imponitur pœna mortis naturalis pro furto commisso vltra vnciam, sed hic & ibi non dicitur, quòd possit inquiri,sed dicit, quæ pœna imponitur,& ideo dicit in præmissis casibus &c. Bartholomeus de Capua.

ADDITIO.

7 GENERALES. † De materia in quibus casibus de iure communi & de iuri regni possit per inquisitionem ꝓcedi,vide supra ca. proximo,ab illo inchoandum,vbi latè per Seba.de Neapoli, & vide quæ dixi supra c. 16. quòd incipit. Item prædicti, sub ru.quòd nihil recipia.pro composi.gener.inquisitionū, & vide Bal.in aucten.habita col.5.C.ne filii.pro pat.Ité pót formari inquisitio contra officialem in sindicatu., vt in regia prag.regiæ dignitati,& dixi supra c.Item statuimus.nu. 122.& in quibus casibus possit ꝓcedi ex officio,vide Matt. de Affl.in consti.hi qui.col.5.in 11.nota.& in const.reg. in-
8 quisitiones generales.† Et quæ dicatur generalis, & q̄ spe-
9 cialis inqsitio, vide Bal.in l.iubemus.C.de probationi. † Et an possit formari inquisitio ad petitionē alterius, vide tex. in c.ad petitionem.extra de accusa.& quæ dicit Abb.in ca.
10 qualiter & quando,lo 2. col. 5. extra de accusa. † Aduerte tamen,ꝙ hodie in regno sunt sublatæ generales inquisitiones,& ita seruatur,vt ē.c.Reginæ Ioāne,qđ incipit, itē ꝙ ꝓ dicti officiales,nu.279.vbi vide & Rob.Maran. in suo Spe. in verbo inquisitio,nu.14. car.52. secundum primam impressionem & tenet Paris in tra.find.in verbo inquisitio.in prin.col. 3.¶Circa aliam quæstionem tactā hic per Barth. de Capua.†An in furto possit ex officio procedi, vide, quæ dixi sup.in c.ad hoc.nu.10.in rub.de fur.num.136.cum ibi allegatis. ADDITIO noua.Et per istud c.est correcta consti.regni,quæ incipit, inquisitiones generales,per quā erat permissum iustitiario non semel tantū in anno facere generalem inquisitionē,sed qn̄ sibi videbatur.Et per istud c.semel tantū in anno permittitur, & hoc etiā tenet Matt. de Affl.in d.consti.inquisitiones.col.2.& vide sup.c.item,ꝙ prædicti.nu.19.& quæ ibi dixi.& vide Par.in trac. find. in verbo inquisitio.col.2.Saly.in l.ea quidem.§.quia propter. col.2.cum seq.C.de accus. Lucam de Pen. in l.si vacantia. col.2.cum seq. C.de bon.vacan.lib.x.Ange.in tract.de malefi.in verbo hæc est quædam inquisitio.Gandin.in tracta. malefi.in rub. quomodo de malefi. cogno. per inquisitionem.Rober.Maran.in suo Specu. in sexta par. in verbo inquisitio,cum concor.in d.locis,in quibus habes materiam inquisitionis. Et in quibus casibus possit procedi per inquisitionem,& in quibus non. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiarii & alii officiales an singulis duobus mensibus debeant crimina denunciare Regi, vel eius Vicario.*
2 *Copia repertorum an debeat dari cum nominibus & cognominibus.* 58.

Inquisitus

3 *Inquisitus si contra eum constat per quatuor testes in generali inquisitione quos non potuit reprobare, vel si in inquisitione speciali constat per legitimum numerum testium an puniatur.*

4 *Testes examinati in generali inquisitione si non sufficiunt ad condemnationem, an faciant indicium ad formandum alium processum specialem.*

6 *Inquisito an debeat dari terminus ad faciendum defensiones. 7.*

7 *Testes quot debent esse examinati, vt constet contra generalem, vel specialem inquisitum.*

8 *Inquisitio, de qua in isto c. an dicatur extraordinaria.*

Inquisitio an dicatur remedium ordinarium, vel extraordinarium, ibidem.

Copia repertorum an dari debeat inquisito, ibidem.

9 *Crimina an debeant superiori denunciari. 21.*

10 *Sententiam in criminalibus a quibus fuit appellatum, an debeant superioribus denunciare.*

11 *Sententia foriudicationis an debeat ad magnam curiam transmitti.*

12 *Capitanei an dicantur præsules.*

13 *Inquisitio quot continere debeat, vt valeat.*

14 *Capitula an solum dentur in maximis criminibus ubi uenit imponenda pœna mortis naturalis, uel ciuilis, uel membri abscisio.*

15 *Crimina maxima quæ dicantur.*

16 *Capitula quando dantur, an reus debet esse sine vinculis.*

17 *Capitula an debeant continere locum & tempus.*

18 *Capitula quando dantur, an debeat dari copia cum facultate defensionis.*

Inquisito de hæresi an debeant dari capitula, & dicta testium, ibidem.

19 *Copia repertorum an dari debeat inquisito leuis vitæ.*

20 *Iudex in quibus casibus possit procedere ex officio.*

DE CRIMINIBVS DENVNCIANDIS MAGISTRO IUSTITIARIO. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CXLIII.

1 SVBIVNGENDO quoq; præcipimus: † Vt iustitiarii regionum, officiales cœteri merũ habentes & mixtum imperium, iudices, assessores eorum sub iuramento per eos de officio præstito, & pœna periuri singulis duobus mensibus nobis in regno agentibus, vel in nostri absentia nostro vicario, aut magistro iustitiario, seu suo locũteneti, & iudicibus magnæ curiæ nostræ denunciare in scriptis debeant omnia crimina, in quibus nullus coram eis accusator apparet, quæ in sua iurisditione commissa dici cognouerint, & ex quibus mors naturalis, vel ciuilis, aut membri abscisio habet infligi, cum debitis circumstantiis criminum comissorum, qualitate & conditione illorum, qui ex inde infamantur, & personarum, contra quas commissa dicuntur, vt secundùm mandatum nostrum vel nostri vicarii, aut magistri iustitiarii, seu sui locumtenentis, & iudicum ad inquisitionem specialem consultius procedatur. ¶ † Et vt omnis in hoc

2 inducta dubietas sopiatur, quando generalis vel specialis inquisitio de crimine legitimè facta fuerit, distinctione non habita leuium, vel nõ leuium personarum, omnium repertorum copia, & tam nominum, quàm dictorum per quemcunque & quoscunque probatum fuerit dari notato mandamus. ¶ † Et si per quatuor testes, quos notatus non

3 potuerit reprobare per generalem inquisitionem de crimine constet ad plenum, aut specialiter legitimè inquisitio per statutum a iure communi numerum testium, qui reprobari non fuerint, iam notato clareat de delicto omni pœna mortis, mutilationis, deportationis, & alia maior sic per inquisitionis efficaciam infligatur, sicut si per ordinariam inquisitionem liqueret. ¶ † Sed si per numerum paucio-

4 rem in inquisitione generali constaret de crimine ex probatis inquisitionis ad inflictionem pœnæ mortis, mutilationis, deportationis nullatenus procedatur, faciant verò probationes ipsæ indicia & præsumptiones ad alium processum habendum.

SVBIVNGENDO. Nota bonam rubricam cum eius nigro: quia si seruaretur, multa maleficia punirentur, quæ per extorsiones & simonias occultantur, & remanent impunita. ¶ In tex. ibi (cognouerint) supple etiam per solam famam, vt patet ex eo, quod infra dicit ibi, infamantur, & commissa dicuntur. ¶ In tex. ibi (omnium reperto-

5 rum) † Nota dandam copiam nominum & omnium repertorum in inquisitione notatis, & in hoc corrigit istud c. con-

6 sti. hi qui supra de inquisi. † Et attende tu assessor, quòd data copia inquisitionis inquisito, prout hic dicit, debes ei terminum dare ad suas defensiones faciendas, aliàs non posset ad condemnationem deueniri, text. est in l. 3. §. si ad diẽ ff. de re milita. facit. l. defensionis facultas. C. de iure fisci lib. 10. de bon. vacan. l. fina. & melius. ff. de quæstio. l. vnius.

7 §. fina. ¶ In tex. ibi (& si per quatuor) † Nota per quot testes constare debet contra generalem, vel specialem inquisitum. Et quid operetur contra generalem inquisitum minor probatio quatuor testium, vt in hoc text. Et attende tu assessor, quòd non solum danda est copia inquisitionis, sed etiam ad defensiones faciendas, vt supra dixi. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

SVBIVNGENDO. ADDITIO noua. In tex. ibi (sicut si per ordinariam inquisitionem liqueret.) ex hoc sequitur, quòd ista inquisitio, seu modus inquirendi positus in isto c. non est ordinaria, sed extraordinaria inquisitio: quia non seruatur iuris ordo in procedendo, vt citetur, lis contestetur, iuretur de calumnia, conscribantur testium depositiones, publicetur, & proferatur sententia, vt l. prolatam. & ibi glo. C. de sen. & interlo. omni. iud. Et iste modus procedendi, vt in isto c. vt audio, seruatur, quando fiunt generales inquisitiones contra hæreticos, sed hodie in regno sunt sublatæ generales inquisitiones, vt dixi supra c. præcedenti. ¶ Nota etiam ex isto tex. ibi (per ordinariam inquisitionem) ꝙ inquisitio in regno videtur esse remediũ ordinarium, de quo vide Par. in tra. synd. in verbo inquisitio. col. 2. versi. & adde. Et aduerte, quòd de iure communi inquisitio secundùm communem opi. dicitur remedium extraordinarium, vt per Bal. in l. 1. §. fi. col. pen. ff. de offi. præfe. vrb. per Bartol. in l. si maritus. la prima. §. sin autem extraneus. ff. de adul. per Angel. in tra. malefi. in verbo, hęc est quædam inquisitio, col. 15. versi. quæro, an inquisitus. cum sequen. & ibi Augusti. Ari. in addi. latè per Decium in rub. extra de iud. cum cõcor. in d. locis. limita prædicta, nisi a statuto permitteretur inquisitio: quia tunc diceretur remediũ ordinarium, vt tenet And. de Pisis, quẽ refert, sequitur Bal. in d. l. 1. §. fina. ff. de offi. præfe. vrb. & Bartol. in d. l. si maritus. §.

Z

tus.§.fi.& refert Ang. in d.tra.malefi.in verbo, hæc est quædam inquisitio,in loco præallegato,& Decius in d. rub de iudi.col. 8. circa prin.& tenet Rob.Maran.in suo Spe.in 6. parte in verbo inquisitio. nu.35.car. 46. ẜm primã impressionem. Et ex hoc infertur, ꝙ in regno in casibus,in quibus põt ex officio procedi iuxta c.regni vt delatas. & c.ne tuorum inquisitio,dicitur remedium ordinarium.& ita procedit tex.in isto c.nostro.infertur etiam ex prædictis ad aliud nam licet de iure communi si iudex procedit ex officio , si postea superuenerit accusator cesset inquisitio tamquam remedium extraordinarium vt per Hyp.in sua pra.§. constante.nu.92.& per doct.in locis præallegatis. Tamen non habet locum in regno in casibus, in quibus potest ex officio procedi:vt supra per ea,quæ dicit Bartol.in d.l.si maritus.§.fi.& Rober.Maran.in d.verbo inquisitio, nu. 34.cum pluribus sequen.car.45.secundum primam impressionem dum ponunt fallentias,quando inquisitio fieret vigore statuti,de quo etiam per Fran. Are.in ca. qualiter & quando. el 2.col.4.extra de accus.& Ang.in d.tra.malefi.in verbo inquisitio in loco præallegato. limita etiam de iure canonico, quo iure inquisitio dicitur remedium ordinarium , vt per Rob.Maran.vbi supra.Et dicit Rob.Marã.in d.suo Spe. in quarta parte in titulo de inquisitione,col.2.nu.8.car.44. secundùm primam impressionem,vbi dicit , quòd istud c. de communi obseruantia & stilo curiarum non seruatur, sed seruatur,quòd primò fit generalis inquisitio , & postea peruenitur ad specialem,& reo dantur capitula , & postea dantur defensiones,vt ibi per eum.¶ Circa quæstionem no
8 tatam ex isto tex.per Seb. hic. ſ. † an copia repertorum debeat dari inquisito , vel accusato cum nominibus , & cognominibus,& circa hoc diuersimode obseruatur , tu adde,quòd de iure communi docto. faciebant differentiam, vtrum procedatur ex officio,& tunc dicebant repertorum & indiciorum copiam non esse dãdam, aut proceditur per accusationem & danda erat, prout tenet Angel.in repe.l.si vacãtia.versi.de quinto verò articulo.C.de bo.vaca.lib.10. de quo dubio habetur per Ang.Are.in tra.malefi.in verbo, hæc est quædam inquisitio,col.11.Par.in tra.find. in verbo tortura.§.mandauit Rex.col.8 in prin.versi. quando proceditur,& §.an stetur dicto torti.in fin.per Hippo. in sua pra. cri.§.nunc videndum.col.1.& 2.per Boni.in tra.malefic. in rub.de inquisi.col.2.versi.alia forma contra robatorem, & Bonagium in sum.in titulo de accusa.colum 3. versi. qñ & qualiter,per Alex.in l.2.col.2.& ibi Ias.& Soci.C. de eden. & ibi Phi.Decius col.5.versi.tertio fallit,qui dicit,ꝙ de indiciis habitis ante inquisitionem,non debet dari copia parti,tangit And.de Iser.in prolog.constit.col. 5.in princip.& Matt.de Affli.deci.391.fuit dubitatũ. ADDITIO noua. Et Guido Papæ in tra.de apellatio.col.51.q.122.quærit si iudex secundùm paruam impressionem dicit,quòd si iudex denegat inquisito copiam titulorum inquisitionalium concedere & tradere,poterit appellari,vt ibi per eum. Sed restringẽdo materiam in regno maximè debet dari copia, prout infra dicam. hoc probat tex. in c. qualiter & quãdo. lo 2.§.debet.extra de accusa.tenet Matth.de Affli.in consti. regni . hi qui . col.3.in primo nota. vbi dicit,ꝙ datur copia repertorum , & copia nominum & cognominum testium, & tenet Matth.in const.Item dura & dira,& in const.si dãna clandestina col. 10.versi.iuxta hoc,& And. de Iser. in d. constit.hi qui.in prin. & talis copia repertorum dari debet cum nominibus & cognominibus testium,& dictorum,vt probat tex.noster hic,& in c.constitutionem.infra nu. 148. in rub.de confessione latronum,& licet aliqui dicant,quòd tex.in c.nostro intelligitur,ꝙ datur copia,postq̃ fuerint testes repetiti & publicati,ponderando verbum legitimè,positum in hoc tex.Sed talis ponderatio nõ valet primò; quia hoc esset de indubitabili, quòd facta publicatione debetur copia iuxta materiam c.fraternitatis. extra de testi. & Spe. in titu.de teste.§.publicatis. in prin. & acta debent edi d. l. 2.C.de eden. sed istud verbum legitimè,intelligitur , vt fiat inquisitio in casibus permissis,vt in ca. præcedenti dictum est cum concor.ibi allegatis,& in c.ab illo incohandum supra proximè dictum est.Item ꝙ præcedere fama & aliis,vt in c.qualiter & quando. extra de accus.Et sic concluditur, quòd in regno de iure capitulorum copia repertorum dari debet cum nominibus & cognominibus a principio ad hoc vt reus possit indicia purgare, & suas facere defensiones.Hoc tamen limitatur in crimine læsæ maiestatis , quo casu debet primò relatio fieri regi , si dari debet , vt tenet Matth.de Affli.in d.const.hi qui.col. 2. & 6. in duodecimo & 15.nota.& Ant.Cap.deci.130.in octauo dubio . Sed aduerte,ꝙ dicit Par.in tra.find.in verbo inquisito.§.& aduerte. col. 1. vbi, ꝙ hodie capitula dãtur loco repertorum,& sequitur Rob.Maran.in suo spe. in sexta & vltima parte de inquisitione,col.2.cum seq.car.44.cum sequen.secundùm primam impressionem , & propter istud dictum diuersimodè variatur stilus curiarum . Et in Magna Curia Vicariæ est obseruantia, ꝙ inquisito nõ datur copia repertorũ, nisi lite contestata repetitis testibus examinatis ad informationẽ, vel habitis pro repetitis,& ita ibi obseruatur , vt dicit Ant.Cap.deci. 74.in causa Frãcisci,& hoc est inductũ ad effectum,ne reus videns aliquem testem cõtra eum deponere,tentet eum subornare,vt se absentet ad hoc vt non possit repeti,quia tunc testis reperiretur examinatus parte non citata informatione capta,& non probaret.l.si quãdo. C.de testi.c.in nomine domini.extra eo.titu.Bart.& alii in l.fi.de quæs.cum similibus.Et ideo procuratores rei solent esse cauti,quando dant testes pro citatis iuratis & legitimè repetitis , exceptis absentib.& mortuis. In Curia meæ Patriæ Ciuitatis Campaniæ semper ab antiquissimis temporibus fuit obseruatum de stilo, ꝙ datur copia repertorum cum nominibus & cognominibus ante litem cõtestatam, in aliis curis sunt diuersæ obseruantiæ, quia solent dari reperta sine nominibus testium,tamen, vt dictum est, de iure regni dare debet, & ad prædicta vide etiam Rob. Marã. in suo speculo aureo,in rub.de inquisitione, in sexta parte princip.col.2.car.44. ADDITIO noua. Et ibi etiam ponit , ꝙ quando non daretur copia repertorum ,non seruaretur dispositio huius c. sed deberet ordinariè procedi, vt ibi per eum,& vide supra c. item ꝙ prædicti 16.vbi probatur,ꝙ inquisito datur copia probatorum,& admitti debet ad defensiones . vt ibi in tex. ¶ Circa aliud,quod dici-
9 tur in isto c.† ꝙ crimina debent denunciari superiori.† Ad-
10 de,ꝙ similiter debent denunciari superiori sententię,a quibus non fuit appellatum,vt in c plerunq;, supra num, 174. in rub.de notificandis superioribus &c.& vide Matt.de Afflict.in consti.pœnam eorum.col.22.versi.& ex his,vbi di-
11 cit, † ꝙ de sententia foriudicationis debent fieri quatuor scripta,& vna debet ad Magnam Curiam Vicarię transmitti,vt ibi per eum.Et vide Par.in tra.find.in verbo officialis.
12 §.fi.col.fi.vbi per tex.huius c.dicit,† ꝙ capitanei etiam habentes merum imperium dicuntur præsides, vt ibi per eũ.
13 Et an materiam inquisitionum.† Quot debẽt interuenire, vt valeat inquisitio , & alia multa ad materiã inquisitionis vide latissimè per Paridem in trac.find.in verbo inquisitio per totum,& Rober. Maran.in suo speculo aureo,in sexta parte,in rub.de inquisitione,car. 44. per totũ vbi latissimè.
14 Et iuxta supra dicta de copia capitulorum.† Adde,ꝙ ad dationem capitulorum non potest deueniri nisi in maximis criminibus,& vbi venit imponenda pœna mortis naturalis,vel ciuilis,vel membri abscisio,nec etiam inquisitio fieri potest,nisi in dictis maximis criminibus casibus vt sup. vt tenet Barto.de Capua in ca. ab illo inchoandum. supra proximè & And.de Iser.in cons.hi qui, & hoc tenent Scri-
15 in cap. pridem per diuersas,infra numero 218. † Et quæ dicantur maxima crimina, vide Specul. in titu.de inquisit.
16 §.primo. † Et quando dantur capitula,reus debet esse sine vinculis,vt tenet Matth.de Afflict. in constitu.regni huma-
17 nitate nobis.colum.antepenul.in decimonono notab. † Et in capitulis debet poni locus & tempus , aliàs vitiatur ca-
18 pitula & inquisitio,arg.l.libellorum.ff.de accus.† Et quando datur copia capitulorum,debet dari cum facultate defensio-

fensionis & reclamandi, vt C. de iure fisci. l. defensionis facultas. lib. 10. ADDITIO noua. ¶ Et an inquisito de hæresi debeant dari capitula, & dicta testium, vide Bald. cõsi. 95. regula, primo volum. vbi tenet quòd sic, nisi fieret propter subterfugia, & vide in ca. fi. de hære. in 6. & vide Old. consi. 36. infrascripti, vbi ponit multos casus contra iudeos rapientes Christianos & multa alia vide ibi. Aduerte etiã ad materiam huius cap. quòd per const. regni hi qui. erat
19 inductum, † quòd quando ex processu facto in generali inquisitione constat per idoneos testes contra aliquem hominem, qui non est leuis vitæ, nec malæ conuersationis de aliquo crimine, pro quo uenit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut abscisionis membri, talis debet citari ad recipiẽdum capitula, & debet sibi dari copia repertorum, idest illorum testium examinatorum in inquisitione generali. Si autem ille inquisitus esset homo leuis vitę & malæ conuersationis, tunc non datur sibi copia repertorum, sed tantum nomina testium deponentium in ipsa generali inquisitione, dummodo sint decem testes, qui deponant contra eum de crimine, in quo venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut abscisionis membri, per d. const. hi qui. per quam patet, quòd contra homines leuis vitæ & malæ conuersationis ex processu facto in generali inquisitione, in quo decem testes bonæ opinionis non inimici inculpati deponunt cõtra eum de maleficio, nisi aliud in contrarium obsistat, potest fieri condemnatio per illam const. intelligendo vt ibi dicit Matth. de Afflic. col. 5. in decimo nota. quòd illi decem testes sint repetiti citato inculpato ad videndum iuramenta testium, & datis capitulis, & data sibi copia defensionis, vt ibi per eum. allegat const. itẽ dura & dira, & quòd datur sibi copia repertorum, allegat etiam. c. in generalibus inquisitionibus, & clarius probatur in isto cap. Et per istud cap. est sublata illa differentia, si erat leuis, vel non leuis persona, semper datur copia repertorum. Et etiam d. consti. hi qui, quæ loquitur in decem testibus, corrigitur per istud cap. quod loquitur de quatuor testibus non reprobatis, & minor numerus testium non sufficit ad condemnandum in illa generali inquisitione, sed potest reformari processus ordinarius, & faciant in illo probationes & præsumptiones siue indicia, vt in hoc cap. di-
20 citur, & Matth. in d. const. hi qui, in decimo notabili. ¶ † Ad de Matth. de Afflic. in const. hi qui. col. 5. in fin. in vndecimo nota. vbi per tex. huius cap. subiungendo dicit, quòd iudex in hoc regno sine accusatore, vel denuntiatore potest procedere ex officio ad inquirendum contra certam personam de delicto, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri abscisio. Et idem dicitur in c. Regis Roberti ne tuorum, & nuper adduntur duo alii casus, videlicet vbi iniuria facta est personæ ecclesiæ. l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cleri, allegat etiam aliud c. Regis Caroli Secundi, quod incipit. Pontio de Moncello militi, & fuit factum anno domini. 1286. die. 3. Iulii. 9. Indictionis vel quando iniuria esset illata pupillis, aut viduis. Item de homicidiis clandestinis, vbi nullus accusator apparet, de quo in const. si damna clandestina, & idem dicitur in c. Regis Roberti, si temporum alternata conditio sub Anno Domini. 1329. die. 10. frebruarii. 12. Indictionis, regnorũ suorum anno. 20. & infra in cap. vt delatas. 235. Et dicit Matt. de Affli. in d. const. hi qui. col. 6. in tertiodecimo nota. quòd in omnibus casibus, in quibus potest procedi ex officio per inquisitionem sine accusatore, vel denunciatore, procedi debet cum illa solennitate, quæ requiritur de iure communi, vel de iure const. regni, & omnes solemnitates, quæ seruantur, quando proceditur per viam accusationis, sunt seruandæ, quando proceditur per viam specialis inquisitionis, & sic debent exprimi circumstantiæ criminis. ¶ Et nota ex isto c. nostro subiungendo, quòd iustitiarii regionum, & alii officiales habẽtes merum & mixtum imperium debent denunciare regi, vel eius vicario delicta commissa in eorum prouinciis singulis duobus mensibus, vt hic, & tenet Seba, supra. cap. item quòd prædicti. 16. nume. 11. & sic D. Ioan. Anto. de Nigris.

21 est vnus casus, in quo crimina debent regi denũciari ¶ † Secundus casus est, quando iudex mandat partibus, ne pendente lite se offendant, vel aliquid innouent, si contrauenerint, debet puniri, & destitui omnibus bonis, quæ bona non debent restitui incõsulto rege, & sic est alius casus, in quo Rex est consulendus c. subditorum. 5. supra ¶ Tertius casus est in cap regni frequens. 6. sub rub. de testimo. publi. disrob. vbi dicitur, quòd si tres latrones sigillatim & separatim deposuerint de receptatoribus, fautoribus, participibus, & victualia præstantibus, iustitiarius omnia debet regi notificare. ¶ Quartus casus est, quando aliquis est captus pro crimine læsæ Maiestatis: quia non debet liberari sine speciali mandato regis, vt in cap. nuper apud Tranum. 12. ¶ Quintus casus est, quando inquiritur contra castellanos regiæ arcis; quia debet hoc regi nunciari, vt cap. castellanos. 20. ¶ Sextus casus est, quando damnum est illatum per ignem impositum in restuchiis, & ignoratur malefactor, & vniuersitas tenetur regiæ curiæ ad tantumdem pro pœna, hoc debet regi notificari, quæ & qualia damna, quibus & in quibus locis & per quos sunt illata, vt c. pridem. 27. ¶ Septimus casus est, quòd non debent ordinari officiales inhabiles: sed idonei, & postquam fuerint ordinati, nõ debent mutari, nisi ex rationabili causa, vel infirmitatis, vel furti, & hoc debet fieri de conscientia regis, & sibi significari, vt c. item prędicti. 33. ¶ Octauus est, quãdo magistri passuum, magistri massarii, magistri araciarum, magistri forestarum, & prouisores castrorum non possunt officia eis cõmissa exercere ex causa infirmitatis, seu mortis, vel alterius iusti impedimenti, debent hęc significare regi c. item magistri passuum. 55. ¶ Nonus casus est, quia si contra aliquem proceditur de inuentione thesauri, non potest procedi ad torturam sine mandato regis, sed hoc vna cum toto processu, & quicquid inuentum fuerit, debet significari regi. c. prædicti magistri procuratores. 64. ¶ Decimus casus est; quia si magistri forestarum, seu defensarum regis inuenerit aliquem de venatione suspectum in forestis, siue assignauerint iustitiario, siue non, debent hoc significare regi, infra. cap. magistri forestarum. 84. ¶ Vndecimus casus est; quia contra violantes capitula regni debet fieri inquisitio, & ad regem transmittitur, vt debita pœna possit eos punire, vt infra. capit. item statuimus, quòd constitutiones. 138. ¶ Duodecimus casus est; quia quãdo magister iustitiarius, & iudices Magnæ Curiæ certis temporibus debent morari in prouintiis, discurrendo, inquirendo, & corrigendo iustitiariorum & cœterorum officialium, ac aliorum excessus. Et si viderint iustitiarios, vel alios officiales amouendos, statim regi, vel eius locumtenenti particulariter omnia notificare debent, vt infra cap. insuper. 884. ¶ Tertiusdecimus casus est, si aliquis Imperatori maledixerit: quia si ex leuitate, vel infamia maledixerit Principi, non punitur, sed si per iniuriam Principis, referri debet ad Principem, vt extimetur, qualiter puniatur: vt l. vnica. C. si quis Imper. maled. Vndecim alios casus, in quibus iudex dẽt cõsultare regẽ, antequam proferat sñiam diffinitiuam, ponit Matt. de Affli. in const. hac lege. col. pen. in quarto nota. qui sequũtur. ¶ Quartusdecimus casus est, qñ agitur de re, quæ tenetur in capite & immediate a rege: quia debet Rex cõsultari. d. cõst. hac lege, & ibi Matt. col. pen. quarto nota. & hoc est de iure cõi. l. bene a Zenone. C. de quadri. præs. fallit in magistro iustitiario, qui cognoscit de feudis quaternatis, vt per And. & Matth. vbi supra. ¶ Quintusdecimus casus est quando emergit casus nouus, qui non reperitur expressè decisus: quia debet Rex consultari. d. const. hac lege, & ibi Andre. & Matthe. vbi supra, Spe. in titu. de rela. §. de quibus. & in l. vnica. C. de relatio. & ibi Azo in sum. ¶ Sextusdecimus casus est, quando iudex dubitat, vtrum in aliquo casu ipse habeat iurisdictionem: quia debet Rex consultari, glos. in dicta l. vnica. C. de rela. & in in constitu. statuimus. in fin. & Matth. vbi supra, versi. tertius. ¶ Decimusseptimus casus est, quando probationes ambarum partium sunt æquales omni respectu: quia tunc debet Rex

 consul-

consultari.l.diuus.versi.quartus.ff.de officio.præsi.& Matt. vbi supra, sed contra hunc casum est glo.in ca. in nostra lo 2.de testi.vbi dicit, quòd quando testes sunt omnino pares, pro reo fertur sententia. Et illud, quod dicitur in d.l.diuus.loquitur, quòd in dubio iuris debet consultari Rex, nam ibi habebat dilucida interualla, & dubitatur, qualiter sit puniendus, & debet Rex consuli. ¶ Decimusoctauus casus est, quando natura rei, de qua agitur, hoc exigit. puta, quando agitur de maioribus principibus reseruatis, & sunt causæ magnæ inter fiscum & priuatum, quæ debent referre Principi: vt in const.causas.& de aliis causis Principi reseruatis c.vt debitus.de app.c.maiores.de baptis.Matth. in d. const. hac lege, col.pen.in quarto nota.versi.quintus casus.¶ Decimusnonus casus est, quando causa fuit alicui delegata, vt cognoscat & referat, vel remittat ad principē, vt dicit Imo. & Phi.in cap. intimasti. de appe. & Matth. in d. consti.hac lege.colum.penul.versi.sextus.¶ Vigesimus casus est, vbicunque iudex siue interloquendo, siue diffiniendo verè dubitat, tunc potest regem consulere, sed si vellet consulere, vt euitet onus iudicādi, puniretur pœna triginta librarum auri, & efficeretur infamis. l. quæ ex relationibus C.de relat.¶ Vigesimusprimus casus est, quando inquisitus de crimine læsæ maiestatis in personam regis, copia repertorum non debet dari, sed debet fieri relatio regi, si vult, ꝙ detur necne: vt in consti.hi qui.& ibi Matt.de Affli.in duodecimo nota.¶ Vigesimussecundus casus est, quando quis vellet agere contra aliquem, qui possedit ante guerram inter regem Alphonsum & Regem Renatum, & habuit confirmationem a Rege Alphonso, nō potest agere nisi primò Rex fuit consultatus; vt in ca.Regis Alphonsi Primi, quod incipit, intelleximus nuperrime.sub data.2.Augusti.6.indi. 1444.& tenet Matth.de Affli.in d.consti.hac lege. col. pen. in fin.in 4.nota.versi.nonus casus.¶ Vigesimustertius casus est, quando quis vellet agere contra illum, qui habuit causam a rege Alphonso Secundo, vel a rege Ferdinando Secundo, vel a rege Federico, vt est nouella prag. Regis Catholici, & Matth.de Affli. vbi supra.¶ Vigesimusquartus casus est: quia magister iustitiarius frequenter debet per suas literas certiorare regem, qualiter se habent castellani in gubernatione & manutentione castrorum & bonorum demanialium.videlicet qua industria, qua diligentia, & qua solicitudine, vt in consti.capitaneorum, & ibi Matth.de Affli.col.6.in decimo nota.vt ibi latius per eum. Et multa alia de materia relationum vide per Phi.Fran.in d.c. intimasti. de app.& Spe.in ti.de relationibus. §. de quibus. ¶ Vigesimusquintus casus est, quando aliquis potentior esset inhobediens, & non posset puniri, vel examinari, debet rector prouinciæ ad superiorem & Imperatorem notificare. l. 2. C.de offi.recto.prouin.¶ Vigesimosextus casus est, quando officialis præfectorum aliqua praua commiserit contra publicum officium & ꝯ publicam vtilitatem, debet superiori nunciari.l.in officiales. C.de offi.recto.prouin. ¶ Vigesimusseptimus casus est; quia officiales debēt nunciare Magnæ curię nomina bannitorum & foriudicatorum, & qñ extrahunt aliquem de banno, vt in const.cordi. Aduerte tñ, quod iudices, qui cōsultant superiorē de casu claro, & differunt facere iustitiam, vbi de iure fieri non debet, puniuntur pœna triginta librarum auri, & pœna infamiæ. l. 2.C. de legi.& Matth.de Affli.in consti. regni in quæstionibus, in septimo nota.iudices verò, qui non referunt in casibus, in quibus fieri debet relatio, hodie excusantur, ex quo diu est, quòd tale bonum non fuit seruatum, vt dicit Matth. in const.cordi.in sexto nota. Alios casus, in quibus debet fieri relatio, vide per Spe.in titu. de relationibus. §.1.& alios in multis aliis casibus colligere poteris, quos omitto: quia est potius laboriosum, quam subtile, vt in simili dicit glo. in l. 1.ff.sol.matr. Ioannes Antonius de Nigris.

SUMMARIUM.

1 *Tormenta an præcedentibus indiciis adhiberi debeant.*
2 *Tormenta quando adhibentur, an qualitas & conditio personæ inspici debeat.*
3 *Tormenta an adhibeantur in criminibus infligentibus pœnam vltra relegationem.* 11.12.
4 *Literæ arbitrales quæ sunt.*
5 *Indicia sequentia an confirment torturam præcedentem.*
6 *Leuitate vitæ nō probata an ad torturam procedi possit.* 16.
7 *Fama vel fuga probata an ad tormenta procedi possit non probata leuitate personæ.* 16.
8 *Tormenta an possint repeti sine nouis indiciis.* 18.
9 *Iudex an debet in tormentis repetendis considerare, quomodo tortus in animi & corporis valetudine indurauerit.*
10 *Iudex in dubio an semper debet inclinare ad id, quod minus est.*
12 *Tortura an habeat locum in crimine, pro quo imponitur pœna pecuniaria, ibidem.*
Tortura an habeat locum in blasphemia Dei, ibidem.
Tortura an possit inferri in causa appellationis, ibidem.
Tortura infertur ad indagandam veritatem non ad pœnam regulariter, ibidem.
Tertio credi an debeat, ibidem.
Torrura an inferatur solum in magnis scæleribus, ibidem.
13 *Testis vacillans an possit torqueri, ibidem.*
Tortura de iure communi an locum habeat in omni causa criminali.
14 *Tortura an habeat locum pro insultu facto cum armis, vel pro violentia priuata, vel vbi venit imponenda pœna publicationis bonorum, vel in percussionibus factis sine armis.*
15 *Tortura imponi an possit pro portatione armorum vigore banni.*
16 *Leues personæ quæ dicantur.*
17 *Fuga an faciat indicium ad torturam.*
19 *Exculpatio offensi quid operetur.*
20 *Torqueri an possit sine accusatore.*
21 *Torqueri an possit clericus.*
22 *Tortura an habeat locum in furto ab augustali infra.*
23 *Pœnæ capitales vel non capitales quæ dicantur.*

DE TORMENTIS. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CXLIIII.

1 TORMENTA † iuxta prouisionem iuris communis præcedentibus legitimis indiciis, argumentis, & suspicioni-
2 bus volumus adiberi. † qualitate & cōditione personæ quæstionibus exponendæ diligen-
3 ter inspecta † in criminibus omnibus pœnam vltra relegationem infligentibus in conuictos.

TORMENTA. Circa istam materiam tormentorum prouidit primò Rex Carolus Primus regni anno 17. cap. Item caueant iusticiarii & iudices, supra numero 44.cum sequen. Item prouidit Rex Carolus Secundus regni anno. 6. cap. tormentis insuper, infra nume. 190. Item idem Rex regni anno. 12. prouidit, vt hic in tex. nostro.
4 † Et circa hanc materiam tormentorum vide omnes arbitrales literas editas a Rege Roberto, quæ literæ arbitrales sunt infra cap.exercere volentes, nume 221.& c.prouisa iuris sanctio, infra nu.222.& c.iuris censura. infra num. 223.&

223.& c.ne tuorum.infra nume.247.& vide quæ in d.c.iuris censura.scripsit Nico.de Vrsone.Et ad istam materiam vide,quæ scribam in allegato.c. tormentis, & vide in l. diuus.& in l.ex.libero.ff.de quæsti.& C.eo.in sum.& tex.in l. 1.§. si sibi manus.& §.itē illud.ff.ad fille.Cy.in.l. si quādo. §.vnde vi.Bar.in l.cum filius.de verb.obl.& Bald.in l.sciāt.

5 C.de proba.¶ † Sed quæritur,an indicia sequentia confirment torturam præcedentem sine indiciis & confessione, dic,quòd non,gl.nota.in l.fi.in gl.fi. ibi, si aliqua præcedat præsumptio.C.de accu.& ratio est: quia fuit ordo peruersus,& ita tenet glo. expressa. l.maritus.C.de q. quod est.nota. secundum dictum Bal.in d.l.fin.vbi vide per eum.¶ In tex.ibi(qualitate & conditione personæ) Circa hoc iunge & vide quæ nota.And.de Iser.in consti.regni,si damna clādestina.post prin.in titu.de male.cla.lib.primo,in gl.personarum leuium & vilium, vbi tractat intellectum huius c.

6 & cōcludit,† ꝙ ex solis indiciis non probata personæ leuitate ad tormenta procedi non potest, secus si per vnum testem directò probaretur super delicto de visu,cum quo cōcor.Bar.in l.fi.C.fam.er.vbi vide,& in l.qui quæsitum.ff.de

7 quæst.Item attende secundùm And.ibidem.† ꝙ vbi probatur fama,vel fuga contra aliquem, non sufficit ad tormenta,nisi probetur leuitas personæ & vilitas vitæ.Et circa hāc materiam tormentorum vide multa nota. per eundē And. in d.consti.si damna,vbi recurre,& adde nota.per Dyn. in tra.quæstionum.De vno tamen hic quærere non omitto,vi

8 delicet.† An quæstio & tormenta poterint repeti absq; nouis indiciis.Videtur ꝙ sic,vt l.repeti. ff.de quæst. & l. vnius §.reus.eo.ti.& in authen.vt iud.sine quoquo suffra.§.oportet enim eos.ibi,qui in vilibus capiuntur furtis, ipsi torquebuntur,& non primitus quiescūt,donec reddant furta.Sed dominus. Barto.de Capua determinauit contrarium , per. l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.signi.& pro socio.l.si socius pro filia.& arg.præallegati.§.reus.ibi,euidentioribus. ergo non sufficiunt prima indicia sed necessaria sunt noua indicia,vt quæstio repetatur.Non obstat præallegatus.§. oportet.quia ibi est speciale in officiale,vt ibi not.& hæc determinatio magnifici docto videlicet domini Barto.de Capua originaliter videtur Roffredi secundùm Gandy.in suo tracta.quæstionum, vbi plenè hanc materiam quæstionum pertractauit,in quo tractatu idem Gandy.subdit,quòd assessores honoris auidi hoc non seruant. Immo quotidie quæstiones repetunt sine nouis indiciis,quousque de prædictis indiciis eruant veritatem, qui possunt defensari per tex.in aut.vt iud.sine quoquo suffr.§.oportet.allegato, vbi iudices torquebunt fures, & non prius quiescant &c. † Et

9 subdit,quòd iudex debet considerare, quomodo tortus in animi & corporis valitudine indurauerit,quādo vult quæstionem repetere,vt d.l.vnius.§.reus.sed.D.And.de Iser.in in d.consti.supra allegata.3.colum.ibi,multum facit solertia iudicis &c. dicit, & concludit hanc repetitionem tormentorum in totum relinqui arbitrio iudicis, vt iudex consideret conditionem rei si sit indurata,vel delicata, vt l. 1. §. quæstioni.ff.de quæst.& sicut sunt indicia fortiora,sic tormentet semel & pluries: quia pro qualitate delicti debet esse plagarum modus,vt deutoronomio. 25.c.& C.de pęn.

10 l.sancimus.† vt semper in dubio inclinetur ad minus: quia sanctius est &c.vt ibi plene per eum nota. Tu autem concorda prædicta, & illa ad veram practicam reduco,& sic. Aut contra reum apparent prima indicia leuia,& non sunt multum vrgentia, & tunc quæstio & tormenta non possunt repeti absque aliis euidentioribus indiciis,vt.d.§.reus secundùm primam lecturam, & ita potest intelligi determinatio Bartho.de Capua. Aut apparent contra reum indicia manifesta & euidentia & multum vrgentia, tunc si in prima tortura nihil dicit, & stat durus, poterit iterum reus torqueri & repeti, vt. d. §. reus. & d.l. repeti, & tunc quod dicit tex.in d.§.reus euidentioribus argumentis &c. expone,quando sunt alia argumenta leuia,quæ consueuerunt a principio contra reos apparere, sed secundùm primam lecturam.d.§.tunc expone euidentioribus argumen

D.Ioan.Anto.de Nigris.

tis,supple,quàm sunt prima argumenta contra eum habita, & hanc distinctionem colligo ex verbis Bartol. qui in effectu, si bene consideras, concordat cum. d. l. vnius. §. reus.vbi vide nota.per eum.¶ In tex.ibi(in criminibus &c.)

11 † Nota,quòd quis non debet torqueri nisi in criminibus infligentibus pœnam vltra relegationem,concor.in ca.si iuste.Sebast.de Neapoli.

ADDITIO.

TORMENTA. Nota secundum Bartholo. de Capua hic optimam declarationem nouam.

12 † quòd tormenta non adhibentur,nisi in criminibus infligentibus pœnam vltra relegationem & non in aliis,vt in hoc tex.& in c.si iuste.infra nu. 146. & idem tenet hic Seb.de Neap.& Par.in tra.sind.in verbo tortura.§.an in causa pecuniaria,& Tho.Gram. in voto. 15. in causa nobilis,nume.12.& consi.15.viso processu, nume.4.

ADDITIO noua. Et tenet Matt. de Affli. in consti. regni in quæstionibus.col.5.nume.12.& Tho.Gram.consi. 35.num.54.in causa magnifici.Et dicit.D.Aymo.consi.41. venerabilis.in fi. 1.vol. † quòd tortura non habet locū pro crimine,pro quo pœna pecuniaria imponitur, & tenet idē Aymo consi.137.magister.col.pen.in fi.primo vol.Et dicit Iaco.de Are.in l.1.col.pen.ff.de quæstio. † ꝙ si aliquo casu reperitur torturam locum habere in causa ciuili,intelligitur ratione criminis annexi:vt ibi per eum.¶† An aūt tortura locū habeat in blasphemia Dei, vide Tho.Gram. consi. 15.in crimine.vbi per multa concludit,ꝙ tortura nō hēt locū.¶† Nūquid aūt tortura possit inferri in cā appellationis, vide Io.de Ana.consi.1.& ibi Lud. Bolog.in addi.col. fi.& tenet ꝙ sic.¶ † Itē sciendum est,ꝙ regulariter quæstio,seu tortura infertur potius ad veritatis inuestigationem, q̄ ad criminis punitionem.i.1.§.quæstionem.ff.ad fille.licet aliquando tortura detur ad pœnā, vt pro vilibus furtis fur torquendus est,donec illa restituat,in aut.vt iudi.sine quoquo suffr.§.ex diuerso.Et torto non de facili credendum est l. 1. §.quæstioni.ff.de quæstio. † Et tormenta in magnis sceleribus inferenda sunt.23.q.5.c.circumcelliones, ad prædicta vide Lucam de Pen.in l.vorax.C.de numera.lib. 12. hodie hoc est determinatum per istud c.nostrum,quando habeat locum tortura,& quando non.Et istud c. modificat ius cōe

13 † quia de iure cōi in omni causa criminali habebat locum tortura,& per istud.c.modificatur, vt solum in illis casibus habeat locum, vbi imponitur pœna vltra relegationem.

ADDITIO noua. Et tenet Lucas de Penna in l. vorax.col.3.in fi.C.de numerariis,actuariis &c.lib.11. vbi dicit,ꝙ licet de iure ciuili tormenta locum haberent in causa ciuili,dummodo iudex,qui de causa cognoscit, talis sit, qui posset tormenta inferre: quia defensor ciuitatis,vel pedaneus iudex tormēta inferre nō posset.vnde testis vacillās coram tali iudice pedaneo,vel defensore ciuitatis torqueri nō posset,vt ibi per eū,dicit tñ Lucas vbi supra,ꝙ in regno per istud c.tormēta.possunt solùm inferri in criminibus pęnā vltra relegationem imponentibus.& hoc fuit salubriter prouisum. Et ibi etiam ponit, an testis vacillans possit torqueri in causa ciuili,de quo etiam per Hippo.in l.ex libero ff.de quæstio.& Par. in d. §. an in causa pecuniaria.† Et ex hoc infertur,quòd pro insultu facto cum armis,vel pro violentia priuata,vel vbi veniret imponenda pœna publicationis bonorum,& in percussionibus factis sine armis non est locus torturæ,vt tenet Par. in d. §. an in causa pecuniaria. col.1.& Lucas de Pen.in l. vorax. col. pen. C. de numera. li. 12. ADDITIO noua.Aduerte tñ ad vnum in quatū dictum est,ꝙ pro insultu cum armis non habet locum tortura secundùm Pari. vbi supra. hoc nō est indistinctè verū: quia pro insultu facto cū armis coadunatis hominibus maximè in loco publico imponitur pœna legis iuliæ de vi publica,vt dixi supra in c.ab illo inchoandū.& gl.in const.regni,siquis aliquem.in fi.& ibi And.de Iser.& latè dixi in d. c.ab illo.vbi vide.Et pęna legis iuliæ de vi publica est pęna deportationis. §. item lex iulia de vi. Institu.de pub. iud. glos.in l.qui dolo. in verbo aquæ & igni. ff. de vi publi.&

amiſſio oīum bonorum,gl.in l.2.C.ad leg.iul.de vi pub.Et pœna deportationis eſt maior relegatione,gl.in §.cū autē. inſti.quib.mod.ius pat.pote.ſol. & cum ſit vltra relegatio-
15 nem,habet locum tortura,vt in iſto c. noſtro.† Similiter ēt non habet locum tortura,quando officialis faceret bannū, vt quicunque portauerit arma de nocte,torqueatur: quia tali caſu inuentus cum armis non poterit torqueri:quia officialis non poteſt imponere noua genera pœnarum,vt per Par.vbi ſupra,hoc tamen non ſeruatur,quando Magna curia faceret tale bannum de mandato proregis: quia tunc de facto infertur tortura ad pœnam,vt quotidie ſeruat Magna curia Vicariæ,licet alii officiales hoc non poſſent. Et ſimiliter iſtud c.modificat c.tormentis. infra nu. 190. nam licet illud ſit ſcriptum poſterius: tamen iſtud fuit vltimo loco factum,vt tenet etiam Seb.hic.¶ In quantum hic Seb.
16 tangit † quòd ad hoc vt ad tormenta procedi poſſit, debet probari de leuitate perſonæ & vitæ torquendi, & quòd nō ſufficit fama vel fuga contra aliquem, ad tormenta, niſi probetur leuitas perſonæ,vt hic per eum,adde,quòd idem tenet And.de Iſer.in conſti.regni,ſi damna clandeſtina,colum. 2.verſi.perſonarum leuium,vſque ad fi.colum.& benefacit tex.in d.c.tormentis.in fi. & vide Alex. in addi. ad Bartol.in l.fin.ff.de quæſtio.& Matth.de Afflic.in conſti. in quæſtionibus.col.5.in prin.nu.12 Matth.de Affli.in d.conſti.ſi damna clandeſtina. col. 15. in decimo nota. vbi hoc declarat,& dicit,quòd ſi eſt fama publica,quòd talis occidit,tunc concurrente leuitate vitæ poteſt deueniri ad torturam,& ſic ex indiciis & præſumptionibus, quæ ad plenum non probant,nec ſufficiunt ad torturam adhibēdam concurrente leuitate vitæ,de qua debet conſtare in proceſſu,iudex poterit adhibere tormēta,allegat And.ibi & Alex. conſi. 89. colum. 3.in 3. volum. & ibi etiam ponit Matth. quæ dicantur leues perſonæ, dic vt ibi. Et vide Ioan. And. in c.cum in contemplatione. extra de regu. iur. vbi dicit, quòd quando iudex procedit contra aliquem ad torturam hoc faciet,ſi perſonarum conditio patiatur,vt ibi per eum.
17 ¶ † An fuga faciat indicium ad torturam, vide Felyn. in c. nullus. col. 1. extra de præſumpti. Paris in verbo fuga officialis.Fran.Bru.in tra.de indi.in 2. carta. Iaſ. latè in repe. l. admonendi.col.63.ff.de iureiuran.Hippo.in ſua pra. cri. §. diligenter.col.9.cum ſequen.Ang.Are.in tra.malefi. in verbo fama publica, colum. 14. cum concor. in dictis locis.
18 ¶ Circa aliam quæſtionem,quam ponit hic Sebaſtia. † an tortura poſſit repeti ſine nouis indiciis,vide quæ dixi ſupra in c.frequens,nu.7.Et circa iſtam materiam tormentorum vide Iaſ.in l.ſi mora.colum.6.in fin. ff.ſol.matrim.vbi tenet
19 † quòd exculpatio offenſi multum operatur, adeo quòd ſi vulneratus exculpat,ſeu expurgat illum,qui eum vulnerauit,talis exculpatio operatur,vt ille, contra quem ſunt indicia,non poſſit poni ad torturam,vt ibi per eum,quod ta-
20 men qualiter procedat,vide quæ dixi in d.c.frequens.† An autem ſine accuſatore poſſit quis torqueri, vide Hippo. in
21 l.fi.col.3.ff.de quæſtio. † An autem clericus poſſit torqueri,vide in c.1.& ibi glo.& doct.extra de depoſi. Io. And. & alios in c.cum in contemplatione,extra de reg.iur. & Hip. in ſua pract.crim.§.expedita.nu.40. vbi quòd ſic.

ADDITIO noua. Et Iaco.de Are.in l.1.col.fi.ff.de quæſt.& Præpo.in c.illi qui 5.q.6.vbi dicit,ꝙ tortura in clerico debet moderatè fieri,ne potius tranſeat in pœnam, q̄ in indagationem veritatis,& tenet Abb. in c. vniuerſitatis. de ſen.excom.Et an clericus poſſit torqueri per laicum de mandato Epiſcopi,ponit Præpo.vbi ſupra,& finaliter quicquid ſit de iure concludit quòd ſic.Et in d.c. etiam ponit,ꝙ teſtes eccleſiaſtici non ſubiiciuntur tormentis ſæuerioribus,quibus ſubiiciūtur homines in iudicio ſeculari, vt ibi latius per eum.Et ad materiam huius c.eſt ſciendum,ꝙ relegatio poteſt fieri ad tempus,& etiam perpetuò.l.exilium verſi.hæc pœna,& l.fin.§.hæc differentia.ff.de interd.& releg.& relegatio ſaltem certo reſpectu dicitur pęna afflictiua perſonæ,vt tenet Cald.conſi.2.in titu.de procur.cum ibi
22 allegatis.† Ad materiam,an in furto ab auguſtali infra habeat locum tortura,dixi ſupra in c.ad hoc.num.140.ſupra
23 de fur.† Et quot dicuntur eſſe pęnæ capitales,& quot non capitales,vide Bald.in l.quid ergo.§. pęna grauior. colum. fin.in prima lectu.ff. de his qui not. infa. vbi ponit de pęna mortis metalli,& deportationis,quòd ſunt capitales,ſed relegatio,infamię & dignitatis amiſſio non ſunt capitales, vt ibi per eum,& per Bald.in l.data opera.col.2.C.qui accuſ. non po. Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Tortura an debeat dari in publico,an in occulto.*
Torturæ qui debent intereſſe,ibidem.5.10.
2 *Confeſſio torti coram quibus fieri debet.10.*
3 *Indiciorum copia an torquendo dari debeat.6.7.*
4 *Tortura illata non data copia repertorum an proceſſus valeat.*
8 *Ordo qui ſeruari debet in danda tortura.*
Tortura a quo incipi debet,ibidem.
9 *Tortura cum quibus inſtrumentis & modis detur.*
11 *Aduocatus an debeat intereſſe torturæ.*

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CXLV.

1 HABEBITVR † quęſtio in publico coram aſſeſſoribus, actorū notario, & aduocatis, niſi nota & rationabilis cauſa ſubeſſet, vt tortura deberet fieri in occulto, & maximè in criminibus læſæ maieſtatis, vbi iudicem,aſſeſſorem & actorum nota-
2 tarium volumus eſſe præſentes. ¶† Confeſſio verò tormentis expoſiti coram aſſeſſore & actorum notario tantum fiet,niſi cauſa rationabilis officialem mouerit,vt videat alios ſimul cū ſuo iudice & acto-
3 rum notario intereſſe debere. ¶ † Indiciorum, & ſuſpicionum,propter quæ ad tormenta proceditur copia detur ei qui quæſtionibus exponetur, ſuper
4 quibus habeat copiam reclamandi. ¶ † Alioquin nullus ſit ſequente tortura proceſſus habitus contra ipſum,nullum ſibi præiudicium afferat confeſſio forſitan ex tormentis talibus ſubſequuta.

5 HABEBITVR Quæſtio † Nota coram quibus debeat haberi quæſtio,vt valeat.¶ In tex.ibi(indiciorum
6 &c.)Nota † quòd ad hoc vt quæſtio ſine ſuſpitione procedat,oportet, quòd detur copia torquendo omnium indiciorum ſuſpicionum & argumentorum,idem in cap. ſubiungendo.ſupra nume.143.ibi,erunt omnes &c. Sebaſtianus de Neapoli.

ADDITIO.

7 HABEBITVR. Ad illud † an copia indiciorum & repertorum dari debeat,vide, quæ dixi ſupra in cap. ſubiungendo.numero 149. ADDITIO noua. In tex. ibi(coram aſſeſſoribus)Nota,quòd quando infertur tortura,debent intereſſe aſſeſſores, & ſic in numero plurali. Et hodie eſt nouella prag.Imperatoris Caroli Quinti de Auſtria, quæ incipit, mandamus quoque,in qua ſtatuitur, quòd quando imponuntur decreta de torquendo, debent ſubſcribi per omnes iudices,vel per maiorem partem,aliàs nō poſſunt exequi.Et ad minus duo ex dictis iudicibus,qui ſe ſubſcripſerunt,debent interuenire in tortura,& ſic concordat cū iſto c.quò ad hoc, de quo vide,quæ dixi ſupra c.
8 item ꝙ in cognitionibus.45.† Quis autem ordo ſeruari debet in tortura danda, & a quo incipi debeat, quando ſunt plures, vide Iaco.de Belui. in ſua pract. cri. in rub.de quæſtio.

9 stio.colum.10.¶†Et cum quibus rebus, seu quibus modis dicatur tortura, vide plures modos, quos ponit Iac. de Bel. in d.sua prac.cri. in rub.de quæstio. colum.10.versic.circa sextum, & Franc.Bru.in trac.de indi.car.5. vbi ponit multos modos torquendi.
10 ¶Et ad materiam huius c.†Qui debeant interesse torturæ, vide in l.si postulauerit.§.quæstioni.& ibi Bar.ff.de adul.debet tamen dictum torti recipi in secreto, cum similitudinem habeat testis. ff.de quæst.l.1.§.imperator, & in sum.in titu.de quæstio.& probatur in isto tex.nostro ibi, confessio verò, & vide Par.in tra.find.in verbo tortura.§.an stetur dicto torti, col.1.in princi. versi. qui
11 debeant.† Et an aduocatus debeat interesse torturæ & disputationi, si debet torqueri nec ne, & an debeat interesse confessioni, vel responsioni, vide Bar.in d.§.quæstioni. & Par.vbi supra, vbi regulariter quod non, tamen limitat, nisi respondens esset nimium simplex, & decipi possit, vt ibi per eum. Ioan.Anto.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an possit a futura tortura.* 34.
Appellationem a tortura non recipiens, aut torquens in criminibus non inferentibus pœnam vltra relegationem qualiter puniatur, ibidem.
2 *Tortus indebitè si fuit ad mortem condemnatus, vel mortuus qualiter puniatur officialis.*
3 *Appellans a sententia diffinitiua si fuit morti traditus, qualiter puniatur iudex.*
4 *Tortus si fuit mortuus in tormentis qualiter iudex puniatur.*
5 *Tortus indebitè diffinitiuè condemnatus si non fuit pœna mortis, sed alia pœna imposita, qualiter iudex teneatur.*
6 *Torquens aliquē indebitè punitus an admittatur ad aliud officium.*
7 *Tortus indebitè an eius confessio præsumatur meticulosa, etiam si dicatur, quòd sponte est confessus.* 10.26.81.
8 *Appellatio a tormentis quando dicatur iusta.*
9 *Torqueri an debeat in criminibus non inferentibus pœnam vltra relegationem.* 40.
11 *Appellatione interposita a tormentis quis iudex cognoscet de causa principali.* 18.
12 *Appellatione an habeat effectum suspensionis & deuolutionis.*
13 *Interloquutoria, qua fuit pronunciatum, aliquem esse torquendum, an possit reuocari.*
14 *Defensio an debeat dari reo, si contra eum sunt indicia ad torturam.* 52.
15 *Appellatio iusta a tormentis an sit recipienda.*
16 *Defensio an detur etiam confesso.*
17 *Defensio an concedatur post sententiam.*
19 *Indicia legitima quæ dicantur.* 37.
20 *Torturam inferre an possit iudex ad postulationem accusatoris.*
21 *Torturam immoderatam inferens an puniatur.*
22 *Officialis, qui zelo iustitiæ commisit iniustum, an puniatur.*
23 *Confessio facta per reum ante dationem capitulorum an noceat.*
24 *Confessio ex arrupto facta quid operetur.*
25 *Dominum tertiæ partis bonorum officialis indebitè torquentis an ipso iure transeat in fiscum.*
26 *Confessus in tortura an incontinenti debeat duci ad tribunal.*
27 *Assessores cauere debent, vt diligenter intueantur, an terrore torturæ reus confiteatur.*
28 *Tortus, si dum ducitur ad perseuerandum, facit sibi ab actuario relegere confessionem, an si eam confirmauit, videatur in ea perseuerare.*
30 *Defensionibus seu termino defensionis an possit reus renunciare.* 82.
31 *Cautela assessoris vt faciat scribere in actis, quòd reus renunciauit termino: quia non habet defensionem.*
32 *Defensionis terminus dari an semper debeat.*
33 *Sententia capitalis an possit exequi infra terminum datum ad appellandum.*
35 *Appellari an possit ab interlocutoria de torquendo in crimine læsæ Maiestatis.*
36 *Appellatione pendente a futura tortura an possit procedi ad torturam.*
38 *Indicia quomodo purgantur.*
39 *Torturam si iudex inferre vult, an debeat habere merum imperium.*
41 *Pœnæ vltra relegationem quæ dicantur.*
42 *Mutilatio membri an differat a truncatione.*
43 *Auriculæ abscisio an dicatur de modica coërtione.*
44 *Amputatio membri an vltimo supplicio comparetur.*
45 *Deportatio in quo differt a relegatione.*
46 *Blasphemans Deum an possit torqueri.*
47 *Tortura an habeat locum, vbi venit imponenda pœna publicationis bonorum.*
48 *Tortura an habeat locum pro insultu.*
49 *Tortura an possit inferri, si non fuit data copia indiciorum.*
50 *Delictum esse commissum an prius constare debeat.*
51 *Tortura an habeat locum, si non fuit lis contestata.*
53 *Citari an debeat reus ad videndum iuramenta testium.*
54 *Minori an debeat dari curator ad litem.*
55 *Tortura an possit adhiberi, si non fuit a parte petitum.*
56 *Tortura an habeat locum, quando constat de delicto per alias probationes.*
57 *Tortura vt possit inferri, an requiratur pronunciatio iudicis.*
58 *Indicia legitima præcedere an debeant, vt habeat locum tortura.*
Indicia in crimine læsæ maiestatis an debeant præcedere torturam ibidem.
Indicia an debeant ex actis apparere, ibidem.
59 *Minor quatuordecim annis an possit torqueri.*
60 *Torqueri an possint senes & decrepiti.*
61 *Decuriones an possint torqueri.*
62 *Mulier prægnans an possit torqueri.*
63 *Indicia quomodo eliduntur.*
Indicium, quòd est vicinus, quomodo purgetur, ibidem.
64 *Indicium furti, quòd fuit visus exire de domo, quomodo purgetur.*
65 *Indicium, quòd fuit visus portare lignum, an elidatur per probationem, quòd erat impossibile portari per vnum.*
66 *Absentia probata a loco delicti, an sit purgatum indicium.*
67 *Confessus occidisse hominem quam defensionem facere poterit.*
68 *Confessio erronea quomodo probatur.*
69 *Furtum committens & confessus quas defensiones facere poterit.*

70 *Exculpatio offensi an purget indicia.*
71 *Jndicia an elidantur per torturam.*
72 *Famæ indicium quomodo eliditur.*
73 *Fugæ indicium quomodo eliditur.*
74 *Minarum indicium quomodo eliditur.*
75 *Malus an præsumatur semper malus, si fuit conuersatus cum bonis hominibus.*
Malus an semper præsumatur in eodem genere mali, ibid.
76 *Furata res reperta penes aliquem, quomodo eliditur tale indicium.*
77 *Inimicitiæ indicium an elidatur per reconciliationem.*
78 *Præsumptio vna an tollat aliam.*
79 *Torquens aliquem indebitè qualiter puniatur.*
80 *Tortus si fuit mortuus in tortura, vel debilitatus, qualiter iudex puniatur.*
81 *Iudex indebitè torquens qualiter puniatur.*

QVOD RECIPIATVR APpellatio a tormentis, vel a sententia. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CXLVI.

1 SI iustè † Quis appellauerit a tormentis recipiatur appellatio ante adhibitam quęstionem. Nam si præses, iudex & officialis quocunque nomine censeatur, appellationem legitimam interpositam ante tormenta non receperit, aut hominem tormentauerit, vbi non debuit, seu in criminibus non inferentibus pœnam vltra relegationem, aut contra præfatam formam de homine quæstionem
2 habuerit. † Si quidem tortus ipse ex tormentis, aut propter confessata per tormenta sic sibi adhibita mortuus fuerit, vel condemnatus ad mortem, & sententia in eum executioni mandata, officiales adhibitores talium tormentorum ad vltimum
3 supplicium propterea condemnentur. ¶ † Simili pœna mortis iudicibus imminente si diffinitiuè damnatum per eos ad mortem non admiserint appellantem & appellatione reiecta mortis pœnam dicto reo, ad quam erat damnatus, sententialiter
4 inflixerunt. ¶ † Si verò tormentatus mortuus non fuerit ex tormentis, dicti officiales pœnam carceris biennalis incurrāt, & tertia pars bonorum suorum omnium ipso facto curiæ nostræ commodis applicetur, cuius dominium in fiscum nostrū transeat
5 ipso iure. † Quòd si diffinitiuè damnatus, non mortis pœnam appellatione reiecta, quam interposuit, sed aliud suppliciū sit perpessus, officialis huiusmodi, quod fecit, expectet, vt eandem pœnam sustineat, quam inflixit, reiiciens appellationem ra
6 tionabiliter interpositam ab eodem. ¶ † Nec vnquā officialis sic semel punitus aut administrādo excedens, inuitus ad exercendum officium aliud deputetur, vel spontaneus admittatur, de quo ipsum
7 inhabilē declaramus. ¶ † Ad hoc si per processum habitum contra tormentis expositum, liqueat tormenta fuisse adhibita contra prædictam formam & modum, quamuis idem processus per eundem factus, qui tormenta inflixit, contineat totum ipsum, postmodū die seu vice alia sponte confessum fuisse de crimine, & absque formidine tormentorum, præsumimus & volumus, vt sit iuris præsumptio, ꝙ illud tormētorum formidine sit confessus, quantumcunque in processu contineatur, ꝙ sponte, nisi de tali spontaneitate, seu voluntate spontanea tormentati constet iudici appellationum, & ei ad quem ea res pertinet, aliter quàm per acta & processum prædictum.

8 SI iustè. † Quæro, quando dicitur iustè appellare. Respondeo, quando nullis, vel non legitimis indiciis pręcedentibus vellet torquere, vel quia non temperatè, vt rationis moderamina desiderant, vel in casibus non permissis, vel melius quia non datur copia indiciorum, vt sup. ca.
9 proximo dicitur. ¶ In tex. ibi (vltra relegationem.) † Nota, quòd quis non debet tormentari, nisi in casibus & criminibus inferentibus pœnam vltra relegationem, vt hic, & supra c. tormenta. ¶ In tex. ibi (absq; tormentorum formi-
10 dine &c.) † Nota, quòd iniustè tortus semper præsumitur formidine tormentorum confessus, quamuis contineatur
11 in actis, ipsum sponte confessum. ¶ † Sed pone, quidam exponendus est quæstionibus & tormentis, appellauit, quæritur quis cognoscet de causa principali, ille, ad quem appellatur, an ille, a quo? Distingue, quia aut appellatio fuit pronunciata iusta, & sic non est locus torturæ, & tunc cognoscit iudex appellationis: quia per appellationem est deuolutum negocium, si verò appellatio est pronunciata iniusta, & sic est locus torturæ, remittitur causa ad iudicem à quo, & ipse habet inferre torturam, & ipse iudex a quo cognoscet de negocio principali, extra de aqpella. ca.
12 vt debitus. † Appellatio enim habet duos effectus, scilicet suspensionis & deuolutionis, suspendit enim iudicatum, vel grauamen, deuoluit iurisdictionem, vt notat Archid.
13 in ca. fi. in fi. extra de sen. & re iudi. in 6. ¶ † Item quid si iudex pronūciauit ipsum torqueri, an possit reuocare suam interlocutoriam. Respondeo sic, extra de app. c. si a iudice, in 6. ar. ca. cum cessante. extra de app. & l. quod iussit. ff. de re iudi. & C. sen. rescin. non po. l. 1. in gl. ff. de no. oper. nun-
14 cia. l. si opus, & C. de sen. l. post sentētiam. † Sed quid si contra reum præcedunt indicia criminis, dicit reus iudici, placeat prius dare mihi defensionem, quàm me ponat ad tormenta, nunquid debeat dari terminus ad probandum defensiones: Videtur quòd non. l. 3. C. vbi sena. vel clari. ibi, eo quòd in crimine notatus &c. nam cum in illis personis, quibus ibi conceditur, sit speciale, in cæteris videtur de iure communi obtinere contrarium. ff. ad municip. l. 1. quoniam prius probat actor. & fundata intentione actoris reus ponit exceptiones suas. C. de exce. l. si quidē. & de probat. l. exceptiones, igitur prius curia debet fundare intentionem suam vel actoris per testes, vel confessionem rei, q̃ ipse reus audiatur in suis exceptionibus. Vos dicatis, ꝙ prius sit danda defensio, maximè quando quis aliquid tale allegat, quo probato non debet ad tormenta procedi. Nā & ab interlocutoria appellatur, seu a comminatione tormentorum. ff. de app. recip. l. ante sententiam, namque frustra appellatur, si prius poneretur ad tormenta. Bartho. de
15 Capua. ¶ Et ex tex. nostro in prin. ibi (si iustè.) † Nota, ꝙ iusta appellatio recipienda est a tormentis, antequam adhibeatur. Ratio: quia si denegaretur, difficile esset postea recuperare detrimentum membrorum & ossium fractionē, vt d. l. 2. ff. de app. recip. no. Bart. in l. si procuratione. C. de app. solent enim torti quandoq; in quæstione deficere
16 ff. de pęn. l. aut damna. §. 1. † Item quia iam confesso suæ innocentię conceditur defensio, vt C. de custo reo. l. 2. mul
17 to magis huic deneganda non est. † Item videmus, quòd iam damnato confessione facta in tormentis & perseuerata subuenitur etiam per principem post sententiam defensionem suæ innocentiæ concedendo, & sententiam retractando, si constiterit de innocentia damnati. ff. de quęstio

stio.l.prima. §. si quis vltro. ergo si iam confessio & condemnato conceditur defensionis facultas, multo fortius ante torturā denegari non debet; quia cui plus conceditur, non debet denegari, quod est minus, vt in regula, cui quod plus. Item text. non dicit expresse, quocunque ipse reus petit iudici defensionē dāda est.l. vnius.§.si.ff.de quæ-

19 stioni.¶ In tex.ibi (quocunque nomine.) † Sed pone, aliquis appellauit a tormentis, quibus erat exponendus, modò quæritur, quis cognoscet de causa principali, an iudex, a quo, vel iudex ad quem? Dic, vt scripsi supra cap. Item caueat iusticiarii, numero 44. titulo, quòd non tormentetur aliquis sine forma constitu.& iuris communis, vbi vide secundùm Barth.de Capua. Et quia in istis capitulis plu

19 ries fit mentio de indiciis. ¶ † Quæro, quæ dicantur legitima indicia ad torturam, & qualia esse debeant antequam procedatur ad illam? Dic, quòd de his non potest dari certa doctrina, sed considerationi & arbitrio iudicis boni relinquitur, vt ff.de test.l.3.in prin. ibi, tu magis scire potes; quia de his plenè te remitto ad ea, quæ notat Gandy. in suo tract.de quæstio.prima car.ibi, sed quero, qualia debent esse dicta indicia, & ad ea, quæ notat Barto. in l.qui sine.ff. de quæstioni. per D.Dyn. in allegato suo tracta. de quæstioni.ibi, sed quid si continetur in statuto &c.vbi similiter ponit multis indiciis indubitatis, quæ non solùm sufficiunt ad tormenta, sed etiam ad condemnationem & pœ-

20 næ impositionem. ¶ † Quæro, aliquis ordinario iure accusatur, nunquid iudex probatis indiciis possit procedere ad torturam ad partis postulationem? Dic, quòd siquidem indicia sunt talia, quæ assistunt ad verisimilitudinē etiam criminis, tunc iudex potest: vt l. cum cognitionaliter. C. de quæst. & ibi vide per Ang.de Perus.de materia istorum indiciorum, argumentorum, & semiplenè probationis, & in l de tormentis.C.eod. titu.& ibi ponit multa indicia, vide Bald.in l.non solùm.in fi.C.de adult. vbi similiter di-

21 stinguit. ¶ In tex.ibi (si quidem tortus ipse &c.) † Nota contra miseros iudices immoderatas torturas adhibētes: quia si pro hoc tortus deficit, aut ad mortem deuenit, condēnatur; iudex capitaliter venit puniendus, concordat text. in l.vnica.C.de priua.car.iudex enim qui feruore, vel odio procederet iniustè, lege Cornelia de Sicar. tenetur, vt l. lex iulia.ff. ad leg.Iul.repet.§. fin. vbi est text. nota. de eo, quod facit iudex ex crudelitate, vel nimio feruoris calore. Item tenetur.l.iulia de vi publi. si post appellationem morti tradit, vel iniustè impedit, ne appelletur.l. lege iulia.ff.ad leg.iul.de vi publi.& l.qui dolo. Et econtra, si facit in veritate iustitiam, quamquam esset confessus per tormenta, cum ipsi iudici esset nota culpa, dicitur ius facere, facit ad hoc, quòd nota.C.de pœnis.l.frustra. vbi glo.not qualiter probentur tormenta contra officiales, de quo per Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de no.oper.nun-

22 tia.† Sed an officialis, qui ignoranter zelo iustitiæ fecit iniustum, vel consuluit, puniatur, an excusetur: Vide nota. per And.de Iser.in tit.quæ sint reg.§. & bona committentium crimen læsæ maiestatis, colum.8.in fin. 10.coll.versi.

23 sed si ignoranter. ¶ In tex. ibi (aut confessata) † Quid si reus in iudicio constitutus, antequam sibi super crimen capitula offerantur, confitetur, an valeat talis confessio. Dic quòd sic, casum habes in cap. 1. de confes.lib.6.adeo quòd dictæ confessioni standum est, si formidine tormentorum non processit talis confessio c. Romana. §. fin autem.& quòd nota.ibi in glo. Io. Andr.extra de appella.lib.

24 6. † Et de hac cōfessione sic ex abrupto emanata quid operetur, & quid iudex ex ea facere possit, vide not. per And. de Iser.in consti.si damna clandestina.2.col.versic.& licet probationes.&c. ¶ In tex.(cuius dominium transeat in fi-

25 scum ipso iure.) † Nota casum, in quo in odium iudicis in iustitiam administrantis tertia pars bonorum suorum quò ad dominium ipso iure transit in fiscum. ¶ In tex.ibi(quòd id tormentorum formidine sit confessus) Nota bonū tex.

26 & commenda memoriæ tu assessor, † quòd quando tortura ab initio adhibetur iniustè absq; legitimis indiciis, oportet, ꝙ spontanietas confitentis aliter probetur, q̃ per processum, nec in hoc statur acti. & processui. Et mirum: quia cum cōfitens sit in manibus & potestate torquentis, semper subest eadem causa metus: quia semper per metū dicitur sequens confessio emanari, ergo nulla.vt in c.vnico.de off.dele.& ibi per Inn.& Io.And.& extra quod met. cau.c.perlatum.per Inn.quòd bene not. Vnde attende bene secundùm D.Iac.de But. in l.2. C.de custo.& exhi reo-

27 rum. † ꝙ confessus in tormentis non debet incontinenti duci ad tribunal, vt ratificet: quia licet tunc confiteatur: adhuc tamen metu tormentorum dicitur confiteri, arg.l. lecta.§.dicebam.ff.si cert. pet.& C.quod met.cau.l.2.vnde dicit ipse, ꝙ saltem debet quiescere per vnum diē, vel per vnā noctē, & postea debet duci ad tribunal, & si confiteaf, debet sistere in confessione sponte, & debet damnari. Et hoc intellige, q̃n metus infertur iniustè, videlicet q̃n tormenta adhibentur absq; legitimis indiciis: tunc sequēs cōfessio videtur sequi tormentorum formidine, vnde tūc nō sufficeret requies vnius diei, vel noctis, & ita refert Io.Andrę.in d.c.secundùm D.meum Ang. de Peru.in d.l.2.C.de cust.reo. quæ sunt bene no.per iudices maleficiorum secūdùm eum: quia quotidie per eos practicantur. Itē dicit p̃dictus And.in allegata consti.2.col.ver.hac rōne, ꝙ iudex adhibuit tormentum indiciis legitimis nō præcedentibus, & postea p̃ duos dies post dicat.repetito, non stamus confessioni, quam fecisti in tormentis, dicas id, quod verū est, nec tormentaberis vlterius, & si tunc dicat repetitus, feci hoc, & ita appareat de spontanea voluntate in cōfitendo, quod videtur, si nunc inciperet, & suam confessionem inchoaret, ex quo non habet respectum, nisi ad illā extortam confessionem, & modicum interuallū non sufficeret, cū adhuc sit territus de eo, quod iniustè passus fuit, arg.de magno & paruo spatio temporis ff.de adul.l.quod ait.§.quod ait.l.duos.in fi.ff.de duo.re. Et hoc q̃n talis iudex verba prędicta proferens erat bonus & verax, secus si erat consuetus mentiri iratus & crudelis, & reus timeret torqueri: quia tunc si reus confiteretur, non esset sublata proxima cā tor midinis: quia id, qđ sequitur, vř referri ad primordia mala: vt s. timore & metu tormentorū videatur confiteri, arg. l.1.in fi. C.de impo.luc. descri.lib. 10.ita procedēte iniustitia tormentorū subsequens actus confessionū ad id refertur. Idcirco dicit ipse, ꝙ hæc consti.Caroli II. exigit probari spontanietatem & spontaneā voluntatē aliter, q̃ per

28 dicta, vt dicit hæc consti.† Et subdit, caueant sibi assessores extra regnum, vbi hæc consti.non seruatur, quorū arbitrio hæc cōmittuntur, vt diligenter intueantur, an terrore continuato tortus ad tormenta reducatur, & hoc fateatur, & acta conficiant: sicut est veritas, prout est confessio, & cōditio timida torti, vel indurata.l.1.§.quæstioni. ff.de quæst. Et concludit, vt anima iudicis sit in manica sua, sed certè contra primam partem D.And. de Iser.multum facit relatio D.Io.Andr.sup.dicta, q̃n talis confessio subsequeretur post iniustitiā quæstionum ante mensem finitum. ¶ Quæro

29 iuxta hanc materiam de q̃one quotidiana † pone, ꝙ tortus dum ducitur ad perseuerandum maleficiū iam commissum, dicit magistro actorū, legas, cui relata siue relecta sua confessione illam confirmauit, secundū ꝙ ei relegi cōsueuit ad hoc: vt videatur in ea perseuerare, vtrum per hoc tortus videatur in sua confessione perseuerare, an pluries eo tempore confiteri, & tunc prima dř tantum vna confessio, nec tunc dicitur propriè perseuerantia, prout dicit gl.in simili.ff.de pig.act.l.4.in vlti.gl.quæ est no.secundum Bal.sic tenentem in prologo sui proœmij. ¶ Formo alias

30 quæstiones iuxta communem practicam assessorum. † Assessor facit accusatum, seu inquisitū confiteri maleficium, & ipse tunc dat sibi terminum ad defendendū, & deinde inquisitus, vel accusatus immediate renuntiat termino & defensionibus suis, modò quæritur, an talis practicam sit bona, & an talis renuntiatio sit bona & valeat. Videtur ꝙ malè faciunt, & talis renuntiatio de iure non valet, per gl. no.in l.pactū in personā.ff.de pac. vbi gl.tenet indistinctè,

ꝙ

ꝙ in criminalibus renuntiatio nõ teneat,& est ratio, proüt in ea no.pro qua facit glo.in l.non tantum.ff.de app. & l.addictos.C.eo. & l.addictos.C.de epis.& cler. facit optimè.ff.de publ.iudi.l.custodias.& quod ibi tangit dominus Bar.& in d.l.non tantũ.se non firmat. Facit pro hoc glo.in l.1.§.si quis vltro.ff. de quæst. Item facit, ꝙ defensio iudicialis est de iure naturali,vt est casus in cle.pasto.ext.de re iudi.cui iuri renuntiari non pōt,facit.l.ius agnationis.ff.de pac.In contrarium vr̃, ꝙ dicta practica sit bona & de iure procedat per l. prouintiarũ. C. de fer. pro quo facit casus in l.1.C.de fur.Bal.in l.cum dilectus. ext.de accu. Itẽ quia in causa capitali & criminali potest concludi, vt l.quamuis. C.de adul. & constat qualiter facta conclusione nihil vlterius de iure,vel de facto allegari potest, vt dicit Imo. in d.c.cum dilectus.extra de fi. instr. & c.quoniam contra. extra de prob.& in c.auditis,ext.de procu.no. gl.in §.quia verò.in auth.de test.& expresse per Inn.in c.pastor.de cau sa poss.& prop.& D.Io.And.in c.vlti.ext. de in integ. resti. ergo videtur,ꝙ talis practica de iure procedat,& pars possit omni suæ defensioni renuntiare.Quid ergo dicendum. Dic,ꝙ aut constat accusatum, vel inquisitum nullam defensionem habere. puta: quia est enormis malefactor, & tunc valet renuntiatio,& bona est practica, & ita intelligo
31 iura pro hac parte allegata. † vnde consulo tibi assessori, quòd semper facias scribi in actis,ꝙ renunciauit termino, quia dixit,nullam defensionem habere, nam talis confessio pręsumitur vera,& standum est in dubio tali confessioni. Aut constat,quòd habet defensiones, & tunc non tenet renuntiatio,ita intelligo gl.prædictam cum iuribus allegatis contra practicam assessorum.Aut dubitatur,vtrum habeat vel ne,& tunc tenet renuntiatio, quo casu si renun tians vult pęnitere & reuocare suam renuntiationem potest.d.§.si quis vltro, sic intelligo.l.non tantum. cum aliis sup. alle.& ꝙ teneat talis renuntiatio, est casus in d.l.vltra. C.de fur.Sit ergo cautus aduocatus inquisiti, vt in casu du bio faciat reuocari.d.renuntiationem; quia ea reuocata
32 non poterit assessor ad executionem procedere.† Et attende bene, ꝙ semper debet dari terminus ad faciendam defensionem, aliàs non posset ad sententiam condemnatoriam deueniri,est no.tex.in l.3.§.si ad diem. ff.de re mil. Et dixi tibi super c.subiungendo,sup.nu.143.super verbo omnium repertorum copia &c. Et ex prædictis, si bene consi-
33 deras, habes decisionem antiquæ qō. videlicet.†An inf.decem dies, qui dantur ad appellandum, sententia in causa capitali possit mandari executioni, de quo tangit Bart.in l. ꝗ vltimo. ff. de pęn.plenius per Bal. in l.1.C.ne ex deli. defun.ibi,modò quæro,nunquid hæres possit appellare, vbi vide.Ioan.Arcamonus.

ADDITIO.

34 SI iustè.† Quærit hic Sebastia.an a futura tortura possit appellari, & concludit ꝙ sic:vt hic per eum.Immo etiam a comminatione torturæ potest appellari, vt tenet hic Barth. de Capua; quia post torturam appellatio nihil operaretur,vt hic per eos.De iure cõmuni sunt opin.nam glo.in l.ante sententiæ.C.quo.app.non recipi. tenet ꝙ non possit appellari, quod est verum, qñ præcedunt indicia a contrario sensu illius litteræ, nec propterea differtur tortura,ex quo non potest appellari.l.fi.ff.de app.recip.Sed Bal.in d.l.ante sententiæ.tenet,ꝙ tam affirmatiuè, q̃ negatiuè potest appellari a pronuntiatione torturæ,& tenet Bal. in l.si quis prouocatione.C.de app.& in l.eos. C.eo. & Bart.in l. 2.de app.recipi.tenet,quòd ab interlocutoria torturæ cum expressione causarum potest appellari, & tenet Andr. de Iser.in titulo, quæ sint rega. in verbo bona committẽtium
35 crimen lęsæ maiestatis,vbi tenet,†ꝙ ab interloquutoria in crimine læsæ maiestatis,vt torqueatur,potest appellari, & And.de Iser.in consti.reg.inuentionis,dixit tamen Bald. in l.fi. C.de prob.ꝙ tortus cum indiciis vehementibus nõ potest appellare,& ad prædicta vide gl. in c.cum in contemplatione.extra de reg.iur.& communis est conclusio, ꝙ a sententia interloquutoria de torquendo potest appellari; quia tractatur de præiuditio irreparabili, vt tenet Cardin. Alex.in c.vt debitus.col.19 de app.& Bal. in l.2.de app.recipi. Ang.in trac.malef. in verbo & dictus Titius se defendendo.Fely.in c.cum super. col.pen.extra de re iudi. & in c.significauerunt.in vlti.col.de excep. Hip.in sua prac. cri. §.expedita.col.11.nu.70.& Par.in trac.sind. in verbo tortura.§.quæro de vna notabili quæstio.in fi.Et quicquid sit de iure communi,in regno per istum tex.potest appellari, &
36 tenet Pari.vbi supra.† Et licet quando appellatur ab interloquutoria possit procedi,donec fuerit facta inhibitio. Tamen fallit, quando appellatur ab interloquutoria de torquendo; quia etiam non facta inhibitione sunt ei ligatæ manus,ex quo tractatur de actu irretractabili,ita tenet Ias. in l.1.in prin.col.20.ff.de off.eius, & Guido Papæ in quæstionib.parla.Delphi.quæst.74.Et licet tex.in isto ca.nostro dicat,si iustè quis appellauerit, & sic a contrario sensu, si iniustè appellauerit,non tenetur officialis, ad quod faciũt dicta per Bal.in d.l.fi.C.de proba. vbi dicit, quòd tortus cũ indiciis vehementibus non potest appellare: tamen officialis cautius aget, si stante appellatione supersederit in tortura, ne se periculo exponat,si appellatio est iusta,necne.
37 ¶†Quærit hic Sebas.quæ dicantur legitima indicia, & qualia esse debent,vide hic per eum. Et ad materiam indiciorum vide Iac.de Bel.in sua pra.cri.in rubr. de quæst. & qualitate tormentorum,col.4.cum seq.vbi ponit quatuordecim inditia,& vide Gan.in tra.male.in rub. de pręsum. & indi.dubita.& in rub.de præsum.& indi.indubitatis.Ange.Are.in tra. malefi. maximè in verbo fama publica, per multas col.Fely.in c.afferte.extra de pręsum.Franc.Bru.in trac.de indiciis & tortura per totum.Hipp.in sua prac. cri. per totum,maximè in §.diligenter.& in l.1.ff.de quęst.latè Marcus Anto.Pataui.in repe.l.fi.ff.de quæst.vbi vide,Pari. in trac.sind.in verbo tortura,per totum. Andr.de Isern.& Matth.de Affl.in constitu.si damna clandestina,& in dictis locis habes latè materiam inditiorum, & quia ista materia indiciorum est satis nota,& ab aliis bene tractata, ideo me remitto ad dicta per eos in dictis locis. ¶Sed operepre-
38 cium esset putaui,ponere aliqua. † Quomodo purgentur, & elidantur indicia, vt scias defendere reum & euadere a tortura,& circa hoc peritus aduocatus debet esse,sicut peritus medicus,qui cognito humore & causa peccante per Bezear, & p contrarium curat humorem peccantẽ; quia contraria contrariis curantur. Sic discretus aduocatus debet considerare indicia extantia contra reum, & illa elidere & purgare per contrarias probationes & præsumptiones,& videre si concurrunt omnia necessaria ad torturam & alia,vt infra per aliqua exempla demonstrabitur,per ea quæ dicit Bar.in l.2.C.fam.ercis.& Fran.Bru.in trac.de indicar.5.ver.circa quintam. ¶Primò itaque aduocatus ad-
39 uertere debet † si iudex, qui vult inferre torturam, habet merum & mixtum imperium, aliàs non posset inferre torturam: quia potestas torquendi est meri imperii. l. defensores.C.de defen. ciui.& tenet Guil.de Cun. in l.imperium. ff.de iur.om.iud.& ibi per eos, & Hipp.in l.quæstionis ha-
40 bendæ,quæ est lex pen.col.2.ver.& ideo.ff.de quæst.¶†Secundò aduertere debet,si pro causa,de qua inquiritur,venit imponenda pœna vltra relegationẽ,aliàs in regno non posset inferri tortura,vt in isto tex.nostro & sup.c.tormenta.num.144.& ibi dictum fuit,& Par.in trac.sind.in verbo tortura.§.an in causa pecuniaria,vbi etiam ponit,an de iure communi in causa pecuniaria habeat locum tortura in libero homine,de qua quæstione vide in l.diuus.in princi.& Hipp.col.2.& in l.maritus, col.1.ff.de quæst.& in l.ex
41 libero.eo.ti.¶†Quæ autem pęnę dicantur vltra relegationem.Respondeo,ꝙ sunt illæ pęnę,quæ continent seueriorem vltionem, vt est pęna mortis naturalis, quando vita adimitur,vel pęna mortis ciuilis, quæ adimit libertatem: quia seruitus quò ad actus ciuiles morti comparatur, vt est, quando quis libertate priuatur. puta; quia damnatur in metallũ,vel in opus publicum in perpetuum, vt est hodie

die condemnatio ad triremes, vel aliquando imponitur
pœna abscisionis membri: quia istæ pęnę dicuntur esse
vltra relegationem,& sunt de mero imperio maiori,vt col
ligitur ex dictis Iacob. de Are.in l. imperium. colum. 1.ff.
de iur.om.iud.& ibi Cyn.col.9.in 5.quæst. vbi loquitur de
pœna mortis naturalis, vel ciuilis,& membri abscisionis,
& ibi etiam per Bar.colum.3.versi.secundò est imperium
merum,& sequuntur ibi communiter doct.& Ias.ibi,col.
12.versi.secundus gradus.& Spe.in titu.de iurisd. om.iud.
in princip.colum.4.versi.& breuiter scias,& versi. quid de
membri mutilatione, cum seq. & Deci.in d.l. imperium,
42 col.8.cum seq.versi.in secundo gradu.¶†Et nota,quòd est
differentia inter mutilationem & truncationem,seu absci
sionem; quia mutilatio propriè est,quando officiũ mem-
bri impeditur,sed truncatio, quãdo in totum abscinditur:
vt dicit Abb.in c.cum illorum. col.3.extra de sent. excõ.&
Deci.in d.l.imperium.col.4. ver. & ad supradicta, & vide
43 quæ dicit Deci.in l.si fugitiui.col.2.C.de seru.fug.¶†Et ad-
uertendum est,ꝙ abscisio auriculæ, siue digiti dicitur esse
de modica castigatione,& sic non de mero imperio.Albe.
de Rosin d.l.imperium.col.5.versi.Item quæro, an absci-
sio,sed de modica castigatione:quia ęquiparatur dolor au
ris,& dentium.l.ob quæ vicia.§. fi.ff.de ædil.edic.ibi, leuis
dentis,aut auriculæ dolor, & digitus non est membrum,
sed officium membri.l.non sunt liberi. ff.de sta.ho.& Dec.
44 in d.l.si fugitiui.col.2.†Nec obs.ꝙ amputatio membri vlti-
mo supplicio comparatur.§.prohibemus,in auth.de coll.
quia intelligitur de membris principalibus, ar.l.qui com-
meatum.§.fi.ff.de re iud.& dicit Alb.vbi supra,quòd ita te
net Guil.de Cun.& Old. sed Deci.in d.l.imperium. col.x.
in prin.videtur hoc impugnare,vt ibi per eum.

ADDITIO noua. Quia æquiparatio,quæ fit de ab-
scisione membri ad vitam habet locum quò ad competẽ-
tiam iudicis: quia vtraque est meri imperii, secus quò ad
pœnam capitalem; quia propriè abscisio membri nõ di-
citur pœna capitalis,vt dicit Deci.in l.si fugitiui. colum.3.
C.de seru.fug. ¶Et pro declaratione prædictorũ est scien-
45 dum,†ꝙ deportatio est exilium perpetuum, relegatio ve-
rò est exilium temporale.l.relegatorum.§.hæc est differen
tia.ff.de interdi.& releg. Sil.in sum.in verbo pœna, col.2.
versi.secundum genus.in fi.& tetigi sup.in c. tormenta, &
vide gl. Ang.Are.& doc.in §.cum autem. insti. quib.mod.
ius pat.pot.sol.vbi ponunt differentiam inter damnatũ in
46 metallũ,deportatum,siue relegatum,& vide quæ dixi sup.
in ca.ab illo inchoandum.¶†Nunquid autem in blasphe-
mante Deum, cui secundũ consuetudinem lingua perfo-
ratur,vt dicit Tho.Gram.decis.50.habeat locum tortura,
vide Tho.Gram.consi.15.qui tenet ꝙ non,& hoc inspecta
consuetudine: quia de iure imponitur alia pœna, vt dixi
sup.c.ab illo inchoãdum.Et an tortura habeat locum, vbi
venit imponenda pœna fustigationis,tetigi sup.c.tormen-
ta.nu. 144.& dixi sup.c.10. quod incipit, ad hoc de furtis.
47 ¶†An tortura habeat locum, vbi venit imponenda pœna
publicationis bonorum.Dic,ꝙ non,vt tenet Par. in tract.
sind.in verbo tortura.§.an in pœna pecuniaria, & Matth.
de Affl.in constit.reg.duram & diram, col.3. super prima
gl.quia pœna pecuniaria est minor, quàm sit pœna cor-
poralis: quia quælibet pœna corporalis quantumcunq;
48 minima est maior quamlibet pecuniaria.l.in seruorum. in
fi.ff.de pęn.¶†Et an pro insultu, vel violentia priuata ha-
beat locum tortura,tetigi sup.in d.c.tormenta. & Par.in d.
49 verbo tortura.§.an in causa pecuniaria.¶†Tertiò aduerte-
re debet aduocatus rei,si fuit data inqsito copia indiciorũ,
aliàs regulariter non posset torqueri,vt supra ca.proximo,
quod incipit, habebitur, & fuit dictum ibi, & in d.c.tor-
menta, & in isto c.nostro, & in c.subiungendo 143.& te-
net Par.in trac.sind.in verbo tortura.§. & an si quis. col.2.
& Hipp.in l.1.in princi.col.3.ff.de quæst.& l.fi.col.3.vers.
50 quærit vlterius Bart.eod.titu.& Hipp. in sua pract.crimi.§.
nunc videndum.col.1.& 2. ¶†Quartò aduertere debet, si
constat de delicto: quia ante omnia constare debet, deli-
ctum esse commissum, vt per Ang. Are. in tract. malefic.
in verbo fama publica,colum.42.& Hipp.in l.1. in princ.
colum.2.ff.de quæstio.cum concord.& Alexan. consil.19.
circa primum.7.volumi.vbi videtur distinguere, aliàs ad
51 torturam deueniri non posset, vt ibi per eum. ¶†Quintò,
si fuit lis contestata: quia antequam deueniatur ad tortu-
ram,debet esse lis contestata, & nomen rei receptum in-
ter reos.Bart. in l.si adulterium.in princ.ff.de adult.Hip.in
sua prac.cri.§.nunc videndum.colum.7.versic.Item ante-
quam.num.28.& in l.1.in prin.col.4.vers.sextò requiritur.
52 ff.de quæstio.¶†Sextò est aduertendum,si fuit reo data de-
fensio,quæ dari debet,vt tenet hic Barth.de Capua,& Par.
in trac.sind.in verbo tortura.§.viso de indiciis.col. 1.& §.
an stetur.col.10.in fi.versi.cum iudex:quia defensio est de
iure natur.& tolli non potest, clem.pastoralis.de re iudic.
53 ¶†Septimò si fuit citatus ad videndum iuramẽta testium,
aliàs testes examinati contra reum nõ probarent.l.si quan-
do.C.de testi.c.In Nomine Domini.extra de testi. Bart. in
l.fi.ff.de quæstio.Fran.Brun.in tract.de indi. in prima car.
col.3.aliàs tales testes non facerent etiam indicium, vt ibi
per eos,& Hippo. in d.§.nunc videndum.col. 7.nume.29.
& in d.l.1.col.4.ff.de quæst.nisi essent repetiti parte pręsen
54 te & iuramenta vidente, vt per Hipp.vbi supra. ¶†Octa-
uò, quòd si reus erat minor, quòd detur ei curator, aliàs
processus non valeret,de quo per Hipp.in d.l.1. col.5.ver-
si.octauò requiritur.ff.de quæstio. & in d.§.nunc videndũ.
col.7.in fi.versi.teneas etiam menti,& Gandi. in trac. ma-
lefi.sub rubrica,de filiosa.& vtrum possit accusare, col.1.
& Ang.Aret.in tract.malefic.in verbo, comparuerunt di-
cti inquisiti, & confitentur totum,colum. 4. nisi in princi.
processus minor iurasset non venire cõtra processum, ne-
que contra acta, neque cõtra sententiam ratione minoris
ætatis, vel alia quacunq;, vt dicit Ias.in auth. sacramenta
55 puberum.col.21.C.si aduers.vendi.¶†Nonò tortura non
potest inferri,nisi fuerit a parte petitum,vt tenet Par.in tra
cta.sindi.in verbo tortura.§.officialis.col.3.ver.tortura de-
bet peti in libero,& Hipp.in l.1.in prin. col.2.& 4. versic.
requiritur & quintò.ff.de quæst. & dicit Hipp. in l.fi.col.4.
num.28. ff. de quæst. quòd ad hoc vt reus possit torqueri,
est necesse, vt accusator viuat, & perseueret vsque ad finẽ.
56 ¶†Decimò tortura non potest inferri, quando de delicto
cõstaret per alias probationes,ex quo tortura datur in sub-
sidium ad eruendam veritatem,vt tenet Gand. in trac.ma-
lefi.in rub.de quæst.& tormen.in prin.Ang.& ibi Ari.in tra
cta.malefic.in verbo fama publica, col.34.versic.secundò
quæro, vbi plus dicit,quòd iudex debet esse cautus,vt fa-
ciat in actis apparere, quòd non valendo aliter veritatem
habere,declarauit deueniendum ad torturam, aliàs tene-
retur in sindicatu,vt ibi per eum,& And.de Iser. in consti.
si damna clandestina.col.7.& ibi Matth. de Afflic. colum.
16.num.42.Hipp.in l.1.in prin.col.5.ff.de quæst. & in sua
prac.cri.§.nunc videndum.col.6.Pari.in trac.sind.in verbo
tortura.§.an stetur dicto torti.col.8.& tenet Ange.in l.& si
certus.ff.ad sille.& Cy.in l.2.C.quo.app.non recip. vbi di-
cit,ꝙ si iudex maleficiorum, qui reum plenè conuictum
torquet, vt confiteatur delictum, & sic vt apud acta repe-
riatur confessus & conuictus, ad hoc vt non possit appel-
lare,iuxta d.l.2. ꝙ iste iudex malefacit, ut ibi per eum, &
ista est communis opi. ut dicit Hippo.in d.§.nec uidendũ.
Et si iudex, qui habet probationes eum torqueret, & ille
tortus negauerit maleficium, tunc non poterit vlterius
condemnari. ut dicit Alber.Rof.in l.edictum. per glo.ibi.
ff.de quæst.ubi dicit, quòd communiter totus mundus ita
seruat, & ibi Hipp.& Cępo.consil.32. quidam rustici, &
Hip.sing.262.incipiente quod potui nolui, & in d.§.nunc
uidendum.col.7. ADDITIO noua. Et Nic. Boe. de-
cisi.63.an per torturam.col.4.1.uol.dicit tamen Tho. Grã,
in uoto primo, ꝙ de obseruantia ad euitandum appella-
tionem proceditur ad torturam contra inquisitum conui-
ctum per probationes,tamen,ut dictum est, de iure com-
munis opin.est contra istam obseruantiam.

ADDTIO

ADDITIO noua. Ad prædicta vide Tho. Gram.
decisi.8.in causa regij fisci,vbi dicit,ꝙ conuictus, si nega-
uerit in tortura,non potest condemnari pœna ordinaria,
sed mitius punitur,vt ibi per eum . & vide supra c. si cum
sceleritatis 272.ver.duodecimò requiritur, & eundē Tho.
57 Gram.deci.69.Marcus Anto.¶†Vndecimò ad hoc vt pos-
sit procedi ad torturam, requiritur,vt pronuntietur per iu
dicem deueniendum esse ad torturam, vt tenet Hippo. in
d.l.1.col.3.versi.Et subdit.ff.de quæstio.alleg. Fran. Bru.in
trac.de indic.vt ibi per eum.Et a tali pronuntiatione & in-
terloquutoria potest appellari , vt ibi per eum, & supra di
ctum est.Et talis interloquutoria de torquendo debet dari
cum consilio iudicum ,vt sup.c. item quòd in cognitioni-
58 bus.nu.45.¶†Duodecimò requiritur, vt præcedant legiti
ma indicia ad hoc,vt inferri possit tortura,vt supra c.tor-
menta.num.144. cum ibi dictis : quia a tormentis regula-
riter non est incipiendum.l.1.in prin.ff.de quęst.& ibi hoc
notat.& in l.1.C.eo & c.cum in contemplatione, extra de
reg.iur.& doct.in dictis locis,& Hippol.in l. vnius.§.in ea
causa.in prin.& in l.pen.col.fi.ff.de quæst. Immo etiam in
crimine læsæ Maiestatis debent præcedere indicia , vt per
Hippo.in d.l.1.colum.8.ver.modò redeundo.ff. de quæst.
& l.penul.col.4. eod.titu. Et talia indicia debent appare-
re in actis & processu,vt tenet Pari.in trac. sindic.,in verbo
tortura.§.an si officialis. col.2. cum ibi allegatis . Sciendū
tamen est,ꝙ sunt multi casus, in quibus iudex potest inci-
pere a tortura sine indiciis,quos ponit Fran.Bru.in tracta.
de indic.car. 6.ver.sed quæro,an debeant præcedere , col.
23.& Hip.in l.1.in prin.col.2.in prin.ver.& circa.ff.de quę
stio. cum ibi allegatis per eos. ¶Tertiodecimò aduocatus
aduertere debet, si est persona , quę torqueri non debeat,
59 † quia minor quatuordecim annis torqueri nō potest , sed
ferula cedi, vel virgis corrigi possunt leuiter ad eruendam
veritatem.ff.ad sille.l.1.§.impubes,& l.excipiuntur.& ff.de
quęst.l.de minore & l.ex libero.§.de minore.de quo tamē,
qualiter procedat, vide Host.in sum.in titu.de delictis pue
ro.ver.sed nunquid maior septem annis, minor verò qua-
tuordecim. Iac.de Bel.in sua prac.cri.in rub. de quæst.col.
3.ver.excipiuntur,de quo latè vide per Hip. in l.edictum.
col.3 .ver.item nec minores,& in d.l.de minore. in princ.
col.3.versi.primò quæro, & in d.l.ex libero.§.de minore.
60 ff.de quęstio.cum concor.in dictis locis . ¶†Decimoquar-
tò senes decrepiti non possunt torqueri. l.3. §. ignoscitur.
ff.ad sille. Iacob.de Bel.in d.sua prac.crim.in rub. de quęst.
61 col.3.& Hip.in l.edictum.in prin.col.3. ff.de quæst. ¶†De-
cimoquintò torqueri non possunt decuriones, & alij in di
gnitate positi. Item doctores. Item milites . Item maiores
magistratus. Item clericis in sacris constituti , nisi sint in-
62 fames. Item milites veterani. † Item mulieres pregnantes,
de quibus omnibus vide Hipp. in d.l. edictum. in princip.
col.2.& 3.ff.de quæstion.& Iac.de Bel.sua prac.cri.in rub.
de quæst.col.3.cum seq.& Tho. Gram.in voto primo , vbi
ponit de doctore & de decurionibus , seu consiliariis vni-
uersitatis,de quo etiam per Fran. Bru.in tra.de indi. car.7.
& Pari.in trac.sindi.in verbo tortura.§.an stetur. colum.4.
63 †Decimosextò aduertere debet aduocatus rei,si extant in-
dicia, illa elidere per contrarias præsumptiones , vt dicit
Bar.in l.2.C.fami. ercis.Vnde si extat contra reum indiciū
vicinitatis : quia præsumitur contra vicinum,hæc pręsum
ptio tollitur & eliditur per probationem bonæ & laudabi
lis famæ,& probando bonam conuersationem, ita Franc.
Bru.in tra.de indi.car.5.in quinta quęs.prin.ver.circa quin
64 tam. ¶†Item præsumitur contra aliquem de furto . puta :
quia fuit visus exire de nocte ab illa domo,in qua fuit fur
tum commissum, & quod habebat aliquid sub mantello ,
tamen probando , ꝙ ille erat homo bonæ famæ , magnus
mercator, & talis conditionis,quòd non sit verisimile, fur
tum commisisset , tollitur talis præsumptio contra eum ,
65 vt tenet Franc. Brun. vbi supra. ¶†Item si testes deponunt
vidisse aliquem forte surripuisse lignum , & ex aduerso
probatur , quòd erat impossibile , vt vnus potuisset li-
gnum asportare sed erant necessarij quinque , vel decem
homines &c. excluditur illa præsumptio. Franc.Brun.vbi
66 supra. ¶ † Item si vnus testis deponit de visu commissi de-
licti per Titium , & ex aduerso probatur absentia a loco
commissi criminis , & quòd erat impossibile esse in dicto
loco stante absentia in loco valde remoto & distanti, pur-
gatur illud indicium,argu.l.optimam.C.de contrahen. &
commit.stipu.bene per Ioan.And. Abb.& Fely. in c. ex te-
nore.extra de testi. Par.in trac.sind.in verbo tortura.§.con
fessio sociorum.col.2.Alexan.consi.5.col.pen. primo vol.
Anto.Corse.in singu.suis, in verbo testis,versic. duo testes
67 deponunt me commisisse &c.¶†Item si fuit confessus oc-
cidisse hominem, poterit probare, quòd ad sui legitimam
& necessariam defensionem occidit, vel quòd erat banni-
tus , vel rebellis, vel hostis,qui ex forma statuti occidi po-
terat,aut si occisus minatus fuerat mortem confitenti, qui
poterat incontinenti occidi, vel fuerat repertus depopula
ri agrum,qui potest occidi.l.1. C. quando liceat sine iudi.
vin.vel quia fuit repertus in adulterio vxoris.l.Gracchus.
ff.de adul.vel quia repertus in raptu mulieris honestę,qui
potuit occidi.l.1.C.de rap.vir.vel quia percussit leuiter, &
percussus fuit mortuus ex sua negligentia , & alias similes
probationes facere ad excludendum delictum : vt plene
prædicta ponit Pari.in tra.sind.in verbo tortura.§.sequitur
quæstio quotidiana,col.4.& Gandi.in trac. malefi.in rubr.
de defensio.a reo faciendis.& Ias.in l.ut uim.de iust.& iu.
68 ¶ † Item poterit probare confessionem erroneam . puta :
quia dixit occidisse hominem,qui uiuebat, vel quòd alter
illum occidit & nō ipse.l.inde Neratius.§.fi.ff.ad leg. Aqui.
& Paris ubi sup.Et confessio prætextu erroris potest reuo
cari, ut ibi per Pari.col.3.in fin. cum seq. ADDITIO
noua . Et quòd nudæ confessioni confitentis non sit stan-
dum in criminalibus,tenet Hipp.in l.1.§. præterea, col.2.
ff.ad leg.Cor.de sica. & Thom. Gram.decisio.2.nume.58.
69 ¶†Item si fuisset confessus furtum , poterit probare furtū
fuisse domesticum, uel ꝙ res,quæ dicuntur furatæ , erant
ipsius ꝑtensi furis, uel ꝙ res fuerat habita pro derelicta, ut
ponit Pari.ubi supra, uel si probatur aliqua ex limitationi-
bus,quas posui supra in c.ad hoc 10.de furtis ubi latè,uel
si probatur,ꝙ res furata ualet infra augustalem: quia tunc
70 non habet locum tortura , ut dixi in d.c.ad hoc. ¶ † Item
exculpatio offensi purgat indicia,ut dixi supra ca.tormen-
ta.144.& in c.frequens.supra 7.& Pari.in trac.sindi.in uer-
bo tortura.§.sequitur quæstio quotidiana. col.5. & Franc.
71 Brun.in tract.de indi.car.5.col.3.¶†Item per torturam eli
duntur & purgantur indicia,si reus non confitetur,dixi in
72 d.c.frequens.¶†Item si esset probata fama,poterit proba-
ri , quòd habuit ortum a maleuolis & inimicis.c. qualiter
& quando. lo ij. extra de accusa. & ibi doctor. Gandin.in
trac.malefi.in rub.a quo, uel a quibus possit fama incipe-
re , latè Hippo.in l.de minore.§.plurimùm. ff. de quæstio.
73 ¶†Item si probatur fuga,poterit probari & uelari cum ali
qua uerisimili causa, de quibus per Franc.Brun. in tracta.
74 de indi.car.2. ¶†Item si probentur minæ,poterit probari,
quòd est homo non solitus ducere minas ad effectum , &
bonæ conditionis & uitæ . Item quòd non erat potens ta-
les minas ad effectum ducere, per ea , quæ dicit Ange. in
malefi.in uerbo fama publica,colum.duodecima. in fine.
Franc.Bru.in tract.de indi.car.4. uersi. quæro ulterius , &
Bald.in l.fi.de hæred.instit. & Fely.in c.afferte.colum.fina.
75 extra de præsumpt.¶†Item si probatur,quòd est homo ma
læ famæ , poterit probari,quòd per triennium proximum
fuit conuersatus cum bonis hominibus & personis ; quia
eliditur mala fama præcedentis uitæ , de quo per Bal.in l.
1.in fi. C.loc. Ias.in l.si prius.col.16.circa mediū.ff. de ope.
no.nun.& uide Fran.Bru.in tra.de indi.car.13.col.3. Item
intelligitur, quādo est homo malæ famę in eodem genere
mali,secus si in diuerso.Bald.in d.l.fi.colum.fi. ff. de hære.
76 instit. ¶ † Item si probatur , quòd res furata est penes ali-
quem , probando a quo habuit , liberatur.l. inciuilem. &
ibi doctor.C.de furt.uel quòd erat homo bonæ famæ &c.

77 ¶ † Item

77 ¶ † Item si probatur inimicitia, poterit probari reconcilia-
tio & conuersatio post inimicitiam, vt per Tho. Gram. in
78 voto 30. nume. 18. ¶ † Alia multa & infinita exempla po-
ni possent, quæ breuitatis causa omitto: quia requirerent
vnum tractatum, sed discretus reorum aduocatus poterit,
prout casus occurrerit, indicia & præsumptiones elidere
per contrarias præsumptiones: quia vna præsumptio tol-
lit aliam l. diuus. ff. de in integ. rest. & Fran. Bru. in d. trac. de
79 indi. car. 5. col. 3. versi & ideo, cum ibi allegatis. ¶ † Quæ au
tem sit poena contra officialem, qui indebitè torquet ali-
quem & de iure istorum capitulorum est poena carceris
biennalis & publicationis tertiæ partis bonorum, vt in isto
capitu. De iure communi quæ poena imponatur officiali,
vide Par. in trac. sindi. in verbo tortura. §. an si officialis, &
in §. officialis posuit ad cordam, colum. 4. versic. iudex non
torquendum. & Hippo. in sua prac. cri. §. expedita. colum.
antepenul. versicu. quæro consequenter, & And. de Iser. in
80 consti. regni, si damna clandestina. ¶ † Quid autem si offi-
cialis in tortura aliquem interemit, vel debilitauit, vel ceci
dit in tortura, qualiter iudex, seu officialis puniantur. Vide
Pari. in dicto verbo tortura. §. an si officialis, colum. penul.
& Hippo. in dicto §. expedita. colum. penul. cum concord.
in dictis locis. ADDITIO noua. Et quid si iudex
torsit in casu, in quo non debebat torqueri, & contra for-
mam iuris, & reus confiteatur, & ex illa confessione fuit
condemnatus ad mortem, qualiter iudex puniatur, vide Pa
ri. in dicto §. an si officialis, colum. 2. versi. de iure verò con
stitutionum dicit, quòd iudex punitur vltimo supplicio. vt
in isto capit. ¶ Item in quantum ex isto tex. notat hic Seb.
quòd quando tortura adhibetur iniustè, oportet, quòd pro
betur spontanietas, vt hic in text. Confirmatur istud dictũ:
quia probata tortura, seu metu, impossibile est, quòd quis
fuerit sponte confessus, vt dicit Bald. in l. si quis in hoc ge-
nus. C. de episco. & cleri. & Barba. consilio 70. incipiente,
vbi Christus. colum. 2. in quarto volumine, & Hippo. in
sua pract. crimi. §. expedita, circa princ. numero 4. cum con
cordantiis in dictis locis. ¶ Circa aliam quæstionem hic
positam per Seba. an reus possit renunciare defensionibus,
vide latè Hippol. In sua prac. crimi. §. postquam, numero
33. & in §. examinata. numero 13. & 17. cum concordan.
in dictis locis. ADDITIO noua. Vltimò habetur
81 per istud capi. quòd † iudex indebitè torquens condemna-
tur ad carcerem biennalem & ad publicationem tertiæ
partis bonorum suorum, quando tortus non fuisset mor-
tuus, vt in isto text. & cum isto capitu. multum se confor-
mat opin. Ang. in l. nemo carcerem. C. de exa. trib. libro 10.
vbi dicit, quòd iudex indebitè torquens damnatur ad carce
rem ad certum tempus, de quo etiam per Thom. Gramm.
consilio 15. viso processu, in fine.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Tormentis subiici an possit reus in crimine læsæ maiestatis, hæresis. & aliis casibus exceptuatis etiam sine indiciis 15.*

2 *Officialis, qui de consilio assessoris posuit reum ad torturam indebitè, an excusetur.*

Assessor, si eius dolo, vel fraude reus fuit positus indebitè ad torturam an puniatur, ibidem.

3 *Officialis si indebitè posuit aliquem ad torturam sine consilio assessoris, qualiter puniatur.*

Assessor an excusetur, si officialis absque eius consilio posuit reum ad torturam, vel eo inuito, ibidem.

Notarius an debeat scribere resistentiam, quam fecit assessor contra officialem, ne ponat reum ad torturam, ibidem. 18.

4 *Rex, vel eius generalis Vicarius, an possit tormenta*

D. Io. Ant. de Nigris.

inferre sine indiciis, & non seruata forma capitulorum. 14. 9.

5 *Fugiens a facie executorum eum sequentium an ex hoc possit torqueri.*

6 *Appellans in crimine falsæ monetæ an audiatur.*

Appellari an possit ab interloquutoria de torquendo in crimine falsæ monetæ, ibidem.

7 *Fraganti, quando dicitur captus in fragranti, & qualiter in tali casu procedatur.*

8 *Testis quando dicitur vacillare, contradicere, vel variare.*

9 *Vacillatio an debeat in actis scribi. 18.*

10 *Forma tradita in torquendo quæ dicatur.*

11 *Officialis, qui vtitur consilio imperiti assessoris, an excusetur.*

12 *Officialis an teneatur pro familia.*

13 *Resistere pertinaciter an debeat assessor contra officialem, vt aliquem indebitè non carceret, vel torqueat. 17.*

15 *Indicia an debeant præcedere torturam, etiam in criminibus exceptis.*

16 *Officialis an debeat aliquem torquere sine consilio assessoris.*

17 *Assessor, qui vult resistere officiali, an manibus, vel verbo debeat resistere.*

18 *Notarius an debeat scribere vniuersa acta.*

20 *Illitteratus an possit esse iudex.*

DE TORMENTIS SECVNDVM ius commune inferendis.

QVOD SERVETVR IVS ROMAnum & commune.

CAROLVS SECVNDVS. C. CXLVII.

1 IN accusatis † autem de crimine
læsæ maiestatis. & hæresis, publi-
cis latronibus, disrobatoribus via
rum, captis in fraganti crimine,
aut in fuga, in teste vacillante, &
in eo qui deliquit iudice sedente
pro tribunali, ius Romanum & cõmune seruetur,
vt præter formam & modum præsentis edicti sub
dantur, sicut iudici de iure videbitur, quæstioni.
2 ¶ † Iustitiarii & alii præsidentes si de consilio iudi
cis & assessorum eorum exposuerint quemquam
tormentis contra prædictã formam & modum, ex-
cusentur a pœna, iudice, seu assessore præmissis pę-
nis afflicto, nisi dolus & fraus ipsius iustitiarii, vel
præsidis cuiuslibet arguatur, quo casu puniatur
3 vterque assessor & præses. ¶ † Sed si iustitiarius &
pręses absq; iudicis & assessoris cõsilio ad tormẽta
prędicta ꝓcesserit præsidẽte punito, excusetur asses
sor & iudex a pęna, si fuerit inscius tormẽtorũ, aut
si sciuit, pertinaciter restiterit pręsidenti, ad cuius
iudicis & assessoris instantiam, suam resistentiã per-
tinacem, quã notarius actorũ audierit, ipse nota-
rius ad eandem pęnam in actis redigere teneatur.
4 ¶ † Nostro & generalis in regno nostro vicarii reser
uato arbitrio, vt circa & contra formã prędictam
faciamus adhiberi tormenta, sicut expediri videbi-
tur, & facti occulti, vel periculosi qualitas suadebit.

IN accusatis.¶ In tex.ibi(aut in fuga &c.) & fa-
5 cit hoc contra quendam dicentem,† quòd aufu
giens a facie exequutorum eum insequentium
ex hoc solùmodo potest torqueri. Tu autem di-
stingue tempus,mentem,& causam fugiendi, & animum
& locũ,vnde aufugit.C.de agri.& censi.l.si coloni,in prin.
6 lib.10.¶† Quæro, quid in crimine falsæ monetæ, in quo
damnatus non auditur appellãs,vt l.1.C.de fal. mo.An ab
interloquutoria de torquendo possit appellari. Guill. de
Cun.in l.si.ex causa.§.nunc videndum est.ff.de mino.tenet
quòd possit appellari,ar.d.§.quòd fuit verum etiam, argu.
huius c. in quo nulla de hoc mentio habetur. Sicut loqui-
tur de crimine læsæ maiestatis & de aliis. ¶ In tex. ibi (in
7 fragranti &c.† Quando quis dicitur in fraganti crimine ca
ptus,vide And.de Iser.in consti.humanitate, in titu. de his
qui fide.da.po.&c.probatur.in l.3. ff. de fur. Et qualiter sit
procedendum contra captum in fraganti, vide per eũdem
And. ibidem, & plenius in quodam suo tra. vbi plenè om-
8 nia ibi examinat.¶ In tex.ibi)in teste vacillante)† Quando
testis dicitur vacillare,contradicere, vel variare, vide In-
no.in c.primo,extra de testi.cog.probatur in l.eos.ff.de fal
9 sis.† Item sciendum,quòd si iudici videtur,testem vacillare
licet facere scribi in actis,qualiter dicit, quòd sibi videtur
vacillare,titubare,vel pallere, & illa adiungi aliis actis, &
exprimi in actis,& poni modus vacillationis, seu titubatio
nis,quomodo vacillet,& qualiter notarius debeat scribere
talem vacillationem testis,si iudex sibi dicit, quòd scribat,
vide elegantia verba Domini Inno.in capit.quoniam con-
10 tra extra de proba.¶ In tex.ibi(præter formam &c.)† Quę
autem in hoc inuenitur a iure statuta,dic hanc,quæ in istis
capitulis continetur.¶ In tex. ibi (iusticiarius & alii præsi-
11 dentes)patet per hunc tex.† quòd iusticiarius,vel alius offi
cialis qui vtitur consilio & opera imperiti assessoris, excu-
satur a pena.Et licet ex eo capite in quantum assessoris fa-
ctum dolum requireret,excusatur,vt l.2.ff. quod quisque
iur.non tamen excusatur ex alio capite eo quia est vsus
opera in prudentis assessoris,vnde tempore sindicatus po-
terit conueniri,vt in authen.de sindi.§.necessitatem contra
6.coll.& ibi bona glo.& in authen.de quæstore. §.maximè.
& ibi casus, & in cor. de coll.§. iubemus.& inst. de oblig.
12 quæ exquasi malefi.§.fi.† & est hoc generale, capitaneum
teneri pro familia delinquente in officio,ad quod fuit de-
putata,vt d.§.& l.1.ff.fur.adue.nau.plenè p Bald.in l.solet.
§. proficisci. ff.de offi.proconsul.& ita tenet Angel.in alle.
13 l. hoc.¶ In tex.ibi(pertinaciter resistere)† Nota hæc ver-
ba, per quæ signanter mandatur assessoribus, vt pertina-
citer resistãt officialibus in duobus casibus.primò ne quis
paratus dare fideiussorem incarceretur, vt in c. Caroli Pri-
mi,regni ann.17.c.item caueant,supra nume.43.& c.item
ne aliis.& ca.2.Item ne quis vltra legitimum modum tor-
queatur vt hic.De iure autem cõmuni debent pertinaciter
resistere officiali,quoties faceret contra iustitiam.l. quoniã
iudices,C.de appel.& l.omnes iudices.C.de decur.¶ In tex.
14 ibi(nostro &c.)patet ex hac litera.† quòd princeps vel eius
Vicarius mandat liberum hominem torqueri contra for-
mam traditam in istis capitulis Et hoc intelligas de iure
istorum capitulorum, aliàs secus,vt not.And.de Iser.lib.2.
in ti.de purg.sub.l.in const.incipiẽte, in quæstionibus aliàs
prosequentes, in fin. vbi vide nota. per eum. Sebastianus
de Neapoli.

ADDITIO.

15 IN accusatis. Dicit hic Bartol. de Capua, † quòd istud
cap.in casibus hic contentis videtur corrigere præcedẽs
c.regis Caroli Secundi,quod incipit tormenta.supra num.
144.per quod non permittebatur subiici quæstionibus hu-
iusmod reos,nisi præcedentibus indiciis, quod hic com-
mittit prouisioni iudicis:quia ista crimina de per se videtur
indicia continere. Et hic videtur declarari disceptatio iuris
peritorum, quæ ponitur per glo.& doct.in l.1.C.de quæ-
stio.& addit plures alios casus, & videtur approbari. opi.
Azo.in sum.eod.titu.de quæstio.sed contra prædictam opi.
videtur tex.noster hic ibi,sicut iudici de iure videbitur. Et
sic non est repositum solum in arbitrio iudicis, sed prout
est de iure,sed de iure etiam in crimine læsæ maiestatis &
aliis maioribus & exceptis criminibus quis non potest tor
queri,nisi præcedant indicia,vt est tex.nota.& ibi glo.Bal.
& Sali.in l.si quis alicui.C.ad leg.Iuli.Maie. Angel.de Are-
tin.in tract.malefic.in verbo,che hai tradita la tua patria,
in prin.& Francis.Brun.in tract.de indi.in 9.car.in 2. col.
post medium,& tenet Hippo.in l.1.in prin.colum.8.versi.
modò redeundo.ff.de quæstio.& in l.penul.colum.4.in fi.
versi.& primo.nume.24.eod.titulo.& opi.Azo. supra rela-
ta est communiter reprobata,& contra Azo tenet glos.Ia-
cob.Butrig.Cyn.& Salyce.in d.l.1.C.de quæstio.qui dicit,
quòd ita communiter transeunt doct.quòd indicia præce-
dere debẽt etiam in criminibus exceptis, & a cõmuni opi.
16 non est recedendum.† Notat etiam hic Bartol. de Capua,
quòd iustitiarius non debet aliquem torqueri facere ab-
sque consilio iudicis assessoris sui,vt hic per eum, de quo
dixi supra cap.si iustè,proximè præceden.¶ In tex.ibi(per-
17 tinaciter restiterit &c.) † Nota,quòd assessor,seu iudex de-
bet pertinaciter resistere officiali, qui vult indebitè aliquẽ
torquere.sicut etiam dicitur in casu.cap.item caueant. su-
pra nume.43.& in capitulo item quòd prædicti infra 280.
de quo vide Par.in tra.sind.in verbo assessor & Bar.de Ca-
pua.& Seb.hic & Lu.de Pen.in l.omnes.C.de decurio.lib.
10.& talis resistentia debet fieri verbo non autem mani-
bus,vt tenet Lucas de Penn.in d.l.omnes.col.4. in fi.¶ In
18 tex.ibi(ipse notarius in actis redigere teneatur &c.)† No-
ta secundum Bart.de Capua hic quòd notarius actorum
tenetur resistentiam in actis redigere,aliàs punitur vt hic,
debet etiam notarius vniuersa iudicii acta conscribere ca.
quoniã contra ext.de proba.& ibi etiam doctores ponunt,
an debeat scribere vacillationem,& quomodo scribere de-
beat,vide ibi per Abb.& omnes,& ibidem Parisi. numero
157.cum sequentibus,cum multis concor.ibi.& tenet An-
gel.Are.in tract.malefi.in verbo fama publica, colum. 40.
in fin versi.nonò quæro.¶ In vltima quæstione hic posita.
19 † An princeps,vel eius Vicarius possit mãdare,vt liber ho-
mo torqueatur sine indiciis,vide, quæ dixi supra c.subdito-
rum 6.nume. 128. Et ad materiam huius capit. vide infra
capit.tormentis,nume.190.& in cap.si cum scæleratis, in-
fra.numero 272. ADDITIO noua. Et per istum tex.
Matth.de Affli.in consti.reg.iudices,colum.2.& 1.in tertio
nota.dicit,quòd præsides prouinciarum possunt esse illi,
qui sunt ignari legum:quia habent assessores, quorum con-
silio possunt iusticiam facere,vt in isto capit. & in cap Re-
ginæ Ioannæ. Item qaòd prædicti iustitiarii infra. 280. pro
hoc facit: quia illitteratus potest esse iudex, glos. & omnes
doct.in cap.scisscitatus.vbi Felyn.colum.6.versi.illiteratus,
extra de rescri.Præpo.in cap.1.in fin.dist. 20. cum concor.
in d.locis. Io.Antonius de Nigris, I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Confessio trium latronum quantam fidem faciat contra re-*
ceptatores,complices & fautores.
2 *Copia probatorum cum nominibus & cognominibus da-*
ri an debeat.
Defensio dari an debeat inculpatis a tribus latronibus,
ibidem.
3 *Confessio trium latronum contra leues personas an suf-*
ficiat.
4 *Inquiri an possit ex officio contra receptatores latronum,*
complices & fautores nominatos.5.9.
6 *Indicia an minuantur, si nominati a latronibus non sunt le-*
ues personæ.

Pro-

7 *Probatio bonæ famæ qualiter fiat.*
8 *Hæredes latronis, qui confessus fuit plura furta fecisse, an possint conueniri, si ille decessit ante condemnationem.*
10 *Confessio malefactoris an noceat auxiliantibus.*
11 *Infamis an & quando possit esse testis.*
12 *Leues personæ quæ dicantur.*

DE CONFESSIONE LATRONVM.

Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CXLVIII.

1 CONSTITVTIONEM Diuę memorię domini patris, per quam statuit. † Confessionem trium latronum disrobatorum viarum sigillatim habitam, sic quòd eorum quilibet de confessione alterius sit ignarus, qua de se cõfessi facinus, nominat receptatores eorum, complices, & fautores, & qui eis victui necessaria ministrarunt, tantã fidẽ facere, quantum testimonium duorum virorũ proborum, declarantes edicimus, & declarãdo pręcipimus, tunc demũ confessionem ipsam talem habere vigorem, quando præmissi nominati per eam
2 reperiantur fore leues & infamatæ personæ.† Mãdantes vt hi, qui tanguntur ex confessione prædicta detur copia nominum & dictorum confessionis eiusdem, probatorum etiam per quæ de leuitate & infamatione personæ constare asseritur, audianturq; in eorum legitimis defensionibus corã iudice, qui procedit in eos ex cõfessione pręmissa.
3 ¶† Si verò non fuerint leues & infamatæ personę, illam confessionem eandem volumus efficaciter
4 aperiri. † Et propter eam officialem ad quem ea res pertinet contra nominatos in confessione prædicta, de his, quæ confessio continet, non expectato proinde alio nostro mandato inquisitionẽ specialem facere possit, & ex officio procedere contra eos, vt tamen nominatos eosdem data eis vt supra copia in iustis eorum defensionibus audiant & admittant.

CONSTITVTIONEM, Per hoc capitulum modificatur c. frequẽs. supra de testimonio publicorũ disrobatorum, nu. 7. ¶ In tex. ibi (forte reperiantur leues) no. verba qualiter istud c. intelligitur. ¶ In tex. ibi (vt per eam
5 confessionẽ &c.) † Hic est casus, in quo iustitiarius potest facere specialem inquisitionẽ contra specialẽ personam.
6 ¶In tex. ibi (si verò non fuerint leues &c.) † Ergo a contrario, si sunt bonæ vitæ, conditionis & famæ, tunc minuũtur indicia contra eos secũdũ ꝙ not. Bar. in l. desertorem. §. sed
7 si ex improuiso. ff. de re mili. † Quod qualiter probetur, quẽ esse bonæ conditionis, vide notata per Bal. in l. improbum. in fi. C. de infam. versi. & nota tu latrũculator. Et quia hic ponitur de effectu confessionis habitę in tormentis, &
8 quid operet. † Quæro de quæstione quotidiana, latro quidam expositus in tormentis confessus est furta se fecisse, & antequã condemnaretur, decessit, an saltẽ ex prędicta confessione hæredes poterint conueniri, licet ad eos nihil peruenerit, quasi decesserit lite contestata. Respódeo sic, si talis cõfessio facta fuit p̄sente parte, secus si absente, & hoc est verũ, si procedatur per accusationẽ l. certũ. §. si quis absente. ff. de confes. sin autem per inquisitionem tunc nõ requiritur partis præsentia, quod est not. veluti quotidianũ Videmus enim latronẽ confiteri multa furta, & non videmus hæredes conueniri per inquisitionem, vt sic sit acquisitũ ius ex cõfessione omnib. absentibus, & hanc quæstionẽ disputauit D. I. And. in tit. de accus. §. qualiter, versi. quid si latro, tene ergo menti hanc quæstionẽ. Sed quando procreditur per viã accusationis non ne talis cõfessio facta vr̃ præsente parte per viã mediæ personæ per not. per Bar. in d. §. si quis absente. vide & cogita tu subtilis. Seb. de Neap.

D. Io. Ant. de Nigris.

ADDITIO.

CONSTITVTIONEM. Ad materiam huius c. vide quæ latè dixi supra c. frequens 7.
9 † Et nota ex fine huius c. ꝙ cõtra receptatores latronũ potest ex officio procedi, de quo vide
10 etiã infra c. crescit culpa, nu. 224. † Et ꝙ confessio malefactoris nõ noceat auxiliantibus & fautoribus, tenet Fely. in c. 1. col. 7. in prin. extra de offi. deleg. & Bal. cons. 497. de ac
11 cessorio, 1. vol. ¶ † Et an & qñ infamis possit esse testis, & in quibus casibus, vide latè Matth. de Affli. in consti. patarenorum. nu. 42. Et ad materiã vide Azo. in sum. C. de infami. li. 10. & vide glo. in c. illi qui. 5. q. 6. vbi dicit, ꝙ viles testes in criminibus exceptis non admittuntur sine tormẽtis, & vide And. de Iser. in consti. si dãna clandestina. col. 5. & Tho.
12 Grã. consi. 61. † Quis autẽ dicatur leuis persona, vide Bal. in c. cum causam. col. 4. in fi. extra de proba. & Matt. de Afflic. in consti. si damna clandesti. nu. 38. & ibi And. de Iser.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officio procedi an possit pro offensis, maleficiis & iniuriis illatis religiosis clericis & ecclesiasticis personis. 3. 4. 6.*
2 *Iniuriantes clericos & ecclesiasticas personas qualiter puniatur.*
5 *Conuersos & oblatos offendens an possit contra eum ex officio procedi.*
Priuilegiũm an extendatur ad res clericorum & ecclesiarum.
Procedi ex officio in quibus casibus possit, ibidem.
7 *Laicus an possit coram iudice ecclesiastico accusari.*
8 *Pœna quæ imponitur contra iniuriantes clericos & personas ecclesiasticas.*
10 *Sacrilegium an committatur, quando clericus offenditur.*
11 *Pœna sacrilegii quæ sit.*
12 *Iniuria illata clericis an & quando iudex pro ea possit ex officio procedere.*
13 *Iniuria atrox quæ dicatur.*
Alapæ percussio an dicatur atrox iniuria, ibidem.
Alapæ percussio quare grauius punitur, quàm percussio cum pugno, ibidem.
14 *Pœna capitalis quãdo imponatur pro iniuria illata clerico.*
15 *Satisfactio cui est facienda pro iniuria illata clerico, vel monaco.*
16 *Monacus spoliatus cappa quis agere possit.*
17 *Monacus an monasterium debeat pro debito monaci conueniri.*

DE OFFENSIS, VIOLENTIIS ET INIURIIS ILLATIS RELIGIOSIS, VIDUIS, PAUPERIBUS & ECCLESIIS. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS CA. CXLIX.

1 DE iniuriis, offensis, maleficiis, atq; culpis qbuslibet, religiosis, clericis, & ecclesiasti. p̃sonis illatis, vbi null⁹ accusator apparet

ex officio inquiratur, nostro vel nostræ curiæ non
2 expectato mandato.† Et iniuriatores, seu malefacto
res pœna debita puniantur.

De iniuriis. Circa hoc c. vide not. Cyn. & Bal. in l. mu-
lierem. C. si mancip. ita fue. aliena. ne prostri. vbi hoc
tenet expresse, & ibidem tenet Ang. in fin. & ibi etiam vi-
3 de,† an iudex ex mero officio suo possit ad inquisitionem
procedere super iniuriis singularum personarum & quan
do, uide in c. cura nobis. infra nume. 219. uersicu. recurre,
4 Ibi (ex officio inquiratur) † nota, ꝙ pro iniuriis illatis perso
nis ecclesiasticis iudex inquirit ex suo officio nullo denun
ciatore apparente, quod verbum hic positum est satis ge-
5 rale. † Quia videtur hoc extendi ad conuersos & oblatos
etiam secularium ecclesiarum, facit ad hoc etiã, quod legi
tur & notatur 12. q. 1. duo &c. & extra de senten. excom. c.
6 non dubium.† Item videtur, ꝙ istud priuilegiũ extẽdatur
ad res clericorum & ecclesiasticarum personarũ; quia eo-
dem iure censeri debent, vt bona ecclesiastica, extra de vi-
ta & hone. cleri. c. vltro, & nota. in c. ecclesia Sanctæ Mariç
extra de consti. in glo. est arg. pro eo iure, & verba huius c.
hoc sonant, licet And. de Iser. in const. statuimus, post prin.
vers. Item clericus, in tit. de offi. mag. Iust. lib. 1. videtur sen
tire contrarium. Similiter vbi præcessit trina confessio con
tra personas non leues, vt in c. præcedenti. Itẽ vbi imponi-
tur pœna mortis, vel naturalis, vel ciuilis, aut membri ab-
scisio, vt supra ca. ab illo inchoandum. nume. 140. Item de
homicidio clandestino iuxta formã consti. Federici, si dam
na clandestina. Et intellige hoc c. qñ ex mero officio proce
ditur, vbi nullus accusator, vel denunciator apparet, vt hic,
& in c. pridem per diuersas vices. infra num. 218. quod ca.
quidam habent inter c. Regis Roberti, sed propter formã
literæ vt delatas. infra nu. 235. quę fuit eiusdẽ Regis Rober
ti specialiter edicitur, ꝙ ẽt in prædictis casibus, vbi non est
denunciator, vel accusator, non proceditur ex officio, sed
subsequenter factum extitit per eundẽ Regem in fi. sui obi
tus edictũ, quod incipit, quidam enim noscẽtes aures prin
cipũ, quod non est impressum &c. in quo Rex statuit, ꝙ
singuli officiales habentes merum & mixtum imperium
possint procedere ex officio in quibuscunque criminibus,
7 quod est not. Sebastianus de Neap. ¶ † An autẽ laicus pos-
sit coram iudice ecclesiastico accusari, vide extra de test.
cog. ca. peruenit l. 2. ff. de iud. c. nouit & c. ex potestate. extra
8 de foro compe. ¶ In tex ibi (pœna debita,) † Quæ sit pœ-
na debita, hoc casu vr ꝙ pro culpa, seu offensa, aut malefi-
cii qualitate, cum talia sint extraordinaria crimina & pœ-
na extraordinaria punienda l. fi. ff. de iniur. e contra, ꝙ vlti-
mo supplicio, vt C. de epis. & cler. l. omnes qui. §. præterea
nullus. & licet d. §. in executoribus, loquatur, idem in om-
nibus esse videtur, ergo idem ius statui debet l. illud. ff. ad
l. Aquil. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

9 De iniuriis † Nota, ꝙ pro iniuriis illatis perso-
nis ecclesiasticis iudex põt ex officio proce-
dere, vt hic in tex. & tenet Seb. hic, de quo vi-
de in c. vt latas, infra nu. 135. & Bal. in l. siqs.
in hoc genus. C. de epi & cler. & in auth. ibi
posita. ADDITIO noua. Et ibi docto. & Rob. Maran.
in suo Specu. in sexta parte princ. in titulo de inquisitione,
versi. secundus casus principalis. col. 2. versi. vndecimò, nu.
10 116. cat. 51. secundum primã impressionẽ.† Et qñ clericus
personaliter est offensus, dicitur cõmitti sacrilegium c. siqs
11 suadente 17. q. 4. Et quot modis cõmittatur sacrilegiũ.† Et
quę sit pęna sacrilegii, vide late per Matt. de Affli. in consti.
regni, multæ leges. per totũ. Illud aũt, quod supra dictũ est,
12 ꝙ pro iniuria illata clerico põt ex officio procedi.† Limita
procedere, qñ esset illata iniuria grauis & atrox, secus qñ es
set leuis iniuria, quia tũc ex officio procedere nõ posset, vt
tenet Bal. in d. l. siquis in hoc genus. in fi. C. de epis. & cle, &
in terminis tenuit do. meus Io. de Arnono de S. Angelo Fa
sanellæ in soliloquio. 63. quod incipit, aliãs cũ mihi, alle-
gat ẽt Hip. consi. 103. in præsenti casu. col. 4 nu. 20. cũ ibi al
leg. ADDITIO noua. Et Hip. in sua pra. cri. §. sed quia.
col. 1. vbi dicit, ꝙ statutũ, siue lex puniens offendentẽ cleri
cũ habet locũ solũ in inferẽte atrocẽ iniuriã, seu offensam,
13 nõ autẽ in minima, vt ibi per eũ. ¶ † Et quæ dicatur atrox
iniuria, vide tex. in §. atrox. Insti. de iniur. & ibi doct. & Ma
the. de Affli. in cõst. regni priusquã. col. 2. vbi multa exẽpla
ponit, & inter alia dicit, ꝙ quãdo offenditur clericus, dũm
est in habitu sacerdotalis dignitatis, dr atrox, & vide multa
quæ dicit Host. in sum. extr. de sen. excõ. §. qs possit, col. 2.
cũ multis seq. & vide Do. meũ Rob. Maran. in suo Spec. au
reo, in verbo inquisitio nu. 65. car. 48. & vide tex. & doct. in
l. prætor. §. fi. ff. de iniur. & gl. in c. tãta extra de excess. plato.
& hr in c. cũ illorũ. extra de sen. excõ. ADDITIO no.
Et dicit Bal. in l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de in ius vocan. ꝙ
percussio cũ manu vacua, vel cũ pugno nõ dr atrox iniu-
ria. ¶ Sed quare grauius quis tenetur pro alapa, quã pro pu
gno: cũ maior læsio fiat per pugnũ, q̃ per alapã, istã quęstio
nẽ ponit Carolus Longobar. in l. siquis aliũ. in tit. de cõui-
ciis, vbi ponit tres rõnes. Primã: qa percussio cũ pugno fa-
cit vnũ liuorẽ, sed alapa facit quinque, & ista nõ est cõclu-
dens ratio: qa si faceret maiorẽ tumorẽ & liuorẽ cum pu-
gno, quã cũ alapa, ista nõ procederet. ideo ponit secundã
rationẽ: qa percussio cũ alapa fit in facie, sed cũ pugno fit
in alia parte corporis, ideo est maior pœna, sed ista ratio
minimẽ procederet, qñ cũ pugno fieret percussio in facie.
Ideo ponit aliã tertiã rationẽ: qa percussio cũ alapa in fa-
cie lõgius sonat, & a plurib. auditur, ideo grauior pęna im
ponitur secundũ eũ. Potest ẽt alia ratio assignari: qa pueri
alapa percutiũtur, vt experiẽtia docet, & nõ pugno, & sic q
dat alteri alapam vr eũ in duobus offendere: quia tractat
eũ vt puerũ, & alia est pro offensione, non sic in pugno, qa
14 non tractatur pueriliter. ¶ † Qñ autẽ habeat locũ pęna ca
pitalis in offendẽte clericũ, & quot debẽt concurrere, vide
in auctẽ. sed nouo iure. C. de epi. & cleri. & ibi Iac. Butrig.
& Bal. ibi, ꝙ debẽt quatuor īteruenire. Primũ, ꝙ sit presbi
ter, vel clericus. Secũdus, ꝙ tẽpore, quo celebratur diuina,
fiat offensio. Tertiũ, ꝙ in ecclesia fiat. Quartũ, ꝙ fuerit diui
nũ officiũ turbatũ, dicit Bal. vbi supra, ꝙ est pœna exilii,
vt ibi per eũ. Et ibi hoc ẽt tenuit Saly. q. dicit, idẽ esse, si fit
iniuria laico in ecclesia, & turbatur diuinũ officiũ, aliãs est
pœna exilii, vt ibi per eũ. Intellige, vt supra pro atroci iniu
15 ria p superius allegata. ¶ † Sed quęro, qñ est facta iniuria
clerico seculari, vel monaco, cui est faciẽda satisfactio pro
iniuria, prælato, an principali, vel consanguineis, vide ple-
nẽ per D. Parisiũ in c. in præsentia. col. 48. nu. 127. extra de
proba. vbi dicit, ꝙ si est facta clerico seculari, ei debet fieri
satisfactio, vel si mortuus, eius hæredi, sin aũt nõ habet
heredẽ, fieri debet plato ecclesiæ, & in monaco vr facere
differẽtiã, si est iniuria illata intuitu personæ monaci, com
petit ipsi monaco & eius hæredi, si est facta intuitu mona-
sterii, debet fieri monasterio, vide tñ latius & melius ibi p
eũ, & ibi vide Fely. Deciũ, & alios, vide Fel. in c. cũ dilecta,
col. 24. cũ seq. extra de rescri. vbi ponit etiã, quis possit re-
mittere iniuriã factã monaco. vide ibi cũ cõcordantiis per
eum allegatis. ADDITIO noua. Sed quid si pars re-
mittit suã iniuriã, an nihilominus in dicto casu possit ex of
ficio procedi, vide Sal. in d. l. siquis in hoc genus. in fi. C. de
epi. & cler. vbi dicit, ꝙ licet pars remittat suam iniuriã, non
propterea respublica, quæ dicitur offensa, debet remittere
suam, neque pœnam, & clarius hoc tenet Bal. & sic proce
16 dere poterit, vt ibi per eos. ¶ † Quid autem si monacus spo
liatur cappa, quis possit agere, an monacus, vel monaste-
17 rium, vide Fely. ubi supra.† Et an sit conueniendus mona-
cus, an verò monasterium pro debito, seu facto monaci, vi
de D. Paris. in d. c. in præsentia, col. antepen. & ibi per alios
moder. extra de proba. & tenet, ꝙ monasterium teneatur,
quatenus ad ipsum peruenit de bonis ingressi.

Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Violentia si fuerit illata viduis, pupillis, pauperibus, vel ecclesiis, an summariè procedatur ex officio.* 8.
2 *Pœna, quando agitur ad pœnam pro violentia illata clericis, viduis, pupillis, & ecclesiis an summariè procedi debeat.* 7.
3 *Pauperem esse primò pronunciari an debeat.*
4 *Legis natura est dare formam futuris negociis.*
5 *Cognitio regulariter an sit adhibenda in omni causa.*
6 *Summariè an procedatur in pœna furti.*
9 *Vidua an habeat fori electionem.*
10 *Vidua an habeat priuilegium, vt in eius causa procedatur sola facti veritate inspecta.*
11 *Vidua luxuriosè viuens an habeat priuilegia viduitatis.*
12 *Mulier impudica nupta an gaudeat priuilegio.*
13 *Vidua diues an gaudeat priuilegio.*
14 *Vidua an habeat priuilegia, quando est oppressa, ita quòd non potest iura sua proponere.*
15 *Vidua ingressa religionem an habeat priuilegium viduitatis.*
16 *Legatum factum vxori, donec castè vixerit in viduitate, an habeat locum in ingressa religionem.*
17 *Priuilegia paupertatis quæ sint.*
18 *Pauper quot modis dicatur.*
19 *Summariè & de plano quomodo intelligatur.*

CAROLVS SECVNDVS CAP. CL.

1 DE † Violentiis illatis iam, aut de cætero inferendis in rebus, viduis, pupillis, pauperib. & ecclesiis, de violentiis quoque illatis in rebus quorūcunq; per quoscūque a duobus annis citra, nec non de omnibus aliis violentiis, quæ committentur, si causa ordinariè proponatur coram iudice cōpetenti per violentiam passos, aut eorum nomine legitimè proponentes, summariè, de plano, sine libello, litis contestatione, strepitu, & figura iudicii cognoscatur de his, vel ad instantiam prędictorum asserentium se violentiam passos, restitutionem rerum sibi fieri postulantes, iudex competens ex officio suo inquiret, & inquisitionis negotium summariè, sine strepitu & figura iudicii terminabit, sed restitutio tantum rei per huiusmodi iudicia contra violentum & habentem causam, possessionem
2 & tenutam a violento consequatur. ¶ † De pęna vero ipsis ciuiliter, aut criminaliter per passos iniuriam impetitis, consueto & debito iudiciario ordine conuincantur, nisi officialis competens de nostro, aut nostri in regno vicarii, vel magistri iustitiarii, seu suum locumtenentis, & iudicum, vt præfertur, de pręmissarum violentiarum criminibus specialiter inquisiuisset, vel per generalem inquisitionem de huiusmodi violentiis & iniuriatoribus rite liqueret, quando ad inflictionem pœnæ legitimè inquirentes, & eos, ad quos ea res pertinet, procedere volumus in numero testium, per quos cōstat de crimine apertè, sicut supra describitur, distin-
3 ctione seruata. † Iudex, seu cognitor in inchoatione inquisitionis & summarii iudicii prædistincti ad instantiam pauperis passi violentiam faciendi, ipsum pauperem esse pronunciet, cuius pronunciationi sic stari volumus, vt ad probandum contrarium aduersarius nullatenus admittatur.

D. Io. Ant. de igris.

DE uiolentiis. ¶ In tex. ibi (iam, subdit, a quocunque tempore nedum ab annis duobus citra, ut ibi sequitur in uerbo de uiolentiis &c.) Nam istud, quod dicitur in prin. istius c. conceditur tantùm pupillis, uiduis, pauperibus, & miserabilibus personis. Illud uerò, quod dicitur de uiolentiis illatis a duobus annis citra in rebus quorumcunque nedum prædictorum: quia principium loquitur in uiolentiis a quocunque tempore illatis etiam ante duos annos illatis prædictis personis, & sit finis istius capitu. ¶ In text. ibi (iudex autem &c.) refert se ad id, quod dicitur in princ. istius ca. quia ad id tantum referri potest, & non ad alia, arg. eius, quod not. ff. de iur. omn. iudi. l. si idem cum eodem. iuncta l. talis scriptura. §. fina. de lega. primo. ¶ In text. ibi (circa) contra hoc uidetur. C. de legib. l. leges.
4 † ubi natura legis est dare formam futuris negociis non præsentibus, retractare enim præterita est quodammodo calumniam excitare. C. de decur. l. dusie. lib. 10. sed pro hoc est aperte. C. de contrahen. emptio. l. 1. in fin. extra de usur. capit. cum tu. vbi patet, quòd si constitutio concordat cum iure diuino, etiam ad præsentia est trahendum, pro quo uide not. Ioan. Andr. in capi. licet causam. extra de electio.
5 in 6. ¶ Ibi summariè. † Attende, quòd regulariter in omni causa est plenè cognoscendum, fallit iure communi in casibus positis in aucten. de exhi. rei. §. si uerò non administrent. 5. coll. in uerbo declarari, & uide. C. de iud. l. iudices. Item de iure istorum ca. fallit contra uiolentos, item contra receptatores latronum: ut in c. Reg. Ro. anno XXII. ca.
6 præsidentis incumbit officio, infra nu. 242. † Item proceditur summariè in pœna fiscali, ut in cap. ab olim. infra. 206. ¶ In tex. ibi (ipsum pauperem esse pronunciet.) Nota, ꝙ antequam iudex procedat ad inquisitionem super uiolentia facta pauperi, debet primò pronunciare ipsum esse pauperem, qua pronunciatione facta in contrarium probatio non admittitur. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

DE uiolentiis. Ad materiam huius ca. uide supra in c. subditorū. nu. 6. in rub. de uiolentiis,
7 cum ibi plenè dictis. † Et aduerte secundū Bartho. de Capua hic, ꝙ istud ca. corrigit d. c. subditorum. in eo uidelicet, ꝙ ibi permittebatur etiam in pœna procedi summariè, quod tamen hic corrigitur, ut ad pęnam procedatur seruato iuris ordine,
8 ut in isto c. † Et nota, ꝙ pro uiolentiis illatis uiduis, pupillis, pauperibus, & ecclesiis potest ex officio procedi, ut hic, & infra c. pridem per diuersas, numero 218. & infra capi. ut delatas, nume. 235. & in istis proceditur, etiam sine denunciatore, ut tenet hic Barth. de Capua, ad prædicta uide etiam infra in capi. ne tuorum. nume. 237. sed loquitur de iniuria illata personis non autem rebus, ut ibi patet, & ui-
9 de infra c. iniunxit, nume. 258. ¶ In tex. ibi uiduis. † Aduerte etiam, ꝙ uidua habet fori electionē, & similiter pupilli, & miserabiles personæ, & potest allegare perhorrescentiā,
10 ut in constit. regni, statuimus la 2. † Et uidua etiam habet aliud priuilegium: quia iudex in eius causa potest procedere sola facti ueritate inspecta. Et ex causa non deducta & allegata potest ferre sententiam, de quo latè per Soci. con-
11 sil. 11. in fi. 3. uol. ¶ Illud tamē quod dr, ꝙ uidua habet priuilegiū, limitatur nō habere locū in uidua luxuriosè uiuente: quia talis uidua luxuriosè uiuens amittit omnia priuilegia uiduitatis, ut tenet Fely. in c. pastoralis. col. 3. in fin. extra de iudi. & Anto. Capi. decisio. 44. & Andr. de Iser. in d. constitu. statuimus la 2. & Matth. de Afflic. in constitu. re-
12 gni, lege præsenti. ¶ † Et quid in muliere impudica, quę est

nupta,uide Felyn.ubi supra,& quæ dicit Ias.in l.plerique, colum.4.in fin.ff.de in ius uocan.& Ias.in l.ad egregias.colum.2.in fi.cum sequen.ff.de iureiur.Quid autem in uirgine,uide in glo.in l.unica,in prima glo.C.de rap.uirg.& ibi
13 Hippo.† ADDITIO noua.Quæro,an vidua diues habeat priuilegium eligendi forũ & alia priuilegia concessa viduis.Inno.in c.ex parte.de ver.sign.vr̃ velle,ꝙ priuilegiũ datum a iure viduis intelligitur esse datum non solum viduis pauperibus,sed ẽt viduis diuitibus,quæ nõ potest per se ipsas esse in iudicio:quia nõ habẽt specialem defensorẽ, candẽ opi.tenuit And.de Iser.in consti. regni statuimus,la 2.in 1.col.vbi dicit,ꝙ vidua quantũcunque diues habet priuilegia l.vnicæ.C.qñ Imperato.inter pup.& vid.& d.const. statuimus.hoc ẽt vr̃ tenere Inn.de for.compe.c.licet ex suscepto,col.2.in verbo imperio.ibi,qñ iudex negligit facere iustitiam viduis vel ẽt diuitibus,& sic nõ solũ includit pauperes,|sed etiam diuites. pro ista ẽt parte facit illud, quod dicit Laur.Calca.consi.56.in causa dñæ Dominicæ.col.penul.nu.17.vbi dicit,ꝙ viduæ cẽsenter miserabiles personę: eo quia vidua amisit defensionẽ suam,& caput suũ.s.maritum,& vr̃ velle Card.Flo.in c.significãtibus. de offi.deleg. vbi vr̃ velle, ꝙ vidua etiã diues dr̃ miserabilis persona saltim habitu c.ex tenore. de foro compe. quia nõ potest per se causas in iudicio administrare,vt ibi per eum.Contrariã opi.ꝙ vidua diues,seu pupillus & aliæ personæ diuites nõ habent priuilegium eligendi forum,sed sub iudicibus ordinariis litigare debeat,tenuit Inno.in d.c.significantibus,de offi.deleg.& ibi Io.And.Anto.de But.Inno.Abb.in 1.nota. & col.2.& communiter doct.& Abb.in d.c.ex tenore.de foro compe.& ibi Io.And.& alii:quia vidua non cõnumeratur inter miserabiles personas, nisi quãdo esset pauper, vel ei denegaretur iustitia,vt ibi per eos,|& tenet Ange.Aret.in tra.malefi.in verbo metidore de mali dadi,col.5.circa medium,versi.præterea in vidua,& tenet Alex.in l.1.col.9.versic.nec obstat.ff.sol.matri.allegat Spec.in tit. de dona.inter vir.& vxor.§.formatis,versi.vtrũ causa dotis, & tenet Alex. consi.121.viso processu.col.fi.versic.secundò respondeo 1. vol.allegat Spec.in tit.de instru.edi.§.nunc verò aliqua,versi.& scias.lo 2.& Maria.Soci.iu d.c.ex tenore.col.1. in fi.cũ seq.versi.glo.2.vbi dicit,ꝙ causæ viduarum & miserabiliũ personarum principaliter spectant ad forum secularẽ, nisi tales persona sint oppressæ:quia tunc sunt sub protectione ecclesiæ vt ibi,& istam opin. dicit esse veriorem Matth.de Affli.in d.consti.lege præsenti,col.2.quia vt vidua gaudeat priuilegio debet esse pauper,sed si est diues,nõ potest dici, ꝙ careat defensione:qa omnia obediũt pecuniæ,vt dr̃ Ecclesiastici c.10.vt ibi latè per Matth. Et dicũtur tales viduæ diuites personæ miserabiles habitu & non actu, vt dicit Abb.in d.c.significantibus.col.2.Et illud,quod dicit Andr. de Iser.& alii supra relati procedere potest in vidua diuite oppressa,& contra quam fuit cõmissa violentia: quia tunc habet fori electionẽ,vt dictum est,sed qñ non est oppressa, & in eam commissa violentia,vel iudex dicit ei velle facere iustitiam, nõ habet fori electionẽ: vt dicunt præallegati doct.& Inn.in d.c.significantibus.col.1.vel qñ est notoriũ, ꝙ non vult facere ei iustitiam,vt ibi per Inn.¶ Quæ autem dicũtur personæ miserabiles.Inn.& Abb.in d.c.significantibus,col.2.de offi.deleg.dicit,ꝙ viduæ pauperes, peregrini,mercatores,qui grauantur in pedagiis, liberti in ecclesia manumissi,vel ecclesię cõmendati,& cõfugiẽtes ad ecclesias pœnitentes,pupilli & orphani non diuites,sed pauperes,senes,expositi & languidi,ceci,membris mutilati,leprosi,captiui,& debiles,& diuturno morbo fatigati.Et hoc si prædictæ personæ non sunt diuites, vt latius per Inno.in d.c.significantibus,& dicit Io.And.quem refert & sequitur Abb.in d.c.significantibus.col.2.ꝙ miserabiles personæ dicuntur, super quibus natura mouetur ad miserendum, & dicit Azo in sum.C.qñ Impera.inter pup.& vid.ꝙ personę miserabiles dicuntur senes,decrepiti, diuturno morbo fatigati,viduæ, pupilli, & generaliter omnes, quibus natura mouemur ad miserandum.Sed quæ dicantur personæ miserabiles relinquitur arbitrio iudicis,vt dicit Bal.in d.l.vnica.C.quando Imper.inter pup.& vid.& ibi Bald.& Maria. Soci.in c.ex tenore.col.2.in prin. & Fely. in c. significantibus,col.2.de offi.deleg. ¶ Item nota,ꝙ prætextu miserabilis personæ non debet alii iniustitia ministrari cã.denique. 14.q.5.Abb.in c.ex tenore.col.1.in tertio nota.de foro compet. In causis viduarum iudex procedit sola facti veritate inspecta.Soci.cousi.11.in fin.num.15.3.vol.Quæ autem dicitur vidua,dic,ꝙ illa dicitur vidua,cuius maritus est mortuus 33.dist.cap.vidua. quia ex communi vsu loquendi vidua dr̃,quę orbata est viro,a quo fuit cognita:potest ẽt dici vidua illa,quæ nunquam habuit virum l. malum. §.viduā ff.de verb.signi.de quo per Abb.& Maria.Soci. in d.c.ex tenore.col.2.de foro compe.Ias.in l.cum quędam.col.2.ff.de iur.om.iud.|Item dr̃ vidua,cuius maritus est bannitus,glo. in l.fi.C.de plagia.Fely.in d.c.significantibus,col.3.de offi. deleg.& Hipp.in l.vnica.nu.111.de rap.virg. Et dicit Socin. consi.39.col.4.nu.13.3.vol.quòd vidua dicitur,quæ virum inutilem habet,& Hippo.in l.vnica, nume. 212.C. de rap. virg.allegat glo.in l.fi.de plagia,& Alb.Bru.in trac.de consti.decre. &c.in verbo vidua. Illud autem quod dictum est de viduis,intelligitur de viduis honestam vitam seruantibus l.his solis.C.de reu.dona.& ibi Bal.& Saly.Fely.in d.c. significantibus.col.3.versi.Item nota.& supra dixi & Matthæ.de Affli.in d.consti.lege præsenti,col.2.versi.item intelligo.Ias.in l.quædam,col.2.versi. tertiò amplia. ff. de iurisf. omn.iudi.Et mater vidua propter stuprum priuatur tutela. Bal.in l.his solis.C.de don.ca.mort.Bald. consi.299. super primo 3.vol.Hippo.consi.13.num.7.Et vidua per stuprum perdit dotem.Hipp.in d.consi.13.nu.4.& 13.& perdit priuilegia viduitatis,vt ibi.Et circa istam materiam nota vnum notabile dictum Fran.de Are.in ca. qualiter & quando, lo
14 2.colum.2.in 4.nota.extra de accusa.vbi dicit,†,quòd in casibus,in quibus iudex ex officio potest prouidere viduę,seu miserabili & oppressæ personæ. Intelligitur de tali persona, de qua sit uerisimile, quòd ius suum non possit,uel non audeat in iudicio deducere propter timorem poten-
15 tioris,ut ibi latius per eũ,quod est bene notandũ.†¶ Quæro, quid si aliqua uidua ingressa est religionem, an gaudeat beneficio huius c. si contra eam, seu eius bona fuerit uiolentia commissa.Dicas quòd sic: quia etiam illa,quę re-
16 ligionem ingressa est,dicitur uidualiter uiuere.† Et ideo legatum factum uxori, donec castè & honestè uixerit, & uidualem uitam seruauerit,pertinet etiam ad eam, quæ religionem ingressa est, ut dicit Bald.in l.Deo nobis.col.3.uersic.iuxta prædicta.C.de epis.& cler. & pro sing.citat Cremen.nota.142.incipiente, maritus.& in terminis huius ca. hoc tenet dominus meus Io.de Arnono de Sancto Angelo Fasanellæ soliloquio. 33. incipiente per capitulum regni.
17 ¶ In tex.ibi (pauperibus.) † Nota unum priuilegium paupertatis, in quo prodest paupertas, de quo uide in l.si quis ad declinandam. C.de epis.& cler.tex.& glo. in l.cum facile.|ff. si cui plusquam per leg. fal. ubi habes alios casus, in quibus paupertas prodest.Et alia multa specialia & priuilegia paupertatis uide per Archid.in cap.pauper 11.q.3.& Fely.in cap.1.colum.fin.extra de accus.& glo.in extrauag.Io. uigesimisecundi,incipiente,cum ad sacrosanctæ in uerbo
18 paupertati.de senten.excom.¶ † Et quot modis dicatur pauper,vide Archi.1.quæst.2.cap.sacerdos, & latè Ias.in l.si cõstante,colum.24.in secunda lectur.ff.solu.matri.ubi ponit, quomodo probetur paupertas, & uide glo. & docto. in §. sed hoc iure.Inst.de attilia.tut.¶ In tex.ibi (summarie &c.)
19 † Quomodo ista uerba intelligantur,uide latè in clem. sæpe.extra de uerbo.signi.Inno.in cap.olim.extra de accusa. Barto.in extrauagan.ad reprim. in uerbo summariè, & de plano.Par.in tracta.sindi.iu uerbo sententia.§. utrum.cum pluribus sequent. & dominum meum Robert. Marantam Venusinum in suo tract.intitulato, Speculum aureum, in quarta parte, in nona distinctio.car.29.& in dicta nona distinctione plenè ponit, quot modis dicatur causa summaria, & multa alia ad materiam. Et hodie in regno omnes

nes causæ ciuiles sunt summariæ, & proceditur summariè & de plano, sine strepitu & figura iudicij, vt in cap. regni detestantes, & est regia pragmati. quæ incipit, dispendia licitum, & est prima in ordine.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus possessorio, vel petitorio si lite pendente alienat possessionem, an fiat executio contra possessorem.* 4.
2 *Litigiosam rem accipiens an lata sententia possit contra possessorem exequi.*
3 *Alienans in potentiorem qualiter puniatur.*
5 *Consentire an dicatur, qui scit & tacuit.*
6 *Litigiosa res an & quibus casibus possit alienari.*
7 *Alienatio dolosè facta quomodo probetur.*
8 *Præscribi an possit ex contractu rei litigiosæ.*
9 *Litigiosi vitium an inducatur, quando agitur possessorio.*

DE CONVENTIS QVI ALIENANT possessionem. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CLI.

1 CONVENTVS † possessione rei, vel re ipsa quocunque iudicio, si lite pendente contestata vel quasi, possessionem, vel rem alienauerit in alium, vel aliquo titulo transtulerit, aut alius sciēs
2 aut ignorans, ipso conniuente, † rem vitio litigiosi affectam acceperit, vel possessionem intrauerit, in persona ipsius alienantis, transferentis, & consentientis finiatur iudicium, & si per multas manus possessio ambulauerit, executio fiat contra possessorem, apud quem dicta res, vel possessio inuenire tur manere.

CONVENTVS. Ad materiam huius capitu. vide constitutionem regni, quæ incipit, eorum fraudibus & l. 2. C. de litigio. ¶ In tex. ibi (possessio ambulauerit &c.) hæc litera sumpta est ex l. fin. & l. sed & si lege commissoria. §. perinde. ff. de peti. hære. ¶ In tex. ibi (apud quem &c.) pro hoc facit apertè in auth. de mona. §. si verò his quidē in fi. vbi dicit, ea verò quæ rapta sunt, si apud quoscunque inueniantur, modis omnibus reddantur pristino domino.
3 † Et nota, quod si tales alienationes, siue translationes fiant in potentiorem, qui se causæ defensioni opponat, vel titulos, vel signa sua prædiis, de quibus est motalis, affigat, conuentus ipsius prædij, super quo conuenitur, amissione mulctandus est. C. de his qui potentio. nomi. titul. præ-
4 di. affi. l. j. quod est vulgare. Nicolaus de Neapoli. † Nota, quòd conuentus iudicio possessorio, vel petitorio, si post litem contestatam vel quasi, possessionem, vel rem in aliū transfert in persona eiusdem alienantis iudicium finitur. Et per quascunque manus possessio ambulauerit, fit executio in possessorem, idem tenet Cyn. de iure communi in l. vnica. 8. quæst. C. de alien. iudi. muta. cau. fa. Bart. tenet contra in l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. ibi, formo tibi vnam quæstionem, vbi tenet, quòd prius agendum esset reuocatoria, idem tenet in l. si quis missum. in fi. ff. de dam. infec. Tu dic secundùm Bal. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. quòd aut conuentus commisit dolum in fraudem, vel paratæ exceptionis, vel missionis, & eodē modo fit executio, & missio contra possessorem. l. chirographis. fi. de adminiſtr. tuto. Aut in fraudem creditorum diminuendo bona, vt minus sit in bonis, & tunc agendum est ordinariè, vt Instit. de actio. §. item si quis in fraudem.

Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

CONVENTVS. Circa materiam huius cap. vide Matth. de Afflict. decisio. 396. in causa comitis, colu. penult. & aliquid per eundem decisio. 331. quædam Diana per Bart. in l. 3. de pign. & per Bald. in l. 1. C. de alien. iudi. muta. cau. fa. & in authē. litigiosa. C. de litigio. & vide Alex. in addit. ad Bart. in allegata. l. si quis missum. § fi. ff. de dam. infe. cum ibi allegatis, & Thom. Gram. deci. 65. num. 46. ¶ In tex. ibi (conniuen-
5 te) idest consentiente, † quia satis dicitur consentire, qui sciuit & tacui, ita dicit Matth. de Afflict. in constitu. eorum
6 fraudibus. col. 4. versic. septimò. † Et regula est, quòd non potest fieri alienatio rei litigiosæ vt hic, & l. fin. C. de litig. Tamen ista regula limitatur per vigintitres limitationes, quas ponit Matth. de Afflict. in d. constit. eorum fraudibus. in 8. quæst. col. 4. cum aliis sequen. & dicit, quòd res litigiosa potest alienari per contractum dotis, item per contractum transactionis validæ. Item per contractum donationis propter nuptias. item per contractum diuisionis inter hæredes, & in aliis casibus, vt ibi latè per eum, vbi vi-
7 de. † Et ibi etiam habes, quomodo probetur, quòd alienatio sit dolosè facta, & quando dicatur fieri litigiosa, de om-
8 nibus latè vide per eum. † Et aduerte etiam: quia ex contractu rei litigiosæ res potest præscribi. l. Pomponius. §. cū quis. ff. de acquiren. possess. cum similibus, istud intelligitur, quando est sequuta traditio rei, vt per Matth. de Affli. in d. decisio. 331. col. penult. versic. nec obstat.

ADDITIO noua. An autem quando agitur possessorio, inducatur vitium litigiosi, vide Bart. in l. 1. ff. de litig. glo. Abb & Moder. in cap. j. de confir. vtil. vel inutil. Paris. in c. dilecto. col. pen. num. 15. de excep. vbi facit mētionem de isto cap. & concludunt, quod non inducitur vitium litigiosi, nec res efficitur litigiosa, sed bene possessio efficitur litigiosa, de quo etiam per Bald. in l. 2. & in auth. C. de litig.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Spretæ defensæ pendente iudicio, an sit licitum defensiones facere.*
2 *Spretæ defensæ indicio conuentus an possit se iuuare allegando absentiam a loco.*
3 *Absentia quomodo probetur.*

DE DEFENSA. Rub.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CLII.

1 PROPOSITO. † De spreta defensa pendente iudicio, contra quem licitū sit conuento ante testium aperturam quascunque defensiones eum releuan-
2 tes offerre, atque probare, † nisi adiectione absentię de loco se vellet iuuare, puta si diceret, die spretæ defensæ in loco alio commoratum.

PROPOSITO. Nota hoc capitu. quia secundùm hoc intelligitur constitutio regni, si quis imposterum, in titulo de defen. impo. ¶ In text. ibi (in loco alio commoratum &c.) cum isto text. videtur concordare l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipula.

Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO

ADDITIO.

PROPOSITO. De materia spretæ defensæ vide latè Matth. de Afflict. in allegata constitu. si quis in posterum, vbi etiam vide And. de Isern.
3 †Circa quæstionem de probatione absentiæ, vi de quæ dixi supra in cap. si iustè. 146.

ADDITIO noua. Et vide Azo. in summa. C. de erro. aduoc. in fi. vbi ponit, quomodo probatur absentia iudicis. Et probatur eo ipso, quòd non probatur contrarium. Item si pars confitetur fuisse absentem, vel si probat iudicem primò mortuum fuisse, quàm testatur scriptura latam fuisse sententiam, vel si probat iudicem alibi fuisse, quàm vbi scriptura testatur, latam fuisse sententiam, vel si probo, quòd iudex dixit mihi, vade: quia cras laturus sum sententiam: quia modò non possum, vel similia probo per testes, ex quibus colligitur, non esse latam sententiam, quæ scripta reperitur, vt ibi per Azonem. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Cultellos feritorios portantes an puniantur.*
2 *Arma portare quando liceat.*

DE POENA PORTATIONIS ARmorum. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CLIII.

1 PLECTATVR † pœna portationis armorum, qui cultellos feritorios secum ferunt, eos videlicet, qui non ad aliud, quàm ad offendendum & nocẽdum ministerium præparantur.

ADDITIO.

PLECTATVR. De intellectu huius cap. & sequen. vide Andr. de Isern. in constit. intentionis, colum. 3. & in constitu. si quis aliquem cum
2 armis. † Et in quibus casibus liceat arma portare, vide latè Matth. de Afflict. in d. constitu. intentionis, & And. de Isern. Martin Laud. & alios in cap. 1. §. si quis rusticus, de pace tenen. Felyn. in capit. ita quorundam. extra de Iudæis, & ad materiam vide infra cap. vt inter subiectos, numero 239. & quæ ibi latius dicam.

ADDITIO noua. Et nota illum tex. quia probat, quòd portans roncam ad incidendum sepes, vel mannariam non punitur pœna portationis armorum: quia tunc punitur deportatione armorum, quando ferreum instrumentum non est factum ad aliud ministerium, quàm ad ostendendum, ita etiam tenet And. de Isern. in dicta const. si quis aliquem cum armis. col. fi. sed si cum his armis percusserit, bene tenetur & punitur pœna d. constitu. quia iste tex. loquitur de portante, & aliud est portare, aliud percutere, vt dicit And. vbi supra, & de percutiente cum ronca, quòd puniatur, probat tex. in cap. seq. qui cum ronca. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens cum ronca accepta, vel mannaria qualiter puniatur.*
2 *Manus validior an debeat incidi pro percussione cum armis. 7.*
3 *Percutiens cum lapide, vel baculo an teneatur pœna manus.*
4 *Armorum appellatione an contineantur fustes, & lapides.*
5 *Percutiens cum lapide an possit foriudicari.*
6 *Pœna, quæ imponatur insidianti cum lapide, vel bastono.*
8 *Pœna à iure statuta quando non cadit in delinquentem, an debeat alterari.*

DE ARMIS ACVTIS. Rub.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CLIIII.

1 QVI † cum ronca ferrea, accetta, mannaria, cultello quocunque quemquam percusserit, aut quolibet alio nociuo ferreo instrumento, eadem pęna plectatur, sicut si cum ense, aut
2 cultello feritorio percussisset. † Et vbi non constat cum qua manu percussit, amputetur ei manus validior, cum qua potest melius se iuuare.

QVI cum ronca. In text. ibi (nociuo ferro) nota
3 hoc verbum: nam per hoc habes, † ꝙ percutiens cum lapide, vel baculo non tenetur pœna manus, licet quidam uolerunt dicere contrarium, & malè, dicentes ꝙ
4 appellatione armorum fustes & lapides continentur, vt l. armorum. ff. de verb. sign. cum simil. Ad quod respõdetur, quòd per constit. hoc est correctum: quia non dicuntur arma prohibita fustes & lapides, vt hæc omnia notantur in constit. regni intentionis nostræ &c. & consti. si quis aliquẽ cum armis. & ibi per And. de Iser. & not. in rub. C. de fabri-
5 cens. lib. 11. † Vnde percutiens cum lapide, vel baculo nõ posset foriudicari, vt in proximo cap. dicitur, & ita fuit ser-
6 uatum in quæstione Simonelli Marzini. † Item attende: quia licet per prædicta rigor iuris ciuilis sit temperatus quantum ad pœnam impositam mortis ex lege Cornelia de sica. in eo quòd percutit & non occidit, tamen quãtum ad pœnam pro insidiis, quæ extra d. l. imponitur in insidiãte, quæ est arbitraria & deportatio. l. qui decem. ff. ad legẽ Corn. de sica. non videtur, quòd dictus rigor iuris ciuilis sit correctus & temperatus, & idem tenet Andr. de Isern. 10. collat. in tit. quæ fuit prima cau. benefi. amitt. §. porrò. versi. non, vsque ad versiculum, quid si appetere, vbi vide, sed certè cogitandum est super hoc dicto Domini Andr. Cur potius rigor iuris ciuilis respectu pœnæ antiquæ remanere debet in insidiante, quàm in percutiente, & non occidente. Et circa materiam huius cap. vide nota. per Bald. in capit. 1. §. si quis rusticus, de pace tenen. & not. per Andr. de Isern. in dicta consti. intentionis, in glo. in verbo arma &c. & in d. constitu. si quis aliquem cum armis. & ibi tangit in-
7 tellectum huius cap. in quo dicit, † quòd validior manus est amputanda, quando non constat, cum qua percussit, licet de iure communi debilior attendatur, vt ibi per eum, & not. per Cyn. & Bald. in auth. nouo iure. C. de ser. fugit. & ibi tenet, ꝙ si quidem tenet vnam manũ aridam, perinde est, ac si delinquens nõ haberet, & puniri debet in bona, vt
8 apparet in d. iuribus per eum in d. auth. alleg. † Ex quibus habes, ꝙ qñ pęna a iure statuta non cadit in delinquẽtem, nõ debet alterari, & alia imponi. l. 2. C. vt infra cer. tem. cri. quęstio termi. & l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. & ibi vide no. per Bar. & nota prædicta tu, qui per latrumculationes accedis. Et ignoras quid agis. Sebast. de Neap.

ADDITIO.

QVI cum ronca. ADDITIO noua. Adde, quòd dicitur ronca, aliàs romphea, vt per dominum meum Ioan. de Arnono epito. 18 incip. Vlpianus. Ad materiam huius capit. vide supra cap. proximo, cum ibi allegatis, & vide And. de Isern. in con-

in constit. si quis aliquem, col.fin. ¶In tex.ibi (manus validior &c.) de iure communi est secus, vt per Docto.in authen.sed nouo iure. C.de seruis fugit. vbi etiam latè Cæp. & vide quæ dixi supra in cap.ad hoc.10. in rubr.de furt.& docto.in constitutione regni si quis aliquem.

ADDITIO noua. Et ibi Matth.de Afflict. colu.2. ponit quæstionem de percutiente cum lapide, vel bastono qualiter puniatur, & dixi supra cap.ab illo.& cap.tormenta. Et similiter de expilante barbam vide Matth.vbi supra, & Thom.Gramm.decisio.17.vbi ponit de percutiẽte cum baculo, seu fuste absque sanguinis effusione qualiter puniatur, & dicit fuisse in consilio iudicatum, vt talis percutiens exularet per triennium extra Ciuitatem Neapolis, & ibi etiam quãdo percussit congregatis hominibus, de quo vide eundem Tho.voto.15.nume.10.cum sequẽ.& Matth. de Afflict.in constit.regni, vt dignitatum, vbi ponit distinctionem, & ponit etiam, quando rusticus, vel vallectus verberat nobilem, vel rusticus rusticum qualiter puniatur vide ibi. Et de percutiente manu, vel calce, vel cum baculo, vide etiam Hypp.consil.7. num.45. vbi ponit, quòd talis percutiens cum calce, vel cum baculo non præsumitur habuisse animum occidendi, ita quòd sequuta morte percussi non punitur pœna mortis, si non percussit in capite, vt ibi per eum. Io.Ant.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus per iudicem, si procedatur per accusationem, vel ex officio, an possit foriudicari, si infra legitima tempora non comparuit.*

2 *Foriudicari an solum possit, quando est bannitus pro crimine, cuius pœna est mors naturalis, aut deportatio, membri abscisio, aut carcer perpetuus.7.18.19.*

3 *Bannitus pro minoribus criminibus, an possit foriudicari.* 5.

4 *Bannitus pro minoribus criminibus elapso anno an amittat omnia bona.* 19.

5 *Bannitum an quilibet capere possit, & iudici præsentare.*

6 *Bannitus an debeat stare in carcere tanto tempore, quanto stetit in banno.16.25.*

8 *Foriudicatus an habeatur pro mortuo.*

9 *Foriudicatio in quibus casibus locum habeat.*

10 *Pœna, vt foriudicatus possit impune occidi, qualiter est introducta.*

11 *Contumax an dicatur fictè confessus.*

12 *Fugere an sit grauius, quàm citatum non comparere.*

13 *Pœna an sit proportionanda delicto.*

14 *Periurus an possit propter periurium foriudicari.20.*

17 *Banniri an possit, quando proceditur ex officio.*

19 *Banniri an possit pro criminibus imponentibus pœnam relegationis, vel infra.*

21 *Bona si veniunt publicanda, & sunt in diuersis territoriis, an omnia publicentur, & cui applicentur.*

22 *Foriudicari vt quis possit, quot requirantur.*

23 *Contumax post annum an audiatur.*

24 *Foriudicatus si infra annum fuit impeditus, an post annum debeat in integrum restitui ad probandum de impedimento.*

Foriudicatus si vult probare de innocentia an audiatur, ibidem.

25 *Foriudicatus pro crimine, pro quo nõ imponitur pœna mortis, an eo capite puniatur pœna mortis.*

Confessio facta an æquiparetur veræ confessioni, ibid.

Confessio ficta an plus operetur quàm vera, ibid.

26 *Officialis, qui habet merum & mixtum imperium, an possit foriudicatum assecurare.*

Foriudicatum an possit extrahere a banno sine licentia Regis, ibidem.

27 *Foriudicare an possint barones in eorum terris.*

28 *Foriudicatus, qui pro mortuo habetur, an admittatur ad successionem.*

29 *Bannitus cancellatus a banno, an cancellatio habeatur pro indulgentia.*

30 *Bannitus si vltimo die termini compareat, & potestas non reperitur, an debeat protestari, & an possit hoc fieri per procuratorem.*

31 *Foriudicatus si comparet & fuit admissus, an sententia ista valeat.*

DE FORIVDICATIONE. Rub.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CLV.

1 SIVE † quis sit forbanditus per iudicem competentem accusatione ordinariè instituta, siue per inquirentem iudicem, qui propter probata inquisitionis, quam fecerat de criminibus, seu de crimine inquirendo per officium procedebat, foriudicationis sententia modo debito post legitima tempo
2 ra subsequatur. † Quam foriudicationem tunc tantùm procedere volumus, cùm bannitus fuerit ob contumaciam criminis, cuius pœna est mors naturalis, aut deportatio, membri abscisio, aut carcer
3 perpetuus. ¶†Sed si de contumacia aliorum minorum criminum esset bannitus, & in contumacia & banno duret per annum ipsum foriudicari non vo
4 lumus. † Sed post lapsum anni perdat omnia bona sua facta distinctione & dinumeratione liberorum
5 prout in regni cõstitutionibus continetur. ¶† Quilibet etiam talem bannitum auctoritate propria capiat, & iudici qui eum banniuit, vel successori eius assignet, tenẽdum in carcere, & dicat causam in viculis, donec accusatio & cognitio cepta fuerit
6 terminata. † Qui si fuerit absolutus de crimine, vel etiam condemnatus, siue etiam destiterit accusator, propter tam diuturnam contumaciam, stet in carcere tanto temporis spacio, quanto in contumacia perdurauit.

7 SIVE quis. ¶In tex.ibi (carcer perpetuus) † Nota, quòd foriudicatio locum habet in omni crimine, in quo imponitur pœna abscisionis mẽ
8 bri, vel perpetui carceris. † An autem talis foriudicatus habeatur pro mortuo, ita ꝙ ab omnibus possit impune occidi, videtur ꝙ sic: quia constitu. pœnam eorum, quæ de foriudicato loquitur, & imponit talem pœnam, loquitur indistinctè, ergo indistinctè intelligitur. l. de pre
9 cio. cum vulg. de publ. ff. † Item quia hoc cap. declarat cõstit. in quibus casibus locum habeat foriudicatio, videtur omnino seruanda in omnibus inductis per constitu. eandem, argum. in auth. de fili. an. dota. instrum. na:. prope fin.
10 † Item quia non tantum ratione criminis, quàm ratione contumaciæ & contemptus iudicis videtur ipsa pœna statuta per ipsam cõstitutionem, quod possit impune occidi.

†In

11 †In contrarium videtur, quòd satis est, quòd contumacia
facit & fingit confessum de crimine, vt d.constit. pœnam.
& 3.q.9. At verè confessus non posset impune occidi: quia
tantum manu militari, ergo non fictè confessus, ne que e-
12 nim plus potest fictio, quàm veritas, iurib.vulga. † Item
quia si fugere est grauius, quàm citatũ non comparere p
annum, non possit vltra ipsum in eo crimine statutum pu
niri. ff.de custod.reo.l.1.cum ibi nota.ad quod facit, quod
nota.ff.ad leg.Iul.maiest.l.cuiusque dolus.§.item qui con-
fessum.& de iure fisci.l.in fraudem.§ 2.& de bon.eor. qui
mor.sib.consci.§.j.ibi, si eius criminis & quod nota. C fa-
mil.ercisc.l.1.in glo.1.ff.de extraord.crim.l.penult.§.pleri-
que.in fi.& de pœn.l.si quis aliquid.in fi.& hoc videtur ve
rius, argum.l.si de interpretatione.ff.de pœn.& sic dicta cõ
stit. permittens foriudicatum occidi per priuatos tãquam
odiosa, & contra iuris rationem inducta restringitur po-
tius, quã extendatur. Et in eo tantum crimine locum ha-
beat, pro quo si coram iudice compareret, & de crimine
conuinderetur, aut confiteretur, posset ad pœnam mortis
conditionaliter condemnari, argu. l.quod verò contra. ff.
13 de leg.& l.cum quidam.ff.de lib.& posth. †Item quia regu
lariter pœna est proportionanda delicto.ff.de cust.re.l.mi
lites, & l.fin.ff.de pœn.l.respiciendum. At hic inueniretur
minus delictum excedere, & quod durius esset etiam per
priuatos imponi, qđ ęquitas rationis abhorret. ff.de re mi-
lit.l.milites.in fi.& l.fin.in princ.debet enim pœna esse di-
gna proprio facinori, vt C.de malefi. & Matth.l.si excep-
ta.& pro mensura condigna.ff.de extraord.crim.l.saccula
rij.§.in Aegyptum, & pro modo culpæ erit & plagarũ mo
dus, videlicet oculum pro oculo &c.Exodi.21.Deuteron.
cap.19.ad idem.45.distin.cum beatus, & hæc est legum se
ueritas, vt quanta quis facit, tanta patiatur.25.q.5.circum
celliones. Quod autem vltra pœnam infligitur, crudelitas
nuncupatur.26.quæst.si.allegant, nihil autem agẽdum est
per iudicem inhumanum.23.quæst.5. cap.prodest. Lucas
de Penna. Et attende: quia per tex. istius cap. ibi dum dici-
14 tur, aut membri abscisio, videtur, † ꝙ ratione periurij quis
possit foriudicari, & fuit facta supra mortem domini Ado
nolfi. ¶In tex.ibi (quanto in contumacia perdurauerit) in-
tellige verba huius cap.in bannito in minori crimine, pro
quo non potest foriudicari. Et propterea hanc pœnam pa
15 ti debet, vt hic clarè dicitur, si bene aduertas. † Cœteri er
go banniti pro maioribus criminibus, pro quibus possunt
foriudicari elapso anno foriudicandi sunt, nec locum ha-
bet istud capit.licet omnes curiæ ex ritu & vsu aliter obser
16 uent. † Quia quilibet bannitus pro quolibet crimine si ca-
pitur in banno post lapsum duorum mensium tanto tem-
pore stat in carcere, quanto in contumacia perdurauit, &
per hoc vide, quæ not.glo.Marin.in const.humanitate no-
bis &c. Sebast.de Neapoli.

ADDITIO.

SIVE quis. ¶In tex. ibi (inquirentem iudicem)
dicit hic Barthol.de Capua, quòd hoc est noui-
ter inductum per istud cap.quia de iure constit.
17 non inuenitur, † quòd quis banniatur, quando
proceditur ex officio contra eum, vt in constit.pœna eo-
rum.& in constit.grandis. ¶In tex.ibi (quam foriudicatio-
18 nem) † Nota secundùm Barthol.de Capua hic, quòd tunc
demum potest quis foriudicari, quando impetitur pro ali
quo crimine, pro quo imponitur pœna mortis naturalis,
aut deportationis, aut membri abscisionis, vel etiam car-
ceris perpetui ad vitam. Et tenet etiam Matth.de Afflict.in
constit.pœnam eorum.col.13.in quartodecimo requisito,
& col.4. in 2.quæst. Et istud cap.inducit aliud nouum se-
19 cundùm Barthol.de Capua hic, † quòd in criminibus im-
ponentibus pœnam relegationis & infra, potest quis ban-
niri sed non foriudicari, vt hic tenet.& glo.in constitutio.
grandis.in verbo capitaliter, quamuis contrarium erat de
iure constit vt patet in constit.grandis.& ibi not. vbi Mat-
thæ.de Affli.col.3.in 3.notab.in fi.dicit, quòd procedi non
debet ad foriudicationem contra contumaces, nisi quando sunt citati & contumaces pro delicto, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, aut deportationis, aut membri abscisio, aut carcer perpetuus, sed pro aliis criminibus citatus si est contumax elapso anno non foriudicatur, sed perdit omnia bona sua, si non habet liberos, & si habet liberos, seruatur constitutio, quæ incipit, foriudicatorum bona, cum sequen.& potest banniri vt hic, non autem foriudicari. ADDITIO noua. Et vide Matth.de Afflict. in constit.pœnam eorum. col.4.in secunda principali quæstione, versic.& primò requiritur, & Rober.Maran. in suo Specu.in 6.parte.cap.expedito primò membro.col.6.versi. vigesimaquarta, nume.33.car.61. secundùm primam impressionem, vbi dicit, quòd quando aliquis est contumax pro minori delicto, non potest foriudicari. puta; quia non irrogat pœnam mortis, vel membri abscisionis, tunc talis contumax bannitur, & condemnatur ad tertiam mobilium, & eius bona annotantur, verùm elapso anno non foriudicatur, sed omnia eius bona publicantur reseruato iure liberorum secundùm constitutionem regni, & si uoluerit reuerti ad se defendendum, debet dicere causam in vinculis. Et si venit absoluẽdus in causa principali adhuc debet stare tanto tempore in carcere, quanto tempore durauit in contumacia per tex.huius cap.vt ibi per eum. Et aduerte, quòd quando quis venit foriudicandus, multa debent interuenire ad hoc, vt valeat foriudicatio, vt per Matth.de Afflict.in d.constit.pœnam eorum.col.4.cum sequen.in secunda quæstione principali vbi ponit quindecim requisita, quæ ibi videre poteris. ADDITIO noua. Et est aduertendum circa materiam huius cap.de foriudicatione, quòd ad hoc vt foriudicatio locum habeat, est necesse, vt fuerit accusatus, vel inquisitus de cã criminali, in qua veniat imponenda pęna mortis naturalis, vel ciuilis, deportationis, aut membri abscisio, aut carcer perpetuus, vt in isto cap.nostro. & tenet Matth.de Afflict.in dicta constit.pœnam eorum.col.4.in secunda principali quæstione, & col.13.versi.quartodecimò, & Rober.Maran.in suo Specu.in sexta parte.cap.expedito primo membro. col.6.versic.vigesimaquarta.num.32 & supra dixi. Secundò requiritur, vt talis accusatus, vel inquisitus sit legitimè citatus de commissione iudicis habentis merum imperium, aliàs non valet citatio, nec processus: quia contumax intelligitur, quando est ritè & rectè citatus, argum.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic. Et inualiditas citationis reddit bannũ nullum, vt dicit Bald.in l.1.in fi.ff.si quis ius dicẽ.non obtemp.& actus iudiciales, qui sunt nulli, nullum producũt effectum secundùm Bald.in l.1.C.ne ex delict.defun.& tenet Matth.de Afflict.in dicta constit.pœnam eorum.col.4. in fi.versic.secundò requiritur. Et circa hoc debent aduertere iudices, vt non possit annullari foriudicatio, & aduocati reorum vt possint foriudicationem infringere, & annullare, citatio enim est principium iudicij.§.fin.Instit.de pœn.teme.litig.& vbi bonum fundamentum non est, nihil boni superædificari potest.1.quæst.1.cum Paulus. Et citatio debet esse clara, & continere debet nomen iudicis mittentis citationem, & nomen eius, qui citatur, & de qua re, seu causa citatur, & debet continere tempus, in quo debet personaliter comparere, quando causa est criminalis, & debet esse peremptoria, vt omnia probantur in constit. regni edictorum, & ibi Matth.de Afflict.col.2.& in const. citationis literæ, & Rober.Maran.in 6.par.num.52.Et talis citatio debet fieri per nuncium, seu iuratum, & seruientẽ curiæ, vt dicit Andr.de Isern.in dicta constit. citationis literæ, & Rober. Maran.in suo Spec.in 6.parte, versic.venio ad tertium, car.56. secuudùm primam impressionem, & solent isti nuncij portare aliqua signa, vt cognoscantur, vt in cap.cum parati.& cap.significauit.de appell.& doct.in dictis locis, & Matth.de Afflict.in dicta constitu.edictorum, columna 3.in quinto notab. vbi dicit, ꝙ Neapoli isti nũcij portant quendam bastonem de ligno in manu, & nuncij Sacri Consilij portant mazam de piltro cum armis Regis, & Rob.

& Rob. Maran. vbi sup. Et quando nuncius, seu iuratus citat, debent esse præsentes duo testes, qui se subscribunt, vel ꝙ nuncius in relatione faciat mentionem de eorũ nominibus, vt est regia prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit, quilibet agere volens, & est secunda in ordine; quia talibus nunciis hodie in regno non creditur sine testibus, vt in d. prag. & tenet Matth. de Affli. in d. consti. edictorum. col. 3. in quarto no. & in d. consti. citationis literæ. col. 3. in 2. not. & in consti. pœnam eorum. col. 5. §. fi. ver. 3. requiritur. Immo plus dicit Io. de Arnono in sing. 20. inci. citatus, vbi dicit, ꝙ non creditur nuncio referenti se citasse sine iuramẽto, etiam si dicat citasse in præsentia duorum testium, allegat Ang. in repe. l. si vacantia. in 5. col. C. de bo. vac. lib. x. & Alex. consil. 336. clarissime domine. col. 3. & hoc verum dicit, nisi nuncius a principio iurasset de bene & fideliter exercendo officium, vt per gl. in d. c. cũ parati. quia tũc sufficeret, vt ibi per eum. hodie verò de obseruantia, ex quo nuncij a principio quando eliguntur ad illud officium iurant de bene & fideliter exercendo, in relationibus non solet apponi iuramentũ. Et talis nuncius debet habere officium publicum, & electus ad illud officiũ, aliàs in regno non potest citare, vt extat ritus Magnæ curiæ Vicariȩ. item ꝙ citatoria nu. 59. & alius nu. 139. in ordine meo, & tenet Rober. Maran. in d. tertia q. col. 2. nu. 41. in fi. car. 56. secundum primam impresſionẽ. Debet etiam apparere de relatione nuncii, qualiter citauit accusatum, vel inquisitũ. Bal. in l. fi. C. de fer. & ibi Salyc. dicit, ꝙ relatio debet scribi in actis: quia est de processu. In tantum ꝙ non põt fieri relatio in die feriata in honorem Dei, & sequitur Alex. in l. 1. in §. nunciatio in 7. col. ff. de ope. no. nun. & Bar. in l. si finita. §. Iulianus. col. 3. ff. de dam. infe. & Bal. in l. iudices. in vltimo no. C. de fi. instr. Bar. & ibi Soci. col. 3. in fi. cum seq. in l. multum. ff. de condi. & demon. arg. tex. in l. hęc autem. §. 1. ff. ex quib. cau. in po. ea. ver. non defendi pupillũ constare debet, liquereq; prętori, & ibi Barto. Abb. in c. ex parte Astensis. de conce. pręb. & in c. quoniam contra, col. 7. de probat. & ibi per alios, & Soci. vbi supra ponit sex limitationes. Et si non apparet de relatione, nihil valet citatio, nec sententia, nec potest contumax reputari. Pau. de Cast. consi. 81. col. 4. 2. volu. & Bar. in d. l. hæc autem. §. 1. & in d. l. multum. & ibi Soci. & Rober. Maran. in suo Spe. in quarta parte versi. venio ad quartum dubium, num. 47. car. 56. secundum primam impressionem, & Matth. de Affli. in d. consti. pœnam eorum. col. 5. ver. tertiò requiritur, cũ concor. in dictis locis. Et aduerte quia in regno potest ẽt fieri citatio domi, vt in consti. regni, citationis litteræ. Et quando non est citatus personaliter, sed est citatus domi, debet fieri relatio, quòd eũ citauit in domo solitæ habitationis, vt dicit Alex. consi. 2. 3. vol. & debet nuncius referre, cui de domo, citationem ipsam notificauit, vt dicit Ant. de Butr. in c. fi. ext. de eo qui mitt. in pos. Maria. Soci. in trac. citatio. articu. 17. versi. circa septimam speciem, col. 8. & ita est decretum Sacri Regij Consilij, vt exprimi debeat nomen illius de domo, cui intimata sit citatio pro absente, aliàs citatio ipsa non teneat, & tenet Tho. Gram. in consilio 1. post decisiones, nu. 3. & 4. & si aliter est facta, potest opponi & annullatur foriudicatio. Et de ista citatione ad domũ, vide latè in l. 4. §. prætor ait. vbi Bar. Alex. & alii. ff. de dam. infe. Debet etiam nuncius facere relationem, ꝙ facta perquisitione non potuit reum personaliter inuenire, ideo eũ citauit in domo & notificauit tali vt dicit Bar. in d. l. 4. §. prætor ait. & ibi Alex. qui dicit, hanc esse communem opin. & Deci. in c. cum parati. versus fi. de appell. & Alex. consil. 2. volu. 3. vbi dicit, quòd propter hoc annullauit quendam processum. & tenet Tho. Gram. d. consi. 1. post decisi. nu. 5. & 6. & Rob. Mar. in suo Spe. in 6. parte, ver. venio ad sextũ, nu. 104. vbi etiam ponit, quando nuncius refert se citasse modo & forma sibi commissis. Debet ẽt apparere, cui fuit facta relatio iudici, vel actuario; quia etiam soli notario actuario fieri põt, vt dicit Bart. in l. si finita. §. Iulianus. col. 3. ff. de dam. infe. & ibi Imo. & Alex. & Rob. Mar. in d. sexta parte, nu. 48. debet tamen apparere, cui fuit facta relatio iudici, vel notario vt dicit Tho. Gram. d. consil. 1. post decisi. nu. 12. versi. quod maximè. Debet etiam esse scripta relatio per notarium actuarium causæ, cum sit de processu & actis. Gui. Papæ consi. 36. in fi. versi. tertiò quæro. Abb. consi. 112. col. 2. & debet apparere per quem scripta fuit relatio, vt dicit Tho. Gram. d. consi. 1. post decisio. nu. 14. allegat Saly. & Bal. in l. dies festos. C. de ferijs, & Alex. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. Requiritur ẽt, vt reo citato & non comparente accusetur contra eum prima & vltima contumacia iuxta ritum Magnæ curiæ Vicariæ, qui incipit. Item seruat ipsa curia imprimis, num. 224. & 239. in ordine meo. & est regia prag. quæ incipit, relatione, & in vltima contumacia reputetur contumax pronunciando eum contumacem, & contumaciam fuisse per eum contractã, & eum cõdemnet ad tertiam mobilium, & eum banniat, & declaret eius bona esse fisci commodis annotanda, probantur hæc omnia per Matth. de Affli. in d. consti. pœnam eorum. col. 5. in tertio, quarto, quinto, & sexto requisito. & Rob. Maran. in d. suo Spec. in 6. parte, in quarto dubio, nu. 55. versi. sed circa hoc, car. 57. secundùm primam impressionem. Et est aduertendum, ꝙ foriudicatio pendet a bannitione; quia si prius non bannitur, nunquam foriudicatur, vt dicit And. de Iser. & Matt. de Affli. in d. consti. pœnã eorum, col. 5. in sexto requisito. Et tale bannum debet publicari per ciuitatem alta voce multis astantibus maximè, solet fieri in plateis & locis principalibus ciuitatis, vt dicit Matth. in consti. regni, grandis. in col. 5. in 8. nota. & nõ sufficit, ꝙ tale bannum fiat in iudicio curia sedente pro tribunali, sed debet fieri per ciuitatẽ, vt dictum est, aliàs posset allegari nullitas banni, vt per Matth. vbi supra, ver. quid si ista, vbi dicit, ꝙ hoc non habet locum in Magna curia Vicariæ. Et tale bannum debet esse certum, & in scriptis, & continere personam iudicis, & causam pro qua bannitur, & nomen & cognomen illius, qui bannitur, & annũ, mensem & diem banni, aliàs si non esset seruata talis forma, bannum non valeret, vt dicit Matth. in d. consti. grandis. col. 5. in fi. cum seq. num. 21. cum seq. & in d. consti. pę nam eorum. col. 5. versi. septimo, & Tho. Gram. d. consil. 1. post decisio. num. 17. ver. septima. & ibi dicit, ꝙ ita fuit seruatum in Magna curia; quia per sedilia Ciuitatis Neapolis fuerunt banna publicata, & sic contra illud, quod tenet Matt. de Affl. in consti. grandis. vt modò dixi. Et non potest foriudicari, nisi fuerit elapsus annus, aliàs foriudicatio esset nulla, vt tenet Matth. de Affl. in d. constit. pœnam eorũ. col. 5. in octauo requisito. Et talis annus non incipit currere, nisi a die factæ annotationis bonorum, vt tenet Matt. de Affl. in d. consti. grandis. in sexto no. & Thom. Gram. d. consi. 1. nume. 15. vbi etiam dicit, quòd requiritur ꝙ dicta annotatio peruenerit ad notitiam illius contumacis, quod præsumitur, vt ibi per eũ. Aduertere ẽt debet iudex, & videre, si aliquis amicus, vel coniuncta persona rei citati infra annum comparuisset, & allegasset aliquas iustas causas absentiæ illius citati; quia iudex illi competentem deberet dare terminum ad probandum causas impedimentorum, & si hoc non fecerit, foriudicatio erit nulla; vt tenet Matt. in d. consti. pœnam eorum, col. 6. verſ. nonò requiritur. Et oportet, vt sit viuus ille, qui vult foriudicari: quia si vellet foriudicare mortuum, vt curia confiscaret bona, hoc fieri non posset, vt tenet Andr. de Iser. & Matthę. in d. constit. pœnam eorum, col. 6. versi. decimo. Et antequam fiat foriudicatio elapso anno ad hoc vt valeat foriudicatio est necesse, vt ille reus citetur peremptoriè personaliter, si potest haberi, sin autem in domo, in qua notetur factum, quòd talis fuit accusatus, vel inquisitus de tali crimine, tali tempore, de commissione talis iudicis habentis merum imperium, & facta fuit relatio per nunciũ, & non comparuit, & fuit effectus contumax, & condemnatus ad tertiam mobilium, & fuit bannitus, & bona annotata, & expectatus per annum, & nõ comparuit, & nuper fuit instatum, quòd procedatur ad foriudicationem dicti talis, iuxta

iuxta constitutionem regni. Et quia ad eam procedi nō po-
test, nisi de nouo citetur ad dicendum, & allegandum ip-
sius absentiæ causas, non autem ad se defendēdum super
crimine, pro quo fuit citatus, reputatus contumax, & ban-
nitus, & eius bona fuerunt annotata. Ideo cōmittitur nun-
ciis, quòd dictum talem contumacem peremptoriè citent
in domo suæ solitæ habitationis, præsentibus testibus, &
citationem ipsam notificent agnatis, & amicis dicti con-
tumacis, & præconizari faciat in platea & vicinia, vbi ha-
bitabat dictus talis contumax, vt in dicto termino compa-
reant ad dicendū & allegandum ipsius absentiæ causam,
quare non debeat sententia foriudicationis proferri, quo-
niam audientur, quatenus iuris erit, citet & referat, &c.
Et si quis comparuerit ad allegandum iustas causas absen-
tiæ, prout tunc quando fuit citatus, non prout nunc audie-
tur, & omnia ista ponit Matth. in dicta constit. pœnam eo-
rum. col. 11. in fine. cum sequen. versic. sed quæro quomo-
do. Et coniunctus poterit comparere & opponere de nul-
litate vt supra, & probare causas absentiæ tempore primæ
citationis. Et quando fertur sententia foriudicationis, de-
bet in scriptis proferri, & iudice pro tribunali sedente, vt
dicit Matth. in d. constitu. pœnam eorum. col. 13. versic. 15.
& latè de materia foriudicationis vide scripta per Andr. &
Matth. in dicta constit. pœnam eorum. Et ad materiam ba-
nitionis vide Bald. in l. 1. C. de hæred. instit. vbi multa dicit.
Et poterunt amici, vel consanguinei foriudicandi compa-
rere & petere copiam processus, & videre, si est de casibus
in quibus possit fieri foriudicatio, & si præcessit legitima
citatio & relatio & alia, ut supra dixi, & si in aliquo defice-
ret, poterit opponere de nullitate, & impedire foriudica-
tionem. Et etiam poterunt proponere causas absentiæ, vel
impedimenti tempore primæ citationis, vt supra dictum
est, quæ nota in practica. Poterit etiam opponi de nullita-
te, quæ prouenit ex defectu iurisdictionis, & hoc casu au-
ditur ēt post annum, ita Bal. in l. scire oportet. §. hęc de his.
ff. de excess. tuto. Hyp. in sing. 562. aduertas, cum ibi alleg.
20 ¶ † An autem pro periurio possit foriudicari, tangunt hic
Seb. & Barth. de Capua, & licet pro periurio imponatur pę-
na manus, vt in const. eos qui scienter, tñ non foriudicatur
pro periurio, vt dicit hic Barth. de Capua, & tenet Matt. de
Affl. in d. consti. grandis col. 3. in 3. nota. in fi. & Matt. in con-
sti. pœnam eorum. columna 20. in fi. & est Ritus Magnæ
Curiæ Vicariæ, qui incipit. Item seruat dicta curia, quòd
pro periurio. num. 181. in ordine meo in rubrica non for-
iudicatur propter periurium, An autem pro periurio pos-
sit ex officio procedi, uide Lucam de Pen. in l. si vacantia.
col. 2. cum sequen. C. de bonis vacan. lib. 10. & Par. in tract.
sindi. in verbo inquisitio. §. & aduerte, columna 2. in fine.
21 ¶ † Sed quid si bannitus pro delicto, ex quo bona veniunt
publicanda, habeat bona in duobus territoriis, an omnia
bona publicentur, & cui applicentur. Barth. de Capua hic
tangit istam quæstionem, & quia est longa quæstio, vide
multa allegata per Matth. de Afflict. in const. vsurariorum.
colum. 5. in fine. cum sequen. in decimo notab. versi. item
quæro, an lata sententia, vbi vide.

ADDITIO noua. Et Angel. Aret. in tract. malefic.
in verbo. & eius bona publicamus, col. 2. versic. quæro bo-
na, & Alexand. consil. 109. viso themate. 4. volum. & consi-
lio 31. 1. volum. Doct. in l. cunctos populos. C. de summa
Trini. & Pau. de Cast. consil. 319. incipiente. primum quæsi-
tum. 1. vol. & communiter concludunt, quòd si aliquis ha-
bet bona in diuersis territoriis, quorum quodlibet habet
separatam & distinctam bursam fiscalem, & delictum cō-
miserit taliter, quòd omnia bona vbicunque sita publicen-
tur, vnusquisque fiscus occupat bona immobilia sui terri-
torij, bona verò mobilia etiam extra territorium ueniunt
in confiscatione illius, qui tulit sententiam confiscationis:
quia personam concernunt, vt latè per Alexan. d. consi. 31.
viso titulo. per totum. 1. volum. & consil. 112. 4. volu. cum
concordantiis in dictis locis allegatis. Et ex prædictis Ale.
in dicto consil. 31. decidit quæstionem, si aliquis decedit si-
ne hærede, & succedit fiscus, an succedat etiam in bonis
extra territorium, vide ibi. ¶ In tex. ibi (prout in constitu-
tionibus regni continetur &c.) loquitur de constit. foriudi-
catorum bona. & vide ad materiam de bannitis & de con-
tumacibus, & bonis eorum latè per Matth. de Afflict. in cō-
22 stit. grandis. & in constit. clementiæ nostræ. † Et de materia
foriudicationis, & quot requirantur, vt valeat foriudica-
tio, vide latè Matth. de Afflict. in constit. pœnam eorum. Et
multa ad impugnandum foriudicationem, vide per Tho.
Gram. consil. 1. post decisiones. Et quot scripta fieri de-
bent de foriudicatione, vide Matth. in dicta constit. pęnam
eorum. col. 22. in notab. 18. ¶ Sed iuxta materiam d. constit.
23 pœnam eorum. † Quęro, est inductum per dictam consti-
tutionem, vt contumax post annum non audiatur, sed for-
iudicatus habeatur pro confesso, ita quòd non possit vlte-
rius super facto principali se defendere, vt in d. constit. di-
citur, & ibi And. de Isern. & Matth. de Afflict. col. 17. in ter-
tio notab. & col. 19. in octauo notabili, vbi dicit, ꝙ in regno
per illam constitutionem, postquam est lata sententia for-
iudicationis, denegatur sibi omnis defensio, nec potęst allé-
24 gare iustam causam absentiæ, vt ibi per eum. † Pone mo-
do, quòd aliquis non potuit comparere propter discrimi-
na viarum, vel aliud iustum impedimētum. puta: quia fuit
captus a piratis, vel ab hostibus, & non potuit se præsenta-
re infra annum ad purgandum contumaciam, an hoc ca-
su currat ei dilatio. Breuiter ista quæstio fuit de facto, &
conclude, quòd de iure currit dilatio, sed datur ei restitu-
tio, & sic potest petere ex dictis causis se in integrum resti-
tui & admitti ad probandum causas causæ, & sic causas iu-
sti impedimenti, quare comparere non potuit, non obstan-
te quòd sit lapsus annus, & lata sententia foriudicationis
per ea, quæ notabiliter tenet Innoc. Bald. & Felyn. in capi.
vltra tertiam. col. 3. in prin. extra de testibus. & Alber. Bru.
in tract. de constit. decre. statu. in verbo confessio. col. 5. &
6. vbi vide. ADDITIO noua. Sed pone, ꝙ foriudi-
catus, qui dicitur fictè confessus, iuxta dicta constitu. regni
pœnam eorum. Vult probare de eius innocētia, an debeat
audiri. Dic ꝙ sic, ita tenet Lucas de Penna in l. professio.
col. penult. in fine. versic. item quia. C. de mune. patri. lib.
10. allegat And. de Isern. in dicta constit. regni pœnam. vt
ibi per eum. & tenent Angel. Salyc. Pau. de Cast. Alexan. &
Iason in l. 2. col. 3. versic. & isto. num. 6. C. qui testam. facere
poss. & vide Ias. in l. vbi pactum. colu. 5. cum sequen. C. de
transact. & Iason in repetitio. l. admonendi. colu. 36. nu. 84.
ff. de iureiuran. vbi dicit hoc esse singulariter notandum,
Ad prædicta etiam vide Frenc. Aret. in consil. 146. colu. 3.
versic. ad secundam, & Corn. consil. 45. eleganter. in litera
D. 3. volum. & consil. 194. primo volu. Et prædicta proce-
dunt de iure communi, sed per constit. regni, grandis vti-
litas. solum infra annum audiretur, & recuperabit bona,
sed non recuperabit tertiam mobilium, ita dicit Matth. de
Affli. in dicta consti. grandis. colum. 2. in 2. nota. ¶ In fine
text. Nota, ꝙ bannitus si capiatur, debet tanto tempore sta-
re in carceribus, quanto tempore durauit in contumacia
vt hic, & vide glo. in consti. humanitate nobis, & tenet hic
Barttho. de Capua, & Seba. hic. ADDITIO noua. Et
vide Rober. Maran. in suo Spec. in sexta parte ca. expedito.
colum. 6. versi. vigesimaquarta, numero 32. car. 61. secun-
dum primam impressionem, vbi etiam dicit, ꝙ si cōtumax
voluerit, comparere ad se defendendum, debet in vinculis
causam dicere, & si venit absoluendus, adhuc debet tanto
tempore stare in carcere, quanto stetit in contumacia, vt
25 ibi per eum. ¶ † Quęro, si bannitus per annum stetit in bā-
no, & postea fuit foriudicatus pro crimine, pro quo nō im-
ponitur pœna mortis puta pro vulnere, pro quo regulari-
ter in regno imponitur pœna mortis, vt in constit. regni si
quis aliquem. si talis foriudicatus pro tali crimine postea
fuit captus, an possit puniri pœna mortis, & impune occi-
di, videtur ꝙ sic per ea, quæ dicit Matt. de Affl. in d. cōst. pę-
nam eorum. col. 13. in 14. requisito. Sed dic contra, ꝙ non
punitur pęna mortis, sed pęna statuta pro illo delicto, pu-
ta pro

ta pro vulnere pęna manus, vt dictum est: quia per d.con
stit. pęnam eorum. solum habetur pro confesso & conui-
cto,& si esset confessus, vel conuictus non puniretur pœ-
na mortis, ergo minimè ex ficta confessione potest puniri
pœna mortis:quia pœnæ sunt moliendæ non extendēdæ.
l.interpretatione.ff.de pœn.& si Rex voluisset eum puniri
pœna mortis,hoc dixisset.c.ad audientiam.de deci. Oldr.
cons.260.col.2.Præterea ficta confessio non operatur plus
quam vera confessio:quia confessio ficta & a lege præsum
pta ęquiualet verè cōfessioni factæ in iudicio præsente par
te,vt dicit Bal.in l.si tutor.de interd.matri.inter pup.& tut.
& licet ficta confessio equiualeat veræ confessioni,tamen
non plus operatur ficta confessio quàm vera.Corn.consil.
194.licet in hac.col.3.vers.non enim.1.volumi. sed si verè
fuisset confessus non poterat condemnari pœna mortis,
ergo minimè potest condemnari pœna mortis ex fi-
cta confessione,& ita est tenendum,licet quidam imperi-
tus iudex contumacem pro vulnusculo foriudicasset, &
pœna mortis naturalis condemnasset,de quo fuit derisus,
26 & non fuit executa sententia. † Sciendum est etiam circa
materiam huius cap.ꝙ iudex ordinarius,qui habet merū,
& mixtum imperium,potest bannitos per eius curiam in-
fra annum assecurare,& concedere abolitionem bāni, &
ipsos extrahere a banno,& dictam extractionem dēt nun-
ciare Magnæ Curiæ Vicariæ,vt tenet Matth.de Affl.in con
stit.cordi.per illum tex.col.3.in 7.nota. Aduerte tamen, ꝙ
Magna Curia Vicariæ non potest bannitum per aliquem
iustitiarium extrahere a banno sine licentia Regis,& si cō
trafaceret esset irritum & inane, vt dicit Matth. vbi supra,
sed foriudicatos non potest iudex rebannire,nisi de licētia
27 principis.l.relegari.& ibi Bart.& alij.ff de pœn. ¶†Vtrum
autem barones regni,qui habent merum imperium,in eo-
rum terris possint foriudicare bannitos seruatis seruandis,
vide latè Matth.de Afflict.in consti.pęnam eorum.colu.7.
vers.sed iuxta hoc quæro.num.15.vbi concludit ꝙ sic,per
28 tex.huius c.in prin.ibi,per iudicem competentem.¶†Nun
quid autem foriudicatus, qui pro mortuo habetur, & pōt
impune occidi,vt in constit.regni,pęnam eorum.exclu da
tur a successione. Et vr̄ dicendum ꝙ non excludatur:quia
filiis debetur successio paterna iure naturali, vt in auth.de
trien.& semi.§.hoc natura.ibi,& natura procurata &c. &
l.scripto.ff.vnde lib.& in auth.de hære.& fal.§.j.l.cum ra-
tio.in prin.ff.de bo.dam.l.nam & si parentibus. in princ.ff.
de inoff.testa.& ea quæ sunt de iure naturali,sunt immuta
bilia.l.eos.ff.de capi.dimi.l.ius agnationis.ff.de pact.& In-
stit.de iure nat.§.sed naturalia. In contrarium adducitur:
quia bannitus perdit ius agnationis,& filiationis,vt not.p
Bar.in l.si adulterium cū incestu,§.liberto.in fi. ff.de adul.
& in l.eos.ff.de recepta.per l.postliminium.§.liberis.ff.de
capti.& posthli.reuer. ergo consequenter perdit ius succe
dendi ab intestato,quod defertur filiis, & maximè qa pro
mortuo hr̄. Præterea ex quo potest impune occidi & offen
di,vt dictum est, tali casu hr̄ pro peregrino, & penitus ex-
traneo.l.amissione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimin. & ibi
Bar.& alij. Et talis foriudicatus dr̄ esse extra protectionem
iuris communis in eius pęnam, & ei ius reddi non debet,
vt dicit Bal.in auth.habita.C.ne fili.pro pat.vbi dicit,ꝙ bā
nitus est extra protectionem iuris communis,& ei ius red
di non debet,allegat nota.in l.1. C.de natu.lib.& ibi dicit
Cy.ꝙ ille qui extrahitur de protectione iuris communis,
vr̄ factus alienus a communibus legibus, ergo non debet
posse succedere. Et dicit Bal.in l.si quis pęna. ff.de his qui
sunt sui,vel alie.iur.ꝙ filio bannito banno capitali nō de-
betur legitima. In hac quæstione conclude,ꝙ bānitus,seu
foriudicatus, qui potest impune offendi ex forma statuti,
vel per d.const.regni pęnam eorum,non perdit successio-
nes illi prouenientes ex forma iuris communis, sed bene
perdunt iura municipalia illius ciuitatis,& sic perdūt suc
cessiones,quæ iure statuario illis deferuntur,non autē per
dunt iura communia superiora ad ius municipale, & sic
in regno amittunt successiones sibi obuenientes per cōst.
D.Ioan.Anto.de Nigris.

regni.in aliquibus.& in const.vt de successionibus:qa ma
sculus excludit fęminam dato paragio,vt in d.cōst. Simili
ter si ex forma statuti existentibus masculis fęminæ nō suc
cedunt,vel agnati præferuntur cognatis,vel maritus lucra
tur dotem vxoris præmortuæ,ille qui est inde bannitus,nē
potest gaudere beneficio talium statutorum,vt tenēt doct
in l.1.C.de hær.instit.& in l.amissione. §.qui deficiūt. ff.de
capi.dimi.Nell.in trac.banni.in 1.par.2.temp.q.27.cū seq.
Ias.in d.l.1.col.5.in fi.cum seq.C.de hær.inst. & Alb.Bru.
in tra.de const.decr.in verbo bannitus sub rub.statutorum
bannitorum.c.intercessiones.col.2. Hoc tn̄ intellige verū,
qn̄ bona illius successionis sunt extra territorium a quo est
bannitus,seu foriudicatus,si autem esset intra illud territo
rium,non admitteretur ēt de iure communi: quia cum sit
hostis illius ciuitatis, non debet a iudice illius loci nostri.
Et licet non possit tollere bannito ea,quæ sunt de iure na-
turali, nec ius commune, tn̄ potest in suo territorio offu-
scare & obumbrare taliter,ꝙ effectum non sortiatur,& ei
ius reddi non debet,vt supra dictum est,& volēs petere co
ram iudice non esset audiendus,vt dicit Bar.in d.l.amissio
ne.§.qui deficiunt.col.1.in fi.ita notab.limitat Pau.de Ca.
in d.l.j.& ibi Ray.C.de hær.insti.Imo.in l.Gallus.§.ille ca
sus.ff.de lib.& posth.& in l.ex facto. §.ex facto. ff.ad Treb.
Alex.cons.26.& cons.75.1.vol.Ias.latè in d.l.1.col.6. C.de
hær.inst.cum concor.ibi.ad prædicta etiam vide Hyp.cōs.
57.nu.21.& cons.131.nu.42.Et an illa portio hæreditatis,
quæ spectabat ad illum bannitum, seu foriudicatum, spe-
ctet ad fiscum,vel ad filios,vide Alex.d.cōs.75.& Ias.in d.
l.j.C.de hær.insti.Et aduerte,ne decipiaris:quia illud,quod
est dictum supra de bannitis,loquitur de illis,qui extra re-
gnum banniuntur,sed in regno loquitur de foriudicatis nō
de bannitis in regno: quia in regno bannitus non hr̄ pro
29 mortuo,sed foriudicatus.d.const.pęnam eorum.† Sed qd
si bannitus est cancellatus a banno,an talis cancellatio ha
beatur vt indulgentia. Vide Bal.in l.si putator.in fi. ff.ad l.
Aquil.qui tenet ꝙ sic,licet sub dubio forte,alleg Cy.vt ibi
30 per eum.†Sed quid si labitur terminus bāni & vltimo die
termini Potestas non venit ad bancum, an iste banniēdus
debeat se præsentare ad bancum,& requirere præsentiam
iudicis,& si eā hr̄e non potest,debeat protestari apud tribu
nal,aliàs ei terminus currat & labatur. Et an talis protesta
tio,si causa est capitalis,possit fieri per procuratorē,an ve-
rò debeat fieri per principalē de omnibus,vide Ias.in l.p-
31 perandū.§.sinautem vterque.col.2 C.de iud.†Sed iuxta su-
perius dicta quæro,foriudicatus non debet audiri post an
num,vt in d.cōst.pęnam eorum.si foriudicatus fuit admis
sus ad defensiones, an sententia lata sit nulla. Vide Pet.de
Anch cons.271.incip.de titulis,col.fi.qui referendo Iac.de
But tenet,ꝙ ipso iure non valet sententia,si fuit oppositum
de foriudicatione, seu banno, vt ibi per eum, secus si non
fuit oppositum,quod intellige,nisi in casibus,in quibus de
iure deberet audiri. Io.Ant.de Nigris I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Boues aratorii, & instrumenta ad agriculturam, an pos-
sint capi pro executione.*

DE BOBVS ARATORIIS NON PI-gnorandis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CLVI.

1 CONSTITVTIONI † Boues arato
rios & instrumenta ad agriculturā per
tinentia non debere capi pro debitis
prohibenti, etiam si alia bona non ha-
beant debitores, hoc addendo subiungimus, ni-
si prædicti boues, vel instrumenta per expressam
conuentionem debiroris, & obligationem pigno-
ri capiātur, aut per executionem iudicis debitore

ipso sententialiter condemnato, cum alia condemnatus non habuerit, assignetur pro eo, quod in cõuentione deuenit.

ADDITIO.

CONSTITVTIONI. Loquitur de c. pridem. supra num. 4. in rub. de bobus aratoriis, & vide, quæ ibi latè dixi. Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahere an possint filii bannitorum, & foriudicatorum.*
2 *Assensus regius an requiratur, quando bona feudalia dantur in dotem.*
3 *Rex an dicatur serenissimus.*

DE FILIIS BANNITORVM, ET foriudicatorum. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLVII.

HVMANITATEM quoque sectantes, per quam solam imitatio diuina
1 seruatur. † Filiis bannitorum & foriudicatorũ ex contumacia cuiuslibet criminis (hæresis & læsę maiestatis exceptis) contrahendi matrimoniũ cum fidelibus nostris licentiam
2 impartimur. † Nec oporteat eos, si feudalia bona habeant serenitatis nostrę mandatũ aliud impetrare.

ADDITIO.

HVMANITATEM. Ad materiam istius c. vide supra c. satis constat. nu. 28. c. item statuimus. ꝙ filię. supra num. 128. in rub. ꝙ filiæ proditorum &c. & quæ in di-
3 ctis locis dixi. ¶In tex. ibi (serenitatis nostræ &c.) † No. ꝙ Rex dicitur Serenissimus vt hic. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas pro homicidio clandestino qualiter puniatur.*
2 *Vniuersitas pro iudæo, vel saraceno clandestino occiso qualiter puniatur.*

DE HOMICIDIIS CLANdestinis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS CAP. CLVIII.

CONSTITVTIONEM Diui patris nostri & nostram in S. Martini planicie promulgatam.
1 † Pœnam pro homicidio clandestino vniuersitatibus locorũ inflictam, ad tenorem constitutionis veteris reducẽtes, vt pro christiano clandestinè inuento occiso augustales centum, pro Iudæo, vel Saraceno quinquaginta ab vniuersitatibus locorũ patrati scæleris exigantur, supplentes, focularia, distinguendo præcipimus, vt si locus commissi maleficij habeat focularia mille, vel plura, augustales centum persoluat. Si quingenta, vel plura, minus mille, augustales quinquaginta. Si minus qui quingenta, vsque ad centum, augustales vigintiquinq; Si minus quàm centum, augustales duodecim sol-
2 uere teneatur, ¶ † Eadem distinctione seruata in pęna quinquaginta augustalium pro Iudæo, vel Saraceno occiso clandestinè stabilita, præfatam constitutionem domini patris nostri in eo ꝙ distinctionem tollebat focularium corrigentes.

ADDITIO.

CONSTITVTIONEM. ¶In tex. ibi (diui patris nostri) loquitur de c. clãdestinis. supra nu. 26. in rub. de pœna homic. clandest. quia illud c. fuit factum a Carolo Primo patre istius Caroli Secundi, extat ẽt aliud ca. statuimus. sub rub. de obser. pœna mortis clandest. supra nu. 59. quod est eiusdem Caroli Primi. ¶In tex. ibi (& nostram in planicie S. Martini &c.) loquitur de ca. item statuimus. supra nu. 117. in rub. de pęna clãdestini, quod fuit editum ab isto Carolo Secũdo in planicie S. Martini in prouincia Calabriæ. ¶In tex. ibi (constitutionis veteris) loquitur de const. regni, si damna clandestina. quæ fuit condita ab Imperatore Federico. Et de materia huius cap. vide, quę latè dixi supra in d. cap. clandestinis. & in aliis supra alleg. Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an habeãt aliquid commune cum publicis actibus. Clerici etiam volentes an possint conueniri coram seculari, ibid. 7.*
2 *Exteri, qui iniurias & damna inferunt vasallis regis, plerumque exeundo limites regni impune pertranseunt.*
3 *Clerici an possint officio seculari præponi. 5. 8. Exteri non possidentes bona in regno an possint esse officiales, ibid. 5. 8.*
4 *Pœna contra exteros an sit reseruata regiæ maiestati. 6.*
7 *Clericus etiam volens an possit renunciare priuilegio. 1. Clericus citatus a laico si non declinat forum, an puniatur, ibid. Clericus citatus a iudice seculari si non comparet, an possit a seculari puniri, ibid.*
9 *Officialis, assessor, vel notarius an possint esse de eadem terra, vel prouincia.*

DE NON STATVENDIS CLERICIS, vel exteris officialibus. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CLIX.

1 VT † cum nihil habeant commune clerici cum publicis actibus, qui si forte laicum afflixerint dãnum ei, vel iniuriam auferendo, prærogatiua fori gaudentes ecclesiastici iudicis tantum, non
2 alterius, etiam si vellent, subiaceant vltioni. † Exteri quoque, quos coercere non possumus, iniurias & damna nostris subditis inferũt in regno frequenter impune, dum regni limites transeuntes
3 arctari per nos nequeunt stare iuri, † Statuendo decernimus per curiam nostram comites, barones, ac quoscunque alios cuiuscunque gradus, clericum, qui foro nostro & iudicio non subesset, laicũ etiam, qui non sit noster vasallus, nec a curia nostra in regno, vel alibi designata stabilia bona tenens, præponi officio nõ debent, seu iurisdictioni aut exercitio cuiuslibet, per quod posset pro nostra

curia comitibus,baronibus & præficientibus eum in homines regni aliquod ministerium exercere, pęna vnciarum auri viginti præponentibus cõtra præsens edictum vice qualibet imminente, quam pro nostra curia volumus ab eis irremisibiliter ex-
4 torqueri. † Reseruamus tamen nostro arbitrio, vt pœnam ipsam possimus addere & diminuere, personarum præponentium qualitate pensata.

VT cum nihil. Istud c. addit ad c.item statuimus. supra num.94.in rub.de non trahendis clericis ad iu-
5 dicia secularia. ¶In tex. ibi (exteri quoque.) † Nota hunc tex.expresse prohibentem exterum,aut clericum præponi publico officio, cuius contrarium comites & barones obseruant, & fortè non male. ¶In tex.ibi (reseruamus &c.)
6 † Nota pœnam legis reseruatam regiæ maiestati contra exteros damna, & iniuriam inferentes regiis fidelibus.
Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

VT cum nihil. Ad materiam vide supra in cap. vt illorum. num. 2.in rub.de portulanis,& quę ibi dixi, vbi an clericus possit esse substitutus portulanus, dic vt ibi. ¶In tex.ibi (etiam si vel-
7 lent &c.) † Nota, ꝙ clericus etiam volens non potest subiacere vltioni iudicis secularis: quia non potest priuilegio fori renunciare.c.si diligenti. & ibi doct. extra de foro compet. ADDITIO noua. Immò clericus citatus per iudicem laicum si non declinaret eius forum, puniri debet pœna extraordinaria tanquam transgressor canonis secundùm Bald.in l.1.in fi. C.de indi.vidui.toll.& Tho. Gramm.decisio.29.col.penult.& consil.1. posito post decisiones num.34.† Et clericus citatus a iudice laico si non comparet,non potest vt contumax puniri,vt tenet Thom. Gram.d.decisio.39.& d.consil.1.num.16.cum ibi allega. Et ad Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ respondet in d.consi. num.24.cum sequen.& num.26.vbi dicit,ꝙ ritus,qui dicit vt clericus citatus teneatur personaliter comparere ad allegandum priuilegium clericatus, non propterea dicit,ꝙ si non comparet possit a iudice seculari puniri, & contra eum procedi, ex quo iudex laicus est incompetens, vt ibi per eum,& vide Tho.Gram.voto 18. & ad prædicta vide, quæ dixi supra c.item statuimus, ꝙ clerici.94. & quæ dixi in extrauaganti clem. contra clericos non incedentes in habitu & tonsura,sub rub.de vita & honest.cleri.in glo.in
8 verbo priuilegio. Nota etiam secundùm Barthol. de Capua hic, † quòd comes, vel baro, aut alius officialis non debet committere aliquod officium clericis & exteris personis non habentibus aliquid in regno,ad exercendum aliquod ministerium in homines huius regni sub pœna, vt
9 hic. ¶ † Nunquid autem officialis, assessor, vel notarius possit esse de eadem terra, siue de eadem prouincia, vide in constitu.regni iustitiarij per prouincias, & in consti. magistri camerarij. & Matthæ.de Afflict.in dictis locis. & Pari.in tract.sindi.in verbo assessor.col.2.cum seque.cum concordantiis in dictis locis.
Io.Ant.de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Princeps non debet immergi in baratrum & gulositatem auaritiæ. 11.
Princeps donum fortunæ subditis auferre non debet, ibidem.
2 Thesaurus inuentus cuius esse debeat. 10.
3 Thesaurum inuenienti an aliqua calumnia, vel afflictio inferri debeat.
4 Fodinæ auri & argenti an sint regis.
D.Io.Ant.de Nigris.
5 Thesauri vncabulo an veniant argenti,vel auri fodinæ.
6 Thesaurus an sit donum fortunæ. 8.
7 Locus publicus an differat a fiscali.
Thesaurum inueniens debet esse sagax, vt aliis non propalet, ibidem.
9 Thesaurus quid sit.
Rex Carolus Secundus fuit magis liberalis, quàm Rex Guilielmus.
12 Abscondens peouniam subtus terram an debeat habere claras probationes.
13 Suspectus de inuentione thesauri an possit capi, vel torqueri.

DE THESAVRIS. Rub.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CLX.

1 QVIA † non decet principem in cupiditatis baratrum sic immergi, vt beneficium, donumq; fortunæ subditis proueniens auferat,quod expedit esse diminutionis extraneum, & cuiuslibet ca-
2 lumniosæ malitiæ penitus alienum. † Sanciendo edicimus, thesaurum inuentum commodis inuentotis in solo proprio reperientis illum accrescere, cuius medietas fisco nostro, quando in loco publico,vel fiscali,& domino loci, quando in alieno nõ suo quis thesaurum inuenerit,absque sceleratis puniendis magicis artibus, iuxta dispositionem iuris
3 veteris applicetur. ¶ † Nulla inuentori ob id per curiam nostram ingerenda calumnia, nulla subditis inferatur afflictio, sicut consueuit hactenus
4 per abusum. ¶ † Non tamen auri, argenti, cæterorumque metallorum fodinas, aut salinas,& ius, quod in eisdem fodinis,salinisq; curię nostrę com-
5 petit & ab antiquo competiit. † annumerari volumus thesauri vocabulo nec putamus, quæ sicut in nomine discrepant, non participant in effectu.

QVIA non decet. ¶In tex. ibi (diminutionis extraneum) vt in authen.constitutio. quæ de digni.§.il-
6 lud. vnde est sumptus iste versiculus. † Est enim thesaurus donum fortunæ.l. si is. §. si communis seruus. lo primo.ff.de acquiren. rerum domin. & C.de thesauris. l.prima, libro decimo, & ibi dixi in verbo beneficium.
7 ¶In tex. ibi (vel fiscali) bene dicit, vel fiscali: † quia differunt locus publicus & fiscalis. Lucas de Penna. Et disponit hoc capitulo de thesauro in quolibet loco inuen-
8 to. Et quid de eo fieri debet. † Illud autem, quod dicitur, quòd thesaurus est donum Dei, vt dicta l. vnica. C. de thesauris. libro decimo, credo verum, quando inuentor thesauri est ita sagax, & astutus, qui sciat thesaurum inuentum occultare, & id suis vtilitatibus applicat, sed si donum prædictum diuulgat, vt plures vidi, talia diuulgantes tunc fortuna prædicta non donum, sed infortunium inuentoris dicitur, quoniam per fiscales curiæ accusantur, incarcerantur, & torquentur, & post ossa confracta thesaurum inuentum restituunt. Et, quod deterius est, oportet ad hoc vt a carceribus exeant, quòd se redimant, & sic proprium patrimonium & thesaurum perdunt, & cum corpore torto effracto remanent, quare quando casus contingit, esto sapiens.
Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

9 QVIA non decet. † Quæro quid ſit theſaurus.
Dicas, ꝙ eſt vetus pecuniæ depoſitio, cuius nõ
extat memoria, & cuius dominus ignoratur.
l. 1. & ibi Lucas de Penna. col. 2. C. de theſau. li-
bro 10. cum concord. ibi. & And. de Iſer. in tit. quæ ſint re-
10 ga. §. & dimidium theſauri. ¶ † Et aduerte circa materiam
theſauri: quia habemus diuerſa iura: quia de iure. C. the-
ſaurus intentus in ſuo, dummodo ſine magicis, & ſcelera
tis artibus eſt inuentoris, vt Inſtit. de rer. diui. §. theſauros.
& l. 1. C. de theſau. lib. 10. Si verò inuenerit in alieno, dimi
dium theſauri eſt domini fundi, & alia dimidia cõceditur
inuentori. Et ſi in loco Cæſaris inuenerit, dimidium eſt in
uentoris, & dimidium Cæſaris, ſeu fiſci, dummodo ſine
magicis artibus, vt dictum eſt, vt dictis iuribus. Sed de iu-
re conſtitutionum theſauri inuenti ſunt fiſci, vt in conſtit.
regni, dohanæ ſecreti, & ibi Matth. de Afflict. in primo no
tab. De pecunia verò inuenta in via, dic vt in conſtitu. ſi-
quis pecuniã, & ibi Doct. Sed ſecundùm diſpoſitionem
capitulorum regni ſeruatur diſpoſitio iuris communis, &
ſic d. l. vnicæ. C. de theſa. lib. 10. vt hic in tex. & tenet Matt.
11 de Afflict. in d. conſti. dohanæ ſecreti. col. 1. † Et ſic fuit ma
gis liberalis Rex Carolus Secundus auctor huius c. quàm
Rex Guil. auctor d. conſtitutionis, quod etiam probatur in
iſto tex. in prin. ibi (non decet principem in cupiditatis ba
ratrum immergi &c.) ideſt non decet principes immergi
in profundam guloſitatem auaritiæ, & cupiditatis, &c.
12 † Et ille, qui abſcondit pecuniam ſubtus terram, debet ha
bere claras & lucidas probationes, quòd ipſe illam abſcõ
didit, aliàs ſi ab alio fuerit inuenta, non poterit vendicá-
re, vt concludit Matth. de Afflict. in d. conſtitu. dohanæ ſe-
13 ti. col. 1. † Et ſuſpectus de inuentione theſauri non debet
capi ſine mandato regio, niſi conſtaret de inuentione the
ſauri: quia tunc poſſet capi, & cautè detineri, non tamen
poterit contra eum ad tormenta procedi, ſed omnia de-
bẽt regi nunciari vt ſupra c. ꝑdicti magiſtri procuratores,
nume. 66. in rubr. ꝙ non procedatur ad deſtitutiouem rei
burgenſaticæ &c. & quæ ibi dixi. Et ad materiam de the-
ſauris vide Ang. Aret. & doct. in d. §. theſauros. Inſtit. de re-
rum diui. & docto. in d. l. 1. C. de theſau. lib. 10. Iaſ. in l. 3. §.
Neratius. col. pen. ff. de acquir. poſſ. And. de Iſer. in tit. quæ
ſint rega §. fin. col. fin. in fi. & in verbo argentariæ. & Matt.
de Afflict. in d. conſtit. dohanæ ſecreti, cum concord. in di-
ctis locis. ADDITIO noua. An autem liceat ef-
fodere theſaurum in alieno fundo nolente domino, vide
Azo in ſumma. C. de metella. colum. 2. in princi. libro 11.
vbi tenet quòd non. ¶ In tex. ibi (ſicút in nomine diſcre-
pant &c.) facit tex. in l. ſi idem. C. de codicillis.

Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Subuentio an ſemel tantum ſit petenda per dominos a vaſallis.*
2 *Subuentio quanta præſtari debet dominis a vaſallis.* 5.
3 *Subuentio an ſecundùm facultates & negocii qualitatem præſtari debeat.* 18.
4 *Differentia inter dominum & vaſallos de quantitate ſubuentionis, an poſſit per iuſtitiarium regionis dirimi, & cognoſci.*
6 *Barones an poſſint cogere vaſallos ad ſoluendum medietatem ſeruitii.*
7 *Vaſallus ſi per impotentiam non præſtat ſeruitium, an amittat feudum.*
8 *Subuentio peti an poſſit non præſtito prius ſeruitio.*
9 *Diuites habere ſubiectos expedit reipublicæ.*
10 *Subuentio a vaſallis an ſemel tantum debeatur in anno.*
11 *Subuentio quam præſtant vaſalli quanta ſit.*
12 *Subſidium charitatiuum quæ perſonæ imponere poſſunt.*
13 *Subſidium charitatiuum an præſcribi poßit.*
14 *Subſidium charitatiuum in quibus caſibus peti poteſt.*
15 *Subſidium charitatiuum an poſſit exigi a religioſis.*
16 *Epiſcopus ſi fecit expenſas pro eccleſia, & fuit impoſitum charitatiuum ſubſidium, & mortuus eſt epiſcopus, an eius hæres petere poſsit.*
17 *Epiſcopus an ipſemet poſsit cogere ſubditos ad charitatiuũ ſubſidium, an ſuperior, vel ſecularis.*
18 *Charitatiui ſubſidii taxa quæ ſit.*

DE SVBVENTIONE VASALLORVM. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CLXI.

1 COMITES. † Barones, & feuda-
tarij ſi ſubuẽtionem a vaſallis eo
rum depoſcant, pro ſeruitio debi
to, quod fecerunt anno illo, quæ
ſubuentio ſemel tantum in anno
2 præſtetur dominis a vaſalli. † ha
beant enim, & exigant a vaſallis ipſis medietatem
pecuniæ, ad quam aſcendit ſeruitium præſtitũ no-
ſtræ curiæ per eoſdem, dum tamen non excedat
medietatem collectæ generalis pro nobis, & curia
3 noſtra vaſallis ipſis impoſitæ anno ipſo. ¶ † Si verò
in aliis caſibus regni conſtitutionibus comprehen
ſis ſubuentionem poſtulent a vaſallis, iuxta facul-
tátes eorum, & ſecundùm conditionem negocij,
pro quo ſubuentio petitur, vaſalli prædicti ſubue-
2 niant dominis ſuis. † Quòd ſi de quantitate ſecũ-
dùm facultates, & qualitatẽ negocij vt prędicitur
perſoluendo, inter dominos & vaſallos emerſerit
quæſtio, dicentibus dominis plus ſibi deberi cum
facultates vaſallorum ſint amplæ, ac negocium vr-
gens eſt arduum, pro quo ſubuentionem depoſcũt,
vaſalli minus debere, nec tantum eſſe in facultati-
bus ipſis, quantum eorum domini ſperant, & di-
cunt, nec qualitatem negocij tantam quantitatem
exigere, huiuſmodi cognitionem & deciſionem iu
dicij terminandi & diffiniendi abſque alio manda
to noſtro committimus iuſtitiario regionum.

5 COMITES. † Iſtud c. declarat qualiter & in quan
tum ſit faciẽda ſubuentio per vaſallos dñis, de quo
hr̃ in conſt. regni, quamplurimum. in ti. de adiu. exig. Seb.
de Neap. ¶ Et dicit hic Luc. de Pen. ꝙ hoc c. eſt notãdum:
6 quia vult, † ꝙ qñ imponitur ſeruitium a Rege comiti, ꝙ co
mes põt cogere vaſallos ad ſolutionem medietatis ſeruitij,
quę medietas nõ excedat medietatẽ collectæ. Et ſic modifi
catur & intelligitur conſti. regni quamplurimum, de adiu.
7 exig. a vaſa. † Sed quærit hic Luc. de Pen. ſi vaſallus ꝑ im-
potentiam, vel aliam cauſam non præſtat ſeruitiũ, an per-
dat feudũ, dic vt per An. de Iſer. 10. coll. in ti. quæ ſit prima
cau. benef. amit. §. ſed nec eſt alia. Quapp Reges imponũt
comitibus & baronibus pęnam amiſſionis feudi, ſi non va
dunt ad præſtãdum ſeruitium in tpe eis ſtatuto & ſtabilito
per curiam, & de hoc faciunt poni edictum, vt per eũdem
And. in tit. quo tempo. miles. §. ſancimus. in fi. & melius in
d. §. ſed nec eſt, & per eundẽ And de prohi. feu. alie. per Fe
8 de. §. firmiter. † Et nota, ꝙ talis ſubuentio non niſi præſtito
ſeruitio peti poteſt, vt dicitur in d. conſtitutio. quamplurimum. Et ſi domini aliquid a vaſallis vltra hunc modum
exegerint, tenentur pęna ſtatuta ſupra in c. item ſtatuimus.
num. 112.

9 nume.112. Lucas de Penna. ¶ In tex. ibi (sperant.) † Nota, quòd dominus sperat vasallum facultatibus abundare, vnde & fisci, & reipublicæ interest diuites, & locupletes habere subiectos, vt in auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. §.j. & Instit. de his qui sunt sui, vel alie. iur. §. sed & maior. Lucas de Penna.

ADDITIO.

COMITES. Ad materiam huius cap. vide latè And. & Matth. de Afflict. in allegata constitu. quamplurimum. cum sequen. & supra ca. item statuimus, quòd comites. num. 112. in rub. quòd comites, barones, & alij &c. & quæ ibi dixi.

ADDITIO noua. In tex. ibi (semel tantum &c.)
10 † Nota, quòd subuentio a vasallis semel tantum in anno potest peti. ¶ In text. ibi (non excedat medietatem &c.)
11 † Nota, quòd quando comes, vel alij barones petunt subuentionem a vasallis pro seruitio, quod præstant Regi, non potest baro cogere vasallos ad subuentionem vltra solutionem medietatis seruitij, quæ non debet excedere medietatem collectæ, vt in isto capi. & tenet hic Lucas de Penna, & Matth de Afflic. decisio. 336. & Thom. Gramm. decisio. 88. vbi etiam refert Anto. de Alex. qui fuit Viceprothonotarius, & præsidens Sacri Regis Consilij, & dicit, ꝙ est medietas generalis collectæ, seu focul ariorum, quam soluit Regi quolibet anno, & sic ad medium ducatū pro foculari: quia tunc soluebatur Regi vnus ducatus pro foculari, vt ibi latius per eum. In aliis verò casibus in constit. regni comprehensis, puta pro maritanda filia, & faciē do filio milite, & aliis casibus comprehensis in constitutione regni quamplurimum, & dixi supra cap. item statuimus. 112. quando petitur subuentio a vasallis debet peti iuxta facultates eorum, & secundum conditionem negocij, pro quo petitur subuentio in isto capi. Et si fuerit differentia inter dominum & vasallos de qualitate, & quantitate negocij: quia dominus asserit maiores esse facultates vasallorum, & vasalli asserant esse tenues. hoc casu requiritur cognitio, & remittitur terminanda per regios officiales, & iustitiarios regionum, vt in isto cap. nostro. Et nota vnum, quod hic dicit Lucas de Penna, quòd talis subuentio non potest peti nisi pręstato seruitio, vt hic per eum. Et quia plerumque inter prælatos ecclesiarum, & eorum subditos vertitur quæstio de charitatiuo subsidio, & subuentione facienda, ideo aliqua referam.
12 ¶ † Et primò quæro, quæ personæ possunt imponere, & petere charitatiuum subsidium. Dicas quòd Papa, Cardinalis, Patriarcha, Archiepiscopus, & Episcopus. Et de Papa patet in cap. fin. de dilat. & etiam patet quando petit decimam fructuum. cap. ad liberandam. de Iudæ. & tenet Gemin. consil. 74. incipiente, attentis puncto. col. 4. num. 8. quia omnes ecclesiæ vbique sibi subiectæ tenentur in suis necessitatibus subuenire, si requirantur ab eo, vt patet in d. cap. fin. de dilat. De aliis prælatis vltra Papam patet in cap. conquerenti. de offi. ordin. & c. cum apostolus. §. prohibemus. de censi. cap. quia plerique. de immu. eccle. & tenet Franc. de Paui. in suo tract. de charitatiuo subsidio, & Nico. Boeri. decisio. 133. col. 1. 1. par. & Thom. Gramm. d. decisio. 88. col. 1. Alij verò prælati inferiores Episcopo non possunt imponere charitatiuum subsidium, nisi hoc habeant ex priuilegio, aut consuetudine, vt tenet Hostien. & Abb. in d. c. cum Apostolus. & Fed. de Senis cons. 218. nisi essent superiores & capita alicuius ordinis, vt sunt priores generales totius ordinis heremitarum, & similium, vt tenet Cald. consi. 3. in titu. de censi. & Fran. de Paui. in d. tracta. & est communis opin. vt tenet Boeri. d. decisio. 133. co-
13 lum. 1. & 2. cum concord. ibi. ¶ † Et ibi etiam ponit, quòd charitatiuum subsidium regulariter præscribi non potest, vt ibi per eum num. 9. cum seq. cum infinitis concord. ibi.
14 ¶ † Et dictum charitatiuum subsidium in regno in quinque casibus peti potest, vt dicit Matth. de Afflict. in dicta constit., quamplurimum. Primò, quando prælatus recipit consecrationem. Secundò, quando a Papa est vocatus ad cōcilium. Tertiò, quando Prælatus per Regem vocatur pro seruitio exercitus Regis. Quartò, quando Rex vocat Prælatum in suo seruitio. Quintò, quando Rex venit ad hospitandum in Episcopatu Prælati, & Prælatus facit Regi expensas, vt ibi latius per Matth. & Boeri. decisio. 134. vbi dicit, quòd isti duo vltimi casus non seruantur in Regno Franciæ. Et prædicta, ex quibus causis possit peti charitatiuum subsidium, vide Felyn. in cap. pastoralis. in fi. extra de offi. ordi. & Firma. in reperto. in verbo charitas. cū con
15 cord. in dictis locis. ¶ † Nunquid autem charitatiuum subsidium possit exigi a religiosis exemptis, latè ponit Boer. decisio 135. & concludit, quòd ex causa rationabili, &
16 moderatè eis imponi potest, vt ibi latius per eum. ¶ † Quid autem si Episcopus fecit expensas in curia, vel alibi pro sua ecclesia, & Papa concessit Episcopo subuentionem, & antequam exigeretur, mortuus est Episcopus, an hęres eius possit dictam subuentionem petere. Vide Old. consil. 249. quæritur. vbi dicit, quòd si episcopus de suo proprio fecit expensas in curia & alibi, & respiciebant onus ecclesiæ, hæres episcopi poterit habere subuentiones, aliàs non,
17 vt ibi per eum. ¶ † Et an ipsemet Prælatus possit cogere subditos per censuras ad damnum sibi charitatiuum subsidiū vide Nico. Boer. deci. 136. vbi ponit etiam, an negātes charitatiuum subsidium possint recurrere ad iudicem secularem, & tenet ꝙ non, sed debent habere recursum ad superiorem ecclesiasticum, vt ibi latius per eum. Tamen in regno quando vertitur talis causa, hr̄ recursus ad Sacrū Regium Consilium, vt patet ex deci. Matth. de Affl. deci. 136.
18 & Thom. Gram. deci. 88. ¶ † Et nota illud, quod dicit Fely. in c. cum ex officij. col. 8. versic. cæterum. de præscript. vbi dicit, ꝙ illa taxa, quæ est posita in procurationibus per Benedictum. XII. in extrauag. vas electionis Paulus, sub rub. de censibus, illa taxa seruatur in charitatiuo subsidio. Et quia in illa extrauag. fit mentio de turonibus, est sciēdum ꝙ duodecim turones faciunt vnum florenum, vt dicit tex. in d. extrauag. §. porrò, & est regula Cancellariæ sub rubr. de moneta, & incipit. Item declarauit, vbi dicit, ꝙ libra turonensium paruorum, & florenus auri de camera pro ęquali valore æstimari debent, adeo ꝙ turonensis videtur æquiualere vni carleno secundum monetam regni, & duodecim faciunt libram, vt ex prædictis colligitur. Et de dicta extrauagā. Benedicti. XII. vas electionis, facit mē tionem Boeri. in d decisi. 134. col. fin. vt ibi latius per eum. Et nota illum tex. in §. in Apuliæ. vbi ponitur taxa, quæ seruari debet in regno, & in aliis partibus Italiæ, & est æqua taxa. Et illud, quod dicitur in isto cap. nostro, est satis rationabile, & æquum, vt consideratis facultatibus subditorum, & qualitate, & conditione negocij imponatur, dummodo prætaxatam summam non excedat.

Ioannes Antonius de Nigris.

D. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ an debeant solui per officiales absentibus eorum dominis absque mandato.*

2 *Mala multa incurrimus per denegationem decimarum.*

DE SOLVENDIS DECIMIS. Rub.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXII.

1 OFFICIALES. † Comitum, & baronum dominis ipsis de regno, aut de eorum terris absentibus absque mandato impetrando proinde a comitibus ipsis, soluant prælatis ecclesiarum decimas debitas, & consuetas.

OFFICIALES. Nota bene hoc c. & eius mate-
2 riam: nam † per denegationem decimarum incurrimus multa mala, & econtra, multa bona, quando illa secundum Dei præcepta præstamus, de quibus multa vide. 16.q.1.c.reuertimini.& c.seq.& nota illa verba ibi posita. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

OFFICIALES. Adde supra c.item statuimus.nume.93.in rub.ꝙ soluātur decimæ,& quæ ibi dixi,& infra c.& qa nup.nu.187.in rub.de deci.Io.Ant.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus manens in excommunicatione vltra annum qualiter puniatur.*

2 *Excommunicatus petens absolutionem, si prælatus nō vult eum absoluere, an puniatur.*

3 *Excommunicatus appellans an puniatur, si durante appellatione permansit in excommunicatione.*

4 *Excommunicatus permanens in excommunicatione in secundo anno qualiter puniatur.*

5 *Excommunicatus an ita demum puniatur a seculari si fuerit per prælatum facta denunciatio.*

6 *Pœna an crescere debeat crescente contumacia.7.*

7 *Excommunicationem contemnens an priuetur dignitate.*

8 *Appellari an possit ab excommunicatione ante promulgationem.*

9 *Excommunicatio nulla an liget, & an sit necessaria absolutio ad cautelam.*

DE MORANTIBVS IN EXCOMMVnicatione. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CLXV.

1 SIQVIS † in excommunicatione a canone lata, vel promulgata ab homine, in culpa notoria seu manifesta, seruato iuris ordine, vltra annum manserit. Si comes fuerit, soluat curiæ regiæ vncias auri vigintiquatuor, si baro duodecim, si simplex miles sex, si burgensis tres, si rusticus vnciam vnam
2 & mediam. † Nisi infra prædictum tempus absolutionem petierit iuxta formam ecclesiæ, & præla-
3 tus noluerit eum absoluere. † Vel si ante promulgatam excommunicationem, vel post appellationem
4 fuerit legitimè prosecutus. † Si secundo anno perdurauerit in excommunicatione soluat duplum quantitatis prædictæ. Si tertiò triplum, & sic in annis singulis crescat pœna.

SIQVIS in excommunicatione. Circa hoc c.itē statuimus, ꝙ si contingat Reg.Car. 2.anno eius 8. supra
5 num. 102. per quod istud modificari vr̄, † & ad prædicta procedetur, qn̄ per prælatum denunciantur curiæ taliter excommunicati. ¶In tex.ibi (seruato iuris ordine) ex hoc verbo vr̄ hoc capitulum intelligi de his, ꝯ quos excommunicationis sn̄ia lata fuit siue ratione cōtumaciæ, siue talione delicti, arg.contra.3.q.4 c.nullus. vbi ęquiparantur excommunicati ab homine & statuto hominis, sed illud intelligitur etiam de damnato, vt ibi dicit Archid. Itē vr̄ hoc c.intelligendum in nominatim excommunicato, qui autē sint isti, vide axtra de priuil.c.cum & plantare. ¶In tex.ibi,
6 (crescat & pœna.) † Crescente enim contumacia, seu delicto & pęna crescit.l.quicunque.C.de ser.fug.l.3.de pat.po.
7 & facit pro hoc.32.q.5.præceptum vbi dr̄, † ꝙ contemnēs excommunicationem priuatur dignitate. Et ibi ēt no.gl.ꝙ talem potest dn̄s etiam feudo priuare, & alibi dr̄, ꝙ quāto plus differtur punitio, tāto plus culpa crescit, vt in extrau. c.qm̄ nuper.in prin. & vide quæ plenè scripsi.C.de decur. l.si ad magistratum & l.si quis decurio. Lucas de Penna.

ADDITIO.

SIQVIS in excommunicatione. Ad materiam huius cap. vide c.item statuimus. supra nu.102. & quæ ibi dixi.& infra ca.201.in rub.de except. excom.& An.de Iser.in c.j.in verbo post annū, in prin.de statu & consue.contra lib.eccle.& Matth.de Afflict.in constit.pęnam eorum.col.2. in fi. cum concord.in dictis locis. ADDITIO noua. Vbi dicit, ꝙ durantes in excommunicatione puniuntur in isto cap. Et prælati debent tales perseuerantes in excommunicatione denunciare Regiæ Curiæ, vt in d.cap.item statuimus. supra 102. Et per istud c. est imposita pęna morantibus in excommunicatione per annum, & hoc habet locum in laicis, sed clericus, qui per annum stetit in excommunicatione, post annum potest omnibus beneficiis priuari.11.q.3.c.rursus.& c.quicunque. & declarat glo.in c.cum contumacia. extra de hæred.in 6. Et hoc habet locum, quando fuit excōmunicatus pro causa criminali, secus pro causa ciuili: quia tunc beneficiis priuari non potest, vt tenet glo.in c.contingit.in glo.1.extra de do.& contu.& ibi Ant.de But.& Lud. Ro.sing.303.de hoc heri. Io.de Arnono in suo soliloquio vltimo incipiente, non loquar. vbi dicit illam glo.esse singularem. Et dicit, ꝙ excommunicatus pro causa ciuili si stetit per mille annos, nō priuatur beneficiis, vt ibi per eū.
8 ¶In tex.ibi (vel si ante promulgatam &c.) † Nota; ꝙ potest appellari ab excommunicatione, antequam promulge-
9 tur. † Et effectus est: quia si appellatio est interposita ante promulgatam excommunicationem, excommunicatio est nulla, & non ligat.c.per tuas.de sent.excom. ca.cum contingat.de offi.deleg.c.ad audientiam.& c.dilecti filij.de appel.c.venerabilibus.§.sed si ex causa.& c.solet. de sent.excom.in 6.& Doct.in dictis locis, & Dec.in c.ad hæc.lo vltimo.in primo notab.de appell.& Sil.in sum.in verbo excōmunicatio.2.col.2. versic. septimus. Et est aduertendum, ꝙ sententia excommunicationis non suspenditur per appellationem. Decius d.cap.ad hæc.in prin.sed quando est appellatum, ante promulgatam excommunicationem est nulla, vt dictū est, & hoc casu si dicitur nulla, quia post appellationem, vel quia cōtinet intolerabilem errorem, vel quia fuit lata a non habente iurisdictionem his casibus, & similibus. Aut constat euidenter de nullitate, & dēt statim pronunciari nulla. Si verò est dubium, vel est necesse aliquid probare, tunc debet peti absolutio ad cautelam, vt latè per Phil.Fran.in d.ca.solet.col.3. vers.quintò quærit. & ibi etiam ponit, quid qn̄ dr̄ iniusta. Et an etiam inuitus, & impenitēs possit absolui, ponit Phil.Fran.vbi supra. col.2. in prin.versi.in glo.& tenet ꝙ sic, vt ibi per eum.

Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Balium an possit statuere feudatarius sub filio minori in testamento absque licentiæ curiæ.11.*

2 *Balium an debeat curia statuere de proximis, quando feudatarius decedit ab intestato.*

3 *Mater an & quando præferatur in baliatu filii.*

4 *Mater transiens ad secunda vota an amittat baliatum.*

5 *Mater, quæ tantum sponsalia contraxit, an amittat baliatum.*

6 Mater

6 *Mater an priuetur baliatu solùm per concupiscentiam secundarum nuptiarum.*
7 *Pupillis an de iure communi de tutore prouideri debeat.*
Pater an possit dare tutorem filiis in testamento, ibidem.
8 *Matri & auiæ an liceat accipere tutelam, quando non erat prouisum in testamento de tutore filiis.*
9 *Balium dare an possint comites & barones in testamento filiis, quando habent feuda quaternata.*
10 *Baliatus an finiatur in quartodecimo anno.*
11 *Balius finito baliatu an debeat redere rationem, ibidem.*
12 *Balius an potius accedat ad tutorem vel curatorem, quàm ad gubernatorem.*
13 *Balius an detur pupillo non habenti feuda quaternata.*
14 *Balius an habere debeat administrationem bonorum feudalium & burgensaticorum.*
15 *Balius omnis an sit testamentarius, vel datiuus.*
16 *Balium an possit dare auus maternus in testamento, si nepoti reliquit feudum.*

DE STATVENDO BALIO. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXIIII.

1 FEVDATARIVS † decedens testatus statuat filio minori balium, quem vult, qui baliatũ suscipiat, nulla de hoc a nobis, vel a curia nostra licentia impetranda.
2 † Si intestatus, curia eligat de proximis, & defuncto coniunctis magis idoneum,
3 & ei baliatum committat. † Sed si mater huius minoris filii vitæ sit honestæ ac sobriæ, de qua fidedignorum testimonio curiç liqueat, In baliatu defuncto coniunctis dandis per curiam quando maritus
4 intestatus decesserat, præferatur. † Sed si secundis, vel aliis nuptiis funestata, statim baliatum sibi concessum per curiam ipso facto per superinductionem victrici perdat, idoniori de coniunctis feudatario mortuo concedendum.

5 FEVDATARIVS. ¶ In tex. ibi (vel aliis nuptiis.) † Quid si tantum sponsalia de futuro contraxit, an habeat locum hoc capitulum. Videtur ꝙ non ex eo, ꝙ hic dicit funestata, quasi actum perfectum in hoc exquirere vt̃ l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iur. In contrarium vt̃ ꝙ sic, arg. eorum, quem notaui. & plene scripsi. C. de incol. l. fin. in verbo maritorum, & hæc est veritas. Nam nedũ spõ-
6 salia de futuro eodẽ baliatu priuant. † Immo solum concupiscẽtia nuptiarum. ita etiũ reddit inhabilem sicut nuptiæ in contractibus, de quo vide similiter nota. per Bart. in l. si quis sub conditione. ibi quæro. ff. de test. tute. & in auth. matri & auiæ, &c. colla. 2. ibi, primum ista solennitas. C. quando mulier officio tut. fung. po. ¶ In tex. (Sed si secundis) supplè maximè, quæ omnia velut quotidiana sunt nota digna & memoriæ commendanda. Lucas de Penna.

ADDITIO.

7 FEVDATARIVS. Pro intelligentia huius c. & eius materiæ est pręmittendum, † ꝙ de iure communi pupillis prouidetur de tutoribus, & parentibus, qui habebant filios in potestate, permissum erat & est, dare in testa-
8 mento tutores eius filiis: vt in l. 1. de tute. §. permissum. † Et quando pupillo non erat in testamento prouisum de tutore, licebat matri & auiæ accipere tutelam, vt in auth. matri & auiæ. C. quando muli. tuto. offi. fungi potest, & satis ista materia tutelaris est in diuersis titulis pertractata in ff. C.
9 & Insti. † Sed in regno est statutum, ꝙ comitibus, baronibus & militibus pupillis habentibus feuda quaternata prouidetur de balio siue masculis siue fęminis, & solus rex ba-
10 liulũ cõcedebat † & baliatus finitur cõpletis quatuordecim annis, & postea debet reddere rationẽ de gestis & administratis præsente iustitiario prouinciæ, vel delegato a regia maiestate; vt omnia plenius habentur in constitu. regni, minoribus. in rub. de iure balii. & ibi in rub. & in illa consti. latissimè per glo. And. de Barulo, And. de Iser. & plenius per Matth. de Afflic. Postea ad declarationem d. constit. fuit fa-
11 ctum istud c. in quo declaratur & disponitur † ꝙ feudatarius decedens testatus potest constituere balium suo filio in potestate absque licentia, vel confirmatione regiæ maiestatis. Sed si intestatus moritur, curia regia dabit balium pupillo de proximis & coniunctis ipsi defuncto, vt etiam
12 tenet Matth. in d. consti. minoribus. colum. 1. † Et iste balius magis videtur accedere ad tutorem, vel curatorem, quàm ad gubernatorem, & sic balius tutori, & curatori æquiparatur, vt dicit And. de Iser. & Matth. de Affli. in rubr. d. con-
13 sti. minoribus. † An autem balius detur pupillo, qui non habet feuda quaternata, sed solùm habet feuda plana & de tabula, vide And. de Baru. & Matth. de Affli. in d. constitu. mi-
14 noribus. col. 2. in prin. vbi quòd non. † Quid autem si pupillus habet bona feudalia quaternata & etiam burgensatica, an balius habebit administrationem etiam burgensaticorum. Matth. de Afflic. in d. rubr. d. consti. minoribus, tenet, ꝙ habebit administrationem etiam de burgensaticis, vt ibi per eum. Et multas quæstiones ad materiam vide per Mat-
15 the. vbi supra. Et dicit hic Barthol. de Capua, † quòd omnis
16 balius aut est testamentarius, aut est datiuus. † Quid autem si auus maternus vult balium relinquere nepoti in feudo per eum relicto, an possit. Bartho. de Capua hic remittit se ad dicta per And. de Iser. in d. constit. minoribus, & ibi vide Matth. de Affli. col. 2. qui tenet ꝙ non, nisi per Regem confirmetur. ADDITIO noua. Et vide aliqua per Matth. de Affli. decisio. 183. col. penul. & fi. & ibi etiam facit mentionem de isto c. ꝙ mater præfertur aliis coniunctis, quando mater est honesta & sobria, & feudatarius mortuus est ab intestato, vt ibi per eum.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an lucretur dotarium, seu tertiariam constitutam viro præmortuo.*
2 *Mulier an lucretur dotarium etiam in proprietate, si non habet filios.*
3 *Mulier si non nupserit vlterius, an habeat portionem cum filiis.*
Mulier secundò nubens an habeat solùm vsufructum in dotario, seu tertiaria, ibidem.
4 *Dotarium quando constituitur mulieri in re feudali an habeat solùm vsufructum, & post mortem mulieris reintegretur feudum.* 43.
5 *Vxor an debeat cauere de vtendo fruendo dotario arbitrio boni viri.* 48.
6 *Mulier an lucri faciat dotarium, siue dos fuerit data, siue non.*
7 *Dos si promittitur, & de ea nihil datur, an mulier lucri faciat aliquid de dotario.*
8 *Mulier si minus soluit de dote, quàm promisit, an lucretur dotarium pro rata.*
9 *Mulier si obtulit dotem promissam, & maritus noluit recipere, an vxor lucretur dotarium.*

Dos

Quartam,

DE DOTARIIS MVLIERVM. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS CAP. CLXV.

1 MVLIER. † Dotarium seu tertiariam constitutam legitimè in terra feudali, vel in pecunia, viro præmortuo cum liberii, vel sine dote non data, vel data, in pecunia, rebus mobilibus, vel terra lucretur, & habeat dotarium & dotem, nisi speciale pactum aliud indicet, vt post mulieris mortem reintegretur dotarium terræ Baroniæ, & feudi, vnde processit dotarium in pecunia, vel in
2 mobilibus. † Lucretur etiam in proprietate, si non habeat filium de illo marito, aliàs habeat solum-
3 modo vsufructum. † Et si non nupserit vlterius, vocetur cum filiis eiusdem matrimonii in lucro proprietatis dotarii in virilem portionem, alioquin si nubat, habeat solummodo vsufructum.

MVLIER Dotarium. Dicit hic Barthol. de Capua
4 † quòd vbi constituitur dotarium mulieri in re feudali, post mortem viri habet dotarium quò ad vsufructum. & post mortem mulieris reintegratur feudum in pristinū statum, in aliis lucratur quò ad vsufructum & proprieta-
5 tem vt sequitur hic. † Sed vtrum debeat cauere de vtendo fruendo arbitrio boni viri. Videtur quòd sic, vt ff. de vsufru. lega. l. 3. & C. de secund. nup. l. hac edictali. In contrarium videtur. C. de bon. quæ lib. l. fi. §. proculdubio, in dotario mulier est quasi vsufructuaria, nam dominium est hæredis, vt in isto ca. in fi. Multa corriguntur per hoc c. quæ aliud obtinebant de iure francorum, quæ notantur in constit. mulier, quę dotarium etiam in proprietate. Idē dicitur in lucro dotarii, qđ est in lucro aliarum rerum ſm ius cōe, sed nō vbi cōstituitur dotariū mulieri in re feudali. ¶ In tex. ibi (dote non data, vel data, hanc literam sic intelligit Andr. de Iser. in consti. licentiam. post medium, & 10. colla. in titu. quali olim feu. pote. alie. post prin. primæ additionis ibi,
6 & per hoc patet &c. † Tu autem intelligas, quando dos nō fuit data nec promissa, tunc litera istius c. locum habet, & mulier lucri facit dotarium, seu donationem propter nuptias, etiam si nullam dotem dedit, vt notat gloss. in l. lege Leonis. C. de pact. dota. quæ incipit, quòd si in dote nihil est pactum, per quam legem veterem hoc nouum c. declaratur, vt l. sed & posteriores. ff. de legi. potest enim esse matrimonium sine dote l. quòd si nulla. ff. de relig. & sump. fu-
7 ne. C. de dona. propter nup. l. fin. circa princi. † Sed vbi dos promittitur, & de ea nihil datur, tunc mulier non lucrifacit aliquid de dotario, seu tertiaria, seu donatione propter
8 nuptias. † Item si minus soluit mulier, quàm promisit in dotem, tunc pro quantitate solutæ dotis mulier lucrifacit dotariū, seu tertiariam, vel donationem propter nuptias, & non vltra, vt in auth. de non elig. secun. nup. §. fi. quæ signatur. C. de pact. dot. l. ex morte. in fin. & sic vidimus de facto pronunciari in conflictu sapientum, & ita dicit D. And. 10. coll. titu. de na. succ. feu. 10. col. ibi. Item mulier, vbi vide. Istorum autem ratio diuersitatis patet apertè: quia quando fit matrimonium pro muliere nulla dote promissa, quòd plerunque fit contractatio matrimonii sine dote d. l. quod si nulla, & maritus promittit dotarium, tertiariam, & donationem propter nuptias: tunc talis promissio non respicit dotem, quæ nulla est promissa, sed de perse ipsa valida est, & sic intelligitur d. l. Leonis. Sed vbi dos promittitur per mulierem & dotarium seu donatio propter nuptias per virum, tunc talis promissio respicit dotem: quia dos data donationem propter nuptias meretur, vt auth. dos data. C. de dona. propter nup. & promissio dotarii, & similiū respicit dotem. vndę cessante dote non solùm in toto, sed etiam in parte debet deficere solutio dotarii pro modo seu quantitate non solutæ dotis, arg. C. de pact. l. cum proponas. & l. stipulatione. ff. de iur. dot. Et melius in aucten. de æqualita. do. in prin. quæ sequitur. C. de pact. conuen. l. ex morte. & in auth. sed quę nihil, quæ incipit, æqualitas omnino Barth. de
9 Capua. ¶ † Intellige prædictam limitationem, nisi ipsa mulier, vel alius dotem pro ea promissam obtulerit, & vir, seu procurator eius noluerit recipere, tunc enim similis est soluenti, vt in aucten. vt exact. istan. dot. §. fi. vel nisi matrimonium durauerit tanto tempore, & maritus non fuerit protestatus dotem non solutam sibi, quòd non possit opponi exceptio non solutę dotis, seu non numeratę, tunc enim tempus ad omnia sufficit mulieri. Et lucratur donationem propter nuptias, dotarium, ac tertiariam, ac si dotem soluisset, in auct. de tempore non solu. dot. §. generaliter. quæ
10 sequitur aucten. quod locum. C. de dot. cau. † vel nisi dos fuisset promissa ad diem certam, & ante fuisset matrimonium solutum: tunc enim nihil posset imputari mulieri, cur ante diem non soluerit. Diei enim adiectio videtur in eius utilitatem apposita, argu. ff. de reg. iur. l. cum tempus. Nec obstat hoc capitulum, vbi dicitur, quòd mulier lucratur dotarium dote data, secus non data: quia debet intelligi vt supra dictum est, nec est promissa, aliàs mulieribus decipientibus

cipientibus iura opitularentur,vt ff.ad velleia l.2.nec enim
est decipiendus maritus vt haberet vxorem indotatam, vt
d.l.si donaturus.§.1.Vnde,licet matrimonium possit esse si
ne dote,si tamen mulier dotem promissam non soluit, po
test a viro expelli.C.ad velle.l.si. Nec tenetur eam alere d.
§.fi.de elig.secu.nub.quæ nota velut quotidiana. ¶ In tex.
11 ibi (tertiariam)† de materia tertiariæ non habetur specialis
mentio,nisi in isto c.& 10.colla.titulo de inuest.de re alie.
fact. in fin. vbi de quarta & tertia dicitur. Et nota hic poni
pro eodem dotarium & tertiariam. Et hoc similiter colligi
12 tur ex consti.Imperatoris Federici,si aliquis baro.† vbi dici
tur,quòd habens tria feuda potest vnum pro dotario con-
stituere,aliàs dicit,quòd si habet vnum feudum cum dimi-
dio,potest in dimidio dotarium constituere,vt in consti.li-
centiam, sic ergo si aduertas, semper euenit, quòd potest
vsque ad tertiam partem bonorum feuda pro dotario con.
stituere,vt in d.consti.licentiam, & propterea dotarium &
tertiaria idem est,& ideo quòd in hoc c.coniungitur simili
ter si habet vnum tantum feudum, potest in pecunia dota
rium constituere,vt d.consti.licentiam,in fin.& ibi vide.&
& istud etiam erit tertiaria.i. tertia pars valoris illius feudi,
prout ibi nota per D.And.de Iser.Et circa hanc materiam
dotarii vide per octo.q.per eundem in allegato c.fi. in titu.
13 de inuest.de re alie.fact.& ibi dicit,quòd licet † hodie in re
gno dotarium, siue tertiaria constituatur in feudo vxori,
quartam tamen non licet habere,vt ibi in §.e contrario.Et
vide etiam nota.in d consti.licentiam,vide etiam glo.in d.
14 consti.si quis baro.¶ † An mulier habens dotarium in vsu-
fructu feudorum possit representare rectorem in ecclesia
existente in ipso castro, vbi dominus castri habet ius patro
natus in ipsa ecclesia,& dic ꝙ sic. Item quòd ipsa domina
locabit excadentias,& non proprietarius,& prædicta loca
15 tio finitur finito dotario. † Et an mulier habens dotarium
plus habeat in dotario, quàm vsufructuarius, ad hæc vide
omnino And.de Iser.in constit. mulier dotarium, & quod
16 ibi nota.¶ In tex.ibi (viro præmortuo) nam † præmortua
vxore irrita est donatio.C.de dona.inter vir.& vxor.l.etiam
& l.marito & nota in constit.mulier, quæ dotarium. ¶ In
17 tex.ibi (habeat solummodo vsufru.) † Quid in quæstione
de facto.Pone,quòd in ciuitate est consuetudo,ꝙ quòd vi
ro mortuo mulier lucretur quartam integraliter moritur
vir vxore superstite, & filio ex eodem matrimonio.An lu-
crifaciat quartam quò ad proprietatem, & videtur quòd
non,vt hic est expressum,& C.de secund.nup.l.3.§.fi.a con
trario sensu. In contrarium videtur propter verbum inte-
graliter;nam illud dicitur esse integrum, quod est incolu-
me,vt C.de debi.ciui.l.2.lib.11.non mutilatum, vt eo.titu.
l.1.& tit.sequen.l.1.nec in aliquo deficiens.l. quamdiu,de
distract.pig.Ad idem de fund.patr.l. fundo.li.11.& de fru.
vrb.consta.l.1.& quando & quib.quar.par.l.2.§.ad filiorũ
lib.10.Item,quod est plenum,nihil adiici potest 6.q.1.c.si
omnia.C.de reputa.quæ fiunt in iud l.1.& si aduer.transl.l.
1.itaque si quod ex eius existentia detrahatur, non est inte
grum.C.de sen.passis.l.1.& de bon.vacan.l.2.libro .10.61.
distin.miramur.in prin.& 32.q.1.integritas, ad idem l.lo-
cus.in princ.ff.de verbo.significa.& C.de agric.& censi.l.3.
cum autem vsufructus sit pars rei l. qui vsufructum. ff. de
verbo.obliga.Nec dicitur quis rem tradere,qui eam detra-
cto vsufructu, aut solum usufructum sine proprietate tra-
dit,vt ibi, ne consuetudo superuacua videatur.ff.de cap.&
postlim.reuer.l. quint.in fin. Et in vanum occupare mem-
branas,19.distin.si Romanorum. quod esse non debet,im-
mo potius effectum debitum operari.ff. de lega. primo l.si
quando.cum concor.manifestum est etiam,quòd filio exi-
stente quò ad proprietatem,& vsufructũ debet lucrifacere
quartam: nam de iure communi filiis non extantibus lu-
cratur donationem propter nuptias quò ad omnia, vt d.l.
3.& 4. C. de secund.nup. ergo vigore dictæ consuetudinis
quò ad omnia etiam eis extantibus debet lucrari. Et hoc
verum,nisi secundo nubat,vt ibi subiungitur:nam aliàs vi
gore dictæ consuetudinis plura concurrerent specialia cir
ca idem,quod lex aborret l.1.C. de dot. promiss. in glo.&
5.distin. ad eius. in glo. vide quò ad hoc not. extra de præ
ben.capi.licet & nota.bene prædicta.

Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

MVLIER Dotarium. Istud est famosum c.
& habet materiam quotidianam, & dotarium
& tertiaria pro eodem ponitur, vt probatur
in princ.huius c. & declarat hic Seb.de Nea
18 poli.† Et de dotario constituto in terra feuda
li loquitur constitu.regni,mulier,quæ dotarium,sed de do
tario constituto in pecunia,quę dicitur tertiaria eius,quod
19 recipit in dotem,loquitur istud c.† pro qua tertiaria obliga
tur bona feudalia, & non requiritur regius assensus, vt in
const.regni,licentiã, & ibi vide & intellige vt ibi per doct.
ADDITIO noua. Et dicit Matth.de Affli.in d.con
sti.licentiam.in fi.quòd quando dotarium est constitutum
in pecunia, assensus regius intelligitur esse præstitus vigo
re illius consti.Sed hodie in regno per Carolum Quintum
de Austria Imperatorem, & Regem Regni est concessum
mulieribus,& ciuibus Neapolitanis,in quo capitulo præsta
tur assensus in obligationibus feudalium pro dotibus, &
constitutione ac restitutione antefati,quod capitulum inci
pit.Item supplicano,& est nu. 14. & fuit concessum in an
no 1539.de quo etiam facit mentionem Thom. Gramma.
decisio.103. numero 110. & 178. & habet locum etiam in
vsufructu & interesse dotis & antefati,vt per Thom. Gram
ma. vbi supra nume. 123. cum sequen. & tale capitulum
concessum Neapolitanis non extenditur ad contractus ini
tos extra Neapolim,ex quo loquitur de contractibus initis
in ciuitate Neapolis, vt dicit Thom. vbi supra nume. 177.
nec extenditur ad exteros,vt ibidem nume.81.nec extendi
20 tur extra regnum,vt ibi latius per eum. † Et per istud capi.
vxor mortuo viro habebit dotem & tertiariam,nisi aliud ex
pacto actum sit, etiam quòd nullam dotem promisit viro,
vt dicit Matth.de Afflic.d.constit.mulier, quæ dotarium.in
princ. Et est sciendum, quòd in regno circa materiam hu
21 ius dotarii viuitur diuerso iure.† Quia secundum consue
tudines & iura regni quarta, quæ ab vxore petitur vocatur
dotarium,vt in isto ca.& in d.const.mulier,quæ do tarium
cum similibus.Ab illis verò,qui viuunt iure Romano, vo
catur donatio propter nuptias,vt Insti.de dona.§.est autem
aliud.& toto titulo. C. de dona. ante nup. & propter nup.
Vocatur etiam tertiaria ab his,qui viuunt iure francorum.
Ab illis verò,qui iure longobardo vtuntur, vocatur quar
ta, alias dicitur morgin caput, in longo. de his quæ a viro
in vxor.dantur l.1.§.fin.& glo.in c.1.in fine de inuesti.de re
alie.facta. ita prædicta declarat Lucas de Pen.in l.1.col.1.
& fin.C.quando & quibus quar.par.debe.lib.10.
ADDITIO noua. Et Bald. in aucten. dos data.in
prin.C.de dona.ante nup.Alio etiam modo vocatur spon
salitia largitas,impropriè tamen: quia propriè sponsalitia
largitas est,quæ fit a sponso sponsæ, vt in aut.& decursum
est,vbi glo.prima,in verbo sponsalitia.C.de donatio. ante
nup.& Ioan.Fab.in §.est autem aliud.in fi.Insti.de dona.Et
de ista quarta de iure communi non fit mentio, nisi in d.c.
22 1.in fi.de inuesti.de re alie. fa. † Et est etiam alia quarta de
iure communi,quæ debetur vxori secundùm dispositione
aut.præterea.C. vnde vir & vxor, vbi uide per glo.& doct.
& per glo.in d.ca.1.in fin.de inuesti.de re alie.fa. & de ista
quarta quomodo & quando debeatur, vide latè in d.auth.
præterea.& in corpore unde sumitur,& Cor. consi.4.in 4.
vol. Debetur etiam in alio casu quarta vxori, quando vir
accepit vxorem sine dote,& ipsam sine causa de domo ex
pellit:quia debet habere quartam in bonis mariti,vt in au
cten.de nup.§.sic itaque.& in aucten.quib. mod. natu.effi.
legi.§.quoniam autem interpellationibus,& l. fi.§.1.C.de
repud.& docto.in dictis locis,& de istis duabus quartis vi
de Seb.de Neap.in consue.quartam.in verbo constitutam,
in rub.

23 in rub.de iure quartæ.¶ † Quinimmo quando maritus ex-
pellit vxorem, & sic vxor seorsum habitat, potest petere si-
bi subministrari expensas, vt dicit glo.in c.significasti.extra
de diuor.& Bald.in l.1.C.de leg.& in l. quod in vxorem.C.
de nego.gest.& Socin.in l.2.colum.5.ff.solu.matri.Et intel-
lige, quòd potest petere alimenta futura, non autem præte-
rita: quia cum alimenta debeantur officio iudicis, vt per
Alex.& alios in l.1.colum.5.ff.solu.matrimo.ad illa alimen
ta, quæ non fuerunt petita, non tenetur, per tex.in l.cum po
stulassem.ff.de dam.infect.quem allegat pro sing. Ias.insti.
de actio.in prin.colum. 11. secus si ex dispositione testato-
ris deberentur: quia præterita peti possent l.libertis quos.§.
24 1.ff.de alim.leg.¶ † Et quoniam plures sunt quartæ, de qui-
bus vide plenè per Cyn.in l.filium quem habentem. C.fa-
25 mi.ercis.¶ † Quæro, quę sit differentia inter quartam, dona
tionem propter nuptias, dotarium, morgincap. tertiariam
& antefatum, vide latè Seb.de Neap.in rubr.consue.Neap.
in titulo, de iure quartæ, vbi late. ADDITIO noua.Et
ibi dicit, quòd est differentia inter donationem propter nu
ptias & quartam in quantitate: quia quantitas donationis
propter nuptias non debet excedere dotem.C.de pact.con
uen.aucten.æqualitas, tex. iuncta glo. in l. cum mulier.§.si
igitur.& ibi gloss.in verbo non excedant. C. de dona. ante
nup.quam ibi sequuntur docto. & glo. 1.§.est autem aliud
genus.in verbo dotes. Insti. de dona. & ibi Aret. in vltimo
nota.& Christopho.Por.colum.2.Tamen quarta potest ex-
cedere dotem: quia ista quarta est introducta de consuetu-
dine, & debetur quarta bonorum, quæ vir mortuus tempo
re mortis suæ possidebat deducto ære alieno, vt in consue.
Neapo. quæ incipit quartam. in titulo de iure quartæ, nisi
aliud esset de consuetudine in aliis locis, vt minus debea-
tur. Item differt talis quarta a dotario, quod constituitur
a baronibus ratione bonorum feudalium: quia illud a prin
cipio debet esse certum, & non minuitur, nec augetur ex
bonis postea quæsitis, vel amissis, vt in constit. regni licen-
tiam.quod secus est in quarta, vt per Seb.in d.rub.Item dif-
fert quarta a morgica, idest quarta de iure lõgobardo: quia
licet illa sit quarta, & capiatur post mortem viri, sicut ista.
Tamen illa acquiritur mulieri etiam viro viuente, & sic nõ
decrescit, vt notat Caro.in longo.de his quæ iure in vxorẽ
dantur l.1.sed ista decrescit & augetur: quia debetur de bo
nis, quæ reperiuntur tempore mortis viri, vt per Seba.in d.
rubr.& de ista morgincap. facit etiam mentionem Bald. in
authẽ.dos data.C.de dona.ante nup.in l.lectu. Item differt
hæc quarta a tertia de iure longobardo, quo statuitur, ꝙ si
longobardus habet ex prima vxore filium, & vult relin-
quere secundæ vxori aliquid vltra morgincap. capiendam
non potest, nisi vsque ad tertiam quò ad vsufructum, vt eo.
tit.l.fin.& de inuesti.de re alie.fa.in fi.in glo.quæ incipit, de
hac tertia, secus est de ista quarta: quia potest relinquere
vxori etiam vltra quartam. Item ista quarta differt ab ante-
fato: quia illud est certum, & non decrescit, secus in ista
quarta, vt dictum est. Item differt ab antiferna, quæ semper
constituitur post dotem ab anti, quod est contra, & ferna,
quod est dos, quasi contra dotem, quarta autem potest con
stitui a principio ante dotem. Item differt ista quarta ab
aliis duabus quartis de iure communi, quia loquuntur in
aliis casibus, vt prædicta omnia latius ponit Seb. in d.rubr.
de iure quartæ, & ad prædicta vide etiam Matth. de Afflic.
in ca.1.§.donare.versi.& scias.in tit.quali. olim feu.po.alie.
26 ¶ † Sed quæro, an quarta, dotarium, seu tertiaria debeat con
stitui a marito vxori ac hoc, vt peti possit, tex.in isto ca.no-
stro in verbo constitutam, probat, quòd debet cõstitui, aliàs
si non fuerit constituta, non debetur, vt tenet etiam gloss.
magna in princ.in constit.regni, mulier quæ dotarium, &
Seb.de Neap.in consue.Neap.quæ incipit, quartam in ver-
bo constitutam, in rub.de iure quartæ, & Luc.de Pen.in l.
1.col.1.in fi.C.quando & quib.quar.pars deb.lib.10.

ADDITIO noua.Et est glo.communiter approbata
in auth.dos data.C.de dona.inter virum & vxor. & Matth.
de Afflic.in constitu. regni licentiam, in quinta quæstione.
Et istam opi.quòd quarta non debetur, nec præsumitur cõ
stituta, nisi probetur verè constitutam fuisse, tenet Andr.de
Iser.colum.2.& Matth.de Affl.in c.1.§.donare, colum.11.
quali.olim feu.pote.alien.& Ange. in auth.de æquali.do.§.
aliud quoque.colum.2.versi.quæro vxor, cum sequen.vbi
dicit, quòd imputet sibi mulier, si constante matrimonio
non petiit sibi quartam, seu donationem propter nuptias
cõstitui, & dictam opi.tenuit Abb.in c.sicut donatio, de do
na.inter virum & vxo.& Thom.Gram.decis.97.colum.2.
cum multis concor. ibi, & ista opin. est magis communis
& approbata de consuetudine, & pluries ita obtinuit.
27 ¶ † Et ex hoc infertur, quòd illud, quod dicit Carolus in
longo.in l.fi.in titulo de his quæ sine voluntate mundual-
di ad maritum ambulant, non est verum, vbi dicit, quòd si
sponsalia fuerunt celebrata coram iudice, & vxor longo
tempore cum viro morata sit, præsumitur constituta: quia
omnia præsumuntur solemniter acta, & id præsumendum
est, quod sæpius contingit l.ea quæ ff.de regu. iur. vt ibi la-
tius per eum, nam eius opi.non probatur iure, immo regu
la est in contrarium, quòd quarta debet esse constituta, vt
dictum est, & cum sit solemniter extrinseca, non præsumi
tur, nisi probetur l.sciendum, & ibi doct.ff.de verbo.obli.&
constitutio quartæ est facti, & omnes contractus sunt facti,
& non iuris l.cõsilio.§ fi.ff.de cura.furio. & facta cum sint
extrinseca, non præsumuntur, nisi probentur l.in bello.§.fa
ctæ.ff.de capti.& postlimi.reuer.ergo talis constitutio quar
tę non præsumitur, nisi probetur, & consequenter non de-
betur, nisi probetur constituta, vt dictum est. Et hoc nisi cõ
suetudo aliter se habeat. ADDITIO noua. Et ex præ-
dictis etiam apparet, quòd non bene dixerunt Saly. Bald.
Iaco.de Aret.& Ray.in d.auth.dos data, vbi dicunt, quòd
quarta, seu donatio propter nuptias ipso iure censetur con
stituta, & repeti potest soluto matrimonio: quia communis
opin.est in contrarium, vt dictum est. Aduerte ad vnum, ꝙ
si mulier soluit dotem, & non fuit sibi constituta donatio
propter nuptias, potest agere condictione ex illa lege auth.
dos data, vt constituatur donatio propter nuptias, vt dicit
Ang.in d.§.aliud quoque.in aucten.de æqual.do.col.2.alle
28 gat glo.in d.aucten.dos data.¶ † Qualiter autem constitu-
tio quartæ possit probari, an solum per scripturam, an etiã
per testes, & de iure longobardo videtur requiri scriptu-
ra: vt per Carolum in long.in l. 1. de his quæ a viro in mu-
lierem dantur, & in l.fi.de his quæ sine volunta. mundual.
sed de iure communi non est de casibus, in quibus requiri
tur scriptura, de quibus per glo.in c.1. in verbo in scriptis,
extra de censi.in 6. & regulariter parem vim obtinẽt testes
& scriptura l.in exercendis.C.de fid.instru.& videtur velle
Seb.de Neap.in consu.Neapo.quæ incipit quartam, de iure
quartæ.in glo.in verbo sed ubi habet liberos, col.2. uersic.
Item quid si testator, ubi uidetur posse probari aliter, q̃ p
scripturam, ut ibi.& And.de Iser.cap.1. §.donare, col.fina.
uersi.item quia tantum, quali.olim feu.po.alie.

ADDITIO noua.Quid si maritus confitetur consti
tuisse dotarium mulieri absenti, & de constitutione aliud
non apparet, an talis confessio sufficiat, ut possit petere
dotarium, istam quæstionem format Matth.de Afflict.in d.
consti.licentiam.col.2.in octaua quæstione, & nõ decidit,
sed allegat And.de Iser.in c.1.§.donare.col. fi.ubi tenet, ꝙ
talis confessio sufficiat quò ad præiudicium mariti & eius
hæredis, sed tertio, puta creditori, non præiudicaret, quia
tunc deberet probari dos data, nisi essent lapsa tempora,
ut in aut.sed iam necesse.C.de dona.ante nup.& de bono.
29 proscri.l.siquis post hanc.¶ † Quid autem si quarta non est
constituta, sed promissa constitui per legitimam stipula-
tionem, an debeatur. Sebastianus de Neapo.in d.consuetu.
Neapo.quæ incipit.quartam, de iure quartæ, in glo.in uer-
bo constitutam, tenet ꝙ sic per rationes ibi allegatas, pro
ista opin.adducitur, quia circuitus est euitãdus.l.cum fun-
fundus.§.seruum tuum imprudens, & quæ ibi dicit Alex.
in primo nota.& ibi Ias.ff. si cert. peta. & Ias.in l.1.§.fina.
ff.de uerbo.obliga. ADDITIO noua. Pro ista opin.
bene

bene faciunt,quæ dicit Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de obliga.& solu.super rub.col.1. ubi dicit,ꝙ ille,qui promisit se obligaturum ad decem,potest statim ad decem conueniri absq; alia obligatione causa euitandi circuitum, & & tenent cōiter doct. in d.§.seruum tuum imprudens, & licet Decius ibi uideatur impugnare opi.Io.And.& multi alii Moder. relati per Tho.Gram.decisio.103.nu.187.cum seq.tamen opi.Io.And. sequitur et Ias. in l. dominus testā. ff.de condi.inde.Io.Anto.Alexā.consi.29. uiso contractu. col.2.qui tenet opi.Ioan.And. & respondet ad cōtraria,& dicit,ꝙ opi.Ioan. And cōiter tenetur, & eam etiam sequi videtur Tho.Gram.d.decis.103.nu. 191. & secundum istā opi.fuit iudicatum in Sacro Consilio,vt patet in fi. d.decisionis.& istam opin .tenuit Matth.de Afflict. decisio. 61.in primo dubio. Vbi tenet, ꝙ promissio constituendi dotem habet eundem effectum, ac si esset constituta, & multa ibi allegat, & ita fuit in Sacro Consilio iudicatum, vt ibi per eum.Et quòd promissio constituendi quartam habeat eundem effectum,ac si esset constituta,tenuit Matth.de Afflic. d.consti. licentiam. in decima quæstione, & ita etiam fuit aliàs iudicatum per Sacrum Regium Consiliū in promissione constituendi antefatum;quia habetur acsi fuisset constitutum,vt tenet Tho.Gram.d. decisione 103.in fi.vbi fuit conuentus condemnatus ad antefatum & ad interesse, vt ibi per eum,& ista sunt notanda: quia ista quæstio multoties contingit,quando solum sunt facta capitula matrimo-
30 nialia. ¶ † Quæro, quando constituitur quarta a viro vxori,an aliqua solemnitas requiratur.Dicas,quòd de iure lōgobardo requiritur certa solemnitas: nam contractis nuptiis sequēti die maritus ante parentes & amicos dēt ostendere per scripturam testibus roboratam, qualiter dat & cōstituit vxori suæ morgincap. seu quartam. vt in l. 1. de his quæ a viro in mulierem dantur,de iure verò communi talis solemnitas non requiritur, sed sufficit quartam consti-
31 tuere vxori, vt dicitur in tex.nostro, & supra dixi. ¶ † Sed quæro,si constituitur quarta vxori die nuptiarum, an possit ei dari & tradi post matrimonium consumatum. Dic ꝙ sic:quia non videtur de nouo constitui, sed facta confirmari, & ideo valet l.si donatæ.§.fin.ff.de dona.inter virum & vxorem.& ff.de oper.no.nuncia.l.1.§.siquis ędificium,be-
32 ne faciunt quæ dicentur in seq. quæstione. ¶ † Sed quid si die votorum,seu nuptiarum maritus non dedit, nec promisit quartam,an in tempore matrimonii possit eam dare & constituere.Carolus in longo. in l. nulli.in titulo de his quæ a viro in muli.dant.tenet quòd sic,pro quo facit l.si cōstante,& l.fi. C de dona.ante nup. ADDITIO noua. Et tenet And.de Iser.in c.1.§.donare.colum.3. quali. olim feu.po.alie.& §.est autem aliud. Inst.de dona.& vide Matt. de Afflic.in consti.regni licetiam, in sexta quæstione,cum
33 ibi allegatis ibi per Andr. de Isern. ¶ † Sed nunquid possit quarta in testamento cōstitui. Carolus in lōgobarda in d.l. nulli,tenet quòd non de iure longobar.sed Sebastianus de Neap.in consue.Neapo.quæ incipit,quartam,in rub.de iure quartæ,in glo.in verbo sed vbi habet liberos,dicit,quòd si testator legat vxori suæ quartam, quam constituit,si non apparet constituta,valet vt legatum,nisi iurasset fuisse constitutam:quia tunc poterit petere vt constitutam,& pro saluanda vtraque opi.potest dici,quòd quarta potest legari in testamento, non autem simpliciter constitui, & ita procedat dictum Caroli supra relatum, & vide ad prædicta Andre.de Iser.in titu.qualiter olim feu. po. alie.§.donare,vbi videtur velle esse differentiam cum feudalibus, & Seba.de Neap.in d.consu.quartam,in verbo constitutam,vbi tenet, quòd potest constitui inter viuos & in testamento.

ADDITIO noua. Matth.in d.consti.licentiam.tangit istam quæstionem,colum.2.in 7. quæstione,& se remitti ad dicta per And.in d.§.donare, & ibi latius ipse Matth. & And. ibi tangit istam quæstionem colum. 2. versus fi. & col.4.versi.quid ergo,& dicit ꝙ si in testamentn dixit,constituo,intelligitur inter viuos,& valet, si dixit lego,non va-
34 let vt constitutum,sed vt legatum.¶ † Sed pone, ꝙ tempore contractus matrimonij fuit constituta quarta per maritum vxori,an postea maritus in testamento possit dicere, vt debeatur quarta vxori,si non transiuerit ad secunda vota. Vide Bal.& Saly.in aucten.quod locum.in princ.C.si secund.nup.muli.vbi tenent ꝙ non:quia illa quarta debetur uirtute contractus & constitutionis, non autem virtute vl-
35 timæ voluntatis,vt ibi per eos.¶ † An autem ista quarta debeatur vxori solùm præmoriente viro,an etiam si ipsa vxor fuerit præmortua.Dic,ꝙ debetur viro præmoriente, non autem ea primò decedente l.ex morte.in princ. C. de pact. conuen.& in aucten.vt exa.instan.dot.§.fi.& l.vbi. C.de iu-
36 re dotium,& tex.in isto c.nostro,& Seb.hic.¶ † Pone vxori fuit constituta. quarta lucranda per mortem viri, maritus fuit occisus,non autē fuit mortuus morte naturali,an vxor possit petere quartam.Matth.de Affli.in consti.mulier quæ dotarium,col.4 in 7.dubitatione tenet,ꝙ sic,quia illa occisio inducit mortem l.proinde.ff.ad leg.aqui.& Insti.ad leg. Aquil.§.prętoriæ,& est bonus tex.in l.si tibi. C.de dona.ante nup.Sed tamen si maritus fuit mortiferè vulneratus, donec non fuerit mortuus,quarta non debetur, vt ibi per eū.

ADDITIO noua. ¶ Intellige & limita prędicta,nisi mulier occidisset,vel occidi fecisset virum: quia tunc nō lucratur quartam l.si ab hostibus.§.fi.& ibi Ang. & docto. ff.solu. matrimo. Sicut e contra maritus occidens vxorem non lucratur dotem,vt ibi per docto. quia tamquam,indignus priuatur l.hęreditas.C.de his quib.vt indig.Immo maritus non vindicans mortem vxoris priuatur lucro dotis tamquam indignus.Ang.in l.si sequens.§.fin.ff.ad Sille.Immo plus dicit Ang.in d.l.si ab hostib.§.fin. quòd paria sunt occidere,& ægrotam non curare,vt ibi per eum,de quo et vide Alex.consi.136.7.volu.vbi ponit de illis, qui non adhibuerunt medicum infirmo, an priuentur hæreditate, & vide Hippo.consi.93.Corn.consi.123.col.2.primo vol.vbi dicit,ꝙ debet probari, ꝙ medicum non adhibuit. Illud autem quod dictum est, ꝙ mulier per mortem viri lucratur quartam. ¶ Limita secundò,nisi mulier commisisset adulterium; quia tunc perderet talem quartam,seu donationē propter nuptias ca.plerumque & ibi glo.extra de dona.inter virum & vxo. quia propter adulterium mulier etiam amittit dotem vt ibi, & Ang.in d.l.si sequens.§.fi. ff.ad Sille.& tenet Io.Bolognettus in rub.C.de eden. nu. 22. & est communis opi.vt ibi,quicquid dixerit Cor. ibi. vt ibi dicit præfatus doctor. Idem esset etiam si esset vidua & commisit stuprum.Bald.& Pau.de Cast.in l.sororem. de his quib. vt indig.Pau.de Cast.consi. 147.reuocatur 2.vol Hipp.consi.13.primo volu. & in l.vnica,num.49.C.de rap.virg.licet Alex.in d.l.sororem.teneat contrarium; & eius opi.sit magis ęqua,vt dicit Decius in c.pastoralis.col.pen. extra de iudi.tamen prima opi.contra Alex.magis communiter tenetur,& eam tenet Ias.in l.2.col.2.in fi. cum sequen. ff.solu. matri.versi.amplia,& Silua nuptias libro 2.col.148.versi.limita semper,in paruo vol.cum multis concord. ibi,& dos tali casu applicatur hæredibus mariti. Immo tali casu si vidua repetit dotem, repellitur exceptione propter stuprū commissum,vt dicit Pau.de Cast.d.consi.147. & Hip.in d.l.vnica.col.12.cum concor.nu.48.cum seq.C.de rap.virg. ¶ Et illud quod dictum est,quod mulier propter adulteriū amittit dotem & quartam. Intellige procedere, quando maritus viuens improbasset mores mulieris, vt quia expulit vxorem,vel de eā fuit conquestus,licet non accusauerit, vel si fuit inter eos factum diuortium, vel eam accusasset de adulterio.Secus esset, si maritus sciens post adulterium approbasset mores mulieris, vel esset dubium, vel in bona gratia eā tenuisset: quia tunc uidetur iniuriam remisisse vxori, & hæredes mariti non possent opponere,ꝙ dotem, vel donationem propter nuptias perdiderit,vt tenet Bal.& Saly.in l.libertatem.C.de adul.Ale.in l.rei iudicatę.in prin. versi.limita tamen.ff. solu. matri. de quo etiam vide Alex. consi.189.in causa & lite.6.vol.& ibi etiam dicit, ꝙ secundum communem opi. non esset necesse, vt maritus accusset mulierem de adulterio:vt amittat dotem, vt ibi latè per eum,

eum, & ibi etiã ponit, quomodo probetur adulterium. ad prædicta vide etiam Firman. in repertor. in verbo adulter. versi. 38. adultera perdit, & Pau. de Ca. consi. 402. hæc mulier. 1. volu. Et prædicta intellige, nisi maritus violasset legem matrimonii tenendo concubinas, & sic adulterium committendo; quia tali casu mulier non perderet dotem, nec donationem propter nuptias: quia paria delicta mutua compensatione tolluntur capi. significasti. extra de diuor. & tenet Pau. de Cast. d. consilio 402. primo volu. & Io. Bolognetus modernus doctor in rubr. C. de eden. nume. 23. & Faciunt, quæ dicit Bartho. Brix. quæstione dominica li. 34. coniuga. & Aug. Ari. in addi. in trac. malefi. in verbo, che hai adulterata la mia donna, colum. 7. in addi. quæ incipit, tu autem in hac materia. Secundò prædicta intellige, vt sup. dictum est, nisi maritus ipsam adulteram scienter detinuisset, & carnaliter cognouisset, vel si maritus in vita non fuisset conquestus; quia nec eius hæres conqueri poterit; quia tales odiosæ querelæ nõ transmittuntur ad hæredes, nisi sine motæ per testatorem, vt latius per Pau. de Ca. vbi supra, & Aug. Ari. vbi supra. Aduerte tamẽ: quia si marito non posset negligentia imputari, vt quia statim mors successit, tunc hæredes possunt talem exceptionem opponere. Saly. & Bal. in d. l. libertatem. C. de adul. & Alex. vbi sup. & vide Alex. consi. 186. 6. volu. Tertiò prædicta intellige, nisi maritus induxisset vxorem ad committendum adulterium per ea, quæ dicit Barth. Brix. in quæstione dominicali. 32. cum quidam. quæ sequuntur Io. And. & Præp. in c. discretionem. col. 1. extra de eo qui cogno. consang. vxo. sue. Quartò intellige, nisi illa mulier per vim fuisset cognita: quia tunc non imputatur mulieri. Immo inuiolatæ æstimationis dicitur esse. l. fœdissimam. C. de adult. facit text. in l. 1. §. remouetur. ff. de postu. & l. si vxor. §. siquis. lo ij. ff. de adul. bene faciunt, quæ dicit Bartho. Brix. in quæstione dominicali. 33. mandauit. cum ibi allegatis. Et ad materiam, an & in quibus casibus vir propter adulterium vxoris lucretur dotem, vel non. Et an singularis successor, vel hæres extraneus mariti lucretur dotem, & posit opponere vxori adulterium de omnibus. Vide Bald. consi. 221. nam quandoque. 2. vol. & consi. 101. 3. volu. & consi. 302. 3. vol. & consi. 310. 1. vol. ¶ Et aduerte ad vnum, quòd ad probandum, ꝙ mulier inhoneste viuat, sufficiunt testes singulares, dummodo consonent in genere. Bald. consi. 95. quia dicta domina. 4. vol. Silua nuptia. lib. 2. col. 150. versi. & ad probandum, paruo. vol. ¶ An autem adulterium filię noceat patri, si fuit stipulatus sibi reddi dotem. Vide Alex. in l. 2. §. quod si in patris, col. 1. ff. solu. matr. & Ioan. Anto. Alex. consi. 25. col. fin. vbi tenet, quòd non nocet patri, & Hosti. in sum. de adul. §. quot modis. colum. 2. ¶ Nunquid autem sicut mulier propter adulterium perdit dotẽ & donationem propter nuptias, seu quartam, eodẽ modo perdat propter osculum luxuriosum, vel tactum mamillarũ. Bal. in c. tuæ. de procu. tenet ꝙ sic, & Silua. nupt. lib. 2. col. 150. versi. perdet etiam, secundùm paruam impressionẽ, nu. 45. cum seq. & Deci. in c. pastoralis. col. pen. circa fi. de iudi. Et ibi etiam ponit, an tali casu amittat bona parafrenalia. Et prædicta limitat & intelligit Decius procedere, quando ex talibus probaretur adulterium, alias si constaret, non fuisse sequutum adulterium, non amitteret dotẽ, nec quartam, vt declarat Decius in rubr. C. de eden. col. j. & in l. si fugitiui. col. 3. C. de ser. fug. Sed Ioan. Bolognetus modernus doctor in d. rubr. C. de eden. nume. 22. dicit dictum Decii procedere, quando osculum, seu tactus mamillarum fuisset in aliquo loco patulo, in quo non potuisset committi adulterium, puta in ecclesia, vel in via, vel aliquo loco patulo: quia tunc appareret, non fuisse commissum adulterium, & non perderet dotem, seu quartam, secus si in aliquo loco secreto, vel abscondito fecisset se osculari, seu mamillas tangere, vel in aliqua camera clausa: quia tunc præsumitur animus ad committendũ adulterium, licet non fuisset sequutum, tamen amittit dotem, seu quartam, ut ibi latius per eũ. Et prædicta possunt confirmari: quia licet agatur de perdenda dote, seu quartã, non tamen tractatur de criminaliter puniendo, vt dicit Augu. Ari. in addi. in trac. malefi. in uerbo che hai adulterata la mia donna, colum. 7. in illa quæstione, quæ incipit, quid si per maritum, & quæ ibi dicit Ang. & Aug. in addi. col. 11. in illa quæstione, visis capitulis, cum addit. ibi posita, vbi ponunt, qualiter probetur adulterium, & quomodo puniatur, vide ibi per eos, & vide Alex. consil. 77. col. 1. in 7. vol. vbi dicit, quòd tantum est dicere, talis iacuit cum tali muliere, quantum est dicere, adulterauit eam, allegat gl. in l. Caij Cassii in prima gl. ff. de fideic. li. & ibi Alex. dicit, ꝙ legatum factum mulieri donec honestè & castè vixerit, si habuit animum corruptum & intrare fecit aliquem in eius domo, licet non sit commissum adulterium, priuatur legato, ut ibi latius per eũ. Et dicit Ang. in auth. quo opor. epi. §. hoc Deo. quòd si extraneus reliquit mulieri, si honestè & castè uixerit, quòd si transeat ad tertia vota, venit priuanda legato: quia tertia vota contrahere est contrarium honestati, & sequitur Andr. Barba. in c. testimonium, col. pen. extra de testi. ¶ Quæro, mulier debet lugere virũ mortuum olim infra decem menses, hodie verò sunt additi alii duo menses, & sic est annus. l. 2. & ibi notatur. C. de secund. nup. Et istud etiam procedit in nupta per verba de præsenti, secus in sponsa non per verba de præsenti, vt dicit glo. in l. vxores. ff. de his qui not. infa. Et talis luctus non consistit in habitu, sed in pudicitia, & festinantia nubendi. l. decreto, & ibi Bald. C. ex quib. cau. infa. irroga. Bal. consi. 478. in quæst. in fine. 5. volu. Quero modò, nunquid mulier transiens ad secunda uota infra tempora luctus amittat quartam, seu tertiariam? Et dicendum videtur ꝙ sic d. l. 1. & 2. quia nimia festinantia mulieris ad contrahẽdum secundum matrimonium punitur. d. l. decreto, & hoc procedit non obstante dicto Apostoli, mortuo viro nubat in domino; quia intelligitur nubat in domino, scilicet legitimè, & istam opi. tenet glo. in d. l. decreto. & Iaco. de Rauen. quia pœnę quæ imponuntur transeuntibus ad secunda vota infra tempora luctus, non imponuntur propter matrimonium: quia illud valet, sed imponuntur propter nimiam festinantiam, quæ dehonestat tales nuptias, & multoties generat sinistras suspitiones inter secundum maritum & ipsam mulierem, redditur etiam suspecta de fornicatione, quòd prius deliquerit, & fuerit per adulteriũ polluta: vt in auth. de resti. & ea quę pari. §. verum, & isto respectu tales pœnæ dicuntur imponi ob correctionem morum, vt per glo. & Bald. in d. l. decreto, sunt etiam alię rationes, scilicet ratio reuerentiæ & honestatis, & ratio perturbationis sanguinis, vt per Bald. ibi & l. liberorum. ff. de his qui nota. infa. & facit gl. in d. l. vxores. ff. de his qui nota. infa. Et in tantum vertitur ratio honestatis, ut dicit Ioan. And. in cap. pen. extra de secund. nup. referendo Hieronymum contra Iouinianum, quòd vxor Alexandri nutricem suam occidit, quæ sibi suadebat secundas nuptias; quia honestatem dehonestare uidebatur, ut dicit glos. in d. cap. penult. & anima defuncti contristatur per transitum uxoris ad secundas nuptias. §. nos igitur uolentes. in authen. de nup. Contrariam opin. tenuit glos. fina. in d. l. 1. C. de secund. nup. & Barto. in d. l. decreto. Saly. in d. l. 2. colum. fi. C. de secund. nup. Inno Abb. & alii in d. c. pen. & fi. extra de secund. nup. Abb. col. 6. uersi. quintus casus, & ibi Fely. in c. Ecclesia S. Mariæ. colum. 21. uersi. secunda declaratio, extra de constitu. Petr. de Ancha. consilio 101. ex prędicto. in prin. tales enim pœnę nubentis infra annum luctus hodie sunt sublatæ, ut per præallegatos doctores, & Cor. in l. fideicommissum. C. de fideicomm. & Silua. nuptia. in 2. libro, numero 46. cum concord. in dictis locis, ista opin. fundatur per dictum Apostoli, qui dicit, mortuo uiro mulier nubat in domino, ut primo ad Corinthios capi. 7. & 7. quęst. 1. c. sicut. 2. q. 3. cap. Euphemium. §. hinc colligitur, & d. cap. penul. & fi. de secund. nup. Et dictum Apostoli loquitur indistinctè non apponendo tempus, ergo licitum est omni tempore secundum matrimo-

nium contrahere, vt per glo. & doct. in d. cap. pen. & fina. Pro ista parte etiam facit: quia illico post mortem mariti soluitur mulier a lege mariti, vnde in alio seculo non recognoscunt se pro coniugibus, ut dicit Abb. in d. c. pen. & ista est vera & communis conclusio, quòd mulier transiens ad secunda vota infra tempora luctus non amittit quartam, seu tertiariam; quia hodie sunt sublatæ pęnę inductæ contra secundò nubentes, vt dictum est; & tenet Silua nuptial. libro 2. nume. 47. & ibi numero 45. cum sequen. ponit multas pœnas, quas patitur secundò nubens infra tempora luctus, de quibus etiam in d. l. 1. & 2. C. de secun. nupt. Et tenendo communem opin. ad leges in cōtrarium allegatas responde, vt per Ioan. And. Abb. & alios in d. c. fi. de secun. nup. & Saly. in d. l. 2. C. de secun. nup. quòd illæ leges sunt correctæ per canones, & per dictum Apostoli, & indirectè essent contra libertatem matrimonii; quia metu pœnę retraherent se a secundis nuptiis, & daretur materia delinquendi & fornicandi, vt ibi latius per eos, qui ad omnia contraria respondent, vt ibi videre poteris, & suspicio præcedentis fornicationis necessariò non concludit: quia potest haberi ad esse & non esse, vt ibi per eos. ¶Supradictam tamen conclusionem limita non procedere, quando infra breue tempus secundò nuberet, ita quòd induceretur confusio sanguinis, & incertitudo prolis, puta si ĩ. tres menses a morte mariti secundò nuberet, prout consuluerunt Ray. de Forli. & Pau. de Leaza. quos refert & sequitur Bald. in d. l. decreto. C. ex quibus cau. infa. irroga. & in d. l. liberorum, & hanc limitationem sequitur etiam Silua. nup. lib. secundo. nume. 47. cum concor. ibi, & istam partem veriorem putat Pau. de Ca. in d. l. decreto. Sed contra dictam limitationem tenuit Ioan. Antiquus doctor & Io. And. in d. c. fi. col. fi. circa fi. ver. in glo. quam alicui. de secun. nup. vbi tenet, ꝙ tales penę inductę contra nubentes infra tempora luctus, non habent locum siue in eis timeatur turbatio sanguinis, siue non, & clarius ibi hoc tenet Abb. colum. fi & Abb. col. 6. versi. quintus casus, & ibi Fely. in d. c. Ecclesia S. Mariæ. col. 21. ver. secunda declaratio, vbi dicit, tutius esse tenere opin. Abb. quia licet dicta limitatio secundùm eum sit honesta, non tamen dictum Apostoli patitur illam restrictionem: quia promissio est generalis & libera, unde si licitè a principio nupsit, non debet deludi legis auctoritate: quia quod fit lege permittente, pœnam non meretur. l. Gracchus. ff. de adul. cap. qui putat. 23. q. 4. aliàs si secus diceretur, tolleretur libera facultas cōtrahendi matrimonium; quia metu pœnę mulieres retraherentur, vt per Abb. & alios in d. cap. fi. Ad cuius tandum tamē opi. cautius faciet mulier, si se abstineat per tres menses a secundis nuptiis, & licet dicta limitatio videatur honesta, tamen propter auctoritatem Ioan. Andr. Abb. Fely. & sequacium non esset tutum ab eorum opin. recedere, maximè quia in pœnalibus benignior pars amplecti debet. l. si de interpretatione. ff. de pœni. & istam opi. Ioan. And. & aliorum tenuit etiam Ant. de Pratoueteri in suo consilio posito inter consilia Alex. consi. 131. verè crudelis, in prin. 4. vol. Si tamen dictam limitationem Pau. de Leaz. tenere volueris, eam restringe non habere locum, nec procedere, quando cessaret ratio perturbationis sanguinis, puta si mulier esset senex, vel sterilis, vel in ea quę peperit post mortem mariti, vel per tres menses post mortem mariti, vel in ea, cuius maritus decessit ultra mare, & sic non stetit, nec dormiuit per annum cum vxore: quia tunc cessat periculum perturbationis sanguinis, & non habet locum pœna nubentis infra tempora luctus, vt per Bal. in d. l. decreto, & addi. ad Bald. in l. 1. col. pen. in verbo istę pœnæ. C. de secun. nup. & est de mente Pau. de Leaz. & Ray. de Forliuio, vt refert Bal. vbi supra, facit: quia cessante ratione perturbationis sanguinis cessat legis dispositio cap. cum cessante, extra de app. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. facit, quod in simili dicit gl. in d. l. vxores. ff. de his qui not. infa. Et ex prædictis. l. ꝙ quando cessat periculum perturbationis sanguinis, non habent locum pęnę nubentis infra tempora luctus. infertur etiam, ꝙ tales pœnę solùm habent locum in muliere, & non in viro, qui nullas patitur pœnas: quia in eo cessat ratio perturbationis sanguinis, vt tenet Ang. in §. si verò expectet, versus finem, in auth. de nup. Lud. Rom. consi. 133. in casu proposito. Ias. in auth. cui relictum. in fi. C. de indi. vidui. toll. Silua. nupt. 2. libro, numero 34. versi. in marito autem. addi. ad Abb. in d. c. fi. de sec. nup. Ratio assignatur: quia cessat ratio perturbationis sanguinis in viro, vt dictum est. Alia ratio adduci potest: quia maritus vxorem lugere non tenetur etiam de iure veteri. ff. de his qui nota. infa. l. vxores. & ibi gl. & doc. glo. in d. l. decreto. C. ex quib. cau. inf. irrog. ¶ Nunquid autem pęnæ secundò nubentis post tempora luctus, de quibus in l. fœminę, & l. hac edictali. & per totum. C. de secundis nup. sint hodie sublatæ per illud dictum Apostoli, de quo supra, mortuo viro nubat in domino, communis est conclusio, ꝙ pœnę, quæ respiciunt odium mulierũ transeuntium ad secunda uota, sunt sublatæ. Sed pœnæ statutæ fauore filiorum non sunt sublatæ, ut per Inn. Hostien. Io. And. Abb. & alios in d. c. pen. & fi. de secun. nup. per docto. in d. l. fœminæ. latè per Decium in rub. C. de secun. nu. colum. 3. & per Decium & alios in c. Ecclesia S. Mariæ. colum. 16. extra de constitu. cum concord. in dictis locis. Et Decius ubi supra ponit duas limitationes, scilicet non habere locum, quando mulier de licentia mariti, vel filiorum transisset ad secundas nuptias, vel quando non extarent filii prioris matrimonii, vt ibi latius per eum. ¶ Et quæ sint pœnæ secundò nubentium post tempora luctus vltra dicta l. fœminæ. & d. l. hac edictali. vide latè per Sil. nuptiali. 2. lib. numero 45. cum sequen. vbi ponit multas pœnas. Et ibi etiam ponit de muliere, quæ permittit sibi tangi mamillas, vel quando adulterium commisit viuente

37 marito, vide ibi. ¶†Sed quæro, an ista quarta, quæ debetur uxori, debeatur deducto ære alieno. Respondeo quòd sic: quia primò debet deduci æs alienum: quia illa intelliguntur bona, quæ supersunt deducto ære alieno. ff. de vsufruct. leg. l. fina. ff. de lega. 2. l. si quis seruum. §. fi. cum l. sequen. ff. de uerbor. signifi. l. bonorum, & l. nihil aliud, & l. subsignatum. §. bona & l. caritas, & ff. de lega. 1. l. non amplius. §. fina. & l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testamen. & Instit. ad leg. falc. §. cum autem. & tenet Sebast. de Neapol. in dicta consuetud. Neap. quartam, in verbo ante quartæ constitutionem. colum. 3. versi. communi, & text. in authen. de nup. §. sic itaque. in fin. cum concor. & sic in deductione quartæ poterit hæres deducere æs alienum, vel recipiat quartam omnium bonorũ mariti cum onere suo, & hoc etiam videtur tenere Carolus in longobardo, in dicta l. 1. de his quæ a viro in mulie. dantur, & hoc intellige, quando maritus tempore, quo constituit quartam habebat creditores, sed si creditores sunt contracti post constitutionem quartæ, tunc vxor non tenetur, vt dicit Matth. de Afflic. in constitu. mulier quæ dotarium. columna fina.

38 ¶† Quid autem si maritus, postquam constituit vxori quartam, emit prædium, & non soluit integrum precium, & moritur maritus, an uxor teneatur pro rata. Carolus in dicta l. prima. de his quæ a uiro in mulie. dantur, & Matth. de Affli. in d. constitut. mulier, quæ dotarium. tenent quòd sic per iura ibi per eos allegata, & Sebast. de Neap. in consue. Neapo. quartam, in glo. in uerbo ante quartæ consti-

39 tutionem, colum. tertia. in fi. in tit. de iure quartæ. ¶† Quæro de quæstione quotidiana, an quarta, quæ debetur uxori in bonis mariti, debeat deduci de singulis rebus, an uerò possit assignari super una re tantum? Et perstringendo materiam facias infrascriptos casus. Primus casus est, quando mulier & hæredes uiri sunt in concordia, super qua re debeat deduci quarta, & tunc eorum uoluntas obseruanda est. l. penulti. ff. de legat. primo. pactum enim & conuentio seruari debet. l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pact. cum similibus. Secundus casus est, quando uxor est in discordia cum hæredibus uiri, & tunc si res sunt diuisibiles, ita ꝙ possint cōmodè diuidi, & tūc quarta

ta debetur super singulis rebus; quia quarta est ius quod dam vniuersale & respicit quamlibet partem patrimonij; quia ius vniuersale non potest respicere singularem rem. l.1.§.si hæres.ff.ad treb.& sic detrahi debet ex omnibus rebus hæreditariis,vt in simili probatur in l.Plaucius, & l.lineam.ff.ad leg.falc.& l.2.vbi per glo.& doct.C.ad leg. falci.& l.si peculium.in princi.ff.de pecu.lega. Tertius casus est,quando res sunt indiuisibiles, puta quia per diuisionẽ res corrumperetur, puta si esset aliquod animal, & tunc fiet diuisio arbitrio iudicis: quia vni ad iudicabitur res & alteri pecunia.l.ad officium.C.comm. diuidun.& insti.de offic.iudi.§. commodè. & l.potest. secundùm vnum intellectum.ff.de lega. 1. vel poterit inter partes fieri licitatio. vt d.l.ad officium. Quartus casus est, quando sunt plures res, quæ non corrumperẽtur per diuisionem, tamen non recipiunt commodam diuisionem, & tunc poterit iudex assignare quartam super vna vel pluribus rebus, prout iudici æquum videbitur.d.l.ad officium. C. commu. diui. & d.§.commodè. Insti.de officio iudi.cum concor.sup. & prædicta confirmantur ex dictis per Bart.in l.in quartam. ff.ad leg.fal.& Abb.in c.Raynaldus.colum.penul.extra de testa.per Alexan.Ias.& alios in l. filium quem habentem, colum.8.cum sequen.C.famil.ercíscun.vbi ponunt, an filius possit ab hæreditate paterna detrahere legitimam super vna re,& ad prædicta vide etiam,quæ dicit Barto. in l. secunda.C.quando & quibuss quarta pars debe. libro 10.

40 ¶ † Nunquid autem mulier possit propria auctoritate capere quartam de bonis, quæ fuerunt sui mariti? Dicas quòd non, sed debet petere ab hærede.l.2.& ibi Barto.C. quando & quibus quarta par. lib. decimo. & aliter est de consuetud.Neapo.vt in consuetud.quartam,de iure quartæ. Sed qua actione vxor possit agere & petere quartam. Dicas, quòd si agit contra hæredes viri,vt ei tradant quartam, aget actione personali ex stipulatu, quando sibi fuit constituta & promissa quarta. si verò agere voluerit contra extraneos posfidentes bona spectantia sibi pro quarta, aget rei vendicatione, vt tenet gl.in consti.mulier, q̃ dotarium,& ibi Mat.de Affl. in 4.col.allegat Carol. de Tocco,

41 vt ibi p eum.¶†Sed quæro,an ista quarta posit peti cõstante matrimonio, si maritus vergit ad inopiam, vel malè vtitur substantia sua? Caro. in longobard. in l.siqua mulier.in glo.non sit. in titu.quali.mulier alie.permi.sit tenet, quòd constante matrimonio non datur actio mulieri de quarta, nisi viro vergente ad inopiam. l. vbi adhuc. C. de iure dot.& Sebast.de Neapo.in d. consuetud. quartam, in titulo de iure quartæ, iu verbo post mortem,tenet,quòd sic,allegat.C.de iure dotium.l.vbi adhuc.cum auth.ibi posita,quæ incipit, donationes, bene faciunt dicta per Bart. in l.si constante. & in l.secunda. colum. secunda. ff.soluto matrimo. debet enim seruari æqualitas inter dotem & donationem propter nuptias.C.de pac.conuen.authen.ęqualitas. & propterea concludit Sebast. vbi supra, quòd in omnibus casibus, in quibus constante matrimonio potest peti dos, potest etiam in eisdem casibus peti quarta,

42 vt ibi plenius per eum. ¶ † Quæro insuper, an vxor statim soluto matrimonio possit petere quartam ab hæredibus viri non expectato lapsu anni? Dicas, quòd bona stabilia statim petere poterit, sed mobilia infra annum, vt dicimus in dote l.vnica.§.exactio.C.de rei vxo.actio.cum dos & donatio propter nuptias ęqualiter procedant dicta authen.ęqualitas.C.de pact.conuen. & supra proximè di-

43 xi.& Matth.de Affli.decisio.154. ¶†Nunquid autem quarta possit constitui vxori super rebus feudalibus? Ista quęstio deciditur in constitu. mulier quæ dotarium, & in isto capi.nostro,& dicitur quòd sic.Sed est ista differentia,quia quando dotarium constituitur in terra feudali,mulier habet tantum vsufructum, & ea moriente feudum reuertetur ad liberos, vel ad superiorem,a quo res tenetur,vt hic sed si constituitur in pecunia, vel mobilibus, soluto matrimonio non extantibus liberis sibi totum mulier lucrifacit quò ad proprietatem & vsufructum,vt tenet Lucas de Pen.in l.1.colum.1.in fi.C.quando & quib.quar.pars deb. lib.10.de quo per And.de Iser.in c.1.§.fin.de inuesti. de re alie.fact.& per And.& Matth.in dicta constit.mulier,quæ dotarium.sed in donatione propter nuptias secundùm ius Romanum mulier efficitur proprietaria: quia habet hæredes filios in ea, & exhæredat ingratos. C. de secundis nupt.l.secunda.post princip.& l. fi. & in quarta secundùm ius longobardum videtur idem: quia maritus eam dat vxori, & dare est rem accipientis facere. ff. de verborum oblig.l.vbi autem. §.fin. & tenet Luc. de Penna vbi supra.

44 ¶†Tu autem aduerte, quòd filii succedunt in hoc dotario seu antefato, etiam si non sint hæredes patris.l. fœminæ. & in authen.hæres. C.de secund.nupt. & Matth. de Afflic. decisio.37.quædam altruda.colum.fina. & decisio. 314.in causa creditorum. & Bald. in l.generaliter. §. in his. C.de secund.nup.& quæ dicam infra eod.colum. pen. in fin. Et si mnlier transit ad secunda vota habebit tantummodo vsufructum, vt per Matthæ. vbi supra. ADDITIO noua. Et Bartol. in § si verò sit. in authen.de nupt. vbi dicit, quòd veritas est, quòd olim & hodie per transitum ad secunda vota amittit proprietatem. Et proorietas erit filiorum primi matrimonii, si verò ipsa mulier ad secunda vota non transierit,habebit portionem proprietatis pro numero liberorum, vt in authen.si tamen, & ibi Bald. C. de secund.nup.& in corpore vnde sumitur d.auth.Si verò mulier filios non habeat ex illo matrimonio, proprietas spectat ad vxorem,vt in §.si igitur sine filio. in authen. de nup.& ad materiam vide glo.in l.1.C. si dos constan. matrimo. ADDITIO noua. An autem mulier possit eligere vnum ex filiis, & ei legare, vel dare talem quartam. Dic quòd non: quia mater non habet ius eligendi vnum ex filiis in lucro ex coniuge proueniente, vt tenet Bartol.in authen.de nup.§.si verò sit, & Pau.de Cast. consi.441.colum.1.primo vol. ¶Quid autem secundùm consuetudinem Neap.ad mulier possit propria auctoritate capere quartam,& an acquiratur filiis ex quocunque matrimonio.vide in d.consue.quartã,de iure quartę.& ibi Seb.

45 ¶†An autẽ mulier possit testari de ista quarta, vide text.& ibi Bal.& alios in auth.lucrum hoc.in fi. C.de secun.nupt.

46 ¶†Quid autem si maritus constituit quartam vxori suæ in bonis suis,an eo ipso dominiũ ipsorum bonorũ pro quarta parte dicatur esse translatũ vxori sine alia traditione.Vide Matt.de Affl.in consti.mulier,quæ dotarium.in 2.no.in 2.q.vbi tenet ꝙ sic,& vide,quę dicit Matt.de Affl.in consti.

47 licentiam.in 1.q.¶ † Vtrum vxor, cui fuit constitutũ dotarium in terra feudali possit contrahere secundas nuptias, & dare in dotem illam terrã feudalem, vide Matt.de Affl. in d.consti.mulier quę dotarium. col.4.in 6.dubit. vbi dicit suis se decisum ꝙ non,per text.in isto.cap.nostro in fi.

48 ¶ †.Nunquid autem mulier, cui fuit constitutum dotariũ in terra feudali, debeat post mortẽ viri cauere hæredibus viri de vtendo fruendo arbitrio boni viri. Vide Matth.de Affl.in d.constit.mulier, quæ dotarium.col.4.in 8.dubita. qui alleg.Barth.de Capua hic, de quo etiam vide Luc. de Pen.in l.1. col.2.C. quando & quib.quar.pars debeatur,li.

49 10. † Et ibi etiam ponit,an mulier in dotario, vel tertiaria in terra feudali habeat plus iuris, quàm simplex vsufru-

50 ctuarius. † Et an possit locare excadentias & baiulationes, Et pręsentare rectores in ecclesiis vacantibus. Vide Luc. de Pen.vbi sup.cum concor.ibi alleg.& Matth. de Affli. in d.consti.licentiam. col.2. ¶Iuxta dicta in præcedentibus,

51 vbi est dictum, † quòd mulier transiens ad secunda uota solum habet vsufructum in tertiaria, seu quarta stantibus filiis ex priori matrimonio, & proprietas applicatur filiis primi matrimonii, ut probat text.in §.si verò expectet. in authen.de nupt.ubi dicitur, quòd per transitum ad secunda vota uxor priuatur proprietate omnis largitatis, quæ a uiro ad eam peruenit, siue resultet ex donatione propter nuptias, siue ex testamento, aut mortis causa donatione, uel alia qualibet simplici donatione, plenè habetur in l.feminę & in l.generaliter & in auth.uxore.C.de

secund. nupt. ADDITIO noua. Et vide, quæ dicit
Deci.in l.1.col.5.versi.& ex his. cum seq.C.de secun.nup.
vbi ponit quæstionem, an lucrum, quod facit maritus de
dote ex forma statuti vxore decedente in matrimonio de-
beat reseruari filiis primi matrimonij, & Saly.in d.l.fœmi
52 nę.§.illud.†Et ex hoc etiam infertur,quòd si moritur filius
primi matrimonij superstite matre, quæ transiuit ad secũ-
da vota,& superstite alio fratre vtrinque coniuncto, ꝙ il-
la mater succedit solum in vsufructu, & proprietas reser-
uatur filio prioris matrimonij.l.generaliter, & l. hac edi-
ctali.§.his illud.C.de sec.nup.& doct.in dictis locis,& Pe-
tr.de Ancha.consil.278.præmittam. Et dicit Pau. de Cast.
consil.441.pro declaratione eius,colum.prima. in primo
53 uolum.†quòd illud, quod vnus coniugum lucratus est ab
altero coniuge,tenetur illud reseruare post mortem suam
filiis ex illo matrimonio susceptis, si transeat ad secunda
vota, & sic dicitur subiacere restitutioni iuxta dispositio-
nem.d.l.fęminę.C.de secun.nup.& dicit Ange. in l.mater.
54 C.ad Tertul.per §.hinc nobis.in auth.de nupt.† quòd ma-
ter hodie solum succedit filio in bonis paternis in vsufru-
ctu, siue nubat ante mortem filii, siue post, & proprietas
est fratrum,vt in auth. ex testamento.& ibi Bald. C.de sec.
nup.& Alexan.consi.63.quinto volum. & Matth. de Affli.
decisi.75.quædam Ioannella.colum. 2. cum ibi allegatis.

ADDITIO noua. Et p̃dicta intellige de bonis pro-
uenientibus ex substantia paterna,secus in aliis bonis non
prouenientibus a substantia paterna, quia in illis succedit
pleno iure,vt tenet Ludo. Rom. consi.405.præsuppositis.
& Io.de Ana.& ibi Bologn.in addi. consi.73. ex his.Ange.
Are.in § præferuntur.col.5.Insti.de senatusconſ.Tert. Frã.
Are.consi.32.Matth.de Affl.decisio.75. D.Aymo conſ.37.
primo volu.Boer.decisio.192. & ibi etiam ponit, quando
55 dicatur peruenire ex substantia paterna,uel non. † Simili-
ter etiam Pater transiens ad secunda vota illud, quod lu-
cratur ex successione filiorum præmortuorũ, tenetur aliis
filiis ex eodem matrimonio reseruare,vt tenet Barto.in d.
l.fœminę.Et ibi Salyc.§.illud.Ange. Are.in §.præferuntur.
col.3.Instit.ad Tertul.vbi latè disputat, & tandem ita con-
cludit.Io.And.in addi.Spe.in titu. de secun. nup.in rub.&
etiam in addi.& Bened.Capra consi. 46. col.pen.& consil.
47.& Phi.Deci.consi.87.primo volu.& consil.187.pro re-
solutione casus.col.2.in fi.& Marian.Soci.consi.34. prose-
quendo ordinem 1.vol.& Bapti.de S. Blasio in trac.corre-
latiuorum,in quarta parte prin.col.8.versi.82.procedit, &
in 5.parte col.10.versi. 80.fallit,& Deciũ consi.130.2.vol.

ADDITIO noua. Et Silua nupt.lib. 2.col. 171.&
latè Nico.Boer.decisio.187.190.191.192.cum concor.ibi
& D.Aymo consi.37.decessit.primo volu. Matth. de Affl.
decisio.75.Pau.de Ca.consi.441.primo volu.Cępo.caute-
la 235.& intellige vt dixi supra in matre. ¶Et ex prædictis
56 infertur ad quæstionem. † Pone pater habuit filios ma-
sculos & fœminas ex prima vxore, mortua prima vxore
transiuit ad secunda vota, & procreauit etiam filios ex se-
cunda vxore,postea nuptui tradidit filiam ex prima vxore,
quæ renunciauit in manibus patris bonis paternis & ma-
ternis in ampla forma,moritur pater superstitibus filiis ex
primo & ex secundo matrimonio, filii primi matrimonij
dicunt, ꝙ portio de bonis maternis, quæ spectabat ad so-
rorem eis vtrinque coniunctam spectat ad eos & non ad
filios secundi matrimonij, econuerso filij secundi matri-
monii dicunt, ꝙ ipsi etiam dicunt succedere in bonis, q̃
spectabant ad illam sororem ex patre tãtum; quia ex quo
ipsa renunciauit patri, fuit effectum patrimonium patris,
& in patrimonio patris ęqualiter succedunt filii primi &
secundi matrimonij, dubitatur quid iuris? In isto dubio
Pau.de Ca.conſ.252.viso puncto suprascripto, primo vol.
tenet,ꝙ talis renũciatio facta per filiam patri pro se & suis
hæredibus recipienti,ipsi patri prodesse debet, & non alte
ri,& portio bonorum spectantium ad dictã filiam renun-
ciantem debetur ipsi patri & eius hæredibus: quia vide-
tur donare ipsi patri, & sic non debetur solùm filiis primi
matrimonii sed omnibus hæredibus,etiã quòd pater tran-
siuit ad secunda vota, & istam opi. tenet etiam Alex. con-
si.149.viso themate.col.pen.7.vol.cum concor.in d.locis,
pro hoc facit,quod dicit Matth.de Affl.decisi.161.in fi. istã
quæstionem aliqualiter tangit Alexã.in l.sicut.col. 1. C.de
repu.hære.& tamen nihil firmat. ADDITIO noua.
Et pro ista parte adducunt ea, quæ dicit Alex. & alii in l.si
actionẽ.C.de pact.vbi dicit, ꝙ si erant duo fratres, & vnus
maritat sororem, & illa ei faciat pactum de non petendo
hęreditatem paternam,non prodest hoc pactum alteri fra
tri, quin possit soror experiri aduersus alterum fratrũ pro
rata,vt ibi per eum,& sequuntur alii,& istud videtur prin
cipale fundamentum tenentium istam partem, vt patet ex
dictis per Nico.Boer.deci. 184.in j.parte,cum multis con
cor.ibi.¶Contrariam opi.ꝙ immo illa bona, quæ specta-
bant ad illam filiam quæ renunciauit,debeãtur filiis eius-
dem matrimonii,& non aliis propter transitum patris ad
secunda vota,tenuit Franc.de Are.licet de prædictis men-
tionem non faciat consi.90. incip. viso themate.colũ. 2.&
Soci.consi.34.inci.prosequendo ordinem,primo vol.qua-
si per totum,& contra opi.Pau.de Ca.in specie tenuit De-
ci.conſ.396.visis his.3.vol. vbi respondet ad rationes Pau.
de Cast. vt ibi latius per eum, & pro ista opi.faciunt dicta
per Ang.Are.in §.1.col.3.Insti.ad Tertu.& quæ dicit Bene-
di.Cap.consi.46.& 47.& faciunt dicta per Seba. de Neap.
in consue. Neap.quæ incipit,si qua mulier. in gl. in verbo
succedunt, cum concor.in dictis locis,Et ista opin.contra
Pau.de Cast.est æquior,verior & magis communis, vt so-
lum in dictis bonis succedant filii primi matrimonij.

ADDITIO noua. Et istam partem tanquam ma-
gis æquam tenuit Boer.in d.decisio. 184.& secundùm istã
opi.dicit fuisse iudicatum pluries in Burdegalensi senatu.
ne pater ditet liberos secundi matrimonii ex bonis filio-
rum primi matrimonii. Nec obstat doctrina Alex & alio-
rum in d.l.si actionem. quia ibi fuit factum pactum cum
vno frater tantum, & pactum vnius personæ non trahi-
tur ad alias personas, q̃ specificatas.l.si vnus. §. ante om-
nia.& ibi Bar.& alii.ff.de pac.Spe.in tit.de treu. & pa.in fi.
propterea tale pactum alteri fratri non prodest; sed in ca-
su nostro est casus diuersus; quia pater per transitum ad
secunda vota amittit proprietatem, quæ seruatur filiis pri
mi matrimonii, & remanet solùm vsufructuarius, vt di-
ctum est, & istam partem tenuit etiam Old.consi.33.inci-
pien.quidam,& Fran.Are.consi.72.col.2.cum seq. Corn.
conſ.242.col.3.circa medium.2.vol. Deci.in l.1.in princi.
C.de sec.nup.& conſ.87.col.2. 1.volu.& conſ.230.in pri-
mo dubio,& D.Aymo conſ.37.vbi hoc intelligit procede-
re respectu bonorum, quæ prouenerunt ex materna sub-
stantia,vt ibi per eum, & istam opi.etiam tanquam magis
æquam sequitur modernus Vincentius Massilla in con-
suet.Barensi dos a patre,nume. 32. Et pro ista parte addu-
citur illud, quod dicit Salyc.in l.fœminę.§.illud.C.de sec.
nupt.vbi ponit quæstionem, quam habuit de facto, caue-
tur statuto,quòd masculus succedat patri & matri exclusa
filia, moritur mater, & sic succedit masculus, cui ma-
sculo postea pater succedit, & demum secundam vxo-
rem accepit, & decessit superstite vno masculo ex secun-
do matrimonio, & dicta filia ex priore matrimonio, du-
bitatum fuit, an illa filia deberet habere bona materna
ad patrem peruenta mediante successione filij, & dicit
ibi Salyc. se obtinuisse quòd sic, quòd illa filia debet ha-
bere illa bona; & sequitur Socin.consilio 34. prosequen-
do, colum. secunda.1. volumi. & consilio 263. capio pri-
mum.colum.2.in secundo dubio,Corn.consilio 242. cir-
ca.colum.pen.versicu.nec obstat.2.volu. Deci.d.conſ.87.
Ioan.Lup.in rubri.de dona.inter vir.& vxo. car.20. col.3.
Sil.nupt.lib.secundo,colum.171.versi.amplia primò, vbi
dicit esse bene notandum,& ista opi. est ęquior & uerior,
nec est uerum, ꝙ contraria opin.sit magis communis, vt
57 vides.¶†Illud autem,quod supra dictum est,quòd mulier
per transitum ad secunda uota punitur: quia amittit pro-
prieta-

prietatem,& retinet vſufructum,vt ſupra dictum eſt.Limi
ta non procedere, quando cum conſenſu hæredum viri
tranſiret ad ſecundas nuptias, vt tenet Ange. in authen.de
non eligen.ſecundò nub. in princ.col.2.& Ang.in l.mater.
C.ad tertull.Ludo.Roma.ſing. 248.incipiente tu ſcis,cum
ibi allegatis. ADDITIO noua. Et Deci.in rub.C.de
ſecund.nup.col.fina.vbi etiam dicit, quòd ſufficit tacitus
conſenſus filiorum: vt ibi per eum,& Silua. nuptialis.vbi
ſupra lib.2.col.171.verſic.quintò ampliat. & Deci.conſil.
209.num.3.2.volu.& conſi.604.num.5.5.volu. Et ad præ-
dicta etiam vide Decium in regula nemo fraudare.ff. de
regu.iur.& ibi ponit quaſdam limitationes,& Firma.in re
per.in verbo mater ſecundò nubens,colum. pen. verſi.37.
& vide etiam Decium in l.fi.col.2.C.de pac. vbi ponit ſu-
pradictam limitationem,vt non puniatur, quando cũ con
ſenſu filiorum tranſiret ad ſecunda vota, vel etiam ſi cum
conſenſu primi mariti, puta ſi maritus in vltimis conſen-
tiret, vt poſt eius mortem vxor tranſiret ad ſecunda vota,
vt ibi latius per eum, & Ange.d. conſilio 396. doctor.
58 ¶†Limita ſecundò prædicta non procedere, quando mari
tus in ſuo teſtamento ſeu vltima voluntate dediſſet licen-
tiam vxori vt poſſit ad ſecunda vota tranſire, vt dicit Bald.
in l.filium quem habentem.C.fami.erciſ.& in l.1.C.de ſe-
cun.nup. ADDITIO noua. Et Franc.Creme.ſingu.
74.ſi maritus & Deci.conſil. 620. caſus de quo quæritur.
colũ.2.5.volu.vbi tenet, ꝙ mulier de voluntate mariti ſe-
cundas nuptias impune contrahere poteſt,& Deci. in ru-
bri.C.de ſecund. nup. col.3.cum ſequen.vbi ponit limita-
tionem,& poſtea reſpondet vt ibi,& Deci.in cap.Eccleſia
S.Mariæ.colum.16.verſi.ſecunda concluſio, extra de con-
ſti.allegat Bal.in l.1.colum.3.verſi.ſed pone. C. de ſecun.
nup.Ludo.Rom.conſi.219.ex themate.Ang. conſi.396.do
ctor.¶Limita tertiò dictam concluſionẽ procedere,quan-
do extarent filii ex primo matrimonio, ſecus ſi non exta-
rent; quia tunc mulier poteſt liberè ſecundum matrimo-
nium contrahere, & non prohibetur ſuccedere, quando
alij filij ex primo matrimonio non ſuperſunt,vt per Alex.
conſi.63.in dubitatione præmiſſa.5.vol.Franc.Are.conſil.
40.præſupponitur in facto. Deci.in rub. C.de ſecun. nupt.
in fi.cum concor.ibi,& Deci.in cap.Eccleſia S.Mariæ.col.
16.verſi.ſecunda concluſio,extra de conſti.¶Limita quar-
tò niſi filij primi matrimonij renunciaſſent iuri eis quæſi-
to per tranſitum ad ſecunda vota, ita Ang.in d.conſi.396.
quod qualiter procedat,vide Ludo. Rom.in d. ſing.248.tu
59 ſcis,cum ibi allegatis. ¶Sed pone vxor, quæ habet quar-
tam in bonis mariti defuncti, & tenet illam quartam pro
communi & indiuiſo cum hæredibus mariti,an ipſa vxor
teneatur contribuere pro rata ad expenſas factas pro fru-
ctibus recolligendis? In qua quæſtione dicas, ꝙ expenſæ
factæ gratia fructuum quærendorum ex ipſis fructibus de-
ducuntur:quia nullus caſus interuenire poteſt,qui hoc ge
nus deductionis impediat.l.fundus qui dotis.ff.fam.erciſ.
fructus enim dicuntur deductis expenſis.l. fructus, & ibi
doct.ff.ſolu.matr.l. inſulam.§.fructus. ff. de vſur.l.fructus.
ff.de oper.ſer.l.ſi a domino.§.fi.ff.de peti.hære. cum ſimil.
tenetur ergo ipſa vxor contribuere pro rata in dictis ex-
penſis,vel tanto minus recipere,quanto ſunt expenſæ,hoc
intellige, niſi expenſæ eſſent factæ de bonis hæreditariis:
60 quia tunc ex quo illa vxor habebat quartam, debet ſibi
excomputari in dictis expenſis. † Et illæ expenſæ dicũtur
factæ gratia fructuum quærendorum, quæ ſunt factæ in
arando, triturando & conducendis horreis. d.l.ſi a domi-
61 no.§.fi.& ibi glo.& docto.& ff.ſolu.matri.l.diuortio.§.im-
pendia.& ibi doct. ¶†Quæro, ſi fuerunt contracta ſponſa-
lia & conſtituta quarta,demum matrimonium non fuit ſe
quutum, an quarta debeatur? Dicas quòd non: quia ha-
bet in ſe tacitam cõditionem, ſi matrimonium fuerit ſub-
ſequutum.l.dotis promiſſio.& l.ſtipulatione.§.de iure do
tium,facit text.in l.fina.& in l.ſi a ſponſo. C.de donat. an-
te nupt.& Iaſ.in l.ſi extraneus.in quinto notab. ff. de con-
di.cau.data, & hoc quando oſculum non interuenit, vt
D. Io. Ant.de Nigris.

62 dicta l.ſi a ſponſo. † Similiter etiam donatio propter nu-
ptias habet in ſe tacitam ſtipulationem ſicut dos: vt tenet
63 Bald.in l.ſecunda.C.de bonis quæ liberis. ¶†Sed quæro,
an ſoluto matrimonio mulier poſſit, petere, vt ſibi con-
ſtituatur quarta, ſi non fuit conſtituta conſtante matri-
monio? Dic quòd non, ſed imputet ſibi mulier, quæ
conſtante matrimonio non petiit ſibi conſtitui, vt dicit
Angel. in authent. de æqualit. dotis.§. aliud quoque. co-
lumna ſecunda.verſicu. ſed quæro, an matrimonio. &
tangit Matth.in conſtitu.licentiam. in decima quæſtione.
ADDITIO noua. Quæro, an quarta, ſeu tertia-
ria poſſit conſtitui in minori quantitate,quàm ſit,& ſi fue-
rit minus conſtituta,an mulier poſſit petere reſtitutionem
in integrum tanquam læſa, vt reſtituatur & conſtituatur
integra quarta? Iſtam quæſtionem ponit Matth. de Affli.
in d.conſtit.licentiam.in tertia quæſtio.& tenet quòd non
reſtituitur: quia mulier in contractibus non habet reſtitu-
tionem,ſed ſolum in iudiciis, vt ibi per eum, & ideo po-
teſt conſtitui in minori quantitate, vt ibi per eum,& Bal.
in auth.dos data.C.de dona.ante nup. in ſecunda lectura.
64 ¶†Iterum quęro,nunquid minor ſine decreto iudicis poſ-
ſit quartam conſtituere vxori? In quo dicas, quòd in re-
bus mobilibus, quæ ſeruari non poſſunt, poteſt quar-
ta conſtitui. l.1.C.ſi aduer.do.& Nico.de Neapo. in l.1.in
princip.ff.de reb. eo.ſed in rebus ſtabilibus ſecus eſt: quia
requiritur decretum, vt tenet Barto.in d.l.prima. C.ſi ad-
uer.do.vt l.prædia.C.de præd.mino. & ſequitur Firma. in
reperto.in verbo, donatio propter nuptias, in prin. Si ta-
men factus maior ratum habuit, vel per quinquennium
non contradixit ille minor, ſibi præiudicat l.fi.C.ſi maior
65 fact.cum ſimilibus.¶†Quæro,filiusfamilias patre conſen-
tiente & permittente conſtituit quartam vxori ſuæ, quod
fieri poteſt, licet enim filiusfamilias non poſſit teſtari etiã
patre conſentiente.l.ſenium.& ibi docto. C.qui teſta.face.
poſſ.tamen poteſt mortis cauſa donare patre conſentien-
te.l.filiusfamilias.§.fi.ff.de dona.l.tam is.§. fi. ff. de mortis
66 cau.dona. † Demum moritur ille filius viuo patre & vxo-
re, nunquid in petenda quarta debeat expectari mors ſo-
ceri, an verò ſtatim mortuo filio debeatur? Glo. in l. nec
fratris.C.de dona.cau. mort.videtur in ſimili velle, quòd
mors ſolius filii ſufficiat.In contrarium tamen, quòd etiã
mors patris interuenire oporteat, tenuit glo. in l.donatio
mancipiorum.C.de don.inter virum & vxor.& pro iſta vl
tima opin.adducitur in ſimili, quod dicimus in arrogato,
qui quartam habere debet in bonis arrogantis ipſo arro-
gatore mortuo: quia eo viuente peti non poteſt; quia di-
citur præmatura petitio quartæ,cum adhuc viuat is,de cu
ius hæreditate agitur.l.1.§.ſi impuberi.ff.de colla.bono.&
ſecũdùm iſtam partem audiui fuiſſe iudicatum. Tu dicas,
quòd ſi filius habebat bona ſua, puta caſtrenſia, eo mor-
tuo poteſt ſuper illis bonis peti quarta, licet viuat pater,&
ſic ſocer vxoris. Si verò quarta petitur de bonis ſoceri, pu-
ta de his,quæ contingebant filio pro legitima, tunc debet
expectari mors ſoceri, vt peti poſſit per ſuperius allega-
67 ta.¶†Sed pone, quòd iſte filius, qui promiſit quartam pa-
tre conſentiente ſuper bonis paternis, ſi talis filius poſt
quartam conſtitutam ex iuxta cauſa fuit exhæredatus a pa
tre, an iſtud noceat nurui quò ad quartam conſtitutam?
Breuiter dicas quòd non; quia factum filij non debet no-
cere nurui, & alteri per alterum non debet iniqua condi-
tio inferri.ff.de reg.iur.l.non debet alteri,& quod noſtrum
eſt ſine facto noſtro à nobis auelli non poteſt.l.id quod no
ſtrum.ff.de reg. iur. culpa ergo filij non debet nocere nu-
rui.Præterea illa portio exhæredati, & ſic quarta obligata
remanet, & tranſit ad alium cum onere ſuo.l.ſi quis poſt-
hac.C.de bon.proſcri.vbi eſt bonus tex.& in l.2. C.ad leg.
Iul.de vi.& bene facit text. in l.2.verſ. in omnibus autem.
C.quando & quib. quar. par. deb.lib.10.licet enim ex per-
ſona filii & ſic mariti ipſa vxor non poſſet petere quartã:
tamẽ poteſt hoc facere ex perſona patris & ſic ſoceri per-
68 mittentis & conſentientis in conſtitutione quartæ. ¶†Sed

quid si fuit constituta quarta seu tertiaria mulieri, an ip-
sa vxor posſit constante matrimonio cedere & remittere
illam quartam, ſeu tertiariam? Vide, quæ dicit Alex. in l. ſi
ſocer. §. Lucius. col. 2. & ibi Vincen. Hercu. col. 2. ff. ſol. ma-
trimo. & quæ dicit Lud. Rom. ſing. 576. pone caſum, & vi-
de bonum tex. in auth. ſiue a me. C. ad velle. ADDITIO
noua. Et dicas, quòd pactum factum in præiudicium do-
tis, p quod dotis conditio efficitur deterior, ſiue constante
matrimonio, ſiue poſtea non valet in præiudicium mulie-
ris. l. Attilicinius & l. de die. cum duabus. ſeq. ff. de pac. do-
ta. & licet loquantur dicta iura in dote, procedunt etiam
in antefato & quarta; quia a pari procedunt, & priuilegia
dotis ſunt communicata constitutioni antefati, ſeu quartę.
l. ſi. & auth. ſed iam neceſſe, & l. cum multæ. C. de dona. an
te nup. & no. in l. vbi adhuc. C. de iure do. ita tenet Matth.
de Affl. deci. 154. quædam mulier, vbi ponit, ꝙ pactum ſo-
lu. mat. factum in præiudicium antefati non valet, & Tho.
Grā. deciſ. 103. nu. 123. & Ang. in auth. de æqua. do. §. aliud
quoq;. col. 2. ver. ſed quæro quid, vbi tenet, ꝙ donatio pro-
pter nuptias alienari non poteſt, etiam de mulieris cōſen-
ſu, ſicut dicitur de fundo dotali. Niſi mulier iuraſſet, vt ibi
per eum. Ad prædicta etiam vide Iaſ. in l. 2. §. ꝙ ſi in patris.
col. 3. in prin. ff. ſolu. matr. Bal. nouel. in tra. de dote, in vlti.
par. car. 82. col. 2. & latius in ſexta parte, in vndecimo pri-
uilegio, car. 36. cum ſeq. Et dicit Iacob. de Are. in l. 1. C. ad
velle. ꝙ renunciatio iuris hypothecę dotis eſt nulla, qñ per
eam fit deterior conditio dotis. Et dicit Saly. in l. fi. C. de re-
mi. pig. ꝙ ſi mulier renūciat iuri hypothecę reſpectu vnius
tantum, tunc ſibi præiudicat, ſi vero ſit generalis renuncia
tio reſpectu omnium, tunc non ualet, niſi maritus remane
ret ſoluendo, ut ibi per eum, & tenet Anto. de Fano. in tra-
cta. de pi. in 6. par. in tertio membro, nu. 14. hodie in regno
per nouellam prag. Cęſ. Maieſtatis Caroli Quinti de Au-
ſtria mulier quando pro alio intercedit, non poſſet ſe obli
gare, nec ſibi præiudicare in dote. Et illud, quod ſup. dictū
eſt, ꝙ mulier non poteſt per pactum ſibi præiudicare in
quarta, ſeu antefato, intellige, niſi iuxta cauſa interueniat,
vt dicit Imo. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolu. matr. vbi dicit, ꝙ
valeret pactum ſoluto matrimonio factum a muliere de
ſibi reſtituenda dote vlteriori die vltra annum ex cauſa,
puta propter paupertatem hæredum mariti, qui poſt annū
non poſſunt ſoluere, iuxta. l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. act.
ita dicit gl. in l. licet. ff. de pac. dot. & Matth. de Affl. in d. de-
ciſi. 154. col. 1. ¶ Item intellige, niſi in tali pacto, ſeu remiſ-
ſione interueniſſet iuramentum: quia tunc iuramentum
ſeruari deberet, vt tenet Vincen. Hercu. in l. 1. in princi. col.
25. ff. ſolu. matrim. Ange. in auth. de æquali. do. §. illud quo-
que. colum. 2. Bal. nouel. in trac. de dote, in ſexta parte prin.
in vndecimo priuilegio, in nona limitat. ad prædicta uide
etiam Pau. de Caſt. conſi. 8. in cauſa, quæ uertitur. 2. uolu.
& dictam nouellam pragmaticam, quæ incipit, Don Pe-
trus de Toledo, per quam in regno eſſet magis dubium,
69 an potuit diſponere ſuper iuramento. ¶ † Sed quid ſi fuit
conſtituta quarta ſuper bonis mariti, an etiā comprehen-
dat bona futura? Vide Matth. de Affl. in conſtit. regni mu-
lier quæ dotarium. colum. 3. in fi. & Carolum in long. in l.
ſiquis longobardus, in titulo de his quæ a uiro in uxorem
70 dantur, & uidentur tenere quòd ſic. ¶ † Sed quæro, mulieri,
ſeu uxori fuit conſtituta quarta per maritum: tamen non
fuit conſumatum matrimonium, ſed ſolùm ſponſus oſcu-
latus fuit ſponſam, ſeu uxorem, an lucretur quartam? Dic,
quòd ex quo carnis corruptio non interuenit, ſed ſolùm
oſculum, & propter oſculum, quòd eſt actus carnis, mu-
lier lucratur medietatem quartæ, ſeu donationis propter
nuptias. l. ſi a ſponſo. C. de dona. ante nup. quaſi per illud
oſculum pro medietate ſit caro corrupta, ita dicit Seba. de
Neap. in conſuet. Neap. q̃ incipit, quartam, de iure quartę.
in glo. in uerbo quon. uiro, col. 4. nu. 29. & Matt. de Affl. in
71 conſti. mulier quæ dotarium, col. 5. ¶ † Sed quid ſi contra-
ctum eſt matrimonium per uerba de pręſenti, non tamen
mulier eſt ducta ad domum uiri, nec carnaliter cognita,
an mortuo uiro lucretur quartam ſi conſtitutam? Iſta quę-
ſtio ponitur latè per Seb. de Neap. in conſue. Neap. quarta,
de iure quartę, in gl. ſuper uerbo a quon. uiro ſuo, col. 2. in
fi. cum multis ſeq. & Matth. de Affl. in conſtit. regni mulier,
quæ dotarium. col. fi. & Saly. in l. cū te. C. de don. ante nup.
& eſt dubia quæſtio, & magis reditur dubia ex dictis per
Soci. in l. qui fuerit. ff. de condi. & dem. & per Soc. in conſi.
223. circa præſentem. 2. uolu. cum multis concord. pro &
contra ibi allegatis, & per Alex. & Iaſ. in l. ſi donaturus. §.
ſiquis. ff. de condi. cau. data, & cau. non ſequuta. & Deci. cō
ſi. 540. quæritur in effectu. col. fi. 4. uol. & uide Alber. Bru.
in tra. de conſti. ſtatu. in uerbo lucrum, col. 3. ver. ſtatutum
dicit, in 3. uol. & ibidem, colum. 5. uerſi. ſtatutum de dote,
& ſi quæſtio iſta diſputaretur ad partes multas occuparet
membranas. ideo procedendo per ueras concluſiones fa-
cias infraſcriptos caſus. ¶ Primus caſus eſt, quando fuerūt
contracta ſponſalia, & ſponſa non fuit ducta ad domum
uiri, nec carnaliter cognita. & hoc caſu licet Azo in ſum.
72 C. de don. ante nup. ad fi. tenuerit, † quòd ualet donatio fa-
cta a uiro mulieri deſponſatæ per uerba de pręſenti. licet
nondum ductæ ad domum uiri, & illud dictum refert &
ſequitur Imo. in l. ſi ſocer. §. Lucius. colum. antepen. ff. ſo-
lu. matri. dicit tamen, ꝙ iſtud dictum non eſt ſine ſcrupu-
lo. Tamen contrarium tenet Cyn. & Bald. in l. cum inter.
C. de dona. ante nupt. & Bald. in l. cum te ſponſæ. eod. titu.
& alii, ut refert Alexan. conſi. 142. uiſo proceſſu. colum. 4.
in prin. 5. vol. Et quòd iſto caſu quarta non debeatur, pro-
batur: quia non dicitur matrimonium, nec nuptiæ contra
ctæ, niſi feſtiuitas nuptiarum interuenit. l. ſancimus. C. de
nup. & ibi hoc decidit Iac. Butri. pro iſta parte facit text. a
contrario ſenſu in l. ſi a ſponſo. C. de dona. ante nup. & quę
73 ibi dicit gloſ. Cyn. & Sal. & alii. ¶ † Secundus caſus eſt, qua
do fuit cōtractum matrimonium per verba de præſenti, &
actum fuit, vt vir conſtituat antefatum, ſeu quartam, & fuit
pars dotis ſoluta marito: non tamen fuit matrimonium cō
ſumatum, ſed ſolum fuit oſculata mulier, & poſtea mor-
tuus eſt maritus, & tali caſu illa mulier non poteſt petere
niſi medietatem quartæ reſpectu dotium ſolutarum pro-
pter oſculum, quòd eſt actus carnis, quaſi pro medietate
ſit caro corrupta, vt tenet Sebaſt. de Neap. in d. conſu. quar
tam, in glo. ſuper verbo a quondam viro, num. 19. & Matth.
de Affli. in d. conſt. mulier, quæ dotarium. col. fi. cum ibi al-
legatis, & ibi hoc declarat. & vide, quæ dicit Phi. Decius
74 conſi. 540. col. fina. 4. vol. ¶ † Tertius caſus eſt quando mu
lier fuit ducta ad domum viri, & ipſa mulier fuit obſequio
viri parata ad actum matrimonialem, tamen non fuit car-
naliter cognita, & hoc caſu regulariter ſi moritur maritus,
debetur quarta, ita concludit Sebaſt. de Neap. in d. conſue.
quartam. in d. gl. in verbo a quondam viro ſuo, colum. 7. &
Thom. Gram. deciſio. 103. colum. 28. num. 88. cum ſequen.
& Saly. in l. cum inter. C. de dona. ante nup. verſi. vnum ta-
men non omitto, vbi concludit, quòd ſi in domum mariti
ducta ſit mulier, vt viro coniungatur, & ante coniunctio-
nem deceſſit, habetur perinde ac ſi eſſet copulata quò ad
lucrum dotis, vt ibi per eum, & ſequitur Decius conſi. 140.
quæritur in effectu, in fin. 4. vol. & Hippo. ſing. 106. qui de
proximo, faciunt dicta per Socyn. in d. l. qui fuerit. in prin.
2. nota. ff. de condi. & demo. Quando autem mulier dica-
tur ducta ad domum viri, vide Alexan. conſi. 129. ſuper pri
mo, nu. 3. & 9. 7. vol. vbi dicit, ꝙ tūc dicitur traducta, qñ fuit
traducta, vt perpetuò ibi habitaret, nō ad tēpus, & qñ ſimul
75 dormiebant de nocte in eodem lecto. ¶ † Limita tamē præ
dicta non procedere, quando mulier licet ducta ad domū
viri non fuiſſet carnaliter cognita culpa & defectu ipſius
mulieris: quia noluit permittere ſe cognoſci: quia tunc nō
debet habere quartam, ex quo non dedit operam proli, vt
debuit. 32. q. 2. c. ſolet quæri. ita tenet Sebaſt. de Neapo. vbi
ſup. Pro hoc etiam: quia opera nuptiarum eſt carnalis con
iūctio. 31. diſtin. lex continentię, donec. n. non interuenit co
pula carnalis, non dicuntur duo effici in carne vna, extra
de frig. & malef. c. laudabilem, & de conuer. coniug. c. 2. in
fin.

fin. Hoc temen intellige esse verum, nisi ex aliqua iusta causa mulier noluisset pati se carnaliter cognosci, puta si maritus esset infirmus, vel ipsa esset infirma; quia propter infirmitatem non tenetur alter alteri redere debitum, vt notat Abb. post alios in c. 2. extra de coniug. lepro. & ibi Præpo. & refert Deci. vbi sup. circa fin. facit tex. & glo. in §. iustæ. Insti. qui & ex quib. cau. manu. lib. non fiunt. Sco. in 4. sen. distin. 32. colum. 3. versic. secundus casus Silua nuptia.
76 lib. 2. col. 133. in 2. ampliatione. ¶ † Et in quibus casibus nõ teneatur quis reddere debitum coniugale, vide latè Sil. in sum. in verbo debitũ coniugale, & per alios summi. in eodem verbo, & Astens. in sum. lib. 8. tit. 10. sub rub. de bono fidei. Præpo. vbi supra, Præpo. & alios in c. 1. 13. distin. & in c. fin. in fin. ea. distin. & in c. aliàs. col. pe. 25. distin. & glo. in cap. ad eius. 5. distin. vbi ponit. Quando mulier petit debitum tempore menstrui, & ad prædicta vide Felyn. in rub. extra de spons. colum. 5. & ibidem Præpo. in 5. colum. cum concor. in d. locis ADDITIO noua. ¶ An autem mulier ducta ad domum viri præsumatur ab eo cognita, vide Pet. de Anca. consi. 209. facit. vbi dicit, quòd præsumitur ab eo cognita; potest tamen probari contrarium per alias pro
77 bationes & præsumptiones, vt ibi per eum ¶ † Limita. 2. non procedere, quando non fuisset carnaliter cognita pro eo: quia habebat actum instru mentum naturæ: quia tunc mulier licet ducta ad domum viri non habebit quartã post mortem viri; quia vir habuit eam potius in sororem, quàm in vxorem, extra de frigi. & malefi. c. laudabilem. & c. frater nitatis. sed quarta debetur, quando habuit eam vt vxorem, non vt sororem, ita tenet in terminis Seba. de Neap. in lo-
78 co præalle. pro hoc facit, quod voluit Cyn. in l. pen. C. de repu. per illum tex. vbi dicit, † quòd maritus potest dimittere vxorem propter impedimentum ex parte ipsis mulieris, vt quia est nimis arcta, vt ibi per eum. Item quia non dicitur matrimonium, quando est ita arcta propter impedimentum naturæ: vt probatur in d. cap. fraternitatis. & in l. cum serua. §. fin. & ibi no. ff. de iure dotium. ¶ Sed aduerte quia ista limitatio est multum dubia propter facti incertitudinem: quia potest esse, quòd propter impotentiam mariti non possit clausuram muliebrem reserare, vel si per alios reserari posset; tunc. n. potest consistere matrimonium, & illud copulare, vt colligitur ex d. c. fraternitatis. & Soci. in l. 1. col. 3. ff. sol. matri. & hoc casu deberet habere quartam, secus quando esset ita arcta, vt nullo modo reserari posset:
79 quia tunc non esset matrimonium, & non deberet habere quartam, vt dictum est. ¶ † Quartus casus est, quando mulier non esset ducta ad domum mariti culpa ipsius mariti, & non ex defectu mulieris, vel eius patris; & tunc quia paria sunt, nolle sine causa recipere vxorem, vel receptam sine causa repudiare, & tunc mulier lucrifacit quartam. C. de repud. l. iubemus. & tenet Sebast. de Neapo. in d. consue. quartam. in d. verbo a quondam viro suo, colum. 7. in fin.
80 ¶ † An autem mulier sterilis lucretur quartam, dic quòd sic, doct. in l. 1. ff. sol. matri. & Sebastia. in cõsue. in loco pro-
81 ximè allegato. ¶ † Quid autem si mulier accessit ad domũ viri non ducta a viro sed de per se: quia forte eius maritus erat infirmus, non lucratur quartam ita Sebast. vbi supra.
82 ¶ † Sed quid si mulier, quæ nupsit, erat minor duodecim annis, & nondum cognita a viro, an mortuo viro possit petere quartam. Et quid si fuit cognita, vide latè Sebast. in d. consue. quartam, in gl. in verbo a quondam viro, colum. 3.
83 cum sequen. ¶ † Quæro, an mulier, cui fuit constituta quarta, debeat illam habere super rebus emphitheuticis ponit And. de Iser. in titulo de inuesti. de re alie. fa. in fin. & Lucas de Pen. in l. 1. col. 1. C. quando & quib. quar. par. lib. 10. & tenet, quòd in re emphiteutica & ecclesiæ non potest petere quartam, sed in emphiteutica priuati sic, vt ibi per eum & Matth. de Affli. in consti. mulier, quæ dotarium. colum. 2. in prin. versi. quinta dubitatio. Ratio: quia bona emphiteutica quæ habent ab ecclesia, non transeunt ad hæredes extraneos, nisi sit dictum in concessione, vt ibi per eum. dicit tamen Matth. ibi, quòd si quarta omnium bonorum fuit con

stituta per stipulationem, mulier poterit petere extimationem illius rei, quasi re euicta, allegat nota. in l. Aristo. ff. de dona. & C. de iure dotium. l. 1. & C. de eui. l. 2. & per And.
84 de Iser. vbi supra. ¶ † Nunquid autem mulier possit petere quartam de bonis malè acquisitis per maritum? Videtur ꝙ sic; quia maritus constituit quartam super omnibus bonis suis, & sic etiam in istis quarta debetur, arg. l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. ibi, & quodcunque per seruum &c. & Insti. eo. titu. §. 1. Item quia si mulier petit quartam de omnibus bonis, si hæres excipit de malè acquisitis, allegat turpitudinem suam, vel testatoris, quod non licet. l. cũ profitearis. C. de reuo. dona. & l. 4. ff. de his quæ infrau. credi. & ff. de iureiur. l. alias. In contrarium est veritas, quòd de malè acquisitis quarta non possit peti, nec debeatur, sicut nec socius partẽ de malè quæsitis petere põt. l. quod aũt ex furto & l. nec prætermittendũ. ff. pro socio generaliter. n. traditur, rerum inhonestarum nullã societatem esse, vt ibi in tex. ad idem. ff. de bon. damna. l. cum ratio. §. si plures, in illis enim rebus quartam haberet, quæ ex iusta causa maritus acquisiuit, ar. l. quod seruus. ff. de acq. pos. & ad prędicta facit tex. in l. si a reo in fin. ff. de fideius. & ff. famil. her. l. 4. §. sed & si quid. cum similibus. si tamen talia bona malè quæsita fuerint cõicata, & diuisa, si postea de eis fieri debeat restitutio, mulier pro quarta sua debet contribuere in restitutione, & de communi fieri debet: vt dicit Pet. Vbal. in tract. de duo.
85 fra. in quinta parte principali, col. 4. vers. 2. quæro. ¶ † Quid autem si mulier, quæ habet quartam, seu tertiariam, moriatur ante finem anni dati ad soluendum quartam iuxta terminos. l. vnciæ. §. exactio. C. de rei vxo. actio. An talis mulier transmittat ad hæredem suum perceptionem fructuum dictæ quartæ pro toto anno, an verò pro rata anni, sicut dicimus in viro, vt ff. sol. matri. l. fructus & l. de diuisione. & l. diuortio. vide Lucam de Pen. in l. 1. col. 2. in fi. C. quando & quib. quar. pars. lib. 10. tenet ꝙ pro rata anni, sicut dicimus
86 in viro, vt ibi per eum. ¶ † Sed quæro, mulier, vel alius pro ea promisit dotem, & maritus constituit quartam seu tertiariam contemplatione dotis & matrimonii, si dos nõ fuit soluta in totum, vel in partem, an quarta, seu tertiaria, seu antefatum debeatur vxori solum pro quantitate dotium solutarum. Barthol. de Capua hic tenet, quòd pro parte, pro qua fuerunt solutæ dotes, debetur quarta, seu tertiaria, & si nihil de dote fuit solutum, nihil lucratur mulier de quarta, seu tertiaria, vel antefato, per tex. in authen. de non elig. secundò nub. §. fi. quæ signatur. C. de pact. dota. l. ex morte. in fin. & dicit, quòd ita vidit de facto seruari, idem tenet And. de Iser. in tit. de natu. succe. feu. col. 8. circa prin. versi. item infeudatus. Matth. de Affli. in const. mulier, quæ dotarium. col. 2. in prima dubitatione. & idẽ Matt. decisio. 333. si dos. & decisio. 242. in causa. Ang. Aret. in §. fuerat. col. 16. & ibi Ias. col. 31. Insti. de actio. & tenet Guid. Papæ in quæst. parla. Delphi. q. 274. in contractu, vbi dicit hoc procedere, etiam si iuramentum interuenisset: quia habet in se tacitam conditionem, si dos soluta fuerit, vt ibi per eum, & prædictam opi. tenet Seb. de Neap. licet sub dubio forte, in consue. Neap. dos & quarta, in glos. in ver. instrumento, vers. sed quid si dos, & Soci. consi. 32. col. penul. 3. volum. & Nic. Boer. in suis decisio. quæstione 22. colum. 3. in prima parte. & Thom. Gram. decisio. 97. magnifica. &
87 decisio. 103. nume. 171. ¶ † Limita dictam conclusionem non procedere, quando mulier, vel alius, qui pro ea dotẽ promisit, obtulisset dotem marito promissam, & maritus distulisset eam recipere, quia tunc habetur, ac si fuisset soluta ad effectum lucrandi quartam, seu antefatum. vt in authen. vt exacti. instan. do. §. fin. & ibi Ang. tenet Matt. de Affli. in consti. mulier, quæ dotarium. colum. 2. & in authen. dos data, & ibi doct. de dona. ante nup. & Matt. de Afflic. in
88 c. 1. §. donare. col. 11. qual. olim feu. po. alie. ¶ † Limita secũdò, nisi maritus potuisset de facili exigere dotem promissam, & per negligentiam non exigisset: quia tunc quò ad quartam lucrandam habetur, ac si dos fuisset soluta. l. si. extraneus. ff. de iure dot. l. nupta. §. quoties. ff. sol. matri. & ibi Pau.

Pau.de Ca.& l.si socer.§.Lucius.eo.titu.& Matth. in d.con sti.mulier,quæ dotarium.col.2.& in d.§.donare.col. 11. & Nico.Boer.d.q.22.col.2. An autem ista limitatio procedat, quando pater promisisset dotem, & non potuisset sine incõmodo exigi, vide Alex.in d.l.nupta.§.1.& Vincen.Hercul.in d.§.Lucius.colum.7.in fin.& Bal.in d.l.si extraneus.

ADDITIO noua. Et in isto articulo an imputetur culpa marito,si non exegit dotem a patre mulieris. Pau. de Ca.in l.nupta.§.quoties.ff.sol.matri.tenet,quòd quando pater sine magno incõmodo non potuisset soluere; tunc si maritus non exegit, non dicitur esse in culpa, sed si pater erat soluendo,& postea effectus est non soluendo, & maritus neglexit exigere,tenetur maritus de tali culpa,arg.a cõtrario sensu.d.l.si extraneus.ff.de iure doti.hoc etiam videtur velle.Vin.Herc.licet non firmet in l.si socer.§. Lucius. col.7.cum seq.ff.sol.matr.Contrarium tamen, q in nullo casu possit culpa imputari marito, si non exegit dotem a socero,& sic a patre vxoris,tenent Dyn. Ray. Rapha. Cu. & Alexã.in d.l.nupta.§.quoties. quia sumendo argumentum a cõtrario sensu esset violare rationem,vt ibi per eos. Eandem opi. tenet Bal.in d.l.si extraneus. Et pro hoc etiã facit: quia reprehendenda est filia, quæ patrem vult vrgeri ad solutionem,vt dicit Sal.in d.l.si extraneus, & ista opi. est magis communis.Et si diceremus,vt dicit Pau. de Cas. q solùm excusatur maritus, quando pater sine incommodo soluere non posset, nulla esset specialitas: quia pater dotans filiam constante matrimonio non tenetur, nisi in quantum facere potest.l.sicut.cum l.sequen.ff.de re iud.& ista opin.communis est magis æqua. Intellige tamen procedere in patre,secus in hæredibus patris, vt dicit Bald.in
89 d.l.si extraneus. ¶ † Limita tertiò, nisi maritus dotem promissam confessus fuisset recepisse, quam in veritate non recepit, sed sunt elapsa tempora opponendi exceptionẽ non numeratæ dotis,vt l.fi.& auth.quod locum.C.de dot. cau.non nu.& in auth. de temp.non nu. do.§.generaliter. & Matth.de Affli.in d.constit.mulier,quæ dotarium. colũ. 2.circa fi. quia tunc mulier potest petere quartam, vt ibi per eum,& Ange.consi.158.& Ias.in l.si donaturus.§. fin. ff.de condi. ob cau. vbi multa cumulat in materia non so-
90 lutæ dotis. ¶ † Limita quartò nisi dos fuisset promissa ad certam diem, & antequam veniat dies soluendi dotẽ promissam maritus moriatur superstite vxore: quia mulier debet habere quartam, licet dos non fuisset soluta, cum nihil possit imputari, quare ante diem non soluit, & diei adiectio in vtilitatem mulieris videtur apposita,arg.l.cum tempus.ff.de regu.iur.vt tenet hic Sebast.col. pen.in prin. & ita fuit in Sacro consilio iudicatum, vt tenet Matth. de Affli.decisi. 333. incipiente si dos,& tenet Guido Papæ in quæstio.par.Delphi.q.430.incipiente supra, & quæst.565. incipiente in contractu, allegat: quia dos promissa habetur pro soluta per ea, quæ dicit Saly. in l. si constante. C. de dona.ante nup.& istam.quæst.tangit etiam Guid. Papæ quæst.264.in contractu matrimonii, & in consi. 19.incip. ex casu mihi tradito, & tenet Nico.Boer.d. quæst. 22. col. 3.& 4.& Thom.Gram.decisio.97. Prædicta tamen restringit & limitat Matth.de Affli.in constit. mulier, quæ dotarium,col.3.& in c.1.§.donare,col.12.in tit.quali. olim feu. po.alie.procedere,quãdo dos ad diem fuisset promissa per mulierem: quia tunc diei adiectio videtur apposita fauore mulieris,secus si extraneus promisisset: quia tunc respiceret fauorem extranei,& non mulieris, & sic non deberet habere quartam,quando extraneus promisset, & non soluisset,vt ibi per eum,nisi elapso termio maritus, non exegisset dotem ab extraneo:quia tunc posset ei culpa imputari per ea,quæ dixi supra in 2.limitatione. Idem est, si dos promissa solui per mulierem in certo termino non soluatur:quia si soluitur matrimonium propter moram mulier non lucrabitur quartã,nisi pro parte soluta,vt tenet Matth. de Affli.decisio.242.in causa inter Iilam.& Seba.in consu. Neap.quæ incipit,quartam. in glo.in verbo constitutam, in addi.in fin.& Nico.Boerius vbi supra.Adducitur etiam quia mulier non põt improperare viro de gratia & dilatione,quam fecit ipsi mulieri,ut dicit Bald.in l.si extraneus.ff. de iur. dot. Quod intellige, nisi dos fuisset oblata marito, & deposita,si recipere noluisset,vt dicit tex.in aut.dos data. C.de dona.ante nupt. & §.fi.in aut.vt exa.instan.do.& doc. in d.locis,& Host.in sum.in tit.de dona.propter nup.§. qua actione. Item intellige,nisi esset appositum pactum,vt dote soluta,vel non soluta debeatur quarta:quia tunc vigore pacti deberetur quarta,etiam dote non soluta, vt in dicta decisio.parl.Delphi.q.430.incipiente supra. Aduerte tamen: quia contra primam limitationem in terminis tenuit Iaco.de Are.in d.authen.dos data in fin.vbi tenet,quòd si maritus confitetur recepisse totam dotem, & fecit donationẽ propter nuptias,& postea pars mulieris incontinenti confitetur non solutam dotem,vel restat aliquid ad soluẽdum & promittit ad certam diem dotem soluere sub pœna, si moritur maritus, non potest petere dotem non solutam, neque donationem propter nuptias, & hoc procedit, siue mulier,siue alius pro ea dotem promiserit,vt ibi per eum, qui dicit,quòd in ista quæstione vidit sepæ dubitari, & peritos errare.pro ista opi.est tex.in d.§.fin.in aut. vt exa. insta. qui loquitur generaliter,siue fuerit dos promissa per mulierem siue per extraneum,& tex.in d.aut.dos data. in fin. ibi,at si per dilationem dos viro nõ detur, & donatio profus denegetur,quæ iura loquuntur generaliter,& generaliter debent intelligi.l.1.§.generaliter.ff.de leg. præsta.vt dicit Matth.in d.consti.mulier,quæ dotarium.colum.3.circa prin.& quia tacitè videtur actum, vt dote non soluta non debeatur donatio propter nuptias,vt ibi per eum, & Azo. in sum.C.de don.ante nup.quia dos & donatio propter nuptias paribus passibus ambulant,vt dicit Ange.& alii in d. aut.dos data,& pactum super dote extenditur ad donationem propter nuptias,vt dicit Hosti.in sum.de don.propter nup.§.qualiter,colum.3.in prin. Item dos debet oneribus matrimonii deseruire.l.pro oneribus.C. de iur. do. l.dotis fructus.in prin.ff.de iur.do.& dos, quæ oneribus matrimonii non seruit,nulla est,vt dicit Iac.de Are.vbi sup. allegat. l.si pater mulieris.ff.de iur.do.& ideo si eam nõ dedit quartam,non lucrabitur.C.de pact.conuen.l.fina.& aut.qualitas & aut.& quæ nihil.quia dos effectualiter intelligitur & non verbotenus,vt dicit And.de Iser.in c.1.col.8.de na.succe. feu. Pro hoc etiam adducitur: quia non potest marito imputari, si tempore contractus matrimonii voluit ex pacto dilationẽ,& noluit purè promittere.Nec obstat, q dos promissa habetur pro soluta: quia hoc non est indistinctè verum,immo quando in promissione versatur fauor & cõmodum promittentis, tunc non sunt paria,promittere, & soluere,vt dicit Iaco.de Bel. quem sequitur Alb. de Ro.in l.fin.C.ad leg.fal.& refert Matth.de Affli.in d.§. donare.& ista opi.in puncto iuris posset sustentari, licet prima sit cõ-
91 muniter approbata.¶ Iuxta prædicta dubitari potest, † an iocalia censeantur esse donata a marito vxori, & penes quem manere debeant soluto matrimonio, vide Bald.in aut.ex testamẽto.col.4.in fi.cum seq.C. de colla.Ang. Are. in §.fuerat.col.24.Inst.de actio.Per.Phi.Cor.consi.65. consultus.3.vol.& consi. 103.in litera.C.4.vol.Lucam de Pen. in l.fi.col.2.cum sequen.C.de incolis,lib.10.Seb.de Neap. in consue.quæ incipit mulier de dotibus, colum. 2.in glo. super verbo donatiuo.Sil.in sum. in verbo donatio. 2. col. 7.& latè Matth.de Affli.decisio.315.vbi vide cum concor. in dictis locis. ¶ Et vltra prædicta ad materiam de quarta & tertiaria,seu antefato,vide latè Carolum in long. in d. l. 2.de his quæ a viro in vxo.dantur.Matth.de Affli.in d.consti.mulier,quæ dotarium.& ibi per glo.& And.de Iser.latè per Seba.de Neap.in d.cõsue.Neap.quartam.de iure quartæ,cum sequen.& Matt. de Affli.in decisio. 37. in fin. & in
92 decisio.314.vbi dicit † quòd filii succedunt in hoc dotario etiam si non sint hæredes patris, vt in dictis locis. & vide Decium in rub.C.de secund.nup.col.3.Intellige,vt ibi per eum,quando tale lucrum superuenit post renuntiationem & vide,quæ dixi supra eo.versi.tu autem nume.44.¶ Quæro,po.

ro,pone mulier contraxit matrimonium cum primo viro, & fuit sibi constituta quarta, demum mortuus fuit primus maritus superstite vxore, & pluribus filiis masculis & fœminis,mulier habuit quartam,& postmodum transit ad secunda uota,& sic de proprietaria fuit effecta vsufructuaria vt supra dictum est,moritur postea filia fœmina ex primo marito,& renunciauit fratri bonis paternis in forma, post modum moritur mater,quæ transierat ad secunda uota,filius masculus dicit totam quartam spectare ad ipsum:quia eius soror fuit maritata de paragio , & excluditur ab hæreditate patris,de cuius bonis fuerat maritata,vt in cõst.regni in aliquibus,& in const.vt de successionibus.& doct. in dictis locis.sed proprietas per transitum ad secũda vota erat filiorum,igitur erat exclusa.Item est exclusa per renunciationem factam.Ad hoc adducitur,quod dicit Pau.de Cast. consi.257.1.vol.incipiente,viso puncto suprascripto,vbi cõcludit,quòd filia,quæ renunciauit hæreditati & successioni, excluditur etiam ab illis bonis , quæ acquiruntur filiis primi matrimonii in pęnam patris,vel matris,quæ ad secũdas nuptias transiuit, & tale lucrum debet regulari secundùm successionem:& quia fuit semel exclusa,vlterius non admittitur:vt dicit Matth.de Affli.decisio.314.in causa.versi.sed incidit.In contrarium adducitur pro parte filię:quia in dicta quarta succedunt filii,etiam si non sunt hęredes patris,dummodo non fuerint ingrati,vt in aut.hæres.C.de secund.nup.& ibi docto.& per transitum ad secunda vota ipso facto dominium illius quartæ est translatum in liberos, & sic inter viuos,etiam viuente matre , vnde tale dominiũ liberi habent facto legis,& ideo non requiritur , quòd sint hæredes,ita dicit Bald.in l.generaliter.§.in his.C. de secun. nup.& Lud.Ro.consi.150.incipiente clarum. circa. fin. & consequenter ipsa filia debet admitti cum aliis ad illam quartam non obstante dote recepta,& non obstante renunciatione.Et ex hoc patet responsio ad d. consti. regni : quia per d.cõsti.filia dotata excluditur a successione illius,de cuius bonis fuit dotata , sed ista filia non habet quartam iure successionis,nec tamquam hæres,sed ministerio legis, igitur non obstat.In hac quæstione conclude , quòd ista filia admittitur cum aliis ad illam quartam non obstãte renuntiatione,vt tenet notanter Old.consi. 294.incipiente, vltra iam dicta,vbi concludit,quòd filia, quæ renunciauit hæreditati cum iuramento,iuxta c.quamuis.de pact.in 6.non excluditur a lucro,quod illi defertur in pœnam transeuntis ad secunda vota;quia hoc ius post renunationem superuenit,arg.l.Aurelius.§.testamento.ff.de lib. legata . & procedit ex diuersa causa , quæ separata est a successione, vt ibi latius per eum,& tenet Guid. Papæ in quæstionibus Delfina.q.228.ex dicto processu , & hoc latius tenet Decius in consi.396.visis his,quæ accuratè.3.vol. vbi ad omnia contraria respondet & dicit hanc esse communem opi. & istã opi.sequitur etiam Decius consi.130.proponitur.col. 2.secundo vol. cum multis concordantiis in dictis locis allegatis:vt ibi per eum.¶ Prædicta tamen intellige, nisi mater antequam filia nuptui traderetur,transiuisset ad secũda vota,& postea filia renunciasset: quia tunc ex quo illud ius sibi competebat,& ei renunciauit, tali casu excluderetur,vt colligitur ex dictis Old.in d. consi. 294.& Decius in dictis consiliis,dum assignant rationem:quia istud ius superuenit post renunciationem,ergo si ante, sibi præiudicat .¶ Item intellige, nisi verba renunciationis essent latè concepta,ita quòd de quarta etiam fieret mentio; quia tunc renunciatio esset seruãda c. quãuis de pact.in 6.& quæ hñtur per doct. in l.pactũ quod dotali.C.de coll.& in l.pactũ quod dotali. C.de pact.cũ concor.in dictis locis;q̃a quilibet põt iuri suo renũciare. l. si quis in cõscribendo.C.de pact.cum similib.

93 ADDITIO noua.¶ † Quæritur iuxta prædicta . Pone,mater habebat tres filios ex primo viro , vnus ex eis decessit intestatus,& mater cum aliis duobus filiis fecit diuisionem de bonis illius defuncti,& cuilibet fuit assignata tertia pars,mater postea transit ad secunda vota,filii volunt rescindere illam diuisionem pro eo , quòd mater per transitum ad secunda vota fuit priuata proprietate , quid iuris? Dic,quòd filii admittuntur:quia mater per transitum ad secunda nota priuatur successione,vt per Phi. Decium consi.206.quæritur.2.vol.& supra dixi,nisi mater de voluntate tacita,vel expressa filiorum contraxisset secundas nuptias,
94 vt ibi per eum,& supra plenius dixi.¶ † Iuxta prædicta potest adaptari alia quæstio.Si pater habens duos filios ex prima vxore,& duos ex secunda,in vltimis constitutus eos hęredes instituit,& inuicem reciprocè substituit,vnus eorum repudiauit hæreditatem , an ad partem illius admittantur omnes,an verò solum vtrinque coniunctus ? De ista quæstione vide Bartol.Alexand.& alios in l.Lucius. in prin.colum.penult.ff.de vulg. & pupi. vbi concludit,quòd omnes admittuntur;quia talis substitutio est subrogata loco iuris
95 accrescendi , vt ibi per Alexan.¶ † Quæro quid si fuit contractum matrimonium inter personas a iure prohibitas,& fuit constituta donatio propter nuptias,seu quarta,& ante obtentam dispensationem a sede Apostolica solutum est matrimonium morte viri, dubitatur , an quarta debeatur? Dic quòd non, ex quo inter eos matrimonium consistere non potuit,tex. in c. & si necesse,extra de dona.inter vir.& vxo.l.qui contra.C.de incest.nup. Immo si q̃d recipit a viro,cogitur relaxare,vt ibi dicit text. Si tamen dos fuit soluta viro,dẽt restitui mulieri:quia habuit in se tacitã conditionem, si matrimonium subsequebatur.l.dotis promissio.ff. de iu.do.l.stipulatione.eo.tit. & dixi sup. eo.versi. quæro si
96 fuerunt.num.61.cum concor.ibi.¶ † Sed pone mulier contraxit secundas , vel tertias nuptias , & lucrata fuit duas, vel tres quartas , postea moritur & supersunt filij primi & secundi matrimonii , quomodo quartæ diuidentur inter eos ? Dic quòd filii prioris matrimonii habebunt quartã lucratam per eorum matrẽ a primo marito defuncto , filii secundi matrimonii habebunt quartam lucratam per mortem secundi viri,& sic deinceps,tex.in §.nec illud. in auth.de nup.& in auth.neq; virum quod ex dote, in prin. & doc.in dictis locis,& gl.in §.veniũt. in verbo prioribus, in auth.de nup.tex.in l.cum aliis.& in auth.vxori.C.de se-
97 cun.nupt.& doc.in d.locis. ¶ † Quæro, pater habuit primã vxorem,& ex ea procreauit filios, moritur prima vxor relictis filiis,ille maritus contraxit secundas nuptias, & constituit secundæ vxori,quartam,& procreauit filios ẽt ex secunda vxore,moritur ille maritus relictis filiis ex prima & secunda vxore, dubitatur , quarta , quæ debetur secundæ vxori, an debeat solui de portione filiorum secundæ vxoris.ex quo ipsi postea in ea succedunt,an verò debeatur de tota hæreditate? Videtur dicẽdum, ꝙ debeatur de portione tangente filiis secundi matrimonii;quia mortua matre ipsi succedunt in quarta.d.§.nec illud.in auth.de nup.cum aliis sup.proximè allegatis.Et si aliter diceremus,esset inęqualitas inter filios ; quia filij secũdę vxoris haberent istã quartã pręcipuã,& sic esset inęqualitas, quod esset nõ debet.l.pen.C.de coll.& ẽt propter tollendam inuidiã , quæ maximè oritur inter fratres. C. de bo.quæ lib.l.cũ oportet. §.2.ff.de leg.2.l.cum pater.§.cunctis,tangit gl.in d.§.nec illud.in verbo secundis. In contrarium adducitur : quia ex quo ista quarta fuerat constituta per patrem defunctum , & sic erat debitum hęreditarium,& actiones actiuè & passiuè transeunt ad hæredes pro hæreditariis portionibus. l. 2.C.de hær.actio.& sic omnes pro rata quartã præstare tenentur secundę vxori, & illa quarta lucrata per secundam vxorẽ debet filiis illius matrimonii. d. §.nec illud.in auth. de nup.& d.l.cũ aliis.C.de sec.nup.cũ concor. sup.allega. Et si mater non transiret ad secũda vota,haberet ẽt portionem proprietatis pro numero liberorum,aut.si tñ.C.de secund.nup.& in corpore vnde sumitur,& sic hñt istã quartã tanq̃ filii secundæ vxoris ex prouidentia legis. Nec obstat, quod dr̃ de inæqualitate:quia ex quo pater habuit vxorẽ in obsequio viri, & fructus dotis conuersi fuerunt in vtilitatẽ mariti,& sic in cõmodũ oĩum filiorũ, meritò,qui sentit cõmodum,dẽt sentire incommodum. Inst.de legi.patro.tutæ. §.fina.& ita est tenendum.Io.Ant.de Nigris I. V. D.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dotarium an possit constitui in terra feudali sine assensu regio.*

2 *Mulier an possit dare secundo viro in dotem dotarium, vel vsufructum in terra feudali sine regio assensu.*

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXVI.

1 DATARIVM † in terra feudali cõstituant feudatarii vxoribus absque licentia nostra, vel curiæ

2 nostræ. † Sed viro præmortuo mulier datarium habens non det in dotem, vel vsufructum dotarii sine assensu nostro, vel curiæ nostre, dum nubet secundò.

ADDITIO.

DOTARIVM. De materia vide supra cap. proximo. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Apprecium an debeat singulis annis renouari in primo die Maii.* 5. 12.

2 *Apprecium non renouantes an puniantur, ibidem.*

Appreciatores electi si non renouauerint apprecium, qualiter puniantur.

Apprecium impedientes qualiter puniantur, ibidem. 7.

3 *Pœna contra non renouantes apprecium.*

4 *Pœna non renouati apprecii an exigi possit ab vniuersitatibus, si functiones fiscales regiæ curiæ solutæ fuerunt.* 9. 11.

8 *Apprecium in multis ciuitatibus hodie non fit.*

10 *Ratione cessante cessat legis dispositio.*

13 *Bona tenentes in aliis territoriis, quam vbi faciunt incolatum, an ibi contribuere teneantur.*

14 *Vniuersitas an possit mutare apprecium & viuere per gabellas.*

15 *Leges transgredi an liceat ex causa.*

16 *Vniuersitas si vult mutare apprecium, & viuere per gabellas, an aliquibus contradicentibus facere possit.*

Maior pars an debeat attendi, ibidem.

DE APPRECIO. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXVII.

1 IN Calendis † Maii anni cuiuslibet iusticiarii singuli vniuersitatibus singulis iurisdictionis eorum mandent ad pœnam tertiæ partis totius collectæ eis in anno ipso per curiam nostram impositæ, quam pœnam ab eis, qui contrafecerint, exigant, & exigi faciant, vt apprecium renouent, ita quòd in fine præsentis mensis Augusti sit apprecium renoua-

2 tum. ¶ † Sed si appreciatores electi non renouauerint apprecium, vel alii, puta maiores, vel ditiores de terra hoc impedierint, a quolibet appreciatorum per quos steterit, & id impedientium iusticiarius exigat uncias auri decem.

IN Calendis. Super ista materia renouationis apprecii seu taxationis collectarum prouidit Rex Carolus Primus regni ann. 7. de offi. iusti c. Item distribuendo. cum ibi. seq. non est impressum. Item subsequenter prouidit idem Rex regni anno 13. de non cogendis taxatoribus, & de processu habendo super collectis non reperitur, & ꝙ nihil recipiatur pro sigillandis quinternis collectarum, in cap. ꝙ quaterni supra numero 33. & de salario taxatorum, & ꝙ pecunia collecta assignetur tempore officii iusticiarii. Ite prouidit Rex Carolus Secundus anno 6. in singulis ciuitatibus, infra numero 144. & vide, quod ibi scripsi, vide in-

3 fra c. porrecta. numero 199. In tex. ibi (tertiæ partis) † Nota pœnam contra non renouantes apprecium iuxta formam statutam in c. huius regni, & ad declarationem huius cap. processit subscripta littera. Sebast. de Neap.

LVDOVICVS ET IOANNA DEI GRAtia iustitiario terræ Idronti &c. CAP. CLXVII.

ANTONIVS de Fellona fidelis noster nuper nobis insinuare curauit, quòd licet homines suorum casalium Telluri. Assariæ, & Echiæ de vestra iurisdictione prædecessoribus vestris, qui fuerunt pro tempore, & tibi præsenti quantitates generalium subuentionum, & colllectarum, aliarumque functionum fiscalium, quæ eis impositę sunt per curiam, annis singulis integrè soluerint. Tamen de pœna non renouati apprecii eos & bona eorũ impetere & molestare tentasti, pœnam exigere multipliciter molitus, in illorum graue dispendium & iacturã, super quo prouisionis nostræ remedio im-

4 plorato. † Nos attendentes, quòd postquam solutionem dictarum fiscalium collectarum exactio dictę pœnę, quòd eo anno, quo solutæ fuerunt, non vendicat rationabiliter sibi locum, fidelitati vestræ præsentium tenoræ districtè præcipiendo mandamus, quatenus dictorum vestrorum prædecessorum vestigia non sequẽtes, prædictos homines dictorum casalium, postquam dictas subuentiones & collectas suis vicibus nostræ curiæ persoluerunt, occasione siue prętextu dictæ pęnæ non renouati appretii non petatis nec molestetis, aut peti seu molestari facere ab aliis permittatis: cum frustra de pœna agi debeat post solutum debitum, ad solutionẽ namque faciendã pęna dignoscitur constituta. Quinimmo tu prædictæ iustitiariæ reuocare cures processus in irritum si quid est in contrarium attentatum, Ita ꝙ de contrario ad nos querimonia non deferatur, tibique denuo propterea non sit opus aliis literis &c. Anno Domini. 1357. Die 10. Iulii decimæ Indictionis, regnorum nostri regni anno. 8. nostri verò regiminis anno. 17.

ADDITIO.

5 IN Calendis Maii. † Nota, ꝙ apprecium quolibet anno debet renouari in calendis, i. in primo die Maii, & debet esse completum in fine mensis Augusti, aliàs puniuntur ut hic, & in Regia prag. quæ incipit, Ferdinandus &c. magnifico uiro Rentio, sub rub. fiat appretium &c. ¶ In tex. ibi

6 (sed si appretiatores &c.) † Nota, ꝙ appreciatores electi ad appreciandum, si non renouauerint apprecium infra an-

7 num, puniuntur ut hic. ¶ In tex. ibi (vel alii &c.) † Nota, ꝙ impedientes apprecium fieri puniuntur ut hic. Et ad materiam

teriam huius cap. uide infra in ca. in singulis ciuitatibus,
nume. 144.& infra in ca. porrecta. num. 199. vbi latè de ista
materia. Et dicit hic Bartho. de Capua, q in ciuitate Sancti
9 Angeli istud c. non seruatur. † Et hodie in multis ciuitati-
bus & locis non seruatur, quia imponuntur gabellæ, & non
fit apprecium. Et nota ex c. præcedenti, † q pœna non po-
test exigi propter apprecium non factum, si est facta solu-
tio fiscalium functionum. Ratio, quia apprecium fit, vt sol
uantur fiscales functiones, illis ergo solutis cessat ratio.
10 † & sic cessante ratione cessat legis dispositio. l. adigere. §.
quamuis. ff. de iure patro. c. cum cessante, extra de appella.
Et ad materiam apprecii vide infra c. fiscalium functionũ,
11 num. 275. vbi statuitur, † quòd non procedatur contra vni
uersitates ad pœnam pro non renouato apprecio, nisi ali-
quis de vniuersitate de hoc querelam exposuerit, vt ibi, &
12 vide infra c. in singulis. nu. 194. vbi similiter dicitur † quòd
anno quolibet debet renouari apprecium de mense Augu
sti, eo quia facultas crescit & decrescit, & in tex. nostro di-
citur, quòd debet fieri & renouari de mense Maii. Sed pos-
sunt concordari, quia de mense Maii debet incipere reno-
uatio, & debet esse finita de Mense Augusti, vt hic dicitur.
13 † Et in d. c. dicitur etiam, quòd tenentes bona burgensatica
in vno territorio, licet habeant alibi domicilium, tenentur
contribuere in collectis in loco vbi sunt res, & vide infra
c. sequenti, quod incipit, solutionem, nume. 168. ¶ † Sed po
ne secundum dispositionem huius c. & aliorum capitulo-
rum supra allegatorum debet fieri apprecium pro soluen-
dis fiscalibus functionibus per collectas. Vniuersitas vult
mutare apprecium de collectis ad gabellas, & vult viuere
per gabellas ex causa, vt difficultas exigendi cesset, & ad
euitandum pericula rixarum & inimicitiarum, quæ solent
prouenire ex taxationibus. Queritur, an hoc fieri possit? Bre
uiter dicas quòd sic, vt tenet Anto. Capi. decisio. 198. con-
sueuit hactenus, colum. 1. in fin. maximè si solitum est viue
15 re per gabellas. † Et ex causa licitum est leges transgredi. l.
si hominem. ff. mand. latè Fely. in c. 1. extra de consti. & cau
sa est difficultas exigendi, & vt euitentur rixæ & inimicitię
vt dictum est, & consuetudo soluendi per gabellas, & est re
gia prag. Regis Ferdinandi, qua disponitur, vt vniuersita-
tes inter ipsos ciues & non in exteros possint imponere da
tia, & incipit prag. Ferdinandus, & si hactenus.

ADDITIO noua. Et dicta pragmatica est edita post
prag. quæ loquitur de apprecio, quæ incipit. Ferdinandus
magnifico viro Rentio, vt patet ex data dictarum pragma-
16 ticarum. ¶ † Sed quid si aliqui contradicunt, an possit ni-
hilominus gabella imponi pro necessitatibus vniuersitatis?
Anto Capi. vbi supra tenet, quòd illud, quod fit a maiori
parte, valet & seruari debet. l. quod maior. ff. ad municipa.
latè Felyn. in c. cum omnes, col. 11. cum sequen. extra de
const. & vide Ias. in l. & seruum, §. hodie. ff. de pact. vbi po-
nit multas limitationes ad d. l. quod maior. Et hodie quan-
do imponitur gabella, impetratur licentia a Prorege Re-
gni. Io Antonius de Nigris I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Solutio pro iure sigilli quomodo fieri debeat, & an sit reducta ad moderamen.*

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXVIII.

1 SOLVTONEM † pro positione sigilli reducimus ad moderamen, quod continetur in capitulis nostris editis in planicie Sancti Maritini.

SOLVTIONEM. Istud c. cum sequenti malè seruatur, tam per vicecancellarium circa impositionem sigilli, quàm per stipendiarios & alios nominatos, de quibus hic cauetur, immo totum contrarium. ¶ In tex. ibi, editis in planicie Sancti Martini, loquitur de c. Item statuimus, supra numero 126. & cap. item statuimus. supra numero 129. & vide supra cap. quod quaterni, nume. 33. & quæ ibi dicta fuerunt. Sebast. de Neapo.

SVMMARIVM.

1 *Palea quo precio solui debet per stipendiarios & officiales sequentes curiam.*
2 *Palea, quæ capitur, an debeat esse extra terrã & suburbia.*
Famulus capiens paleam & non soluens, vel intra terram capiens an fustigetur, ibidem.
Patronus famuli sciens quòd eius famulus indebitè cœpit paleam, an puniatur, ibidem.
3 *Paleam habentes extra terram & non permittentes capi precio statuto oblato, an possit illa capi inuitis dominis.*
4 *Palea necessaria propter boues an possit capi. 7.*
5 *Stallagium, quantum solui debet pro stallagio.*
6 *Palea quando aufertur, an debeat offerri precium.*
8 *Palea necessaria pro victu aliorum animalium an possit capi.*
9 *Charitas ordinata an incipiat a seipso.*
10 *Mater inops an teneatur lactare filium.*
11 *Precium paleæ & lectorum an possit limitari.*
Precium rerum, quibus homines indigent, an possit limitari tempore carestiæ, ibidem.
12 *Carestiæ tempore an quis cogi possit, vt eat ad emendum in partibus remotis.*
Vendere an cogatur tempore carestiæ, ibidem.
13 *Guerra existente in vna prouincia an alii de alia prouincia, vbi est vbertas, teneantur portare victualia ad illam, vbi est guerra.*
14 *Statutum an possit facere vniuersitas super victualibus vẽdendis, & an cum pœna, vel sine pœna.*
15 *Carestiæ tempore an diuites possint cogi vendere frumentum.*

DE PALEA NON AVFERENDA, & soluendo stallagio. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXIX.

1 DE † Palea soluenda per stipendiarios, officiales quoscunque sequentes curiam, soluantur in terra laboris in æstate pro qualibet salma grana tria. In hyeme grana sex. In Apulia medietas prædi-
2 ctorum. Et hoc siue palea sit reclusa, siue non. † Dũ-
modo sit extra terram & suburbia, ad quam porta-
tur. Si contra fiet, fustigetur famulus, & patronus
3 sciens soluat duplum precii paleæ. ¶ † Sed si haben
tes paleas non permiserint illas auferre pro prædi-
cto precio, licitum sit somerariis auferre paleas pre
cio oblato. Et si non stet per eos, quominus solua-
4 tur. ¶ † Excipimus paleam milii, quam nolumus ali
quatenus auferri, necessaria propter boues ad agri-
5 culturam. ¶ † Item pro stallagio equi die ac nocte
soluatur granum vnum.

DE Palea. ¶ In text. ibi (auferre) Nota, quòd licet auferre homini vtensilia soluto precio, vel etiam oblato, & vide ad materiam in constitutio. sic nostra seruitia, lib. 1. Sebastianus de Neapoli.

ADDI-

ADDITIO.

DE Palea.vide ad materiam supra cap.Item stipendiarii,neme.48.& quæ ibi dixi,& supra in c. contra effrenatas,nume 21.& in c.grauamina. & quæ ibi dixi supra,uume.23.¶ In tex.ibi(au-
6 ferre paleas precio oblato) † Nota , quòd debet solui precium,seu offerri,quando aufertur palea,faciunt, quæ dicit Lucas de Pen.in l.2.colum. 2.in fin. C.vt rusti. ad nullum obseq.lib.11.¶ In text. ibi (necessaria propter boues &c.
7 † Nota,quod palea necessaria propter boues ad agriculturam non est auferenda per officiales & stipendiarios etiã
8 oblato precio.† Idem esset dicendum , quaudo esset palea necessaria pro victu aliorum animalium domini paleæ,dũ rum enim esset animalia domini paleæ famæ perire, & de sua palea animalia aliorum nutrire.l.si quis a liberis.§.de alimentis,qui est.§.penul.& ibi glo.ff. de lib. agno. & esset
9 contra ordinem charitatis,† cum ordinata charitas incipit a seipso.l.præses.C.de ser.& aqua.faciunt dicta per Bald.in
10 l.sed si hæreditas.ff. ad exhi. vbi ponit † de matre inope an teneatur lactare filium,& faciunt dicta per Ias.in §. item si de dote.colum.2.versi. secundò vltra glol. Instit. de actio. cum concor.ibi. ADDITIO noua. Et nota ex isto tex.
11 & ex cap.sequen.† quòd limitatur precium paleæ & lectorum.Similiter etiam potest limitari precium & statui his rebus,quibus homines communiter indigent; quia publica vtilitas præfertur priuatæ,ita dicit glos. in l. munerum. in verbo,item episcopi.C.de mune.& hono. Et dicit Ioan. de Pla.in l.quoties.C.vt nemi.lice. in empti. spe. se excusa.
12 lib.12.† Quod imminente necessitate bladi & aliarum specierum quis cogitur ire ad emendum etiam ad partes remotas,neque potest aliquis se excusare prætextu alicuius priuilegii.Et tali tempore habentes in horreis suis bladum coguntur afferre in locum publicum , & minus iusto precio vendere.Alio verò tempore iusto precio vendere cogitur.Ad prædicta etiam vide Bartol.in l.1. §. cura carnis. in tertia opp.ff.de offi.præfe.vrb.& in l.annonam.ff.de extraordi.cri.Bald.in l.si pendentes.§. si quid , de vsufru. Et dicit Ang. in l.pro locis.C.de anno.& trib.lib. 10. & ibi in addi.
13 ad Bartol.† Quòd si sit guerra in aliqua prouincia,propter quod sit oppressa victualibus,& in alia sit fertilitas & abundantia,quòd de illa,in qua est vbertas , dicunt victualia ad aliam portari, vt ibi per eum,quod nota , quando portatur grassia de vno loco ad alium.Et vide And. de Iser. in prælud.const.& ibi Matth.de Affli.in tertia quæstione vbi di-
14 cit.† Quod vniuersitas potest facere statutum super victualibus & rebus,quæ sunt ad vsum vniuersitatis , sine quibus non posset viuere , vt habentes frumentum & alia deducto vsu pro se & familia compellantur vẽdere , & potest etiam taxare precium.Tamen vniuersitas potest facere tale statutum sine pœna,nisi esset consuetudo præscripta imponendi pœnam,vt per Matth.vbi supra col.2.& 3. Et tale statutum non potest fieri contra vnum,sed debet esse generale,
15 nisi ex causa. Et ibi etiam dicit Matth.† quòd tempore famis & carestiæ diuites possunt cogi vendere frumentum communi precio,vel viliori precio , ne populus fame pereat,& fame non tabescas , vt ibi per eum. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Lectus , quantum salarium solui debet pro lecto integri in nocte.*
2 *Lectus integer quomodo intelligatur.*
3 *Lectus quando non est integer,quãtum solui debet in nocte.*
4 *Lecti an debeant assignari per magistros iuratos et baiulos.*
5 *Castellani et seruientes an possint capere pannos pro lectis.*
6 *Lecti appellatione an veniat culcitra serica, & ornamenta omnia.*
7 *Lectus festiuus an veniat appellatione lecti legati.*
8 *Lecti ornamenta quæ dicantur.*
9 *Lectus an veniat appellatione alimentorum.*

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXX.

1 PRO † quolibet lecto integro assignãdo per magistros iuratos & baiulos sicut dicit cõstitutio do-
2 mini patris nostri soluatur granum vnum.¶† Lectus integer intelligatur materacium, vel saccones, vel culcitra, quod, qui, vel quæ habeat lintea-
3 mina & cultram . † Si verò non sit integer lectus, pro qualibet parte lecti soluatur granum medium pro qualibet nocte.

ADDITIO.

PRO quolibet lecto.¶ In tex.ibi(constitutio domini patris nostri)loquitur de cap. item stipendiarii, supra numero 48.in rub.quod familiares iusticiariorum &c.† Et nota, quòd lecti debent
4 assignari per magistros iuratos & baiulos , vt hic , & dicto
5 cap. item stipendiarii .& ibi dixi. † Similiter castellani nec eorum seruientes non debent capere pannos pro lectis,vt capitulo castellani, supra numero 86. ¶ In tex. ibi (lectus
6 integer intelligatur &c.)† An appellatione lecti veniat culcitra serica & ornamenta omnia,vide in l.librorum.§.fina. ff.de leg.3.† Et an veniat lectus festiuus,vide in l.fin.§.vxo-
7 ri,& ibi Bartol.ff.de auro & arg. lega. & Flor. in l.sed & si quid.§.proprietatis,in fin.ff.de vsufru.vbi dicit, quòd lecto legato cedunt etiam ea,quæ festiuis diebus apponebantur causa ornatus per.l.in stratum.ff. de verbo. significa. Et sic etiam culcitra serica comprehenditur in legato lecti facto vxori secundùm Bartol.in dicta l.librorum.§.fina.ff.de leg. 3.Bald.tamen tenet contrarium in l.1.C.de lega.de quo vltra prædicta vide Bald.in l. plenum. §. equitii. ff. de usu & habi.per illum tex.& uide tex. not.in l. fina. §. uxori.& ibi Bartol.ff.de leg.3.& tangit Ias. in dicta l. prima , columna
8 2.C.de leg.¶ † Quæ autem dicantur ornamenta lecti , uide glo.in dicta l.librorum.§ fina.ff. de leg. 3. in uerbo fulchra. Et uide Bartol. consilio 216. incipiente Addelandus. colum 2.in fin.ubi dicit, quòd in legato pannorum ornamẽti lecti uenit totum lectum, & omnes panni ad lectum
9 existentes,ut ibi per eum. † Et an lectus ueniat appellatione alimentorum,uide Bartol.in l.legatis. ff.de alim. & cib. leg.& uide, quæ habẽtur in l.cum hi.§. qui transigit. ff. de transa.Ioan.Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Bona proditorum Regiæ Maiestatis an applicentur fisco ipso facto quò ad dominium & possessionem.5.*
2 *Fiscus an possit vendicare bona proditoris contra quemcunque possessorem,& infra quantum tempus.*
3 *Conuentus a fisco pro bonis,quæ fuerunt proditoris, an possit præscriptiones & alias exceptiones & defensiones opponere.*
4 *Proditores & filii eorum an possint se tueri præscriptione bonorum contra fiscum.*
6 *Proditionis crimen an dicatur maximum & horrendum.*
7 *Rex tyrannicè viuens an possit contra eum populus rebellare.*

DE BONIS PRODITORVM. Rub.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXI.

1 BONA † Proditorum nostrorum, qui cõtra nostram,aut fœlicis recordationis domini patris nostri commiserunt,aut committent

mittent in posterum in maiestatem, sint fisci nostri iuribus applicata, & applicari debere declarando decernimus, & ad tollendam opinionem peritorum, & discrepātiam variam declaramus, vt ipso facto & perpetratione tanti facinoris dominium rerum proditorum ipsorum in nostram curiam trāsferatur, quod ipso iure horrendi criminis flagitio-
2 sus amisit: † absque adeptione quoque possessionis bonorum, fiscus noster ad bona eadem contra quemcunque possessorem infra annos viginti numerandos a die commissi delicti rei uendicatio-
3 nem intentet. † Conuentus tamen a fisco per consuetas conuentiones, præscriptiones, ac defensiones legitimas, quæ sibi forsitan competunt, se sicut
4 poterit rationabiliter tueatur. ¶ † Ipsi verò proditores nostri, filii eorum, & descendentes ex eis nulla temporis præscriptione iuuentur, dicta verò rei uendicatio fisco nostro competens contra eas per aliquam angustiam temporis non arctetur.

5 BONA Proditorum.† Nota hoc capitulū contra proditores, quorum bonorum dominium, & possessio a tempore patrati criminis ipso iure & ipso facto transit in fiscum. Et per hoc c. determinantur omnia iura & capitula de hac materia loquentia, de qua materia vide, quæ supra scripsi in capi. Regis Caroli Primi capitulo nuper ad vindictam. supra numero 13. Et ibi recurre & nota. ¶ In text.
6 ibi (quòd ipso iure horrendi &c.) † Satis quippe est horrendum hoc crimen, & censetur maximum omnium peccatorum: vt in auctēn. de nup. §. si igitur secundùm Theodosii, & C. ad leg. iuli. maiesta. l. fin. & ideo in ipso crimine est seuerissimè vindicandum, nam si id, quod committitur in regiam Maiestatem, non fuerit vindicta comprehensum, quod in minores subditos admittetur inultum transire ambigi non debet 23. quæstio, 5. relegentes. Nicol. de Neapo. Et quia hic dicitur, quòd crimen læsæ Maiestatis est abhorrendum vltra alia crimina, considerato quòd dominus tenetur reddere vicem vasallo, nec minus dominus vasallo, quàm vasallus ei, licet per iuramentum vasallus Domino astringatur, vt 10. colla. de for. fideli. capitu. primo in fin. & si de feu. fuer. controuer. capitu. domino, & ibi per
7 Andr. de Isern.† Quæro, an si Rex non viuit secundùm φ iustitia mandat, sed potius tirannicè indebitè manus ad spolia subditorum porrigendo, vendendo officium indignis, qui nullam subditis iustitiam administrant, sed solutas cathenas imponunt, vt amplos faciant prouentus, & populum ultra rationis debitum collectando: an tunc liceat populo rebellare? And. de Isern. in titu. quæ sint reg. in ca. extraordinaria. in 10. collatio. Gentiles populi, dicit quòd sic, secundùm poeticam & philosophicam doctrinā, secus secundùm catholicam veritatem, secundùm quam non licet populo rebellare. Et prædicta sunt vera, quando plures haberent superiores, ad quem possunt recurrere, aliàs si non haberent, tunc dicit ipse, φ bene posset rebellare, vt ibi plenius per eum. Seba. de Neapo.

ADDITIO.

BONA Proditorum ad materiam huius capituli vide, quæ late dixi supra in capitulo nuper ad vindictam, numero tertio & in capitulo & si frequenter. supra numero 17.

ADDITIO noua. Et Lucam de Penna in l. 1. columna secunda. C. de peti. bono. subla lib. 10. & Ioan. de terra Rubea in tract. contra rebelles, articulo decimo tertii tractatus, car. 97. columna tertia versiculo Publicantur. Et an liceat regem tirandum occidere, vide quæ dixi supra capitulo grauamina 23. numero 12.

D. Io. Ant. de Nigris.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Capitula & constitutiones an seruari debeant. 7.*
2 *Capitula regni an debeant in corpore constitutionum aggregari.*
3 *Pœna an imponatur contra violatores capitulorum & legum. 6.*
4 *Consuetudines contra capitula & constitutiones regni an sint sublatæ.*
Consuetudines, quæ superuenerunt post capitula, an sint sublatæ, ibidem.
6 *Violator capitulorum an puniatur, sicut violator legis, & qualiter puniatur.*

QVOD SERVENTVR CONstitutiones per nos editæ in eodem regno nostro. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS C. CLXXII.

1 CONSTITVTIONES † Igitur ipsas, quas in eodem regno sublatis iuribus, constitutionibus & consuetudinibus aduersantibus, per te, successores tuos, cæterosque officiales, nostrosque omnes subiectos tenaciter seruari præcipimus, in vulgarem notitiam te reducere volumus, mandantes vt per singulas terras iurisdictionis tuę
2 ipsas cum tenore præsenti facias diuulgari, † vt in corpore constitutionum regni aggregatæ pariter & reductæ seruentur vbilibet, cognitionalia certami-
3 na dirimant & decidant. † Pœna, qua violatores legum & neglectores sanctionum legitimè feriunt earum contemptoribus & omissoribus imminente. Tu quoque de executione præsentium fieri facias scripta competentia publica, quorum aliud tibi retineas in tuo ratiocinio producendum, & aliud e vestigio nobis mittas in archiuo nostro seruandum.

CONSTITVTIONES. ¶ In text. ibi (vt in corpore constitutionum aggregatæ &c.) Nota, quòd capitula regni sunt aggreganda in corpore constitutionum regni, & ita seruatur.

Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

CONSTITVTIONES. ¶ In text. ibi (sublatis constitutionibus & consuetudini-
4 bus aduersantibus &c.) † Nota, quòd omnes consuetudines antiquæ ante ista capitula, quæ aduersantur vel contrariantur alicui capitulo sunt sublatæ, & sic sunt nullius momenti. Idem est de consuetudinibus contra constitutiones regni, vt, per Matth. de Afflict. in constitu. post mundi. §. præsentes. in tertio nota. & ibi, quid si superuenit consuetudo post constitutionem, vel post ista capitula, quæ aduersatur, an valeat, vide ibi. In text. ibi (in corpore constitutionum ag-
5 gregatæ &c.) Notat hic Seb.† quòd capitula regni sunt aggreganda in corpore constitutionum regni. Et ex hoc infertur, φ ea quæ dicuntur de constitutionibus, possunt dici etiam

ei etiam de capitulis, & istud facit ad quæstiones, quas posui supra in præludiis, vbi vide. ¶ In text. ibi (pœ-
6 na &c.) † Nota, quòd violator capitulorum punitur sicut violator legis, vt hic leges enim violari non debent. 41. distinctio. statuimus. Et uiolans leges grauiter peccat 64. distinctio. quia per ambitiones 25. quæstione 1. capitu. violatores capi. in generali. ibi glo. extra de electio. in 6.

ADDITIO noua. Et violator capitulorum punitur etiam arbitrariè, vt in capitulo 182. Item nullus, in fine, & contemnens mandatum regium secundum vnam opinio. arbitrio superioris punitur, vt dicit Bald. in auctен. statuimus. C. de episcop. & cleric. vbi latè, & l. 2. C. de peti. bo. subla. libro 10. secundum aliam opinio. contemnens mandatum regium capite punitur, vt dicit Iacob. Rebuff. in l. vniuersæ. C. de veter. nummis. libro 11. Quòd est intelligendum, quando in mandato vertitur magnum præiudicium, & graue periculum: vt dicit Thom. Gramma. decisio. 40. columna penul. cum concordan. Ad prædicta vide etiam Bald. in l. legis virtus. ff. de legi. vbi quærit. Si aliquis contemnit mandatum legis qualiter puniatur, & arguit ad partes, postea concludit, quòd aut pœna est a iure determinata, & illa imponitur, aut non est determinata, & est pœna arbitraria, vt ibi per eum. Et dicit Matthe. de Afflict. in constitutio. regni iustitiarii per prouincias, columna 3. numero 3. quòd transgressorum constitutionum puniuntur pœna arbitraria, & vide in capitulo ad perpetuam, infra 175. vbi quòd non seruans capitula regni tanquam sacrilegus punitur, & ibi vide, quæ dicit Seba. Et ad illud, quod colligitur ex isto text. † quòd debent seruari capitula & constitutiones regni, tenet etiam Matth. de Afflict. in prælu. constitutio. in prima quæstione, columna 1. & vide supra capitulo. Item statuimus, quòd constitutiones. numero 138. & quæ ibi dixi, & infra capitu. ad perpetuam rei memoriam, ingentia. numero 175. & infra capitulo salubrem. numero 222. quod est duplicatum infra numero 254. capitulo salubrem. & in omnibus dictis locis confirmantur ista capitula regni, & fuerunt etiam confirmata per Regem Ferdinandum, vt dicit Matth. vbi supra, & est ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, quæ incipit. Item quòd seruentur omnia capitula. numero 273. in ordine meo.

Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Iudices an debeant esse annales.*
2 *Pœna contra eos, qui iudicaturam perpetuò vsurpant.*
3 *Iudex perpetuus an esse possit.*
4 *Iudicibus perpetuis an vniuersitates parere debeant.*
5 *Iudices an debeant eligi de mense Septembris.* 11.
Iudices annales an debeant per curiam regiam confirmari, ibidem.
6 *Rex Aragonum & eius filius noluerunt, ut iudices Magnæ Curiæ Vicariæ vlterius assiderent, sed mutarentur.*
7 *Iudices facti ab aliis quàm a regibus, an censeantur mutari.*
8 *Officiales an debent esse perpetui, an verò annales.* 12.
Officialis non debet confirmari, nisi primò steterit ad sindicatum, ibidem.
9 *Officiales an debeant exercere officium vsque ad aduentum successoris.*
11 *Iudices eligi qui non possint.*
11 *Vsurpans iurisdictionem qualiter puniatur.*

DE IVDICIBVS PERPETVIS NON statuendis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXIII.

1 ELECTIONEM † Insuper iudicum, quos diui principes esse
decreuerunt annales, vniuersitates & homines, quibus iudicaturæ præsunt officio, absolutum &
liberum habere volentes, iniquum & superiniquum reputantes, vt per iudicaturam perpetuam quoddam quasi dominium quis sibi vendicet in compares, & continuos iudices perpetuos, aut ad beneplacitũ factos per nos aut quoscunque prędecessores nostros Reges Siciliæ, in quibuscunque terris dicti regni remouemus, atque cassamus viribus vacuantes literas, indulta, priuilegia facta eis & eorum cuilibet sub quacunque forma verborum, qualemcunque ipsis perpetuam, vel ad beneplacitum iurisdictionem continentes concessam, sub interminatione infamiæ perpetuæ ipso fa-
2 cto illi, qui contrafecerint infligendæ, † omnesq;
pœnæ statutæ in eos, qui auctoritate propria digni-
3 tatem & iurisdictionem vsurpant. ¶ † Edicimus,
vt nullus decætero in dicto regno iudicem se per-
4 petuum nominet, aut faciat nominari. † Mandantes vniuersitatibus singulis: vt talibus iudicibus in
5 nullo intendant, aut pareant. † Sed mense Septembris anni cuiuslibet vniuersitas in consueto numero pro anno illo liberè iudices sibi idoneos eligat, per curiam nostram, cum miserit, ad annale iudicationis officium confirmandos.

ELECTIONEM &c. ¶ In text. ibi (quasi domi-
6 nium.) † Nota hunc text. quòd ciues regni, postquam incliti principes & Reges, valet Rex Aragonum & filius Rex pati noluerunt, quòd iudices Magnæ Curiæ vicariæ tempore eorum regiminis vlterius in magna curia regia assiderent, quapropter nouos iudices creauerunt in eadem, postquam nouam ordinationem multæ bonæ obseruantię inceperunt in eadem curia, & multa mala in eadem antiquitate prætextu quasi dominii recesserunt ab aula. Io. Archamonus vnus de nouiter creatis licet indignus. Et pro isto text. facit l. neminem. C. de suscep. & Archa. li. 10. ¶ In tex. ibi (factos per nos.) Aduerte: quia non tangit nisi iudices factos per ipsum regẽ & prædecessores suos Reges Siciliæ. futuri itaq; & faciendi decætero, & facti per alios,
7 quàm Reges Siciliæ non tanguntur. † Ideo iudices perpetui facti & faciendi saltem per eius dominos potestatem habentes, huiusmodi iudices facti firmi remanẽt, nec hoc dubium est secundùm Matth. de Porta. sed videtur obstare id, quod subiicitur ibi (edicimus, quòd nullus decætero &c.) nam si tollit illud, quod est plus. s. factos a se & prædecessorib. regib. qui proculdubio potestatẽ creãdi, seu faciendi tales iudices habẽt, quãto magis ab aliis factas reuocat. Prętertea cũ nõ mandet indefinitè, quòd talib. iudicib. s. perpetuis in nullo pareatur, sed per aliã formã eligi iubeat, & per Curiã cõfirmari eis annale iudicationis officiũ, vt sequit. Ergo nõ hauentes ipsam formã & confirmationẽ officii non poterunt ipsum officiũ exercere, & hęc opin. magis placet Seb. de Neap. Et facit l. neminẽ. C. de suscep. & Archa. li. 10.
8 & quæ ibi plenius scripsi. Et attẽde rogo, † quòd officiales nõ debẽt esse perpetui, sed annales, seu biẽnales ad plus. Itẽ quòd nõ dẽt officialis futuro anno officio cõfirmari, nisi fuerit primò sindicatus, & probatur in d. l. neminem. secundùm Bart. Lucas de Penna.

ADDI-

ADDITIO.

ELECTIONEM. Ad materiam huius c vide infra c. importuna petentis instantia. nume. 202. in rub. de non creãdis iudicibus im perpetuũ, & vide infra c. scire vos volumus, aliàs incipit, ordinata iustitia, in rub. ꝙ baiuli iudices exerceant officia &c. & infra nu. 235. vbi disponi
9 tur, † ꝙ iudices & officiales debent exercere officium vsq; ad aduentum successoris, vt etiam probat tex. in auctẽn. de administrato. §. fi. colla. 7. & vide quæ dixi supra c. item caueant. nu. 12. in rub. qui sunt, qui non possunt eligi iudices vide Matth. de Affli. in consti. regni in locis demanii. ¶ In tex ibi (sed mense Septembris &c.) Nota secundùm Bart.
11 de Capua hic. † ꝙ iudices annales debent eligi ab vniuersitatibus de mense Septembris cuiuslibet anni, & exercere officium post confirmationem a curia habitam: vt hic per eum, sed ista confirmatio vt plurimum de consuetudine non petitur. ¶ Circa illud, quod ponit hic in fine Lucas de
12 Penna, † ꝙ officiales non debent esse perpetui, sed annales, vide hodie de hoc regiam prag. Cęsareæ maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit, volumus, vbi statuitur, ꝙ officiales annales, & finito anno stent ad sindicatum, & supra aliàs tetigi. in c. item statuimus 132. ¶ In tex. ibi, iurisdi-
13 ctionem vsurpant. ¶ † Quæ autem sit pœna vsurpantis iurisdictionem, vide, quæ dixi supra c. contra effrenatas, numero 21. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam absolutoriam in criminali an iudex proferens debeat superiori denunciare.*
2 *Iudex superior infra quantum tempus debeat deliberare de viribus processus & sententiæ, & an debeat causam examinare.*
3 *Iudex pronuncians an debeat aliquid innouare appellatione pendente.*
4 *Iudex, qui superiori suo sententiam absolutoriam non intimauerit, an puniatur.*
5 *Officialis in criminalibus an dicatur loco aduersarii.*
6 *Coadiutorem dare in criminalibus, vnde sumpta sit ista practica.*
7 *Sententia in quo casu post mensem transeat in rem iudicatam.*
8 *Iudex quando procedit ex officio non dato coadiutore, si datur sententia absolutoria an debeat seperiori denuncari.*
9 *Coadiutor an detur in criminalibus.*
10 *Appellatio infra quantum tempus interponi debeat.*
11 *Crimina non debent remanere impunita.*
12 *Appellatio an debeat interponi de minori ad maiorem non omisso medio.*
13 *Appellari an possit de iure canonico ad Papam omisso medio, & quid de iure ciuili.*
14 *Appellari an possit ad regem, vel ad magnam curiam Vicariæ omisso medio.*
15 *Appellandi tempus an currat a die scientiæ.*
16 *Appellari an possit a sententia absolutoria in criminalibus, quando proceditur ex officio, vel ad denunciam.*
17 *Appellari an possit a sententia de torquendo, quando constat per vnum testem de visu & de fama.*
18 *Fisco an detur terminus ad examinari faciendum.*
19 *Fisco an detur terminus ad repulsam.*
20 *Fisco an detur restitutio ad pinguius probandum in criminali.*
Mulier in criminali an restituatur ad pinguius probandum, ibidem.
21 *Coadiutor an possit producere testes post publicatum.*
22 *Fiscales an teneantur notificare iudicibus omnia acta facientia pro curia.*
23 *Appellationis iudex an possit corrigere & emendare processum.*

D. Io. Ant. de Nigris.

DE NOTIFICANDIS SVPERIORIBVS sententiis, a quibus non extitit appellatum. Rub.

CAROLVS SECVNDVS C. CLXXIIII.

PLERVNQVE contingit sine accusatore, vel denunciatore iudicem ex officio non dato coadiutore ad negocii prosequutionem procedere, quo casu si sententia absolutoria feratur pro reo, cum non sit persona loco aduersarii designata quę valeat appellare, de facto, de quo absoluitur reus, vltra non quæritur, quo fit, vt iniqua sententia robur obtineat post tempus interponendis appellationibus præfinitum, & nonnunquam probata crimina remaneãt impunita. Idcirco statuimus,
1 ꝙ † iudex talem absolutionem proferens, superiori suo, ad quem regulariter appellatur ab eo, tenorẽ suę pronunciationis statim significet per suas litteras, processum & sententiam continentes. † Qui su-
2 perior, si infra decem dies a receptionis ipsarum litterarum tempore numerandos deliberet coram se de viribus processus & sententię cognoscẽdum, id iudici, qui pronunciauerat, quam cito poterit, studeat intimare, sic ꝙ idem superior causam examinet, & decidat, ac si per accusatorem ab initio causa proposita fuisset ad eum post sentẽtiam appellatũ.
3 † Nec aliquid innouet iudex pronuncians, quemadmodum innouare non debet, quando interponitur appellatio ab eodem. Sed si superior infra mensem ex quo inferioris susceperit literas, vt præfertur, ꝙ velit de viribus sententię & processus cognoscere pronunciantem iudicem certum non fecerit, post ipsum mensem sententia in rem transeat iudi-
4 catam, si non in ea nullitas arguatur. ¶ † Iudex verò, qui post pronunciationem superiori significare processum & sententiam non curauit, dolo videatur egisse, de quo pro conditione negocii nostro arbitrio puniatur. Et nihilominus superiori infra mẽsem, postquam sibi innotuit de pronunciatione facta, pronunciantem compellat mittere sibi sententiam & processum, quę si sibi videbitur examinet, & sicut iustum fuerit, corrigat & emendet.

PLERVNQVE. ¶ In tex. ibi (cum non sit persona loco aduersarii &c.) Nota ex hoc versic. † ꝙ officium
5 non est loco aduersarii, & sic non potest appellare, nec aliquid petere post inquisitionem, quia officium aliquid petere non debet, quod nota contra accusationes, quæ
6 fiunt deficiente accusatore, vel denunciatore. ¶ † Et ex hoc capitulo practicant assessores, quòd dant coadiutores inquisitionibus, quas formant. Item facit hoc cap. pro his, quæ notantur supra capi. ab illo inchoandum, nu. 40.

7 ¶In tex.ibi,post lapsum mensem.†Nota casum,in quo sententia post mensem transit in rem iudicatam,& hoc verũ, si aliàs de nullitate redargui nõ potest,vt hic.Seb. de Neap.

ADDITIO.

8 PLERVNQVE. †Nota secundùm Bart. de Capua hic, ꝙ quando agitur contra aliquem ex officio non dato coadiutore, nec apparet recusator, vel denunciator,si datur sententia absolutoria pro reo,iudex,qui pronunciauit,debet totum processum significare suo superiori,aliàs punitur vt hic. ¶ Et hodie, vt dicit hic Seb.practi
9 catur communiter † ꝙ datur coadiutor, qui causam criminalem protegat & defendat, vt probatur etiã in c. ad consultationem.aliàs incipit,spectat ad præsides.infra nu.220. sub rub. ꝙ accusatore desistente &c.In tex.ibi (post tem
10 pus appellationibus præfinitum &c.)† Intellige de decem diebus,qui dantur ad appellandum,auctẽ.hodie. C.de appel.& c.cum dilecti.in fi.extra de electio.& in c.significauerunt,ext.de testi.& ca.quod ad consultationem, extra de re iudi.cum similibus ¶ In tex.ibi (crimina remanent impu-
11 punita.) † Quòd esse non debet: quia crimina non debent remanere impunita l.ita vulneratus.ff.ad leg. aquil.c.vt famæ.extra de sen.excõ. ¶ In tex. ibi (superiori suo ad quem
21 regulariter appellatur &c.) † Adde, ꝙ regulariter appellatio debet fieri a minori iudice ad maiorem proximum & immediatum,non autem potest fieri ad ęqualem,vel ad inferiorem,nec ad alium superiorem distantẽ omisso medio, vt tenet Spec.in tit.de appel.§. nunc tractemus. in princip. & per docto.in c.dilecti.el 2. extra de appell. & habetur in
13 consti.regni capitaneorum, & ibi per docto.† Sed de iure canonico potest appellari ad Papam omisso medio,vt con
14 cludit Abb.in c.vt debitus.in fi.extra de appel.† De iure verò ciuili debet appellari gradatim non omisso medio, vt ibi per eum. Fallit tamen, quando appellatur ad Regem, vel ad Magnam Curiam Vicariæ omisso medio , vt in constitu.regni,cum noua.& ibi glo.& Matth.de Afflic.& tenet dominus meus Rober.Maran.in suo trac.intitulato,speculum aureum,in sexta parte principali,versi.venio ad quintam,col.2.in 8.limitatio.car.56.¶ In tex.ibi (postquam sibi
15 innotuit &c.) † Adde sicut in simili dicimus in appellatione quia decem dies, qui dantur ad appellandũ, vt dictum est,currunt a die scientiæ, vt tenet glo. & Bart.in d.auctẽ. hodie & c. concertationi. de app.in 6.& dominus meus in d.trac.in 6.par.versi. tertiò principaliter.ibi. limita tamen,
16 car.90.† Aduerte tamen: quia hodie dispositio huius c.nõ seruatur. Immo si est lata sententia absolutoria in criminali,quando proceditur ex officio, vel ad denunciam,ab huiusmodi sententia absolutoria non appellatur ; vt est ritus Magnę Curiæ Vicariæ, qui incipit , item in causis duarum vnciarum.nu.164.in ordine meo,& in ritu 194.in fin.in ordine meo secundùm antiquam impressionẽ, & Tho. Gra. decisio.14.& tenet etiam dominus meus Rober.in d.trac. speculum aureum,in sexta parte,in secundo membro,versic.22.limita,nu.256.cart.95. Et ibi etiam ponit in versicu-
17 lo sequen.qui incipit, 23.limita. † Quòd non appellatur a sententia de inferenda tortura , quando constat per vnum testem de visu,& per publicã famã per dictum ritum Magnæ Curiæ 164. cum duobus præcedentibus.& istud nota pro c.si iustè.supra nu.146.Et sicut fiscus nũ appellat a sen-
18 tentia absolutoria lata in criminali vt dictum est. † Minimè etiam fisco datur terminus ad examinari faciendum, vt est ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit , itẽ seruat. sub rubr.fisco non datur terminus,nu.209.in ordine meo.
19 † Similiter fisco non datur terminus ad repulsam, vt tenet
20 Pari.in trac.syndi.in verbo inquisitio.§.1.col.1.¶ Similiter fisco non datur restitutio ad pinguius probandum in criminali,vt tenet Matth.de Affli.in consti. regni obscuritatẽ, col.3.in fin. Nec etiam mulieri competit restitutio ad pinguius probandum in criminali.vt ibi.Et ꝙ nec fiscus, nec mulier ad prædicta restituatur,tenet Andr. Barba.in cle.1. col.1.in fi.versi.secundò nisi,extra de testi.& Fely in c.fra-
21 ternitatis.col.6.versi.fallit tertiò, extra de testi.¶ † An autẽ promotor inquisitionis, seu vt hodie dicit,curię coadiutor possit testes producere post publicationem, vide Abb.in c. cum clamor.col.2.& 3. extra de testi. Ad vnum tamen aduerte, ꝙ licet non appelletur ab absolutoria lata in criminali,quando proceditur ex officio, vel ad denuntiam,vt di
22 ctum est. Tamen. † Fiscales tenentur notificare iudicibus omnia acta facienda per curiam in omnibus causis fiscũ tangentibus,vt est ritus Magnæ Curiæ Vicariæ,qui incipit. Item ꝙ teneantur fiscales,nu.42.in ordine meo.Et vide supra in c.subiungendo,& quæ ibi dixi supra nu.143.vbi loquitur de criminibus denunciandis superioribus.¶ In fine tex.ibi (corrigat & emendet &c.)Nota secundùm Bart.de
23 Cap.hic, † ꝙ iudex appellationis põt corrigere & emẽdare processum & sententiã iudicis a quo extitit appellatum.

Io.Anto.de Nigris de Ciuitate Campanię I.V. D.

SVMMARIVM.

1 *Rex Carolus Secundus an remansit vicarius regni quando eius pater Carolus Primus accessit Burdegelas.* 7.
2 *Capitula an fuerint edita in planitie Sancti Martini.*
3 *Rex Carolus Secundus an fuit captus.* 8.
4 *Capitula an sint confirmata per Carolum Secundum.* 9.
5 *Substituere an possit iustitiarius sine mandato regio.* 6. 10.

CONFIRMATIO CAPITVLORVM editorum in planitie Sancti Martini. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXV.

AD Perpetuam rei memoriã. ¶ Ingenti & immensa mentẽ nostrã desideria tenuerunt, & crescenti semper eorũ solicitudine astringimur, vt præssuris abolitis, & grauaminibus procul gestis, quæ in regno nostro Siciliæ quorundam eius occupatorum radicauit, & fouit improbitas, & demum tempore succedente tam in perniciosum abusum produxerat officialium præsumptuosa temeritas, eiusdẽ regni fideles vt in cultu iustitiæ debito viuerent ac secura quietis & pacis tranquillitate gauderent.
1 † Nec ambigimus plenè satis esse notorium, ꝙ quã primum aliqua se nobis oportunitas obtulit, cum. s. claræ memoriæ inclitus dominus pater noster Hyerusalem & Siciliæ Rex Illustris Burdegelas proficiscens, suas nobis vices ac regni regimen dedit, in plena nostrorum huiusmodi prosequutione votorum anxia meditatione solliciti, nec minus in regis eiusdem, quàm suorum officialium diu latuerant insolentiæ ac errores, benignitate confisi, vt quicquid ad suorum fidelium statum prosperum cedere gratis erat affectibus amplexurus,cũ auctoritate suæ nobis traditæ potestatis cum feruentis nostræ voluntatis instinctu, qui quo ad id potestatis eiusdem claudi mensura vix patiens, vos vlterius audere persuadebat indubiè. Vltimò, ꝙ rex idẽ qui ad dictorũ fidelium incremẽta nõ minori trahebatur affectu , nullus erat nobis proinde ascriptyrus
2 transgressionis excessum.† In Sancti Martini planicie

cie parlamēto solemniter celebrato capitula certa edidimus, per quę nostra erga eos clarius pateret in tētio, ipsiusq; liberius statu potiretur optato. Nec ignoramus & aliud, ꝙ illorū qui nostri fidē nominis sunt sequuti, constans & illibata deuotio, auro puritate simillima, qd sua pͣrogatiua mūditię cōflationis detrimenta nō sentit, in tot vexationū angustiis ac turbationū varietate multiplici, quas nr̄i, & eorū hostes terra mariq; diuersis regni partibus in-
3 tulerunt. † Interuenientib. etiā regis eiusdē obitu, & captionis nostræ tanquā diutinę detentionis euētu, ad nostri tuitionē domini, hostiumq; perniciem propulsandam persona:ū & rerum pericula nō expauit, quinimmo serenior semper apparuit, & firmitate perstitit in cōcussa, qua sequutū est, vt illos, ad quos tamquam hæreditarii regni nostri fideles naturali quodammodo afficiebamur amore, grandium suorum obsequiorum merito, nostris credito ribus iam effectis, iuris censura, velut ex debito, im pensius teneamus. Effectum est etiam, vt non solū ad id, quod eis de nostræ gratiæ liberalitate indulsimus sufficientes operas debitę satisfactionis impen
4 derint, verum nos ex plenitudine meritorū ad maiorum meritorum impendia obligarint. ¶ † Igitur circa eorum statum primis votis, quæ ipsorum gratitudo sic auxit, vehementius excitati, capitula eadem constitutione pręsenti in perpetuum valitura, de nostra mera scientia confirmamus, & defectum omnem siquis eis tunc infuit, qui regni potestate vicaria non dominica fungebamur, regiæ dignitatis auctoritate supplemus. ¶ Cæterùm ea, quæ regis
5 præfati sacra prouisio statuit, † ꝙ in nullis regni ciuitatibus, aliisq; locis iusticiariorum vicarii, vel ali qui alii sine speciali mandato regio ordinari deberent, sed fideles suo more viuentes, per iustitiarios, baiulos, ac iudices terrarum, prout consuetum est hactenus, in iustitia regerentur.

ADDITIO NOVA.

AD perpetuam. Litera huius c. sumpta est ex c. si omnia. 6. q. 1. In tex. ibi (confirmamus) sic. C. de curi. vrb. Ro. l. 2. lib. 12. in prin. & 25. q. 2. c. quæcumque, decet enim successorem statuta prædecessorū suorum iustè & legitimè custodire, ea. q. c. decessorum. In tex. ibi (sicut sacrilegus.) Nota contra non seruantes capitula huius regni: qa vt sacrilegi tenentur: nam secundum canones anathema est, quicumque, legem Regis putauerit violandam. 25. q. 1. c. generali. Et nota tex. huius c. contra iudices hodiernos. ꝙ propterea Tusci & Perusini sunt, & iura regni penitus ignorant, ea seruare negligunt. Seb. de Neapo.

ADDITIO.

6 AD perpetuam rei memoriam. Ingensia. † In isto c. vsque ad c. insuper ad fidelium infra. nu. 184. ponitur confirmatio & cōmendatio quorundam capitulorū suprapositorum, vt dicit hic Bar. de Capua. ¶ In tex. ibi (Burde-
7 gelas proficiscēs.) † Nota ꝙ qn̄ Rex Carolus Primus pater Caroli Secundi profectus fuit Burdegelas ipse Carolus Secundus remansit vicarius regni, de quo dixi supra in præ-
8 ludiis. ¶ In tex. ibi (interuenientibus regis eiusdem obitu & captionis nostræ &c.) † Nota pro eo, quod dixi in præludiis. ꝙ iste Rex Carolus Secundus fuit captus pugna naua li & ductus in Siciliā, vt latius dixi supra in præludiis. ¶ In
9 tex. ibi (de mera nostra scientia confirmamus &c.) † Nota, ꝙ iste Rex Carolus cōfirmat capitula edita in planitie Sancti Martini, & de confirmatione capitulorum vide supra c. constitutiones. nu. 170. & quæ ibi dixi. ¶ In tex. ibi (iustitia-
10 riorum vicarii, vel aliqui alii sine mandato regio &c.) † Nota istum tex. ꝙ specialis vicarius, seu substitutus ad iustitiā regendā ordinari non potest sine mandato regio, vt tenet hic etiam Barth. de Capua, de quo vide supra c. quia num. 19 in rub. de non ordinandis vicariis, & quæ ibi dixi.

D. Io. Ant. de Nigris.

Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Castellani extra arcem an habeant aliquam iurisdictionem.*
2 *Castellanorum seruientes extra castra an possint arma portare.*

DE CASTELLANIS. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXVI.

1 QVOD † Castellanis regiarum arcium non liceat aliquam extra eas iurisdi-
2 ctionem seu potestatem habere. † Nec seruientes arcium earundem extra illas, nisi cum in seruiciis curiæ mittentur, arma deferre præsumant.

ADDITIO.

QVOD Castellanis. Ad materiam huius c. vide, quę latè dixi supra c. castellanos, nu. 20. & in c. castellani, nu. 86. in rub. de castellanis Io. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Capere aliquem, vel eius bona auctoritate propria sine mandato regio, vel officialium an liceat.*

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXVII.

1 QVOD † Nulli aliquos de personis aut aliquorum bona capere proprio motu voluntatis auderent, sine speciali manda regio, vel officialium, plenam inde habentium auctoritatem.

QVOD Nulli. Ad istud c. facit ca. amplius, infra nu. 192. in rub. de non capiendis vasal. circa quæ capitula & eorum materiam vide, quæ scripsi supra in c. cōtra effrenatas nu. 21. & ibi recurre. Seb. de Neap.

ADDITIO.

QVOD Nulli. Vltra ea, quæ dixi supra in d. c. contra effrenatas. supra nu. 21. vide infra c. item ꝙ prędicti. num. 280. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Carcerari an possit, qui incidit in pœnam banni, seu pœnam pecuniariam, postquam cauerit de soluendo.*

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXVIII.

1 QVOD † Iustitiarij, aut officiales alii personas aliquas regni in pecuniariam pęnam, seu bannum pecuniarium incidētes post quam curiæ idoneè cauerint de soluendo, non capiant.

ADDITIO.

QVOD Iustitiarii. Concordat cum isto c. super ca. statuimus, vt nullus, num. 22. & quæ ibi dixi, & And. de Iser. in reperto. consti. in verbo officialis.
Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit mitti pro seruitio curiæ suis expensis. 3.*
2 *Animalia vasallorum an possint mitti pro seruitio curiæ sine salario. 3.*
3 *Officialis an debeat subditum mittere sine salario.*

QVOD NVLLVS PRO SERVITIIS nostris aliquem mittat proprio sumptu. Rubr.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXIX.

1 QVOD † Nullus officialis, vel subofficialis, aut familiaris eiusdem fidelem aliquem ad proprios eius sumptus,
2 † seu fidelium animalia sine competenti salario pro seruitiis curiæ mittere attentet, nisi forsan id de aliquibus ius aliquod vel antiqua & obtenta consuetudo permitteret.

ADDITIO.

3 QVOD Nullus officialis.† Nota, quod officialis nõ debet mittere subditum pro seruitiis curiæ proprio sumptu, nec eorum animalia, nisi antiqua consuetudo permitteret, vide supra c. grauamina. num. 23. vbi latè dixi, & vide ad materiam, quæ dicit Paris in tra. sindi. in verbo captura. §. an officialis, & eundem in verbo officialis. §. fi. col. fi. versi. officiales. & vide Matth. de Affli. in consti. regni omnes officiales. & vide infra c. sequen. quod stipendiarii. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Hospitari an possint stipendiarii, vel alii de familia & comitiua regia in hospitiis inuitis dominis.*

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXX.

1 QVOD † Stipendiarii & alii, qui de regia familia & comitiua existunt, hospitia, quæ per marescalcum, aut eius vicarium assignarētur eisdem, in quibus tanquam in propriis laribus, etiam pluries illuc curia non eunte, pro eorũ libito morabantur inuitis dominis auctoritate propria ingredi non audeant, exceptis his, quibus cõstitutio ipsa hospicii regii priuilegium reseruauit.

ADDITIO.

QVOD Stipendiarii. Cum isto c. concor. c. ad audientiam. supra nume. 24. & quæ ibi dixi, & infra c. statuimus, vt quoties, nume. 211. in fine, in rubr. quòd liceat specialibus personis &c. & vide supra ca. præcedenti. cum concordantiis ibi allegatis. ¶ In tex. ibi, exceptis his, quibus constitutio &c. vide in d. c. ad audientiam. in fi.
Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Deputari an debeant aliqui ad refrenandum excessus stipendiariorum & familiarium curiæ.*
2 *Damna emendari an debeant per stipendiaros & familiares curiæ facta.*
3 *Damnum ab exercitu datum, vel in astiludio in prædio alicuius an debeat emendari a publico.*
4 *Dominus an possit facere pacem, & remittere damna illata subditis.*
5 *Pace facta inter duces belli, an debeant restitui ablata.*
6 *Damnum in quibus dari potest.*

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXXI.

1 ITEM † quòd tres in curia statuã tur ad stipendiariorum, & familiarium regiorum, & aliorum sequentium curiam, cohibendos
2 excessus. † Et emendanda damna patientibus, & satisfieri faciendo super eo, quòd victualia, & alia vtensilia auferre, ac fideles diuersis contumeliis & iniuriis afficere præsumebant.

ADDITIO.

ITEM quòd tres. Nota bonum capitulum, si seruaretur, ad cohibendos excessus stipendiariorum & familiarium regiorum, sed malè seruatur. ADDITIO noua. Et ad materiam adde. † Quid si sit datum
3 damnum ab exercitu posito in prędio alicuius, vel si fit astiludium, & tota gens ponitur in vno loco, an illud damnum debeat emendari a publico? Vide Barto. in l. de vsu. ff. de var. & extraordi. cogni. qui tenet quòd sic, & Firma. in reperto. in verbo damna, colum. 2. versicu. damnum ab exercitu, vbi idem tenet, si damnum esset datum in prædio vnius ab exercitu inimicorum, vt ibi per eum, de quo etiã
4 in l. si pendentes. §. si cloacarii. ff. de vsu. ¶ † Nunquid autem dominus possit facere pacem de damnis illatis subditis, & damna remittere inuitis subditis? Dic quòd non, vt tenet Hostien. in cap. quanto. de iureiur. & Gemi. in cap. auctoritate. §. fina. de priuileg. in 6. Bald. in l. quicunque. colum. fi. versi. deinde nota. C. de ser. fugi. & Inno. in capi. dilecti, de appel. glo. Bar. Bald. & docto. in l. venia. C. de in ius vocan. Bal. in l. post decisionem. C. de fur. & Fely. in c. ex parte, colum. 2. in prin. de accus. Et hoc quia attenditur præiudicium sigillorum subditorum, vt per Inno. in c. auditis. colum. 2. de præscrip. Inno. in c. exposuit. de dila. Abb. in c. cum deputati. de iudi. & in c. cum dilecti. colum. 2. de relig. domi. Fely. in d. c. ex parte. vbi plus dicit, quòd si habens certam terram, & vult summittere eam alicui, subditi possunt ex causa contradicere, allegat Hosti. & Abb. in c. dilecti. de maio. & obed. & text. in ca. imperialem. §. præterea, de prohi. feu. alie. per Fed. in vsib. feu. Illud autem, quod dictũ est, quod dominus non potest remittere damna subditorum, non procedit in compositionibus factis per vniuersitates, vt dicit Bal. in d. l. quicunque. col. fi. C. de ser. fugi. vel per ducẽ belli, cui sit ab vniuersitate commissum, per l. legitima. C. de pact. ad prædicta vide Inno. in c. in nostra. extra de iniur. &
5 dam. dato. ¶ † An autem facta pace inter duces belli, in dubio debeant refici damna, & restitui castra expugnata. Vide Ange. in l. sed si hac. §. prętor. ff. de in ius vocand. & Bald. in l. fin. C. de condi. ob turp. cau. & in dictis locis per alios, & ibi etiam per Saly. c. & videntur velle quod sic, nisi expressè dicatur, quòd non teneatur, vt ibi per Saly. Et dicit plus,

plus, quòd pax facta inter duas ciuitates, singulares personæ possunt a prædonibus coram iudice competenti eorũ bona recuperare, nisi expressè aliter sit conuentum, vt ibi.
6 ¶ † Et damnum dari potest in agro, in vinea, in pascuis, &c. si læserit. de iniu. & dam. da. & in aliis rebus. Et quando datur damnum de corpore in corpus, & quando a corpore in corpus, & quando a corpore in non corpus, & quando a non corpore in non corpus, vide latè Spe. in ti. de iniu. & dam. da. §. sequitur. Host. in sum. eo. tit. & in tit. de pauper. Io. in arbo. actio. versic. legis Aquiliæ. num. 170. & in long. in titu. de dam. iniuria da. & in titu. de pauperie.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an debeat recipere munera, etiam exculenta, & poculenta. 5.*
2 *Capitula regni an sint confirmata.*
3 *Pœna, qua puniatur violator capitulorum, & constitutionum.*
4 *Capitula regni si discrepant inter se, quæ attendi debeant.*
6 *Dona licet minima an prouocent iudices ad blanditias.*
7 *Munera an liceat officialibus recipere per interpositam personam.*
8 *Officialis transgressor capitulorum qualiter puniatur.*
9 *Veritas an melius a pluribus exquiratur.*
10 *Opinio communis an debeat attendi.*

QVOD NVLLVS OFFICIALIS RECIPIAT MVNERA. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXXII.

1 ITEM † nullus iustitiarius, aut officialis alius, munera, vel xenia, seu dona quælibet quoquo modo recipere audeat, exceptis exculentis & poculentis, prout est a iure permissum, sed eorum contenti salario frequenter commissas eis prouincias discurrentes, administrationi iustitiæ, ac executioni mandatorum directorum eis pro negociis tam publicis, quàm priuatis sorde cuiuslibet corruptionis abiecta, omniq; indebita difficultate remota, feruenter intendent. † Nec non constitutiones alias subsequenter in anno, scilicet decimæ indictionis primo præteritæ super statum regni per eundem Regem similiter editas, quamquam præmissa hæc omnia plenam satis ab auctoritate concedentis habeant firmitatem. Hac tamẽ nostra edictali lege perpetuò valitura ratificamus, & mandamus, ac volumus, iuxta ꝙ regia ordinatio distinctius
3 continet, inuiolabiliter obseruari. † Et vt nullus officialis, aut alius his præsumat temerariis ausibus contraire, præter pœnas prædictis regiis constitutionibus & edictis contentas, quas transgressores se nouerint incursuros, cõtra eos adhuc maiorem pœnam adiicimus, quæ nostro arbitrio residebit.
4 ¶ † Si verò huiusmodi constitutiones regiæ, ac edicta, a prædictis nostris capitulis super eisdem causis tam circa forestas & earum custodias, quàm castellenias, vel alia in aliquo discrepent, cum credamus, ꝙ in capitulis ipsis postmodum cõditis cum consilio prælatorum, baronum, aliorumq; nobiliũ & fidelium regni, qui prædicto interfuerunt colloquio, regni melior extitit exquisita conditio. Placet nobis, & volumus, vt vbi discrepatio talis occurrerit capitulorum ipsorum tantum series attẽdatur.

ADDITIO.

ITEM nullus iustitiarius. ¶ In tex. ibi (munera,
5 vel xenia &c.) † No. ꝙ officialis non debet recipere munera, vel xenia, vel dona, exceptis exculentis & poculentis, vt hic, & c. hac edictali. supra nu. 25. & ibi plenius dixi, sed per regias pragmaticas et talia xenia & comestibilia recipere non possunt, nec ꝑ se, nec per interpositam personam, vt ibi latius dixi, & tenet Matth. de Affl. in const. regni apud iustitiarios, in 4. notab.
6 † Quia licet ista xenia sint minima, tamen prouocant blanditias, a quibus iudices debent esse remoti, facit c. qui sincera. 45. dist. vnde Ouid. Munera, crede mihi, placãt homi-
7 nesque Deosq;. Placatur donis Iuppiter ipse datis. † Quod est ꝯ quosdam officiales, qui recusant recipere xenia, & eius vxor, vel familiares in exitu domus recipiunt ea, vt dicit Matt. vbi supra, & hoc expressè prohibetur per pragm. Cæs. Maiestatis, quæ incipit, quis nescit. Et ad materiam vide in const. capitaneorum, & in cõst. volumus, & in dictis locis per And. & Mat. de Affl. ¶ In tex. ibi (& vt nullus &c.)
8 † No. ꝙ officialis transgressor capitulorum punitur vt hic.
9 ¶ In tex. ibi (melior extitit exquisita conditio.) † No. ꝙ ve-
10 ritas melius excutitur per plures, q̃ per pauciores. † Et propterea præualet opinio doctorum, qui sunt num. plures, & auctoritate maiores, vt tenet Matt. in tra. opi. & Bal. in l. 1. de sena. & Alex. cons. 7. 4. vol. & ꝙ communis opin. regulariter debet attendi, vide latè per Fel. & alios in c. j. extra de constit. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia officialium an arguatur.*
2 *Instantia causæ in ciuili, vel criminali quanto tempore duret. 5. 6. 7.*
Causa non finita infra sex menses an possit ad magnam curiam Vicariæ auocari, ibid.
3 *Magna curia Vicariæ an possit cogere officiales vt transmittant processum ad magnam curiam.*
4 *Processus, qui transmittitur ad magnam curiam, an debeat esse cum sigillo iudicis & notarii.*
6 *Iudicium vbi est cœptum, an ibi finem accipere debeat.*
7 *Beneplacitum an extinguatur morte.*
8 *Comminatio an possit fieri a magna curia, vt inferior infra duos menses causam expediat.*

LITERA SVPER IVSTITIA RETARDATA, alias de reuocandis processibus ad regiam curiam. Rubrica.

ROBERTVS DEI GRATIA &c. CVRIAE VICARIAE REGENTI &c. CAP. CLXXXIII.

QVORVNDAM expositio quęrula nostrum pulsauit auditum,
1 † quòd iustitiarij, & Capitanei regionum in causis ciuilibus & criminalibus, quę coram eis pro tempore agitantur, sic tepidè, sic morosè procedunt, ꝙ prorogantur dilationũ curricula,

ricula, & causæ ciuiles, & criminales, quæ coram eis pro tempore agitantur, fiunt contra iuris intētum penitus immortales. Et quandoque accusatores eorum iura debitè prosequentes sumptuosis iudiciorum laboribus fatigati, ab eorum iustitię prosecutione desistunt, quo fiūt remaneant interdum facinora, quæ pœna debita plecti publicè interest, impunita. super quo volentes congruum adhibere remedium, fauore reipublicæ, & subiectorum compendiis prouidentes, fidelitati tuæ committimus, & ex certa nostra scientia præsentium vbi auctoritate mandamus.

2 † Quatenus omnes causas ciuiles & criminales, quæ coram iustitiariis, seu capitaneis singulis regni nostri ordinariè, vel extraordinariè præpositæ, aut inchoatæ in præteritum fuerint, aut in futurum proponi contigerint, & infra semestre tempus a die contestationis litis in singulis earum causis antea numerandum, non fuerint per eos, seu ipsorum loca tenentes sine debito terminatæ, ad audientiam Curiæ Vicariæ auctoritate præsentium reuocetis, & eas in his, in quibus finibus erant resumptis, & sine debito decidatis.

3 † Cogentes iustitiarios & capitaneos præfatos per pœnarum impositiones, & exactiones earum, in casu contemptus, & alio iuris remedio vbi casus dictæ aduocationis euenerit,

4 † quòd processus omnes sub sigillis eorum iudicum, & notariorum actorum, cum captiuis, quos ex causis mortis carceri mancipantur, vt vobis absque dilatione transmittant. lege, quæ vbi cœptum est iudicium, finiri mandat, & qualibet alia non obstante contraria: cum eas in his ex certa nostra scientia vsq; ad nostrum beneplacitum viribus euacuamus. datum &c.

ADDITIO.

QVORVNDAM. Istud capit. est Regis Roberti, & melius staret infra inter capitula Regis Roberti. Et istud ca. videtur corrigere multa iura.

5 † Nam instantia causæ in ciuili durat triennio. l. properandum. & ibi Doct. in princ. C. de iudi. & in criminalibus durat biennio. d. l. properandum. in princ. & l. fin. C. vt intra cer. temp. crimi. quæstio. termi. & tamen hic videtur durare per sex menses.

6 † Item vbi cæptum est iudicium ibi finem accipere debet. l. vbi cęptum. ff. de iud. & tamen in hoc cap. derogatur. d. l. vt hic patet. Sed dicas, quòd istud ca. de facto non seruatur, sed tam in ciuilibus, quàm in criminalibus seruatur dispositio iuris communis, & ista obseruantia comprobatur: quia, vt in isto tex. dicitur in fin. fuit factum istud c. ad beneplacitum.

7 † Vnde mortuo Rege fuit extinctum beneplacitum. c. si gratiosè, & ibi doct. extra de rescrip. in 6. Et aduerte, ꝙ ex dispositione Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ similiter instantia erat coarctata tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vt latius patet in ritu incipiente. item ꝙ causæ ciuiles, numero 4. in ordine meo, cum sequen. Sed dicas, ꝙ hodie instantia causæ tam in ciuilibus, quàm in criminalibus est reducta ad ius commune, vt est Ritus Magnæ Curiæ, qui incipit, item seruat ipsa curia, vt instantiam. nume. 219. in ordine meo sub rub. quanto tempore durat instantia, qui tanquā posterior debet seruari, & ita seruatur in practica, de quo etiam vide dominum meum Rober. Maran. in suo speculo aureo, in quinta parte princip. col. 2. car. 40. & ibi latè de materia instantiæ, & per Pari. in tract. sindi. in verbo instantia.

8 † Ad vnum tamen aduerte pro materia huius ca. quòd quando per negligentiam iudicis, vel per dilationes partis causa protrahitur in longum potest fieri comminatio per Magnam Curiam Vicariæ, vt infra duos menses causam expediat, aliàs quòd ipsa magna curia causam ad se aduocabit, vt in constit. regni statuimus, & in constitu. iustitiarij nomen & normam, & in dictis locis per Andr. & Matth. de Afflict. & Matth. de Afflict. in constitutio. causas alias. colu. 2. 4. notab. Pari. in tract. sindi. in verbo negligentia. col. 1. & in rub. de modo, & for. sindi. §. qualiter, & Thom. Gramm. in voto 28. & ita de facto seruatur.

Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiarius Magnæ Curiæ Vicariæ an debeat aliquo tempore stare in prouinciis. 4.*

2 *Magna curia vicariæ an debeat inquirere, & corrigere iustitiariorum prouincialium, & officialium excessus.*

3 *Iustitiarius Magnæ Curiæ an debeat Regi nunciare excessus aliorum officialium.*

5 *Rex debet quærere vtilitatem subditorum.*

6 *Iustitiarius & regens magnam curiam an debeat discurrere prouincias, an morari in Ciuitate Neapolis.*

7 *Magna Curia Vicariæ an debeat inquirere de excessibus officialium & Regi denunciare.*

QVOD MAGISTER IVSTITIARIVS certis temporibus anni moretur in certis prouinciis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXXIIII.

INSVPER. Ad fidelium eorundem statum melius & vtilius ordinandum, præsenti nostra in perpetuum valitura constitutione sancimus,

1 † quòd magister iustitiarius, & Iudices Magnæ Curiæ sex ebdomadarum spacio, anno quolibet in qualibet subscriptarum regni prouinciarum per nos denuo distinctarum. Videlicet, in toto Aprucio per se, in terra Laboris, & Principatus per se. In Capitinata, & Basilicata per se. In terra Bari, & terra Idronti per se, pro iustitia ministranda morentur, prouinciam discurrendo,

2 † ac inquirendo, & corrigendo iustitiariorum, & cęterorum officialium, ac quorumlibet aliorum excessus.

2 † Et si iustitiarios, vel officiales eosdem viderint amouendos, id statim nobis, vel locum nostri tenenti, distinguendo particulariter omnia quæ inuenerint contra illos scribere non omittant.

4 INSVPER. † Nota, ꝙ magister iustitiarius, & eius nūcij debent tempore hic statuto moram trahere per prouincias regni, inquirendo, & corrigendo excessus officialium, quod bene seruatur in Regno Trinaciæ, idest Siciliæ vltra Farum, non autem in Regno Siciliæ, in quo mittuntur vsurpatores, & vtinam seruaretur: quia per officiales, & præsides prouinciarum tot extorsiones non committerentur. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO NOVA.

5 INSVPER. Nota ex isto tex. in princip. † quòd Rex debet facere illud, quod est melius, & vtilius subditis. Nota

4 Nota ex tex.ibi (sancimus &c.) † quòd magister iustitiarius debet discurrere prouincias, vt in hoc cap. dicitur. facit l.congruit.ff.de offic.præsid. sed hodie hoc non seruatur: quia Regens Magnam Curiam Vicariæ continuo assistit in Ciuitate Neapolis cũ Iudicibus, & Iudices quando ex aliqua causa volunt accedere extra Neapolim, debent habere licentiam a Prorege Regni, & est prouisum per Regias Prag.ne subditi vexentur sumptibus, & expensis.

5 ¶In tex.ibi (ac inquirendo &c.) † No.ꝙ ad Magnam Curiam spectat inquirere excessus aliorum officialium, & si fuerint amouendi, debet notificare Regi, vel Proregi Regni. Io.Ant.de Nigris I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia suspectis de proditione.*
2 *Crimina postquam semel commissa an veniam mereantur.*
3 *Statutum vt in die Veneris carceratus debeat relaxari, si semel fuit relaxatus, an possit iterum relaxari.*
4 *Consuetus delinquere an magis puniatur.*
5 *Consuetus delinquere an possit ad mortem damnari.*

DE REMITTENDA OFFENSA SVspectis de proditione. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXXV.

1 AMPLIOREM † Adhuc fidelibus ipsis gratiam indulgentes, vt fidem, & seruitia nostra libentius amplectantur, nec ipsos ab illis dubietas aliqua detrahat, vel efficiat minus promptos, occasione forsitan præteriti defectus, aut criminis, cuius extiterint notabiles non conuicti, offensas omnes, & culpas per illas quidem vniuersitates, & speciales personas, quæ hodie in regno nostro in fide nostra persistunt, & nostro carceri non tenentur, contra præfatum dominum patrem nostrum, vel nos commissas hactenus, vel forsan eis impositas, ob quas ex suspitionibus sunt effectæ notabiles, nõ tamen curiæ de ipsorum constet malitia, nec aliàs fuerunt ex eadem causa suspectæ cum remissione veniẹ crimina nisi semel commissa nõ habeant, eis de benignitate Regis piè remittimus, & misericorditer relaxamus, officialibus & aliis inhibentes, ne vniuersitates & personas easdem cõtra præsens nostrum edictum in perpetuum valiturũ, propterea persequantur, impetant, aut molestent.

2 AMPLIOREM. ¶In tex.ibi (nisi semel commissa.) † Nota, quòd crimina non merentur veniam, nisi semel commissa, vt hic, & C.de episc.audiẽ. l.nemo. in fin.& alibi dicitur, deterior namque dolus agnoscitur, qui interruptam iterum litem deseruit, quàm qui semel cœptam dereliquit, vt in auth.de litigio.§.fin.collat.8. Minus malum est, viam domini non agnoscere, quàm post agnitam retroire, vt extra de appellat. cap.quidam. & extra de iureiur.c.quemadmodum.in glo.in verbo deterior. & pro hoc vide glo.in const.regni inconsutilem. in verbo noluit agnoscere, & dicit Bar.in d.l.nemo. in fi. † Quòd si
3 vigore statuti in die Veneris carceratus debeat discarcerari, & qs semel fuerit carceratus & dicto die excarceratus, si postmodum iterum reperiatur in carcere, non debet iterum vigore statuti excarcerari, quod nota.

ADDITIO.

4 AMPLIOREM. Ad materiam huius c.vide quæ dixi supra in ca.misericordiam.nu.12.† Et de consueto delinquere, ꝙ magis puniatur, vide latè Thom. Gram. in voto 17. in causa regij fisci, cum ibi allegatis, & eundem Thom. consil.34. incip.
5 ꝙ Panarello, super eo verò, quod dicit in d. voto 17. † ꝙ consuetus potest ad mortem damnari, non procedit ita simpliciter, & de hoc dixi supra, ideo non repeto.
Io.Ant.de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Officiales & actuarii an debeant seruare manus mundas.*
2 *Gagia duplicari an debeant officialibus & actuariis de pecunia fiscali.4.*
3 *Pecuniam fiscalem subtrahens qualiter puniatur.5.6.12.*
Officiales & actuarii illicitè pecuniam surripientes qualiter puniantur, ibid.6.
6 *Castellanus indebitè aliquid exigens qualiter puniatur.*
7 *Pecuniam publicam surripiens qualiter puniatur.11.*
8 *Pœna quadrupli cui applicetur.*
9 *Exigere omittens pecuniam publicam, qualiter puniatur.*
10 *Aerarii & exactores iurium fiscalium surripientes pecuniam qualiter puniantur.*
12 *Officiales, & actuarii non scribentes prouentus qualiter puniantur.*

DE DVPLICANDIS GAGIIS IVSTItiario iudici & actorum notario. Rub.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXXVI.

1 AD hoc volentes, † vt iustitiarij, iudices & actorum notarij eorundem manus seruent in officiorum suorum exercitio mundiores, nec vlla eis ad corruptionis lapsum supersit occasio, quam ob paucitatem gagiorum suorum eis per curiam statutorum hucusque receptionem munerum vetitorum, vel exactionem aliam minus sibi forsitan esse: quo tamen iudicio extimabant illicitam, præsenti edicto
2 robur perpetuum habituro statuimus. † ꝙ eisdem iustitiariis iudicibus, & notariis huiusmodi solita
3 gagia ex nunc de fiscali pecunia duplicentur. † Et si qui eorum in receptionem, vel exactionem prædictam, seu pecuniæ curiæ subtractionẽ deliquerint, pro his, quæ fisco subtraxerint nonupli, pro his verò quẹ illicitè susceperint a priuatis, quadrupli pœna mulctentur. Præter corporales pœnas eis pro nostro arbitrio infligendas.

4 AD hoc volentes. ¶In tex. ibi (duplicentur.) † Nota hæc verba gagia duplicata, & de pecunia fiscali soluta &c. quare nimirum si tunc temporis per iustitiam regnum regebatur, hodie verò: quia gagia simplicia sunt diminuta. Et pro litera iudicis & exequutoria soluitur vncia vna. Et condam dominus auarissimus ad multa mala in-
5 duxit reginas in cõtrarium obseruantes. ¶In tex.ibi † (pro his quæ fisco subtraxerunt est pœna nonupli) eorum verò, quæ a priuatis est pœna quadrupli, vt hic, & in authẽ. vt iudi-

6 vt iudices sine quoquo suffr. §. sicut, collat. 2. † sic etiam in castellanis indebitè exigentibus est pœna nonupli, vt in constit. regni siquis castellanorum, & infra capi. mag(stro iustitiario, num. 143. de iure verò communi si surripitur a publico, est pœna quadrupli, vt C. de his qui ex publi. ratio. mutu. pecu. accepe. l. 1. lib. 10. & C. de censi. l. qui grauatos. & l. perequatores. lib. 11. & in auth. vt iudices sine quo
7 quo suffra. §. sic igitur. in fi. † Sed cum surripuerit ex publico videtur distinguendum, aut surripuit, quod est acquisitum, & est pœna quadrupli, aut de acquirendo, & tunc est pœna dupli. Si verò surripuit & mutuat alij, asserens se habere mandatum, & tunc propter hoc falsum exutus bonis omnibus perpetuò damnetur exilio, vt d. titu. de his qui ex publi. ra. l. 10. & vide. C. ad leg. Iulia. pec. l. 1. & ff.
8 eo. l. suo. §. fin. † Cui autem hæc pœna quadrupli applicetur, videtur, ꝙ medietas curiæ, & medietas parti. l. 1. C. ad l. Iul. repe. Sed melius videtur, ꝙ tota applicetur fisco, vt
9 in dictis legibus apparet. † Sed si non surripuit, sed omisit exigere, vel imponere, distingue, aut per negligentiam, & tunc ad simplum, aut per corruptionem, & tunc ad quadruplum, vt l. iudices. & ibi glo. C. de anno. & trib. lib. 10. & C. de his qui ex offi. quod admi. conueni. l. 1. libr. 11. &
10 vide. C. de censib. l. perequatores. lib. 11. quæ omnia † nota contra ærarios regios hodiernos & alios exactores collectarum & iurium fiscalũ, qui ex nimia paupertate paruo tempore plusquam supra diuites fiunt, & domini castrorum propter eorum vsurpationes.

Sebastianus de Neapoli

ADDITIO.

AD hoc volentes. Circa illud, quod ponit Se-
11 bast. hic. † Qualiter puniantur, qui habent pecuniam ex administratione publicarum pecuniarum, vide Angel. Aret. in § fin. Instit. de publi. iudic. Et latè vide Pari. in tract. sindi. de modo, & forma sindi. § sindicantur etiam officiales de subtractis, vbi qualiter puniatur subtrahens pecuniam fisci. Et quid de actuario, de omnibus vide ibi latè, & eundem Parid. in d.
12 tract. sindi. in verbo officialis. col. 3 Et ibi † quid de officiali, & actuario, qui non scribit prouentus in libro, qualiter teneatur. vide Pari. in d. tract. in verbo prouentus, & in d. §. sindicantur etiam.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Decimas soluere an debeant secreti, & alii officiales absque alio mandato.*
2 *Decimas non soluentes an puniantur. 4.*
3 *Expensas soluere an teneantur, qui non soluunt decimas in tempore.*
Officiales regii non soluentes decimas an puniantur.
5 *Decimarum causa an possit coram iustitiario regionis cognosci.*
6 *Decimæ an debeantur de gabellis, & aliis iuribus regiæ curiæ.*
Decimæ an debeantur de omni fructu, ibid.
Decimæ an debeantur de apibus, ibid.
Decimæ an debeantur de molendinis, piscationibus, fœno & lana, ibid.
7 *Decima an debeatur de feudo.*
8 *Imperator an possit aliquem a decima eximere.*
Decimæ ex constitutione diuina debentur, ibid.
9 *Imperator an teneatur soluere decimas.*

DE DECIMIS SOLVENDIS. Rub.

CAROLVS SECVNDVS. C. CLXXXVII.

ET quia nuper ad audientiam nostram peruenit, quòd secreti prędictorum capitulorum, quibus libera est data solutio decimarum, & aliorum iurium solitorũ ecclesiis & psonis ecclesiasticis, de nostris gabellis & iuribus debitorum absque alterius expectatione mandati, quod anno quolibet impetrabant, finibus eis præfixis non seruatis, solutionem huiusmodi differunt, nouum mãdatum ad id anno quolibet calumniosè perẽtes. Nos ideo reputantes molestius, quo specialius animo gerimus, ecclesiarum iure gratiosi prærogatiua fauoris iugiter prosequi, & augere, hac nostra perpetuò
1 valitura sanctione iubemus, † ꝙ secreti prædicti, vel illi, qui huiusmodi gabellarum, & iurium nostrorum gesserint magistratus, ecclesiis & personis ecclesiasticis supradictis decimas, & iura prædicta, de ipsis gabellis & iuribus debita, de quorum sic consueta vsque nunc perceptione notorium in statutis, & solitis terminis, anno quolibet nouo mãdato nullatenus expectato, saluo iure curiæ, absq; diminutione aliqua, vel difficultate persoluat, prout a Catholicorum Regum Siciliæ tẽporibus vsq;
2 nunc extitit consuetum. † Quibus secretis, vel gabellarum, iuriumque magistris, si prædictos statutos terminos huiusmodi solutionem transierint, dupli eius quantitatis, in cuius solutione defece-
3 rint, pœnam imponimus. † Et restaurationem et expensarum, quas in ea propter ea sequendo post terminos ecclesias, seu prælatos subiisse constabit, quam pœnam pro curia exigi, etiam restaurationẽ ipsis ecclesiis & prælatis fieri de bonis secretorũ, aut magistrorum ipsorum, ac nihilominus eos ad debitam satisfactionem compelli, absque mandato alio iubemus & volumus per iustitiariũ regionis, pœna super hoc prædictis nostris capitulis contenta in suo nihilominus robore duratura.

ADDITIO.

ET quia nuper. Ad materiam de decimis vide supra c. volumus. num. 92. & ca. seq. quod incipit. Item statuimus, ꝙ comites. supra num. 93. in rub. ꝙ soluantur decimæ, & quæ ibi latè dixi, & supra cap. officiales comitum. nu. 162. ¶ In tex. ibi (pœ-
4 nam imponimus & restaurationem expensarũ &c.) † No. ꝙ officiales regij, qui tenentur soluere decimas & nõ soluunt, puniuntur & tenentur ad expensas. ¶ In fine tex. ibi (per iustitiarium regionis &c.) Nota secundùm Barth. de
5 Capua hic, † ꝙ iustitiarius regionis potest cognoscere de decimis soluendis ecclesiasticis personis, de quo vide quæ la è dixi in dicto cap. statuimus, quòd comites.
6 ADDITIO noua. ¶ Item nota ex isto capi. † quòd decimæ possunt deberi etiam in gabellis, & aliis iuribus regiæ curiæ: quia decimæ sunt soluendæ de omni fructu, etiam de apibus cap. nuncios, extra de decimis, etiam de prouentibus molendinorum, piscariarum, fœno, & lana.
7 cap. peruenit. eod, titu. cum concord. ibi in glo. (Et ista faciunt, quod etiam de feudo debetur decima: quia de omnibus

nibus prædiornm fructibns decimæ debentur. c. ex parte. extra de decimis, & lex generaliter loquens generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præsta. ad prædicta facit tex. in c. ité statuimus, ꝙ comites. 93. ibi, vel feu-
8 da. † Immo plus, etiam si Imperator fecisset cõcessionẽ, vt ad solutionem decimarum non teneretur, nõ valeret, nec eximere posset, ex quo decimæ diuina constitutione debẽtur, vt in c. sua. lo primo, extra de deci. Et vidi hoc dubiũ fieri in quadam causa, quæ vertebatur inter Reuerẽdum Capitulum Ciuitatis Campaniæ meæ Patriæ cum Domino Marchione dictæ Ciuitatis, & per Regiam Cameram
9 Summariæ fuit pronunciatum in fauorem Ecclesiæ. † Immo etiam Imperator non solùm tanquam homo subditus Deo tenetur soluere decimas ministris Dei, sed tanquam obseruator mandatorum Dei, vt in constitutione regni, quanto cœteris, & ibi Matth. de Afflict. col. penult. in nono notab. & in glo. ibi sequen. & tenetur tam de feudalibus, quàm de burgensaticis, vt ibi.

Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SUMMARIUM.

1 *Prologus, qui solet poni in inuestitura & priuilegiis feudorum.*
2 *Feuda concessa cum clausula, & suis hæredibus ex suo corpore descendentibus, an comprehendat fratres & sorores.*
Frater, vel soror an succedat in feudo fratris, vel sororis, ibid. 4.
Primogenitura an habeat locum etiam in successione fraterna in feudis. 6. 15. 24.
5 *Feudum concessum a principe Titio & descendentibus, mortuo primogenito an frater succedat.*
7 *Feuda an veniant ad primogenitos ordinatione testatoris, an iure successorio vigore huius cap.*
8 *Frater an in feudis nouis succedat fratri de iure communi, & quid de iure regni.*
9 *Frater acquirens feudum pro se & hæredibus, an intelligatur etiam de fratribus.*
Feudi inuestitura facta fratri si dicit, tibi & tuis hæredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus, an tunc frater succedat fratri.
11 *Frater in feudis antiquis an succedat fratri, si in inuestitura dicitur, tibi & hæredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus.*
12 *Intellectus cap. considerantes.*
13 *Mutanda non sunt, quæ semper certam interpretationem habuerunt.*
14 *Dispositio constitutionis regni, vt de successionibus, & huius cap. considerantes, an procedat solùm in feudis quaternatis.*
16 *Filia primogenita maritata & dotata a patre, quæ renunciauit, an succedat fratri in feudis exclusa sorore minore natu, quæ fuit hæres instituta a fratre.*
17 *Filia maritata an debeat esse contenta eo, quod in die votorum accepit secundùm ius Longobardum. 26.*
18 *Soror maritata & dotata a patre, vel a fratre de bonis paternis an excludatur a successione fratris. 17.*
19 *Soror dotata an regulariter excludatur a sorore in capillo.*
20 *Filia primogenita, quæ renunciauit, an excludatur ita, ꝙ ad ius renunciatum redire non possit.*
21 *Feudum an dicatur hæreditarium, vel ex pacto & prouidentia, si in inuestitura dicatur, tibi & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè descendentibus. 31.*
Feudum hæreditarium an deueniat ad alium, si non est hæres, ibid.
22 *Testatoris voluntas an pro lege seruetur. 33.*
23 *Primogenita an præferatur in feudis, in quibus viuitur iure francorum.*
25 *Soror viuens iure francorum an tunc excludatur a successione fratris, quando fuit dotata de bonis fratris.*
28 *Renunciatio de bonis paternis an noceat in succedendo bonis fraternis.*
29 *Renunciatio de bonis feudalibus an valeat sine assensu regio.*
30 *Feuda an veniant ad primogenitum, ex dispositione testatoris, an ex legis dispositione.*
32 *Feudum hæreditarium vt veniat ad immediate successurum, an sufficit, quòd fuisset hæres, si fuisset institutus.*
33 *Testator si instituit hæredem alium, quàm immediatè successurum, an ille, qui erat immediatè successurus, poterit reuocare feudum.*
34 *Patruus & amita an succedant nepoti in feudis.*
Fratres patrueles an succedant in feudis, ibid.
35 *Collaterales an succedant in feudo.*
36 *Feudis antiquis quaternatis an succedant de linea collaterali vsque ad quartum gradum de iure ciuili.*
37 *Dotaria an possit constitui vxoribus in feudis.*

DE PROROGANDA SVCCESSIONE baronum. Rubrica.

CAROLVS II. CAP. CLXXXVIII.

1 CONSIDERANTES † Præterea grandia, grata, & accepta seruitia, quę comites & barones regni nostri Siciliæ domino patri nostro, & nobis cõtinuè præstiterunt, & præstant assiduè, ac eos inantea confidimus præstaturos, ipsisq; volentes propterea sic vtiliter prouidere, vt se tam fideliter seruiuisse lætentur, & successores eorum perpetuò sint inde participes, comitibus & baronibus omnibus dicti regni, quibus a tempore fęlicis aduentus præfati domini patris nostri in regnũ, pro se ac suis hæredibus, comitatus, baroniæ, ac feuda imperpetuum sunt concessa, & quibus deinceps, vt de omnibus forma sit eadem, imperpetuum similiter concedentur, ac hæredibus eorundem, de liberalitate nostra & speciali gratia indulgemus,
2 † hac lege valitura perpetuò sancientes, quòd in successionibus eorundem ad huiusmodi comitatus, baronias, & feuda, illo prorsus abolito & cassato iniquæ interpretationis abusu, quo per illa cõcessionum verba, per quæ donum factum principali exprimitur, hoc adiecto, & suis hæredibus ex suo corpore legitimè descundentibus, fratres, vel sorores, a primogeniti fratris, vel sororis successione erant in eisdem comitatibus, feudis, & baroniis exclusi, frater, vel soror, fratri, vel sorori succe-
3 dat. † Primogenituræ, ac masculini sexus prærogatiua seruata, ꝙ liceat eis super ipsis comitatibus, baro-

baroniis, & feudis dotaria vxoribus suis statuere, tenore quidem antiquæ regni super hoc editæ constitutionis attento. Veteribus autem feudis in illo vsu, ac iure remanentibus, quod ad successores huiusmodi eis competit ex antiquo.

CONSIDERANTES. ¶In tex.ibi (fratres, &
4 sorores.) Nota, † q ex interpretatione huius capit. non obstante clausula quæ consueuit apponi in concessionibus comitatuum, baroniarum, & feudorum. Videlicet damus & concedimus tibi, & tuis hæredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus tale feudum &c. quòd decedente primogenito fratre, vel sorore, superstes frater, vel soror in successione feudi admittitur, aliàs de iure feudi contra videtur, vt not. And. de Iser. 10. collat. in titu. epi. vel Abb. vers. & quid, & cap. 1. in tit. de duo. fra. in prin. Et dicit idem And. in d. ca. 1. epi. vel Abb. vers. quin etiam.
5 †Quòd si princeps concedat feudum Titio & descendentibus, q mortuo primogenito frater eius non succedit. Et circa hoc cap. vide declarationem Honorij in suis capitulis, quæ incipit, aliquando, vbi recurre. † Item nota hic, q
6 in successione fraterna primogenituræ ius attendatur, sicut in paterna vt hic. ibi, primogenitum &c. idem in d. ca. Honorij, licet D. And. in consti. vt de successionibus, dicat solum in paterna successione dictum ius primogenituræ attendendum. Seb. de Neap. ¶In tex. ibi (veteribus autem feudis &c.) Et dicit hic Nic. de Neap. q prauus est intellectus illorum, qui dicunt per hoc cap. hodie feuda hæreditaria esse cum vigore præsentis capituli ex forma concessionis: quia hoc esset impropriè loqui, & contra naturam
7 propriam feudorum, † cum sunt intestabilia, & non veniant ad primogenitos ordinatione testatoris, sed iure successorio vigore præsentis capituli. Nic. de Neap.

ADDITIO.

8 CONSIDERANTES. Pro intelligentia huius cap. est sciendum, † q de iure communi feudorum frater nō succedit fratri in feudo nouo, nisi expressè sit dictum. capit. 1 §. cum verò Corradus. de his qui feu. da. poss. & in tit. de benefi. fra. & in c. 1. de duo. fra. de no. benefi. inuest. And. de Iser. in d. tit. de his qui feu. da. poss. §. sed quia vidimus, latè Iacobin. in tract. feu. in verbo nobiles Agasi. Matth. de Afflict. in const. vt de successionibus. col. 6. in 6. nota. & decisio. 293. fuit declaratum cum concordā. in dictis locis. Sed iura communia sunt correcta in regno: quia frater in feudo nouo succedit fratri, vt in d. constit. vt de successionibus. vers. & collaterali, qui tex. loquitur generaliter non distinguendo inter feudum nouum & antiquum, vt frater succedat fratri, & sic generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. & tenet And. de Iser. in d. const. vt de successionibus. col. 2. & Matt. de Afflict. ibi in 6. notab. & in d. deci. 293. &
9 probatur in isto c. nostro. ¶ †Et hoc verum, quando frater acquisiuit pro se & hæredibus suis, vt dicit Matth. in d. decisio. Immo etiam si non esset dictum sibi, & hæredibus, tamen intelligeretur, vt l. si pactum. ff. de probat. quia tunc frater dicitur hæres proximus fratri suo, ideo succedit, vt dicit Matth. in d. constit. vt de successionibus. col. 6. in 6. no
10 tab. ¶ † Sed si in inuestitura feudi facta fratri diceretur, tibi & tuis hæredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus, tunc frater non succederet fratri in dicto feudo nouo: qa non est de descendētibus fratris, & ideo est exclusus virtute inuestituræ, quę semper debet attendi, vt dicit Bald. in prælu. feu. allegat. c. 1. de duo. fra. a capi. inuest. & Bald. in l. quoties. C. de suis & legi. & in c. 1. de feu. guard. & And. in tit. de nat. succ. feud. & Iac. in d. tract. feu. in verbo nobiles
11 Agasi, in prin. & Matth. de Affl. vbi supra. ¶ † Sed in feudis antiquis, quorū inuestitura dicit, tibi, & hæredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus, frater succedit fratri: qa est de descendentibus primi acquirentis, ita tenet Matt. de Afflict. in d. deci. 293. & in d. constit. vt de successionibus, in
12 6. notab. †& in d. deci. dicit, q ita semper fuit interpretatū istud c. nostrum, quod vult, q concesso feudo sibi & suis hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, q frater succedat fratri, si est de descendentibus primi acquirentis, & sic istud c. loquitur in feudis antiquis, & non in nouis, vt tenet Matth. de Affl. in d. deci. 293. in fi. & in d. const. vt de successionibus. col. 6. in 6. nota. cum ibi al leg. per eū.
13 Et licet videatur quædam restrictio ad istum tex. † tamen non sunt mutanda, quæ semper certam interpretationem
14 habuerunt. l. minimè. ff. de legib. cum concord. ¶ † An autē istud c. & dicta constit. vt de successionibus, habeant locū solùm in feudis quaternatis, an etiam in aliis feudis rusticis, vide Lucam de Pen. in l. 1. col. 8. C. de impo. lucra. descri. lib. 10. & Matth. de Afflict. in d. constit. vt de successionibus. col. 2. in primo notab. & col. 6. in 6. notab.

ADDITIO noua. Vbi tenet, q habet locum solū in feudis quaternatis, cuius collatio est domini Regis, nō autem habet locum in feudis planis, & de tabula, vel rusticis, vel in feudis, quæ vocātur attenesiæ, vel in feudis, quæ quolibet anno præstant certum releuium in pecunia, vel in alia re, quæ tenentur a comite, vel barone, & ipsi faciūt inuestiturā, nam in istis feudis est successio secundùm ius commune feudorum: quia non est arctata successio in linea collaterali, sicut est arctata successio in linea collaterali in feudis quaternatis, vsque ad tertium gradum inclusiue, vt ibi latius per Matth. de Afflict. & glo. ibi, & And. de Iser. in c. 1. §. præterea. quæ sit prima cau. benef. amit. & idē And. in const. regni post mortem. col. fi & in const. forjudicatorum, & in const. vt de successionibus, propè fi. & vide Pari. in tra. feu. in c. an si recepi. col. 2. sub rub. ius accresc. an habeat locū in bonis particularibus feudorum, car. 7. & ibi dicit, q istud c. habet locū in feudis magnis, de quo etiam per And. de Iser. in c. 1. Impera. Lotha. & in constit. regni, si quando aliquam. in 2. lib. & in constitu. si quando in 1. lib. in glo. fin. Et dicit Matth. de Afflict. in consti. regni in aliquibus. col. 7. in 9. q. versic. constitutio verò, q constitutio, vt de successionibus, quæ dicit, q maritata & dotata repellitur, loquitur in feudis tantum, & non in bonis burgensaticis: quia maritata & dotata intelligitur exclusa solùm ab hæreditate dotantis, & non ab hæreditate fratris, de cuius bonis non fuit dotata, vt ibi per eum. Sed constitutio regni, in aliquibus, habet locum in burgensaticis. Et aduerte, q non loquitur de successione transuersaliū, sed solùm de successione descendentium ascendenti. Et ideo si soror maritata debet succedere fratri, remanet in dispositione iuris communis, vt ibi latè per Matth. in dicta 9. q. quod tamen limita, vt ibi per eum. & vide eundem Matt.
15 decisio. 161. ¶Circa aliud, quod tangit hic Seb. † An ius primogenituræ habeat locum in successione fraterna, vide Matth. de Afflict. in d. constit. vt de successionibus. col. 8. & pro certo hic est tex clarus contra Andr. de Isern. q etiam in successione fraterna habet locum ius primogenituræ.
16 ¶Iuxta prædicta quæro de notabili quæstione. † Pone, pater habebat duas filias fœminas & vnum masculum, maritauit filiam fœminam & ei dotem dedit, quæ renunciauit cum iuramento bonis paternis & maternis in forma, deinde moritur pater superstite filio masculo, & altera filia in capillo, & filia fœmina primogenita maritata & dotata, filius succedit in hæreditate patris, & eius hæreditatē adiuit, deinde processu temporis moritur ille filius masculus superstite sorore primogenita maritata a patre, & superstite alia sorore, quæ remansit in capillo tempore mortis patris, quæ fuit postea maritata a fratre, frater instituit hæredem istam sororem secundogenitam, & in hæreditate erant multa bona feudalia, quæ fuerunt eorum communis patris, vertitur dubium inter istas sorores, quæ ipsarum debeat succedere in feudis. Et pro parte sororis secundogenitæ, quòd debeat præferri feudalibus exclusa sorore primogenita maritata adducitur.
17 ¶ † Primò: quia talis soror primò maritata a communi patre

patre debet esse contenta de eo, quod accepit in die notorum, seu nuptiarum, & amplius quærere non potest, vt in long. l. si pater filiam, in titulo de successio. & tenet glos. in consti. vt de successionibus, in verbo coniungatæ, vbi te-
18 net,† quòd soror maritata & dotata a patre, vel a fratre de bonis paternis excluditur a successione fratris, quia debet esset contenta dote recepta, vt dictum est, & bene facit tex.
19 in d. consti. versi. coniungatæ autem & dotatæ. ¶ † Secundò adducitur: quia ista filia maritata & dotata excluditur a successione dotatoris, vt in d. consti. vt de successionibus, & dicit Bal. in l. si viua matre. in prin. C. de bon. mater. quòd regulariter soror dotata excluditur per sororem in capillo, & tenet And. de Iser. in capitulo 1. colum. 5. de na. succes. feu.
20 ¶ † Tertiò adducitur, quia ipsa primogenita maritata renunciauit cum iuramento hæreditati paternæ &c. & sic excluditur. cap. quamuis. & ibi doct. extra de pact. in 6. Et renuncians ad ius renunciatum redire non potest, vt per D.
21 Aymo. consi. 24. num. 4. & consi. 74. nume. 7. ¶ † Quartò adducitur, quia secundum communem formam inuestiturarum feudorum in regno dicitur, concedimus tibi & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè descendentibus, quo casu videtur tale feudum esse hæreditarium, & ad hoc ut admittatur ad successionem duo requiruntur, quòd sit descendens, & quòd sit hæres, & alterum non sufficit, pro hoc bene facit, quod dicit glo. & Pau. de Ca. in l. ex facto. §. fina. ff. ad treb. & firmat specificè Seba. de Neap. in consue. Neap. quæ incipit, & si testator, in versi. disponere, & videtur hoc tenere And. de Iser. in c. 1. an agna & in cap. 1. de alie. feu. Pater. sed dicta primogenita non est hæres nec patris, nec fratris, sed ipsa secundogenita est hæres fratris, ergo feu-
22 dum ad ipsam pertinet. ¶ † Quintò adducitur, quia secundogenita fuit hæres instituta, ergo ipsa succedere debet: † quia voluntas testatoris debet pro lege seruari, vt in §. disponat. in aut. de nup. Et ex prædictis videtur dicendum, secundogenitam præferendam & admittendam esse in di-
23 ctis feudis. ¶ † Sed in contrarium, quod immo soror primogenita licet sit maritata debet admitti ad bona feudalia, adducitur; quia ex quo viuitur in dictis feudis iure francorum, quo casu maior natu præfertur minori. d. constit. vt
24 de successionibus, & ibi doct. ¶ † Secundò adducitur: quia etiam in successione fraterna habet locum ius primogenituræ: vt in isto ca. nostro, & supra fuit dictum. ¶ Tertio hoc est hodie decisum per consilium sapientum, & determinatum per Reginam Ioannam Secundam in capit. posito in principio Rituum Magnæ curiæ Vicariæ, & illud cap. dici
25 tur, la filingeria, vbi pro lege vniuersali statuitur. † Quòd tunc soror viuens iure francorum excluditur a successione fratris, quando ipsa fuit maritata & dotata de bonis fratris sui, aliàs vbi de bonis fratris sui dotata non fuit, non excluditur a successione bonorum fratris, & hoc in viuentibus iure francorum, & istã partem & determinationem firmat And. de Iser. in d. consti. vt de successionibus, & in cap. 1. de natu. succe. feu & Bald. in l. 1. C. de legi. hære. & in l. matri. C. de iure do ium, & Alexan. consi. 29. incipiente, quoniam abunde, primo volum. Alexand. & Fran. de Are. in l. 1. §. veteres. ff. de acquiren. poss. & in propriis terminis tenuit Matth. de Affli. in d. consti. vt de successionibus, colum. 10. in fin. cum sequen. ¶ Et tenendo istam partem, quæ est verior, & teneri debet, ad contraria responde-
26 ri potest. † Et primò non obstat tex. in long. in l. si pater filiam, in titu. de successio. & glo. in d. const. vt de successionibus, in verbo coniugatæ: quia procedunt in feudis, in quibus viuitur iure longobardo secus vbi viuitur iure francorum, ita propriè hoc declaratur in d. filingeria, & Matth. de Affli. in d. consti. vt de successionibus, col. 10. in fin. cum sequen. & ita etiam procedit tex. ibi in versic. coniugatæ.
27 † Nec obstat, quòd filia maritata & dotata excluditur a successione dotatoris; quia illud intelligitur, ꝙ excluditur a successione ipsius dotantis, & sic patris, qui dotauit: sed quia talia feuda postea peruenerunt ad filium, non tractatur amplius de hæreditate patris, sed dicitur patrimonium filii, & sic fratris illius filiæ maritatæ, & non prohibetur venire ad successionem fratris per superius allegata, & tenet Phi. Decius consi. 230. proponitur, quòd ex Petro. col. 2. in fi. versi secundum quia, in secundo vol. vbi multas cotas allegat, sed talis soror non fuit maritata a fratre sed a patre, ergo non excluditur a successione bonorum feudalium fra-
28 tris. † Nec obstat renunciatio facta per filiam primogenitã quia est primò aduertendum, si renunciauit bonis paternis tantum, & non fraternis, & talis renunciatio non obstaret quò ad successionẽ fratris, per ea quæ proximè dicta sunt, & tenet Decius in d. consi. 230. col. 2. in fi. secundo volum.
29 † Et si esset renunciatum etiam hæreditati fraternæ, tamẽ talis renunciatio respectu bonorum feudalium non valet sine regio assensu, vt in consti. regni constitutionem diuæ
30 memoriæ, & ibi And. de Iser. & Matth. de Affli. † Secundò ex alio non obstat dicta renunciatio, quia talia feuda non veniunt ad filiam primogenitam ex dispositione testatoris & eius successione, sed veniunt ex legis dispositione, & prouisione. d. consti. & huius c. & sic in renunciatione hæreditatis talia feuda non includuntur, vt in simili colligitur ex dictis per Decium in d. consi. 230. col. 2. secundo vol. & faciunt, quæ in simili dicit Bald. in l. generaliter. §. in his, in prima lect. C. de secund. nup. & quæ dixi supra in c. mulier dotarium, nu. 165. in fi. cum ibi allegatis, & tenet hic Nico.
31 de Neap. vt supra videre poteris. ¶ † Nec obstat, quòd dicatur esse feudum hæreditariũ, & sic requiritur vt sit filia, & hæres &c. quia omissa illa difficultate, an per communem formam, quæ fit in regno dicatur esse feudum hæreditarium, vel feudũ ex pacto, & prouidentia, de quo per Matth. de Affli. in d const. vt de successionibus, colum. 20. versi. sin autem, & per Matth. de Affli. decisio. 240. incipiente in causa cubelli, colum. penul. versi. præterea. & per Decium consi. 395. in causa magnifici, colum. 2. in fin. 3. vol. & consi. 445. in casu ad me transmisso, col. 4. in fin. 4. vol. cum con-
32 cor. in dictis locis. † Tamen posito quòd esset feudum hæreditarium, dico, quòd licet primogenita non fuerit hæres instituta, tamen admittitur ad dicta feuda, etiam si sint hæreditaria, quia illud, quod dicitur, quòd debet esse hæres, intelligitur, quando potest habere hæreditatem patris, vel fratris, si non habebat filios ille frater, quia pater eum instituit in testamento, vel quia pater, vel frater mortuus est intestatus, si verò non potest habere hæreditatẽ, quia alius est hæres institutus tunc filius, seu frater primogenitus poterit recuperare feudum, licet non sit hæres, ita in terminis tenuit Iaco. de Bel. in c. 1. an agna. vel fil. defun. & idem Iaco. in c. Titius filios, si de feu. fue. contro. inter do. & agna. & Præpo. in d. ca. 1. an agna. col. 6. versi. secunda limitatio. Matth. de Affl. in const. regni, constitutionem diuæ memoriæ. col. 3. Decius consi. 208. ad clariorem. in fi. secũdo vol. Ant. Capi. deci. 199. in causa Ioannis Francis. allegat notata per Bal. in d. c. 1. in agna. vbi dicit, quòd sufficit, quòd dicat, & protestetur, quòd si alius non esset hæres institutus, ipse libenter adiret hæreditatem, vt ibi per eum. Et per hoc
33 dicit Ant. Capi. vbi supra † ꝙ si testator instituit hæredẽ aliũ quàm immediate successurum, tali casu ille, qui erat immediate successurus, poterit reuocare & recuperare feudum, licet alius sit hæres institutus, iuxta ea, quæ habentur in d. const. constitutionem diuæ memoriæ. & ibi Matth. de Affli. col. 2. & 3. quod confirmatur alia ratione: quia si aliter diceremus, testator posset ad sui libitum testari de feudis, quod tamen ei non licet, quia nulla dispositio testatoris recipitur in feudis sine regio assensu, vt in d. const. constitutionem diuæ memoriæ. & ibi gl. & doct. ¶ Nec obstat, quod testatoris voluntas seruatur pro lege; quia hoc nõ habet locum in feudis, vt proximè dictum est. Et sic concluditur, ꝙ primogenita licet non sit hæres fratris, potest habere regressum ad feuda, vt dictum est. Limita non habere locum, quando viuitur iure longobardo, vt dictum est. Secundo limita, nisi aliud contineretur in inuestitura, per supradicta. ¶ Item etiam ad materiam est sciendum, quòd per Cæsaream maiestatem Caroli Quinti de Austria est con-

est concessum ex priuilegio Neapolitanis in primo priui-
34 legio. † Quòd patruus & amita succedat nepoti in feudis
antiquis, & patrueles fratres masculi: vt latius in d.pri-
uilegio dicitur, vbi vide. Et ad materiam d.priuilegij
35 seu capituli. † An & quando collaterales succedant in feu
do, vide And de Iser.in cap.primo.§.sed capitanei, de feu.
mar.& in cap.primo.§ hoc quoque.de his qui feu.da.pos.
& And.in d.§.capitanei.loquitur, quid de fratribus patrue
36 libus, non de natis ex fœminis.†Et an in feudis quaterna-
tis antiquis in linea collaterali succedant illi, qui sunt in
quarto gradu de iure ciuili, vide Matth. de Afflic. in con-
sti.vt de successionibus.nota.13.& 14.cum ibi allegatis. Et
quid in feudo nouo, dictum est supra, & Mattth. in d.con-
37 sti.in sexto nota.¶†In tex.ibi(dotaria vxoribus &c.) vide in
consti.mulier, quæ dotarium. & quæ latè dixi supra c. mu-
lier dotarium.num.165. Ioannes Antonius de Nigris de
Ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SUMMARIUM.

1 *Fines territorii & tenimentorum quomodo debent probari & designari.*
2 *Fines territorii quando designantur, an debeant vocari illi, quorum interest.*
3 *Fines tenimentorum occupans qualiter puniatur.* 12.
Animalia capiens in alieno territorio tamquã diffidata causa occupãdorum tenimentorum qualiter puniatur, ibidem.
4 *Termini diœcesum si sunt incerti, an recurratur ad nouos terminos.*
5 *Fama an probet fines.*
6 *Fines & limites an sint reducendi ad antiquam formam.*
7 *Fines qualiter probentur.*
8 *Territoria, pertinentiæ, districtus qualiter probentur.*
9 *Finium regundorum iudicio an habeat locum vti possidetis, ita possideatis.*
10 *Cautela, vt quando vertitur quæstio de finibus, semper nitatur possidere.*
Possessor obtinet in iudicio finium regundorum, quando nõ probatur de dominio, ibidem.
11 *Animalia capta pro diffidatis an debeant liberari præstita satisdatione.*

DE TOLLENDA DISSENTIONE INter fideles nostros, aliàs de diuisione territoriorum. Rubrica.

CAROLUS SECUNDUS. C. CLXXXIX.

AD tollendam quidem dissentionis materiam, quæ inter fideles nostros de tenimentis, territoriis ac pertinentiis terrarum, tam demanii nostri, quàm ecclesiarum, comitum, & baronum, & finibus
tenimentorum ipsorum consueuit hactenus frequẽ-
1 ter oriri.† Statuimus, & mandamus, quòd exquisi-
to registro curiæ de tenimentis ipsis, & finibus eorundem, quod in nostro conseruatur archiuio, illorũ determinatio in duo registra sub sigillo nostro, vel locum nostrum tenentis, de iustitiariatu quolibet fideliter transferatur, quorum registrorum vnũ cameræ nostræ remaneat, aliud in famosiori cuiuslibet iusticiariatus ecclesia ferreo nexu, quàm cautius fieri poterit, appendatur. De tenimentis verò, & finibus illorum locorum, de quibus datum curiæ registrum nihil continet, vel antiqua scripta, seu ad mandatum curiæ facta legitimeque contenta, si per nos inquisitio non apparet, per vnum prælatorum vnum baronum, vnumque ciuium, iusticiariatus illius, per curiam eligendos fideliter inquiratur. prout hactenus protendi consueuerunt tempore quondam Imperatoris Romanorum Federici, & quomodo, vsque ad tẽpora inter partes exinde contentionis exortæ, vel vsque ad hæc tempora, si contentio nulla præcesserit, & tenimenta huiusmodi, prout inuenerint per durabiles fines diri-
2 mant, & designent. † Vocatis ad hoc, & præsentibus illis, quorum inter erit, præsente etiam (vbi de finibus demanii nostri agetur) eo, quẽ pro iure nostro seruando curia ordinabit. factis inde per inquisitores eosdem tribus consimilibus scriptis, & nihilominus vbi antiqua scripta, & inquisitio, qua contentæ sint partes, vt prædicitur, apparebunt, illorũ tenor per inquisitores illos de verbo ad verbum fideliter in scriptis totidem dirigantur, de quorum vtrisque terminis scriptis singula sibi retineant. De reliquis verò sub sigillis eorum assignationem tam cameræ nostræ, quam ecclesiæ in forma faciant supra dicta. Et cum de tenimentis, & finibus ipsis dubietas emergerit aliqua, ad registrorum, vel scriptorum alterum, quod in ecclesia, vel camera nostra
3 seruabitur, ex inde recurratur, & stetur.† Si quis autem suis tenimentis, & iuribus non contentus huiusmodi designatos fines transire præsumpserit, & extra tenimẽtum suum occasione affidagii pascuorũ, vel aquæ, vel illicitè aliàs animalia, vel res alias cœperit, præter pœnam iure communi contentam in quam ex huiusmodi violentia siue cum armis, siue sine armis fuerit, incidet, per iusticiarium regionis absque mandato aliquo puniendus instanter illa, quæ cęperit, vel extimationem earũ patronis statim per iusticiarium ipsum restituere cõpellatur.

AD tollendam. Vide ad prædicta cap.cum causam extra de prob.& ibi per Henri.& in capitulo primo, de relig domi.& in capit.cum olim.de censi.in glo.2.& quod nota. Hostien.in titu.de religio. domi. §. cui subest.versic.
4 quòd autem, & versi.quòd si nullo modo, vbi dicit,† quòd
si termini diœcesum sunt incerti, ad nouos terminos recurritur, vel secundùm aliquos ad terminos iurisdictionis secularis ciuitatum, quòd si nullo modo legitimè apparere potest de limitibus, tunc forte diriment sorte.ff.de iudi. l.si cum ambo.& ita recitat Henri.in allegato.capit.cum causam.Nicolaus de Neap. Vnde dicit dominus Ang.in l.opti-
5 mam.C. de contrah.emp.† quòd sola fama non probat fi-
6 nes territoriorum. † Sed fines, & limites antiqui ad antiquam formam sunt reducendi, vide consilium Bald.de cõfinib.vbi pulcrè loquitur. Sebast.de Neapoli.

ADDITIO

7 AD tollendam.† Ad materiam confinium, & qualiter
probentur, vide latissimè per Pari.in tract.de reinteg. feud.in materia de finibus, & vide quæ late cumulaui in tractatu meo de inuentario in fine, vbi vide, & quæ latè di-
8 xi supra in cap.item prædicti contenti.88.† Et qualiter per
tinentiæ, & districtus, & territoria probentur, vide Bald. consi.420.primo volum. & consi.286. secundo volum. &
9 consi.161.tertio volum. & consi. 445. 5. volum.† Et an in
iudicio finium regundorum habeat locum illa disceptatio vti possidetis ita possideatis, vide Bald. consi.445.5.volum.
10 † Et semper quando vertitur quæstio de finibus, debet esse
cautus, vt possideat: quia vt plurimum non potest bene probari de dominio, finium & is obtinet, qui reperitur in possessio-

possessione, vt latè per Abb.& alios in cap.quia indicante, extra de præscri.per totum.vbi multa de materia finium re
11 gundorum.¶ † Et quid si sunt capta animalia in aliquo ter ritorio pro diffidatis, vel quia vertitur quæstio de territorio an debeant liberari præstita satisdatione, vide Ant.Capi.de cisio.45.& vide etiam in consti.cum per partes Apuliæ, & quæ ibi dicunt doct.& dicunt quod sic si est dubium de ter ritorio, aliàs secus, & multa alia ad istã materiã de animalibus captis pro diffidatis, vide in consti. peruenit, & in d.
12 consti.cum per partes Apuliæ. ¶ In fine huius cap. † Nota qualiter puniatur, qui extendit se ad territoria aliena, de quo etiam vide supra cap.item prædicti contenti, nume. 88.in rub.quòd non extendant se ad territoria vicina &c. & quæ ibi dixi.¶ In tex.ibi, designatos fines &c.Nota secundùm Bartho. de Capua hic de pœna contra eos, qui fines suos ad aliquem capiendum transgrediuntur: quia puniũtur, vt hic. Ioan.Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Tormenta in quibus casibus adhiberi possunt.*
Torquendus an debet esse leuis persona, ibidem in fine. 4.
2 *Fama an sit sufficiens ad torturam, & multa alia in materia famæ.* 6.
3 *Fama. Quod probatur per famam, an habeatur pro vero.*
5 *Appellari an possit a tortura.*
7 *Confessus occidisse hominem ad sui defensionem an possit torqueri, vt simpliciter confiteatur.*

DE TORMENTIS. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CXC.

TORMENTIS insuper, ad quæ officialium aliquorum immanitas propriæ voluntatis motum trãsdebitum effremebat me
1 tam volentes humana compassione imponere.† Præsenti prohibemus edicto, ne quis tormentis aliquibus exponatur nisi in crimine læsæ maiestatis, aut viarum disrobator existat, ita quòd contra tales publica fama laboret, & sufficientia præcedant indicia, & nisi homicida sit aut aliàs delinquens enormiter, in fraganti crimine deprehensus, & in tormentis ipsis, vbi eorum leuis affuerit persona, ius ciuile seruetur, tam de criminibus, quàm personis, & qualitatibus tormentorum.

TORMENTIS. Aduerte tu latrunculator, qui per assessores quotidie incedis: quia istud c.corrigitur per cap.tormenta.supra nume. 144.& per ca.sequen. supra eo. Nec obstat, si istud est in ordine posterius: quia istud factum fuit post illud, prout per datam ipsorum in regiis curiis reperitur. Et dominus Carolus Primus statuit materiam tormentorum, & fecit ca. quod incipit. Item caueant iusticiarii supra eo.nume.44.& fuit actum anno regni sui 12.postmodum dominus Rex Robertus statuit super eisdem cap.prouisa iuris sanctio, infra nume. 222. cum reliquis, de quibus fiunt hodie iusticiariis litteræ arbitrariæ. Et ita ego Neapo.de Sebasti.audiui a domino Petro Picculo, & adde, & iunge hic, quæ scripsi in d.cap. tormenta, cum sequen.Et quia hic dicitur, quòd in casibus hic discriptis
2 apparet, vt locus sit torturæ, quòd primo contra torquendum publica fama laboret,† Quæro, vtrum fama alicuius sit sufficiens indicium ad torturam. Secundò quæro quotuplex sit fama, Tertiò qualiter fama diffinitur. Quartò quæ sit differentia inter famam, manifes[t]um, & notoriũ. Quinto, quæ sit differentia inter famam, & communem opi. Sextò inter quos, & in quo loco debet esse fama. Septimò a quibus personis debet oriri fama. Octauò, quæ differentia est inter famam, & opi. populi. Nonò qualiter fama probetur. Decimò qualiter debet reddi ratio scientientiæ in reddenda probatione famæ. Vndecimò, vtrum sufficiat ad probandum dicere, quòd ita dicitur per maiorem partem populi. Duodecimò, vtrum testis, qui deponit super fama, & de aliis dixit se nihil scire, sit falsarius. Tertiodecimò, an sufficiat dicere quòd sic audiuit dici per maiorem partem populi, nisi adiiciatur publicè. Decimoquartò, an sufficiat dicere: quia scit: quia publicè sic dicitur per maiorem partem populi, seu agentium. Quintodecimò, vtrum testificans super fama debeat respondere, a quibus audiuit. Sextodecimò, an diuersitas temporum, loci, vel personarum, in quo se, in quibus testes audiuerunt dici, vitiet testimonium super fama. Decimoseptimò, vtrum fama super aliquo facto negatiuo possit probari. Decimooctauò, vtrum vltima fama præualeat. Vigesimoprimò, an sufficiat plena, vel semiplena probatio, vel indicium. Vigesimosecundò, an sufficiat fama cum uno teste. Vigesimotertiò, an sufficiat probare simpliciter famam, ad hoc vt satisfaciat statuto, quod dicit publicam sufficere famam in aliquo loco. Vigesimoquartò, vtrum sit differentia inter famam publicam, & famam simplicem, de quibus omnibus vide plenè tractatum Bartol.ff.de quæst.l.de minore.§.plurimum. Vigesimoquintò, an falsa fama excuset quem a dolo. ff. de adult.l.miles.§.mulier.per eundem D.Bartol.¶ An autem contra homines malæ famæ admittantur testes etiam malæ famæ, dic quòd sic, dummodo non sint socii eiusdem criminis, vt not.per Ber.& Inn.in d.c. veniens. extra de te-
3 sti.& vide supra nume. 146. regni anno. 12.¶ † An autem, id, quod per famam probatur, habeatur pro vero. Videtur quod sic: quia fama videtur inducere notorium, vt not. In noc.in cap.ex litteris, sed esse notorium, aut manifestum, aut quem esse conuictum, seu confessum, sunt paria, exrra de symo.c.de hoc. Tu dic, quòd id, quòd fama peruenit, debet verius sciri, & indagari, eod.titu.cap.4.& 5.ergo non habetur pro vero, quod fama probatur, quæ nota tamquam quotidiana, & noua. Seba.de Neapoli.

ADDITIO.

TORMENTIS ad materiam vide, quæ dixi supra in cap.tormenta.supra nume. 144.cum sequentibus,
4 & quæ dixi supra in cap. frequens. nume. 7.† Et in dictis locis etiam posui de leuitate personæ, de quo etiam per
5 And.& Matth.in consti.si damna clandestina.† Et an possit appellari a tormentis, vide supra c.si iustè.supra num. 146. & in Ritu Magnæ Curiæ Vicariæ nu. 164. in ordine meo,
6 & supra tetigi.¶ † Et de materia famæ vide latissimè Hippo.in l.de minore.§ plurimùm quoque.ff.de quæstio.doct. in c.qualiter, & quando.lo 2.extra de accusa.Gandy.in tra. malefi. in rub. quomodo cognoscitur de malefic. quando cri.est not.& quid sit fama, cum titulis sequen.Angel. Are. in tract.malefi.in verbo fama publica, cum concor. in dictis locis.¶ Iuxta materiam huius c.in materia tormento-
7 rum.† Quæro, pone aliquis inquisitus de homicidio confitetur commisisse homicidiũ ad sui defensionem. An possit torqueri, vt simpliciter confiteatur se homcidiũ cõmisisse. Bal.in l.1.col.11.vers.si tñ iudex.C.de cõfessis, tenet, quod potest torqueri, & cogi ad simpliciter confitendum, vt ibi per eum, sicut potest cogi, vt ore proprio fateatur, ne possit appellare, vt ibi per eum, nu.7.sed Thomas Gram.in voto 2.in causa Cosmi, nu.4.versi.& prima facie cum sequentibus tenet cõtra Bal.vt ibi per eum, & tenet Tho.Ferra.cautela quinta, per multas rationes per eum allegatas, & ibi col.penul.in fi.allegat ita etiam tenuisse Tancred.Corneto in sua compendiola, in rub. de quæstio. circa materiã probationum, quæstione vltima. Item limita dictum Bal. non habere locum, quando reus vellet assumere probationes;

D. Io.Ant. de Nigris.

& probare, quòd ad sui defensionem fecit, quia tunc non est locus torturæ, vt tenet Thom. Gram. in d voto 2. nu. 13. allegat Bald. in c. dudum. col. pen. extra de electio. Et dicit hic Bartho. de Capua referendo D. Petrum Piccolum, qui dicunt, quòd istud c. corrigitur per c. in accusatis, supra nu me. 147. vbi habet locum tortura etiam in teste vacilante, & licet istud videatur posterius in scriptura, tamē istud fuit anterius conditum, vt hic per eum. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Forestæ antiquæ & nouæ per quos debent inquiri, & designari.*

DE FORESTIS ANTIQVIS, & nouis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CXCI.

ILLA quidem ex prædictis constitutionibus domini patris nostri, quæ super forestis antiquis, & nouis est edita ad clariorem de
1 terminationem adiicimus. † Qd per fideles viros ad hoc per nostram curiam statuendos antiquæ forestæ inquirantur, & designentur a nouis, post designationem huiusmodi eadem super vnaquaque constitutione seruata, non quòd propter hoc a foresteriis intendatur vsque ad designationē ipsam fidelibus impediri cōstitutionis eiusdem beneficium, qua vtatur.

ADDITIO.

ILLA quidem. Ad materiam huius c. vide supra in ca. magistri forestarum. nu. 84. in rub. de magistris foresteriis, & supra c. item statuimus quòd ad hoc, numē. 136. in rub quòd fiat inquisitiones super finibus &c. & vide supra c. item boues sine campanis. nu. 85. & quæ in dictis locis dixi. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Capere aliquem an liceat etiam si sit eius vasallus.*
2 *Capere aliquem quibus casibus liceat.*
Capiens aliquem an debeat eum tenere, vel ad præsidem mittere, ibidem.
Capiens aliquem auctoritate propria an teneatur pœna priuati carceris.
4 *Carceris priuati crimine quomodo fiant positiones, & exceptiones.*

DE NON CAPIENDIS VAsallis a dominis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CXCII.

1 AMPLIVS † Nulli priuato liceat aliquem (si etiam vasallus suus sit) auctoritate propria capere de persona: † nisi vbi magi-
2 stratus abesset, in criminibus publicis, in quibus si quem cœperit vltra duos dies eum non teneat, sed incontinenti transmittat ad præsidem regionis. † Si quis au-
3 tem ausus fuerit contraire, pœnam priuati carceris se nouerit incursurum.

AMPLIVS nulli dicit hic Bartho. de Capua quòd
4 † Ex isto c. possunt fieri positiones, & exceptiones in causa priuati carceris mota a vasallo contra dominum. Et ad materiam huius c. vide supra in c. contra effrenatas. nume. 21. & quæ ibi dicta fuerunt, & Matth. de Affli. in consti. pœnam. num. 63. vbi vide. ¶ In tex. ibi (vltra duos dies &c.) vide quia de iure communi non est licitum retinere vltra horas vigiuti. l. capite quinto. ff. de adul. & ibi Bartol. & tamen in regno limitatur per istud cap. quòd vsque ad duos dies potest retinere captum licitè in priuato carcere absque pœna priuati carceris, vt tenet etiam Matth. in d. consti. pœnam. colum. 22. in decimooctauo nota. Ioan. Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus quantum soluere debet pro carcere, quando liberatur.*
2 *Exigens plus debito a carcerato qualiter puniatur.*

DE CAPTIVIS NON RETINENDIS vltra vnum diem, cum liberati sunt. Rub.

CAROLVS SECVNDVS. C. CXCIII.

1 MAGISTRO † Iusticiario, iusticiariis, castellanis, aliisq; officialibus nostris inhibemus, ne a captiuo, quem per vnum diem, aut vltra, tenuerint, cum liberādus fuerit, vltra tarenum dimidium, & si in eorum carcere de nocte non fuerit, aliquid pro liberatione sua non recipiant, aut recipi faciant, vel
2 permittant. † Et si quis eorum contrafecerit ad nonum eius, quòd vltra exegerit, teneatur.

ADDITIO

MAGISTRO Iusticiario. Rubrica istius ca. non se conformat cum tex. credo, quòd sit corrupta. Ad materiam tamen huius ca. de salario soluendo a carceratis cū liberantur. vide quæ latè dixi supra in cap. castellanos. nu. 20. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Appretium an anno quolibet fieri debeat de mense Augusti. 4.*
Bona tenentes in territorio an debeant contribuere in collectis, & appretio, ibidem. 7. 18.
Onera alterius supportare quis an debeat, ibidem.
2 *Affidatos habere an liceat, vt propterea sint immunes ab appretio.*
3 *Affidatos habens qualiter puniatur.*
5 *Appretii forma & modus.*
6 *Possessio an probetur per appretium, siue catastrum.*
7 *Bona in appretio in quo loco sunt describenda.*
8 *Bona mobilia habens in diuersis locis, in quo loco sunt appretianda & taxanda.*
9 *Appretiatores, qui alleuiant aggrauandos, & grauant alleuiandos, qualiter puniantur.*
10 *Vniuersitas si tenetur dare regi omni anno centum, & rex alicui concedit immunitatem de decem, an debeant excomputari vniuersitati. 19.*
Immunitas an sit alicui concedenda in præiudicium aliorum, ibidem. 19.
11 *Immunitas quibus concedi possit, & per quos, & quid debet priuilegium continere.*

12 *Gabella in quibus loci solui debeat.*
13 *Ciuis receptus in ciuem an in omnibus reputetur vt ciuis, etiam quò ad munera.*
14 *Ciuis nouiter receptus an teneatur ad debita præterita.*
15 *Gabellam pro eadem re an in pluribus locis soluere teneatur.*
16 *Collecta quibus possit imponi.*
17 *Immunitas an possit concedi in præiudicium vniuersitatis, & per quos concedi possit, & an possit reuocari.*

DE OFFICIO COLLECTARVM, aliàs de appretio. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CXCIIII.

1 IN singulis. † Ciuitatibus nostris,
& locis regni, apprecium anno
quolibet de mense Augusti, eo quod
aliquorum crescit, & decrescit fa
cultas, in solita forma statuimus
renouari iuxta quod singuli de ci
uitatibus terris, & locis ipsis, & alii in eis, vel eorũ
territorio, burgensaticas res tenentes, licet alibi ha-
beant incolatum, in generalibus subuentionibus,
aliisque seruitiis publicis, vel aliquando eorum
propriis conferant, alter alterius onera non portet.
2 † Inhibentes quibuslibet, ne aliquos habeant affi-
datos, qui eorum fauore huiusmodi consueuerunt
fieri solutionis immunes, in dispendium reliquo-
3 rum. † Si quis enim affidatos tales habere præsum
pserit, triplum quantitatis illius, quæ affidatos
eosdem pro apprecii censura contingeret, fisco no-
stro componat.

4 IN singulis ciuitatibus. Nota ex prin. huius cap. † quòd
omni anno debet in regno apprecium de mense Augu-
sti renouari. Et adde & vide supra in cap. In Calendis, nu.
5 167. ¶ † De modo verò dictum apprecium faciendi, &
eius forma, vide infra cap. porrecta. nume. 199. & quod ibi
6 scribam. ¶ † An autem per apprecium, siue castrum probe
tur possessio siue dominium, habeo tex. quòd non secun-
dùm D. Bald. in l. si pater. & ibi not. C. de actio. emp. alle-
gat pro concordia. l. quæ quisquam. ff. de acquiren. re. do.
7 ¶ † In tex. ibi (tenentes. s. in ipsa terra, vbi apprecium fit, nã
& si alibi sint bona, seu possideant ibi sunt bona in appre-
cio describenda, licet alibi habeant incolatũ, vt C. de mu.
& in eo. l. 1. in fi & ff. de censi. l. forma. §. si verò quis. Sed cũ
8 bona mobilia sint in apprecio, describenda vt hic, & infra
d. c. porrecta, quod est in capitulis additis. † Quid erit, si-
quis in diuersis locis habeat bona mobilia, vtrum pro eis
taxabitur in loco proprii incolatus, aut in singulis locis in
quibus ipse habet. Distingue, aut quis habet diuersa domi-
cilia, aut vnum, si diuersa, in singulis ex taxandus pro nego
tiationibus, quæ ibi agit, & mobilibus, quæ ibi habet. ff. ad
mun. l. filii libertorum. §. qui fœnus. Sin autem vnum do-
micilium habet, sed negotiatur in locis aliis, si quidem mo
ratur ibi ad modicum tempus, quasi in nundinis, puta
quia ad illum locum defert merces, & animalia ducit &
modico tempore ibi agens se ducit in loco domicilii sui,
& illuc defert quæstum suum, & lucrum, fructusque ani-
malium, appreciabitur in loco sui domicilii, arg. C. de in-
co. l. ciues. lib. 10. & ff. de fun. instr. l. cum quidam, & l. cum
de lanionis, §. Sabinus & de leg. 1. l. huiusmodi. §. legatũ. cũ
concor. Si verò negotiatur in diuersis locis non quasi in nũ
dinis, sed velut ibi domicilium habens, quod potest. ff. ad
muni. l. Labeo, vt quia longo tempore ibi moratur condu
cens ibi domos ad annum, annonam & victualia præpa-
rat, & conseruat, & alia similia facit, & ex ipsa pecunia re-
petitis emptionibus & venditionibus quæstum agit, boues,
aut animalia ibi tenet, vt ea vendat, fructusque inde perci-
piat, & tunc. Aut pro ipsis mercibus, & quæstibus alia su-
bit onera, puta vectigalia, pedagia, & huiusmodi similia,
vel pro animalibus soluit ius pascui. Aut non. Primo casu
non est pro ipsis mercibus, & negotiationibus animalibus
que in ipsis locis, nec etiam in domicilii loco taxandus, ne
duplici onere oneretur. ff. ad l. rodi. de iactu. l. nauis. §. cum
casu, & C. de agen. in rebus. l. 3. cum ibi not. Secundo casu
taxandus est in loco, vbi negotiatur, & animalia sua pascua
sumunt, vt d. §. qui fœnus. Et hoc etiam si in ipsis locis do-
micilium non habet, sed aliàs ibi habitat, vt ibi not. & vide
quod not. 13. q. 1. §. his ita. in glos. arg. optimum &c. Et quia
taxatores cum habeant quæstum negotiationis attendere,
animaliaque ac fructus eorum inspicere, hoc melius pote
runt, vbi negotiatio agitur, & animalia pascuntur, quam il
li, qui sunt ex eo loco vbi ipse negotiatur, & dominus ani-
malium domicilium habet, ar. C. de anno. & trib. l. fi. 2. re-
sponso, lib. 10. & de cẽsi. l. perequatores, & quod ibi in rub.
de inspectore, not. ad idem. C. lib. 10. de bon. vac. l. fi. & de
bon. proscrip. l. si quis vicini, & 12. q. 5. si cubi, & faciat ad
premissa. ff. de iudi. l. hæres. §. at si quis. versi. at si quo. Et cir-
ca hanc materiam vide, quæ notaui ad Bartol. & quæ ibi ip
se Bartol. dicit not in l. 1. C. de mulier. & in quo loc. lib. 10.
9 ¶ In tex. ibi (& alter alterius) † Quæro qualiter puniantur
appreciatores, qui alleuiant aggrauãdos, & grauant alleuiã
dos. Dic, quòd pœna quadrupli quantum collecta est ad-
dita, vt C. de censi. & censito. l. perequatores, & l. qui graua
tos, li. 11. Et scias, quòd aggrauatis in appretio subuenitur
iudicis officio, vt C. quemadmo. ciui. mu. in dicta l. fin. lib.
10. ¶ In tex. ibi (dispendium reliquorum) aptè dicit hic
10 tex. † quòd si vniuersitas tenetur dare regi omni anno cen
tum, & Rex concedit alicui immunitatem de decẽ, quòd
Rex omnino ab vniuersitate non potest petere nisi nona-
ginta: quia immunitas alicui concedenda non est in præiu
dicium reliquorum, vt hic. C. de exact. trib. l. exactoris, &
quod ibi not. & l. fi. facit, quod not. ff. quod quisque iur. in
rub. & 29. dist. iustum est hanc. q. format Guli. de Cu. in l. si
vnus. §. item si pactus. ff. de pact. & determinat idem, ar. d.
§. facit. l. omnes C. de anno. & trib. lib. 10. de admi. tuto. l. si
pupillus. de solu. l. Sticum aut Pamphilum §. pen. pro hoc
do. gl. ordinariam. C. de decu. l. vacuatis. lib. 10. hanc opi.
tenet Ray. in l. quidem. ff. de pecu. facit. C. ad treb. aut. simi-
liter. in glos. per Dy. in l. ab omnibus. de leg. 1. per Spe. in ti
11 tu. de censi. vbi vide. † Quibus autem dicta immunitas
possit concedi, & per quos, & quid debe priuilegium hu
ius immunitatis continere, vide not. per Bartol. in allegata.
l. vacuatis, & in l. 2. de iur. immu. in quibus locis recurre.
Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

IN singulis ciuitatibus. Ad materiam huius cap. vide su
pra cap. in Calendis. nume. 167. & quæ ibi dixi, & latè in
12 fra c. porrecta, nume. 199. † Et in quibus, locis debeat solui
gabella, vide Bartol. in l. forma. §. 1. ff. de censi. & Ant. Capi.
decisio. 148. & Bartol. in l. 1. colum. 4. C. de mulie. & in quo
loco, lib. 10. Soci. consi. 129. primo volumi. Ioan. Berta. Fir-
ma. in tra. de gabell. in sexta parte prin. columna 2. quæst. 3.
& quæ dicit Fran. Are consti. 132. & Bartol. in l. assumptio.
§ filius. ff. ad municip. Spe. & ibi Io. And. in addi. in titu. de
censi. §. 1. versi. pone regulus, & vide Matth. de Affl. decisio.
384. vbi latè ponit, an in loco originis, & domicilii reti-
neat honores, & onera. Et vide latè consi. 138. Petrinus. pri
mo volumine vbi ponit, in quo loco debent solui collectæ
13 seu taleę. † Et quid si aliquis est receptus in ciuem an repu
tetur in omnibus vt ciuis etiam quò ad munera, vide
Bartol. consilio 62. & Alexand. consilio 157. viso instrumen
14 to. 2. volum. & Matth. de Affli. vbi supra colum. penul. † Et
an nouiter receptus in ciuem teneatur ad debita præteri-
ta, vide Bartol. in l. prouidendum. C. de decurio. lib. 10. &

D. Io. Ant. de Nigris.

in l.incolas.ff.ad municip.& Matth. de Affli. in consti. regni dubitationem.col.2.& Bal.in l.1.§.quibus.ff. quod cu-
15 iusque vni. no. Vbi etiam ponit † an pro eadē re in pluribus locis soluere teneantur ,& Soci. consi. 302.secundo
16 vol.† Et quibus possit imponi collecta.vide Fran. Are.consi.132.Soci.consi.192.1.vol.Fran.Cur.Iuni.consi.42.1.vol. Guid.Papæ in quæstio.parla.Delfi.q.87.cum conco. in di-
17 ctis locis.Et ad materiam de immunitate concessa,†an possit concedi in præiudicium vniuersitatis. Et per quos immunitas concedi possit.Et an vniuersitas possit talem immunitatem concedere,& an ille,cui est concessa immunitas,debeat in suo priuilegio manuteneri.Et an possit reuocari.Et multa alia ad materiam,vide in decisi. Capellæ Tolosa.q.349.Item fuit quæsitum,an concessio, & ibi latè in
18 additionibus. Et dicit hic Lucas de Penna † quòd istud c. est notandum pro petitione, quam obtulit dominus Falco de Vigiliis in regio consilio,quòd homines casalis Galaturæ conferant in collectis cum hominibus castri Forchignani de bonis, quæ habent in dicto castro Forchignani. ¶ In text. ibi (in dispendium reliquorum.) Et sic patet
19 † quòd immunitas non est concedenda in præiudicium reliquorum,vt tenet hic Lucas de Penna, allegat. C.de exa. tribu.l.actores.lib. 10.& ibi plenè per Lucam de Pen. & in l.fin.eod. titu. Et hæc iura debent locum habere etiam in his casibus,in quibus per regem concessa est inmunitas,vt ff.quod quisque iur.in rub.& nigro,& 9.distin.nisi se,vt dicit Lucas hic. Io.Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Vasallli demaniales an possint habitare in terris baronum.*
2 *Barones recipientes vasallos demaniales in eorum terris an puniantur.*

DE HOMINIBVS DEMANII non recipiendis. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CXCV.

1 COMITIBVS † Et baronibus dicti regni firmiter inhibemus,quòd in terris eorum homines demanii nostri re-
2 cipere non audeant.† Sub pœna si contrafecerint regni super hoc in constitutione edita contenta.

ADDITIO

COMITIBVS. ¶ In tex.ibi(constitutione)vide in const.regni quisquis,& ibi latè per glos.And.& Matt. de Affl.Et in consti.sequenti,quæ incipit,cum vniuersis loquitur de non tenendis hominibus demanii affidatis,& in præcedentibus aliàs dixi. Io.Anto.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Seruientes castrorum cum pro seruitiis curiæ, vel in auxilium collectarum transmittuntur, an aliquid petere possint.*

QVOD SERVIENTES NON RECIPIANT salaria a collectoribus collectarum. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CXCVI.

1 SERVIENTES †In castris nostris,vel alibi ad gagia curiæ deputatos, cum in auxilium collectarum super recollectione collectę vel pro aliis curiæ seruitiis transmittuntur,quicquam pro expensis, vel labore ipsorum exigere, aut recipere nolumus,ac eis exhiberi per alios penitus inhibemus: cum quicquid taliter eis dari est solitum, in fidelium damnum consueuerit retorqueri.

ADDITIO.

SERVIENTES. Ad ea quæ habentur in isto cap.vide Matth.de Affli.in consti.regni castellani.colum. 2.in prin.& vide supra in c.castellani.num.86.& quæ ibi dixi in rub.de castellanis. Io.Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an possit præstare securitatem exploratoribus, vt contra alios deponant. 3.*
2 *Securitas præstita ab officialibus exploratoribus an valeat. 6.*
4 *Securitas an possit præstari per officiales generaliter omnibus.*
5 *Iudex an teneatur custodire leges.*
7 *Iudex qui banniuit an possit illum rebannire.*
8 *Securitatem præstare an possit aduocatus fisci.*
9 *Saluusconductus præstitus a rege an intelligatur concessus contra vasallos.*
10 *Saluusconductus an dicatur fragilis cautio.*
11 *Saluumconductum an possint dare duces belli.*
12 *Securitas concessa malefactoribus an sit seruanda.*
13 *Securitas concessa reo, si confiteatur, an sit seruanda.*
14 *Remittens se gratiis curiæ, an intelligatur arbitrio boni viri, ita quòd si non sit gratia, non noceat remissio.*
15 *Confessio exploratoris, & proditoris an faciat indicium contra socium.*
16 *Socius contra socium in crimine læsæ maiestatis an faciat indicium.*

VT FIDELES NOSTRI INDEBITE non grauentur. Et de non præstanda securitate exploratoribus,& proditoribus. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CXCVII.

MVLTORVM Ad aures nostras clamorosa insinuatione peruenit
1 † quòd cum plerunque contingit exploratores aliquos in carcere nostro incidere, per officiales, & alios illis quandoque promittitur vitæ,membrorumque securitas,dummodo contra promittentium inimicos in sua confessione deponant,se ad illos ab hostibus, vel ab eis ad hostes verbum,vel litteras attulisse, in securitate fidentes, contra innoxios mentiuntur, acciditque frequenter,quòd ad dictum eorum temporis patiente ma-
2 litia indebitè grauantur insontes. † Id ergo volentes oportuno remedio tollere, securitates omnes, quæ huiusmodi exploratoribus per officiales omnes aut quoscumque alios fierent, irritamus. Datum Neapoli anno domini. 1289.

3 MVLTORVM. Nota bonū.c.videlicet.† q securitas captis danda non est per officialem, vt contra
4 aliquos deponant innoxios.¶ In tex.ibi(irritamus)† Quid in aliis casibus,quam in cap. contentis. An officialis possit alicui præbere securitatem. Videtur quòd sic, vt patet ex hoc c.in quo specialiter irritat securitatem proditoribus, seu exploratoribus datā,ergo in aliis per iudicem datā confirmare videtur, & sic fortius ipsam dandi concedere potestatem

statem videtur. In contrariũ facit apertè. C. de cõmer.l.1.
5 in fi.lib.12.†Itẽ quia iudex tenetur custodire leges,& secũ dùm eas noxiis inferre supplicium, hoc enim ipse iurat, vt in auth. de iudi.§.omnes .ad fi. colla.6.ad idem in auth. de iureiu.quod præsta.ab his.versi. Sed, & exequar, ergo tali noxio fides, seu securitas auctoritate legis non præsti ta seruanda non est, vt in auth.de mand. prin.§.neque autem,& vide.ff.de dol.l.1.§.non fuit, & de leg.l.fi.cum his quæ in eis notantur. Sebast. de Neapol.

ADDITIO.

6 MVLTORVM. ¶In text. ibi (securitas &c.) † Quæro, an securitas possit concedi per iudicem malefactoribus, & de iure communi iudex inferior nõ potest concedere securitatem, vt per Bal.in l. reos.versi.quæro,an procurator.col.9.C.de accus.Alex.in l.is qui reus.in addi.ad Bar. ff.de pub.iudic. Et latè per Fely.in c.accedens.el ij.col.2.cum seq.extra vt
7 lit.non contest.†Sed in regno iudex, qui banniuit aliquẽ, potest rebannire,& litteram securitatis,idest remissionem banni facere, de quo vide Matt. de Affl.in constitu. regni clementię, col.6.in fi.in 7.notabili,& Matth. decisio.4. In-
8 cipiente aduocatus fisci.†Et ibi etiam ponit,an aduocatus fisci possit cõcedere securitatem, seu saluumconductum, & concludit quòd non,vt ibi per eum cum concord. ibi.
9 † Et quid si Rex concedit saluumconductum, an intelligatur concesisse contra vasallos regis, vel colligatos, vi-
10 de Matt.de Affli.in d.decisione, & decisio.111.in fi.†Et est
11 et sciendum, ꝙ saluusconductus dicitur fragilis cautio, vt dicit Matth.de Afflic.decisi.289.vbi etiam ponit,†quòd
12 duces belli consueuerunt dare saluumconductum, vt ibi per eum .† An autem securitas concessa hostibus & malefactoribus sit seruanda ,vide per Matth.de Affli.in consti.regni.pœnam eorum,col.19.in 11.nota.vbi pro & contra allegat,& in d.consti.multa alia ponit in materia securitatis,vt ibi per eum in secundo not.in vltima quæstione.
13 †Quid autem si iudex promisisset reo securitatem, si confiteatur,puta dicendo confitearis delictum : quia promitto tibi parcere,vel promitto, quòd nullam pœnam patieris, vel æquipollentia verba, si reus confitetur delictum ob talem promissionem an possit cõdemnari. dicas quòd non,sed sibi est seruanda promissio, & si non seruatur talis confessio tanquam extorta per dolum ,non valet, ita multum notabiliter tenuit Io.de Imo. consi. 109. visa inquisitione,& sequitur Hipp.in sua pract. cri. §. postquam. nu.15. allegat etiam dicta per Nico. Milum in suo reperto.in verbo confessio,versi.confessio persuasione aduersarij,& Par.in trac. sindi.in verbo tortura.§.sequitur quęstio quotidiana.Ias.in l.error.col.4.C. de iur. & fac.ign.Hip.in
14 singu.201.incip.in confessum,& in l.1.§.quæstioni.in vlti. col.ff.de quæst. † pro quo facit: quia si aliquis se submittit gratiæ & misericordiæ curiæ, seu iudicis, Intelligitur commisisse misericordiæ iudicis tanquam arbitrio boni viri, & habet illa remissio tacitam conditionem, si fiat sibi gratia,& si non fit sibi gratia,nõ valet remissio,ita multum notabiliter tenuit Rayn. de Sabanaco.in l. post decisionem. C.de furt.& sequitur Guid. Papæ in quæst. parla. Delf.q.405.incipiente ille qui se submittit, allegat.c.sanè. & c.veniens.& ibi per Inn.& Car. Zab. extra de renun.& tenet Io.Fab.Insti.de contrah.empt.§.pretium.vers. Item quid si misericordiæ.& Alex.consi. 70.col.pen.primo vol. Ang.Are.in §.fi.num.13.Insti.de verb. obl. & idem Ange. in trac. malefi.in verbo comparent dicti inquisiti in termino defensionis,col.x.Bar.in l.non solum.§.iniuriam. ff. de iniur.Bal.in l.si domus.ff.de ser.vrba.præd.Ias. in l.si sic legatum.col.3.ff.de leg. 1.Et ideo quando tali remisso gratiis curiæ,Iudex nollet facere gratiam,sed exequi meram pęnam,talis remissio nõ nocet : quia intelligitur sub illa con ditione,si fiat gratia arbitrio boni viri, ut dictum est, quæ nota : quia facient tibi honorem, & esto cautus,vt nõ fiat simpliciter remissio,sed dicatur, se remisit gratiæ & mise-
15 ricordiæ iudicis.¶†Quæro iuxta materiam huius cap. An confessio huius exploratoris dicentis accessisse ad hostes mandato alicuius faciat indicium ad torturã contra mandantem, vide. quæ habentur in l.fi.C.de accus. & quæ dixi supra c.frequens. nu.7.& Anto.Capi.decisi.130.col.17.
16 versi.tertium.nume.57. vbi ponit, † an socius admittatur contra socium in crimine læsæ maiestatis, & in d.decisio. vide multa in materia criminis læsæ maiestatis, & vide latè sup. in c.nuper ad vindictam.nu.13.cum concordan. ibi allegat. Ioan.Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Fraudibus an sit obuiandum.*
2 *Æstimationes non legaliter facientes an puniantur.* 4.
3 *Excellentia an competat regi.*
5 *Agrimensor falsum modum dicens an & qualiter teneatur,& qua actione,& an hæredes teneantur.*
6 *Agrimensor falsum modum referens an teneatur ad interesse.*
7 *Mensor qui malè mensurauit, an teneatur.*
8 *Pragmaticas publicari in terris famosis an sufficiat.*

AD OBVIANDVM FRAVDIBVS super ęstimatione rerum fiscalium. Rubri.

CAROLVS SECVNDVS IVSTITIARIO TERRÆ LABORIS. C. CXCVIII.

1 CVM † ad obuiandum fraudibus, quæ plerunque committuntur per officiales nostros in ęstimationibus, quæ fiunt, & fieri debent de reparationibus, & munitionibus, etiã vascellorum curię nostræ,constructionibus operum quorũcunq;, quæ de nouo fiunt,nec nõ & reparationibus castrorum nostrorum, ac super quibuscunque aliis curiã nostram contingentibus,qui colludẽtes cũ æstimatoribus æstimationes ipsas fieri fraudulenter procurabãt in curiæ nostræ damnum, nec minus subiectorum nostrorum, vsque adeo quòd æstimationes ipsæ excedebant satis quantitatem pecuniæ, pro qua secundum ipsam veritatem reparationes & munitiones ac confirmationes de nouo fieri poterant, factis etiam super hoc fallacibus instrumẽtis, ex deliberato consilio de nouo per excellentiã
2 nostram sit statutum,†quòd omnes illi, qui super quibuscunque reparationibus, munitionibus, & constructionibus operum, ęstimationes non legales, & minus fideliter fecerint, & illi etiam, qui præfuerint super his æstimationibus faciendis, & eas sibi facere habuerunt, totum id, quod æstimationes ipsæ excesserint vltra veritatẽ,& vltra quantitatem illam, pro qua ipsa opera verè ac iustè rationabiliter fieri possent,de eorum proprio in pęnam fraudis ipsorum nostrę curiæ soluere teneantur. Et statutum ipsum, ne aliqui possent causam ignorantiæ allegare, vbique per regnum publicari volumus, fidelitati tuæ firmiter & expresse præcipimus, quatenus præsens nouum statutum & ordinationem curiæ nostræ in singulis terris famosis tuæ iurisdictionis facias publicari factis de publicatione huiusmodi duobus scriptis publicis cõsimilibus

similibus in qualibet terrarũ ipsarũ, vnũ magistris rationalibus Magnę curię nostrę mittas, & reliquũ retineas in tuo ratiocinio producendum. Nihilominus præsentem ordinationẽ nostram volumus publicare specialiter magistris portulanis, magistris procuratoribus, secretis, & officialibus aliis tuæ iurisdictionis. Data in terra Sancti Erasmi prope Capuam per magistrum Gulielmum de Faruruuilla &c. anno Domini 1278. Mense Aprilis. 7. eiusdem. 6. Indictionis. Regnorum nostrorum Hierusalem anno secundò, Siciliæ verò XIII.

ADDITIO.

CVM ad obuiandum. ¶ In tex. ibi (excellentiã
3 nostram.) † Nota pro eo, quod dixi supra in c. nuper habitatoribus. num. 11. quod excellentia competit regi. ¶ In text. ibi (æstimationes non lega-
4 les &c.) † Nota, quòd qui facit æstimationem fraudulen-
5 ter & non legaliter punitur, vt hic. † Similiter etiam agrimensor tenetur, si falsum modum dixerit, vt in l. 1. ff. si mẽsor fal. mod. dixe. Et agrimensor, qui renuntiat falsum modũ, quando & quo casu teneatur, & qua actione, & quan
6 to tempore. Et an transeat in hæredes. † Et an teneatur ad interesse vltra ea, quæ habentur in d. l. 1. vide Abb. Fely. Parisium & alios in c. quia indicant, extra de præsc. cum con cor. ibi allegatis, & Ioan. de Platea. in l. 1. C. de metatis. lib.
7 12. vbi dicit, † quòd datur actio contra mensorem, qui male mensurauit, & quæ actio detur, vide ibi, & in locis præallegatis, & ad materiam vide aliqua per Ioan. de Pla. in l. 1. C. de menso. lib. 12. & in l. 1. C. de discussoribus, lib.
8 x. & ibi per alios. ¶ In tex. ibi (terris famosis. † Nota, quòd sufficit, vt regiæ pragmaticæ in terris famosis publicetur, vt hic. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Appretium an fieri debeat de omnibus bonis.*
2 *Appretium quomodo fieri debet.*
Appreciatores an iurare debeant, ibidem. 13.
3 *Appretiatores an debeant habere considerationem familiæ. 7.*
4 *Industria an debeat considerari in appretio. 7. 26.*
5 *Appretiatores an debent primò appretiare eorum bona.*
6 *Appretiatores an debeant habere considerationem ad amplas possessiones, an ad expensas necessarias.*
8 *Appretiatores et taxatores debent curare, ne possint argui.*
9 *Immunis aliquis an sit ab appretio.*
10 *Feudalia bona an veniant in appretio. 57.*
11 *Appretii quinternus quomodo fieri debet, & an debeat ad regiam curiam transmitti.*
12 *Forma appretii circa quam multi errant.*
14 *Iurare an debeant dantes cedulam appretii. 24.*
15 *Appretiatores an debeant considerare ætatem magisterium, & artem, ac numerum liberorum.*
16 *Bona franca & censualia an debeant poni in appretio. 66.*
17 *Appretiatores an debeant considerare infirmitatem.*
18 *Onera debitorum an sint deducenda de appretio.*
19 *Census an debeat poni in appretio.*
Census an connumeretur inter immobilia, ibidem.
20 *Pensio domus an debeat deduci ab appretio.*
21 *Æstimatio bonorum an debeat fieri secundùm annuum redditum.*
22 *Appretiari an debeat valor magnæ turris, an valor fructus & redditus.*
23 *Appretium per quot homines fieri debet.*
25 *Taxatores appretii an debeant modificare expensas et familiam, ita quòd sit alleuiandus, qui ponitur in appretio.*
26 *Appretio taxari an debeat, qui nullam habet possessionẽ, sed habet industriam.*
27 *Senex maior sexaginta annis an sit exemptus ab industria.*
28 *Industria poni an possit, quando pecunia æstimatur.*
29 *Mercator, qui mercatur cum pecunia aliena, an debeat poni in appretio.*
30 *Viduæ an debeant poni in appretio & modificari.*
31 *Collectam fundi dotalis quis soluere debeat maritus, an vxor.*
32 *Functiones & tributa an debeant solui per eum, qui fructus percipit.*
33 *Creditor an teneatur soluere collectam pro re, quam tenet in pignus.*
34 *Emphyteuta & censuarius an teneatur ad collectas.*
35 *Fratres plures, quorum vnus emit fundum, si postea fuit descriptus in appretio pro omnibus, an sit omnibus quæsitum dominium.*
36 *Appretium an probet & respiciat dominium. 39.*
37 *Soluens collectas pro alio: quia res alienata non est scripta in æstimo, an possit repetere.*
38 *Statutum, quòd non ponentis bona in æstimo publicentur bona, an prius debeat tractari & constare de delicto.*
39 *Dominium an probetur per positionem in æstimo. 36.*
40 *Tutor vendens rem pupilli secundùm æstimationem catastri, an bona fide facere intelligatur.*
Præsumitur pro æstimo, quòd sit verum, ibidem.
41 *Officiales super catastro an debeant minuere libram, si res est a flumine asportata.*
42 *Possidens an debeat ponere rem in catastro.*
43 *Bona in catastro non ponens infra quantum tempus conueniri possit. 47.*
44 *Appretium an probet inter priuatos.*
Res tua descripta in appretio meo voluntate tua an efficiatur mea, ibidem.
45 *Bona mobilia & stabilia an teneantur ponere in appretio, & etiam se mouentia.*
46 *Alienans possessionem in fraudem fisci an præiudicet fisco, vt non teneatur ad collectas.*
47 *Fiscus infra quantum tempus potest petere bona non posita in catastro.*
48 *Res posita in appretio an possit inde eleuari.*
49 *Conuersus factus post catastrum factum an præsumatur in fraudem.*
50 *Maritus, qui emit rem nomine vxoris, sed in appretio posuit tanquam ipsius mariti, an ex hoc præsumitur, quòd fuerit sibi stipulatus.*
51 *Appretium, si habens in suo æstimo domum et fundum separatim æstimatum, si alienat domum, an emptor possit collectari pro domo, & pro fundo.*
52 *Ciuis ponens in suo æstimo res comitatensis, an talis fraus noceat fisco.*
53 *Statutum, quòd bona sint obligata pro collectis, si transeunt in clericum, an teneatur soluere collectam.*
54 *Pupillorum bona an debeant modificari.*
55 *Nobiles & antiqui diuites habentes magnam familiam an debeant alleuiari.*
56 *Scientia est donum Dei.*
58 *Emens aliquid ex fructibus feudi, an debeat illud poni in appretio.*

59 Bona,

59 *Bona, quæ non dantur in appretio, an applicentur fisco.*

60 *Concubina clerici si aliquid emit, an debeat poni in appretio.*

61 *Animalia data ad partem seu communionem cui debeant appretiari.*

62 *Appretiatores alleuiantes aliquos qualiter puniantur.*

63 *Agricola an possit se excusare, ne sit collector.*

64 *Forma appretii Domini Petri Piccoli.*

65 *Clerici pro bonis emptis an teneantur soluere collectas.*

67 *Collecta an dicatur munus ordinariũ, vel extraordinariũ.*

68 *Bona stabilia & mobilia an debeant poni in appretio.*

69 *Pecunia data ad vsuras an poni debeat in appretio.*

Anuli et alia ornamenta an debeant poni in appretio. ibid.

70 *Mercatores, qui emunt & vendunt illico pecora, an taxentur in appretio.*

Annui redditus an ponantur in appretio.

71 *Emphyteutica bona an ponantur in appretio ibidem.*

72 *Appretium fieri an debeat iuxta fructum quantitatem.*

73 *Collecta an debeat imponi possidenti pro suo.*

74 *Persona mutata an mutetur status rei.*

75 *Pauperes, quorum industria est necessaria ad alimenta an sint taxandi in appretio.*

76 *Soluere si non potest vnus, an alii pro eo teneantur.*

77 *Industria an debeat poni in appretio.*

78 *Capitatio an debeat poni in appretio.*

79 *Capitatio quæ dicantur.*

80 *Rustici soli an teneantur soluere capitationem.*

81 *Aduocatis an possit imponi collecta.*

81 *Bannitus an teneatur ad collectas.*

83 *Expensæ an deduci debeant de fructibus, quando soluitur gabella.*

84 *Scolares facientes mercantiam an teneantur.*

87 *Nobiles exercentes mercantias an teneantur.*

88 *Nobiles cultiuantes eorum possessiones an teneantur.*

89 *Nobilibus & habentibus magnam familiam an debeat aliqua pars alleuiari ab appretio.*

90 *Soluens pro alio in appretio an possit repetere.*

91 *Liber æstimi an faciat fidem.*

92 *Alienans rem an debeat ab eius appretio cassari, si emptor non est soluendo.*

93 *Possessor an teneatur ad appretium.*

94 *Pupillus si nõ posuit bona in appretio an excusetur a pœna.*

95 *Creditor an debeat ponere in appretio rem pignoratam.*

96 *Gabellam de præterito an teneatur soluere venditor, vel emptor.*

97 *Compensatio an possit opponi in collectis.*

98 *Tributa an debeant primò peti, & postea exigi.*

99 *Debitores tributorum an possint carcerari.*

100 *Carcerari an possit pro debito fiscali.*

101 *Mulier an possit carcerari pro debito fiscali.*

102 *Collecta qualiter imponatur.*

103 *Appretium. In appretio plus ponitur, quàm sit in bonis.*

104 *Fratres plures simul habitantes an debeant habere vnum æstimum.*

105 *Aestimum patris an censeatur æstimum filii.*

106 *Focularia fumantia & familiæ an sint sinonima.*

107 *Citari an debeat in appretio ille, cuius interest.*

108 *Collecta imposita per focularia, si plures simul habitent, an pro vno teneantur.*

109 *Res scripta in æstimo si est deteriorata, an minuatur appretium.*

110 *Res liberè vendita ab omnibus decimis, de quibus intelligatur.*

Censum annuum emens liberum an intelligatur liberum a functionibus fiscalibus, ibidem.

111 *Appreciatores si fraudem commiserunt, an puniantur.*

Appretium, si aliquis prætendit se grauatum in appretio, quomodo succurratur, ibidem.

112 *Immunitas an possit concedi a collectis.*

Immunitas alicui concessa an debeat detrahi ab vniuersitate, ibidem.

Immunitatem habens si semel soluit, an sibi præiudicet, ibidem.

Immunitas an possit reuocari, ibidem.

Immunitas an transeat ad hæredes ibidem.

113 *Consiliarii an teneantur ad collectas.*

Clerici an teneantur ad collectas, ibidem.

Viduæ an teneantur contribuere in appretio, ibidem.

Plebei an teneantur ad collectas, ibidem.

Doctores an teneantur ad collectas, ibidem.

Artifices nihil habentes an contineantur appellatione pauperum, ibidem.

Exteri, qui morantur in ciuitate, an contribuant in appretio, ibidem.

Baro pro bonis demanialibus an debeat contribuere in appretio, ibidem.

Venator an teneatur pro venatione contribuere in appretio, ibidem.

Lusor an teneatur contribuere in appretio pro eo, quod habet ex ludo, ibidem.

Immunitate concessa alicui, an alii teneantur soluere illud, ad quod tenebatur, ibidem.

Emens prædia pro se tantum, si postea ponit illa in appretio pro se & fratribus an sibi præiudicet, ibidem.

114 *Collecta an imponatur per æs & libram.*

115 *Salaria debita officialibus an imponantur per capita.*

Onera, quæ imponuntur pro munitione terræ & refectione viarum & pontium, an imponantur per capita, ibidem.

Immunitatem habens a collectis si describitur in libro debentium soluere collectas, an debeat contradicere.

117 *Collecta quando imponitur, an debet inspici causa, pro qua imponitur.*

Collecta an imponi debeat secundum facultates, ibidem.

118 *Collecta quando imponitur pro delicto vniuersitatis, quomodo debeat imponi.*

119 *Appretium an possit mutare vniuersitas & viuere per gabellas.*

120 *Appretium, nõ ponens bona in appretio, an bona debeant confiscari.*

Fiscus an possit agere pro bonis non positis in apprecio vltra quinquennium, ibidem.

121 *Bona non posita in appretio an ipso iure sint confiscata.*

DE MODO ET FORMA appretij. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS GVILIELMO BRVNELLI &c. CAP. CXCIX.

PORRETTA Culmini nostro quamplurium personarum pauperum, populorum fidelium nostrorum petitio continebat, quòd in terrarum quarumlibet locis, & in pro-

prouinciis, taxationibus, subuentionibus, exactio-
nibus, & aliorum seruitiorum præstatione, quæ
ipsis pro tempore, quo per nostram curiam impo
nuntur, sint vltra facultates eorum insupportabi-
liter aggrauatæ, allegantes plus debito ipsis pau-
peribus imponi, diuitibus, & potentibus, & alijs
plus potentioribus, a contributione prorsus ex-
clusis, ꝙ nisi eis benignè super his per curiam no-
stram opportunè prouisionis remedio succurra-
tur, ipsorum diuitum & potentiorum onera non
possunt vlterius tolerare. Super quibus compas-
sione dominica prouidentes, & bonum statum no-
1 strorum fidelium affectantes. †In omnibus & sin-
gulis terris regni nostri Siciliæ appretium omniũ
& singulorum bonorum, burgensaticorum, & mo
bilium cuiuslibet (secundum ꝙ hmõi onera decæ-
tero pro singulorum facultatibus proportionabi-
liter diuidantur) propterea prouidimus faciendũ.
2 †Ideoq; fidelitati tuę districtè præcipimus, quate-
nus appretium ipsum in singulis terris & locis tuę
iurisdictionis fieri facias diligenter & fideliter mo
do subscripto, videlicet ꝙ in qualibet terrarum ip
sarum congregata in vnum vniuersitate ipsius ter-
ræ, ita ꝙ omnes, vel saltim duæ partes omnium &
singulorum hominũ de ipsa ciuitate intersint, duo
de maioribus, duo de mediocribus, & duo de mino
ribus eiusdem terræ, fideles, & ad hoc idonei eligã
tur, qui iurent ad Sancta Dei Euangelia hoc face-
re fideliter & prudenter, prçce, vel pretio, odio, ti-
more, gratia, vel amore, seu cõsanguinitate, vel affi
nitate remotis, hmõi appretium bonorum omniũ
tam mobilium, q̃ stabilium, burgensaticorũ, vnus-
quisque eorum faciat in terra ipsa. Ac secundum ꝙ
quilibet eorum possidet habito respectu & consi-
3 deratione bonorum omniũ & singulorum, †consi
derata quoque familia, de quibus commodum &
onus reportant, pensatis etiam expẽsis moderatis,
4 & congruis. † ac industria hominum & conditione
eorundem iuxta facultatem ipsorum contribuant
in collectis, & aliis subuentionibus, mutuis oneri-
bus, & seruitiis, aliis decætero imponendis ad ho-
norem & fidelitatem nostram vsque ad nostrũ be-
5 neplacitum duraturum. † In quibus appreciis ap-
preciatores ipsi primo ęstiment res & facultates ip
sorum, deinde vicinorum eorum & conciuium
aliorum, ac se primò, deinde alios, rationibiler, iu-
stè taxabunt pro viribus singulorum, vt taxatio ip-
sa procedat & fiat ęqualiter, & alter alterius onera
6 nõ oportet. †Et specialiter statuto, quòd ęstimatio-
nibus ipsis in consideratione deductis, non habeãt
solummodo respectum ad amplas possessiones,
quibus possessores earum in terra ipsa diuites re-
putantur, sed ad oneratas expẽsas necessarias, quas
pro seruitiis Regiæ Curiæ sustinere intendunt.
7 †Considerato cõgruo & honesto onere domus &
familię eorundem, nõ tam ẽt pro onere filiorum,
per quod parum, aut nihil anno transacto rema-
neat apud eos, quã ad paucitatem expensarum &
continuas onerationes, quas ex mobilibus, & ani-
malibus, mercantijs, seu artificiis, & agricultura re
cipiũt burgenses, & homines propriis manibus la-
8 borantes, vbi possessionibus non abundant. †Et
propterea taxatores & æstimatores huiusmodi sic
curent & faciant, ꝙ non possint argui potentes &
diuites in eorum appretio & taxatione fuisse alle-
uiatos, & humiles & pauperes fuisse aggrauatos, q̃
habeant bona burgensatica in terra prædicta, seu
9 eius pertinentiis. †Nullum exinde eximant, nisi le-
gitimis rationibus doceat se immunem ab ipsis ꝑ-
stationibus esse debere, quodq; collectionem gene
ralium functionum seu collectarũ non impediãt,
& propterea non tardent. Et secundùm formã ip-
sius appretij collectas, & alias subuentiones, mu-
tua onera, & seruitia alia, in terris ipsis in posterũ
esse imponendum, licet pro anno proximo futuro
octauæ Indi. in antea (ne forte occasione ipsius ap
pretij collectam præsentis generalis subuentionis
nostræ tardari, vel impediri contingat) inter vni-
uersos & singulos homines terrarum ipsarum pro
modo foculariorũ cuiuslibet proportionabiliter
ęqua lance distribui facias & taxari, vt de ipsis one
ribus celerius & commodius cum minori graua-
mine prædictorum supplicantium nostræ curiæ
satisfiat. Et de improuida, & de inæquali distribu-
tione (prout hactenus fiebat) ne iustã habeant ma-
10 teriam conquerendi. †Exclusis ab ipso appretio bo
nis oĩbus feudalibus, omniũ & singulorũ comitũ,
baronũ, ecclesiarũ, & feudatariorũ nostrorũ iuris-
dictionis tuæ vbicunq; fuerint, siue in terris dema
nij nostri, siue alibi pro parte iurisdictionis ipsius,
pro quibus debitum seruitiũ, seu adohamentũ cu
rię nostrę prçstent, & bonis ẽt burgẽsaticis conces-
sis in diuersis partibus iurisdictionis ipsius per ex-
cellẽtiam nostrã quibuscunq; fidelibus sub annuo
redditu, seu seruitiis de bonis ipsis præstando, se-
cundum ꝙ continent nostra priuilegia personis
ipsis facta de bonis ipsis duplici onere non grauen
tur, sed gaudeant nostræ gratiæ dono, exceptis ẽt
clericis, & bonis ecclesiasticis, quæ in beneficiũ ab
ipsis ecclesiis tenere noscuntur. Quod si secus fe-
ceris, de omniũ defectu volumus te teneri. Volu-
mus præterea & mandamus, ꝙ diligenter & fide-
liter inquiras de oĩbus & singulis alimentis vltra
debitum. Et exceptis a prędictis taxationibus, sub-
uentionibus, exactionibus, & seruitiis, & ex qua cã
& in quantum extitit quilibet eorum alleuiatus,
& quãtũ ẽt cuilibet alleuiatorũ ipsorum exempto-
rũ in totum de ipsis exactionibus proportionaliter
cõtingisset. Et singulis videlicet taxationibus, sub-
uentionibus, & seruitiis nostris impositis, a tẽpore
videlicet fœlicis dñi nostri in singulis nostris terris
11 prędictis. †Et quidquid inde inueneris, cum nomi
nibus & cognominibus singulorum, & de quibus
terris sint, seriatim & distinctè de qualibet terra
ꝑ se in vno quinterno redactis, sub sigillo tuo cel-
situdini nostræ, & magistris rationalibus Magnæ
nostræ curiæ, per literas tuas studeas cautius inti-
mare. ne aliud quàm quod inde inueneris & rescri
pseris, per aliud exemplum possit vllo vnquam tpe
inueniri. Illis tamen, qui exemptionem & immu-
nitatem in prędictis collectis, taxis, subuentioni-
bus, mutuis oneribus, & seruitiis aliis, de speciali
gratia

gratiā nostrā, patentes literas sub pendenti sigillo
celsitudinis nostræ habeant, exemptionem & im-
munitatem nostram iuxta formam literarum ip-
sarum volumus obseruari. Datum, &c.

12 PORRECTA culmini. † quia in hoc c.tra-
ctatur de modo & forma appretij, circa quam
nōnulli grauiter errant. Idcirco ad oēm errorē
tollendū curaui aliqua iuxta seriem huius c. &
aliorū de hac materia loquentiū in vnum colligere & de-
clarare, quā materiam appretij posuit Bal. in l. ēt 5.col.C.
13 de execu.rei iudi. † Sed ordinatius dic. Quòd deputati ad
appretiū faciendum debent iurare secundū mores & ob-
seruantiam iuxta formā in hoc c.traditam, ibi videlicet, ꝙ
ea.n.quę sunt moris & consuetudinis veniunt & obseruā-
da sunt. l. ꝙ si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil.edi.l.si prius.
§.si placuit.ff.de aqua plu.arc.& l.circa.C.locati cum simi.
14 ¶†Secundò, ꝙ iuretur per dantes in appreciū, & ꝙ dent
cedulā de bonis eorum mobilibus, & stabilibus, ēt de pe-
cunia, de qua est clarum, vt patet per tex. Euangelij de eo,
quod dedit seruis suis, vni quinq; talenta, alij duo, alij vnū,
& ille, qui lucratus fuit, extitit commendatus, ille, qui con
seruauit eā & fodit in terrā, fuit reprehensus. Vnde si ali-
quis deprehenditur minus in eius cedula dedisse postquā
iurauit, vel voluisset fraudare eius bona appreciāda, ꝙ
debet perdere illud, & poterit de periurio accusari, vt no.
in l.forma censuali.in gl.tenetur.ff.de censi. & C. de vecti.
15 & comi.l.3.ff.eo.l.commissæ.¶†Tertiò debet attendi ętas,
magisteriū, & ars, ac numerus liberorum, vt probatur in
d.l.forma §.in seruis. Hinc est ꝙ si alios esset senex, & ali-
quis iuuenis & robustus, plus debet taxari iuuenis, q̄ se-
nex, & si pares essent in facultatibus. Et si aliquis grauare-
tur onere diuersorum filiorū paruulorum, quos tantū edu
care tenetur secundū naturalem stimulum, debet cū mise
ricordia taxari, si verò ex dictis filiis & eorū industria cō-
modum reportaret: tunc deberet in plus taxari, & graua-
ri, vt probatur. C.qui num.lib.excu.li.1. & per totū lib. 10.
& ti.de his qui æta.cum simil. quibus per appreciatorē in
consideratione deductis suam conscientiā, nec alios aggra
16 uabit.¶†Quartò, tam bona franca, q̄ censualia, siue sit cen
sus, qui debetur ecclesiæ, siue personæ seculari veniunt in
appretium respectu fructuum & redditiuū, debēt dicta bo-
na censita appretiari, deducto onere dicti census, quia bo
na dicuntur deducto ære alieno, vt l.subsignatum.§. bona.
ff.de verb.sign. & l.mulier bona.ff.de iure dot. & ita firmat
And.de Iser. 10.coll.ti.quæ sint reg.§.plaustrorum. vbi vi-
17 de per eum.¶†Quintò, si aliquis infirmitate detinetur, tūc
taxatorum arbitrio facienda est aliqualis relaxatio, haben
do considerationem quod sit necessarium pro infirmita-
18 te prædicta, vt C.qui morbo, per totum lib.10.†Itē onera
debitorum de bonis appreciandis deducenda sunt: quia
19 bona intelliguntur deducto onere vt sup.¶†Sextò debent
apponi in apprecio omnia iura, quæ quis habet censuum
ratione; quia hmōi annonæ & fructus censuum compu-
tantur in bonis stabilibus & iuribus, vt in auth. de nō alie.
20 §. sin autem. collat.2. ¶† Septimò in dicto appretio debet
deduci id, quod quis soluit pro pensione, & de eo debet
haberi ratio, siue sit artifex, siue alius: quia absque ha-
bitatione viuere non possumus, arg.l.victus.ff. de ver.sign.
& omnia bona debent appreciari deductis impensis, quo-
niam nullus casus est, qui hmōi deductionem valeat impe
21 dire, vt l.fundus.in prin.ff.fam.erci.¶†Octauò dicta bona
sunt ęstimanda secūdùm annuos redditus, situm locorū,
& qualitatem, vt l.si fundum per fideicommissum. ff.de le
ga.1.& in auth.de non alie.§.quod autem. & in l.siquis.C.
22 de rescin.ven.& ibi per Bar.¶†Ponamus, ꝙ est quidā pom
posus habens magnam turrim, vel pulchrū ædificium ma
gni valoris, modici tñ fructus & redditus, quod venit in
apprecio, vtrū valor ęstimationis turris seu ędificij, vel red
ditus seu fructus? Videtur ꝙ debet appretiari valor æsti-
mationis turris, seu ędificij, vel redditus, seu fructus, vt l.
2.de pręd.na. C.lib.11.secundo responso, facit.l.siquis.C.
de rescin.ven.ff.de leg.1.l.si fundū.& C.de reb. eo. qui sub
tut.sunt l.si fundus. In contrariū facit. l.qui bonis.ff.de ces.
bon.& quod ibi no.per Bar. vbi tenet per d.tex. ꝙ in exigē-
do aliquē in quantū facere pōt, inspicitur, quātum ex eius
patrimonij fructibus redigi potest, non quantum ex vendi
tione rerum redigeretur, cuius dictū Bal. & Ang. eius fra-
ter velut mirabile in consulendo sunt sequuti, vt ibi in d.
l.qui bonis. refert D. Ang. ad l.secundam in contrariū alle
gatam rñdetur, ꝙ prima lex loquitur in domo, cuius nul-
la reperitur, pensio: tunc.n.verum est dicere, ꝙ onus im-
poni debet respectu ęstimationis, secus si aliqua pensio re-
periretur: quia tunc respectu pensionis onus est imponē-
23 dum & appretiū faciendum, vt no. Bar. dicit in d.l.2.¶†No
nò, ad faciendum dictū appretium debent eligi tres, aut
sex, aut nouē de ciuitate, quorū duo, aut tres sint de nobi-
lioribus, tres de mediocribus, & tres de pauperibus, q sint
viri legales & probatæ opinionis, vt no. in auth. de defen.
24 ciui.§.pen.qui nota.est.¶†Decimò, quòd dantes bona in
appretium compellantur iurare: quia tale iuramentum
defertur ad indagandum veritatem, vbicunq; enim ęquū
visum fuerit iudici &c. vt l.vbicunq;.ff.de interog.actio.&
aliàs ad indagandum patrimonij veritatem hæres iurat, vt
l.scimus.§.sin autem.& §.in computatione. C.de iu.delib.
25 ¶†Vndecimò, tales taxatores debent modificare expensas
& familiam necessariam, ac eatenus is, cui incumbunt, est
alleuiandus, habentur.n.dictæ expensæ loco æris alieni, vt
26 d.l.si subsignatum.§.bona.ff.de ver.sign.cum simi.¶†Duo-
decimò, si in ciuitate est aliquis, qui nullam habet posses-
sionem, si habet artificiū, debet taxari de industria & arti-
ficio, siue sit personalis, siue realis, vt dicimus in his, qui
fœnus exercent, vt ff.ad mun.l.fi.§.si autem. & §. patrimo-
niorum. ibi, sed eos qui fœnus exercent, & l.munerum.ff.
de mun.& hon. quia nomen possessionis largè accipitur,
fallit, qñ non habet possessiones, & nihil lucratur de indu
stria, vel artificio, quod est contra opinionē illorum, qui
dicunt, ꝙ debet soluere pro ac re & aqua; quia naturali
ratione aqua & aer sunt oībus communia, vt insti. de rer.
diu.§.j.& ita tenet And.de Iser. 10.coll.ti. quæ sint reg.§.&
plaustrorum.col.2.ver.tallię.¶ Decimotertiò, si aliquis cō
sueuit habere industriā, vel artificiū, & eis vti nolunt, tunc
eis debet imputari, ar.l.damnum.ff.de reg.iur. Item quan-
do per aliquē stat, quominus aliquid faciat, pro facto ha-
27 betur, de quo plenè per Guil. in l.1.C.de cōdi.insti.¶†De-
cimoquartò, licet aliquis excedens annos 60. sit exemptus
ab industria, vt patet in titu. C.qui æta. li.10. talis ætas non
impedit negotiari, vel mercari, vnde si talis senex probetur
mercari, vel negociari, tunc talis industria venit in appre-
tio, sicut iuuenis esset, qui mercaretur, vel negociaretur.
28 ¶†Quintodecimò, vbi pecunia ęstimaretur tunc eis indu-
stria imponi non pōt, & hoc illa rōne, ne duplici onere af-
ficiantur, quod esse nō debet de iure.l.tam dementis. C.de
epi. aud.l.nauis onustæ.ff.ad l.rod.de iact.& ita tenet And.
29 loco proximè allegato.¶†Decimosextò, vbi aliquis merca
tur cum pecunia aliena, an debet in apprecio venire. Dic,
aút est pecunia laici, & venit in appretio ex persona domi
ni, & non ex persona mercantis ex propria pecunia: quia
duplici onere grauaretur, si verò talis pecunia est clerici:
tunc talis pecunia non venit in appretio: quia bona cleri-
corū gaudent immunitate sup.c. Item statuimus, ꝙ clerici
c.fi.de immu.eccl.lib.6. Verumtamen isto casu attenditur
industria mercantis, quod pōt mercanti laico remanere
ratione suæ industriæ, & de ea soluere tenetur, vt alius in-
dustriā faciens, rōne: quia res sequitur conditionē ꝑsonę,
vt l.1.& 2.C.de impo.luc.descri.lib.10.& de inof.test.l.fi.
30 in fi.¶†Decimoseptimò, mulieres viduæ licet in appretio
concurrant secundùm And. in d.§.& plaustrorum, col.2.
versi.talliæ, quæ sint reg. tamen modificandæ sunt in taxis.
31 ¶†Decimooctauò, certū est, ꝙ pro fundo dotali collecta
debetur, dubitatē tñ a quo, vtrū a marito, vel uxore. Circa
quod iura nostra videntur variare, gl. in l.1.C. de muli.&

In quo loco,tenet,ꝙ ab vxore,lib.10. Idem vr̃ dicere tex.
in l.Lucius.§.idem respondit constante.ff.ad muni.In con
trarium facit.l.neq; stipendium.ff.de impē.in re.do.factis.
Dic,aut loquimur de onere reali,& tũc maritus agnosce-
re tenetur,vt est collecta, vt est tex. in l.si pendentes.§.sed
si quid ff.de vsufr.Aut loquimur de onere personali,& tũc
maritus id agnoscere non tenetur , & ita loquit.l. Lucius.
de quo per Bar.in alle.l.neq;, sic.n.dicimus de fructuario,
qui tenetur ad collectas & tributa,vt l.vsufructũ,quæ 7.est
in ti.ff.de vsufr.& l.quæro.ff.de vsufr.leg. & not. in allega-
ta.l.si pendentes.§.sed si quid, & est tex.similis in l.1.C.de
32 anno.& trib.li.x.vbi tex.dicit,† ꝙ functiones & tributa sol
ui debẽt per eũ,qui fructus percipit, facit.l.hactenus.ff.de
33 vsufr.†Idẽ dicas in creditore pro re,quam tenet in pignus
34 vt C.de pig.l.in summa.& l.interdum. ff.de pac.†Quid au
tẽ in emphyteuticario & censuali tenentibus rem ab illo,
ẽt ab ecclesia,quorũ fructus deducto eo, quod soluũt pro
re,ęstimuntur ab appreciο,vt per Andr. de Iser.in c.1.§.&
plaustrorum,col.2.quæ sint reg.& dicit Bar.in l.iura.C.de
35 omni agro deser.li.10.†ꝙ si plures sunt fratres, quorũ ali-
qui emerunt prædia, & se tantũ denominari fecerunt in
instrumento emptionũ, & postea prędia describi fecerunt
in catastro eis & fratribus, & sic demũ cõiter tributa sunt
soluta,ꝙ pro hoc dominiũ est fratribus quęsitũ, sicut eis,
quos tenor instrumenti designat,dic vt ibi per eũ. Itẽ dicit
36 D.Ang.de Peru.in l.creditor.in prin.ff.qui sat.cog.† ꝙ po-
nere in ęstimo,seu in catastro respicit ius dominij, iõ cre-
ditor nõ arctat̃ ad hoc secundùm Iac.Bu.ibi. ff.qui sat.co.
37 ¶†Quærit Bal.in l.negociũ.C.de neg.ge.vendidi tibi rẽ &
tradidi,nondum posita est tibi in ęstimo,ego tamen solui
collectas,quia adhuc est in ęstimo meo, nũquid ego pos-
sum repetere,& tenet ꝙ sic,ibi vide per eũ. Item dicit in
38 l.1.C.vbi causæ.fi.ag.†Quòd si statutum dicit, ꝙ siquis bo-
na sua non posuerit in ęstimo, bona veniant confiscanda,
ꝙ prius debet tractari de delicto & pronunciari,q̃ tracte-
39 tur qõ bonorum.Item dicit Bal.† ꝙ per positionem in ęsti
mo,vel catastro non probatur dominiũ,nisi in præiudiciũ
eius,qui fieri facit illã scripturam,vide no. per eum in l.so
lennibus.in prin.ff.de rei vend.Item idem Bal.in l. fi. in 5.
40 no.C.de mag.conue.dicit,†ꝙ si tutor,qui vendidit rẽ mi-
noris,vel commissarius, qui vendit rem testatoris secun-
dùm æstimationẽ æstimi,seu catastri. Intelligitur bona fi-
de facere, quia sequitur æstimationem factam a publicis
personis, quod est no.facit secundùm eum.ff.de probat.l.
cum de lege.nam pro tali ęstimo pręsumitur,ꝙ sit verum,
vt l.hac edictali.§ mobilium.C.de secun.nupt. Item dicit
41 Bar.in l.forma.ff.de censi.† ꝙ officiales super catastro de-
bent minuere librã,si res est a flumine asportata sine cul-
42 pa possessoris.†Item dicit in eadem.l ꝙ nõ debet assigna-
re rem in catastro,qui habet ius petendi,sed qui eam pos-
43 sidet,ꝙ est menti tenendum.†Item dicit in l.2.C.de vecti.
& commis.ꝙ propter bona non assignata in catastro non
potest quis a fisco post quinquennium controuersiam pa-
44 ti,de quo per Bar.in l.commissa.ff. de publi.¶†An autem
per æstimum communis probetur inter priuatos, vide Bal.
in repe.l.2.8.car.ibi,an per æstimum communis. C.de re-
scin ven.Item dicit in l.censualis.C.de don. ꝙ si volunta-
te tua pono rem tuam in catastro meo , & ita apparet in
lib.armarii, quòd illa mea efficitur, vbi vide per eum.Itẽ
45 dicit eo.ti.in l.si functiones, † ꝙ quis tenetur assignare in
æstimo communis non solũ bona immobilia,sed ẽt mobi
46 lia,& se mouentia & seruos. † Item si fictè aliquis alienat
possessionem,certè non præiudicatur per hoc fisco, quan
do collectæ non soluantur,vt l.2.C.de rescin.ven.& quod
ibi per D.Bart.no.in l.oratione.§.in fraudem. ff. ad muni.
& quod ibi per D. Bal. & ad id, quod proximè dictum est
47 no. †Quòd id,quod nõ datur in appretio,potest fiscus vs-
que ad quinquennium petere,vt idem Bal.not.in l.si quis
fraudẽ.C.si propter publ. pensi.Item dicit Bar.in l.incola.
48 ff.ad muni.†quòd postquam res sint positæ in catastro, vel
in æstimo, non potest inde eleuari, vel alienari, nisi po-
natur alius idoneus, qui possit pro collectis impositis co-
49 gi & exigi. Item † quòd si post ęstimum & catastrum quis
fit conuersus, ꝙ præsumitur fraus, vt in d.l.incola.per eũ
not.in fi.vbi vide & no.per Bald.in l.3.C.si sine censu, vel
50 reli. † Pone maritus in instrumento emptionis apponi fe-
cit nomẽ vxoris , deinde rem emptã poni fecit in æstimo
suo & soluit collectas,nũquid ex hoc p̃sumitur sibi mari-
tus stipulatus,dicit Bal.ꝙ non,vt in l.multum.C.si quis al
teri vel sibi,ibi dum dicit,nunquid ergo. Idem Bal. in l. li-
51 cet dos.C.de iure dot. dicit , ꝙ ibi videtur casus, † quòd si
quis habet in suo æstimo domum,vel fundum , & ratione
æstimi per se est æstimata domus , & per se fundus, si po-
stea imponatur collecta,quòd si alienatur domus,emptor
ipsius non potest collectari pro fundo ; quia quælibet res
est obligata pro suo onere,& non omnia bona, & ita dicit
ibi aperte determinari, prout illa lex intelligitur in porta-
toribus tributariis, dic ut ibi per eum. Item dicit Bal.in l.
52 sacrosanctæ.C.de sac.san.eccl.dicit, † quòd si ciuis in suo
æstimo ponit res comitatensis , talis fraus non nocet fisco.
53 ¶†Pone,quòd sumantes eorum bona poni fecerunt in ęsti
mo propter collectas, & statutũ dicit , quòd pro collectis
bona sint obligata , an si prædium alienatur in clericum ,
clericus teneatur soluere collectas pro isto prædio, dic vt
no.per Bald.in authen.item nulla.in fi.C.de episc.& cleri.
54 ¶†Decimononò , quòd bona pupillorum modificentur ;
nam iustum est , quòd si pupillus habet vnam possessionẽ
vnciarum 50. valoris,nõ taxetur sicut maior validus, qui
haberet consimilem possessionẽ,sed ipsi pupillo deduca-
tur id , quod ipsum pupillũ oportet dari ad geri faciendũ
sua negocia per alium,& aliàs habeatur inquisitio suę æta
tis, in quantũ potest; quia lex generaliter dat pupillis pri-
uilegia multa,vt l.1.C.de fal.mone.& l. 1 .C. quando im-
55 pe.inter pup. & vidu. ¶†Vigesimò , quòd nobiles , & orti
ex eis,qui notabiliter viuunt, vel hi qui sunt per scientiam
nobilitati , vel antiqui diuites , qui habent magnam fami-
liam,vel diuersos filios,quos studere faciunt, vel aliàs eos
nobiles viuere , quòd debeant aliqualiter alleuiari , quod
est iustum : quia bona eorum non taxantur , seu non ve-
niunt in appretio,sicut bona aliorum , qui statum magnũ
non tenent . Ratio : quia de quorumcunque bonis debẽt
extrahi onera necessaria, quæ incumbunt, sicut supra est
dictum.Et si esset aliquis nobilis, qui propter inopiam nõ
posset nobiliter viuere,adhuc idem dicendum videtur, ꝙ
habenda sit miseratio eius,nisi ex prodigalitate suam sub-
stantiam dissipasset : quia tunc alleuiandus non est.Ratio:
quia damnum,quod quis sua culpa sentit, vt in regula iu-
ris damnum , delictum enim omnẽ dignitatem excludit,
& eius prodigalitas sibi prodesse nõ debet,nisi tunc gran-
de onus familiæ supportaret , & tunc non ratione nobili-
tatis,sed prætextu emeris familiæ alleuiandus esse , tot su-
pra dictum est in allegata regula iuris,damnum. ff. eod.l.
secundùm naturam.¶ Vigesimoprimò, ꝙ doctoribus, iu-
dicibus, & medicis eorum industria non debeat apprecia
ri,vt C.de profes.& med.l.1.lib.10.& l.medicos.ff.de mu-
ne.& hono.& l.munerum.§ fi. eo. titu. & ita vbilibet fieri
56 consueuit.† Est enim scientia donum Dei,quæ nullo num
mario pretio appretiari potest , vt l. 1.§.2. ff.de var. & ex-
traordi.cogn. Et intelligo non tantum de phisicis sed etiã
de chirurgis,ut d.l.1.§.1.de var.& extraor.cogn. vbi tex.ad
57 litteram.†Vigesimosecundò, ꝙ bona feudalia nõ veniunt
ad appretio . Ratio : quia tenetur ad onus seruitiorum,
vnde non debet duplici onere affligi. d. l. tam dementis.
C.de episcop.audien.& l.nauis onustæ.ff.ad l.rod. de iact.
pro quo optimè facit text.ca.pro parte Petri eiusdem Re-
gis.R. infra non reperitur , vbi etiam dicitur , quòd nec
pro excadentialibus , & morticiis tenentur. Et ita tenet
Andr.in titu.quæ sint rega.§.& plaustrorum.versicu. talliæ
ergo &c. Nec etiam pro bonis mobilibus spectantibus ad
feudi culturam , vel pro animalibus feudi impinguan-
tibus, uel arantibus debet fieri appretium . Si uerò alia
burgensatica feudatarius haberet , vel aliàs extra feudum
indu-

industriaretur, tunc illa veniunt in apprecium, vt ibidem not. And. nisi talis industria sit pro vitæ sustentatione: quia tunc dicta industria taxari non debet, vt Rex Rom. statuit
58 infra ca. subscriptorum nominum, non reperitur. † Quid si ex fructibus feudi per feudatarium aliquid emitur, vel permutatur, vel in pagamentum recipitur, vide ibidem
59 per Andream. ¶ † Vigesimotertiò, quòd id, quod non datur in apprecio per cedulam applicatur fisco, vt not. glo.
60 in d. l. forma. & in l. fin. §. fin. de public. ¶ † Vigesimoquartò, an si concubinæ, vel focariæ clericorum emant possessiones pro se, aut filiis eorum, vel si filij clericorum negocientur, vel industrientur, debeāt hæc in apprecio venire? Videtur ꝙ sic: quia prohibitum est eis in concubinatum cum clericis degere, vt per totum titul. extra de vita, & honest. clerico. Hinc est, quòd boni pastores consueuerunt excommunicare tenentes eas, & cum aliquis debet puniri ex aliquo admisso, non debet ob id immunitatis præmiū consequi, vt not. glo. in l. siue hæreditarium. ff. de neg. gest. nec debet legis auxilium inuocare, qui cōtra legem committit. l. auxilium. ff. de mino. nec esse debet, vt propter delictum ipsam immunitatem cōsequatur, vt in auth. de priu. do. hære. mul. non præsta. §. 2. & 3. præterea dictæ concubinæ non sunt personæ ecclesiasticæ, & sic cessante ratione immunitatis cessare debet ipsa immunitas, vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. cum simil. ¶ Vigesimoquintò filij presbyterorum contribuunt in apprecio, sicut & filij emancipati, nō enim sunt in potestate presbyterorum, quoniam ex coitu damnato sunt procreati, nec sunt filij nominandi, vt in authen. ex complexu. C. de incest. nup. nec ex persona parentum, nec ex substantia aliquid percipiūt, vt in authen. quibus modis natu. efficiun. sui §. fin. & d. authen. ex complexu. ¶ Vigesimosextò, si sunt aliqui filiifamilias communicantes in familia paterna, siquidem hi filij industrientur, non sunt taxandi, sed sicut parentibus cōnumeratur onus familiæ, ita & lucrum ipsorum, quod ex eorum industria prouenit, argumē. l. secundùm natu-
61 ram. ff. de verbor. significa. & C. de filiisfam. & quemad. pa. pro eis ten. l. 2. & 3. lib. 10. ¶ † Vigesimoseptimò, si aliquis habeat animalia, quæ dederit ad partem cuiuscunque generis sunt. debent dicta animalia dominis ipsorum appreciari pro eo precio, quo aliis dederunt, sicut de aliis mobi-
62 libus dicitur, & sicut de pecunia, & aliis stabilibus æxtimantur. ¶ † Vltimò qualiter appreciatores puniantur, quando aggrauant alleuiandos, & alleuiant aggrauan-
63 dos, & qualiter aggrauatis subueniatur, dic vt dixi supra capitu. in singulis. vbi vide supra numero 194. ¶ † An autem si agricola fuit collector, possit se excusare, ne fit, dicas quòd sic, vt l. prima. C. de agricol. & censi. libro 11.

Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

CORRECTA. In isto cap. ponitur de modo & forma apprecij, & D. Petrus Piccolus.

ADDITIO noua. De monte Ferrato Neapoli commorans, & fuit sapientissimus vir iuris ciuilis professor, & viuebat in anno Dominicæ Incarnationis 1370. vt vidi quandam eius sententiam in causa inter Abbatem Controni, & vniuersitatem Pistilioni. & fuit contemporaneus cum Sebastiano de Neapoli, qui Sebastianus obiit in anno Domini 1362. de mense Augusti, vt patet in prologo consue. Neapo. in addit. col. 2. & D. Petrus Piccolus fuit antiquior ętate, quam Neapo. Seb. vt patet in cap. tormentis. infra 190. vbi Seb. facit mētionem de Petro Piccolo, prædictus Petrus Piccolus posuit infra scri-
64 ptam formam iuxta formam capitulorum regni, & communiter talis forma seruatur in regno. † Et forma est talis, videlicet. Quilibet de loco præsentet cedulam suam continentem omnia bona sua mobilia, & stabilia, & valorem ipsorum, & etiam pecuniam. Item ponatur in dicta cedula ars, & ministerium, seu ars afferentis cedulam cum numero filiorum, & distinctione ętatum ipsorum, & aliarū personarum, seu familiæ necessariæ ibidem. Item distinguant bona stabilia per loca, & fines, & si sunt censualia, vel franca, & quibus debeatur census, vtrum laicis, vel clericis, an ecclesiis. Item ponantur onera debitorum, & in qua specie, & quibus debentur. Item ponatur infectio ęgritudinis, si quam habet. Item ponuntur alia iura quæ habet in censibus, seu ex reditibus aliis. s. quantitas, & valor ipsorum. Item si moratur in pensione, & quantum, & cui soluitur pro pensione annua. Item afferens cedulā præstet sacramentum, ꝙ verum posuerit. Qua cedula habita appreciator vna cum sex, vel tribus eligendis examinet illum de contentis in eo, & verificata teneat hunc modum, qui sequitur. considerent qualitatem bonorum stabilium per fructus annuos, & locorum qualitates, & distātiam, & onus ipsorum (si quod habet.) Et extracto dicto onere, & pensione, quam soluit pro habitatione, valorem aliorum, seu aliquorum accipiat annuum, vel proprietatē eorum. Modificet tamen qualitatem, & ętatem personæ, & onus, & vtilitatem filiorum, & filiarum, iuxta conditionem parentum, & ętatem eorundem filiorum ad compēsandum onus, vel vtilitatem. Item modificet expensas necessarias, & familiam necessariam iuxta conditionē ipsius. Item si quis habet mobilia, & teneat ea extra locum habitationis, tenetur soluere pro illis, & debent appreciari in terris suis, vel eorum habitationis: quia stabilis locus, & mobilis, personam non respicit. Item consideret industrias personarum iuxta qualitatem artium, & industriarū, tempus, & ętatem personæ. Item si persona, quæ habuit, vel debuit habere industriam, & non vtitur eius defectu, seu dolo, imputetur sibi, non tamen gaudet immunitate industriæ: quia dolus negligentiæ, & accidiæ non debet afferre commodum committenti. Item omnes excedentes annos sexaginta ab industria sunt exempti meccanica: non tamen mercatores, quibus in vendendis mercantiis parum conficit ætas, super quo seruent taxatores complexionem personarum. Aduertendum est, quòd vbi æxtimatur pecunia mercatoribus, non debet imponi eis industria mercandi, industria tamen manuum, seu mercantia æxtimetur, & consideretur eisdem. Vbi verò teneant, vel mercantur ex pecunia extranea, vel clericorum, per hūc modum modificetur. videlicet, si est pecunia laici, quę est confessata, & taxata, nihil oneris fiat mercatori pro pecunia. Si verò est clericorum, quæ non taxatur, superimponatur tunc industria mercatori, iuxta quantitatem lucri, deducta exinde parte contingente pro ipsa pecunia. Mulieres viduæ habentes in bonis citra vnciam vnam annuatim, vel tantundem nō taxentur in modico, nec in aliquo modificentur. Modificentur bona pupillorum, & viduarum, quæ non debent taxari, sicut si essent maiorum, sed deducatur id, quod oportet dari procuratoribus, & gerentibus negocia eorum. Nobilibus autem nobiliter viuentibus ex origine, vel consuetudine decenter modificentur, & moderentur expensæ, iuxta qualitatem personarum, & facultatum, quarum onus æxtimatur a quantitate taxæ eos contingente, vel quarta, aut tertia pars eorum bonorum non taxetur, ratione dictarum expensarum modestiam habentium non prodigalitatem. Pro bonis feudalibus, pro quibus soluitur seruitium militare, nemo taxatur: quia non debet taxari de iure. Iudicibus iurisperitis, doctoribus, notariis, & professoribus in quacunque scientia non imponantur industriæ. Immo expensæ eorum considerantur, vt fit de nobilibus: quia in hac parte tractantur vt nobiles. Si quid autem in bonis stabilibus, & mobilibus inuenitur in cedulis non positum, est curiæ. Et possunt de sacramento deierato puniri. De industria dicitur, quod sic debet taxari in apprecio minus, quàm taxantur stabilia, quæ sunt certa, & fit hoc modo, si stabilia quolibet anno de reditu sunt valoris decem vnciarum in apprecio taxantur vnciæ centum, & de industria pro redditu vnciarum decem quolibet anno in apprecio

D. Io. Ant. de Nigris.

taxantur vnciæ octuaginta, & tenet hoc etiam hic Io. Arcamonus. Clerici de bonis patrimonialibus non debent soluere, sed de possessionibus empsis nomine eorum, sicut est c. regni. item statuimus. Bona censualia & emphyteutica ecclesiastica debēt soluere in appretio, deducto & extracto ante omnia onere, quod debetur ꝑ illis, reliqua debent venire in appretio. Sunt quædam alia, quæ in fraudem appretiorum fiunt, quæ rigore iuris soluuntur. ¶ Electio autem taxatorum sic fieri debet. videlicet, congregata tota vniuersitate taxatores in locis cōsuetis de communi & pari voto eligantur sex, aut tres iuxta locorum qualitatē, videlicet. vnus, aut duo de melioribus, vnus, seu duo de popularibus, & vnus, aut duo de pauperibus, qui sint idonei, & fideles, & non suspecti, qui sub religione præstiti iuramenti per eos, depositis odiis, rancoribus, consanguinitatibus, amicitiis, & aliis, ęxtiment, & apprecient omnia bona hominum vniuersitatis, contenta in eorum cedulis, etiam occupata, quæ forte non ponerentur, nec remanent eisdē. Et habita quātitate, & valore ipsorū bonorū, consideratis, & modificatis capitulis supradictis, vnam massam faciunt de toto apprecio, & valore quantitatis ipsorum bonorum, proprietatis, redituum, & fructuum iuxta locorum consuetudinem, licet modestius esset & magis conueniens, ꝙ valor proprietatis ęxtimaretur iuxta mentem capituli regni, & habita massa, seu quantitate, & valore proprietatis ipsorum bonorum, ponat in qualibet vncia proprietatis granum vnum, vel duo, aut plus vel minus, iuxta quantitatem collectæ, quæ reducta ad grana, seu ad particularitatem iuxta numerum, imponatur precio supradicto pro qualibet vncia, vt præfertur. Videlicet, si debetur tantum pro vncia pro collecta, & valor proprietatis ascenderet ad summam vnciarum triginta milium, contingunt grana duo pro qualibet vncia, & sic plus, vel minus successiuè. Vbi verò iuxta consuetudinem valor annuus consideratur ad rationem de nouem, vel octo vnciis aut plus, vel minus, pro valore annuo quarumlibet cētum vnciarum iuxta similem consuetudinem locorum, & tunc reducatur ad prædictam taxam. Et sic appreciatores taxēt omnes, consideratis prædictis odio, amore, precio, prece, & consanguinitate sublatis, & demum faciant quaternum in forma. De industria verò seruent dicta capitula eis data. Et si proprietas taxetur, reducant eam pro omnibus vnciis tresdecim de industria, ac taxam contingentem valorem proprietatis vnciarum centum. Et ista est forma de verbo ad verbum domini Petri Piccoli. Item etiam possessiones obligatæ ecclesiis, & capellanis, quæ tenentur per laicos, debent poni in apprecio deducto onere, quod soluunt ecclesiis, seu capellanis, vt tenet hic Io. Arcamonus. ¶ Aduerte tamen: quia melius in ista materia processit Sebast. hic vt supra patet, quia omnia ponit cum
65 allegationibus iuris. † Et in quantum D. Petrus Piccolus supra tenuit, ꝙ clerici pro bonis emptis debent soluere collectas, & poni in apprecio: quia hoc dictum non est ita indistinctè verum, & latissimè istam quæstionem examinaui in clem. contra clericos non incedentes in habitu, & tonsura, sub rubr. de vita & hone. clericorum. in glo. in verbo priuilegio. ibi me remitto, & tetigi supra in ca. item
66 statuimus, quòd clerici. nume. 98. ¶ † Circa quæstionem, quam ponit hic Sebast. An bona censualia debeant poni in apprecio deducto onere, vide Lucam de Penna in l. 1. C. de indi. lib. 10. Et quid de rebus feudalibus, vide Andr. de Isern. in titu. quæ sint rega. §. plaustrorum. col. 2. & 3. & Ias. in vsib. feud. §. opus. col. 10. & Lucam de Penna in l. 3. col. 1. & 3. C. de fund. limi. lib. 10. & plenè dixi in dicta clemen. in d. glo. in verbo priuilegio, vbi vide.

ADDITIO noua. Et vide Par. in tract. feu. c. viso, quæ sit natura. sub rub. de attenasiis, vel tenimentis feudorum, an collectæ soluantur. car. 13. vbi tenet, ꝙ istud c. porrecta. habeat locum in feudis nobilibus, pro quibus præstatur feudale seruitium, seu adoha Regiæ Curiæ, & etiam in bonis burgensaticis cōcessis per Regem sub annuo reddidit, seu seruitiis. Tandem concludit Paris vbi supra, ꝙ pro bonis feudalibus, pro quibus soluitur adoha, vel præstatur seruitium Regiæ Curiæ nō fit contributio in appretio. Et pro aliis bonis redditiis, seu altenasiis deducto onere fit contributio in apprecio, prout etiam fit de bonis ecclesiæ concessis laico in emphyteusim: quia deducto onere ponūtur in apprecio, vt ibi latè per eum, & An. de Iser. vbi supra ponit multas alias quæstiones ad materiam facientes, vide ibi & similiter Luc. de Pen. in d. l. 1. C. de indi.
67 ponit alias quæstiones, & inter alias ponit. † An collectæ, quæ imponuntur in regno, dicantur munera ordinaria in casibus per Honorium Papam expressis, & dixi in d. clem. in d. glo. in verbo priuilegio, & per Ias. & alios in l. placet. colum. 2. cum sequen. C. de sacrosanct. eccle.

ADDITIO noua. Vbi tenet, ꝙ illa munera, quæ sunt imposita a lege, & habent certam & determinatā formam, dicuntur ordinaria, extraordinaria verò sunt econtra, quæ non sunt imposita a lege, nec habent certam & determinatam formam, vt ibi per Ias. col. 3. in prin. Collectæ verò sunt, quæ non habent certam & limitatam formam, sed cuilibet imponuntur secundùm ęximum, & secundū occurrentes necessitates, glo. in l. rescripto. §. fi. ff. de mun. & hono. Bar. in l. j. ff. quod cuiusq; vni. no. & in l. 4. §. actor. vbi per alios. ff. de re iudic. Et tales collectæ de iure nō possunt imponi forensibus pro bonis, quæ ibi possident, nisi aliud esset de consuetudine, vt latè per Ias. in d. l. placet. colum. 2. cum multis concord. ibi. Et vide etiam alia, quæ dicit Alex. in l. si se non obtulit col. 4. in princ. ff. de re iudi. An
68 † autem bona stabilia & mobilia burgensatica debeant stare in apprecio. Et quid de pecunia, & quid si pecunia est otiosa, vide Lucam de Pen. in l. agros. C. de fun. limi. li. 10.
69 & ibi etiam ponit † quid de pecunia data ad vsuras, quid de anulis, & margaritis, & aliis ornamentis.

ADDITIO noua. Vbi tenet, ꝙ de pecunia otiosa, anulis, & margaritis non soluitur in apprecio, sed de pecunia data ad vsuras, vel non ociosa solui debet, & similiter
70 de stabilibus burgensaticis solui debet, vt ibi. ¶ † Et quid de mercatoribus, qui emunt, & distrahunt illico pecora, an sint taxandi in ęxtimo, & tenet ꝙ non, nisi iterum ex ipsa pecunia negocietur. Et quid de instrumentis, & aliis necessariis pro rebus feudalibus, de omnibus vide Lucam de Penna vbi supra, qui tenet, ꝙ non soluunt in apprecio, si-
71 cut nec de feudalibus, & ibi etiam ponit. ¶ † Quid si habet annuos reditus, vel fundum ex principis patrimonio in emphyteusim concessum, an debeat poni in apprecio, & solui collecta, vide Luc. vbi supra. ADDITIO noua. qui tenet ꝙ sic deducto onere ab emphyteusi. Et illud quod dicitur, ꝙ annui reditus inter immobilia computantur, vt dicit glo. in l. fi. C. de vend. reb. ciui. lib. 11. procedit, quādo debentur ad longum tempus. Alex. in l. sciendum. in prin. col. 4. ff. qui satisda. cogan. Bal. in c. cum M. in colu. 3. extra
72 de constit. ¶ † Et an taxatio in apprecio fieri debeat iuxta fructuum quantitatem, vide Lucam vbi supra col. 2.

ADDITIO noua. In tertia quæstione, versic. ita quidem, vbi dicit, ꝙ debet fieri iuxta fructuum quantitatem, & dicit Bar. in l. j. versus fi. C. de apo. pub. li. 10. ꝙ collecta debet imponi secundū quantitatem patrimonij, non secundùm quantitatem, vel munerum personarum. Et dicit Saly. in l. omnes. per illum tex. C. de ędif. priua. ꝙ incolę
73 ciuitatis debent pro rata sui ęximi conferre. ¶ † An munus collectarum debeat imponi illis, qui possident pro suo, & suo iure faciunt fructus suos, & quid in emphyteuta, fructuario, & similibus, vide per Alex. cons. 34. viso processu causæ. col. 4. 4. vol. vbi tenet, ꝙ debet imponi illis, qui possi-
74 dent pro suo, & faciunt fructus suos. ¶ † Sed nunquid in collectis imponendas mutata persona mutetur status rei, vide Alex. vbi supra, vbi tenet ꝙ sic. ADDITIO noua.
75 † Nunquid autem pauperes, quorum industria est necessaria ad alimenta, & eorum victum teneantur contribuere ad collectas impositas per principem, vel communitatē. Dic quòd non, vt tenet Bal. in auth. defuncto. C. ad Tertul. alleg.

alleg. glosi. in l. omnes. C. de anno. & trib. lib. 10. & Bald. in l. etiam. col. fi. C. de execu. rei iudi. Ias. in l. auus neptis. col. 3. ff. de pact. & in l. 4. in prin. col. 4. in fi. ff. de re iudic. & ibi Vinc. Hercul. col. 15. in fi. Alex. in l. si se non obtulit. col. 5. verf. ꝙ si statutum. ff. de re iud. & Pet. Gerardi in sing. 73. incipiente pauperes, & ibi dicit, Idem esse in his, qui sunt
76 lapsi facultatibus, sed dicit hodie malè seruari. † An autem vnus de vniuersitate non potest soluere, alij teneãtur pro eo, dic quòd non. l. vnica, & ibi glo. C. vt nullus ex vica. libro 11. & ibi doct. Bart. in l. legatorum. ff. de leg. 2. & tãgit Ias. in d. l. auus. col. 3. Aduerte etiam ad vnum pro declaratione prædictorum, ꝙ artifices etiam non possidentes bona stabilia non continentur appellatione pauperum, vt dicit Lucas de Penna in l. 3. col. 5. versic. sed econtra. C. de quib. mune. lib. x. sed in contrarium facit cap. quod super. extra de voto, & ibi Abb. in tertio notab. nam ibi tex. ponit agricolas inter personas inopes, & idem dicitur de aliis, qui ex artificio tantum viuere possunt. Ias. in l. si cõstante. col. 24. vers. item viuentes. ff. sol. matr. allegat glo. in l. paupertas. ff. de excus. tut. quæ dicit, pauperem esse, quem pro victu laborare oportet. idem tenet D. Aymo consil. 199. j. volum. col. 2. in fi. versi. 7. Tu dicas, ꝙ quis dicatur pauper secundùm communem opin. statur arbitrio iudicis, vt concludit Ias. & alij in d. l. si constante, & ideo in casu prædicto iudex arbitrari debet, si ille artifex ex suo artificio põt viuere & lucrari, tunc poneretur in apprecio, si verò eius artificium non sufficit ad alimenta, & nihil aliud habet, non diceretur diues, sed pauper. Et nota vnum, quod dicit Petrus Gerardi in d. sing. 73. versus fin. ꝙ isti mendicantes hostiatim non habent immunitatem, quod intellige, nisi essent inopes & inhabiles ad laborandum, ita ꝙ nisi mendicarent, fame perirent, puta quia non essent integri corpore & debilitati, vt probatur in l. vnica. C. de mendi-
77 can. lib. 11. ¶† Quid autem de industria, an debeat taxari, & solui collecta, & poni in apprecio Seb. hic, & Pet. Piccolus tenent ꝙ sic, & hodie est Regia Prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit, Ferdinandus &c. magnifico viro Rencio de Afflicto. & tenet And. de Isern. in titu. quæ sint rega.
78 §. & plaustrorũ. col. 2. versi. talis. ¶† Et similiter pro capitatione, seu pro capite debet solui & taxari in apprecio, vt est tex. & glo. in l. fi. in verbo capitatione. ff. de mune. & hono. & tex. gl. & doct. in l. vnica. C. de capita. ciui. censi. exim. lib. xj. de quo vide per Abb. in c. non minus. col. 5. extra de immun. eccles. circa prin. nu. 17. glo. in l. in ea. in verbo tri
79 butorum. C. de compen. † Et quæ dicatur capitatio, vide Felyn. in c. ad audientiam. col. 8. extra de præscrip. Bald. in l. sacrosancta. C. de sacrosanct. eccles. vbi dicit, quòd capitatio est, quando aliquid soluitur pro capite, tributum soluitur de prædiis, vectigal soluitur de his, quæ vehuntur. Et ad prædicta vide Ias. in l. placet. in secunda lectu. col. 2.
80 C. de sacrosanct. eccles. vbi dicit, † ꝙ quando imponitur munus per capita, seu fumantia solùm rustici tenẽtur pro
81 capitatione, vt ibi per eum. † An autem aduocatis possit imponi collecta, vide tex. in l. sancimus. C. de aduo. diuer. iudi. & in quæstio. parla. Delphi. quæstio. 388. vbi dicit ꝙ non, & vide Alex. in addit. ad Bart. in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de legat. 3. vbi dicit, ꝙ doctores non veniunt appel
82 latione artificum. ¶ † An bannitus teneatur ad collectas, vide Alex. in l. si seruus plurium. §. si quis ante. ff. de legat. j.

ADDITIO noua. Et Bart. in l. inter. §. damni. ff. de dam. infec. vbi dicit, ꝙ si bannitus retinet possessionem, & fructus percipit, tenetur soluere collectas: si verò non retinet possessionem, nec fructus percipit. puta: quia deuenerunt in fiscum, & tunc non tenetur, vt latius ibi per eũ, & Ludo. Rom. consil. 73. & ibi etiam ponit, an fiscus tenea
83 tur ad collectas pro bonis confiscatis, & tenet quòd sic, vide latius ibi per eum. ¶ † Et an quando soluitur gabella pro fructibus debeant deduci expensæ, vide Matth. de Afflict. decisi. 252. col. 6. 2. volum. vbi tenet, ꝙ non deducun
84 tur expensę. ¶ † Quid autem si scolaris facit mercantiam, an teneatur soluere, an verò gaudeat priuilegio, vide Saly. D. Io. Ant. de Nigris.

in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccles. vbi dicit, ꝙ
87 debemus attendere ad id quod principaliter intẽdit. ¶ † An autem nobiles exercentes mercantias teneantur ad solutionem, ita quòd non gaudeant priuilegio, vide Guid. Papæ in quæstio. parla. Delphi. quæst. 391. 196.

ADDITIO noua. Vbi tenet, ꝙ tenetur contribue
88 re in collectis. Et ibi etiam in fine ponit, † an nobiles cultiuantes suas possessiones priuentur priuilegio, & tenet ꝙ non, & de multis aliis vide ibi per eum, & Lucam de Pen. in l. 3. col. 2. C. de fund. limit. lib. 10. Et vide D. Aymo consil. 163. 1. vol. vbi dicit, quòd nobilitas perditur per notariatum, & si viles artes exercet, & non gaudet priuilegio, vt ibi latius. Et ibi etiam ponit, quòd non dicitur negotiator, quando quis vendit granum, vinum, aut oleum suũ.
89 ¶ † Et circa illud, quod tangit hic Sebast. & etiam D. Petr. Piccolus, quod nobiles origine, vel scientia, & antiqui diuites habentes magnam familiam, debent aliqualiter alleuiari in apprecio, vide Lucam de Penna in l. 3. col. 5. versic. ex præmissis. C. de quib. mune. nemi. lice. excu. libr. 10. vbi idem tenet. & vide in d. Regia Prag. Regis Ferdinandi sub rubr. fiat apprecium &c. licet hodie malè seruetur.
90 ¶ † Quid autem si vendidi tibi rem, & nondum est posita in tuo ęximo, & ego solui pro te, an possim repetere a te illud, quod solui, vltra ea, quæ ponit hic Seb. vide Alexã. in l. si negocium. C. de nego. gest. & Anto. de But. cons. 61. Et cõcludunt omnes quòd sic: quia onus collectæ spectat ad recipientem fructus, vt ibi per Alex. & alios.
91 ADDITIO noua. ¶ Tangit etiam hic Sebas. † An liber ęximi, seu liber censualis probet, & col. 4. cum seq. & dicit, ꝙ per positionem in ęximo, vel catastro non probatur dominium, nisi in præiudicium eius, qui fieri fecit illam scripturam, & Bald. in l. si pendentes. in secũda lect. ff. de vsufruct. ponit, an per ęximum probetur possessio. Et ad materiam vide Felyn. in cap ad audientiam. col. 4. extra de præscrip. & in cap. cum causam. extra de probat. in quibus locis concludit, ꝙ statur scripturæ repertæ in archiuo publico tribus concurrentibus. Primò, ꝙ sit posita in loco publico. Secũdò, ꝙ habeat custodem deputatum de publico. Tertiò, ꝙ sit posita inter scripturas publicas, vt ibi latius per eum. Dicit tamen, ꝙ extra territorium talis scriptura non facit fidem, similiter etiam faceret fidem, si esset de consuetudine, vt latius per eum in dicto cap. ad
92 audientiam. col. 4. cum concordant. ibi. ¶ † Quæro iuxta præcedentia, an habens rem descriptam in ęximo si vult illam alienare, an debeat extrahi ab ęximo venditoris, si non apparet prius, quòd ille, in quem alienauit, sit soluendo, vide Ias. in l. placet. in fi. C. de sacrosanct. eccles. & Pet. Gerardi de Petrasancta sing. 10. vbi quod non extrahitur.
93 ¶ † Et adde, ꝙ possidens fundum debet soluere collectas, vt tenet Bal. in l. omnes. C. si sine censu, in prin. & ibi multa ad materiam. Et propterea infertur, ꝙ ille, qui non possidet, non incidit in pœnam statuti imponentis pœnam non soluenti, vt tenet Bald. in d. l. si pendentes. ff. de vsufr.
94 in 2. lectu. ¶ † Et quid si pupillus non posuit in æximo, seu apprecio, an incidat in pœnam, vt bona publicentur, vide Salyc. in l. 1. C. de fal. mo. qui tenet ꝙ non, sed tenetur tutor, & vide Hyppo. in l. infans. col. 2. ff. ad leg. Cor. de
95 sica. ¶ † An autem creditor teneatur rem sibi pignoratam pro tanta quantitate, quod non est spes luitionis describere in æximo, vide Ant. de Fano in tract. de pign. in primo membro, tertiæ partis, num. 28. ADDITIO noua. Vbi dicit, ꝙ si dicta res est pignorata pro tanta quantitate, ꝙ non sit spes luitionis, debet describere in suo æximo, & leuare de æximo debitoris, allegat Ange. in l. cum notissimi. in princ. C. de præscrip. triginta anno. & Alex. in l. j.
96 §. per seruum corporaliter. ff. de acquiren. possess. ¶ † Sed pone, quidam vendidit fundum, & tradidit, deinde fuit imposita gabella pro debito, quod debebatur ante venditionem dicti fundi, quæritur, quis tenetur soluere gabellam, possessor modernus, & sic emptor, an venditor. Vide Fed. de Senis. consf. 229. incipien. Punctus quæstionis. vbi concludit,

cludit, ꝙ emptor tenetur soluere: quia debitum vniuersi-
tatis non est singulorum, & ante non fuerat impoſita ga-
bella, ergo tranſit libera res vendita, ſi poſtea imponitur
97 onus, ſpectat ad emptorem, vt ibi per eum. ¶ † Sed an de-
bitor collectæ poſſit opponere compenſationem fiſco, vel
communi, cuius eſt debitor, vide Lucam de Penna in l.
obſiſtere. in fi. C.de anno.& trib.lib.10.vbi tenet quòd ſic.
Et ibi etiam ponit, an non ſoluens tributa infra ſex men-
ſes fiſco amittat rem, pro qua tenetur ſoluere, & conclu-
dit, quòd in regno non ſoluens non amittit rem. Et an
pro ſolutione collectarum poſſint capi & diſtrahi bona, vi
de ibi per eum.vbi dicit ꝙ ſic, allegat de capi.& pig.debi.
98 fiſci. in rubro & nigro.lib.10. ¶ † Nunquid autem tribu-
ta debeant primò peti,& poſtea exigi, vide Lucam de Pen
na in l.fin. C.de ſuperindictio. in fi. vbi tenet quòd ſic, &
ſic hodie ſeruatur: quia primò fit intimatio per Regiam
99 Curiam ante exactionem. ¶ † Sed an debitores non ſoluẽ-
tes tributa poſſint carcerari, & in compedibus poni, vide
in l.nemo carcerem, & ibi Lucam de Pen. C. de exa.trib.
lib. 10.& vide Pari.in tract.ſindi.in verbo captura, in prin
100 cip.vbi ponit, † an pro debito fiſcali poſſit quis carcerari,
& Paris in dicto verbo captura.§.captus.col.1.

ADDITIO noua. Et vide Bart.in l.cum eo.col.fi.
ff.ad leg.Iul.pecu.& concludunt, quòd regulariter pro de-
bito ciuili non poteſt carcerari, fallit pro debito fiſcali:
quia poteſt perſonaliter capi, non tamen poteſt in carceri
bus poni, nec cum ferris, vel compedibus.d.l.nemo carce
rem,& ibi Lucas in princ. niſi perſiſtat in contumacia, vt
ibi dicitur,& Bar.vbi ſupra, de quo etiam vide Io.de Ana.
conſ.20.& Ang.Are.in §.pœnales.col.antepen.Inſt.de act.
101 ¶ † Et an mulier poſſit pro debito fiſcali carcerari, vide
And.de Iſer.in tit.quæ ſint rega.§.condemnatorũ.in fi.vbi
tenet quòd non, & dicit, quòd in Apulia malè ſeruatur.
102 ¶ † Qualiter autem collecta ſit imponenda, vide Lucam
de Penna in l.1.C.de mune.patri.lib.10.& ibi etiam enu-
merat multas perſonas, quæ munera publica ſubire non
coguntur, vt ibi. Et circa iſtam materiam nota, quæ dicit
103 Bal.in l.ſi ex falſis. col.fin. C.de tranſact. vbi dicit, † quòd
plus ponitur in ęximo, quam ſit bonis,& ibi ponit vnam
quæſtionem circa iſtam materiam in materia ſtatuti, vide
104 ibi per eum. ¶ † Sed quæro, pone ſunt tres fratres, qui ſi-
mul habitant in eadem domo, an debeant habere vnum
ęximum, vel plura, vide Bart.in l.tria onera.in fi.ff.de ex-
cuſ.tuto.& Ang.Aret.in §.item tria.Inſtit.de excu.tuto.vbi
dicunt, ꝙ ſi habent patrimonium indiuiſum, debent habe
re vnum ęximum, ſi diuiſum, habebunt tria, & ſi impo-
nitur pro perſonis, ex quo ſunt tres perſonæ, habebũt tria
105 onera. † Et ęximum patris cenſetur ęximum filij viuo
patre, vt dicit Bald.in addit.Spec.in tit.de feud.verſ.ſi ſunt
plures, & Bald.in l.qui ſe patris. col.9. C.vnde libe. Iaſ.in
l.fin.colum.2. C.de impuber.& aliis ſubſtit. Firma.in ſuo
reperto.in verbo fumantia, in verſic.2.

ADDITIO noua. Et ꝙ ęximum patris cenſeatur
ęximum filij, eſt gloſ.notab.in l.2.C.qui ęta.lib.10. quam
reputat ſingularem Bal.in l.diximus.§.ſi pater.ff.de excuſ.
tuto.& in c.quæ in eccleſiarum.circa fin.de conſti. Bal.in
l.fi.ad fin. C.de impub.& aliis ſubſtit.& l.2.circa fin. C.de
lib.& eo.lib.& in l.non plures.in fi. C.de ſacroſan.eccleſ.
Iaſ.in l.filius paciſcendo.col.1.C.de pact. Et habitatio pa-
tris cenſetur habitatio filij.Bal.in l.1.§.illud. C.commu.de
ſucce. Et pater & filius quantum ad ęximum communis
pro vno capite computantur, vt dicit Bal.in l.etiam. in pe.
col.C.de exe.rei iudi. Similiter liber, ſeu cataſtrum patris
prodeſt filio, ſiue in poteſtate, ſiue emancipato. Bar.in l.1.
§.domini, el 2.ff.ad Sille. Immo plus dicit Bar.in l.cum ſci
mus.C.de agri.& cenſi.lib.11.ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ non alli
brati non audiantur nec in ciuilibus, nec in criminalibus,
ꝙ libra patris, immo aliorum conſortum de domo pro-
derit non allibrato, facit ad prædicta: quia pater & filius cẽ
ſentur vna & eadem perſona.l.fi.C.de impub.& aliis ſub-
ſtit.& vox filij cenſetur vox patris,& econtra.§.ei, qui. In-
ſtit.de inut.ſtip.& latius vide Iaſ.vbi ſupra,& dicit Bal.cõ-
ſi.136.Petrinus.1.volu.ꝙ vnũ eſt ęximum patris,& filij in
106 poteſtate,& vide eundem Bal.conſ.139.1.vol. ¶ † Aduerte
tamen, ꝙ fumantia, focularia,& familiæ, ſunt ſinonima,&
idem important ſecundùm Bal.in authen.defuncto. C.ad
107 Tertull.& Firma.vbi ſupra. verſic. fin. ¶ † Quæro, quando
fit ęximum, ſeu apprecium, an debeat requiri ille, cuius
prædiũ ęximatur, & de cuius p̃iudicio tractat̃. Vide Bart.
in l.ſuſceptores.C.de ſuſcep.lib.11.Vbi dicit, ꝙ quando fit
ęximum vniuerſale debet requiri ſindicus illius loci, quã-
do fit ęximum ſingulorũ debent illi ſinguli citari, de quo-
108 rum præiudicio agitur. ¶ † Sed pone, eſt impoſita collecta,
vel aliud onus per focularia, & plures habitant in vna do
mo ad eundem focum, an illud onus impoſitum ſolui de
beat per quemlibet, an per vnum tantum. Diſtingue, ſi
habent bona diuiſa, & diuiſim viuunt, quilibet tenetur ſol
uere, aliàs ſecus, vt tenet Ray.de Forl.& Bar.in l.tria one
ra.ff.de excuſ.tut. Bal.in l.etiam.verſ.modò videndum. C.
de execu.rei iudic.Firma.in d.reperto. in verbo fumantia,
109 el primo. & ſupra proximè dixi. ¶ † Sed quid ſi res deſcri-
pta in cataſtro eſt deteriorata, vel a flumine exportata, an
debeat minui cataſtrum. Vide Bartol.in l.forma §.1.& ibi
Alexand.in addit.ff.de cenſibus. Vbi tenent, ꝙ cataſtrum
debet minui pro rebus a flumine exportatis, vel aliter de-
terioratis, & Bald.in l.etiam. C.de exe.rei iudic. & in l.ac-
ceptam.in vltima quæſtio. C. de vſur. Guil. & alios in l.id
110 quod.§. 1.de conſtit.pecu. ¶ † Sed quid ſi venditur res libe
ra ab omnibus decimis, an intelligatur de ordinariis, an
de extraordinariis, vide Felyn.in cap.ſedes. in verbo clau
ſula generalis, col.3.quę eſt col.4.totius c.extra de reſcrip.

ADDITIO noua. Et Bal.in l.fiſtulas.§.fi.ff.de con
trahen.emptio.vbi tenet, ꝙ intelligitur de extraordinariis
non de ordinariis per illum text.& dicit Felyn. vbi ſupra,
hoc eſſe mirabile, allegat etiam Franc.Crem.nota.17.in-
cipiente, vendidi tibi fundum.vbi dicit fuiſſe lucratum du
catos tres, & tenet Firma.in reperto.in verbo venditor, lo
primo. nume. 21. Et iſta faciunt ad quæſtionem, quando
quis emit annuum cenſum ab vniuerſitate, vel alio, fran-
cum, quòd non intelligitur francus ab ordinariis functio
nibus fiſcalibus, ad prædicta bene facit tex.in l.2.& l.fina.
C.ſine cenſu, vel reliquis fund.compa.non poſ.in quibus
iuribus probatur, quòd comparans fundum ea lege, ne
ſoluat cenſum, vel tributum, tali pacto non excuſatur,
quin ſoluere compellatur, quod pro ipſa poſſeſſione de-
betur, vt d.l.2. Et qui poſſidet prædia, tenetur ſoluere tri-
buta non obſtante pacto inter emptorem, & venditorem
111 appoſito, vt latius ibi. ¶ † Sed verum appreciatores poſiti
ad appreciandum puniantur, ſi per gratiam, vel negligen
tiam omiſerint. & deliquerint in apprecio, vide Par.in tra
cta.ſindi.in verbo officialis.§.fin.colum.2. & vide, quæ ſu-
pra dixi cap.præcedenti. ADDITIO noua. Et dicit
Paris vbi ſupra, quòd officiales præpoſiti ad ęximandum,
vel perequandum, ſi per gratiam, aut per negligentiam
omiſerunt in officio, puniuntur in quadruplum,& priuan
tur ſalarium, quod percipiunt officij ratione.l.perequato
res. C.de cenſibus.& perequato. lib.11. Quid autem ſi ali-
quis prætendit vltra debitum allibratum, ſeu poſitum in
apprecio, quomodo ei ſuccurratur. Dic, ꝙ poteſt implo
rare officium iudicis, vt illud emendetur,& debet hoc fa-
cere infra annum, & poſtea non auditur, vt dicit Io.Balb.
in tract. de præſcrip. in quarta part.quartæ partis princip.
112 num.105.car.39. cum ibi allegatis. ¶ † Sed an poſſit con-
cedi immunitas a collectis per priuilegium in præiudiciũ
vniuerſitatis. Et an debeat tali caſu detrahi ab vniuerſita-
te. Et quid ſi ille, qui habet priuilegium, ſemel ſoluit,
an amittat priuilegium, de omnibus vide Petr.de Ancha.
conſil.260.& Fely.in cap.cum acceſſiſſent, extra de conſt.
Et quid ſi eſt conceſſa immunitas alicui, an poſſint reuo-
cari, vide Alexan.conſil.101. primo volum. Et an immuni
tas tranſeat ad ſucceſſores, & ad alias perſonas, vide Ale-
xand.conſil.34.viſo proceſſu. colum.4. 4.volum.

ADDI-

ADDITIO noua. Et Bald. consil. 112. quæritur.
primo volum.& ibi tenet, quòd immunitas concessa do-
mino, & filiis, licet regulariter immunitas non extenda-
tur, tamen si ex forma verborum aliter appareret, vel es-
set in vim pacti, extenditur etiam ad nepotes, vt ibi per
113 eum. ¶ † Et an contribuere teneantur consiliari regii in
collectis, vide, quæ dicit Guido Papæ in quæstionibus par
la.Delfin.quæst.376.cum sequen. Et quid de iudicibus ibi-
dem quæst.378. Et quid de viduis nobilium, quæstio.379.
Et quid de aliis viduis, q.380. Et quid de clericis, q.381. Et
quid de filio clerico, qui successit patri, q. 382. Et quid de
clericis primæ tonsuræ, quæst.383. Et quid de nobilibus.
quæstio.384. Et quid de plebeis, quæstio. 385. Et quid de
plebeis non habentibus castra, quæstio.386. Et quid de no
bilibus, qui aliquando soluerunt, quæstione 387. Et quid
de doctoribus, quæst.388. Et de multis aliis personis vide
ibi per multas quæstiones sequentes ibi, vbi vide, quia lō-
gum esset recensere. Et de materia apprętij vide supra c.
in singulis.num.194.& quæ ibi dixi & supra c. in calēdis.
num.167.& quæ ibi dixi. & in d.Regia Prag.Regis Ferdi-
nandi supra allegata in rubr. fiat apprecium &c. Et prædi
cta nota: quia deseruiunt etiam, quando fit numeratio fo-
culariorum a Regia Curia. Et ad materiam vide Lucam
de Pen.in dicta l.fin.vbi in decima quæstione ponit, quali-
ter collecta sit imponenda, & in vndecima quæstione po-
nit de tribus speciebus iurium, quæ considerari debent in
apprecio, scilicet de viribus corporum, animi, & faculta-
tum, opera enim vnius sæpæ quantum pecunia valet. ff.
pro socio.l.5.§.1.& l.si non fuerint.in princ. & versi.quod
ita.& l.si societatem.in fi. & Instit.eod.tit. §.illa. Item vi-
res animi considerantur, vt si ex industria aliquid lucretur:
quia veniunt in apprecio, vt ibi per eum, vbi etiam dicit,
quòd artifices etiam nihil habentes non continentur ap-
pellatione pauperum, sunt etiam cōsiderandæ vires facul-
tatum, & valetudo corporis, vt ibi latius per eum. & in d.
l.etiam.ponit, quid de mobilibus, maximè si exterus mo-
ratur in aliqua ciuitate, & in ea sibi domicilium colloca-
uit, vendendo, & emendo, an contribuat in apprecio. Et
quid si aliquis habet diuersa domicilia. Et quid in colono
qui colit agros ad partem fructuum. Et quid inuento-
re, an debeat appreciari lucrum, quod lucratur ex venatio
ne. Et quid in lusore. Et an si Rex, vel Baro habet aliqua
bona demanialia in territorio, an debeat cōtribuere in ap-
precio, de omnibus vide latè per Lucam de Penna in d.l.
fin.C.de quib.mune.nemi.liceat excusa.lib.10. Et ad illam
quæstionem, quando immunitas est concessa vni, an alij
cogantur soluere illud, ad quod tenebatur ille, cui fuit cō
cessa immunitas, vide Lucam de Penna in l.actores.C.de
exactio.trib.lib.10. ¶ Et ad illam quæstionem, ꝙ si plures
sunt fratres, quorum aliqui emerunt prædia, & se tantum
denunciari fecerunt in instrumento emptionis, & postea
prædia describi fecerunt in catastro eis, & fratribus com-
mune, & soluerunt tributa, an sint communia, vide Ludo.
Ro.consil.275.in fi.& cons.291.& Pet.de Vbal. in tract.de
duob.fra.in 3.parte princip.ibi, cum isti fratres &c.

ADDITIO noua. Quid autem si aliquis vult ha-
bere fundum pro derelicto, an teneatur soluere onera rea
lia, & poni in apprecio, vide Bal.in l.& si forte.§.ait Labeo.
in prima lectu.ff.si ser.vend.vbi tenet, ꝙ non tenetur. Et est
aduertendum, quòd tempore Regis Alphonsi Primi in Ci
uitate Neapolis fuit factum parlamētum generale in mo-
nasterio Sancti Laurentij sub anno 1442. de mense Mar-
tij 6.Indi.& in eo fuit conclusum, ꝙ cessent in regno col-
lectæ pro iuribus fiscalibus, & soluatur ducatus vnus pro
foculari Regiæ Curiæ, & thumulum vnum salis pro tare-
nis duobus, vt dicit Matth.de Affl.ct.in constit.regni, cum
114 concessiones.col.2.in fine.num.3. † An collecta impona-
tur vniuersitati per solidum & libram, idest pro facultate
patrimonii cuiuslibet, an per capita personarum, vel per
focularia, seu fumantia, vide Barto.in repet.l.placet. col.6.
C.de sacrosanct.eccles. Bart.& Alexā.in l.si se non obtulit.
D.Io.Ant.de Nigris.

in princ.col.4.ff.de re iudic.cum concord.ibi, & vide Luc.
de Pen.in l.fi.C.de quib.mune.vel præsta.lib.10.col.6.ver.
ex præmissis, vbi facit mentionem de isto cap.nostro, & vi
de Matth.de Afflict.in consti.dubitationem, in 5.notab. Et
vide Vincen.Hercul.in d.l.si se non obtulit. in prin.col.6.
cum seq.num.25.ff.de re iudic.vbi in effectu concludit, ꝙ
debet inspici causa, pro qua imponitur collecta. Si enim
vniuersitas vult soluere mutuum per eam acceptum, vel
pro aliqua emptione, ex quo respicit onus vniuersitatis,
imponitur collecta per solidum & libram, idest pro viri-
bus patrimonij. Si verò imponit collecta pro aliquo one-
re personali, puta quia debent ire ad exercitum, & est facta
compositio in pecunia, tunc imponitur per capita. Si ve-
rò onus propter quod imponitur collecta debeat explica-
ri, & supportari per fumantia, siue focularia, & tunc colle
cta imponitur per focularia. Si verò est dubium, & non li
quet, an collecta respiciat patrimonium, vel personas, vel
focularia, in dubio imponitur pro viribus patrimonij, vt
latius per Hercul. & alios vbi supra, & num.32.cum seq.
115 † Et an salaria, quæ debentur officialibus, debeant imponi
per capita subditorum non habito respectu ad patrimo-
nium, vide Lucam de Penna in d.l.fin. C.de quib.mu. vel
præst.col.4. cum sequen.lib.10. & Alexan.consil.68.& vi-
so.col.2 secundo volu.vbi dicit, quòd debent imponi per
capita. Et ibi etiam ponit, quid de oneribus, quæ imponun
tur pro munitione, & fortificatione terræ, ac refectione
viarum, & pontium, seu fluminum, an debeant imponi
per capita, an pro quantitate patrimonij, & dicit, ꝙ pro
quantitate patrimonij, vt ibi per eum. Ad prædicta etiam
vide Vinc.Hercu.in d.l.si se non obtulit.num.33.in fi.cum
seq. Et quæ bona debeant in ęxtimatione facultatum com
putari ad finem imponendi collectam, vide Bart.in l.pri-
uatæ. C.de excus.mune.lib.10.& Alex.in d.l.si se non ob-
116 tulit.in princ.col.5.in princ. † Similiter etiam habens im-
munitatem a dacijs, & collectis, & aliis grauaminibus si
describitur in libro debentium soluere collectas, & alia
grauamina, debet statim, quòd habuit notitiam, infra de-
cem dies appellare, aliàs sibi præiudicat, & non poterit
gaudere immunitate, vt dicit Angel. in l.1. §. siquis tutor.
ff.quando appell.sit.& Lud.Gozad.consil.16.in hac causa.
117 in fi. † Et circa illud, quod supra dictum est, quòd debet
inspici causa, pro qua collecta imponitur, vt per Barto.&
alios in d.l.si se non obtulit.in princ. Adde, quòd in regno
pro debito pecuniario imponitur collecta pro modo fa-
cultatum, vt dicit Matth de Afflict.in constit.regni dubita-
tionem, colum.2.versi.in regno, vbi tenet, quòd secundùm
facultates imponi debet, licet, vt supra dictum est, inspici
debet causa de iure communi, ob quam collecta imponi-
118 tur. ¶ † Et quando collecta imponitur pro delicto vniuer-
sitatis, an imponatur secundùm familiares patrimonij, an
per capita, vide Bart.in l.nequid.ff.de incend.rui.naufr. Fe
ly.in c.grauem.de sent.excom. & Vincen.Hercul. in d.l.si
se non obtulit.in prin.num.42.cum concord.in d locis, &
communiter concluditur, ꝙ regulariter, quādo imponitur
pro pœna pecuniaria, imponitur per ęs & librā, idest pro
modo facultatum. Et de materia collectarum quomodo
& quando imponi debent, semper recurre ad doct.in d.l.
si se non obtulit.in prin.& ibi plenè per Hercul. & in l.pla-
119 cet.per doct.C.de sacrosan.eccle. ¶ † An autem vniuersitas
possit mutare apprecium, & viuere per gabellas, vide, quæ
120 dixi supra c.167.in calendis. ¶ † Adde etiam ad materiam,
ꝙ si aliquis non posuit bona sua in ęxtimo, seu apprecio,
quo casu bona confiscantur, vt dicitur in isto capi.nostro,
& in Regia Prag.Regis Ferdinandi, quæ incipit, Ferdinan-
dus &c. Magnificò viro Rentio. Quòd fiscus propter bo-
na non posita in apprecio vltra quinquennium non potest
mouere controuersiam, vt tenet Bald.in l.2.C.de vectiga.
& commi.& in rubrica.ff.do rerum diui.& Bart.in l.com-
missa.ff.de publi.& Seb.hic.cum concordant. Et hoc casu
quando res incidit in commissum, si res periit, debitor nō
tenetur de casu fortuito, nec de culpa, vt per Bald.in d.l.2.

131 ¶ † Sed quæro, dictum est proximè, quòd bona, quæ non ponnntur in appretio, applicantur fisco, glo. in l. forma. ff. de censibus. & in l. 4. §. 1. ff. de publi. & vectig. & supra dictum est. An talia bona ipso iure sint confiscata, an verò requiratur sententia, dic quòd non confiscantur ipso iure, vt in dicta pragm. & Bald. in l. 1. C. vbi cau. fisca.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia an dicantur priuatæ leges. 8.*
2 *Priuilegia dolosè facta & similia an prosint, ibid. 15.*
Oblati & confratres retinentes bona, vel vsufructum, & vxores, & habitum non portantes an gaudeant priuilegio & immunitate. 16. 21.
3 *Oblati & confratres retinentes bona & vxores an in ciuilibus & criminalibus possint coram seculari conueniri. 17. 18.*
4 *Oblati verè & legitimè non retinentes bona & portantes habitum an gaudeant priuilegio.*
5 *Oblati an gaudeant priuilegio respectu bonorum feudaliũ & censualium, quæ tenent ab aliis in præiudicium directorum dominorum.*
6 *Oblati an teneantur reseruare legitimam parentibus, filiis, vel nepotibus.*
7 *Priuilegium an debeat in alterius iniuriam concedi.*
8 *Milites tertii ordinis Sancti Francisci an gaudeant priuilegio.*
9 *Priuilegium & indulgentia an dicatur continere aliquid speciale.*
10 *Priuilegium continens idem, quod ius, an dicatur priuilegium, an ius commune.*
11 *Frustra precibus impetratur, quod a lege concessum est.*
12 *Priuilegium an præsumatur, nisi probetur.*
13 *Priuilegium concessum in terminis iuris communis an intelligatur secundum ius commune, & extendatur.*
14 *Imperator est lex animata in terris.*
15 *Priuilegia dolosè, & fallaciter impetrata an opitulentur.*
18 *Religionis approbatæ substantialia quæ sint.*
19 *Vxorem habentes an dicantur integram sui corporis potestatem habere.*
Cythara non bene concordat cum psalterio, ibid.
20 *Oblati in fraudem onerum assumentes habitum quid polliceri debeat.*
21 *Oblati incedentes non mutato habitu an possint per secularem capi.*
22 *Bannitus & condemnatus si postea se obtulit, an gaudeat priuilegio.*
23 *Testator si dedicauit se alicui ecclesiæ, & ei aliquid legauit, si postea se dedicauit alteri ecclesiæ non facta mentione de legato, an debeatur.*
24 *Oblatio facta per virum & vxorem reseruata dominii potestate & vsufructu an valeat.*
25 *Oblatio an dissoluat matrimonium postea contractum.*
26 *Motus an possit offerre se & bona sua.*
Pupillus an possit offerre se & sua bona, ibid.
27 *Offerens se reseruato fundo an valeat.*

INCIPIVNT CAPITVLA DOMINI REGIS ROBERTI Hyerusalem & Siciliæ Regis.

ET DE ISTO REGE ROBERTO multa dixi in præludiis huius operis, vbi vide, & fuit Rex prudens & iustus & magni consilij, de quo vide Lucam de Pen. in rub. C. de auro coro. col. 2. lib. 10. Io. Ant. de Nigris.

DE OBLATIONIBVS, SCILICET de priuilegio clericorum quando ipso gaudere debeant, vel non. Rubrica.

ROBERTVS PRIMOGENITVS &c. Iustitiario Terræ Laboris tam præsenti, quàm futuro. CAP. CC.

1 PRIVILEGIA. † Quasi priuatæ legis indulta, siue illa scripti iuris sanctio specialis indulgeat, siue in terris lex animata concedat, ficta & simulata dolis non adiuuant, & figmentis excogitata fallacibus eorum patrociniis non defensant, vt quin potius per eorum abusionem illicitam concessi fauoris præsidium perditur, & immunitatis indultæ priuilegium aboletur. Sanè ad audientiam nostram cum querela perduxit famæ sonore prolo quium, & clamor validus plurimorum, quod quidam verbis solùm inhientes edicti, vnũ agentes & aliud simulantes, in fraudem ciuilium munerum, & in publici iuris tutelæ diffugium, hospitaliorum, & templariorum, ac aliorum religionum assumunt & portant habitum, retentis vxoribus, licet aliquid de bonis eorum conferãt, vel certam partem religionibus memoratis. Super quo cum tam causa vtilitatis publicæ, quàm priuatæ, interesse versetur, nostræ fuit prouisioois remedium imploratũ.
2 ¶ † Nos itaq; diligenti habito super his, perpensoq; consilio, aduertentes proinde, quod fratres huiusmodi, nisi religioni probatæ se omnino reddiderint, supra religiosum portantes habitum, a seculari euidentius distinguentem, bonorum suorum retẽtione non facta, seu partis, aut vsufructuum eorũ, vel si cum vxoribus suis in domibus propriis commorentur, non sunt communiter a laicorum eximẽdi legibus, sed iuris communis subiiciendi regulis & præceptis. Deuotioni vestræ præsentium auctoritate mandamus, quatenus vbi confratres, vel oblatos tales in nostra prouincia reperiri cõtingat, qui, vt prædicitur, non omnino & se totaliter cum monastico habitu diuinæ religioni reddiderint, de bonis aliquid retinẽtes in vsufructu vel proprietate, vel cum uxoribus propriis commorantes, cum sob nudæ appellationis uelamine & in fraudem accepisse munus huiusmodi oblationis rationabiliter iudicet, & cõtinet eos effectus, in collectis generali bus, subuẽtionibus, & muneribus cęteris, personalibus, & realibus, siue mixtis, quæ vniuersaliter imponuntur

ponuntur regni nostri fidelibus (personarum &
facultatum conditione pensata,) contribuere, re-
spondere, & obedire, & parere deuotè districtius,
quibus expediens fuerit, remediis compellatis.
3 †Cogentes ipsos eorum dominis satisfacere, re-
spondere, & obedire pariter de omnibus, in quibus
illis tam personaliter, quam realiter tenentur, &
debent, nec non in ciuilibus & criminalibus co-
ram competentibus iudicibus citati respondeant,
prout ad vniuscuiusque officium dignoscitur per-
4 tinere. ¶† Illos verò, quos oblatos legitimè vo-
bis esse constiterit, & per dedicationem personæ le
gitimam & expressam, nulla reseruatione bono-
rum, vel partis, aut vsufructus eorum facta, modo
debito religiosum portantes habitum, vel pro-
prias in domibus retinentes vxores, in prędictis &
circa prædicta non molestantes indebitè eos in exē
ptionis priuilegio ipsis indulto a sacris canonibus
5 conseruetis.† Dum tamen in bonis feudalibus, cen
sualibus, & cæteris, quæ ante oblationem vltimi ip
sa tenebant ab aliis patronis, seu dominis illęsum,
& illibatum, & in omnibus & per omnia conser-
6 uentur.† Aut nisi oblati prędicti iam parentes ha-
beant aut liberos, vel nepotes ex eis, quos exhęre
dare non licet, quibusque debetur iure naturæ legi
tima, quamquam aliàs vera & efficax procedat obla
tio, cum in bonis ipsam constituentibus legitimā
non subsistant, ab onere prædictorum munerum
propterea volumus quemlibet excusari. Dignum
etenim & rationabiliter censura diiudicat, vt veris
sincera concessa proficiant, & ficta fallacibus non
assistant. † Sicque priuilegium præstetur alteri, vt
in iuris iniuriam non transeat alieni. ¶ Vt autem
præsens ordinatio nostra, quam sub dissimulatione
transire nolumus, ad notitiam perueniat singulo-
rum illam vos statim per famosas terras & loca de-
cretę vobis prouinciæ, & vbicunque expedire vi-
deris, volumus facere diuulgari, & in deposi-
tione nostri officii dari volumus successoribus
in pendenti.

ADDITIO NOVA.

7 PRIVILEGIA. † Nota hic contra milites
gaudentes beneficio tertii ordinis Sancti Fran
cisci; quia non gaudent priuilegio nec in bonis
nec in persona, & meritò: quia istæ non sunt
personæ ecclesiasticæ secundùm Innoc. & Bart. qui ita no-
tat. in l. 1. ff. de pœnis, vnde Bald. in l. officiales. C. de epis. &
cler. dicit, quòd isti becchetti habent accidentia sine subie-
cto. Ideo nihil valet eis eorum habitus: quia est potius
quædam apparentia in habitu, quàm in existentia & reali-
tas in effectu, secundùm prædictos.
Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

PRIVILEGIA. Ibi (Robertus Primo-
genitus &c.) Hoc posuit propter litem,
quam habuit cum nepote, vt dixi supra in
8 præludiis. ¶ In tex. ibi (quasi priuatæ le-
gis &c.) Nota † ꝙ priuilegium dicitur pri-
uata lex, idem tenet Bald. in l. eam quam. colum. 7. versicu.
interrogatus fui. C. de fideiuss. & Bald. in l. quæ ex relatio-
nibus. C. de legi. & Alex. in l. beneficium. ff. de consti. princ.
9 Et dicit Hosti. in cap. 1. extra de rescri. † quòd priuilegium
& indulgentia dicuntur continere aliquid specialia, & se-
10 quitur Bal. in marga. in verbo priuilegium.† Aliàs si priui-
legium contineret ius non esset priuilegium, nisi concede-
retur inhabili secundùm Inno. in d. c. 1. de rescri. & Bal. in
marg. in verbo priuilegium versi. 1. & priuilegiū continens
ius commune dicitur ius cōe secundùm Bal. in l. 1. col. pe
11 nul. versic. vnde quæritur. C. de fur. † Hinc dicitur, quòd
frustra precibus impetratur, quod a lege concessum est l.
1. C. de thesau. libro 10. gl. in l. 1. ff. ad municip. & ibi docto.
12 † Et propterea etiam dicitur, quòd priuilegium non præsu
mitur, nisi probetur Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de
13 præsump. versic. nemo præsumitur. ¶† Et an priuilegium
concessum in terminis iuris communis intelligatur merè
secundùm ius commune, & an extendatur merè secundū
ius commune, vide Abb. in cap. 1. extra de rescri. & ibi per
14 alios.¶ In tex. ibi (siue in terris lex animata &c.) † Nota,
quòd Imperator, seu Rex dicitur lex animata in terris: vt
hic, & in auth. de consul. §. penul. in fin. & Specu. in titu. de
15 feriis. §. 1. in fin.¶ Ex principio huius cap.† nota, quòd pri-
uilegia dolose & fallaciter impetrata nō opitulantur: quia
dolus eius, in cuius fauorē prouisum est, facit cessare pro-
uisionem l. & primo. §. verba. & ibi Barto. ff. ad velle. ¶ In
16 tex. ibi (nos itaque &c.) † Nota, quod oblati, qui non por
tant habitum religionis, & retinent bona & vxores, nō gau
dent priuilegio religiosorum: quia ex toto se transferre de
bent & eorum bona in monasterium, aliàs remanent sub
iurisdictione ordinariorum, pro hoc bonus text. cum glo.
in ca. fin. extra de sepul. in 6. & in capi. priuilegia. extra de
priuile. Abb. in cap. cum & plantare, extra de priuileg. col.
fin. doct. vbi latè Marian. Socin. in cap. 2. extra de foro com
pet. & per istud capi. sopitur illa quæstio, quæ est inter do-
17 cto. † An tales gaudeant priuilegio religiosorum, de
18 qua latè per Maria. vbi supra, & pro isto capit. facit.† quia
cum tria sint substantialia cuiuslibet approbatæ religionis
s. castitas, paupertas, & obedientia, vt in ca. cum ad mona-
sterium. extra de statu regu. isti non seruant continentiam:
cum vxores habeant, nec paupertatem, cum proprium pos
sideant, nec etiam possunt omnimodam seruare obedien-
19 tiam † quia cum ipsi habeant vxores, non habent integrā
sui corporis potestatem ca. non debet. extra de consang. &
affini. & non bene concordat cythara cum psalterio, hoc
est vita actiua malè concordat cum contemplatiua, vt di-
cit text. in cap. diuersis. extra de cler. coniug. quare cum di-
cti oblati retinentes bona & vxores potius accedant ad sta
tum laicalem, quàm ad ecclesiasticum, debent censeri lai-
ci, vt tenet Bald. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. & Io. Cal-
de. consi. 4. an fratres de regula. & consi. 30. eod. titu. cum
20 concord. allegatis per Maria. Socin. vbi supra.† Vbi plus di
cit contra istos, qui in fraudem onerum & gabellarum ac
fori assumunt huiusmodi viuendi modum, & eis prodesse
non debet, & contra istos taliter in fraudem assumentes ha
bitum, vt sicut cordulam cingit in loco cinturæ, & ex parte
Iesu Christi, aut Beati Francisci pollicetur regnum Cęlo-
rum istis talibus, qui per fraudem talem regulam ingrediū
tur deberet cordulam cingere in gutture, & ex parte satha
nę furcas polliceri, vt latius per Maria. in d. c. 2. colum. 3. in
noua declaratione, extra de foro compe. cum ibi allegatis.
21 Et vide decisi. cap. Tholo. quæstione 8. vbi ponit,† quòd lai
cus, qui obtulit se & bona monasterio, non mutato habi-
tu, si capiatur per Potestatem secularem, non potest pete-
re, vt remittatur ad ecclesiasticum, & istam opi quòd obla
ti retinentes bona & vxores, seu vsufructum bonorum nō
gaudent priuilegio tenet Matth. de Affli. in consti. regni sta
tuimus. la 2. colum. 6. in quarta quæstione in fin. si tamen
talis oblatus portaret habitum religiosi & staret in mona-
sterio, licet reseruasset sibi aliquid gauderet priuilegio: q̄a
non esset in fraudem, & ita procedat opi. contraria, de quo
per Maria. vbi supra, & quæ dicit Cardi. in clemen. 2. in 12.
quæstio. de præbend. & ita vidi de consuetudine seruari.
22 † Ad materiam huius c. vide questionem quam ponit Fed.
de Senis

de Senis consi.235. incipiente, factum tale est, quidam ex
bannitus, & ibi ponit de quodam exbannito & condemna
to, qui postea fuit effectus oblatus, an debeat remitti ad ec
clesiasticum. Aliam quæstionem ad istam materiam ponit
23 Bald. in l. si filia in fin. ff. famil. ercis. † de eo qui fecit testa-
mentum, & dedicauit se alicui ecclesiæ, & in retributio-
nem peccatorum legauit illi ecclesiæ decem, si postea se
alii ecclesiæ dedicauit non facta mentione de dictis decẽ,
24 an debeantur, vide ibi. ADDITIO noua. † Nunquid
autem oblatio facta reseruato dominio & vsufructu ali-
quorum bonorum valeat Soci. in consi. 61. in præsenti con
sultatione. colum. 4. versi. circa quartam. primo vol. ponit
de oblatione facta per virum & vxorem reseruata proprie
tate & vsufructu, & dicit, quod si est facta oblatio alicui religio
ni approbatæ profitendo tria substantialia regulæ. s. obe-
dientiam, castitatem, & paupertatem, vt in clem. exiui. de
verbo. signi. & tunc debet offerre personam & bona: quia
bona retinere non posset, cum sint acquisita monasterio,
authentica ingressi. C. de sacrosan. eccle. c. 2. de statu mo-
na. si verò oblatio fit alicui ecclesiæ, & pio loco, nõ vt pro-
fiteatur tria substantialia regulæ, sed vt assumat quendam
specialem modum viuendi, & tunc potest fieri cum reser-
uatione bonorum, glo. in clem. 1. de relig domi. Host. Io.
And. & doct. in c. non dubium. de sen. excom. Bart. Bald. &
Pau. de Castr. in d. auth. ingressi. Abb. in c. in præsentia. in fi
25 ne. de proba. & Soci. vbi supra. † Et talis oblatio non dissol-
uit matrimonium postea cõtractum, cum non fuerit emis
sum votum solemniter offerendo se religioni approbatæ,
26 vt ibi per eum. † & ibidem dicit Socin. Quòd mutus se &
sua bona offerre non potest sine auctoritate curatoris, vt
vt ibi colum. 6. versic. circa septimam, sicut nec pupillus
sine auctoritate parentum, vel tutoris, vt in c. 2. de regula.
& Soci. vbi supra. Et ita debet intelligi illud, quod dicit Ia-
27 co. de Are. in l. cætera. §. 1. ff. de leg. 1. vbi dicit † quod si aliquis
dedicat se hoc pacto, vt retineat sibi fundum, valet ingres-
sus, & retentio fundi non valet, vt ibi per eum: quia intelli-
gitur, quando ingreditur religionem approbatam, & profi
tetur illa tria substantialia regulæ, vt dictum est.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Exceptione excommunicationis opposita contra accusatorem in iudicio criminali, vel violentæ possessionis, an iudex eadem instantia possit ex officio procedere, et causam expedire.* 8.

2 *Iustitiæ actus an sit indebitè tollendus, vel cauillosis an fractibus differendus.*

3 *Exceptionem excommunicationis opponens an debeat iurare, quòd non calumniosè, vel animo differendi proponat.* 9.

4 *Excommunicationis exceptio infra quantum tempus debeat probari.*

5 *Excommunicationis exceptionem opponens in iudicio possessorio si non probauerit eam, an priuetur possessione.* 10.

6 *Mendax propter mendacium an priuetur possessione.*

7 *Prouincia principatus citra, & vltra, intelligitur citra serras Montorii.*

10 *Negans se possidere si conuincitur de mendatio, an priuetur possessione.*

11 *Fideiussor negans se fideiussorem an perdat beneficium epistolæ diui Adriani, & auth præsente.*

12 *Debitor, qui negat scripturam sua manu conuictus de mendacio an amittat beneficium exceptionis non numeratæ pecuniæ.*

13 *Socius negans se socium an perdat beneficium, ne exigatur vltra, quàm facere potest.*

14 *Maritus negando matrimonium an perdat beneficium, ne conueniatur vltra, quàm facere potest.*

15 *Hæres negans rem legatam esse hæreditariam conuictus de mendacio an amittat falcidiam.*

16 *Filius negans se filium an amittat beneficium tituli, quod cum eo &c.*

17 *Vasallus negans se vasallum si conuincitur de mendacio aa amittat feudum.*

18 *Libertus negans se libertum conuictus de mendacio an amittat ius aureorum anulorum.*

19 *Hypothecarius conuentus si negat rem fuisse in bonis debitoris conuictus de mendacio an priuetur de possessione.*

20 *Fideicommissum negans si conuincitur, an possit dicere fuisse factum in minus solemni voluntate.*

21 *Mendax in actionibus, quæ crescunt per inficiationem, an puniatur.*

22 *Negans si ante litem contestatam pœnitet, & confitetur, an puniatur de mendacio.*

23 *Negans narrata prout narrantur, an puniatur tanquam negans.*

24 *Negans sine dolo vel fraude an puniatur.*

25 *Negans quando petitur puniri de mendacio, an debeat expressè dici in libello, quòd dolosè negauit.*

26 *Negans super inepto libello an puniatur.*

27 *Negans super libello, in quo sunt falsi fines, an puniatur.*

28 *Negans scienter possidere an priuetur possessione.*

29 *Negans per contumaciam se possidere an puniatur.*

30 *Negans possidere partem rei an puniatur.*

31 *Negans dolosè an puniatur.*

32 *Libellus nouus an requiratur quando petitur, vt negans puniatur.*

33 *Negans proprio nomine possidere, sed confitẽs alieno nomine, si conuincitur de mendacio, an puniatur.*

34 *Procurator negans possidere an noceat domino.*

35 *Negans possidere an noceat tertio.*

DE EXCEPTIONE EXCOMMVNIcationis criminaliter accusati, vel restitutionem violentis possessionis petentis. Rubrica.

ROBERTVS ETC. IVSTITIARIO principatus citra serras Montorii gratiam suam & bonam voluntatem. CAP. CCI.

PRO bono statu Regni Siciliæ, ad quem intentio nostra dirigitur, vt dilationum perpendia in terminandis litibus & corrigendis excessibus præcidantur, constitutiones nuper edidimus, quarum series præsentibus adnectuntur. Tenor primæ constitutionis. ¶ Sicut materiam criminum libenter elidimus, sic impedimenta iudicialis examinis, quod pro puniendis eisdem, decretum prouidæ sanctionis induxit, oportunis remediis ener-
1 uamus. † Huius constitutionis edicto præscribi-
mus, si quando criminaliter de commisso coram
quocunque iudice agatur, vel violentæ possessio-
nis restitutio postulatur, & in quauis parte iudicii
princi-

principalis, vel appellationis causæ, semel, vel pluries accusanti, vel spoliato, exceptio excommunicationis opponitur, super iam propositis, aut proponendis de nouo, dependentibus, siue connexis, iudex, apud quem res proponitur, & causa tractatur, instantia iudicii non dilatata ad inuestigationem criminis & spoliationis indaginem cæptum continuando iudicium, ex officio suo procedat, vno causam, litemque mouente, prosequatur alius, sicut plerunque probat iuris articulus a rationis tramite non diuersus, & sic ipsius iudicis solertia, debita informatione & probatione accepta, causam, litemque finiat, ac si nunquam accusatoris, vel proponentis instantia in iudicio & præsentialiter institisset, plectens reum pœna, quam culpa meruit, & violentum in possessionis restitutione condemnans, sicut rationis causa deposcit. Cuius constitutionis substantiam & effectum, & in pendentibus causis, siue negociis vim volumus obtinere. Te-
2 nor secundæ constitutionis. ¶ † Iudiciorum vigor actus iustitię auctoritate publica constitutus in medio, nec est tollendus indebitè, nec cauillosis anfractibus differendus iniustè. Vt igitur spoliationis causam fauendo præcipuè ipsorum tollatur occasio, & materia præcidatur, præsenti constitutione
3 sancimus. † Vt super possessionis spoliatione conuentus, excommunicationis exceptionem obiiciens spoliato, iuret in præsentia iudicis, coram quo agitur, sacramento corporaliter præstito, ꝙ exceptionem ipsam non causa calumniæ obiiciat,
4 vel animo differendi iudicium. † Deinde infra competentem terminum sibi datum per iudicem, prout rationabiliter qualitas dilationis exposcit, probet ipse conuentus spoliatum actorem senten-
5 tiæ excommunicationis astrictum. † Et si quidem in eius probatione defecerit, de qua spoliato facta proponitur possessione priuetur, quam statim ipso facto, sine petitoris instantia, nec alterius probationis indagine, per suum officium transferat in
6 petentem. † Vt sicut aliàs mendax ex suo mendacio in possessionis translatione pœna constringitur, sic fauorabilem restitutionis causam, quam spoliatis specialibus priuilegiis iura sancierunt, & per interiectas moras iudicii malitiosè & astutè deferens censura, vt in pari puniatur, quæstione proprietatis, vel iuris alterius, quod idem spolians in re ipsa, cuius spoliatio facta proponitur fortasse prætenderet, sibi secundùm iuris terminos reseruata. Cuius constitutionis mentem & verba non solùm in futuris negociis, sed in pendentibus vim decernimus obtinere. Volumus igitur, & fidelitati tuæ iubemus, quatenus constitutiones ipsas quantum ad te pertinet in iudicio obseruetis tenaciter, ex more ipsas publicè & per competentia facias officia diuulgari. Constitutionum ipsarum seriem dimittas alterutri in pendenti. Data Neapoli per dominum Bartholomęum de Capua militem logotetham & prothonotarium Regni Siciliæ Anno Domini M. CCC. Tertiodecimo, dic Octauo Octobris 12. Indictionis, regnorum nostrorum anno quinto.

ADDITIO.

PRO Bono statu. In suprascriptione ibi (iustitiario principatus citra serras Montorii &c.) † Nota illud, quod tota die dicitur
7 de prouincia Principatus citra & vltra; quia intelligitur de principatu citra serras Montorii, vt hic. ¶ In text. ibi (ex officio suo procedat &c.)
8 † Nota, ꝙ si in iudicio criminali opponitur exceptio excommunicationis contra accusatorem, potest iudex ex officio cæptum iudicium prosequi. ¶ In text. ibi (iuret &c.)
9 † Nota, quod opponens exceptionem excommunicationis debet iurare, quòd non calumniæ causa talem exceptionem opponit, nec animo differendi iudicium. ¶ In text.
10 ibi (possesione priuetur &c.) Nota, ꝙ opponens exceptionem excommunicationis, si deficit in probatione, priuatur posses sione rei, de qua litigatur, sicut aliàs mendax propter suum mendacium priuatur possessione vt hic, & l. fin. ff. de rei vendica. vbi conuentus actione reali si negat se posside re, perdit beneficium possessionis.

ADDITIO noua. Quod intelligit Barto. in d. l. fin., colum. 2 in fi. in prima lectu. quòd non sufficit solum mendacium, vt priuetur possessione, sed requiritur, ꝙ actor sit grauatus onere probandi. Et sic ex isto text. & ex. d. l. fin. ff. de rei vendi. habes, † ꝙ negans si conuincitur de menda-
11 cio in odium negantis amittit possessionem. † Similiter etiam fideiussor negans se fideiussorem, perdit beneficium epistolæ diui Adriani, & sic beneficium diuisionis l. si dubitetur. §. si ita demum. & ibi Barto. ff. de fideiuss. Item perdit beneficium excussionis, & cedendarum actionum, & sic amittit beneficium auth. præsente. C. de fideiuss. vt tenet Bald. in auth. contra qui propriam, colum. 3. C. de non nu-
12 mera. pecu. & ibi est tex. † quod debitor, qui negat scripturam manu sua, conuictus de mendacio perdit beneficium
13 exceptionis non numeratæ pecunię. † Similiter negans se socium perdit beneficium legis, ne exigatur vltra, quam facere potest, iuxta l. sunt qui. ff. de re iudi. pro hoc est tex. in l. si vnus. §. fin. ff. pro socio, & in l. sed hoc ita. in fin. ff. de re
14 iudi. † Similiter maritus, qui habet beneficium, ne exigatur vltra, quàm facere possit, negãdo matrimonium, perdit tale beneficium, vt tenet Barto. in l. etiam. §. 1. circa fin. ff. so-
15 lu. matri. ¶ † Similiter etiam hæres, qui negat rem legatam esse hæreditariam, si conuincatur de mendacio, perdit beneficium, ne possit detrahere falcidiam in illo legato l.
16 hæreditatum. §. 1. ff. ad leg. falc. & ibi D. Alex. ¶ † Similiter filius, qui habet beneficium tituli, quod cum eo, vt non teneatur post emancipationem de contractu celebrato cum eo, dum esset in potestate, si neget se filium, perdit illud be-
17 neficium l. si ex parte. §. interdum. ff. quod cum eo. † Similiter vasallus, qui negat se vasallum, si conuincatur de mendacio, perdit feudum ca. 1. §. vasallus. si de feu. fue. cõtrouer. inter domi. & agna. el 1. Et vide Par. in trac. feu. ca.
18 pono quæstionem. car. 35. colum. 1. cum sequen. ¶ † Similiter libertus, qui impetrauit ius aureorum anulorum, & sic ingenuitatis, si negauerit se libertum, & conuincatur, perdit ius aureorum anulorum l. 1. & 2. ff. de iure anulo. aureo. & ad prædicta omnia vide Ias. in l. quod te, colum. 1.
19 ff. si cert. peta. ¶ † Similiter etiam si conuentus hypotecaria negat rem in bonis debitoris fuisse hypotecatam, si cõuictus de mendacio vult dicere, ꝙ possidet ex aliqua hypotecã, vel alia causa, priuatur possessione, aũt. Itẽ possessor.
20 & ibi docto. C. qui potio. in pig. hab. † Similiter etiã negans fideicommissum si postea conuincitur, non potest dicere fuisse in minus solemni voluntate factum l. fin. & ibi doct.
21 C. de fidecommis. † Similiter etiam in omnibus actionibus, quæ per inficiationem crescunt, mendax punitur, de qubius in l. ea quæ. C. de condi. inde. & in l. contra negantem. C. ad l. aquil. & plenius per Bar. in l. 1. versi. circa secũdam. colum. 7. C. de fur. & per Alex. in d. l. hæreditatum. §. fin. ff. ad leg. falc. & Alexan. in l. etiam. §. fin. colum. penul. ff.
22 sol. matri. cum concordan. in dictis locis. ¶ † Limita primò prædicta non procedere, quando negans ante litẽ contestatam

testatam pœniteret & confiteretur: quia tunc non puniretur.l.electio.§.neque.& ibi Bal.hoc no.ff.de noxa.Ang.in l. sed hoc ita.ff.de re iudi.Rav.Ang.Imo.& Pau. de Cast.in l. sed si dubitetur.in prin.& in §.1.ff.de fideiuss.Bal.in l.de ętate.§.fi.ff.de interrog.actio.Alex. in l.nō tantū.§. quod autē. col.1.ff.de re iudi.Alex.in d.l.hæreditatū. §.fi.ff.ad leg. falc. cum concor.in d.locis.& Lud.Rom.consi.70.visis.Ratio: quia potest reuocare negationem, antequam sit cōuictus ad euitandum pœnam negationis,vt dicit Bald.in l.si ff.de rei vendi.& Vicen.Hercul.in l.sicut autem.§.quod autem, col.fi.ff.de re iudi. ¶ Intellige tamen prædictam limitationem ita demū procedere, si aduersarius voluerit acceptare talem confessionem, sed si nollet vti confessione eius, sed vellet probare per testes,falsam fuisse negationem primò factam non iuuabit eum confessio postea facta, vt voluit Bar.in l.eum qui.in prin.ff. de iureiur. de quo latius vide per Alex.in d.l.etiam.§.fi.col.penul.ff.sol. matri.cum ibi allegatis.Et Alex.in l.sed hoc ita.quam legit cum l.non tantum.§.quod autem.col.1.ff. de re iudi.& ibi etiam vide Hercul.& idem Hercu.in l.sicut autem.§.quod autem.col. fi.ff.de re iudi.

23 ¶ † Limita 2.prædicta non procedere, quando negans non simpliciter & specialiter negasset.Sed si dixisset generaliter,nego narrata, prout narrantur, & petita prout petuntur: quia hoc casu talis negatio non refertur ad ea, quæ ipsi neganti sunt fauorabilia, ita tenet Bar.in d. l.sed si dubitetur.§.ita demum.ff.de fideiuss.cum quo transit ibi Imo.dicens, ꝙ de hoc dicto poteris lucrari vnum bonum mantellum, & tenet Pau. de Cast. & Imo. in licet hoc ita.ff.de re iud.& Saly.in l.cum precum.C.de lib.cau. & Alex.in d.l.etiam.§.fi.col.pen.ff.solu.matri.& Alex.in d.l. non tantum.§.quod autem,col.1.ff.de re iud.& ibi Hercu. qui videtur distinguere, vt ibi per eum. & Iacobi. in trac. feu.in verbo, dictique vasalli promiserunt non committere felloniam, col. 10. & vide, quæ dicit Ias.in §.omnium. col.19.in prin.Insti.de actio.

24 ¶ † Limita 3. prædicta procedere,quando per dolum, vel fraudem, seu latam culpā negaret,aliàs si non dolosè negaret,non haberet locum pœna negantis, & ita limitantur omnes leges punientes negantes:vt dicit Bal.in c 1.§.vasallus.el 1.per illum tex.si de feu.fue.contro.inter domi.& agna.glo.& Ang. in d.l.fin.ff. de rei vendi.Alex.in d.l. etiam.§.fi.col. fi.solu. matri. & Iacobi. in d. trac. feu. in verbo dictique vasalli promiserunt non committere felloniam. col. 10. cum concor. & Alex. consi.35.in causa & lite.5.volu. vbi etiam dicit procedere, quando ex certa scientia negaret, secus si per errorem, vel alia iusta causa.& vide Alex.& Hercul. in d.l.non tantum. §. quod autem. ff. de re iudi.

25 ¶ † Limita quartò prædicta procedere, quando petens negantem puniri in libello expresse dicit,ꝙ dolosè negauit,vel ex certa scientia, vel lata culpa,aliàs si in libello non sit mentio de dolo,actor succumberet,ita dicit Alex.consi.35.in causa & lite.5.vol.col. fi.& Lud.Ro.consi.70.visis themate.

26 ¶ † Limita quintò prædicta non procedere, qn̄ negotio esset facta super inepto libello; quia negans non puniretur: quia libellus debet esse aptè conceptus,ita tenet Bal. in l.edita.in repe. Padua.col. pen.C.de eden.& Alex.in d.l.etiam.§.fi. in fi.ff.solu.matri. & Alex.in d.l.non tantum.§.quod autem. ff. de re iudi.col. 1.ver.3.limita.& Firma.in suo reperto. in verbo negans,colum.3.versi.18.& incipit,negans possessionem,& Alex. in addi.ad Bar.in d.l.fi.ff.de rei vendi.cum concord.in dictis locis.

27 ¶ † Limita 6.prædicta non procedere,quando actor in libello posuisse t aliquem confinem falsum & non verū: quia tunc negans rem illam possidere nō punitur propter negationem: quia poterat putare, ꝙ erat alia res, quæ petebatur & non illa,ita tenet Alex.in d. consti.35.5.volu.

28 ADDITIO noua. ¶ † Limita septimò prędicta procedere, quando negans sciebat se dossidere, aliàs secus, Bar.in d.l.fi.colum. fi ff. de rei vendi.in 1.lectu. & Spec.in tit.de actore.§. item eliditur.& Firma. in suo reper. in verbo negans,col.3.versi.negans se possidere, & quæ infra dicam.

29 ¶ † Limita octauò non procedere, quando per contumaciam negaret,puta quia citatus ad respondendum de possessione non comparuit:quia tunc per talem fictam negationem non incurret in illam pœnam.Ang.in l.si vacantia,in 4.oppo.C.de bon.vacan.lib. 10.& Firma.vbi supra.

30 ¶ † Limita nonò prædicta non procedere, quando negasset possidere partem rei:quia tunc non puniretur,nec priuaretur possessione,vt tenet Alex.in addi.ad Bart.in d.l.fi. ff.de rei vendi.& Firma.vbi supra.

31 ¶ † Limita decimò prædicta procedere,quando dolosè negasset, secus si non dolosè.sed per errorem:quia tunc non incidit in pœnam, ad hoc bonus tex.in c.vasallus si feudum. in tit.si de feu. fuerit contro.ibi,ex certa scientia fuerit inficiatus,& ibi Bald. qui dicit per illum tex glossari omnia iura,quæ loquuntur de negante: quia intelligi debent de negante per dolum, vel latam culpam,& glo.in d.l.fin.de rei vendi.Spe.in titu. depositionibus.§.octauo loco,versi.sed secundùm præmissa quæritur,ante finem Vincen.Hercul.in d.§.quod autem colum.fi. in princ.ff.de re iudi. cum concor. & supra dixi.

32 ¶ † An autem in hoc casu,quando petitur,vt reus,qui negauit,puniatur,requiratur nouus libellus & litis contestatio,vide Lud.Rom.consi.70.col.pen.ver.3.princ.vbi tenet, ꝙ non requiritur nouus libellus.

33 ¶ † Nunquid autem negans se proprio nomine possidere,sed confitens,ꝙ alieno nomine possidebat,puniatur,si conuincitur de mendacio, ꝙ suo proprio nomine possidebat,vide Ludo.Roma.in d. consilio 70.colum.penul.cum ibi allegatis.

ADDITIO noua. Vbi tenet, ꝙ punitur: quia priuatur possessione,vt ibi.Nisi ignoranter negasset,vel incontinenti illam negationem reuocasset,vt ibi per eum col.2. & pen.in fi.versi.ex quibus,& idem tenet Bal.in l.fi.ff.de rei vendi.Vnde si re vera alieno nomine possideret: quia non esset in mendacio,non puniretur per prædicta.

34 ¶ † Quid autem si procurator negauit dominum possidere mendaciter,an dominus priuetur possessione,iuxta d.l.fi.ff.de rei vendi. Breuiter dic ꝙ non. Nisi dominus sciens fuerit,& mandauerit hoc procuratori, vel ratum habuerit, per ea quæ dicit Ange.in auth.de tri.& semi.§.si autem.Et confirmatur:quia talis negatio debet esse dolosè facta, vt pœna locum habent, vt supra dixi, sed dolus procuratoris non nocet domino,nisi habeat speciale mandatum, vel ratihabitione sequuta,vt dicit Abb.in c.1. col. 6. nu.27. versi.ad secundum.extra vt lite non conte.Immo negatio procuratoris non esset vera negatio principalis, vnde per talē non veram sed fictam negationem non incurrit illam pœnam vt dicit Ang.in l.si vacantia.in 4.oppo.C.de bo. vacan.lib. 10.& ita habui in facto & obtinui, & sit cautus principali,vt cum notitiam habuerit de negatione procuratoris illam reuocet,ne dicatur ratificasse.

35 † Similiter etiam negatio vnius non debet nocere alteri: quia nemo debet alterius odio prægrauari cap. non decet.de regu.iur.in 6.l.factum.ff.de regu.iur.& pœna suos debet tenere auctores l. sancimus.C.de pœnis.De materia autem exceptionis excōmunicationis vide sup.c.item statuimus.nu.102.& sup.c.si quis in excōmunicatione,nu. 163. & quæ in d.locis dixi.

Io.Anto.de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

Electio

9 *Electio iudicum annalium an spectet ad vniuersitatem.*
10 *Grauamina subditorum an rex abhorreat.*
11 *Gratia an intelligatur concessa sine præiudicio tertii.*
12 *Carolus Tertius Dux Calabriæ fuit filius Regis Roberti & Vicarius Regni.*
14 *Acta facta coram seruo, qui communi opinione reputabatur liber & prætor, an valeant.*
15 *Instrumenta facta a notario putatiuo an valeant.*

DE NON CREANDIS IVDICIBVS IN perpetuum. Rubrica.

ROBERTVS. CAP. CCII.

1 IMPORTVNA. † Petentis instantia fatigat animum audientis interdum, vel audit. Sed malè, vel credit, illumque sic tedio afficit, uel distrahit pariter, ꝙ a tramite claræ rationis auertit, quo sæpe contingit, vt quòd recta ratio certo tramite denegat, petentis improbitas per stimulum præsumptio
2 nis euellat. † Sane crebris & inquietis instantiis nostrorum fidelium fatigati, certis personis nostri regni Siciliæ ad ciuiles causus, seu cõtractus aliquos celebrandos in terris eorum in perpetuum concessimus iudicatus officium, non nullis ex ipsis ad beneplacitum, & aliquibus ad vitam eorum. Nec non & aliquibus ad certi temporis spatium præfinitum. Super quo earundem terrarum & ciuium in auditorio nostro petitio proposita murmurat, quòd ipsa nostra concessio ipsis non modicè præiu
3 dicialis existit. † Dum vniuersitatibus terrarum ipsarum ius eligendi annales iudices tollitur, & ad iudicãdum continue eisdem perpetuus iudex datur. Supplicato itaque super his per nostræ potestatis præsidium prouideri. Nos abhorrentes intrinsicè fidelium nostrorum grauamina, & prouiso detestan
4 te ingenio. † Vni non conferre gratiam in onus &
5 dispendium plurimorum. † Concessiones easdem de perpetuo iudicatus officio per nos factas, siue per Carolum Primogenitum nostrum Ducem Calabriæ, ipsius regni nostri Siciliæ Vicarium Generalem imperpetuum, vel ad beneplacitum, vel ad tẽpus, reuocamus, eneruamus, & ad nihilum redigimus. Eligendi iure vniuersitatibus ipsis eosdem annales iudices sicut eisdem competit remanente.
6 † Contractus autẽ omnes & quęlibet scriptura legitima facta per dictos iudices prædicto tempore propter vtilitatem contrahentium quatenus sunt acta legitimè, habere decernimus stabilem firmitatem. Quocirca iubemus expresse, vt constitutionem ipsam diuulgari per totam vobis decretam prouinciam faciatis danti alterutrum has nostras literas in pendenti. Data &c.

ADDITIO.

7 IMPORTVNA. † Nota ex principio huius c. quòd propter importunitatem multa conceduntur a principe quæ concedenda non essent, dicit namque Imperator. Sæpe. n. per importunitatem petentis non concedenda conce
8 dimus. C. de peti. bono. subla. l. 1. lib. 10. † Et propterea cessa per importunitatem petentis, vel per nimiam occupationem, vel ignorantiam, vel negligentiam non valent cap. ex parte, & ibi glo. extra de cap. mona. si quando, & ibi glo. & doct. extra de sen. excommu. & d. l. 1. C. de peti. bon. subla. & ibi doct. & facit tex hic in princ. huius capit. ¶ In
9 tex. ibi (dum vniuersitatibus &c.) † Nota, quòd electio iudicum annalium spectat ad vniuersitates, ad hoc etiam vide, quæ dixi supra cap. dilectionem. nu. 173. in rub. de iudicibus perpetu. non statu & in hoc c. nostro versic. eligendi
10 inre &c. ¶ In tex. ibi (nos abhorrentes &c.) † Nota, ꝙ rex abhorret grauamina subditorum, concordat supra cap. grauamina. nume. 13. & quæ ibi dixi. ¶ In tex. ibi (gratiam
11 in onus &c.) † Nota, ꝙ non debet concedi gratiam in onus & dispendium aliorum, immo in dubio gratia concessa intelligitur sine præiudicio tertii. l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco pub. l. impuberi. ff. de admi. tuto. Bar. in l. 1. col. fi. ff. solu. matri. in illa quæstione de fabro. & c. quamuis. de rescri. in 6. secus si gratia esset, de iustitia secundùm Bal. in l. fi. C. de sen. pass. vel si talis gratia concederetur a iure sine ministerio hominis vt dicit Io. de Imo. & doct. in c. 1. extra de præscrip. ¶ In text. ibi (siue per Carolum Primogenitum
12 nostrum &c.) ¶ † Nota, ꝙ Carolus Dux Calabriæ fuit filius Primogenitus Regis Roberti, & fuit vicarius regni, & est iste Carolus Tertius nepos Caroli Secundi.

ADDITIO noua. Et iste Carolus Dux Calabriæ fuit nimium iustus, & terribilis, & magistratus sibi subditos faciebat esse iustos, vt dicit Lucas de Penna in rubr. C. de auro coro. colum. 1. in fi. lib. 10. est etiam prauis & auaris iudicibus exemplum scriptum per Valerium Max. lib. 6. c. 3. hist. vbi narrat de Cambise rege, qui quendam iudicem de falso conuictum excoriari fecit, & pellem extendi super cathedram, vbi filius, qui ei successit in officio pro tribunali debuit sedere, vt patris pellem videndo exemplum acciperet, nec malos liberandi, nec bonos condemnandi voluntatem haberet. Et ibi etiam erat versus. Sit tibi lucerna lux, lex, pellisque paterna, Manibus referat munus, ab aure preces. Ista etiam narrat Guil. Lerouilla in tra. de iustitia & iniustitia libro tertio ca. de iudice, colum. 11. in paruo volu. O vtinam hodie adessent alii, vt fuit Carolus Dux Calabriæ, & Rex Cambises vt iniquos iudices excoriarent ad exemplum aliorum, qui ferè omnia per pecuniam faciunt, iustitiam peruertendo, qui Regias Pragmaticas non seruant, sed vilipendunt, munera recipiendo, contra quos est bonus text. in ca. 1. de sen. & re iudi. in 6. & ibi Archy. & Ioan. And. Et ideo Reges nostri, qui sunt nimium clementissimi, deberent cum effectu tales iniquos iudices punire.

13 ¶ In tex. ibi (contractus autem omnes &c.) † Nota, quòd omnes contractus, & scripturę factæ a iudicibus creatis a Rege valent propter vtilitatem contrahentium, dummodo sint legitimè facti, vt hic concordat tex. in §. pen. qui incipit. si verò præter, versi. ipsis tamen documentis propter vtilitatem contrahentium non infirmandis, in aucten. de tabellio. facit in simili tex. in l. Barbarius. ff. de offic. præto.
14 vbi probatur. † ꝙ acta facta coram seruo, qui communi opinione reputabatur liber, & decretus erat prætor, valent propter publicam vtilitatem. Et hoc inducitur per Barto.
15 ibi & Ias. in d. l. Barbarius. col. 8. versicu. extra glo. † An instrumenta confecta a notario putatiuo, qui re vera nõ erat notarius, an valeant, & Ias. ibi per multas col. hoc disputat, tandem concludit, communem esse opinionem, ꝙ nõ valent, & ibi ponit multas limitationes, quas ibi vide per eum. Et ad materiam huius ca. vide, quæ dixi supra c. item caueant. numero 56. sub rubr. quòd iudices, & notarii &c.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Veritas an debeat obumbrata latere per exceptionis anfractum. 6.*
2 *Testes excommunicati an possint ad cautelam absolui,*

siue in criminali, siue in ciuili. 10.

Testes excommunicati absoluti ad cautelam pendente instantia an possint examinari, & repeti non obstante publicatione.ibidem.

3 *Absolutoria lata propter repulsam testium excommunicatorum an possit reuocari, si testes absoluti iterum producantur & repetantur.*

4 *Iudex an teneatur exprimere in sententia, quòd propter repulsam excommunicatorum testium reus fuit absolutus.*

5 *Sententia lata ex falsis instrumentis, vel testibus an sit nulla.*

Sententia absolutoria lata propter repulsam testium excommunicatorum an retractetur, si absoluti testes iterum producantur, ibidem.

7 *Veritatis inueniendæ causa omnia iura prodita sunt.*

8 *Veritas semper est iuuanda, & probationibus non restringenda.*

9 *Iudex curare debet, ne veritas pereat, vel occultetur.*

11 *Testes excommunicati an absolui possint ad cautelam etiam post didicita testificata.*

QVOD TESTES EXCOMMVNICATI debent absolui ad cautelam, & sententia lata propter testes excommunicatos potest retractari, sicut & per falsos testes, vel instrumenta. Rubr.

ROBERTVS. CAP. CCIII.

2 RE per exceptionis anfractum † veritas obumbrata lateat, & figmentum astutiæ rei essentia pstrata succumbat, hoc cōsultæ constitutionis edicto præscribi-
2 mus, † vt in criminali, vel ciuili iudicio excommunicationis exceptione contra testes opposita, & probata. si instantia pendente præmissa, ad cautelam saltim dicti testes absoluantur legitimè, non obstante, quòd pars testificata didicerit. per absolutos testes eosdem suæ intentionis
3 propositum poterit comprobare. † Et si forte reus propter repulsam ipsorum testium semel tantùm fuerit ab accusatione, vel actione contra eum proposita per sententiam absolutus, eadem absolutione sequuta poterit accusator & actor (prioribus actis in vigore manentibus) repente producere testes ipsos, vt sicut plerūque peremptoria post calculum vltimæ diffinitionis opponitur, sic & ipsa absolutorum testium repetitio, etiam post latam sententiam producant; parti tamen alteri contra testes eosdem exceptiones aliæ ad repulsam ipsorum testium, sicut exigit iustitia referuentur.
4 ¶ † Necessitate quidem iudici, qui de causa, vel lite cognoscat imposita in sua sententia (si res ita se habeat) exprimendi, quòd propter repulsam excommunicatorum testium accusatoris, vel actoris accusatione defecta sententialiter absolutus est
5 reus. † Et prout in irritum ex falsis instrumentis aut testibus lata sententia, sic & eadem absolutio iudicis facta per repulsam ipsorum testium retractetur, cuius constitutionis tenorem etiam in causis pendentibus vim & efficaciam volumus obtinere. Data &c.

ADDITIO.

6 RE per exceptionis. Nota ex principio huius capituli † quòd veritas non debet latere obumbrata per anfractum, & figmentum astutiæ vt hic, veritati enim iura fauent l. prima. C. quando impera. inter pupill. & vidu.
7 † Et veritatis inueniendæ causa omnia iura prodita sunt capitulo ruditatem 30. quæstione quinta docto. in capitulo literas. extra de restitutio. spoliato. & in regula possessor.
8 extra de regu. iur. in sexto. † Et veritas semper est iuuanda, nec probationibus restringenda secundùm Innocen. in capitu. quò ad consultationem. columna 1. in fine extra de re
9 iudica. Bald. in marg. in verbo veritas. ¶ † Immo iudex debet curare, ne veritas pereat, vel occultetur, vt dicit Specul. in titu. de teste. §. qualiter autem. versicu deinde. ¶ Item
10 nota ex isto text. secundùm Bartho. de Capua hic. † quòd vbi testis est excommunicatus, & non potest probari per alium, debet ille testis absolui ad cautelam vt hic, & ca-
11 pitulo veniens. in fine extra de testi. † Et tales testes excommunicati possunt absolui etiam post didicita testificata,
12 & poterunt examinari vt hic. ¶ † Item nota ex fine huius capituli quòd sententia absolutoria lata propter testes excommunicatos retractari potest vt hic. & tenet Bartho. de Capua hic, quod tamen intellige, vt testes absoluantur. & postea repetantur, vt in hoc tex.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem constituere an possint accusari; si sunt decem, vel vltra in causis criminalibus.* 5.

2 *Procuratorem constituere in quibus casibus non licet.*

3 *Vniuersitas quando citatur, seu multitudo specialium personarum an possit constituere procuratorem.* 7.

4 *Procurator in criminalibus regulariter an admittatur.* 14.

6 *Citari an possint ad nouem ad hoc vt non possint constituere procuratorem.*

Sindicus an possit accusare sine mandato, ibidem.

Sindicus an possit accusare nomine vniuersitatis, an verò nomine proprio, ibidem.

8 *Mulieres maritatæ in criminalibus an possint constituere procuratorem.*

9 *Mulier maritata in causa capitali an possit citari, vt compareat personaliter ad respondendum capitulis.*

10 *Principalis an debeat comparere in criminibus in gerentibus pœnam vltra relegationem in casibus, vbi potest habere locum tortura.*

11 *Procurator cum speciali mandato ad respondendum capitulis an admittatur.*

12 *Mulier maritata an possit constituere procuratorem cum speciali mandato ad respondendum capitulis.* 9.

Mulier maritata an possit constituere procuratorem ad accusandum & ad defendendum, ibidem.

13 *Procurator in criminalibus an possit constitui ad respondendum positionibus.*

14 *Procurator vt non possit interuenire in criminalibus, quot requiruntur.*

15 *Procurator constitutus cum iuramento cum clausula, vt non possit reuocari, an hoc non obstante poterit reuocari.*

QVOD

QVOD IN CAVSIS CRIMINALIbus possit constitui procurator per plures vltra denarium numerum accusatos. Rubrica.

ROBERTVS. CAP. CCIIII.

STVDIO Prosequētes fidelium nostrorum commoda, & elidentes eis quælibet onera, præsentis cōstitutionis edicto pręcipimus.
1 † Si quando plures vltra denariū numerum accusantur de vno crimine vel diuersis, ex eodem facto emergentibus, siue per accusationem, siue per officium, vel inquisitionem, vel aliter incriminentur, liceat eis constituere sindicum, vel sindicos, per quem, vel quos in causis criminum defendantur, sceleribus hęresis, & læsæ maiestatis exceptis, pro quibus vetera iura communia seruari iubemus, nisi de certa nostra scientia videbitur aliud nostro consulto iudicio faciendum. Volumus itaque & fidelitati tuæ mandamus, quatenus constitutionē ipsam in quantum ad tuum spectat officiū serues integrè, faciens eam ex more solemniter diuulgari. Data Neapoli per D. Barthol. de Capua militem Logothetam & prothonotarium regni Siciliæ &c.

STVDIO. Concordat constitutio regni, quæ incipit, generalia iura: & inf. c. studiose, non re-
2 peritur. in quibus vide, † casus exceptuatos, in quibus per procuratorem comparere nō licet, & adde & vide, quod no. D. And. in d. consti. Et idem quod
3 in hoc c. dicitur, statuit idem tex † Vt quotiescunque citatur vniuersitas, seu multitudo specialium personarum ꝑ familiares regis, ratione prærogatiuæ priuilegiorū curialium dictantis, ꝙ ad curiam personaliter veniant, liceat ipsis vniuersitatibus, & specialibus personis ordinare sindicum, seu sindicos ex parte eorum, qui respondeant familiaribus ipsis, seu familiari, tam pro parte vniuersitatum ipsarum, quam pro parte specialium personarum, & debeat fieri literæ omnibus officialib. regni. Sebast. de Neapoli.

ADDITIO.

4 STVDIO. Circa materiam huius c. Adde, ꝙ † regulariter procurator non admittitur in criminalibus. l. pen. §. ad crimen, & ibi gl. & doct. ff. de pub. iudi. doct. maximè Marian. Socin in c. ve-
5 niens. extra de accu. cum cōcor. † Fallit, quando plures singulares personæ vltra decē essent de vno crimine accusatę, vel de diuersis ex eodem facto emergentibus; quia pñt constituere procuratorem vt hic, & limita vt hic, & licet in hoc c. dicatur, ꝙ citati sint vltra decem, tñ etiam si sunt
6 numero decem, licet non vltra possunt constituere procuratorem, ut in c. statuimus. infra nu. 211. † Immò minimè possunt citari ad nouem, ad hoc, vt non possint constituere procuratorem, quia hoc videtur in fraudem ne possint
7 constituere procuratorē, vt dicit tex. in c. item ꝙ iustitiarij decętero, infra nu. 282. ¶ † Similiter etiam vniuersitas in criminalibus potest constituere procuratorem cum speciali
8 mandato, vt latè in cōstit. regni, generalia iura. & ibi And. & Matth. de Affl. col. 2. ADDITIO noua. † Et quid sit de iure communi, an sindicus possit accusare sine mandato, vide Alex. & alios in l. præses. C. de transac. vbi dicit, ꝙ sindicus ciuitatis, vel castri: quia gerit publicum officiū dicitur habere liberam administrationem, adeo ꝙ potest ea, in quibus requiritur specificum mandatum, secus est in sindico alicuius collegij, seu capituli: quia non gerit publicum officium, vt ibi latius per Alex. Et prædicta intelligantur quando talis sindicus haberet mandatum ab vniuersitate, secus si ab electis, seu decurionibus, qui regunt vniuersitatem, quia tunc æquiparatur simplici procuratori, vt ibi late per Alex. cum cōcor. ibi. ¶ Et an sindicus possit accusare nomine vniuersitatis, an verò proprio nomine ad vtilitatem vniuersitatis, vide Ang. in tra. malefi. in verbo nec non ad quærelam. col. 8. versi. tertio, & ibi Augu. Ari. in addi. vbi concludunt, quòd communis est sententia, quòd sindicus non potest accusare sindicario nomine sed proprio nomine ad vtilitatem vniuersitatis, vt ibi latè per eos, nisi esset persona illustris, vt latius ibi per eos. Et similiter mulieres maritatæ in causa criminali, & capitali, siue in accusando, siue in defendendo possunt constituere procuratorem cū speciali mandato, vt probat tex. & ibi And. & Matth. de Affli. in d. consti. generalia iura. col. 3. in sexto notabili, vel possunt etiam per eorum maritum comparere vt ibi. & Rob. Maran. in suo Speculo aduoca. quarta parte nume. 35. cum sequen. car. 14. Et plus dixit ibi multum notabiliter Matth.
9 de Affli. † quòd mulier maritata in causa capitali non potest citari, vt compareat personaliter ad respondendum capitulis, sed sufficit, quod procurator habeat speciale mandatum ad sic respondendum capitulis, quod est valde no-
10 tandum. † Nam licet in criminibus, vbi venit imponenda pœna vltra relegationem, possit iudex iubere, vt principalis personaliter compareat, vt dicit Lucas de Penna in l. fi. col. 4. C. de re mili. lib. 11. & Bal. & Alex. in l. fi. C. de proc. & hoc in casibus, in quibus potest habere locum tortura,
11 vt per Alex. in d. l. fina. C. de procura. colum. 2. † Nec in tali casu criminali admittitur procurator ad respondendum capitulis, seu positionibus, etiam cum specifico mandato, vt ibi per Alexan & Bald. ibi & Maria. Soci. in d. c. ueniens. col. 44. versi. quintò quæro, extra de accus. & Matth. de Affli. in consti. regni, partes in iudicio, colum. 2. versi. tertiò
12 quæro, cum concordantiis in dictis locis. † Tamen fallit hoc in muliere coniungata, quæ etiam potest respondere capitulis in causa capitali per procuratorem cum speciali mandato ad sic respondendum, vt per Matth. de Affli. in d. consti. generalia iura. ADDITIO noua. Bene faciunt, quæ dicit Lucas de Pen. in l. fin colum. 6. versi. in regno. C. de re mil. lib. 12. vbi dicit, quod mulier maritata in regno potest constituere procuratorem tam ad accusandum, quàm ad defendendum. Quòd licet videatur prima facie aliquatenus durum, tamen satis est, ꝙ non habet contradictorem. Sed an hoc procedat solùm in muliere honestæ vitæ per ea, quæ dicit Augu. Ari. in addi. Ang. Are. in tra. malefi. in verbo, pro quibus Antonius fideiussit. col. 4. & Felyn. in c. pastoralis. col. 2. extra de iud. cum cōcordantiis, vide tamen Matth. in d. const. generalia iura. col. fi. qui tenet ꝙ procedit generaliter in muliere coniugata siue honestæ
13 siue inhonestæ vitæ, vt ibi per eum. † In ciuilibus tamē qñ est citatus principalis ad respondendum positionibus, potest constituere procuratorem cum speciali mādato ad respondendum positionibus, mittendo responsionem super qualibet positione, vt tenet Iaco. Butri. in d. l. fi. C. de procura. & ibi Bald. in 2. col. & Matth. de Affli. in d. consti. partes in iudicio. col. 2. versi. tertiò quæro, cum concor. supra allegatis. Et Lucas de Pen. in l. in sacris. la 2. colum. 8. C. de proxi. facro. scri. lib. 12. & ibi, an & quando principalis tanquam legalior possit cogi respondere positionibus, & quādo dicitur legalior, & melius sciens veritatem. ¶ † Alios casus, in quibus in criminalibus admittitur procurator, vide Spe. in titu. de procura. §. 1. versic. sed præcedens regula fallit. vbi ponit quatuordecim casus, & vide Marian. Soci. in d. capitu. ueniens, & Matth. in const. generalia iura. columna 2. cum concor. in d locis. ADDITIO noua. Et Lucam de Penna in d. l. in sacris, la 2. colum. 9. in fi. vbi
14 † quòd quatuor sunt requisita ad hoc, vt procurator repellatur in criminalibus. Primum, quòd iudicium sit criminale, idest quòd agatur criminaliter de crimine. Secundum, quòd veniat ad ipsum crimen defendendum. Tertiū, quòd veniat ad plenè defendendum. Quartum, ꝙ si tale

D. Ioan. Anto. de Nigris.

crimen,quod excedat pęnam relegationis,vt ibi latius per
15 eum. ¶ † Quæro iuxta prædicta de vna quæstione, de qua vidi dubitari. Quidam clericus obtinebat beneficiũ,& constituit procuratorem quendam alium clericum,qui deberet deseruire in dicto beneficio cum medietate fructuum, & promisit cum iuramento eum non reuocare, postea illam reuocauit,& constituit alium procuratorem, dubitatur, an poterit illum reuocare stante promissione & iuramento de non reuocando,& videtur dicendum quòd non: quia quando iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ,semper est seruandum.ca.cum contingat. extra de iureiur.c.quamuis.de pact.in 6.In contrarium est veritas:quia non obstante tali pacto & iuramento nihilominus potest procuratorem reuocare;& valet reuocatio, licet reuocans sit periurus:quia in his,quæ dependent ex voluntate alicuius,non potest facere, vt non liceat mutare suam voluntatem.l.si quis in prin.ff.de leg.3.ita tenet Bart.in l.cũ precario.per illum tex.ff.de preca.gl.in c.fi. in ver. reuocatus.de procura.in 6.quam sequitur ibi Gemi.in vltima col. & ibidem Philippus Fra. col.2. Abbas in ca.edoceri.col.4. de rescri.& ibi Fel. col.5.versi.solus prælatus. Io.And.in c. clericos.col.fi.de offi.vica.vbi tenet, ꝙ si constituentes ad certum tempus iurauerunt,vel sub pęna promiserunt,non reuocare ante tempus, si reuocant, tenet reuocatio, licet sint periuri.& nota:quia loquitur, quando constituitur ad certum tempus,& idem quando constituisset in perpetuũ, vt per Abba.in d.ca. edoceri.cum supra allegatis, & tenet Pau.de Ca.consi.361.venerabilis vir.col.1. vol.Nec obstãt secundùm Pau.de Ca.vbi supra iura,quæ dicũt, quòd quis non potest venire contra proprium iuramẽtum,quia illud est verum in his, in quibus necessarium est adire prætorem,qui non debet quem audire contra proprium iuramẽtum,ne fit auctor periurii,sed in his, in quibus non est necesse adire prætorem,vt in casu isto,cum dependeat a sola voluntate constituentis,in illis potest venire cõtra iuramẽtum,licet remaneat periurus,allegat Io.And.in c. quod semel placuit,de reg.iur.in 6.& supradictam opi. ꝙ possit reuocare procuratorem non obstante pacto de non reuocando,tenuit ẽt Ang.in l.& in perpetuum.ff.de procu. Ang.& Imo. in l.sticum.§.vsufructum. ff.de solu. & Angel. consi. 225.punctus talis est,Martinus de Florenti. vbi idem tenet, etiam si esset adiecta pęna,& Alex.consi.18.col.1. & fin. 2. vol.Lud.Ro.in l.alia.§.eleganter.col.fi.ff.sol.matr.& in l.1. §.si stipulanti.col.12.ff.de verb.obl.Imo.latè in d.cap.cum contingat.car.13.ibi,sed dubium est.Sil.in sum.in titu.de vica.colum.5.versi.septimum,& ratio etiam adducitur:quia si diceretur,quòd non posset reuocari,sequeretur absurdũ quòd talis procurator malè gerendo posset dominum ad paupertatẽ reducere,quod esset iniquũ,& repugnat publicæ vtilitati,ne re sua quis malè vtatur, repugnant ẽt bonis moribus,& honestati ac iuri,qa non conuenit, vt quis alterius negotiis se ingerat inuito dño,vt per Ang. in allegato cõs.Illud aũt,quod dictũ est,ꝙ reuocans incidit in periuriũ vel in pęnam.Intellige, qñ sine causa reuocasset, secus si aliqua causa subesset, puta quia malè gerit officiũ, vel ex causa,quia tunc reuocans non incidit in periurium,nec in pœnam.Io.And.in d.c.clericos.col.fi.de offi. uica. Abb. in c.tua.in fi.eo.titu.Pet.de Vbal.in c.1.de offic.uica.Phi Fran in d.ca.fin.col.2.de procu. in 6.cum concor.in dictis locis. ¶ Aduerte tamen, quòd si esset procurator ad causam,reuocatio deberet fieri ante litem contestatam per ea, quæ habentur in l.ante litem.cum sequentibus.ff.de procu.& in c.2.procu.in 6.nisi in certis casibus ibi enumeratis in quibus potest fieri etiam post litem contestatam,& tenet Fely. in d.edoceri,versi.solus prælatus. Similiter etiam Episcopus potest reuocare Vicarium, & alium constituere pro sua uoluntate,ut tenet Abb.in d.c.edoceri.colum.4.& Phi. Fran.in c.1.de offi.uic.in 6.qui dicit, ꝙ ita approbat cõsuetudo.Et dicit hoc procedere in omnibus, & tenet Bald. in l.solet.§.sicut.ff.de offi.consul.ubi dicit, quòd quilibet potest suum uicarium reuocare. Intellige prædicta,nisi esset concessa vicaria perpetua cum consensu capituli iuxta nota.per Ioan.And.in c.venerabilis.de censi.ita dicit Abb.in d.c.edoceri. col.4. quia vicarius potest constitui in perpetuum,& ad tempus,tam in temporalibus, quàm ad diuina celebrãda, vt colligitur ex dictis per Lapum allegatione quinta, Hosti. in sum.de offi.vica.§.& in quibus,col.1. Io.And.in addi.spe.in titu.de offi.vica. Asten.in sum. de vicariis,lib.6.titu.46.Card.in cle.1.de offi.vicar. Sil.in summa,in titu.de vica. Et quando constituitur vicarius in perpetuum, non potest constitui sine auctoritate superioris. c.ad hæc.& ibi Abb.de offic.vicar. Et talis vicarius constitutus cum consensu superioris: quia habet ius in re,idest habet ius vicariæ, licet non habeat ecclesiam quò ad titulum, reuocari non potest sine causa d cap.ad hæc. & ibi glo.& doct. & Hosti. in sum.d.§.in quibus. colum.1.cum aliis supra allegatis. Et ex prædictis infertur ad propositam quæstionem, quòd si capellanus beneficiatus substituit alium capellanum,siue in perpetuum,siue ad tempus sine auctoritate superioris, potest illum reuocare nõ obstante pacto,& iuramento de non reuocando; quia beneficium ecclesiasticum non potest sine canonica institutione obtineri,capit.1.de regu.iur. in 6. ad hoc optimè facit, quod dicit Barto.in l.1.C.de peti.bon. subl. lib.10.in addit. vbi dicit,quòd præbenda & res præbendę potest concedi a superiore,toto titu.de præben.sed ille, cui est concessa, non potest alteri concedere; quia debet renunciare.

Ioan.Anton.de Nigris I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Lex nulla an sufficiat ad varietatem humanæ naturæ.* 4.
2 *Certum nihil est, vt non possit in dubitationem deduci.* 6.
3 *Ecclesiæ,& personæ ecclesiasticæ, pupilli, viduæ, & miserabiles personæ an in ciuilibus possint alios trahere coram iusticiario prouinciæ.* 8.
4 *Natura multas deproperat edere formas.*
5 *Leges an possint omnes casus comprehendere.*
6 *Negatio facit rem dubiam.*
7 *Dubitatio nodosa an debeat per superiorem declarari.*
8 *Iusticiarius in causis ciuilibus an debeat se intromittere nõ data negligentia inferiorum iudicum.*

QVOD IVSTICIARIVS POTEST cognoscere de ciuilibus causis ecclesiæ, ecclesiasticæ personę, pupilli, viduæ, & aliarum miserabilium personarum. Rubri.

ROBERTVS. CAP. CCV.

1 QVIA. † Nulla legis sanctio quantumcunque lata perpenso consilio ad humanæ naturæ varietatem sufficit, seu terminationem lucidã eius nodosæ ambiguitatis attingit, † Eo ꝙ nihil adeo certum,clarumq́ue statuitur, quin per dubitationem solicitam in dubium verteretur, in emergentibus omnibus vbi nodus se dubitationis ingereret, vel anfractus, necessaria est superioris præsidentis auctoritas, vt per declarationis oportunũ iudicium tollat ambigua, lites auferat,altercationes diminuat, & obscura succidat. ¶ Sanè diebus proximis astuta non minus,quàm solicita quorun-
3 dam excitatio reuocauit in dubium. † Si ecclesiæ, ecclesiasticæve personæ, pupilli, viduæ,& miserabiles aliæ persone possunt in ciuilibus causis coram iusticiario regionis aduersarios trahere speciali priuilegio permittẽte, ex eo pręcipuè ꝙ regni con-

constitutio iustitiarius de ciuilibus cognitionẽ generaliter interdicit. Nos igitur habito super his plurium sapientum, & examinato consilio; quia concorditer & determinatè comperimus, Iustitiarios de causis ipsis cognouisse, & sic fine contradictione aliqua obtentum fore diutius, & diuturnis temporibus obseruatum, ex obtentione & obseruatione protracta, aliis etiam rationibus nõ omissis, declarando decernimus, & interpretando constitutionis prędictæ tenorẽ expressius iudicamus. Iustitiarios regionum de priuatis causis ciuilibus prefatarum personarum speciali priuilegio permittente posse cognoscere, cuius declarationis, & interpretationis efficaciam, & effectum tamen in futuris, quàm in pendentibus negociis locum præcipimus obtinere. Volumus igitur, & deuotioni tuæ perpetuò decernendo iubemus, vt prædictarum nostrarum declarationis & interpretationis decretum, & iudicationis seriem, in quantum ad vestrum spectat officium, vel spectabit in posterum, seruetis tenaciter, & fine transgressionis iniuria inuiolabiliter teneatis. Vt autem nullus vestrum, qui pro tempore fuerit in hoc ignorantiæ causam valeat allegare, mandando subiungimus, quòd quilibet tempore depositionis officij prædictã declarationis, & interpretationis seriem vnus assignet alij in pendenti.

ADDITIO.

QVIA nulla. per hoc c. hodie declaratur, quod no. And. de Iser. in consti. regni iustitiarij nomẽ, de off. iusti. in prin. ibi item nota, vbi ipse dicit, ꝙ licet non caueatur illa constitutione, ꝙ iustitiarius cognoscat de causis viduarum, pupillorum, & ecclesiarum, sed vtuntur contrario, quod hic vides apertè declaratum ibi, regni consti. superius allegata. §. sanè constitutionem. ¶ In tex. ibi (iustitiarij regionis.) Quid in capitaneis. Respondeo, est forma in cancellaria & ordinatio, ꝙ istud c. non vendicat sibi locum in eis. Seb. de Neapol.

ADDITIO.

4 QVIA nulla. † Nota ex principio huius c. ꝙ nul-
la lex sufficit ad varietatem humanæ naturæ:
quia humani iuris conditio semper in infinitũ
decurrit, & nihil est in ea, quod stare possit per-
petuò, natura enim multas deproperat edere formas. l. 2.
5 §. sed quia. C. de vete. iu. enucl. † Leges enim non possunt
ita scribi, vt omnes casus comprehendantur. l. neque. ff. de
legi. vel propter humani ingenij exiguitatem, vel propter
nimiam negociorum mutabilitatem, vel propter hominũ
fidelitatem incognitam, vel propter delictorum multipli
citatem, vt dicit gl. in d. l. neq; leges. ¶ In tex. ibi (eo ꝙ nihil
6 adeo certum &c.) † Nota, ꝙ nihil potest esse ita clarum &
certum, quin per dubitationem possit verti in dubiũ, quia
per negationem fit res dubia. C. quib. ad lib. pro clam. non
li. l. 3. & ibi Bal. & l. post rem. & ibi Bar. de transa. ¶ In text.
7 ibi (necessaria est &c.) † Nota, quòd vbi nodosa dubitatio
contingit, superioris auctoritas est necessaria ad declaran
dum, quia causa dubia est principi referenda, vt dicit Lu-
8 cas de Penna in l. 3. in fi. C. de tabu. lib. x. & Matt. in consti.
præsenti. l. in fi. ¶ Item ex §. sanè. † nota, quòd ecclesiæ, &
ecclesiasticæ personæ, pupilli & viduæ & aliæ miserabiles personæ habent fori electionem, & possunt conuenire aduersarios etiam pro causis ciuilibus coram iusticiario prouinciæ. licet iustitiarius in causis ciuilibus non debeat se intromittere, nisi data negligentia baiulorum, & camerariorum, vt in consti. regni iusticiarij nomẽ, & normam, & ibi doc. tamen dictæ personæ possunt coram iustitiario etiam in ciuilibus conuenire aduersarios, vt hic, & tenet Matth. de Affl. in consti. statuimus. la 2. col. 4. in fi. cum seq. quod tamen intellige, vt ibi per eum. bene facit tex. in l. 1. C. quando impera. inter pup. & vid. & debet allegari perhorrescentia, vt latè per Matth. in d. constit. statuimus. vbi vide, & tetigi supra in c. de violentiis. nume. 150.
D. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Pœna, in pœnis pecuniariis an possit summariè procedi. 2.*
3 *Executio an fiat in pœnis parte non vocata.*
4 *Citari an debeat pars ad dicendum, quare non tenetur ad pœnam.*
5 *Pœna an possit exigi, si non fuit accusata. 7.*
6 *Iudex an possit procedere parte non petente.*

QVOD IN POENIS PECVNIARIIS fisco applicandis possit procedi summariè. Rub.

CAROLVS SECVNDVS. CAP. CCVI.

AB olim de curia nostra ordinatio
1 certa processit. † Vt in omnibus pœnis tam per officiales nostros, quàm per alios priuatos impositis, nostro quidem ærario acquirendis, esset summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij procedendum. Et quamquam ordinatio ipsa per litteras nostras, quę in casibus ipsis successiuè de curia nostra processerunt, fuerit continuè obseruata. Pro maiori tamen declaratione, & obseruatione ipsius, volumus & mandamus expresse. Quatenus ordinationem huiusmodi, quantum ad vos pertinet, firmiter obseruantes secundùm eam in pœnis præmissis procedere debeatis. Præsentes autem litteras volumus dari alterum amotionis vestrę tempore in pendenti, vt ad singulorum possit notitiam peruenire. Data &c.

ADDITIO.

AB olim. Qualiter hæc verba intelligantur, ponit Bar. in extraua. ad repri. Nota modum procedendi in rebus fiscalibus. In tex. ibi (summariè) de hoc in d. extrau. & per eum dicitur. in l. filiusfamilias. ff. de dona. & vide per gl. in consti. inter multas, de offi. mag. procu. Sebast. de Neapo.

ADDITIO.

2 AB olim. † Nota ex isto c. ꝙ in pœnis pecuniariis fisco applicandis proceditur summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii: vt in hoc c. & tenet Lucas de Pen. in l. 1. col. 3. C. de condu. & procu. lib. 11. ver. an autem in fi. Quod intellige primò procedere, quando agitur de pęna, secus si aliud ageretur, vt colligitur ex dictis per Mat. de Affl. in cõsti. regni inter multas, col. 3. in 4. no. Secundò intellige, qñ causa est modica, secus si cã esset magna, quia tũc iuris ordo seruari debet, vt dicit And. de Iser. in d. cõsti. inter multas. quod tñ Matt. de Affl. ibi non vr̃ tenere, sed dicas, ꝙ quando causa est modica, summariè expeditur, & leuato velo, sed qñ tractaretur de magna pęna, quia esset magni præiudicij, licet causa dicatur summaria, tñ non expeditur leuato velò, sed citatur, & dantur defensiones, & adhibetur plenior causę cognitio, quàm in modicis, & istud voluit dicere And. de Iser. & ista opi. taliter declarata est vera, faciunt dicta per Bar. in l. 1. in fi. prin. ff. si quis ius dicen. non obtem.

3 ¶†Item aduerte, quòd executio fit in pœnis accusatis etiã parte non vocata: vt est ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit, item seruat ipsa curia, ꝙ quandocunque.nu.227. in ordine meo in rubr. executio fit in pęnis &c. † Quod
4 intellige verùm, quando tractatur de pœna, quando est obligatus apud acta curiæ, sed qñ tractatur de aliqua pœna extraiudiciali: quia est extraiudicialiter obligatus, tunc debet pars citari ad dicendum causam, quare ad pœnam non tenetur, ita tenet Matt.de Affl.in consti. regni edictorum, colum. 10.cum seq.in quarta fallentia.& faciunt, quæ dicit Bartol. in d.l.1.in prin.in fin. ff. siquis ius dicen. non
5 obtemp. ¶†Item aduerte ad aliud, quòd talis pœna licet fuerit stipulata penes acta: tamen exigi non potest, nisi fuerit accusata per partem, ita tenet Matt.de Affl.decisi.tertia, quæ incipit, extat obseruantia, & Matt.in d.constit.edictorum.col.10.in fi.cum seq.in 4.fallent.& pro isto dicto faciunt, quæ dicunt doc.in c.1.per illum tex.extra de iudi.&
6 ibi Fran.Are.col.2.vbi dicit, † quòd iudex non debet procedere, nisi parte petente etiam contra contumacem, vt ibi per Are. & Alex.in l.si finita.§.Iulianus.col.3.in fi.cum se-
7 quen.ff.de dam.infe. † Sed in contrarium facit doct. Bar.in l.si quis.in fi.ff.de cust.reo.vbi dicit, ꝙ iudex potest ex officio procedere in exactione pęnę, sed opi. Matt.seruatur in prac.& de consuetudine. Io. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Accusator, qui se obligauit cum iuramento de non desistendo, an possit nihilominus desistere.26.*
2 *Desistere an liceat, donec partes fuerint citatæ.*
3 *Desistens contra iuramentum an possit puniri de periurio.*
4 *Desistere ab accusatione an & quando liceat.9.*
5 *Accusator an possit cogi ad prosequendum.*
7 *Iuramentum an debeat seruari, quando potest seruari sine interitu salutis æternæ.*
Iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum, ibidem.
8 *Desistente accusatore an curia possit procedere.*
10 *Desistens an teneatur ad expensas.*
Desistere quis dicatur, ibidem.
11 *Periurus, an in periurio procedi possit ex officio.*
Periurus qualiter puniatur, ibidem.
12 *Iuramentum de non desistendo an seruari debeat.*
13 *Desistere an & quando liceat.*
14 *Desistere an liceat ante vel post citationem emissam.*
15 *Iurare an quis compellatur de non desistendo.*
16 *Desistere an possit denuncians regi.*
17 *Desistere an possit clericus, vt non reconueniatur coram layco.*
18 *Desistere an liceat de iure communi.*
19 *Desistens qualiter puniatur.*

QVOD SIT LICITVM ACCVSATORI, vel denunciatori antequam in iudicio partes compareant, desistere, vbi curia ipsa non tangitur. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. CAP.CCVII.

1 AD audientiam nostram. † Querela pluriũ clamosa perduxit, quòd dum aliqui de tua iurisdictione aliquam interdum passi iniuriam, percussionẽ forsitan, seu offensam, coram te veniũt, querimoniam exinde posituri, ab his iuramentũ exigis illico, ne præter tuam, vel curiæ nostrę licentiam ab accusatione, vel denunciatione desistant, quam ponunt. quo fit, vt delatores, vel denunciatores ipsi ex calore recentis iniuriæ, vel offensę, iuramentum hoc libenter pręstant exactum, si priusquam ad citationem emissam in iudicio partes cõpareant pœnitentes, cum parte pacificant, nec insistunt accusę, tu contra delatores, vel denunciatores eosdẽ procedis pariter, & delatos. Circa quod reputantes ad commodum per communis ac mediæ viæ remedium ita super his consulere, vt nec iustitiæ vigor in nimium transeat, nec passim ipsa iustitia negligatur, consultè prouidimus, & te firmiter obseruare mandamus. Vt vbi accusatio, vel denunciatio, quæ ponitur, forte accusantem, vel denunciantem tangit solummodo, ipsum iurare, vt ab accusatione, vel denunciatione hmôi non desistat, siue ꝙ desistat, eundem nullo modo compel-
2 las. † Sed ei liceat priusquam ad citationem in iudicio partes compareant, vt pręfertur, ab accusatione, vel denunciatione huiusmodi impune desistere, prout regni constitutionibus est permissum. At vbi in denunciatione, vel accusatione ipsa nostra curia tangitur, vtpote pro pecuniario interesse principaliter: quia agitur de defensa, vel pœna, aut accessoriè, eo ꝙ agitur de crimine quod pręter pœnam aliam corporalem bonorum publicationem inducit, accusantem, vel denunciantem sine iuramento ad accusationem, vel denunciationem
3 aliquatenus non admittas. † Sed tunc si contra iuramentum ab accusatione, vel denunciatione desistat, ad pœnam periurij procedas ex officio, vt iuris est, contra eum, ita quòd de contrario querela aliqua denuò non feratur. Præsentes autem litteras &c. Data &c.

4 AD audientiam. † Nota ex hoc c.quando liceat ab accusatione, vel denunciatione discedere, & qñ non. ¶In tex.ibi (constitutionibus) quæ incipit, post citationem emissam, & in cõsti.priusꝙ, aliàs incipit, postquam. ¶In tex.ibi (firmiter obseruare ma-
5 damus.) † Nota, ꝙ postquam aliquis denunciat aliquem, ꝙ iustitiarius, vel magister iustitiarius nõ potest ipsum cogere ad prosequendum denunciationem, nec debet cogere partem iurare de prosequẽdo ipsam denunciationem, vt hic, & C.vt infra cer.tẽp.cri.q.ter.l.1.in gl.vbi dicitur, ꝙ sufficit deferre, & non exigere, ꝙ detur fideiussor de exercenda lite. Sed de iure digestorum est casus in contrarium: quia postquam denunciat, tenetur insistere denunciationi, vt ff.de iu.fis.l.res quæ in controuersia.§.fin.cum hoc tamen.c.concordat 90.distin.c.studendum. Sebas.de Neap. Sed quid de desistentia Cogita. Nicol. de Neapoli.

ADDITIO.

6 AD audientiã. † Nota ex isto tex.ꝙ accusator si obligat se cum iuramẽto de non desistẽdo ab accusatione, põt nihilominus ab accusatione desistere, qñ accusatio, vel denũciatio solũ ipsum tangit, aliàs secus, vt hic, & in hoc casu legislator cũ ęqui-
7 tate processit. † Quia rõne iuramenti videbatur astringi ad obseruãdũ, ex quo seruari poterat sine interitu salutis ęternę.c.si verò & c.cũ cõtingat.in fi.ext.de iureiu.nisi saluãdo dicas, ꝙ tale iuramentũ erat in pręiudiciũ & dispendium accusati, & ppea seruari nõ debet, vt d.c.cũ contingat. versus si. Quia iuramentũ nõ debet esse iniquitatis vinculũ.c. inter cętera. 22.q.4.gl.in c.nõ est obligatoriũ. in fi. de regiu.in 6.Et ad materiã vide Mat.de Affl.in cõst.post citatio-
8 nem.1.nota. ¶†An accusatore desistente curia possit ex officio

ficio procedere, vide infra c. ad consultationem. nu. 220.
9 † Et an & quando sit licitum desistere, & vsque ad quod tempus, vide ritum Magnæ Curiæ, qui incipit. Item seruat, nu. 240. in ordine meo in rub. de desistentibus. & C. de abolitio. per totum. & And. de Iser. & Matth. in consti. ac-
10 cusatorem. † Et an desistens teneatur ad expensas, vide Bal. in cap. 1. colum. 4. extra de iudi. & doct. in l. postquam liti. C. de pac. cum concord. ADDITIO noua. Et concludunt, quòd tenetur, nisi habuisset iustam causam litigandi. Quis autem dicatur desistere, vide in l. destitisse. ff. de iudi. Et aduerte, quòd est differentia an aliquis desistat ob aliquam promissionem sibi factam, vel si ob causam: quia nõ potest probare crimen, arg. tex. c. si quis iratus. §. fi. 2. q. 3. Et dicit hic Bartho. de Capua, ꝙ ferè omnes officiales faciunt contra istud c. quia siue pœniteat partẽ, siue non, postquã est facta accusatio, seu denunciatio procedunt in causa, & malefaciunt secundùm eum. An autẽ denuntians, vel accusans debeat se obligare ad certam pœnam de prosequendo, vide quæ habentur in consti. pręsenti. & tetigi supra c. subditorum. num. 143. ¶ In tex. ibi, prout regni constitu. est expressum &c. vt in constit. priusquã. ADDITIO noua. ¶ In tex. in fi. ibi (procedas ex of-
11 ficio.) Nota, ꝙ hic videtur tex. † ꝙ in periurio potest ex officio procedi, de quo latè per Lucam de Pen. in l. si vacantia. col. 2. cum seq. C. de bon. vac. lib. 10. & Par. in trac. sind. in verbo inquisitio. §. & aduerte, col. 2. in fi. cum sequen. & Matth. de Affl. in constitu. regni eos, qui scienter, vbi dicit, quod est crimen priuatum, & consequenter non potest ex officio procedi. In hoc dubio conclude, quòd de iure cõi propter periurium non est pœna mortis, nec membri abscisio, & ideo extraordinariè punitur, & non potest ex officio procedi, sed secũdum d. consti. regni eos qui scienter. pro periurio est pœna manus, & etiam nouella prag. Cæs. Maiestatis, & alia Regis Philippi de Austria, quæ incipit. Ferdinandus Alueres de Toledo, in qua disponitur, ꝙ deponẽs falsum testimonium in criminalibus punitur pœna mortis naturalis. In ciuilibus verò tam qui falsum deposuerunt, quàm qui cõsuluerunt, & instruxerunt dexterę manus truncatione & exilii perpetui a regno puniũ, & si falsitas fuerit reiterata, & sic plusquam semel deierauerit, pœna mortis naturalis imponitur. Vnde Paris vbi supra concludit, ꝙ in regno proceditur pro periurio ex officio præcedente denunciatione iusta. c. regni vt delatas. Et similiter proceditur, qñ coram officiali esset commissum periuriũ, quia aures iudicis offendit. l. nullũ. C. de testi. & Paris vbi supra. Et ad materiam huius ca. adde, ꝙ Magna Curia Vicariæ nõ seruat istud c. vt est Ritus Magnæ curiæ Vicariæ, qui incipit. Item seruat ipsa curia, ꝙ si accusator. sub rub. de desistentibus, nu. 240. secundùm primam impressionem, & Rober. Maran. in suo spe. car. 48. col. 3. vers. extat ẽt. nu. 72. secundũ primam impressionẽ, vbi dicit, ꝙ istud. c. non seruatur in practica, vt dicit in ti. de inquisitio-
12 ne. in 4. q prin. col. 11. Et circa illud, quod dr̃ in isto c. † ꝙ ẽt si est pręstitũ iuramentũ de non desistendo, qñ non tangit curiã, põt desistere. Confirmatur, quia cũ iuramẽtũ esset in præiudiciũ accusati, non obligaret per ea, quæ dicit Sil. in sum. in verbo iuramentum. 4. col. 14. in 15. q. Tale. n. iuramentum derogaret charitati, & sic esset contra diuina pręcepta, & nõ obligaret, vt refert Astens. in sum. lib. j. titu. 18. c. 7. col. 5. Et iuramentũ super re turpi illicita, vel iniusta non valet, arg. c. fi. de pact. & Asten. vbi sup. lib. 1. tit. 18. arti. 9. col. pen. Pone enim, ꝙ accusator videt innocentem esse accusatum, certè desistere potest. 2. q. 3. c. si quem. Vel si in processu falsum cognouerit, id, de quo accusauit, vel si princeps aboleuerit accusationem, licitè & iustè potest desistere, vt dicit S. Thom. secunda secundæ. q. 68. articulo 3. ad tertium. & Silu. in verbo accusatio, col. 4. in septima q. tale ergo iuramentum de non desistendo in his casibus induceret peccatum: quia innocens vexaretur. & sic non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum. d. cap. non est obligatorium. de regu. iur. in 6. Consi- D. Ioan. Anto. de Nigris.

deratur etiam alia ratio posita in isto text. quia calore iracundiæ, & recentis iniuriæ fuit præstitum, & iuramentum calore iracundiæ præstitum non obligat, ut plenè per Abb. & alios in capit. sicut ex literis. extra de iureiuran. & iuramẽtum ex abrupto & sine deliberatione præstitum
13 non obligat, vt ibi per eos. ¶ † Et dicit Matth. de Afflic. in constitu. regni præsenti lege, la ij. in secundo notabi. quòd licet non sit licitum accusatori desistere, postquam se obligauit de probando & non desistendo, vt ibi per eũ. Tamen hoc fallit in regno per istud capitu. vbi si accusatio, vel denunciatio solùm tangit ipsum accusatorem, vel denunciatorem, ita quòd non tãgit ipsam curiam, vt quia non agitur de defensa, vel pœna publicationis bonorũ, aut de corporali pœna imponenda, tunc antequam partes per citationem compareant in iudicio, licitum est accusatori, vel denunciatori desistere ab accusatione, vel
14 denunciatione, ut ibi per eum. ¶ † Et aduerte: quia per istud capitu. restringitur illud, quod erat statutum in constitutione regni post citationem. vbi erat permissum, quòd tam antequam post citationem emissam erat licitum pacisci inter accusatorem & accusatum absque licentia iudicis, dummodo aliqua partium non comparuerit in iudicio, sed per istud capitu. restringitur hoc procedere, nisi vertatur pecuniarium interesse curiæ; vt quia agitur de spreta defensa, vel pœna pecuniaria debita curię, ut dictum est, secus si solùm tangeret ipsum accusatorem, vel denunciatorem, vt in isto c. & tenet Matt. de Affl. in d. constit. post citationem j not. & Ioan. de Arnono
15 com. 15. quod incipit, circa materiam. ¶ † Et dicit hic Bartho. de Capua, quòd si aliquis denunciat, vel accusat aliquem, & nihil acquiritur curiæ, non debet compelli ad iurandum de non desistendo, & si destiterit, licitè & impune poterit desistere, si verò aliquid ad curiam obuenturum sit principaliter, vel secundariò: tunc debet iurare alias non admittitur, Et si iurauit, & se obligauit de probando & non desistendo, & postea destiterit, poterit puniri de periurio, dicit tamen, quòd de ritu accusans obligat se ad certam pœnam de probando, vt dicit etiam Matt. de Affl. in consti. pœnam calumniæ, & in consti. pręsenti lege, la ij. in 2. parte. Et post talem obligationem non licet etiam ante citationem emissam desistere, vel se concordare cum parte sine licentia iudicis, ut dicit Matth. de Affl. in d. con-
16 stit. post citationem. col. 2. in prin. ¶ † Similiter etiam si accusator, vel denunciator denunciasset Regi per supplicationem, vel libellum, siue per memorialæ, vt vulgares dicunt, non esset licitum desistere, etiam si citatio non esset emissa, vt dicit Matth. in dicta consti. post citationem.
17 colum. 2. versicu. item aduerte. † Item non licet actori clerico desistere post datum libellum, & parti intimatum ad effectum euitandi reconuentionem coram laico, vt dicit Matth. de Afflic. decisio. 173. in causa Hectoris. colum.
18 fina. ¶ † Est etiam aduertendum, quòd de iure communi poterat fieri transactio super criminibus, vbi veniebat imponenda pœna sanguinis præter casus exceptos, iuxta l. transigere, cum sua materia. C. de transactio. & per constitu. post litem. fuit hoc correctum, vt solum hoc liceret ante litem contestatam, ante citationem emissam, vel post gratis pacisci inter accusatorem & accusatum absque licentia iudicis, dummodo aliqua partium non comparuerit in iuditio, sed si comparuerit, non licet facere pacem sine licentia curiæ, ut declarat Matth. de Affl. in d. constit.
19 post litem. col. 1. & col. 3. octauo not. † Et per dictum Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit. item seruat, sub rubri. de desistentibus nu. 240. in ordine meo, disponitur, quòd si accusator vult desistere ante litem contestatam, soluit tarenos sex, post litis contestationem soluit duodecim, & in ciuilibus ante litis contestationem soluit tarenos, tres post litem contestatam soluit tarenos sex. Sed hodie ut plurimum vniuersitates habent ex priuilegio, vt infra certum terminum sit licitum impune desistere. Et de materia desistentiæ vide Rob. Maran. in suo Specu. in sexta

parte in titulo de inquisitione, in quarta quæstione princi. colum. 11. cum sequen. & Matth. de Affli. in d. consti. post citationem, cum concordan. supra allegatis. Ioann. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Iuris rigores an debeant leniri dulcedine.*
2 *Feudatarius monitus si non integrè præstat seruitium, an amittat feudum, seu partem feudi. 3.*
4 *Emphyteuta si partem pensionis non soluit, an priuetur in totum re emphyteutica.*
5 *Feudatarius recusans soluere seu præstare seruitium, an priuetur feudo.*
6 *Feudatarius an debeat esse requisitus, vt præstet seruitium, vt feudo priuetur.*
Monitio vna peremptoria an sufficiat, vt vasallus non præstans seruitium feudo priuetur, ibidem.
7 *Feudatarius diminutè præstans seruitiũ qualiter puniatur.*
8 *Vasallus, qui non præstat seruitium, ex quibus causis excusetur.*
Vasallus, qui non præstitit seruitium propter paupertatem, an excusetur, ibidem.
9 *Vasallus minor, qui non præstitit seruitia, an habeat in integrum restitutionem.*
10 *Vasallus si non præstat seruitium domino excommunicato, bannito, vel hæretico, an excusetur.*
11 *Electio an sit regis, vel vasalli, si vult seruitium personale, vel in pecunia.*
12 *Seruitium personaliter præstare, vel in pecunia, seu adoha, an sit in electione feudatarii, si est persona inhabilis ad seruiendum.*
13 *Seruitium præstare an debeat feudatarius, quando est guerra in regno per tres menses cum tribus equis.*

QVOD BARONES, VEL FEVDA tenentes non priuentur feudo propter contumaciam pręstationis seruitiis. Rub.

ROBERTVS. CAP. CCVIII.

VOLVMVS tuam latere notitiam, q nos ęquè humanitatis instinctu subiectorũ nostrorum quantum bono modo possumus volentes præcauere dispendiis, cõstitutionem nuper edidimus
1 tenoris & continentiæ subsequentis. ¶†Pœnarum moles & imprimi, & acerba moliri rigores regiæ leuitatis dulcedine capimur, vt ipsorum duriciẽ oleo nostræ mansuetudinis molliamus, huius ita quòd diualis constitutionis edicto pręscribimus, altercationem iurisperitorum in hoc decidẽtes, &
2 dubia.†Vt si comes, baro, aut qlibet alius bona feudalia a curia nostra tenens, citatus ex more, vt cũ debito & consueto seruitio pręsentet se nostris officiis in iniuncto termino citatorio sibi præfixo, & obedienter veniens, præstet personale seruitium, vel de permissione nostræ curiæ pro adohamento pecuniam; tamen non integrè sicut debet, non ipsis bonis feudalibus, vel eorum parte, sicut aliquorum rigorosa tenebat opinio tanquam contumacia contracta priuetur. Data &c.

ADDITIO.

3 VOLVMVS. Nota ex isto tex. † quòd barones & feuda tenentes non priuantur feudo, si non præstãt integrum seruitium, seu integram pecuniã pro seruitio & adoha. Et de hoc olim erant opiniones: quia aliqui tenebant, quòd si in parte cessabat soluere seruitium, seu adoham feudatarius priuabatur toto feudo, vel saltim pro rata, pro qua non soluerat, sicut dicitur,
4 † in emphyteuta, qui partem pensionis non soluit, quòd priuatur tota re, de quo dubio vide per Specu. cum iuribus ibi allegatis in titulo de locato. §. nunc aliqua, colum. 11. versi. 29. cum seq. & per And. Barba. consi. 37. 2. volu. & Ias. in l. 2. colum. 21. C. de iure emphy. cum
5 concord. in dictis locis. † Et quòd vasallus, seu feudatarius recusans soluere, seu præstare seruitiũ domino cum fuerit requisitus, quòd priuetur feudo, est tex. in c. 1. §. sed non est alia iustior, quæ sit prima cau. benefi. amit. & est tex. & ibi glo. And. & Matth. de Affl. in constit. regni si va-
6 sallus. † Et hoc intellige, si fuerit à domino requisitus, aliàs quantocunque tempore steterit, non priuatur feudo, vt in ca. 1. §. licet. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. & in d. constit. si vasallus, & ibi doct. & Iacob. in trac. feu. in verbo & promiserunt præstare vnum ensem. Et debet esse vasallus ter submonitus ad hoc, vt feudo priuetur, & hoc intellige in comite & barone, non autem in rege, vt dicit And. in d. constitu. si vasallus, col. 6. in fi. & ibi Matt. de Affl. col. 2. & col. 4. vbi etiam ponit, an sufficiat vna monitio cum peremptorio. Dic vt ibi per eum, & vide Andr. de Iser. in cap. imperialem. §. firmiter, col. 2. in prin. de prohi.
7 feu. alie. per Fed. † Sed quando feudatarius soluit diminutè seruitium non amittit feudum, vt hic: sed aliter punitur pęna quadrupli, vel admittitur ad aliam cõpositionẽ, prout latius ponit And. de Iser. in d. consti. si vasallus, col. 5. & ibi Matth. de Affl. col. 3. qui referunt fuisse per Regem Carolum Secundum determinatum, q ille, qui diminutè soluit seruitiũ, punitur in quadruplũ, & si in totũ non soluit, punitur arbitrio Do. Regis, refert ẽt q Rex Robertus voluit, vt ille qui diminutè soluit seruitium, admittatur ad compositionẽ, vt ibi latius per eum. Multas alias quæstiones ad istam materiã vide latè per And. de Iser. & Matt. de Affl. in consti. si vasallus. ADDITIO noua. Et an vasallus negans feudũ, vel qualitates feudi priuetur feudo, vi de Par. in trac. feu. c. pono quęstionẽ. car. 35. col. 1. cũ seq.
8 ¶†Quot autẽ sunt causę, ex quib. vasallus excusatur, si non præstat seruitiũ dño. Dic, q sunt multę: quia si non soluit, propter paupertatẽ excusatur, vt per And. de Iser. & Matt. de Affl. in d. consti. si vasallus. col. 2. & in d. §. firmiter. in fi.
9 †Et similiter si vasallus esset minor, qui non soluit seruitiũ, poterit petere in integ. restit. vt per And. de Iser. & Matth.
10 vbi sup col. 3. ver. quid si feudatarius. ¶†Similiter etiam vasallus excusatur, si dñs esset excõicatus, bannitus, vel hæreticus, de quo vide per And. de Iser. in c. 1. col. 2. in ti. hic finit lex, & ibi Marti. Laud. & Iacob. in tract. feu. in verbo, & promiserunt eidẽ dño suo præstare seruitia, col. 10. in fi. cũ seq. vbi ponit multas causas, ex quibus vasallus excusatur, si non pręstat seruitium, vide ibi per eum. ¶ In tex. ibi (vel de permissione nostrę curię pro adohamẽto pecuniã &c.)
11 †Nota, q est in electione Regis, si vult seruitiũ personale, vel pecuniã, seu adoham pro seruitio, vt in hoc tex. de quo p And. de Iser. in c. j. quis dica. dux. & And. in c. 1. §. sed nec est alia iustior, quæ sit prima cau. ben. ami. & in c. 1. §. similiter. de capi. Corr. & in c. imperialem. §. firmiter. de prohi. feu. alie. per Fed. & c. 1. §. licet. si de feu. fue. cõtro. inter domi. & agn. & Bal. in l. 1. C. de oper. lib. & in constit. regni, q̄ plurium, & ibi doc. & Matt. de Affl. in decis. 265. Illustrissimè, col. xj. ver. quid aũt si rex. Sed Iac. Alu. in c. j. in fi. de pace iur. fir. & in d. c. imperialẽ. §. firmiter. dicit, q regulariter in omni feudo est in electione vasalli, an velit personaliter seruire, an verò soluere pecuniã, de quo vide Ant. Ca
12 pi. deci. x. in causa dominę. col. 2. in fi. cum seq. † Et qñ est persona inhabilis ad seruiendum de persona, tunc electio

erit

erit uasalli, & istud est indubitabile, secundum And. in d. §. miter. col. 1. sed qñ non est inhabilis, est maius dubium, de quo vide Matt. de Affli. decis. 265. illustrissime, col. 11. ver. quid autem si rex. & vide in dictis locis, vbi etiam habes, an & quando vasallus possit seruire per substitutum, & vide Anto. Cap. decisio. 31. in causa sancti. cum concor. ibi.
13 † Et quando est guerra in regno, & præstatur seruitium, debet seruire tribus mensibus de persona cum tribus equis domino regi, vt in c. Item statuimus, quòd comites. supra nume. 110. & quæ ibi dixi, & per And. de Iser. in c. 1. §. similiter. col. 1. in titu. de capi. qui cur. vendi. & Anto. Capi. d. decisio. 10. col. 3. ADDITIO noua. Et Anto. Capi. decisio. 32. in causa magnificæ. col. 1. vbi ponit, an rex in regno possit precisè compellere feudatarios ad personaliter seruiendum, & dicit, quòd de iure communi feudorum est in electione vasalli, si vult personaliter deseruire c. imperialem. § firmiter, & ibi Alua. de prohi. feu. alie. per Fed. & ca. 1. in fin. vbi Alua. & alii de pace iura. firma. & c. 1. §. similiter, de capi. Corra. Tamen in regno Rex potest compellere feudatarios ad seruiendum personaliter. And. de Iser. in c. 1. col. fi. quis dica. dux. & c. 1. §. fin. colum. 1. de capi. qui cur. vend. & Anto. Capi. vbi supra, hoc intellige, nisi ex causa, vt dicit And. in d. capit. 1. colum. fina. quis dica. dux, & capit. §. fina. de cap. qui cur. vend. puta si esset senex, vel infirmus, vel alia iusta causa, tunc posset seruire per substitutum. Ioannes Antonius de Nigis.

SVMMARIVM.

1 *Lites sæpe scandalis materiam præstant.*
2 *Exceptio excommunicationis, vel alia friuola, si fuit opposita post litem contestatam & aperturam testium ad calumniandum, an sequestrum fieri possit.*
3 *Exceptio excommunicationis, & recusationis persepe ad dilatandum opponitur.*
4 *Possidere an sit commodum.*
Beati sunt possidentes, ibidem.
5 *Possessionis commoditates multæ sunt.*
6 *Possessor an percipiat fructus.*
7 *Possidens etiam sine iusta causa conuentus ab alio an absoluatur, si actor non probat.*
8 *In pari causa an sit potior conditio possidentis.*
9 *Officium collatum eodem die duobus, si non apparet de prioritate, an præferatur ille, qui est in possessione.*
10 *Papa si per diuersas bullas concedit feudum duobus, nec apparet de prioritate, quis præferatur.*
11 *Vir & vxor si sunt mortui in diuersis locis, & non apparet quis prior sit mortuus pro confirmanda donatione, an præsumatur pro possessore.*
12 *Clericus si non apparet, an quæsierit bona ex patrimonio, vel de bonis ecclesiæ, an præsumatur pro possessore eo mortuo.*
13 *Iuramentum in dubio an deferatur vasallo, qui reperitur in possessione.*
14 *Episcopi duo si sunt electi ad vnum episcopatum, potestas disponendi penes quem sit.*
15 *Causa si committitur episcopo Paduano, & sunt duo electi, quis de causa cognoscere debet.*
16 *Creditores duo si habent eandem rem obligatam, quis præfertur.*
17 *Beneficium eodem die collatum vni ab ordinario alteri a Papa, quis præfertur.*
18 *Beneficium duobus collatum eodem die ab ordinario quis in eo præfertur.*
19 *Hora & punctus an inducat prioritatem.*
20 *Præsentati si fuerunt duo eodem die, quis præfertur.*
21 *Hora quando est apposita in bulla, an præsumatur prius expedita.*
22 *Testamenta duo si reperiuntur eodem die facta, & sunt duo instituti, quis præfertur.*
23 *Duo eiusdem nominis & cognominis si vnus possidet instrumentum, an ille præsumatur creditor.*
24 *Possidens in interdicto uti possidetis an vincat.*
25 *Præscriptio, & vsucapio an resultet ex possessione.*
26 *Fructuum acquisitio an resultet ex ciuili possessione.*
27 *Possidens semel an præsumatur postea possidere.*
28 *Dominus an præsumatur ex possessione.*
29 *Possidens an habeat præsumptionem pro se, vt credat se dominum.*
30 *Possessor lite pendente an sit priuandus possessione.*
31 *Appellatione pendente an sit priuandus possessione.*
32 *Appellatione deserta an videatur deserta possessio.*
33 *Possessor an sit impediendus fructus percipere lite pendente.*
34 *Possessio an transferat onus probandi in aduersarium.*
35 *Possessio an posit coniungi cum possessione auctoris.*
36 *Posidens ciuiliter an posit turbare, & expellere ingredientem fundum, seu occupantem naturalem possessionem.*
37 *Capellanum præsentare an posit existens in quasi possessione iuris præsentandi.*
38 *Patroni plures si sint alicuius ecclesiæ, & vnus vna, vel duabus vicibus solus præsentauit, an dicatur in quasi possessione iuris præsentandi.*
39 *Legatum in minus solemni testamento, si legatarius posidet, an sufficiat ad excipiendum.*
40 *Posidens an habeat retentionem expensis factis.*
41 *Maritus an habeat retentionem in bonis vxoris pro expensis.*
42 *Maritus posidens plures fundos vxoris an præsumatur illos habuisse in dotem.*
Mulier in dubio an videatur omnia iura dedisse in dotem, ibidem.
43 *Titulus an præsumatur pro possessore.*
44 *Posidens, qui timet sibi vim inferri, an posit iudicis officium implorare, vt vim inferri prohibeat.*
45 *Possessor an efficiatur legitimus contradictor.*
46 *Possessor an posit comparere, & impedire executionem etiam si esset processum ad misionem in possesionem ex primo decreto.*
47 *Mulier, quæ habet bona mariti obligata an posit impedire creditores mariti, vt non mittatur in possesionem.*
Mulier an primò debeat agere contra virum, & petere sibi dotem asignari, ibidem.
Mulier posidens bona mariti an posit incumbere pignori contra alios creditores mariti, ibidem.
Mulier an posit impedire, ne bona deuastentur, ibidem.
Mulieri an posit offerri dos in pecunia per creditores, ibid.
48 *Sequestrum an posit facere iudex, ne partes veniant ad arma.*
49 *Possesio an releuet ab onere satisdandi.*
50 *Hereditas an præsumatur adita ex possesione.*
51 *Possesio an inducat interdictum conseruandæ possesionis.*
52 *Turbatus in possesione an habeat interdictum vti possidetis.*
53 *Diffamatio si præcedat, an posit compelli ad agendum.*
54 *Appellari an posit a sententia lata in possessorio.*
55 *Posidens an releuetur ab onere probandi tempus.*

Possessor

EXCEPTIONE EXCOMMVNICAtionis opposita, vel qualibet dilatoria opposita, res & fructus sunt sequestrandi. Rubrica.

CAROLVS SECVNDVS. C. CCIX.

FREQVENS in auribus nostris murmur obstrepuit, quòd dum inter petitorem, & possessorem lis, seu controuersia vertitur & in processu causæ possessor de litis contra se decisione forsitan formidat, exceptiones, excommunicationis, recusationis, aut alias iudicii moratorias inuenit, vt donec per illas, seu interiectarum illarum causa protrahitur, & lis differtur, longiori possessionis fruatur commodo, & in perceptione fructuū per astutam malitiam indebitè fortassis potiatur augmen-
1 to.† Quo fit, vt protelenter lites, quæ scandalis per sepe materiam præstare noscuntur, afficiantur partes tedio laboris & sumptus, & auctoritas recti iudicii, ad quam spectat abbreuiare lites, ipsasq; decidere illusione quodammodo circunuenitur. Circa quod reputantes ad commodum, & æquitatis animum occurrere fraudibus, & dilationum superstitiosam materiam amputare. Præsenti edictali nostra prouisione vsque ad nostrum beneplacitum duratura statuimus, vt in memoratis litibus, siue ciui
2 libus causis † si quando excommunicationis huiusmodi friuolæ, post litem contestatam, & aperturā testium circa finem ipsarum litium maximè opponantur, quas vtique circumspectio iudicis calumniosas, & causa morādi iudicii ex suo motu seu religionis instinctu potest inspicere interiectas, rem, de qua agitur, cum fructibus, si qui pendent, immediate ex suo officio faciat sequestrari, demum ad victorem in causa, vt iuris extiterit, concessuram. Volumus igitur, & mandamus, vt edictionem nostram hanc firmiter obseruetis, daturi ipsam alterutrum in pendenti, vt in obliuionem non transeat vel neglectum. Data Neapoli per Bart. de Capua &c.

ADDITIO

FREQVENS ¶ In tex. ibi (exceptiones excommu-
3 nicationis recusationis &c.) † Nota, q exceptio excōmunicationis, & recusationis, seu suspicionis persepe ad dilatandum iudicium opponuntur, & ad differendum litē. ¶ In tex. ibi (longiori possessionis fruatur commodo, & in
4 perceptione fructuum &c.) † Nota, quòd commodum est possidere, vt hic, & §. commodum. Insti. de interdi. Et beati sunt possidentes, vt dicit glo. in c. 1. §. si tres, de pace tene. & Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune, col. 21. nu. 80. ff. de
5 acquiren. po. † Et commoditates possessionis multæ sunt, & multas commoditates ponit Bald. post gl. in titu. de cōtro. inter do. & vas. & And. Barba. consi. 23. incipiente, scripsit in quinto dubio, 1. vol. vbi ponit viginti commoditates; & Fely. in c. ex litteris. col. 2. circa prin. extra de proba. vbi remissiuè ponit, vnde colliguntur multa commoda possessionis, & dominus meus Rober. Maran. in repe. l. is potest. col. 43. versi. & per hoc. ff. de acqui. hære. & Guid. Papæ in quæstio. parla. Delfi. quæstione. 356. incipiente, quos, vbi ponit octo effectus, & commoditates, qui resultant ex ciuili possessione, & latè dominus meus Io. Nico. de Vicariis de Salerno referre solebat in rub. ff. de acqui. posse. & Alex. consi. 73. punctus talis est, in vltima col. 5. vol. & consi. 140. eod. vol. Et quia plerunque de possessorio solet litigari, ad sciendum eius commoda hic describam. ¶ Prima commoditas
6 possessionis est, quæ colligitur ex isto cap. † quæ consistit in perceptione fructuum: quia possessor fructus percipit, vt hic ¶ Secunda commoditas possessionis est, de qua loquitur tex. in §. commodum. Insti. de interdi. & in l. fi. C. de rei
7 vendi. scilicet, † quòd possidens etiam sine iusta causa ab alio conuentus, nisi actor doceat de iure suo, non tenetur rem illam restituere: quia actore non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. c. 1. extra vt ecclesia benefi. bene facit tex. in l. non ideo minus. in fi. C. de libera. causa.
8 ¶ † Tertia commoditas est, quia in pari causa potior est cōditio possidentis, vt regula in pari extra de reg. iur. in 6. l. 3. ff de condict. fur. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testamen. mili. Per quam regulam dixit Bal. in capit. capitulum
9 Sanctæ Crucis, extra de resc. † quòd si eodem die duobus conferatur officium potestarie Bonaniæ, nec apparet de prioritate horæ, neuter debet admitti ad ingressum officii, sed qui possidet plus iuris habet eo, qui non possidet. ¶ Se-
10 cundò in eodem loco dicit † quòd si Papa per diuersas bullas duobus concessit feudum, & non apparet de prioritate horæ, vel puncti, plus iuris habet possessor, quæ dicta lequuntur ibi moderni. ¶ Tertiò per hanc regulam dixit Bal. in d. §. veteranus, quòd si actor non habet ius petendi, nec reus ius possidendi, tamē repellitur actor, quia in pari causa &c. ¶ Quarto per hanc regulam dixit Bal. in l. inter virū.
11 ff. de re. du. † q si fuit mortuus vir & vxor in diuersis locis, & non apparet, quis prior quantum ad confirmandam donationem alterius eorum alteri factam, quæ requirit mortem precessisse donatoris, vel infirmanda, præsumeretur pro possessore illius, qui reperitur rem possidere. ¶ Quintò
12 per eandem regulam dixit gl. sing. in c. nulli 12. q. 5. † quòd si non apparet, an clericus quæsierit de patrimonio, vel de bonis ecclesiæ, eo mortuo præsumitur pro successore illius qui reperiretur possessor. ¶ Sextò ad hāc regulam facit tex. in cap. 1. §. item sacramentum, de contro. rect. feu. & in ca.
13 1. §. fin. si de inuest. inter dom. & vas. lis oria. † vbi in dubio in inuestitura defertur iuramentum vasallos, qui reperiretur possessor. ¶ Septimò facit ad hanc regulam illud, quod dixit. D. præp. in c. per venerabilem. §. quod autem. col. 73.
14 extra qui fil. sint legi. † quòd si sunt duo electi ad episcopatum, & vnus possidet, & alius non, potestas disponendi remanet penes possessorem. ¶ Octauò per eandem regulam dixit

dixit idem Præp.in d.c.per venerabilem.§.in rationibus.co
15 lum.2.in 6.nota.† quòd si duo sunt electi ad episcopatum
Paduanum,& vnus possidet,alius non, si causa committi-
tur per summum Pontificem Episcopo Paduano, intelligi
tur commissa existenti in possessione.¶Nonò facit ad hanc
regulam tex.vulgatus in l.quoties.C.de rei ven. & tex.in l.
16 si debitor. ff. de pig. † vbi si duobus creditoribus simul in
solidum eandem rem debitor obligauit, licet contra ter-
tium possessorem vterque eorum agat, tamen si vnus pos
sidet,præfertur.¶ Decimò pro hac regula facit not. tex. in
17 cap.si a sede. extra de præben. in 6.†Si vni eodem die fuit
collatum beneficium a sede Apostolica,& alteri ab ordina
18 rio,& non apparet,cui prius,præfertur possessor,& † idem
Inno.si ab eodem duobus fuit idem beneficium collatum
Illud tamen est intelligendum nisi is, qui non possidet,
probetur primò acceptasse,vt not.declarat D.Felyn.in ca.
19 apostolica.colum.16. extra de rescrip. † Aduertendum est
tamen in prædictis, quòd non modo hora, immo & pun-
ctus induceret prioritatem secundùm moder.in d. cap.ca-
pitulum.colum.16.& 17.& in cap.pastoralis.colum. 3.ex-
tra de rescri.& ad hoc Bald.in l.imperator.ff.de statu ho.al
legat glo.quam dicit esse sing.in l.si ex pluribus.ff.de solu.
& per Socin.in l.qui duos.in prin. colum. 2. ff. de reb.dub.
ADDITIO noua. Et Io. de Selua in tra. de benefi.
in tertia parte, quæstione quintadecima, colum. 3. vbi di-
cit,quòd si apparet de prioritate etiam vnius horæ,ille pre
fertur,allegat Felyn.in cap.pastoralis.in prin.circa fina.ex-
tra de rescri.& in d.cap.capitulum, de rescri. & ibi etiam
in d quæst.15.ponit multa,quando non apparet de proprie
tate.Vndecimò ad hanc regulam accedit tex. in cap. con-
20 sultationibus, extra de iure pat. † Vbi duobus præsentatis
præfertur possessor, licet secundò præsentatus. Non omit-
21 to etiam circa dispositionem d. capit. si a sede. † quòd si in
bulla vnius esset hora, alius deberet probare prioritatem,
vt colligitur ex dictis Socin.in l.1. colum.fina.ff.sol. matr.
Duodecimò per hanc regulam dixit Bartol.in l.1.§.non au
22 tem.ff.de bo.poss.secundùm tab.† quòd si reperiuntur duo
testamenta,in quibus duo sunt instituti,& non apparet de
prioritate,ille præfertur,qui reperitur in possessione. Ter-
23 tiodecimò pro hac regula facit,†quòd si sunt duo eiusdem
nominis, & cognominis, & vnus possidet instrumentum,
ille præsumitur creditor,ita Ang. Imo.& Moder. in l.eum
qui,in prin.ff.de acqui.hære.Bald. expresè in cap. ex lite-
ris,colum.11.extra de consue.Ias.in l.1.colum.2.ff.sol.ma-
trim. & ex istis ista regula remanet aliquantum exornata.
24 ¶ †Quarta commoditas est ei,qui melius probat de posse-
sione,vincit in interdicto vti possidetis,iuxta plenè nota.in
cap.auditis,& cap.in litteris,extra de rest. spoliat.& in cap.
licet causam.extra de proba.l.1.l.si duo.& l.fina.ff. vti poss.
25 cum si.¶ †Quinta commoditas,quia ex possessione resul-
tat vsucapio & præscriptio,vt in regula sine possessione,de
reg.iur.l.3.& l.sine possessione.ff.de vsuc.habetur in l. 1. §.
hæc quæ de seruis. ff. de acquiren. poss. cum infinitis si. Ex
qua præscriptione quæritur vtile dominium.l. si quis em-
ptionis. C. de præscri. trigin. anno. & ex vsucapione dire-
26 ctum. l. traditionibus. C. de pact. ¶ † Sexta : quia ex ciuili
possessione resultat fructuum acquisitio, iuxta not. per glo.
Bartol.& doct.in l.4. §.ex contrario. ff. de acquiren. poss. l.
certum.C.de rei.ven.per Bald.in cap.1.in prin.qui feu. da.
27 poss.& in l.2.C.si quis rem mino.igno.cum si.¶ † Septima
quia qui semel possedit,præsumitur postea possidere,si hoc
allegat,vt communiter videtur concludi per doct.in l.siue
possidetis.C.de proba.Cyn. Bald.& Saly.in l. non ignorat.
C.ad exhi.& in l. indicia.C.de rei vend. per Archy. in cap.
pontifices.7.quæst.1.Spec.& Ioan.And.in titu. de in integ.
resti.Alexand.consi. 133. colum. 3.primo volum.& consi.
28 80,colum.1.2.volum.& consi.74.colum. 3. 4. volum.cum
concor.ibi.¶ Octaua.† Quia ex possessione quis præsumi-
tur dominus,quando dominium incidenter venit in iudi-
tio secundùm Bartol.in l. quidam in suo.ff.de condi. insti.
l. si prius. ff. de no. oper. nunci. in l. communi diuidun-
do.§.inter prædones.ff.com.diuid.Bal.in l.indicia.C.de rei
ven.Ant.de But.& Card.in c.cum ad sedem. extra de resti.
spol.cum concor.allegatis per Iaso.in §.omnium, colum.
5.Insti.de actio.& Are.& Ias.in §.sic itaque.colum.16.Inst.
de actio.& Fran. de Aret. consi. 149. quod incipit, paucis
agam,in vltima colum.vbi dicit,quòd sicut iudex ex posses
sione præsumit possessorem dominum,ita & quilibet extra
neus,& idem firmat idem Fran.consi.154. incipiente con-
sultatio præposita.2.col.& ibi etiam subdit,quòd iste iudex
exequitur super re, quam videt condemnatum possidere,
quia ex illa possessione potest præsumere eum dominum.
Ista tamen sunt intelligenda,quando possessor hoc allegat
scilicet se dominum,vt per Bald.in l.etiam.col.4.C. de ex-
cep.rei iud.& facit regula. l. si. adulterium cum incestu.§.
idem Pollioni.ff.de adul.& not.per Alexand.in qui in alie-
na.§.1.ff.de acq.hære.vbi quòd præsumptio debet allegari,
& idem Alexan.in l.1.C. vt quæ desunt aduo. vbi etiam, quod
vsque ad conclusionem,& in allegationibus iuris potest al
29 legari.¶ Nona commoditas,† quòd is, qui possidet, habet
præsumptionem pro se,quòd credat se dominum secundũ
Bal.in l.1.col.2.in prin.C.si de momen.pos.fu.ap.& Bal.in
in l.cum alienam.C.de legat.& sequitur Ias.in d. §.sic ita-
que.col 16.Institu.de actio.& Ias.in rub.C. qui admi. col.
30 3.¶ Decima † quia lite pendente nõ est possessione priuan
dus.c.quia rei.11.q.1.& not.glos.in c.nolumus.16.q.4.vbi
dicitur, quòd res in iuditiũ deducta in nullam potest om-
nino transferri personam, donec cui potius debeatur in
iudiciaria disceptatione possit cognosci, fallit in eo, qui
habet ius cõe contra se, & allegat præscriptionem, secus
31 si priuilegium c.cum personæ.§.fi.extra de priuil.in 6.† Mi
nimè etiam debet priuari possessione appellatione penden
te.l.sciendum.§.si fundus.ff.qui satisd.cog.& ibi est glo.sin-
32 gu.† quòd deserta appellatione non videtur deserta posses
sio secundùm Bal. in margarita in verbo possessio. ¶ Vn-
33 decima † quia lite pendente non est possessor regulariter
impediendus percipere fructus etiam superueniente prin-
cipis rescripto, ita eleganter consuluit Bal.consi.44.3.vol.
allegat.l.litibus.C.de agri.& censi.lib.11.& not.in cap.que
relam,extra de electi.facit bonus tex.in d.cap. quia res 11.
q.1.ibi,nec ab alio sinat percipere pensionem,& ibi glo.in
34 verb.exigere.¶ Duodecima † quia transfert onus proban-
di in aduersarium.12.quæstio. 1.cap. manifesta. & ea.cau.
quæstio.5.cap.nulli.Alexan.consi.24.in fin.3.volum.¶ Ter
35 tiadecima † quia potest coniungi cum possessione actoris
iuxta ea,quæ plenè habentur in l.Pomponius.§.cum quis.
& per totam illam.l.ff.de acquiren. poss. ¶ Quartadecima
36 † quia ratione suæ ciuilis possessionis licet turbare & expel
lere ingredientem fundum, seu occupantem natura-
lem.l.clam.possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquiren.po.
per Bartol.in l.1. C. vnde vi, & in l. creditores. C. de pig.
Fran.Are.consi.21.penul.colum. Ideo possum turbare, &
expellere volentem me priuare.l.1.C.vnde vi. l. 1. §. cum
igitur.ff.de vi,& vi arma.l.vt vim.ff.de iust.& iur.cap.signi
ficasti.lo 2.extra de hom. & per Alexan. in l. quemadmo-
37 dum.ff.de acquiren.poss.¶ Quintadecima † Quia existens
in quasi possessione iuris præsentandi bona fide,potest præ
sentare capellanũ,& sua præsentatio præfertur præsentatio
ni proprietarii cap.consulationibus. & cap.in litteris, ex-
tra de iur.patro.& ibi glo.& doct.& Alexan.consi.75.4. vo
lum.colum.3.cum sequen. Et ibi, quid si fuit mota lis exi-
38 stenti in quasi possessione præsentandi.† Circa hoc tamen
erit aduertendum,quòd si essent plures patroni alicuius ec
clesiæ,& vnus forte vna,vel duabus vicibus solus præsen-
tauit,non ex hoc potest dici alia tertia vice eum solum esse
in quasi possessione præsentandi, & per consequens debe-
ret præferri,nisi appareat aliis vicibus eum præsentasse ani
mo spoliandi alios, aliàs qui primò non præsentauerant,
non possunt impediri nunc præsentare, nec fiet eis præiu-
ditium in sequentibus actibus,nec circa proprietatem,nec
circa possessionem,ita eleganter declarat Abb.in consi.54.
incipiente,In Christi nomine, eiusque matris præsidio hu
militer

militer inuocato.primo vol.col. 3.¶ Sextadecima commo
39 ditas † quia si alicui in testamento minus solemni relin-
quitur legatum,dummodo ibi adsint duo , vel tres testes,
qui requiruntur ex dispositione iurisgentium cap.in omni
negotio,extra de testi.iuxta cap.cum esset & cap. relatum,
extra de testa.per Barto.& doct.in l.1.C.de sacrosan.eccle.
quamquam,ex tali testamenro non oriatur ciuilis obliga-
tio,tamen oritur naturalis iuxta theoricam gl. & doct. ci-
tramō.communiter in l.cum quis.C.de iur.& fa. ignor. &
in l.1.ff.de condi.ind.& Cano.communiter in c.si.extra de
solu.quæ naturalis obligatio licet non sit sufficiens ad agē-
dum,est tamen sufficiens ad excipiendum. l. etiam. ff. de
compen.l.vnius.§.pactus ne peteret.ff.de pact. Et ideo si le
gatarius reperitur possidere rem sibi legatam in testamen-
to minus solemni,& hæres contra eum ageret, posset illū
exceptione repellere,ita not.uoluit Bar.in l.nemo potest.ff.
de leg.3.quem doct.ibi communiter sequuntur per.tex.in
l.militis codicillis.§.veteranus.ff.de mili.test.& sic erit no-
40 tabilis commoditas possessionis.¶ † Decimaseptima com
moditas est circa retentionem.exemplum erit in edifican
te de nouo in re aliena tamquam propria:quia si possidet
rem illam,potest sibi retinere pro expensis,secus si non pos
sideret,tex.est in l.si in area.ff. de condi.in d.& facit bonus
tex.in l.planè.ff.de peti.hære.vbi etiam prædoni in isto ca-
41 su officio iudicis subuenitur.† Similiter maritus habet re-
tentionem rerum dotalium pro expensis factis constante
matrimonio ,vt est tex.in l.quod dicitur.ff.de impen.in re.
do.fa.licet eo casu haberet etiam actionem,vt in ea. l. §. si
dos,de qua materia per Specul.in titu.de acto.in 9.car. ver
si.7.& per Pau.de Cast consi.9.primò impressis.Et ad ma-
teriam retentionis adde pulcra per Bal.in l.fi.C. cōmo.Il-
lud autem,quod est dictum ædificāte in alieno,intellige, si
est bonæ fidei.§.certò.Institu.de re.diui.¶ Decimaoctaua,
42 † quòd si maritus possideret plures fundos vxoris, præsu-
mitur illos habuisse in dotem,ita not.consuluit Abb.in cō-
si. incipiente , Omnipotentis Dei postulato suffragio , tria
sunt.prima col.vers.venio ad secundum dubium,mouetur
quia in dubio mulier videtur omnia iura & bona sua dedis
se in dotem.l.mulier bona.ff.de iur.do.& per Bar.in l.si cō-
stante.ff.sol.matr.vide plenius per Bal.consi. 98. incipiente
43 mulier maritum. 2. vol. ¶ Decimanona † quia pro posses-
sione præsumitur titulus.ca.2.§.fin.si de inuest.inter domi.
& vasa. lis ori.& ibi per Bal.& l. 1.vt lit. pen. ¶ Vigesima ,
44 † quòd si aliquis timet vim sibi inferri in possessione sua,po
test implorare indicis officium , vt eam inferri prohibeat,
tex.est in l.fin.§.si super possessione.C.de transf.l. fina.& ibi
Bar.in prin.ff.quod met.cau.l.fin.ff.de offi.procu.Cęsa.Bal.
in l.seruus.C.quod cum eo.Bald.in l.fin.2.col.C.de edi.di-
ui Adri. toll.Fran.de Are.in c. in præsentia.col.5.in fin.ext.
de prob.Felyn.in rub. extra de treg. & pa.col. penul.& fi.
45 ¶ Vigesimaprima † quia possessor efficitur legitimus con-
tradictor ad impediendum executionem rei, quam possi-
det secundum Bal.in l.ob maritorum.C.ne vxor pro mari.
& habetur in l.a diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iud.& in
46 c.veniens.extra de testi. † in tantū, quòd si esset processum
ad missionem in possessionem ex primo decreto , adhuc
posset comparere & impedire executionem . Socin. consi.
154.incipiente, uisis processu & sententia.col.7. versi. ter-
tius casus,quod secus esset in eo,qui non haberet possessio
nem,sed tantum titulum,& sic ius ad rem,ita Bal. post Ia-
co.Butr.in l.manifestissimi.in prin.C.de fur.& in c. 1.quid
sit inuest.Et ad materiam quis dicatur legitimus contradi-
ctor,vide Bald.Ias.& alios in l.fi.col.9.C.de edi.diui. Adri.
47 toll.cum concor.ibi.¶ † Adde:quia licet mulier in instru-
mento dotali habeat expresse obligata bona mariti,& præ
feratur creditoribus,non tamen poterit impedire credito-
res mariti petentes se mitti in tenutam bonorum mariti,ni
si primò agat contra virum , & petat sibi dotem assignari
ex aliqua iusta causa,ex qua possit repeti dos constante ma
trimonio , iuxta ea quæ habentur per Bar.& doc.in l. si cō
stante. ff. solut.matri.& in l.2.& ibi doct.eo.titu.& oportet

quòd super hoc fuerit lata sententia declaratoria , vt latè
per Pau.de Cast.in l.2.ff sol.matrim.& in consi. 8.in fin.2.
volum. incipiente in causa,quæ vertitur , vbi allegat idem
consuluisse Bartol.& tenet Hip.in sua pra.§.aggredior.nu.
118. & Thom.Gram.decisio.92.colum.4.nu.17 & D.Hip-
po.in rub.ff.ad leg.cor..de fal.col.6.in prin.& per eundem
Hipp.in l.si quis nec quæstio.colum.3.ff.de quęstio.
ADDITIO noua.Bene faciunt quæ dicit Bald.An-
gel.Raph. & Imo.in l.si marito, in prin.ff.solu.matrim. di-
centes,quòd licet vxor habeat bona mariti obligata pro do
te,tamen non potest impedire eorum publicationem & in
corporationem:cum ipsa non habeat dominium illorum,
nec possessionem , sed postea ipsa à fisco dotem repete.C.
ad leg.iul.de vi pub.l.2.& sequitur Angel.Are.& ibi Augu.
Ari.in add.in tra.malef.in verbo,& eius bona publicamus,
colum.4.versicu.quæro quis possit Anto. Capi. decisi.130.
colum.fi.vbi duobus modis limitat , vt statim dicam.¶ Li-
mita tamen prædicta, nisi ipsa mulier incumberet pignori,
& sic possideret bona mariti : quia tunc haberet ius reten-
tionis contra creditores mariti, vt latè per Bal. nouellū in
tra.de dote,in septima parte principali,priuilegio decimo-
octauo,car.39.& in d.septima parte principali , priuilegio
47.& 48.car.45 & Par.in tra.sind.in verb.publicatio bono
rum.Et ideo debet esse cauta vxor, vt non expectet auctori
tatem iudicis præoccupare bona,vt statim dicam.¶ Limita
secundò,nisi res esset propria vxoris detenta per virum, vt
tenet Augu.Ari.in d.tra.malefi.in addi.in verbo,& eius bo-
na publicamus.col.5.quia tunc mulier posset impedire, &
debet esse cauta vxor,vt non expectet auctoritatem iudicis
in præoccupando bona sua , sed ipsamet manum inficiat,
quantumcunque bona illa per virum detineantur,vt dicit
Ari.vbi supra,allegat Ang.in l.siquis.per illū tex. C. de bo.
damna. & tenet Anto.Capi.d.decisi.130.col.fi.& Anto.de
Fano.in tra.de pig.in primo memoro quintæ partis,nu.34.
Et dicit Tho.Gram.deci.92.col.4. quòd ēt in eodē iudicio
mulier potest opponere de vergentia viri ad inopiā, & im
pedire creditores,vt ibi latius per eum.¶ Limita tertiò,nisi
bona defuncti deberent deuastari,non dico publicari,quia
tunc de iure potest vxor pro dote impedire illam deuasta-
tionem,vt dicit Ari.vbi supra,allegat Alb.de Rosa.in tertia
par.statu.q.7.& tenet Anto.Capi.d.decis.130.col fi.dicit ta
men,quòd de facto non seruatur,quia deuastatur, sed ciui
tas isto casu satisfacere tenetur vxori & aliis creditoribus,
vt ibi per eum,& tenet Ant.de Fano.in d.tra.de pig. in loco
præallegato numero 35.vbi dicit, quòd hoc casu inconti-
nenti mulier posset recuperare à fisco non obstante quòd
non sit solutum mr̄imonium . Quid aūt si constante mr̄i-
monio est facta restitutio dotis mulieri pp viri vergētiā ad
inopiā,si postea maritus est effectus diues,an vitietur dotis
restitutio,an verò remaneat valida.gl.pen. in l. vbi adhuc.
& ibi Cy.Ray.& Alb.de Ros.C.de iure do. tenent, q valet
quia diuitiæ superuenientes tendunt ad eundē effectū , ad
quē solutio dotis.s.vt cōsulatur mulieri, hoc ēt tenet Bart.
in l.si cōstāte.in quarta parte principali,quæ est pen. ff.sol.
matr.& ibi Imo.& Alex.col.fi Pau.de Ca.in l.pluribus.§.&
si placeat.ff.de ver.obl.& in l.sciendū.§.fi.ff.qui satisd. cog.
Io.And.in addi.spe.in ti.de don.inter vi.& vxo.§.fi.versi.qd
si vir.Ant.de Butri.in c.per vestras. extra de dona. inter vir.
& vxo.Ang.in d.l.vbi adhuc.Soci.consi.60.in præsenti.col.
3.versi.præterea ad gl.1.vol.cum concor.in d. locis , & est
cōis opi.quicquid dixerit Ias.in d.l.si constante. col. 37. cū
seq.versi.vnam non omitto.qui videtur impugnare cōem,
&.a communi non est recedendum , & ad contraria patet
responsio ex dictis per Alex.in d.l.si constante.in prin.col.
fi.¶ An autem creditores mariti possint offerre dotem in
pecunia mulieri agenti,vel excipienti in casu inopiæ mari-
ti ad bona illius sibi hypotecata pro dote , & peti relaxatio
bonorum cum cessione iurium dotalium,iuxta.l.creditor.
§.si pignus.ff.qui potio.in pig.hab.& l. 1. C. si antiq. credi.
Et in vidua certum est , quòd ipsa tenetur credere actiones
oblatis sibi dotibus,vt tenet Bal.in c. contingit.col. 3. ver-
si.po-

si.pone vidua,extra de dolo & contu.Sed in ea,quæ non est vidua,sunt diversæ opi.inter doctores,& vna opi.est, quòd est locus tali oblationi, ita quòd oblata dote in residuo po test exequi ad instantiam creditorum, vt tenet Bald. ind.c. contingit.Bald.Angel.Imo.Ro.Pau.de Ca.& Alex.in d.l.si constante. in prin. in sexta quæstione tertiæ partis col. 11. versi.item in quantum,cum concor. ibi. Contrariam opi. quòd non sit locus tali oblationi,tenet Io.And.in addi.spe. in titu.de dona.inter virum & vxo.§.si super.versi.sed cum mulier.Iac.de Are.& Cy.in l.cum tibi.C.qui potio. in pig. ha.& ibi Pe.Bar.Saly.& Ful.& Bar.in d.l.si constante. in septima quæstione tertiæ par.principalis,Bal.& Ang.sibi cõtrarii in l.1.ff.sol.matri.Bald.in l.vbi adhuc.C. de iure do. Cor.consi.85.videtur prima.in littera D.4.vol. Soc. in con si.111.visa consignatione.3.vol.Bal.nouell. in tra. de dote, in septima parte,priuilegio.47.car.45. Ant. de Fano in tra. de pig.in primo membro quintæ partis,nu.31.cum sequẽ. & ab ista opi.in iudicando non est recedendum. Aduerte tamen,quòd in isto casu mulier non posset occupare omnia bona mariti, sed potest eligere vnum prædium vsque ad concurrentem quãtitatem suæ dotis,arg. d.l.creditores. & ibi Bar.ff.de distra.pig.& Anto.de Fano in d.trac.de pig. in loco præallegato nu.33.cum concor.ibi.¶ Vigesimasecunda commoditas est † quia licet aliàs quando dubitatur an partes veniant ad arma, iudex debeat procedere ad sequestrum,vulgata.l.æquissimum.ff.de vsuf.Tamen. constito de vnius possessione reuocatur sequestrum.Bal.in l.ordinarii.C.de rei.ven.& l.incerti.C.de interd.per cano.maximè Are.in c.in præsentia,col.6.extra de proba. ad quæ adde latè per Frã.Cur.sen.consi.2.Soc.& Ias.in l.quidam.ff.si cer.pet.Bal.in c.clerici.col.2. extra de uit.& hon. cler. pulcrè per Vincen.Her.in l.quod iussit.colum.2.de re iudi.

48

ADDITIO noua.Et tenet Saly.in l.vis eius.in fi. C. de prob.vbi dicit,ꝙ tali casu iudex debet manutenere eum in possessione,q̃ possidet,& tenet Hip.in sua pra cri. §. pro complemento.in fin. Aduerte tñ, ꝙ qñ fit sequestrum pro euitando scandalo,debet saltem summariè cõstare de scãdalo parte præsente,vel citata;vt tenet Ang.consi.107.Iacobellus.in fin.& Fran. Cur.in l.1.C.de prohi. sequest. pecu. aliàs intra.de sequest.in prima carta,col.3.versi. quartò fallit. Nec creditur verbis iudicis aliter asserentis, vt ibi per eos & Hippo.singu.543.incipiente, maleficiis, & Decius in l.fi.colum.3.in prin.C.de edi.diui Adri.toll. Et circa prædicta est aduertendum,quòd si vtraque pars asserat se possidere lite pendente, & subest timor scandali, iudex debet summatim & extraordinariè se informare, quis possideat,vt dicit Par.in trac. sind. in verbo negligentia.§.iudex vt non arguatur,in verbo concordia, & Pau.de Cas.consi. 3.in causa quæ vertitur.2.volu.& reperto quis sit in possessione debet inhibere ei,qui non est in possessione,ne eum turbet, nec molestiam faciat lite pendente, & ista erit interloquutoria, donec cognoscatur super proprietate, vel super possessorio retinendæ, vt latius per Pau. de Cast.in d.consilio 3.cum ibi allegatis, & Anto. Capi. decisio. 96. Aduertendum tamen est pro limitatione prædictorũ:quia tanta posset esse festinantia & celeritas imminentis scandali,quòd iudex non posset capere informationem, & euitare scandala, & tali casu quia periculum esset in mora, parte non citata posset inhibere partibus, ne accedant ad locum differentiæ,quia tali casu periculum esset in mora, vt dicit Hippo.in singu. 543.cum ibi allegatis. Ad materiã etiam vide Ias.in l.si fideiussor.§.si satisdatum. ff.qui satisd. cogan.colum.3.in versi.secundò limita, vbi dicit,quòd licet aliàs sequestrum tollatur per satisdationem de re restituenda & non barattanda; tamen hoc non habet locum, quando fieret propter scandalum euitandum; quia tunc etiam præstita satisdatione non reuocatur,vt ibi per eum.

49 ¶†Vigesimatertia,† quia releuat ab onere satisdandi de iudicio sisti.l.sciendum.ff.qui satisda. cogant. quod qualiter

50 procedat, vide ibi text.& doctor.¶†Vigesimaquarta, quia ex possessione præsumitur adita hæreditas, quando non subest alia iusta causa posfidendi: vt per Bartol.in l.gerit. ff.de acquiren.hære.plenè per doct. in l.non hoc. C. vnde

51 cogn.¶†Vigesimaquinta; quia possessio producit interdictum conseruandæ possessionis: nam qui est in possessione, potest petere se in ea confirmari secundum Bald. in c. primo.§.fin.num.7.& 8.oppo. C.de edi.diui Adria.tollen. quod intelligit ibi,apparente contradictore, aliàs non,

52 Ludouic. verò ibi reprehendit Bald. † quia ex quo turbatus habet interdictum vti posfidetis, quod est ordinariũ, debet facere cessare remedium extraordinarium, arg.l.in prouinciali.in princi.ff.de no.oper. nun.Potest tamen saluari opin.Bal.quod loquitur in eo, qui turbatur de iure in iudicio,quo casu non competit tale remedium ordinariũ, nimirum si competit remedium conseruandæ extraordinarium; quia possumus ex mente doct. ibi in hoc passu distinguere: quia. Aut petens confirmari fuit missus in possessionem auctoritate iudicis. Aut de facto,Primo casu aut iniustè, seu non rite, & de hoc dicendum, vt latè per doct.in l.si finita.in prin.ff. de dam. infect.& per doct. in d.l.1.ad carbo.& Bal.in d.l. Aut iustè, & tunc aut ab eo, qui prætendebat possessionem iniustam,& tunc potest peti confirmatio secundùm Bald.in l.3.§.si sub ea.ff.de bon. poss. contra tabu. & Bal.in d.l.1.in septima & octaua opp. Aut a nemine inquietatur, & tunc dicendum, vt in sequenti casu.Secundo casu, aut possessor molestabatur de facto, & habet interdictum vti posfidetis. Aut de iure, & tunc aut quæstio differtur in aliquod tẽpus, & is qui possidet est talis, qui poterat intentare interdictum adipiscendæ possessionis,& potest petere possessionem confirmari. d.l.1.ad carb.& procedat dictum Bal.in d.c.1.§.fi.Aut non differtur, & tunc non potest peti confirmatio obstante vitio litigiosi,tex.est in d.c.1.extra de confirma. vti.vel inutili. aut possessor a nullo molestatur, & tunc aut hoc petit a principe,& potest,fallit in casu.l.fauente.C. vnde vi. cum ibi plenè nota.& per Fely.in ca. postulasti.col.17.extra de rescri.& Alex.consi.3.colum.5.1. volumi.& consi.123.vlti.colum.4.vol.aut hoc petit a iudice ordinario, & non potest,secundùm Abb.in d.c.1. circa fin.quia nullum producit effectum & sic frustra precibus postulatur, quod a lege statutum est.l.j.C.de thesau. lib. 10. & gl.magna in l.1. ff.ad muni. Istud tamen fallit primò,quando quis timeret se ab aliquo turbari, secundùm D.Andr.Sicu.in d.c.1.videtur velle Pau. de Cast.in d.l.1.ad carbo.facit, quod vo-

53 luit Barto.in l.si quis.C.de decur.lib.10.†Secundò limitatur, quando præcederet aliqua diffamatio,& tunc ad tollendam diffamationẽ posset hoc peti, & hoc voluit Abb. in d.c.1.facit,quod voluit Inno.in c.causam.el ij. extra qui fil.sint legi.vbi dixit, quòd licet is, qui est in quasi possessione ingenuitatis,non posset petere se pronunciari ingenuum,tamen secus si præcedit aliqua diffamatio.¶ Vigesi-

54 maseptima, † Quia licet aliàs a sententia lata in possessorio non appelletur.l.1.C.si de momen.po.fue. app. tamen quando non est consultum possessori nisi per retentionem poterit appellare,vt per Abb.in c.cum ad sedem. in antep. colum.extra de resti.spo.¶ Vigesimaoctaua commoditas,

55 † quia licet aliàs quis debeat probare tempus, tamen si sit in possessione,releuatur ab onere probãdi tempus, vt per Ias.in rubr.C.qui admi.col.3. allegat Bar.in l.1.§.non autem.ff.de bon.poss.secundùm tabu.& facit tex.in c.ex litteris.extra de proba.& in d.c.si a sede de præben.in 6.secundùm eundem Bald.in cap.capitulum Sanctæ Crucis.in 1. col.extra de rescri.& c.ex litteris.col.2.extra de consuet. & Barba.consi.35. incipiente, sapienter scribitur. nume. 11.

56 2. volu. ¶ Vigesimanona commoditas; † quia bonæ fidei possessor habet retentionem pro debito naturali,vt declarat Barto.in l.precibus.pen.colum.C.de impub.& ali.substit.& clarius Alexã. ibi in antepen.colum.secus in malefidei possessore, vt probatur per glo.iuncto text. in l.si quid

57 possessor.§.iustus.ff.de peti.hæred. ¶ Trigesima, quia possessor non cogitur ostendere titulum suæ possessionis.l.cogi.cum materia.ff.de peti.hæredita.l.edicto. C. de edi.diui Adri.

Adri.tollen. And. in c.cum causam.extra de probat.per doцto.in c.constitutus.extra de elect. in c.si diligenti. de foro compe.in c.ordinarii. extra de offi. ordi. Et ibi quid in beneficialibus, & remissiuè quid in feudo & emphyteusi.

58 ¶ Trigesimaprima commoditas: † quia possessor omnino est citandus, aliàs possessione non est priuandus, vt nota. plenè per Barba. consi. 13.incipiente, A Ioue principium, columna 3. & ibi refert dictum Bald. in l.si maritus. C.de dona.inter virum & vxor. plenè moder.in c.humilis. & in cap.inter quatuor.extra de maior.& obedien. per Alexan. consi.quinto. 2.volum. etiam ex rescripto principis.l.meminerint.C.vnde vi,& doct.vbi supra plenissimè. ¶ Trige-

59 simasecunda commoditas: † quia non valet impetratio beneficii non facta mentione de alterius colorata possessione licet iniusta.c.cum nostris.extra de concess. præben.

ADDITIO noua. Et ibi latè Abb.vbi ponit, quando fieri debet mentio de colorata possessione, & latè per Ioan.de Selua in trac.de beneficio,in tertia parte quæstione vndecima versicu. vigesima qualitas cum ibi allegatis.

60 ¶ † Quid autem si in literis sit clausula,amoto quolibet illicito detentore.an hoc casu valeat, ut sic cesset vitium subreptionis. Alex.consi.70.incipiente in causa vertente. in fi. 3.volum.tenet quòd sic,allegat Anto.de Butr.& Imo.in d. c.cum nostris. de quo vide Ias. in l.ex pupillari. colum. 1. versicu.tertio ff.de vulga.& pupil.quod sanè est intelligendum,quando talis clausula est apposita circa ipsam collationem,secus si in fine bullarum vbi apponûtur aliæ clausulæ generales: quia tunc non ampliaret dispositionem, vt per Abb.in d.cap. cum nostris.& declarat Franc. Curt. consi.3.impresso post tractatum per eum editum in materia feudali. ¶ An autem vigore talis clausulæ possit exequutor appellationis priuare possessorem contradicentem nô citatum, plenè per Philip. Franc. in c.licet episcopus. extra de prębend.in 6.& in cap. 1. de concessi. præbend.

ADDITIO noua. Et plenè per Lapum allegatione 103.Sæpe mihi,vbi omnino vide.Et dicit not.Lud.Ro. consi. 499.in pręmissa, ꝙ licet aliàs possessor beneficii sit citandus,vt in d.c.licet episcopus,& ibi Phil.Frã. & alij,& c.1.in 4.nota.de concessi.pręben.& per ea quæ dicit Deci. in l.fin.colum.2.nu.5.C.de edi.diui Adri. toll.& per doct. in c.cum nostris.extra de concess.preben. Tamen quando constat, possessorem nullum ius habere,& quòd sua possessio est vitiosa & discolorata, ne diu in suæ animæ præiudicium in intrusionis delicto permaneat, etiam non vocato possessore exequutor potest eum possessione priuare, & alteri conferre,vt ibi latius per eũ,vbi notabiliter loqui-

61 tur. ¶ † Et circa prædicta sunt menti recordandę duę regulæ Cancellarię,quarum vna loquitur de triennali possessore non molestando,alia de annali,de materia etiam dictæ clausulæ per D.Fely.in ca.causam quàm col.3.extra de rescri.& per Io.de Selua in tra.de beneficio, in tertia parte, quæstione vigesimaprima,col.fi.& per Fely.in c. sicut.col.

62 18.de re iudi. ¶ Trigesimatertia,† ꝙ si quis iniustè possidet deinde a vero domino stipuletur rẽ sibi possidere licere, de iniusta efficitur iusta possessio, & ista est alia possessionis commoditas,vt declarat Ias. in l. stipulatio ista. §. hæc quoque.secundo nota.ff.de verbo.oblig. ¶ Trigesimaquar-

63 ta, † quia possidens ecclesiam curatam licet per impetrationem & collationem secundæ vacet prima,& teneatur illam relaxare.c.de multa.extra de præben.tamen si in ea de suo patrimonio fecit aliquas expensas,potest illam retinere,quousque sibi reficiantur expensæ,vt dicit Abb. ibi in 5. & 6.col.faciunt,quæ dicit Alex.in l.si quis rem.ff.de acqui. poss.vbi dicit,ꝙ est iusta causa non reddendi possessionem propter impensas vtiles, vel necessarias in re factas. ¶ Tri-

64 gesimaquinta commoditas, † quia possessio, quæ fuit penes defunctum,præsumitur remansisse in hæreditate,vt p Alex.cõs.24.3.vol.non tamen possessio acquiritur hæredi, nisi fuerit apprehensa.l.cum hæredes,& ibi Alex. & alii. ff.

65 de acq.poss. ¶ Trigesimasexta cõmoditas est, † quia possessori non potest mora imputari,si non egit de iure suo. Bal. in marg.in ver.possessor,per tex.in l.si quis libertatem.§.1. in ver.possessor. Cæteras verò commoditates ex diurnis lectionibus poteritis istis addere,& supradictas commoditates retulit dominus meus Io.Nico.de Vicariis de Salerno, dum legeret ordinariam lectionem.ff de acqui.po.in Salernitano studio in prima lectione, & tunc incepi lecturam ordinariam audire, & fuit in Die Martis. 23. Octobris. 1515. Io.Anto.de Nigris de Ciuitatæ Campaniæ. I. V. D.

66 ¶ In tex.ibi(lites,quæ scandalis &c.) † Nota quòd ex litibus sepe scandala oriuntur,vt hic, & etiam odia, vt probatur in regia prag.quæ incipit, odia. in prin. & scandalis est obuiandum.l.æquissimum.ff.de vsufr. & de materia scandali vide, quæ latè dixi in clem. extrauag. contra clericos non incedentes in habitu & tonsura,in rub. de vita & hon. cle.in gl in verbo scandalũ,vbi vide. ¶ In tex.ibi(si qñ &c.)

67 † Nota,ꝙ qñ iudex uidet,ꝙ calumniosè aliqua exceptio opponitur post litem contestatam, & post publicationem ad dilatãdum iudicium, vt possessor fructus percipiat,potest ex suo officio sequestrare rem, de qua litigatur vnà cum

68 fructibus. † Et sic licet regulariter sequestrum sit prohibitum. l. prima, C. de sequest. po. & frũ. glo. Ioan. And. & doct.in capitulo examinata. extra de iudi. glos. & doct.in capitulo secundo,extra de sequest. poss. & frũ. Hostien. & alii in capitulo fina.eod.titu. Archid. in capitulo quia res. 11.quæstio.1.cum concor. tamen fallit in casu huius cap. quando litigaretur de aliqua re,& post publicationem opponeretur al qua exceptio calumniosè ad dilatandum vt hic, quia poterit iudex facere sequestrum, alias etiam fallentias vide per Fran.Cur.in tract.de sequestris, colum. 2. cum sequen.& in illo tra.ponit lectu.d.l. vnicæ.C. de prohi.sequest.pecu.Aduerte tamen,quia istud ca.videtur sublatum,quia fuit factum,vt duraret ad beneplacitum, vt in hoc c.ibi,vsque ad nostrum beneplacitum, quod extinguitur morte concedentis. capit.si gratiosè. de rescri. in sexto.

69 † Sed dici potest,quòd ex quo ista capitula fuerunt confirmata per Regem Robertum,vt patet infra cap. salubrem. nume. 212.& vult ibi,vt sint perpetuò duratura, & sic licet fuisset factum ad arbitrium Regis Caroli Secundi, tamen vigore confirmationis perpetuò durat. Et de materia exceptionis excommunicationis vide supra capit. pro bono statu.nume.20.cum concordantiis ibi.Et de materia suspicionis,& recusationis iudicis vide infra capitulo prolixitatem numero 217. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

succeßiuum & non momentaneum.
16 *Vniuersitas an puniatur, quando delinquitur in omittendo, etiam non communicato consilio.*
18 *Vniuersitas punita an poßit repetere a regentibus eam.*
19 *Vniuersitas an puniatur sequuta ratihabitione.*
10 *Vniuersitas an puniatur, si delictum fuit commissum per paucos.*
21 *Vniuersitas vt dicatur delinquere an sufficiant duæ partes.*
22 *Vniuersitatis minor pars si contradixit maiori parti delinquenti, an minor pars excusetur.*
23 *Vniuersitas an poßit capitaliter puniri.*
14 *Vniuersitas quando condemnatur in pecunia pro delicto, quomodo pœna solui debeat.*
25 *Vniuersitas si deliquit, an singuli puniantur.*
26 *Vniuersitas, quæ soluit pœnam pro eo, quòd vnus receptauit malefactores, an possit agere contra illum receptantē.*

QVOD RECEPTATORES PARI POENA puniri debeant, qua & malefactores. Rubri.

ROBERTVS &c. CAP. CCX.

1 LICET † Contra receptatores
malefactorum, atque latronum
graues pœnæ a iure sint proditæ
propter frequētiam tam recepta
torum ipsorum, quàm plurium
nobilium maximè & baronum,
sicuut quædam diuulgat infamia, quæ in præsenti
excreuit. Declaramus, & statuimus nouiter eodem
statuto nostro vsque ad paternum, nostrumque be-
neplacitum duraturo. Vt qui sciēter latronem, aut
nocentem grauiorum criminum latitantem, cita-
tum forsitan, siue bannitum, post bimestre tempus
bannitionis ipsius receptabit decętero, vel occulta
bit per se, vel alios, vel receptato, vel occultato, siue
alicubi latitanti victualia ministrabit, eadem pęna,
qua ipse receptatus, seu cui ministrata victualia fue
rint, probato forte crimine puniendus ex ipsa rece
ptatione, occultatione, aut ministratione victualiū
2 feriatur. † Terræ, castri, domus, vel prædii, vbi de-
linquentes huiusmodi receptati fuerint, atque oc-
cultati. Baro, nobilis, aut alius receptans, atque oc-
cultans, possessione, & fructuum perceptione, quos
in fiscum regium deferti iubemus, vsque ad quin-
quennium se nouerit esse priuatum, & possessio ea
dem per præsidem prouincię pro curia capiatur, &
ad opus eiusdem curiæ per totum iuge quinquen-
nium procuretur. Elapso verò quinquennio in po-
testatem liberam priuati iam dicti eadem possessio
3 protinus reuertatur. ¶ † Sed si vniuersitas locorum
receptauerit, aut occultauerint delinquentes iam
dictos, aut scienter terrarum incolæ morari patian-
tur cum eis, illi de vniuersitate sicut superius expri
mitur, puniantur, qui maiores inter ipsos indige-
nas dignoscentur, si causam dederint receceptatio-
ni, & occultationi prædictæ, aut monere potue-
rint, nec monuerint conciues, & incolas expellere
malefactores eosdem, alioquin tota vniuersitas pu-
niatur, vt pro quolibet foculari augustalem auri
4 vnum regio fisco soluat. † Quæ quantitas vnius au
gustalis pro quolibet inter habitatores loci illius
proportionaliter diuidatur, exigenda pro curia si-
cut in collectis, & functionibus fiscalibus fieri con
sueuit communis iuris regula super receptationi-
bus editis in suo robore duraturis, quod nostrū sta
tutum per totam a vobis Prouinciam nos volumus
solemniter dinulgari, & post diuulgationem eadē
tenaciter obseruari. Data per Barth. de Capua.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

ADDITIO.

LICET Contra. ¶ In text. ibi (graues pęnæ
5 a iure sint proditæ.) † Nota, ꝙ contra rece-
ptatores malefactorum, & latronum sunt pę
næ graues impositę, vt C. de his qui latro. l. 1.
& ibi Saly. in nota. & tex. glo. & doct. in l. 1. ff.
de recepta. Bonifa. in tra. malefic. in rubr. de recepta. And.
de Isern. & Matth. de Afflic. in consti. regni patarenorum,
& in consti. pœnam eorum, in 20. nota. Thom. Gram. in vo
to 15. in prin. & hodie est regia prag. Regis Ferdinandi cō
firmata per Cæs. Maiestatem Caroli Quinti de Austria, &
incipit, nos Ferdinandus & c. quæ tanquam ius nouissimū
6 obseruatur. † Et quis dicatur receptator, ponit Saly. in d. l. 1.
col. 1. C. de his qui latro. vbi dicit, ꝙ receptare est pro-
prium refugium abscondendi causa præstare reo in agro,
vel ædificio, & vide tex. & Barto. in l. 1. §. quod autem. ff. de
7 ser. corrup. † Et an idem sit receptare, & receptatum retine
re, vide Soci. consi. 262. in causa magnifici. col. pen. 2. volu.
ADDITIO noua. Versus finem, vbi dicit, quòd
aliud est receptare, aliud receptatum habere, vt declarat
Bar. in l. eum qui. §. in popularibus. in vltimis verbis. ff. de iu
reiur. & sequuntur communiter docto. vt per Soci. vbi su-
pra. An autem receptator dicatur per vnicam vicem tan-
tum, vide Archid. Ioan. And. & Gemi. in c. 2. col. 2. in fi. de
hære. in 6. Old. consi. 26. col. 2. circa medium & Matth. de
Afflic. in consti. regni, patarenorum. colum. 2. versi. quartò
quæro, & omnes tenent communiter, ꝙ etiam si semel tan
tum, seu vna vice receptauit, dicitur receptare, & punitur.
8 ¶ † Et quid de receptante consanguineum, vide glo. & Sa-
ly. in d. l. 1. C. de his qui latro. Et Alex. consi. 144. in fi. 2. vo
lu. vbi dicit, ꝙ mitius punitur, & tenet Matth. de Afflict. in
consti. patarenorum. col. 2 circa finem, & Ang. in tra. male-
9 fi. in verbo, dicto malefi. semper astitit, in fi. † Vbi ponit de
vxore receptante maritum bannitum.
ADDITIO nona. De quo etiam per Matth. de Af-
flic. in d. consti. patarenorum. col. 2. circa finem, versi. item
fallit, vbi tenet, ꝙ vxor impune receptare potest virum bā
nitum, & rebellem, allegat And. de Isern. in consti. pęnam
carere volentes, & in cap. 1. §. si quis ho. de pace tenen. &
Alex. in addi. ad Bar. in l. fi. de recepta. cum concor. in d. lo-
cis. Et ad illud, quod dicitur in isto c. nostro, ꝙ receptatores
pari pœna puniuntur, vide Matth. de Affli. in d. consti. pata
renorum. col. 1. cum seq. vbi ponit octo limitationes, vt ibi
per eum. Et hodie in regno sunt emanata banna sub pœ-
na sex milium ducatorum, vt nemo receptet malefactores
& ꝙ nullus excusetur, & ad prædicta vide etiam Hip. in l.
vnica. nu. 197. & nu. 205. C. de rap. virg. ¶ In tex. ibi (scien-
10 ter &c.) † Nota, ꝙ ille, qui scienter receptat latronem, seu
malefactorem punitur, secus si ignoranter, de quo vide
Bar. in l. 3. §. non solum. ff. de incend. rui. naufra.
ADDITIO noua. Et tenet Bal. in l. siquis in graui.
§. si quisquā. ff. ad Sill. vbi dicit, ꝙ vbicūque quis accusatur
de receptatione, debet probari scientia ad hoc, vt punia-
tur, & tenet in terminis Lud. Ro. consi. 473. circa propositā
& Hip. in l. vnica. nu. 205. C. de rap. virg. & Ant. Cor. in suis
sing. in verbo sententia, & incipit vbi lex. vbi omnino vide,
& Tho. Grā. decis. 99. Magnificus, & Matth. de Affli. in d. cō
sti. patarenorum. col. 6. versi. pen. & sextò fallit, & Laur. Cal
ca. consi. 64. Quod tn̄ limita, nisi fuisset publicum, & noto-
rium, illum esse bannitū, vt per Matth. vbi supra, & Barto.
in l. omnes. C de agri. & censi. lib. 11. & Ias. in l. si per erro-
rem, col. 4. in prin. ff. de iur. om. iud. cum concor. in d. locis.

¶ Limita etiam supradicta de receptante bannitum nō habere locum, quando aliquis non voluntariè sed coactè receptaret bannitum, puta si essent plures malefici simul, & accederent ad domum alicuius boni viri, & dicerent ei. si non aperies hostium, te comburemus in domo: quia si talis iusto timore aperuit, & receptauit, non punitur aliqua poena, ita Flo. in l. in omnibus. ff. de noxa. Hip. in d. l. vnica. num. 204. C. de rap. virg. pro quo facit, quod dicit Bald. in l. in delictis. ff. de noxa. quia ille receptator non poterat eos expellere sine eius periculo, tenet Lud. Rom. in l. 1. §. in eo qui. ff. ad Sille. & tenet Matth. de Affli. in d. consti. patarenorum, col. 3. in prin. versi. tertiò quæro. ¶ Limita tertiò, nisi hospites bannito transeunti dederit ei ad bibendum & comedendum per ea, quæ dicit Bar. in d. l. omnes. C. de agric. & cēnsi. lib. 11. & tenet Matth. de Affli. in d. consti. patarenorum. col. 2. circa prin. versi. septimò fallit. ¶ In tex. (ibi post
11 bimestre tempus bannitionis &c.) † Nota, ꝙ receptans bannitum punitur, si receptauerit post bimestre tempus: secus si ante, vt in hoc text. & similiter bannitus non potest capi ante lapsum duorum mensium, nisi venerit in conspectu curiæ, vt est ritus magnæ Curiæ, qui incipit. Item nota, ꝙ nullus. nu. 308. in ordine meo. De quo vide etiam Matth. de Affli. in consti. regni clementiæ. vbi latè de ista materia, & ibi ponit multas quæstiones. ¶ In tex. ibi (vsque ad quin-
12 quennium &c.) † Nota, ꝙ barones receptantes bannitos, & malefactores in eorum terris, castris, domibus, siue prædiis per quinquennium priuantur possessione, & perceptione fructuum, & fisco applicantur, & elapso quinquennio ad dominum reuertitur vt hic, & alia pœna imponitur infra c. crescit culpa. num. 224. & alia in d. regia prag. ¶ In
13 tex. ibi (sed si vniuersitas &c.) † Nota, ꝙ locorum incolæ, & ciues puniuntur, quando patiuntur morari delinquētes cum eis, & puniuntur maximè maiores, si dederunt causam receptationi, & occultationi, vel si monere potuerunt, & non monuerint conciues ad expellendum malefactores: qui enim prohibere potest, & non prohibet, consentire videtur, vt per glo. & doct. in c. 1. extra de offi. deleg. quod intellige, quando commodè hoc facere potest, vt ibi per Fely. in col. 3. In tex. ibi (alioquin tota vniuersitas &c.)
14 † Nota, ꝙ vniuersitas punitur pro receptatione malefactorum vt hic, & in c. crescit culpa. infra nu. 224. sed est aliud c. Regis Roberti infra quod incipit, ad iniusta. nu. 141. vbi hoc corrigit, & expressè prohibet, ne componatur vniuersitas pro receptatione bannitorum: quia ob hoc efficiuntur pœnæ participes, qui sunt culpæ penitus expertes, & idem est statutum per c. Reginæ Ioannæ infra c. item ꝙ prędicti
15 officiales. num. 278. ADDITIO noua. † Et quando in aliquo casu vniuersitas punienda esset pro receptatione bannitorum, vel malefactorum, vel pro alio delicto, intelligitur, quando vniuersitas deliberatè, & communicato cōsilio hoc fecisset, aliàs vniuersitas non puniretur, sed singuli vt singuli, hoc in terminis tenuit Bal. cons. 283. visa inquisitione. 1. vol. vbi tenet, ꝙ vniuersitas non punitur de receptatione bannitorum, nisi fuerit probatum, ꝙ vniuersitas se congregauerit ad sonum tubæ, vel campanæ, vel alio modo consueto se congreget, & deliberatè communicato consilio ad delinqnendum: quia istud non potest esse, nisi seruata forma prædicta, quæ est iuris, & ꝙ vniuersitas sciret vt vniuersitas, & ꝙ fuerit notificatum in consilio, vt ibi latius per eum, & tenet Bar. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pęni. vbi dicit, ꝙ etiam si omnes homines de vniuersitate iuissent ad occidendum aliquem, non dicitur vniuersitas deliquisse, sed singuli facere dicuntur, & non posset hoc casu fieri inquisitio contra vniuersitatem, sed contra illos singulares homines, qui illud fecerunt. Immo plus dicit ibi Barto. ꝙ etiam si leuato vexillo & pulsata campana iuissent ad hoc faciendum, non dicitur vniuersitas delinquere, sed illi, qui eleuauerunt vexillum & pulsauerunt cāpanam magis dicuntur incitatores personarum, quā vniuersitas hoc facere dicatur. Et hoc nisi vniuersitas deliberato proposito & consilio hoc fecisset: quia si deliberatio vniuersitatis præcessisset communicato consilio, tunc diceretur vniuersitas deliquisse, & posset puniri vniuersitas, vt ibi latius per Bar. Idem tenet Ioan. de Ligna. in cle. 1. de pœn. vbi dicit per hoc defendisse Bononiam suam patriam a rebellione coram Pontifice & Cardinalibus: quia non fuit probatum, ꝙ deliberatè, & communicato consilio deliquisset. & ibi tenet Imo. idem tenet etiam in rebellione Laur. Calca. consi. 80. in causa, quæ vertitur Zenze. & Imo. in d. cle. 1. versi. ciuitas. Ioan. And. & doct. in c. fœlicis. §. ciuitas. extra de pęnis in 6. Abb. in c. dilectus. lo 2. col. fin. & ibi per alios, extra de simo. Abb. in c. in genesi. col. 3. in princ. extra de electio. Bar. Ang. & Pau. de Cast. in l. in tãtum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuis. & ista est communis opin. vt dicit Fran. Cur. Senior consil. 21. Deus Aeternæ. col. 4. in fi. cum sequen. Fran. de Aret. consi. 165. sicut. col. 12. cum sequē. in versic. & præmitto. Pet. de Ancha. consi. 158. ex narratis. colum. 4. versi. pręterea. Pet. Phil. Cor. consi. 130. viso libello. col. fin. primo vol & consi. 148. viso quodam prothocollo. colum. 4. primo volu. & consil. 224. considerata forma. colum. 4. & per totum 4. volumi. vbi plus dicit, ꝙ non sufficiuni duæ partes, sed omnes de vniuersitate debent interuenire, vt ibi per eum Pau. de Cast. consi. 104. in causa sforcii. secundo vol. vbi loquitur de certa quantitate fœni combusti per vniuersitatem. Felyn. in d. capitu. dilectus. extra de simo. Matth. de Afflict. in constitutio. regni, dubitationem iurisperitorum. colum. 4. in octauo nota. & idem Matthæ. de Afflict. decis. 376. ex quo Felyn. in capi. cum omnes columm. 17. cum sequen. extra de constitutio. Lucas de Pen. in l. fin. colum. 4. C. de re mili. lib. 12. Soci. in l. 1. §. municipes. ff. de acquir. possess. Et propterea dicit Innocen. in capi. grauem. de sen. excom. & Inno. in capi. cum ab ecclesiarum. extra de offi. ordi. ꝙ vniuersitas non potest de facili delinquere, immo secundùm eum reputatur quodammodo impossibile; quia requiritur pulsata campana, & congregata solenniter ad delictum. & refert Petr. de Ancha. d. consi. 158. colum. 4. Et licet Paul. de Leaza Pet. de Ancha. & Cardi. in d. clem. 1. de pęnis, & Pet. de Ancha. d. consi. 158. tenuerint contrarium, tamen cōis opin. est contra eos, & communiter tenetur opi. Bar. in d. l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pęn. vt dicit Fran. Curt. Sen. d. consi. 21. col. 4. in fi. cum seq. Et sic remanet vera & communis conclusio. ꝙ vniuersitas pro delicto non punitur, nisi deliberato & congregato & commuuicato consilio deliquisset, aliàs non punitur vni-
16 uersitas, sed singuli vt singuli. ¶ † Limita primò dictam conclusionem procedere in actu & delicto momentaneo, puta in homicidio & aliis delictis, quæ momento committuntur: secus autem in delicto habente causam & tractum successiuum, vt in rebellione & guerra, quæ durasset aliquo tempore & palam, propter quod argui posset tacitus consensus populi, uel maioris partis: quia uoluntas non solum uerbis, sed etiam facto datur intelligi, ita senet Petr. de Ancha. d. consi. 158. ex narratis. Socin. in d. §. municipes. colum. 2. Matth. de Affli. d. decisio. 376. ex quo. & in consti. dubitationem. colum. 4. in octauo nota. Decius consi. 486. uisis. in fi. 4. uolu. Fely. in d. capi. cum dilectus. lo 2. colum. fin. extra de simo. & in ca. cum omnes. colum. 20. uersi. sexta declaratio, extra de consti & Anto. Cap. decisio.
17 130. primum dubium. nume. 69. ¶ † Limita secundò, nisi uniuersitas ueniret punienda propter delictum in omittendo: nam si uniuersitas teneretur aliquid facere, puta custodire territorium, & illud facere omisit, etiam si non fuisset communicato consilio puniretur, & licet illud delictum contineret negligentiam regentium ciuitatem; tamen ipsa uniuersitas dicitur negligere l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccle. iuncta l. si procurator. §. tutores. in fin. ff. man. ita tenet Bar. in dicta l. aut facta. §. non nunquam. colum. 2. uersic. si quæratur. ff. de pęn. Innocen. in c grauem, extra de sen. excom. Pet. de Anch. d. cons. 158. Salv. in l. 1. col. 2. in 4. quæst. de sedi. Fely. in ca. cum omnes. colum. 20. in 6. declaratione extra de consti. & in d. cap. dilectus, colum. fi. de simo. & in ca. responso. extra de sen. excom.

com.Gemi.in c.Romana.§.fi.extra de sen.excom.Prępo.in c.sicut vir.7.q.1.Anto.Capi.d.decisio.130.nume.69. & 70.
18 ¶ † An autem tali casu quando vniuersitas fuit damnata propter illos de consilio regentium ciuitatem,qui delique runt,possit recurrere contra illos de consilio, vide Fely.in d.c.dilectus.col.3.in fi.vbi tenet ꝙ sic,allegat Ang.in l.metum.§.animaduertendum.ff.quod met.cau.& Oldr. consi. 66.an ex delicto, vbi dicit, ꝙ ex delicto administrantium, vel præsidentium non punitur vniuersitas, sed ipsi præsidentes: quia in generali mandato eis ab vniuersitate facto non veniunt illicita,vt ibi per eum,nisi vniuersitas manda ret,vel ratum haberet,vt per Oldra.ibi.Prædicta tamen intelligit vera Fely.vbi supra, quando ipsi regentes vniuersitatem fuissent scientes,secus si probarent ignorantiam:q̃a tunc non punirentur.Pro confirmatione prædictorum adducitur in simil.quod dicit Par.in trac. sindi. in verbo carcer.§.an si plures,col.3.num.18. vbi quòd licet custos carceris pro leuissima culpa non puniatur capitaliter, si carceratus aufugit, sed pro lata & leui sic. Tamen carcerarius pro leuisima culpa tenetur creditoribus ad damnum pro pter hoc eis resultans.Et dicit Ias. in l. vnica. §. quod prætor.col.2.ff.ne quis eum qui in ius voc. ꝙ ille, qui est causa,quòd debitor alicuius fugiat, tenetur ei ad totale interesse,vt concludit Io.de Ana.consi.55.quia dubia,versus fi. quod est quotidianum & notandum secundum Ias.ibi. Et dicit Bald.in c.dilectus extra de appel.col.3.in fi. cum seq. ꝙ caueant officiales,ne relaxent carceratos cum fideiusso re de iudicio sisti: quia lata sententia condemnatoria fideiussores essent liberati, & potestas, qui excarcerauit debitores,qui aufugerunt,teneretur in sindicatu:quia dedit cau sam fugæ, & multa alia similia coltige per Inno. & Bal.in c.dilectus,& per Ias.in d.§.quod prætor.Et dicit Par.in tra cta.sindi.in verbo familiaris,col.fi.vers.si miles,ꝙ si miles, vel assessor Potestatis commisit delictum,propter quod Po testas fuit condemnatus, potest ab illo repetere: quia ipsa præstitit causam.Et dicit Soci.in l.stipulationum quædam, §.item si in facto,col.4.ff.de ver.obl.versi.vltimò ista litera. ꝙ quando quis condemnatur ex delicto alterius, repetere potest ab eo,cuius facto condemnatur, & ibi infert ad captum pro reprensaliis ex facto alterius, vt ibi per eum. Et dicit Bal.in l.1.§.ꝙ si nemo.col.3.in prin.ff.quod cuiusque vni.ꝙ si villa punitur pro delicto alicuius ciuis, ille debet emendare damnum villæ,seu ciuitati,vt ibi per eum: quia qui causam damni dat,damnum dedisse videtur l. qui occidit.ff.ad leg.aquil.
19 ¶ † Limita tertiò, nisi facto delicto in vniuersitate per paucos homines sequeretur postea ratiha bitio aliorum:quia tunc puniretur vniuersitas,vt tenet Matthæ.de Affli.in d.consti.dubitationem.col.4.in fi.versi.item limita,pro hoc allegat tex. singularem in ca.in causis,extra de electio. vbi maior pars ratificat,quod fecit minor,vt ibi per eum. Sed ista limitatio non est vera nec procedit sic simpliciter intellecta. Immo si esset uera, destrueret communem conclusionem supra positã:quia vniuersitas puni retur pro delicto singulorum, licet non fuisset factum deliberatè & communicato consilio, quod est contra communem opi.supra relatam.Præterea vt uniuersitas ex ratificatione teneretur,oportet,ꝙ delictum nomine uniuersita tis fuisset commissum:cum ratum quis habere non potest, quod eius nomine gestum non est,ut in regula ratum quis de reg.iur.in 6.Et in propriis terminis quæstionis nostrę te net Inno.in c.grauem.extra de sen.excom. ubi tenet,ꝙ ad hoc ut uniuersitas puniatur ex ratihabitione,oportet male ficium commissum fuisse nomine uniuersitatis,& tenet gl. in c.fęlicis.in prin.in uerbo ratum habuerit, extra de pœn. & tenet Fran.Cur.Senior in d.consi.21.col.5.in prin.uersi. item eorum. & ita rectè considerando loquitur tex. in d.c. in causis.extra de electio.quia nomine omnium erat facta electio. Et ideo conclude & limita dictam conclusionem communem non procedere, quando delictum fuisset nomine uniuersitatis commissum,& postea sequuta fuisset ra tificatio uniuersitatis:quia tunc uniuersitas puniretur,ut te

D.Ioan.Anto.de Nigris.

net Inno.in d.c.grauem.Bar.in d.l.aut facta.§.non nunquã. col.fi.uersi.puto tñ.ff.de pęn.& Fran.Cur.Senior in d.consil.21.col.5.& Matth.de Affli. ubi supra. Et dicitur delictũ commissum nomine uniuersitatis,quãdo de mandato uni uersitatis fuisset commissum,uel etiam sine mandato,dũmodo nomine uniuersitatis sit commissum, & postea uniuersitas ratum habuit,secundum Inno.in d.ca.grauem.Similiter etiã si ex delicto facto ab omnibus uel maiori parte populi,uel ẽt a paucioribus utilitas & commoditas quæsita ex delicto peruenit ad ipsam uniuersitatẽ puta: quia cõmissa est præda a ciuibus,uel occupatũ castrũ & traditum uniuersitati: nam hoc casu uniuersitas accipiendo uidetur ratificasse,& præsumitur hoc mandasse:quia utilitas quæsi ta ex delicto peruenit ad uniuersitatẽ, & ur̃ declarari retro delictũ eius nomine esse commissum:ut notabiliter declarat Fran.de Are.consi. 165.col. antepen.uersi.& præmitto. Si uerò res quæsita ex delicto reperitur penes uniuersitatẽ, non tñ esset tradita uniuersitati a delinquentibus, etiam si uniuersitas sciuisset,non inducitur ratificatio, ut ibi latius
20 per eum.¶ † Limita quartò dictam conclusionem nõ procedere, quando delictum fuisset commissum per paucos in conspectu totius uniuersitatis,& uniuersitas non contra dixisset:quia licet non esset congregata ad hoc,vel non esset pulsata campana,vniuersitas vr̃ in delicto, saltim tacitè consentiendo,vt tenet Matth.de Affli.in d.consti.dubitatio nẽ.col.4.in fin.cum ibi allegatis,& faciunt, quæ habentur per docto.vbi Fely.in c.1.col.2.ertra de offi.deleg. vbi ponit,an per negligentiam commissam in non obuiando delicto puniatur: quia si vniuersitas non puniret delinquentes:cum posset, vr̃ tacitè voluntas populi detecta, vt dicit Fely.in d.c.dilectus.col.fin.extra de simo.quia vr̃ tolerare, vt dicit Pet.de Anch.d.consi.158.col.5.& in clem.1.de pę. & ibi Cardi. sed ista limitatio est contra communem opi. supra relatam; quia in delicto momentaneo non punitur vniuersitas,ẽt si omnes homines interuenissent,nisi fuisset factum cõmunicato consilio,vt superius dictũ est, cũ con cor.ibi,& opi.Pet.de Ancha.Cardi. & sequacium est cõiter reprobata,vt dicit Fran.Curt.Senior d.consi.21.Deus ęterne.col.4. Et per solã scientiã non inducitur delicti ratifica tio,licet non puniat delictũ,vt tenet Fran.de Are. d. consi. 165.col.antepen.versi. & præmitto cum seq. Posset tamen ista limitatio procedere,qñ essemus in casu,in quo vniuer sitas teneretur aliquid facere,vel aliquem adiuuare,& nõ fecisset, & sic esset in delicto omisionis; quia tunc posset puniri,vt dixi supra in 2.limitatione, & vr̃ de mente Ant. Capi.d.decisio.130.nu.70.cum concor.ibi. Et quem tenea tur defendere,vide,quæ dicit Pet.de Anch.dicto consi.158.
21 ¶ † Aduerte tamen ad vnam difficultatẽ,quæ oritur ex prædictis:quia vt dicit Cor.d.consi.224.considerata forma,colum.4.& per totũ 4.vol.non sufficit, ꝙ duæ partes vniuersitatis interueniant ad delinquendum,sed omnes vniuersita tes debẽt interuenire, vt vniuersitas puniatur,& hoc ẽt videtur velle Abb.in d.c.in genesi.col.3.in prin.& docto.alle gati supra in 1.conclusione,pro ista parte facit etiam:quia illud, quod dicitur, ꝙ factum a maiori parte videtur ab omnibus factum l.quod maior.ff.ad muni.non habet locũ in criminalibus,vt sentit glo.in c.milites 56.distin. & tenet Alex.in addi.ad Bar.in l.quod maior.in fi. magnæ addi.Itẽ quando geritur actus in præiudicium singulorum,debent omnes consentire.Soci.consi.45. versus fi. & pro ista parte etiam facit:quia iniquum esset, vt illi, qui non interfuerint, nec consenserunt, obligentur ex delicto aliorum, vt dicit Innocen. in capitu. grauem. de senten. excommu.& capitu. Romana.§. fin. eodem titulo in 6.& refert Petr. de Anchar.dicto consilio 154.colum.4. ¶ Contrariam opin. quòd sufficit,vt duæ partes populi interueniant communi cato consilio, licet totus populus non interuenisset, tenet Socin.in l.1.§.municipes, col. 2.ff. de acquir. possessione, & Pet.de Anch. dicto consilio 158.colum.5.& Innocen.in d.capit.grauem.ibi,vel tantæ partis,quòd inuitis aliis male ficium fecerint.& Alberi. de Rosa. in l. aliud.§. refertur.ff.

de regu iur. vbi dicit, quòd illud, quod facit maior pars in delictis, videntur omnes facere, & videtur pe mente. Matt. de Afflict. dicta decisio. 376. colum. 1 versicu. item quia, be nefacit dicta l. cum maior, & pro ista parte bene faciunt, quæ dicit Fel. in d. c. cum omnes, col. 22. versi. extra gl. extra de consti. vbi dicit sufficere ꝙ duæ partes vniuersitatis cõueniant: vt actus vniuersitatis valeat, debet tamen esse vniuersaliter congregatæ, vt dicit ibi Fel. col. 23. Nec obstat, ꝙ innocẽtes puniretur: quia ex iusta causa vnus punitur pro alio, vt dicit Inno. in d. c. grauem. in fi. & illa minor pars potest habere recursum contra delinquẽtes, vt supra dictum

22 est, & ista 2. opi. seruaretur, si casus accideret. ¶ Quando autem minor pars vniuersitatis contradixit maiori deliberanti delinquere, an minor excusetur, vide Inno. in d. c. grauẽ de sen. excõ. Bar. in d. l. aut facta. §. nõ nunquã. ff. de pęn. Fel. in c. cũ omnes. col. 21. nu. 30. in fi. extra de cõsti. & Alb. in d. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. & in rub. C. ne filius pro patre. Et quid si minor pars non audet contradicere propter timorem, vide quæ dicit Fely. in d. c. cum omnes. col.

23 8. versi. tertiò limita, cum concor. ibi. ¶ † An autem vniuersitas pro delicto possit capitaliter puniri, & pœna mortis. Dic ꝙ non: quia vniuersitas est corpus fictũ, vt dicit Bart. in d. §. nõ nunquã. col. pen. & fi. & Abb. in c. dilectus. 2. col. extra de simo. & Alb. de Ros. in l. aliud §. refertur. ff. de reg. iur. Et vniuersitas est nomen iuris & nõ personarũ, sicut est capitulũ, populus, gens, & similia, & in vniuersitate sunt pueri etiã vnius diei & innocẽtes, & propterea pœna mortis & capitaliter nõ punitur, sed talis pęna mutabitur in pecuniariã. vt dicit Inno. in d. c. grauẽ. de sen. excõ. Et propter crimen læsæ maiestatis vniuersitas potest dari ad prædam, vt depopuletur, vt dicit Bal. in l. ex testamento. C. de test. & Fely. in d. c. grauẽ, & dicit Bald. in l. hæreditatum. ff. ad l. fal. ꝙ ciuitas rebellis põt solo adequari. Et an ciuitas auctoris superioris possit damnari ad aratrũ, dic prout dicit Bar. in d. §. nõ nunquã. col. pen. vide Bal. in titu. de pace Constan. col. 3. & Fely. vbi supra, & Fely. in c. dilectus. lo 2. col. 3 de simo. vbi prædicta & alia ponit, & ibi etiã ponit modũ puniẽdi vniuersitatẽ, & qd qñ apparet de delinquẽtib. de quo ẽt per Luc. de Pen. in l. fi. col. 5. C. de re mili. li. 12. Et an punita vniuersitate pro eius delicto possint puniri singulares personæ vniuersitatis, qui delicta cõmiserunt. Abb. in d. c. a. dilectus, lo 2. in fi. de simo. tenet ꝙ sic, intellige tamen vt

24 ibi per eum. ¶ † Qñ autẽ vniuersitas condẽnatur in pecunia pro delicto, an talis pęna debeat solui per capita, an verò per æs & librã. i. secundũ æxtimationẽ bonorũ, vide Inno. in d. c. grauẽ. de sen. excõ. Bar. in l. aut facta. §. non nunquã. in fi. ff. de pœn. Bar. in l. 4. §. si actor. ff. de re iudi. & in l. ne quid. ff. de incend. rui. naufr. Io. de Ana. & Fely. in d. c. dilectus. lo 2. de simo. in fi. & in d. c. grauẽ, & magis cõiter cõcludunt, ꝙ solui debet per æs & librã, idest secundùm æxti-

25 mationem bonorum, vt dicit Fely. in d. c. grauem. ¶ † An autem singuli de vniuersitate puniantur ex delicto vniuersitatis, vide Alb. de Ros. in d. l. aliud §. refertur. ff. de reg. iur. vbi tenet ꝙ sic, de quo tamen vide Bart. in d. l. aut facta. §. non nunquam in fin. ff. de pęn. vbi ponit distinctionem,

26 ibi per eum. ¶ † Quid autem si vniuersitas fuit condemnata de receptatione pro eo, quòd vnus receptauit malefactores, an vniuersitas possit agere contra illum receptantem. Vide Albe. de Rosa. in quæstio. statu. quæstione 70. in quarta parte vbi tenet quòd sic, & sequitur Alber. Brun. in trac. de consti. decret. & c. in verbo vicinus, colum. 2. in 3. volu. Et ad materiam de receptatione bannitorum & malefactorum vide, quæ dixi supra c. frequens nu. 7. & ca. nuper ad vindictam. supra nu. 13. cum concord. ibi.

ADDITIO noua. Quid autem de receptante clericum bannitum a iudice seculari, an teneatur ad pœnam vide Thom. Gramma. decisione 29. magnificus, qui concludit, quòd non: quia iudex secularis est incompetens in causa clerici, & acta sunt nulla, & bannum est nullum, vt ibi per eum. benefaciunt, quæ dicit idem Tho. Grã. con sil. 1. posito post decisiones. Io. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Citati in numero decem in causa criminali an possint constituere procuratorem. 4.*

2 *Officialis iudex vel actorum notarius recedens sine licentia qualiter puniatur. 5.*

3 *Hospitia an debeant gratis dari per mensem familiaribus regiis, & quid vltra mensem. 9.*

6 *Officialis, qui se absentauit ab officio, an debeat perdere salarium.*

Doctor, qui recessit ante finitum officium, an perdat salarium, ibidem.

Medicus, qui recessit ante curatum infirmum, an amittat salarium, ibidem.

Stipendiarius, qui recessit ante finitum seruitium, an amittat salarium, ibidem.

Faber, qui recessit ante finitum seruitium, an amittat salarium, ibidem.

7 *Officialis, qui recessit ex aliquo iusto impedimento, an amittat salarium.*

8 *Famulus, qui promisit seruire per annum, si recessit absque licentia, an perdat salarium.*

QVOD LICEAT SPECIALIBVS PERsonis in criminalibus causis constituere procuratorem, si in numero decem ad minus conueniantur. Rubrica.

ROBERTVS. CAP. CCXI.

1 STATVIMVS † Vt quoties personæ speciales citatę fuerint in numero decem ad minus super quacunque causa criminali, licentiam habeant ordinare sindicum pro parte eorum, qui respondeant procuratori curię super inquisitionibus si criminaliter sunt vocati, vel cuilibet alii volenti eos criminaliter accusare super aliquo crimine in curia iustitiarii, vel magistri iustitiarii, criminibus

2 hæresis, & læsæ maiestatis exceptis. ¶ † Item statuimus, quòd si iustitiarius, iudex, vel actorum notarius, seu quilibet alius ad gagia curiæ deputatus absque licentia domini Regis, vel illius, a quo habet gagia recipere pro illis diebus, quibus fuerit extra curiam, debet reddere gagia duplicata. Da-

3 ta &c. † Præcipimus vt omnibus hospitia gratis dẽtur tam familiaribus regiis, quàm aliis vsque ad mensem, vltra mensem soluatur dominis hospitiorum secundùm quòd prouidebitur per statutos super hoc. Data &c.

ADDITIO.

4 STATVIMVS. Nota ex isto ca. † ꝙ citati vsque ad decem, etiam in causa criminali possunt constituere procuratorẽ, præterquã in crimine hęresis, & lęsę maiestatis, de quo vide supra c. studio prosequẽtes. nume. 204. & quæ ibi dixi. ¶ In §. item statuimus. ibi (absque licen-

5 tia &c.) † Nota, quòd officialis, iudex, vel actorum magister recedens absque licentia debet restituere gagia duplicata pro eo tempore, quo fuit absens. Et per istud ca-

6 pi. in regno est sopita illa quæstio. ¶ † An officialis, qui se absen-

se absentauit ab officio ante officium finitum,debeat perdere totum salarium,de qua vide Bal. in l.ç de. C. loca vbi
7 ponit † quid de doctore,quid de medico,quid de stipendiario, & quid de fabro & aliis. ¶ † Sed quando officialis recessit ex aliquo impedimento, vel propter infirmitatem suam,vel suorum,an debeat habere salarium, vide glo.in l.3 §.si ad diem.ff.de re mili.& tex.in l.hac lege. C.de proxi.sacro.scrin.Bal.& alios in l.si ea conditione.de condi.in sti.& vide Pari.in tra.syndi.in verbo salarium.§ si officialis,
8 col.2.cum sequen. cum ibi allegatis, vbi ponit. † Quid de famulo, qui promisit seruire per annum, si recessit absque licentia,an debeat perdere salarium, vide ibi per eum, & ad materiam vide, quæ habentur in l.diem functo.ff.de of
9 fi.assesso.¶ † In tex.ibi (percipimus &c.) Nota, ꝙ hospitia debent gratis dari per mensem familiaribus regis,& vltra mensem debet fieri solutio domino hospitiorum, & ad materiam vide supra c.ad audientiam.num.24. & supra c, quod stipendiarii.nu.130.& quæ in dictis locis dixi.

Io.Anto.de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Rex desiderat salubrem & prosperum statum fidelium.*
2 *Capitula edita an obtineant robur firmitatis.*
3 *Capitula regni an sint confirmata per Regem Carolum.6.*
4 *Capitula regni an seruari debeant.*
5 *Plenitudini an frustra additamenta quærantur.*
Solem facibus adiuuare nitens, an laboret superuacuis impendiis,ibidem.

CONFIRMATIO CONSTITVTIONum per genitorem Regis Roberti editarum. Rubrica.

ROBERTVS &c. IVSTITIARIIS &c. Gratiam suam & bonam voluntatem. C.C C X II.

1 SALVBREM † Statum & prosperum fidelium nostri regni Siciliæ plenis desideriis affectãtes, capitula, seu constitutiones editas per bonæ memoriæ progenitores nostros pro commoditate & tranquillitate status eorundem fideliũ confirmamus ex nostra certa scientia sub serie subsequente. ROBERTVS Dei gratia &c. ¶ Ad perpetuam rei memoriam,frequẽter ex abundanti robur adiicitur, & adiectio plenitudini pluries pro cautela confertur. Exuberans quidem cautionis suffragiũ rei, quæ geritur nullum stabilitatis adiicit, & per explicationem actus effectum beneuolum prouisè conferentes ostendit,qui eo se potius realiter exhibet, quo vehementius fomes illum dilectionis adauget. Licet igitur domini auus & genitor nostri memoriæ recolendæ pro tranquillitate status, &
2 pro commoditate fidelium regni nostri Siciliæ † capitula varia,seu constitutiones ediderint,quæ ipsorum auctoritate condentium & communis boni suadente censura robur efficax obtinent firmitatis. Vt tamẽ ex nostri vigore præsidii accedat illis abundans cautela securior, & erga subiectos nostros regni nostri præfati, quos apud vnum nostræ gratiæ lustrat fidei claritas, deuotionis integritas approbat, & obsequiorum grandium crescens promptitudo commendat, nostræ sinceritatis affectus siue occurrerit vicissim in lucem prodeat, & actualiter
3 demonstretur. † Capitula seu constitutiones iam dictas integraliter & in omnibus suis partibus confirmamus, de certa nostra scientia perpetuò valituras.Volentes & iubentes expressè omnibus officia-
4 libus regni nostri Siciliæ præsentibus & futuris,† ꝙ capitula & constitutiones easdem seruent tenaciter, & seruari faciant sub pœnis in dictis capitulis & constitutionibus comprehensis, & aliis eisdem per nostrum arbitrium infligendis, & illa pęna præcipuè, quæ in contemptores iussionum nostrarum sicut ĩ sacrilegis est indicta. Quocirca fidelitati tuę mandamus,quatenus prędicta capitula & constitutiones sub earum interminatione pęnarum seruetis tenaciter, & faciatis ab aliis obseruari, vt tantorum edicentium statuta seruent illæsa, & per eorum obseruantiam cultu seruato iustitiæ, succedat per consequens pax amena. Data Neapoli per Do. Bar. de Capua Anno 1318. Ianuarii. 11. Indi.

ADDITIO.

SALVBREM. ¶ In text. ibi (ex abundanti robur adiicitur, & adiectio plenitudini
5 plures &c.) † Nota quòd licet frustra plenitudini additamenta quærantur, & demonstrationi plenæ incassum alia demonstratio adiici quæratur iuxta doctrinam iurisconsulti in l. prima in fin.ff.de dote præleg.& in l.prima ff. de in integr.restitutio.quia superuacuis laborat impendiis,qui solem facibus nititur adiuuare sexta quæstio.1.capitu.si omnia. & Socin. consilio 66. frustra. primo volumi. quæ verba sunt notanda, quando fit subscriptio in consiliis & allegationibus aliorum. Tamen vberior cautela non nocet, vt hic & l. testamentum. & ibi Bald. in nota C. de testam. & in l. si pupilli. § item si procuratori, vbi Barto. in prima columna versicu.& sic nota.ff. de nego. gestis. ¶ In text. ibi (capitula seu constitutiones &c.) † Nota, quòd in isto capitulo confirmantur alia capitula edita per Regem Carolum Primum, & Carolum Secundum, de quo vide in
6 capitulo constitutiones, & quæ ibi dixi supra nume. 172. Et istud capitu. est duplicatum de verbo ad verbum infra in capitu.salubrem,numero 254.

Ioan.Anto.de Nigris I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatorium concedi an debeat contra prælatos,et alias personas ecclesiasticas inferentes molestias, oppressiones & extorsiones contra vasallos.*
2 *Regis officium est facere iustitiam, atque iudicium.*
Auxilium præbere pauperibus contra potentes an spectet ad regem,ibidem.
3 *Iustitiarius an possit præstare conseruatorium, quando grauamina inferuntur vasallis per prælatos.*
4 *Iurisdictio secularis an exerceri possit contra officiales laicos prælatorum.*
5 *Conseruatorium præstari an debeat, quando homines, qui non sunt vasalli opprimuntur a prælatis.*
6 *Conseruatorium quando præstatur, an debeant seruari cognitionalia certamina, an verò summaria cognitio adhiberi debeat.*

QVOD IVSTITIARIVS POTEST COgnoscere de grauaminibus illatis vasallis ecclesiæ per prælatos & alias ecclesiasticas personas. Rubr.

ROBERTVS. CAP. CCXIII.

AD Regale fastigium diuina prouidentia prouecti populum nostræ ditioni subiectum libenter in iustitia regimus, & cum charitatis affectu sub nostrę protectionis bracchio præsidialiter cõseruamus. Sanè in auditorio nostro inculcatione frequenti lata plurium querela perstrepuit, & clamor validus tumultuosa quadam vociferacione perdu-
1 xit, † quòd prælati regni nostri Siciliæ, hospitalarii, monachi, aliique clerici diuersæ conditionis & status vasallos eorum, quos obtinent pro ecclesiis, quibus præsunt, aliósque nostros fideles & subditos in personis & rebus oneribns diuersis angariant; molestiis tediosis afficiunt, & extorsionibus immoderatis affligunt, in quibus profecto mentis displicentia præmimur, & piæ compassionis officio interius anxiamur. Nos igitur hæc obaudire murmura, & clamosas insinuationes huiusmodi transire sub pallio nequeuntes in examine
2 rectæ considerationis adduci, † quòd ad regis officium specialiter pertinet, iudicium facere atque iustitiam auxilium prębere pauperibus contra potentes maximè, ac liberare de manibus calumniantium vi oppressos. Quodque in eodem regno Siciliæ generali & eminente præcipuè potestate fungentes, omnium ibi degentium sumus domini personarum, in quas merum habemus imperium & coerctionem omnimodam, omni persona prorsus inclusa cuiuscunque prçeminentiæ, dignitatis, aut conditionis existat, nisi id a nobis habeat ex
3 priuilegio speciali. † Fidelitati tuæ præsentium auctoritate mandamus, quatenus si homines oppressi præfati in tua iurisdictione manentes prælatorum & ecclesiasticarum personarum huiusmodi sunt vasalli (qui tamen sint de feudo, quod ipsi tenent a curia nostra) eisdem hominibus sic grauatis & oppressis, ad querelas eorum super iniuriis & damnis illatis facias celeris & expeditæ iustitiæ complementum. Cum per feudatarium suis vasallis illata grauamina communi iure per superiorem dominum feudi præcellentem superioritate præcipuè debeant remoueri. ¶ Si verò iam dicti grauati homines subsint vasallagio prælatorum, & ecclesiasticis personis eisdem, nec sint de feudo, quod a nostra curia tenent, adhuc in eorum subsidio ipsis tuæ iurisdictionis fauoris præsidium non desistat, quin protegas eos vigore iustitię, & præsidialibus adminiculis defendas. In ecclesiarum quidem vasallis & aliorum quorumlibet in eodem regno Siciliæ feuda tenentium superioritatem singu-
4 lariter obtinemus. † Et quamuis contra prælatorum & clericorum personas se nostræ potestatis auctoritas communiter non extendat, aduersus tamen officiales eorum laicos, qui eis in illicitis obedire non debent, & ad protectionem, manutentionem, & defensionem omnium subditorum nostrorum regni præfati libenter erigitur præmi-
5 nens nostræ bracchium potestatis. ¶ † Quòd si forte alii homines (qui eorundem prælatorum & ecclesiasticarum personarum vasalli non sint) grauentur, seu vexentur ab eis, grauatis & oppressis huiusmodi tuæ iurisdictionis patenti suffragio assistas, non solùm per iuris oportuna remedia, sed per facti defensionis obstaculum, & recuperatio-
6 nis de facto interpositum iuuamentum. † Non exigens in his cognitionalia ordinare certamina, sed facta tibi de iniuriis, rapinis, & damnis illatis, vt pręmittitur, præfatis hominibus informatione summaria, per facti notorium, vel rei euidentiam, famamue publicam, aut designationem aliam attestantem commissam iniuriam, præmissa efficaciter
7 compleat tuæ diligentiæ promptitudo. † In cuius probatione notorii sufficiat tibi edictum generale proponere, ꝙ quicunque sua putauerit interesse, visurus accedat producendorũ in causa testium iuramenta, & oppositurus, quæ circa rei substantiam voluerit allegare. His quippe motibus nostris præmissis, rationes insinuant, dominicæ charitatis affectus, & mẽtalis cõpassio signanter exorãt, ac exẽpla laudabilia imitãda cõtinuãt. Erat equidẽ occursus oppressis ĩ Israelitico populo Dauid Rex, statuitq; iuris antiqua prudẽtia, vt læsus quilibet & lædendus ad statuas principũ qs cõfugeret pro tutela, q̃ sic dominorũ potestatẽ restrinxit ĩ subditis, vt eos districtè & inordinatè nõ pmeret, vel ipsos ꝓ volũ-
8 tate excessuum in moderata sęuitia nõ arceret † & in

in propellenda iniuria, non in inferenda fore de-
9 scribitur lex virtutis. ¶ † Qui enim, eum potest, iniuriam non repellit a proximo, maximè naturalitate coniuncto, in vicio pariter communicat facienti, Sanctus equidem Moyses cum videret Hebræum iniuriam ab Aegyptio patientem, obstaculum est defensionis aggressus, vt Aegyptium in terram prosterneret, & ipsum in sabulo obrutũ sepelliret, consequenter itaq; per nos in illo prouidè prospicitur, quod rationis iudicio probatis exemplis, & excellentis charitatis fomite comprobatur. Præsentes autẽ literas valituras in antea, vt earum efficacia maneat, dari volumus alterutrum in pendenti, quas ad te præsentem iustitiarium & tuos successores eandem vim, eundemque vigorem decernimus obtinere. Data Neapoli sub paruo sigillo nostro &c.

AD Regale. Nota ex hoc cap. ex quo similiter habet in regno qualiter ad Regem spectat, & pertinet de-
10 fensio omnium personarum sui regni. † Et licet dispositio huius cap. apud clericos reputetur multum exosa, & multi prælati & canonistæ nitantur infringere, dicentes, principem secularem nihil posse contra clericos, & eorũ causas directè, vel indirectè statuere. 96. dist. bene quidem. & extra de constit. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. Sed certè, eorum pace semper salua, ipsi circa hoc iniquè loquuntur: quia hoc cap. & eius dispositio iuxta ratione fundatur, & processit. Primò per auctoritatem diuinæ scripturæ. Exod. cap. 2. vbi Moyses Aegyptium occidit: quia percussit Hebræum, vt infra subiungit. Secundò pro ista constitutione est satis apertè. 11. quæst. 1. cap. petimus. & 16. q. 1. qui-
11 dam monachi, vbi expresè dicitur, † ꝙ ad querelam nedum laici, sed etiam clerici passi iniuriam, seu violẽtiam a suo prælato rector prouinciæ, ac defensor ciuitatis eorum officium pro viribus interponunt, vt constito eis de violentia, reddunt spoliatos in possessionem ecclesiarum, a quarum possessione fuerunt violenter expulsi, de hoc scripsi. C. de agricol. & censi. l. si coloni. quæst. vlt. libro 11. ¶ In text. ibi (quò ad Regis officium &c.) vt habetur per Hyero. super Hyere. 12. & 13. quæst. 6. cap. regum, vbi est bonus tex. concordans cum tex. nostro. ¶ In tex. ibi (degentium &c.) sumus quò ad protectionem imperium, & iurisdictionem suam & rectè, quæ sunt specialium personarũ, ideo subdit & bene, merum habemus imperium & coerctionem omnimodam ad euitandum malum errorem, de quo in l. bene a Zenone. C. de quadri. præscri. Et dicit Guiliel. in auth. clericus quoque. C. de episc. & cler. secundùm ꝙ eum ibi refert Bald. † ꝙ ratione possessionis clericus est sub præside, & ita seruatur in Francia, licet ipse dicat hoc esse falsum, per auth. statuimus. eod. tit. quæ loquitur indi-
12 stinctè. ¶ In tex. ibi (edictum generale proponere. † Nota hic nouam formam citationis sub conditione, videlicet per edictum, si sua interesse putauerit, facit optimè. l. ea quidem, & quod ibi in glo. not. C. de manci. ita fue. alien. Per Bar. & Ang. in l. de pupillo. §. denunciasse. ff. de no. ope. nunc. & Bar. in l. si eo tempore. C. de remiss. pign. Sed hæc citatio non arctat quantum ad præiudicium personæ, sed causæ, secus in simplici citatione: quia etiam quantum ad personam præiudicat: quia non comparens potest excommunicari & mulctari, secundùm Innoc. in cap. dilecti. extra de senten. excomm. quem sequitur Bald. pro vero in l. præscriptione. circa fin. 5. quæst. C. de preci. imper. offerre. Sed an citatus sub ista forma si non comparet, an patitur missionem in possessionem. Dic ꝙ non: quia tunc finis nõ comparentis est exclusio non missio in possessionem, si nõ venit. l. non ex omnibus. ff. de arbit. quia non est præcisè citatus, sed est ei data optio quædam, & si non venit, est inobediens, non contumax, ita not. Bald. in l. consentaneum. circa finem. C. quomodo & quando iud. Et ꝙ tale edictũ positum in hoc cap. teneat contra clericum in casu huiusmodi vide quæstionem in simili, & rationes ibi positas, quas notat Bald. in l. testamenta. C. de testam. in fin. & melius & clarius per Ang. eius fratrem in quodam tractatu inuentarij, quem ipse composuit, & ponit in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquam per leg. Falcid. in 2. quæst. princip. in verbo tam circa fin. ibi, solum restat &c. Et ex eius verbis collige consilium circa dispositionem huius capit. ¶ In tex. ibi (Dauid) ad hoc facit optimè. 7. quæstio. 1. cap. omnis. vbi expresè dicitur, quòd negans his oppressis debitum fauorem impendere, quodammodo ipsum Christum negare videtur. ¶ In tex. ibi (ad statuas) vt patet in l. j. C. de his qui ad ecclesi. confugien. ¶ In tex. ibi (& in propellenda &c.) hoc sumptum est ex libro Ambr. de officiis, & transumptiuè habetur. 23. quæstio. 3. capit. fortitudo. & cap. non inferenda. Lucas de Penna.

ADDITIO.

13 AD Regale fastigium. † Quæro, quid sit fastigium? Dic, ꝙ non est aliud, nisi altitudo, seu magnitudo, & summus honor & culmen dignitatis, vt dicit Matth. de Afflict. in proœ. constit. §. nos itaque. in secundo notab. Item fastigium est regalis dignitas, quæ significat magnitudinem & altitudinem regiam, vt tenet Matth. de Afflict. in constitutio. cum circa. in primo notabi. & ita ponitur hic. Aliquando etiam episcopalis dignitas dicitur fastigium, vt dicit Matth. in dicto §. nos itaque. in secundo notabili.

ADDITIO noua. Ad prædicta vide etiam Matth. de Afflict. in constit. regni, ea quæ ad decus, col. 5. in 2. notab. Et dicit Lucas de Penna in l. eos. col. 1. C. de excu. mune. lib. 10. ꝙ fastigium est eminentia, culmen, vel sublimitas. Ponitur etiam fastigium pro tumiditate & inflatione, & de isto fastigio loquitur tex. in l. fin. C. de legib. Et per istum tex. in princ. voce dicebat dominus meus Io. Nico. de Vicariis de Salerno, † ꝙ dispositio huius cap. non habet locum, nisi in Rege, ponderando tex. ibi, ad regale fastigium, sed hoc est expresè contra istum tex. vbi conceditur iustitiario, vt possit contenta in isto cap. facere, & istud præsidium præstare oppressis, pro hoc est tex. in cap. petimus. 11. quæst. 1. & cap. quidam monachi. 16. quæst. 1. vbi probatur, quòd hoc casu rector prouinciæ potest adiri, vt præstet præsidium & eius bracchium contra talem inuasorem, & sic potest haberi recursus ad Regem & Sacrum Regium Consilium, & etiam ad iustitiarios, & sic ad magnã curiam & iustitiarios prouinciæ, licet vt plurimum habeatur recursus ad Sacrum Regium Consilium, & hoc videtur sentire Matth. de Afflict. decisio. 85. diu est, col. 2. versic. nec obstat, & versic. at magna curia non sic processit, ergo a contrario, si sic processisset, vt ibi, bene valuisset, & hoc videtur de mente D. mei Rober. Maran. in suo specu-
14 lo aduoca. dist. 7. col. pen. in fi. car. 27. ¶ † Et aduerte, ꝙ habemus multa capitula conseruatoria. Primum est istud c. nostrum pro vasallis ecclesiæ contra prælatos & alias personas ecclesiasticas molestantes & turbantes indebitè eorum vasallos. Secundum est conseruatorium pro laico cõtra laicum, de quo habetur infra cap. ad præsidentis. nume. 262. Tertium est conseruatorium pro laico contra clericum, quando laicus molestatur, & turbatur, seu inquietatur a clerico, vel persona ecclesiastica, de quo habetur in cap. charitatis affectus. infra num. 165. Quartum conseruatorium pro clerico contra clericum, quando vnus clericus turbatur, & indebitè molestat alium clericum, de quo habetur in cap. finis præcepti charitas. infra num. 266. & per Matthæ. de Afflict. decisio. 24. quidam clericus. Quintum est conseruatorium pro laico contra clericum, quando laicus indebitè spoliatur de facto auctoritate propriâ per clericum, vel aliam personam ecclesiasticam, de quo

15 quo in cap. omnis prædatio, infra num. 167. ¶ † Et ista remedia conseruatoria maximè pro laicis contra clericos, & pro clerico cótra clericum intentantur: quia laicus, seu alius oppressus potest adire iudicem secularem, scilicet Regem, vel Sacrum Consilium, seu Iustitiarium, & porrecta supplicatione implorare eius officiũ super eius defensione & conseruatione possessionis, vt per viam extraiudicialem assistat ad defendendum ipsum, & eum conseruet in sua possessione, iuxta formam capitulorum Regni. Et per Sacrum Consilium, seu eius iudicem delegatum expeditur citatio per edictum, vt quicunque sua putauerit interesse, compareat infra talem terminum allegaturus quicquid dicere voluerit, & quare in sua possessione conseruari non debeat, & ad videndum iurare testes sup dicta possessione recipiendos, & capta informatione de iuribus spoliati, seu turbati per quandam viam extraiudicialem & summariam, si repertum fuerit, quòd indebitè fuit molestatus & spoliatus, restituet & conseruabit eum in sua pristina possessione, vt in isto cap. cum supra allegatis, & per Rober. Maran. in d. suo speculo aduocatorum, in loco supra allegato, & in sua prima dispu. col. pen. num. 43. & dixi supra in cap. subditorum. 6. versic. 23. remedium numme. 58. & Lucas de Pen. in l. si coloni. col. pen. C. de agri. &
16 censi. lib. 11. † Et in prædictis casibus procedet iudex per viam extraordinariæ defensionis præstando charitatiuum subsidium clerico oppresso, vel laico oppresso a clerico, non per viam cognitionis iudiciariæ, sed per modum extraordinariæ defensionis, aliàs processus esset nullus, vt patet in prædictis iuribus, & Matth. de Afflict. deci. 85. diu est. colum. 7. & decisio. 24. col. 3. quia esset iudex incompetẽs.
17 † Vnde non poterit nominatim citare clericum, vel eius procuratores, sed generaliter per edictum, vt quicunque sua putauerit interesse, compareat, vt per Matth. de Afflic. decisio. 2. & d. decisio. 85. & Thom. Gram. decis. 61. col. 1. & 2. & ibi etiam ponit, si clericus asserat se possidere, an ratione suæ possessionis dicatur reus, & defensor necessarius, & possit petere remitti ad iudicem ecclesiasticum, vide ibi, de quo etiam per Bald. in l. 1. col. 11. C. de edic. diui Adria. toll. & ibi Ias. & Anto. Capi. deci. 8. col. fin. cum con
18 cord. in dictis locis. & decisio. 107. ¶ † Et hoc casu clericus taliter citatus non poterit declinare forum: quia sua comparitio est voluntaria non necessaria, vt per Matth. d. decisic. 2. & Bald. Pau. de Cast. Alex. & Ias. in l. si testamenta omnia. C. de testam. & dixi in d. cap. subditorum, in loco præallegato, & Matth. in d. constit. de burgensaticis. colum. 3.
19 ¶ † Et talia conseruatoria non debent concedi, nisi citata parte, vt est Regia Prag. quæ incipit, conseruatoria. sub rub. de conseruatoriis non concedendis &c. & proceditur summariè, sine figura iudicis, visa facti veritate, vt ibi dicitur, aliàs conseruarium concessum parte non citata esset nullum vt ibi, & Matth. decisio. 167. Gabriel de dato.
20 in fi. † Et talis citatio non debet fieri nominatim & specialiter, sed si sua putauerit interesse, vt dictum est, & tenet Matth. in d. decisio. 24. nisi quando actor & reus essent laici, & ad prædicta vide etiam Matth. de Affli. in constitu. ea quæ ad decus, & in constit. de burgensaticis. col. 3.

ADDITIO noua. Aduerte etiam circa prædicta, ꝙ etiam de iure communi erat inuentum remedium talis conseruatorij per ea, quæ nota. dicit Innoc. in c. in præsentia, & ibi Felyn. in fi. extra de probat. vbi dicit, quòd quando aliquis timet, ne alius suam possessionem inuadat, potest implorare officium iudicis, per quod petat se defendi in sua possessione. Et ad consequendum iudicis interdictũ sufficit facere fidem de possessione sine libello, & sine ordine iudiciario secundum ipsum, de quo etiam per Bal. in l. fi. col. 2. C. de edi. diui Adr. toll. vbi vide, & Bald. in l. si seruus. per illum tex. C. quod cum eo. & in l. si super possessione. C. de transact. & in l. 1. C. de prohib. seq. pecu. & in l. fi. per illum tex. ff. quod metus cau. & Bar. in l. æquissimum. §. sed si inter duos. ff. de vsuf. & ista nota: quia secũdùm hunc modum poterit haberi recursus coram quocunq; iudice competenti, & ordinario, & maximè extra regnum, vbi dispositio huius cap. non seruatur, ad prædicta etiam vide, quæ dixi supra cap. frequens. 205. nume. 44. ¶ Circa illam
21 quæstionem tactam hic per Lucam de Pen. † an istud cap. & alia præallegata facta a iudice seculari possint statuere aduersus clericos & personas ecclesiasticas, & vt vides Lucas hic tenet, quòd istud cap. & similia sunt fundata in c. petimus. 11. q. 1. & cap. quidam monachi. 16. quæst. 1. & c. principes. 23. quæst. 5. cum aliis concord. allegatis per Lucam de Pen. in d. l. si coloni. col. fi. in princ. C. de agricol. & censi. lib. 11. sed ad ista iura responderi potest, ꝙ loquuntur, quando præcesserunt primò debitæ monitiones, vt desisteret a turbatione & molestatione, vt dicitur in d. capit. petimus, & ibi Archid. & Prepos. & in d. cap. quidam monachi, sed in isto cap. nec in aliis nõ fit mentio de istis monitionibus, ideo non potest dici, quòd sit secundum dispositionem dictorum iurium. Et pro isto cap. & aliis præallegatis adduci potest illud, quod tenet, & concludit Guido Papæ in quæstio. parla. Delphi. in 1. quæst. & in q. 185. & etiam quia tanto tempore dispositio istorum capitulorum, fuit seruata, talis iurisdictio est quæsita præscriptione p ea, quæ habentur in l. imperium. per doct. ff. de iur. omn. iudi.

ADDITIO noua. Et ad prædicta vide Tho. Gra. decisio. 78. quę incipit, vniuersitas & homines Ciuitatis Salerni. Et ibi etiam tenet, ꝙ de iure sine dispositione istorũ capitulorum regni secularis potest cognoscere de possessorio in rebus spiritualibus, vel beneficialibus per dictum Vinc. antiqui doctoris in cap. fina. extra de iudic. Sed aduerte: quia ibi in isto cap. fin. non tractabatur de re spirituali, vt ibi dicit Ioan. Andr. circa princ. qui tenet contra Vinc. ibi. & in illo cap. fin. conuentus & prior agebant contra laicos, vt ibi dicit 1. glo. & etiam alia glo. & sic actor sequitur forum rei, ideo dictum Thom. Gramm. non est vsquequaque verum, & magis tuta via, & modus inductus per ista capitula regni. Et illud, quod dicitur, quod seruatur in Regno Franciæ, est de stilo, vt dicunt docto.
22 per eum allega. ¶ † Et an, & quando iudex secularis possit adiri propter negligentiam, vel defectum iudicis ecclesiastici, vide in c. qualiter. extra de iudi. & ibi Abb. & Felyn. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Rex an debeat cogitare circa opportunitatem, & commoditatem subditorum. 2.*

CAPITVLVM CONTRA EXCEPtionem hosticam, & iudicis delegati allegati suspecti, Rubrica.

ROBERTVS. CAP. CCXIIII.

ITEM Belli discrimina. Iustitię cultum molestiæ turbantia, & inumbratæ quietis interstitium aliquibus interuallis assumptũ
1 tempus redimimus, † vt opportunitatibus nostrorum fideliũ per apta iuris remedia consulamus. Sanè subiectorum nostrorum casu, atque molestia dedere materiam, vt super certis difficultatibus, quę illis de facto frequenter emergunt, per nostrę prouisionis suffragiũ præsidialiter mederemur. Ea propter subscriptas tres constitutiones edidimus, quas publicatas ex more per totam vestram prouinciam per vos tenaciter obseruari volumus perpetuò valituras.

ADDITIO.

2 INTER belli discrimina. In tex. ibi (vt oportunitatibus nostrorum fidelium &c.)† Nota, ꝙ princeps debet cogitare,& cōsulere circa oportunitatem,& commodum fidelium,& subiectorum,vt hic,& concordat tex.in auth. de hære.& Falcid.in princ. col.1. cum concord.ibi alleg. Ioan.Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

DE HOSTICA EXCEPTIONE. Rub.

Tenor primæ Constitutionis.

ROBERTVS. CAP. CCXV.

1 SI †Comes, aut baro, vel quicunque feudatarius ad exercitū euocatus aliquē destituerit, vel inquietauerit turbatione molesta de rebus aut iuribus, vel crimen commiserit, in quo potest procurator adesse etiam hostica exceptione durante, vel paulo priusquam exceptio eadē competat, vt ꝙ incontinenti committitur, pręsentialiter ines se videatur, beneficium istius hosticę exceptionis amittat. Et siquidem ad exercitum personaliter iuerit de pręfatis destitutione & criminatione p procuratorem sufficienter instructum respondeat co-
2 ram iudice competenti. † Si verò substitutum pro se miserit, vel adohamentum in pecunia pro militari seruitio soluerit,ipse personaliter etiā pro quo cunque crimine respondere cogatur, dicta excep-
3 ptione hostica non admissa. † Dignum est equidē, vt delinquentes sub prærogatiuæ concessæ fiducia beneficia perdant ipsius specialitatis indulta. Cuius editionis seriem etiam in causis pendentibus locum habere censemus.

SI comes. Nota hoc capit.per quod declaratur, & limitatur constitutio regni, hostici exceptionem,in titulo de exceptione hostica admittenda. Sebast.de Neapoli.

ADDITIO.

SI comes. In isto cap.venit tractanda mate
4 ria hosticæ exceptionis. † De qua quidem hostica exceptione nihil habet de iure Romano. Immo miles accusatus de crimine si dicat se excusatum vigore militiæ stante sacra mēto militiæ absoluēdus est.l.fi.ff.de re milita.& habetur in l. vnica. C.de reis postul. libr. 10. sed habetur in in Lōgobarda in l.hoc diffinimus.in rub.de exercitalibus, vbi dicitur, quòd nullus debitorem, vel fideiussorem submonitum ad exercitum pro quacunque causa faciat pignorare, immo submonitus non potest citari per duodecim dies, antequam vadat ad exercitum post submonitionem, & per duodecim dies postquam fuerit reuersus, vt ibi latius, & ad prædicta vide Matth.de Afflict. in constit. hostici exceptionem.in rubr.vbi dicit,quòd lex Longobar
5 da in multis est correcta per d.constit.† Et ibi etiam dicit,
6 ꝙ ista exceptio hostica est dilatoria, vt ibi per eum. †Et ista exceptio hostica competit vocatis in ius submonitis,
7 vt eant in exercitum Regis. † Et operatur ista exceptio, ꝙ per quindecim dies post monitionem, & per totum tempus,quo est in exercitu,& per quindecim dies post reuersionem supersederi debet in causa, nec tenetur constitue-
8 re procuratorem ad litem. † Et si iudex procederet post istam exceptionem oppositam & probatam, processus factus esset nullus, vt probantur prædicta in d.consti.hostici exceptionem.& ibi Matth.de Afflict.col.2. in 1.notabi.
9 † Et aduerte ad vnam declarationem, & difficultatem in ista materia. Quòd quando aliquis est citatus ciuiliter, vel criminaliter, & sponte sine submonitione iuit ad exercitum suis expensis, tunc non gaudet priuilegio quindecim dierum, qui conceduntur submonito ad componendum sarcinulas, antequam accedat ad exercitum:quia ad hoc vt gaudeat dilatione quindecim dierum, requiritur submonitio: quia sine submonitione vr̄ voluntarium impedimentum,& vr̄ se absentare propter l ite, ita dicit And. de Iser.& Matth.de Affl.in d.constit.hostici.col.2.in 1.& 2.q. Sed si accessit ad exercitum sine submonitione ad ibi seruiendum suis expensis cum equis & armis,si dum est in exercitu, citatur, gaudet ista dilatione hostica, vt supersedeatur,donec est in exercitu,vel in via ad exercitū, si hoc constat iudici,ꝙ est in exercitu, ita tenet Matth.de Affl.in d.constitu.hostici,col.2.cum seq.in 2.& 3.q.& col.7.in 4.
10 nota.¶†Sed pone miles,vel baro,seu feudatarius,postquā fuit submonitus, vt vadat ad exercitū, antequam recedat infra quindecim dies datos ad componendum sarcinulas spoliauit de facto aliquem sua possessione, vel turbauit eū in sua possessione rei stabilis: quia dicebat esse suam, spoliatus vadit ad iudicem, & dixit se spoliatum, vel turbatū, & petit restitutionem possessionis,vel ꝙ cesset a turbatione,citatur ille baro,seu miles,& opponit exceptionem hosticam,replicatur,ꝙ non obstat: quia spolium,seu delictū est factum post submonitionem,dubitatur quid iuris. Ista quæstio decidit r in isto c.nostro,ꝙ non habet hosticā exceptionem,& si est in exercitu, debet per procuratorē suū respondere, nec debet admittere hosticam exceptionem, secus si ante submonitionem deliquisset,ita per istum tex. tenuit An.de Iser.& Matth.de Affl in d.const.hostici excep-
11 tionem,col.4.in 8.q.† Et si ipse baro non accessit personaliter ad exercitum, sed soluit adohamentum, debet ipse respondere, vt in isto tex.nostro, & tenet hic Bartholo.de Capua. ¶Alias quæstiones de ista hostica exceptione vide per Andr.de Isern.& Matthæum de Afflict.in d.consti. hostici exceptionem, vbi multa ponunt.

ADDITIO noua. Et quid de his, qui sunt missi a militia, an gaudeāt priuilegio & excusatione,& quot sunt genera missionum,& quæ infamat,& quæ non, vide Azo. in sum.C.de his qui non impleue.stipend. sacramē. soluti sunt, lib.10. Et ibi ponit quatuor genera missionum. Alia est honesta, cum propter honestatem miles absoluitur a sacramento militiæ. Alia est causaria,cum propter valetudinem

dinem tanquam debilis a militia mittitur. Alia est ignominiosa, cum propter aliquod delictum absoluitur a sacramento militiæ. Quarta est, quæ extraordinaria nuncupatur, idest cum quis ideo a sacramento militiæ absoluitur: quia euitandi alicuius oneris gratia nomen militiæ dederat, vt latè per Azo. vbi supra. Et ibi dicit, quòd cum quis fraudandi muneris gratia militat, fraus ei prodesse non debet, vt ibi per eum. Et hoc potest induci, quando aliquis propter fraudem accessit ad militiam, quòd ei nõ
12 prodest. ¶ Et quia supra facta est mentio de milite. † Quæritur, quot sunt necessaria, vt quis sit miles ad hoc, vt gaudeat priuilegio militis. Vide glo. in l. milites. ff. ex quibus causis maior. quæ ponit sex requisita. Primò, vt non sit negociator. Item, quòd examinetur. Item, quòd præstet sacramentum, quòd mortem non euitabit pro republica. Item q ei ensis cingatur. Item stigma in bracchiis imponatur. Item, q in num. aliorum describatur.

Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Fur de furto, vel violentia condemnatus an possit ex eadem instantia condemnari ad rei subtractæ, vel ablatæ restitutionem.* 2. 4. 18.
3 *Libellus in criminali qualiter concludat.*
5 *Iudex, qui ciuiliter cognouit de crimine, an possit ex officio procedere contra delinquentem, & imponere pœnam criminalem.*
6 *Condemnatio an possit ex eodem processu fieri ciuiliter, & criminaliter.*
7 *Fur, qui criminaliter fustigatur, an relaxetur, donec furtum reddatur.*
8 *Custodes carcerum, qui dimittunt condemnatos, antequam sit satisfactum fisco & parti, an teneantur.*
9 *Calumnia an sit delictum.*
10 *Pœna an præsupponat delictum.*
11 *Calumnia qualiter punitur.*
12 *Expensarum condemnatio an fiat etiam in criminali.* 13. 14. 17.
13 *Accusator in probatione deficiens an condemnetur in expensis.*
15 *Actio ciuilis an possit simul cum criminali intentari.*
16 *Inquisitione formata de vno delicto si constat de alio, an possit ex eodem processu puniri.*

Tenor secundæ Constitutionis.

ROBERTVS. CAP. CCXVI.

1 SI † de furto, violentia, vel defensa, aut alio delicto quocunque criminaliter accusatio instituta fuerit, vel per officium iudicis in casu debito de ipsa criminatione quæsitum, Iudex super his aditus comperto facinore nocentem reum pœna debita feriat, & in eadem instantia per suum officiũ in rei subtractæ, vel violentæ celeri restitutione condemnet. Hoc quidem connexitatis ratione præuisa veteris iuris auctoritate decreuisse videtur, licet glossarum subtilitas persæpe dubia frequenter incerta super hoc dubitationem ingerat, quas nos præsentis declarationis edicto prouidimus decidẽdam, eam habere locum etiam in causis pendentibus decernentes.

SI de furto. Nota bonum capitulum similiter tibi declarans, † quòd si agitur criminaliter de furto, vel alio delicto, potest iudex ex officio procedere, & comperto facinore reum pœna condigna ferire, & ex eadem instantia reum ad rei subtractæ, vel ablatæ restitutionem ex suo officio celeriter condemnare, ad quod facit in authen. vt iudices sine quoquo suffrag. §. si quis autem. & § necessitatem. & auth. vt nulli iudic. §. & hoc prouenit, & extra de accusa. cap. cum oporteat. & ibi per Innocen. in glo. penult. Vbi vide per eum Cyn. in l. si quis ad se fundum. in fin. quæst. C. ad l. Iul. de vi publ. tenet opin. quòd non possit, vt ibi per eum, not. glo. tamen Matth. in versic. nouatas, in constit. si quis in posterum. lib. 1. titu. qualiter puni. qui spre. defe. tenet, quòd possit, & illam ibi vt mirabilem sequitur And. de Iser. dicens hoc esse mirabile, scilicet quòd iudex potest ex officio facere, quòd pars non posset, scilicet petere principaliter, ciuiliter & criminaliter agendo, vt not. in l. j. in prin.
2 C. quando ciui. actio. crim. non præiu. licet quis † possit criminaliter accusari, & ex officio incidenter poterit condẽnari ad rei subtractæ, vel ablatæ restitutionem, cum refectione rei damnorum & expensarum, vt not. Bart. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. & in l. prætor. §. j. ff. vi bonorum raptorum, vbi vide. Idem sequitur Ang. de Perus. in allegata l. 1. C. quando ciui. actio crim. præiu. vbi dicit sic
3 hodie practicari. † Quia in libello criminali concluditur, delinquentem de delicto condemnari, & puniri secundũ formam iuris & statutorum, cum refectione interesse, dãnorum & expensarum, & cum restitutione rei ablatæ, & sic accessoriè, quæ sunt bene not. † Et attende bene tex. hu
4 ius capitu. ibi dum dicitur, comperto facinore nocentem reum pœna debita feriri in eadem instantia: quia tunc, hoc est verum, quando sententia fertur super crimine, tunc eum potest iudex ex officio ad rei restitutionem, & alia supradicta condemnare, sed si super crimine sententia ferri non posset, puta: quia morte extinctum esset, tunc non posset ad rei restitutionem condemnare, vt l. defuncto. ff. de publ. iud. vnde tunc pro rei restitutione alia instãtia opus esset, quo casu adiri debebit iudex causarum ciuilium, non autem latrunculator, vt ibi dicit tex. apertè. Nec obstat. ff. de rei vendic. l. vtique. vbi propter accessiones fertur sententia extincto principali: quia ibi erat extincta res, secus si persona, in qua iudicium fundatur, quam limitationem nota secundùm Ange. de Peru. in repet. l. falsus. 2. col. versicu. quòd autem dixi. C. de furt. vbi autem crimen principale morte extinctum non esset, tũc bene iudex causarum criminalium incidenter ex officio cognosceret de ciuili, rem restitui faciendo, per dictũ §. qui furem. & l. 4. §. si dicatur. ff. fini. reg. cum simil. supra alleg. quod est mirabile, secundùm Bart. in dicto §. videlicet, quòd iudex criminalium incidenter cognoscat de ciuili, qui aliàs cognoscere non potest. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic. sed contra hoc cap. & iura supra alleg. satis contrariatur text. 14. quæst. 6. & si res. & extra de homic. ca. sicut dignum. vbi si fur corporaliter punitur, non potest condemnari ad rei restitutionem, tu autem serua, quæ dicta sunt, per text. in auth. de iudic. §. si quis autem. col. 2. vbi dicitur, quòd satis-
5 factio debet pœnam præcedere. ¶ † Quæro, an iudex, qui cognouit de crimine ciuiliter, possit ex officio procedere contra delinquentem, & ei imponere pœnam criminalẽ. Dicit D. Bald. in d. l. sic quòd euitandi. C. de condictio. ob turp. cau. per illum tex. C. si aduer. libe. l. penult. & ff. manda. l. si remunerandi. §. Maurus. ibi, & aduocationibus. ff. de adult. l. 2. §. si publico, non tamen dicit ipse, quòd ex eadem instantia, & ex eodem processu, qua, seu quo agebatur, imponatur pœna criminalis, vt d. l. 1. quando ciu. acti. circa prin. sed cum per primam cognitionem notificatum sit iudici de delicto, hæc notificatio erit loco denunciationis,

tionis, secundùm quod dicitur de fama, & secũdũm hæc
dicit, quòd dicta litera debet intelligi, dum dicit, non pa-
tietur, scilicet quòd formato vno processu criminaliter iu
dex procederet ad vltionem & pœnam criminalem, licet
Nico.de Matta.dicat, dictum textum debere aliter intelli-
6 gi, scilicet † quòd ex eodem processu fiat condemnatio in
criminali, vt dicatur, quòd ille erat conuentus ciuiliter &
criminaliter simul & semel, & solenniter conuictus, quod
esse potest in priuatis criminibus, primam tamen opinio-
nem dicit Bald. veriorem: quia iudicium ciuile non inclu
dit sub se criminale in effectu eius pleno: quia criminale
est maius, & maioris inquisitionis, ad quod facit, quod
nota. C.ad leg.Iul.de vi l.si quis ad se fundum. Et econtra
dicit idem Bald.ibidem, quòd ex criminali venitur ad ci-
7 uile ex eadem instantia officio iudicis, verbi gratia. † Fur
criminaliter fustigatur: tamen a carcere non liberatur, seu
relaxatur, donec furtum reddatur, vt ff.de furtis. l. inter-
dum. §.qui furem. in authen. vt iudic. sine quoquo suffra.
§.oportet enim. & in authen. vt lice.matr. & aui. §.istud vi-
8 delicet. † Et ideo subdit ipse, quòd caueant custodes car-
cerum, ne tales sic condemnatos dimittant, antequam sit
satisfactum fisco, & parti, facit. ff.de calumnia. l.si ab eo.
quæ not. velut quotidiana. Ex principio huius capi. potest
9 decidi talis quæstio. Certum est, † quòd calumnia est cri
men, seu delictum, quod patet: quia punitur. §.hoc autẽ.
Instit.de pœn.tem.litig. & extra de pœn.capit.calumniam
10 ergo delictum. † Nam omnis pœna præsupponit deli-
ctum, vt C.de pœn.l.sancimus. & l.fin.ff.de legat.primo,
& in causa criminali grauius, & durius est calumniari,
11 quàm in ciuili. † Nam pro calumnia in criminali punitur
accusator ad similitudinem supplicij, vt C.de accus. l.fin.
cum similibus. & istud est grauius delictum, quod grauius
12 vindicatur. 24.quæst.1.non differamus. in fi. † Et ex his di
cũt aliqui, quòd sicut expensæ reficiuntur in ciuili, multo
13 fortius in criminali. † Modò pone, quòd accusator in pro
batione deficiens condemnandus, & puniendus est ad si-
militudinem supplicij, an condemnabitur etiam in expen
sis, videtur apertè quòd sic: nam sicut damnatus de furto
ad pœnam debitam damnatur ad restitutionem rei subtra
ctæ, ita damnatas ratione calumniæ quo ad similitudinẽ
supplicij damnetẽ et in expẽsis, cũ regula sit, ꝙ de vnoquo-
que crimine ciuiliter & criminaliter agi potest, vt in l.fi-
na. ff.de priua. delic. & cum de re familiari agitur, vna a-
ctio per alteram intentatam non tollitur, vt dicta l. 1. C.
quando ciui.actio. Et certè cum talis pœna talionis accu-
satori non imponitur, satis videtur continere iniquitatem
opin.illorum, qui dicunt, in criminali non esse victum
victori condemnandum in expensis. D.Iacob.Butr.dispu
14 tauit hanc quæstionem. † Vtrum in causa criminali veniãt
expensæ, & determinauit quòd non. Inter alia adduce-
bat pro casu. l.non ignorat. C.de fruct. & lit.expen. vbi pa
tet, quòd in criminali damnatur quis de calumnia, non
damnatur tamen quis in expensis, sed certè iste text. non
obstat: quia ibi dicitur condemnari de calumnia, non ta-
men negat condemnationem expensarum, quæ facien-
da est in causa criminali, vt l. cum quidam. secundùm
vnam lecturam. C. de fruct. & lit. expend. & est tex. in l.
cum satis. ibi, eis resarcire. C.de agricol. & censi.libro 11.
de quo me remitto ad plenè not. per Bart. in l.prima. §.1.
ff.ad Turpill. Lucas de Penna.

ADDITIO.

15 SI De furto. Ad materiam eorum quæ su-
pra dicta sunt, † an & quando actio ciuilis
possit intentari simul cum criminali, vide
Salyc. & alios in l. 1. C.quando ciuil. actio.
præiud.crimin. & vide quæ dicit Sal. & Bal.
in l.quod euitandi. C.de condict.ob turp.caus.Alexand.in
addit.ad Bart.in l.2.§.si publico. ff.de adult.cum concord.
16 ¶ † Et quid si est formata inquisitio, vel accusatio de vno
delicto, & constat in processu de alio, an possit reus puni
ri ex illo processu, vide Angel.in tract.malefic. in verbo,
qui iudex addidit. col.4. cum sequentibus. ¶ Circa aliam
17 quæstionem suprapositam per Lucam de Penna hic, † an
in criminalibus fiat condemnatio expensarum, si absolui
tur accusatus, vide Bart.in l.cum satis. C.de agricol. & cen
si.lib.11. in l.non ignorat. col.fin. C.de fruct. & lit. expen.
& ibi per alios. Bart.in l. 1.col.fin.ff.ad Turpill. & in l.si po-
stulaueris. §.fin.ff.de adulter. & in l.fin.C.de fruct. & lit.ex-
pen. Bald.in auth.generaliter. C.de episc. & cler. Lanfran.
in cap.quoniam contra. in versic.expensæ, extra de proba
tio. Bart.in l.qui crimen. C.qui accus. non poss. Bald. in l.
eum quem temere. ff.de iudic. latè per Hypp.in sua pract.
crimi. §.superest. in princ. & in l.patre & marito. col.3. ff.
de quæstio. & communiter concludunt quòd sic, quod ta
men intellige, vt per Hypp.in locis prædllegatis.

ADDITIO noua. Et vide Lucam de Penna in l.
vnica. col.3. C.de sumptu.recupera.lib.10. vbi etiam po-
nit, quando proceditur per accusationem, vel per inqui-
sitionem, vel ex officio quis condemnetur in expensis, &
per totam illam legem ponit materiam expensarum.
¶ Circa illam quæstionem, quam ponit hic Lucas de Pen
18 na, † an condemnatus de furto principaliter possit cõdem
nari incidenter ad rei restitutionem, vel interesse, vide
Bart.in l.interdum. §.qui furem. ff.de furt. & in l.solemus.
§.latrunculator. ff.de iudic. & Bart in l.diem functo. in fi.
ff.de publ.iudi. & in l.pen.ff.de calum. & vide Bal.qui tenet
contra Bart.in l.de possessione. C.vnde vi, & in l.si quis ad
se fundum. C.ad leg.Iul.de vi. Pari.in tract.sindi. in verbo
condemnatio. §.sequitur modò. vbi multas concord.alle-
gat, & vide And.de Iser.in constit. si quis in posterum. co-
lum.4.versic.notatas, & in constit.super incisionibus.in fi.
& Matth.in dictis locis, & tetigi supra in capi.ad hoc. 10.
de furt. ADDITIO noua. num.127. Et ad prædi-
ctam quæstionem, an fur punitus criminaliter pro furto
teneatur ad rei subtractæ restitutionem, ponit Luc.de Pen
na in l.siue.col.fin.in princ. C.de exa. & exec.lib.12. & ibi
arguit pro & contra, & hodie talis quæstio est sopita per
tex.huius cap.quòd punitur, & tenetur ad rei subtractæ re
stitutionem, & facit tex.in §.oportet enim. in auth.vt iudi.
sine quoquo suffrag. Et aduerte in quæstione proposita, ꝙ
doctores concludunt communiter, quòd non potest agi
æquè principaliter in vno libello ciuiliter, & criminaliter.
dicta l.interdum §.qui furem, sed bene potest accusare cri
minaliter, & incidenter implorare officium iudicis, vt fa-
ciat sibi rem subtractam restituere, vel damnum emenda-
re, vt probatur etiam in isto cap.nostro ibi, per suum offi-
cium, & ita tenet Innoc. & Felyn.in cap.cum oporteat.co
lum.fin.extra de accusat. Dec.in l.edita.col.14.in fi. versic.
& retenta. num.66. C.de eden. Bald.in l.2.in fi.C.de eden.
& Rober.Maran.in suo specu.in quarta parte, in prima di
stinc.col.5.versic.inquantum.num.17.secundùm primam
impressionem. Posset tamen sustineri libellus, si in eo dice
retur, peto eum puniri & condemnari, & rem mihi resti-
tui, seu damnum emendari: quia tali casu non vr̃ princi-
paliter intentata ciuilis & criminalis, sed incidenter, vt di
cit Bart. in d.l.interdum. §.qui furem. & Deci. vbi supra.
Et dicit Paris in tract.sindi.in verbo condemnatio. §.sequi
tur. in fine per tex.huius ca.quòd in omni crimine, in quo
est accusatio instituta, iudex, qui reum condemnat, debet
etiam condemnari ad rei restitutionem. Et ibi etiam in
fine ponit, si fur qui fecerat magnum furtum, & nihil ha-
bebat in bonis & condemnauit ad supplicium, & non con
demnauit ad interesse parti, an iudex teneatur, & reliquit
cogitandum, sed dici potest, quòd qui non potuit soluere
in ęre, luit in corpus. l.si quis id quod. ff.de iur.omn.iudic.
l.quicunque. C.de ser.fugi. l.fin.de in ius voca. l.qui ędes.
de incen.rui.naufr.cap.finem litibus.de do. & contuma. &
Doct.in dictis locis. Illud autem, quod dicitur in hoc tex.
quòd iudex debet etiam condemnare furem ad rei restitu-
tionem per suum officium. Intelligitur, si fuerit a patre
petitum:

petitum: quia officium iudicis non impartitur, nisi petenti.l.4.§.hoc autem iudicium.& ibi Bart.& alij.ff.de damn. infect.glo.& Doct.in l.non quicquid. §.iudex. ff.de iudic. Bald.in cap.iudices.de pace iuram.firmã. & Bald.in addit. Spec.in tit.de execu.sent.versic.iudex non facit,cum concordan.bene faciunt, quæ dicit Ias.in l.vniuersa. C.de preci.imper.offe. Et ad materiam de violentia, quæ tangitur in isto cap. vide latè supra in c.subditorum.§.de violentiis.
Ioan.Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

DE SVSPICIONIBVS. Rubrica.

Tenor tertiæ constitutionis.

ROBERTVS. CAP. CCXVII.

PROLIXITATEM tollere
litium, & dispēdia breuiare cau
sarum benigno disponentes affe
1 ctu huius constitutionis edicto
præscribimus. † Exceptionem
suspecti iudicis delegati, vel or-
dinarii post contestationem litis oppositam, quæ
dicitur postmodum emergisse, omnino cessare, &
a iudice non admitti, nisi dicta emergens suspicio
sic lucidè liqueat, quòd euidenter, atque notoriè
notabiliter se ostendat. Cuius constitutionis edi-
ctum etiam in pendentibus causis locum & effica-
ciam volumus obtinere. Data Nea.

PROLIXITATEM. Nota ex hoc cap.
2 † quòd non possum eum iudicem recusare
suspectum, in quem semel consensi, corā eo
litem cōtestando, nisi euidens & notoria cau
sa superuenerit, vt hic vides, pro quo optimè
facit tex. iuncta glo. in l. non distinguemus. §. cum quidam.
ff. de arb. & not. Cy. in l. apertissimi. C. de iudi. in 3. opp. facit
optimè, quod tot. Io. And. in c. suspicionis. de offi. delega. In
3 no. in c. cum speciali. de app. † Vbi dicit, quòd quando ali-
quis allegat omnes litteratos suspectos, & vnum approbat,
non potest illum approbatum allegare suspectum, nisi cau
sæ sint euidentiores, & sic concordat cum distin. huius ca.
Bartol. in l. fina. C. de sen. & interl. om. iud. & quòd non pos
sim recusare, tenet etiam Bar. in l. quidam consulebat. 2. q.
ff. de re iud. Idem tenet Host. in summa eod. tit. de offi. iud.
deleg. §. cui delegari. versi. illud autem. Quod sanè dicit idē
Host. hoc esse verum, nisi postea noua causa suspicionis sub
oriatur, quia tunc bene potest recusari, arg. l. post litē. ff. de
4 procur. & l. 3. C. eo. tit. † Ratio, dicit ipse: quia quæ de nouo
emergunt, nouo indigent auxilio. l. 1. in pri. ff. de ven. inspi.
5 cum si. † Secus vbi post nouam causam suspicionis ortam
ipsum iudicem adiuerim eius iuditium subeundo, puta po
nendo, vel allegando, vel leuius interloquutoriam audien
do, vel petēdo, vel recipiendo diem, vel producendo testes,
vel instrumenta, tanquam coram iudice, vt extra de offi. de
leg. cap. gratum. in fin. & c. cum venissent. extra de testi. ex-
6 tra de sent. & re iud. c. inter monasterium. † Et propterea
consulo, vt nunquam pars, cui iudex est factus suspectus,
vt non videatur in eum consentire, vt in iudicem, quòd in
qualibet eius sessione protestetur, quòd non intendit in
eum vt in iudicem consentire, ex quo nominet eum iudi
cem, nec consentiat alicui assignationi, tunc exercendo
aliquem actum coram eo non videtur personam iudi-
cis approbare, & ita tenet Bald. post Inn. in d. ca. inter mo-
nasterium. secundùm Abb. in glo. quicunque, & ita de fa-
7 cto seruatur secundùm Io. And. ¶ † Bonus tamen iudex fa
ctis dictis protestationibus per fatuum aduocatum contra
eum statim respondere debet. Et ego auctoritate, qua fun-
gor, contumacem te reputo, & ita consuluit. D. Inn. in c. cu
8 mana. post prin. in addi. incipiente, sed certè aliquis fatuus
aduocatus &c. vbi vide. ¶ † Quæro circa materiam huius
c. opposita est exceptio contra personam actoris, vel contra
libellum, an possit contra iudicem exceptio suspicionis op
poni. Dicit Bar. in alleg. l. cum quærebatur. aliàs, quidam
consulebāt. de re iud. quòd non, quia præpositis dictis ex-
ceptionibus, vt supra, videtur opponens petere super his iu
dicem pronunciare, cum sint emergentes, vt C. de ord. co-
9 gni. l. 1. Ideo videtur Iudicem approbare, dic vt ibi per eū.
Quod intellige sanè secundùm eūdem ibidem. † Nisi quis
simul & semel plures exceptiones opponat, videlicet con-

D. Ioan. Anto. de Nigris.

tra personam actoris, contra libellum, & contra iudicem:
quia tunc licet vltima exceptio opposita sit in scriptura cō
tra iudicem, tamen intentione proponentis intelligitur pri
ma in ordine opposita contra iudicem non attento ordine
scripturæ. Cæteræ autem uidentur oppositæ sub conditio-
ne, si apparuerit, eum esse iudicem, ar. l. tale. in prin. ff. de he
red. insti. & l. 2. §. sed sint. ff. de vulg. & pupill. Tutius tamen
est secundùm eum, si prius exceptio contra iudicem oppo
natur sub conditione, vt ibidem per eum not. Item aduerte
circa id, quod supra dixi in verbo, quòd sane, dicit idem
10 Hostien. † quòd per nullum actum, quem reus facit ex ne-
cessitate, videtur in iudicem consentire, puta si satisdedit de
iuditio sisti, vel de iudicato soluendo, vel soluit sportulas,
casus est in auctēn. offeratur. C. de lit. contest. per Arch. 4.
quæstio. 4. c. nullus, & ibidem per eum. & ita tenet Inno. in
alleg. c. cum inter. idem Cy. in l. fin. C. de spor. & in d. auctē.
11 offeratur. Idem Bar. in l. vir bonus. ff. iudi. sol. † Vbi dicit, quòd
per talem cautionem non tollitur exceptio declinatoria
fori, idem quod Cy. not. Bal. in l. Gallus. §. quidam rectè. in
12 fin. ff. de lib. & posth. † Item dicit Inn. in d. c. inter monaste-
rium. quòd si competunt plures exceptiones, puta vna ex
causa suspicionis, alia ex causa incompetentiæ, vel priuile-
gii: quia scolaris, vel ex causa concernente mandatum. pu-
ta: quia non est procurator, quòd semper in ordine exce-
ptionum prima debet esse exceptio suspicionis, quòd facit
pro eo, quod supra consuluit Bar. in alleg. l. quidam consu-
13 lebat. † Item de multiplici exceptione, quæ potest opponi
contra iudicem ordinarium, & delegatum, vide eleganter
not. per Inn. in c. cum super abbatia. extra de offi. deleg. &
ibi Bald. post eum, & adde & vide elegantia verba Host. in
14 titu. de iud. deleg. § quando. in prin. † Vbi similiter not. vsq;
15 ad quod tēpus possit opponi exceptio suspicionis ¶ † Quæ
ro, iudex recusatus est suspectus ex vna causa, electi sunt ar
bitri ad cognoscendum causam; quibus non est probata
causa allegata, an coram eis poterit alia causa allegari, &
probari. D. Ioan. And. in cap. postremò. de app. tenet quòd
non, de iure nouo, per cap. cum causam, eod. titu. de quo
16 dic vt in d. cap. postremò. in eius apostillis. ¶ † An autem
processus factus coram iudice recusato valeat, vel sit ipso
iure nullus. Inn. in ca. cum speciali. de app. dicit, quòd non
meminit se legisse, quòd sit nullus. Bartol. in l. quia poterat.
ff. ad treb. dicit contrarium, allegat casum. l. vnicæ. C. si qua
cunque prædi. potest. vbi se legisse meminit, eius opi. vide-
tur firmare. D. Azo. in l. apertissimi. C. de iud. in glo. in ver-
bo executore. vbi dicit expressè, quòd iudex recusatus vt
suspectus desinet esse iudex, & idem quod Bartol. videtur
tenere Host. in d. cap. cum speciali. Nec obstat contra opi.
Bartol. si dicatur, quòd in casu. d. l. vnicæ, sit speciale, vt not.
ipse Inn. in c. insinuante. extra de offi. deleg. vbi sub dubio
forte dicit esse speciale in casu dictæ. l. quòd respondet Bar
tol. quia licet ibi sit speciale, vt iudex ordinarius possit re-
cusari: non tamen ibi est speciale, quòd processus sit ipso
iure nullus, vt dicit Bart. indistinctè, nisi uellemus eum de
fendere, dicendo quòd. l. 1. hoc dicit secundùm rationem
collectam ex eius mente, quæ est, quòd ex quo protestans
contra iudicem factus est alienæ iurisdictionis, & exutus a
iudice iurisdictione carente, vt not. glo. Ioan. And. in clem.
prima, de sequest. po. & fru. Vnde dicit Cy. in d. l. vnica. nō
fuit processum per viam recusationis, & sic secundùm eū
l. prima non loquitur in iudice recusato. D. Angel. de Pe-
ru. in l. 1. ff. nil no. appel. pend. nititur concordare dictos,
dicens, quòd aut iudex recusatur absque legitimæ causæ
insertione, & habet locum dictum Inno. Aut cum inser-
tione, & tunc habet locum dictum Bartol. pro qua distin-
ctione dicit hodie fore casum in cap. legitima. de app. lib.
6. D. Bald. in alle. cap. suspicionis. post. Inno. dicit, quòd aut
est itum ad arbitros, aut non, primo casu locum habet di-
ctum Bartol. Secundo dictum Inno. ar. c. iudex. de offi. de-
leg. in 6. q. quæ verba videntur fuisse ipsius Inno. in c. cum
super abbatiam. in prin. ibi. cum ambo ad hunc. de offi. de-
leg. vbi vide eius verba, licet Bal. de eo nullam faciat mētio

nem. Idem etiam sentit idem Inno. in d.c. cum speciali. in glo. in verbo suspectum, ibi, & si non appellauit, & in ea gl. in fi. Illud autẽ. Ex quibus omnibus sic distinguo. Aut post recusationem iudicis eius iurisdictio est effectualiter in alium translata, puta per recursum ad arbitros, vel appellationem interpositam contra eum, quando contra recusantem procedit ad vlteriora, & tunc verum est dicere, quòd processus per eum factus est nullus, & ita intelligo tex. d. l. vnicæ. per Bar. allegatum vbi tex. aperte tenet, ꝙ post protestationem factam contra iudicẽ, eius iurisdictio statim erit reuocata & in alium translata, Videlicet in vicarium, vel ordinarium, vel in illustrem præfectũ, vt ibi patet in tex. Aut iurisdictio iudicis recusati non est reuocata, nec in alium translata, tunc locum habet dictum Inno. vt patet ex verbis suis, ex quibus dictam distinctionem, & concordiam inter eum & Bar. sumpsi, & quòd sola iudicis recusatio vt suspecti eius iurisdictionem suspendit, est tex. iuditio meo illum non cauillando. in d. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arb. quem not. † Quæro, miseri aduocati in hac
17 ciuitate Neapolis, vt superius dixi, omnes literatos in ea degentes suspectos allegant, putantes hanc cautelam esse vltimum refugium clientulorum suorum ad impediendum causarum commissionem & earum mortalitatẽ, quod erit remedium obuiandi fraudibus ipsorũ. Respondet D. Spec. in tit. de requi. consi. in prin. versi. quod si forte, quòd iudex debet partem hoc allegantem iurare facere, quòd hoc maliotiosè nõ faciat, qui sic se fecisset dicit in partibus Lombardiæ. ar. c. cum dilecti, extra de in integ. rest. & ff. de no. oper. nunci. l. de pupillo §. qui opus, extra de resti. spol. c. literas.
18 & l. thesaurus. ff. ad exhi. † Verum dicit ipse, ꝙ iudex hanc recusationem admittere nõ debet passim & sine causa. Ex causa tamen potest, vt si causa sit merè canonica, vel spiritualis, tunc bene possunt legistæ recusari c. 1. extra de consang. & affin. 20. distin. §. 1. † Item potest iudex talem mul-
19 titudinem restringere inspecta personarum & negotii qualitate, dicens, quælibet pars det mihi suspectos vsque ad decem, vel quindecim, præsertim vbi est copia peritorum, ar. extra de test. c. sedes & c. cum in multis. facit optimè, quod not. Bar. in l. quoties de naufrag. lib. 11. post prin. d. l. & pro limitatione d. l. 1. §. fi. de testi. Et subdit Idem Spec. in §. vide versi. nos tamen contra, quòd plerunque partes in personis eligendis hoc modo concordant, videlicet, præcipiendo vtrique parti, quod sibi nominaret in scriptis 10. aut 12. bonos expertos & literatos viros in tali loco habitantes, ex quibus possit eligere vnum, quã, scripturam in actis secretè poni faciebat, vnde cum verò tot & tales in loco inueniebantur, sepe partes in nominando concordabant, quod est prouidè consilium de consensu partium committere & delegare: quia postea non poterunt recusare secundũ Hosti. de offi. deleg. §. quæ delegari, versi. vnde primò vide, & p ea quæ ipse notat, eodem titu. §. cui possit. versi. commitit-
20 tur huic &c. & per ea quæ supra in prin. not. † Et attendetu qui das nomina suspectorum, vt facias in scriptis redigere ne iudex ex illis aliquem forte eligens valeat malignari, & idem consuluit idem Spec. d. ti. de requisi. consi. versi. scias ibi & consulo. Et quia in hac ciuitate Neapolis miseri aduocati & procuratores volentes causas & earum terminationem differre in piudicium animarum ipsorũ, postquam cã est commissa per regiam maiestatem ad suspicionis causas allegandas sępius confugiunt, putantes prædictam calũniosam suspicionem vltimum fore præsidium clientulorũ suorum, super quibus causis suspicionum coram iudicibus delegatis petitiones offerunt, & causas suspicionũ allegant in testimonio publico, & ex inde postea publicum faciunt inde confici instrumentum ad hoc, vt manus iudicis sint ligatæ & vt ad vlteriora procedere nõ possit secundũ opi.
21 Bar. supra recitatam † Quare vt eorum fraudibus & calumniis obuietur, putaui hoc remedium adhibendũ. videlicet, vt iudex, contra quem tales suspiciones allegantur post factam protestationem & allegationẽ suspicionis contra eũ infrascripto mõ respondeat. Eodem die ibidem coram iudice, notario, & testibus, Nos talis iudex &c. Auditis & intellectis causis prædictis contra nos & nostram iurisdictionẽ allegatis contra omnem veritatis essentiam ad superandã oẽm malitiam & calumniam dicti talis calumniosè opponentis & allegantis dictas causas suspicionis contra nos & iurisdictionem nobis in hac parte seu causa per regiã maiestatem impartitam, potius ad differẽdum iudicium & terminationem ipsius causæ quã veritatem; idcirco ne in eius malitiosa potestate sit nostram super hoc tollere seu suspẽdere iurisdictionem, & cãm prædictam contra eum procuratorio noĩe talis agitandam & fine debito terminandam differre, tãquam iuris executor in hac parte ordinamus & deputamus ac iure cogimus astringimus dictũ talẽ procuratorio noĩe talis ad arbitros eligẽdos infra terminũ a iure statutũ, vt not. Inno. in c. cũ speciali. in gl. 1. ibi, vel potes dicere infra terminũ, de app. vt not. in l. cũ specialis. in verbo illico, & ibi gl. C. de iud. Corã quibus debeat causas pdictas cõtra nos allegatas effectualiter probasse, prout iura requirunt, vt d. l. cum spãlis. & l. apertissimi. eo. ti. quibus electis & differẽtibus se ad inuicẽ cõcordare & terminare, põt dictus iudex refutans arbitris prædictis statuere & dare terminũ dierũ sex ad dictã cãm finiendã, & se concordandũ, vel tertiũ eligendũ, cũ quo se concordẽt, quibus probatis parati sumus iuris dispositioni in hac parte statuti & ordinati obedire; vlterius in causa prædicta nos non intromittere, aliàs elapso dicto termino per nos supra statuto reassumemus nostram iurisdictionẽ procedendo in dicta cã iustitia mediãte, & prout iuris ordo mãdat & postulat & requirit, vt 10. q. 3. si verò &c. facit qđ not. Inno. in c. cũ speciali. in gl. in verbo cõpetentẽ, de app. & not. Io. And. in c. legitima. de app. lib. 6. vbi tex. & gl. 1. not. per eum, quam nostram responsionẽ mãdamus vobis iudici & notario in pñtia testiũ prędictorũ in fi. dictæ protestationis & allegationis contra nos factæ & instrumenti publici per nos inde fiendo inseri & describi ad nostrã cautelam atque iuris & iustitiæ execu-
22 tionem, & ad præmissa vide, quæ not. Roffr. in 5. q. † An causa suspicionis sit inferẽda, & vide, quæ not. Spec. in ti. de recusa. §. qualiter. vsque ad finem. Vltimò dicit Inno. in d. c.
23 cum speciali. in prin. vnum notabile, † quòd ex ea causa, ex qua quis potest suspectus allegari, ex eadem non potest ab eodẽ appellari, quia licèt cã suspicionis sit cõtra iudicẽ, tñ taliter põt procedere, ꝙ partẽ nõ grauet, & appellatio nõ habet locũ, nisi a grauamine c. vt debitus. eo. ti. Seb. de Nea.

ADDITIO.

24 PROLIXITATEM † nota ex isto c. quòd exceptio suspicionibus non põt opponi post litem contestatam
25 nisi postmodum emersisset, vt hic. † Et qñ sumus in causis summariis, in quibus lis non contestatur, iuxta c. regni detestantes, & Par. in tra. sind. in verbo sñia. §. vtrũ iudex. col. 4. & in clem. sępe. de verb. sig. tunc primus actus, qui solet fieri post litis contestationem, excludit dilatorias exceptiones sicut litis contestatio, glo. in c. 1. in verbo absentia, extra de electi. in 6. Bald. & alii in l. nihil. C. de procur. Bartol. in l. ab executore. in fin. ff. de app. Abb. in c. in sinuantẽ. extra de offi. deleg. Felyn. in cap. exceptio colum. 5. versi. tertiò intellige, extra de excep. ADDITIO noua. Aduerte etiam
26 circa materiã suspicionis † quia exceptio recusationis, seu suspicionis, quæ est dilatoria, debet præcedere alias dilatorias exceptiones, & debet primò opponi exceptio recusationis, seu suspicionis, quia proponendo alias exceptiones videtur in iudicem consentire, & renunciare suspicioni iudicis, & propterea recusatio iudicis debet præmitti ante alias exceptiones dilatorias, ita tenet Inno. in c. inter monasterium. de re iudi. Bar. in l. si. conuenerit. ff. de iur. om. iudi. vbi dicit, quòd dupliciter quis consentit in iudicem, vel cõtestando litem, vel proponẽdo alias exceptiones dilatorias vt ibi per eum, allegat Inno. in d. c. inter monasteriũ, & sequitur ibi Bal. Bar. in l. quidã cõsulebãt. ff. de re iudi. Bal. in l. 2. col. 3. versi. extra gl. quæro. ff. si quis in ius vocan. non erit Bal. in l. fi. C. de iudi. Ang. in l. sed & si susceperit. col. 1. ff. de iud. vbi dicit, ꝙ recusatio iudicis debet præmitti ante alias dilatorias

dilatorias. Hosti. in sum. in titu. de recu. delega. §. quando. post prin. & ista est communis opi. & tenet Lanfran. in cap. quoniam contra, in verbo recusationes, extra de proba. Rober. Maran. in suo Spe. in sexta parte, in verbo recusatio. col. 2. in princ. car. 84. secundum primam impressionem, & licet multi teneant contrarium: tamen ista est cōmunis opi. a qua non est recedendum, vt tenet latè Fely. in d. cap. inter monasterium. col. 3. cum seq. de re iudi. cum infinitis con-
27 cor. ibi. ¶ † Limita primò dictam communem conclusionē non procedere, quando simul proponerentur plures dilatoriæ exceptiones, & inter eas proponeretur exceptio recusationis, seu suspicionis contra iudicem, etiam si talis recusatio, seu suspicio vltimo loco proponeretur: nihilominus valet & tenet & non censetur in iudicem cōsentitum; quia seruaretur ordo iuris, vt primò censeatur opposita recusatio & suspicio, & præposteratio non noceret, ita tenet Ang. in d. l. sed & si susceperit. col. 1. de iudi. Bald. in d. c. inter monasterium, & Felyn. ibi col. 5. nume. 5. versi. prima declara-
28 tio, cum concor. ibi. ¶ † Limita secundò, nisi exceptiones dilatoriæ oppositæ ante recusationem essent declinatoriæ concernentes iurisdictionem iudicis: vt est iudicis, incompetentia & similes: quia tales exceptiones licet ante oppositæ nōn impediunt recusationem iudicis, & suspicionem contra iudicem proponendam: quia tales exceptiones semper tendunt ad declinandam personam iudicis, & ostendūt animum excipientis dispositum ad dissentiendum, ita tenent Io. And. Ant. de But. Abb. & Felyn. in d. c. inter monasterium. col. 5. nu. 6. versi. secunda declaratio. Bald. in l. non videtur. la 2. ff. de iudi. cum concor. allegatis per Fel. vbi su-
29 pra. ¶ † Limita tertiò dictam communem cōclusionem nō procedere, quando disputaretur super dilatoria opposita prouocatus ab aduersario. puta si reus opponeret recusationem contra iudicem, & actor contra talem exceptionē replicaret, & reus super hoc responderet, vel si reus a principio petiisset copiam libelli, seu rescripti, vt posset deliberare, si vult cedere, vel contendere, & actor super hoc replicaret, quòd non debet dari, & super hoc disputaretur, certè in his casibus non censetur præiudicatum recusationi iudicis, quia nondum deliberare poterat, si volebat cedere, vel cōtendere, aliàs esset in potestate actoris excludere aduersarium a recusando iudicem: quia semper moueret cōtrouersiam, ita tenet Abb in d. c. inter monasterium. in sexta
30 opp. & ibi Felyn. col. 6. versi. tertiam. ¶ † Limita quartò, dictam communem conclusionem non procedere, qn̄ excipiens protestaretur, ꝙ non intendit consentire in iudicem, nisi quatenus iuris esset, vel ordo postulat rationis: quia qn̄ apponitur talis protestatio, non videtur in iudicem cōsentire. Bald. post alios in d. c. inter monasterium. col. 6. versi. quarta declaratio, nu. 8. quia talis protestatio tollit tacitum consensum, & Bal. in l. fi. C. de iudi. & in d. l. non videtur. la 2. Spe. in titu. de aduo. §. sequitur. versi. item secūdum Vbertū, & Bal. in l. pacta nouissima. col. 3. C. de pac. Abb. in c. cumana. nu. 9. extra de elect. & in c. cum. Ferrariēsis. & ibi Felyn. col. 25. versi. quinta conclusio, de electio. Alex. cons. 42. in casu. col. 3. versi. ex quibus 3. vol. & in l. nō solum. §. morte. in fi. ff. de no. oper. nunci. Ias. in l. eleganter. §. si quis post. col. 2. ff. de condi. inde. Card. clem. 1. q. 13. de procura. Et aduerte, quia oportet necessariò ponere illa verba in protestatione, nisi si & quatenus de iure tenetur, & ordo iuris postulat; quia aliàs esset fatuus protestans, vt dicit Inno. & Felyn. in d. c. inter monasterium. in loco proximè allegato, & posset tamquam contumax puniri, vt dicit Felyn. in d. c. cū in loco præallegato, cum concor. & talis protestatio potest fieri in principio, vel in fine actus, vt dicit Fel. in d. c. cū M.
31 col. 22. ¶ † Limita quintò dictam conclusionem non procedere, quando reus dedisset fideiussorē de iudicio sisti: quia non dicitur in iudicem consentire, & potest iudicem tamquam suspectum recusare non obstante fideiussione præstita, aut. offeratur. & ibi Bal. 2. nota. in prin. C de litis conte. Bar. in d. l. si conuenerit. ff. de iur. om. iud. Ange. in d. l. sed & si susceperit. Bald. in cap. 1. colu. 1. extra de iudi. & in l. 2. in prin. colum. 3. ff. si quis in ius voca. non ierit, & in l. 2. C. de bono. au. iud. possi. vbi dicit Idem in eo, qui satisdat, de parendo mandatis iudicis: quia non videtur renunciare priuilegio fori, & subintelligitur condicio, si de iure tenetur, & tenet Felyn. in d. c. inter monasterium. col. 6. versi. quinta declaratio, de re iudi. Et prædicta intellige, quādo iussus a iudice talem fideiussionem præstitisset, secus si sua sponte, vt tenet Inno. in d. c. inter monasteriū, & Imo. in d. l. quidam consulebant. dummodo talis, qui præstitit satisdationem, sciuisset, quòd non tenebatur coram illo iudice litigare, secus si errasset in iure, putans se teneri ibi litigare. Et in dubio talis error non præsumitur, nisi in personis, quas iuris ignorantia excusat, vt per Imo. & Alex. in d. l. quidā consulebant. col. fi. & Fely. in d. c. inter. col. 6. in quinta declaratione. Item intellige prædicta nō procedere in eo, qui fuit contumax, & postea satisdedit ad reuocandum tenutā, quā passus fuit ex primo decreto propter suam contumaciam, iuxta ca. quoniam frequenter. extra vt lit. non conte. quia odio suæ contumaciæ est inductum, vt non possit vlterius declinare forum. Ang. in l. eum qui in possessione. ff. de pri-
32 ui. cred. & Felyn. vbi supra per iura per eos allegata. ¶ † Limita sextò dictam communem conclusionem nō procedere respectu aliarum exceptionū declinatoriarū; quia licet per tacitum consensum sibi præiudicasset circa recusationem & suspicionem iudicis, non tñ perdit alias declinatorias iudicii. Bal. in c. exceptionem. col. fi. extra de excep. nisi procederet ad aliquem actū, qui se non cōpateretur cū illa declinatoria, & tenet Felyn. in d. c. inter monasteriū. col. 6. in fi. versi. sexta declaratio, allegat tex. in d. l. sed & si susceperit. Et ibi etiam dicit Fely. allegando. Bart. in d. l. sed & si susceperit, ꝙ qui consensit in iudicem prorogando iurisdictionem non per simplicem prorogationem, sed faciendo alium actum coram eo, non potest pænitere etiam ante li-
33 tem contestatam, vt ibi latius per Fely. ¶ † Limita septimò dictam cōem conclusionem non procedere, qn̄ exceptio recusationis iudicis concerneret defectum naturæ iudicis, puta quia iudex est mutus, furiosus, vel infans, quia talis exceptio potest opponi etiam post litem contestatam, vt tenent Io. de Fan. Archi. & Gemin. 3. q. 7. in summa. Bar. in d. l. quidam consulebant. ff. de re iudi. Ange. in l. cum prætor. ff. de iudi. Ludo. Roma. in rub. de arbi. col. 7. Innoc. in cap. sciscitatus. de rescri. Fel. in d. c. inter monasterium. colū. 7. uersi. octaua declaratio, & in c. exceptionem in octaua li-
34 mitatione, extra de excep. ¶ † Limita octauò dictam conclusionem non procedere, quando iudex inquireret in casu prohibito, quia hoc posset opponi contra processum, etiam post litem contestatam, quia ista executio reddit iudicium retro nullum. Iaco. Butri. & Bal. in l. licet. C. de procu. quia licet dicto casu iudex esset competens: tamen modus procedendi erat incompetēs, ideo iudicium nullum, de quo ipse facit festum. Et dicit Bal. in l. 2. ff. si quis in ius uoca. non ierit, ꝙ exceptio, quæ infert iurisdictionem funditus nullam, potest quādocunq; opponi: quia ex quo litis contestatio non ualeret, dicitur semper esse in principio iudicii, quod est notandum, vt per Ale. in l. 1. §. sublata. col. 2. ff. ad treb. & ad prædicta vide Bal. in l. fi. C. de excep. & in l. 1. col. 3. versi. vltimò nota. C. si a non comp. iudi. & ad prædicta vide Fel. in d. c. inter monasterium. col. 7. ver. decima declaratio, de re iudi. Et ista nota in regno: quia per c. regni, vt delatas. & c. ne tuorum, iudex non potest procedere, nisi in casibus, in quibus uenit imponenda pœna mortis ciuilis, vel naturalis, vel membri abscisio, & in aliis casib. ibi positis, ꝙ si extra illos casus iudex ꝓcederet ex officio, processus esset nullus, & posset etiam post litem contestatam opponi per prædicta, & in d. capitu. vt delatas.
35 ¶ † Limita nonò, dictam conclusionem non procedere, quando reus conuentus peteret copiam libelli ante oppositam recusationem: quia non dicitur in iudicem consentire. l. non videtur, la 2. ff. de iudi. quia secundum Bar. ibi ex hoc non concludit, quòd iudex aliquid faciat, sed vult deliberare, & si super hac petitione disputat pro-

uocatus ab actore nihil ſibi nocet,vt ſupra dixi,& tenet Fe
lyn.in d.c.inter monaſterium.colum.7.verſi.vndecima,de
re iudi.¶ Et ibi etiam Fely. in verſi. nona declaratio ponit,
36 † an conſtituens procuratorem ad reſpondendum coram
iudice, vel ad diſputandum ſuper exceptionibus videatur
in iudicem conſentire,& allegat Anto.de Butri.in c. 1.col.
25.verſic. nota pri.glo. de iudi.qui tenet,quòd non videtur
conſentire,allegat tex.in c.fi.de dila,ſed Inno.in d.c.1.tenet
contrarium:quia non eſt ratio diuerſitatis inter reſponden
tem per ſe,vel per procuratorem,& cum iſta opi. videtur
tranſire Fely.vbi ſupra:ſed ſit cautus conſtituens procura-
torem ad reſpondendum, vt ponat clauſulam,ſaluis exce-
ptionibus recuſatoriis &c,vt ſupra dixi,& videtur de men-
te Felyn,vbi ſupra,dum reſpondet ad tex.in cap.fi.de dila.
37 ¶ † Limita decimò vltra Felyn.vbi ſupra,dictam concluſio
nem non procedere, quando exceptio recuſationis de no-
uo ſuperueniſſet;quia tunc non ſolum poſt litem conteſta-
tam,ſed etiam poſt cõcluſum in cauſa poſſet opponi,vt fir-
mat Decius in ca.paſtoralis.col.5.verſi.& retenta, extra de
excepti.vbi dicit,quòd ſi exceptio recuſationis fuiſſet orta
de nouo poſt concluſionem admittitur,& hoc quando de
lucidè,vel notoriè appareret, ꝙ poſt litem cõteſt.vel poſt
concluſum ſuperueniſſet,vt in iſto cap.noſtro.& tenet Phi.
Fran.in c.iudex,colum.2.de offi.deleg.in 6.vbi dicit, quòd
licet iudex non poſſit recuſari vt ſuſpectus poſt cõcluſum
in cauſa,hoc procedit,niſi exceptio recuſationis eſſet noto
ria,vel niſi habuiſſet ortum poſt concluſum in cauſa:quia
38 tunc poſſet proponi & probari,vt ibi per eum. ¶ † Et quæ
ſint iuſtæ cauſæ,propter quas poſſit iudex ſuſpectus recuſa-
ri,vide glo.in c.cauſam quæ & gloſ. in ca.cum ſuper.extra
de offi.deleg.& glo.in c.accedens.lo 2.& ibi doct. extra vt
lit.non conteſt.cano.in c.poſtremò.vbi eſt tex. principalis,
extra de app. & ibi diffusè per Cardi. Alexan. vbi cumulat
ſeptuaginta caſus,latè Specu.in titu.de iudice deleg. §. ſu-
pereſt.videre,per totum,Ioan.And.Gem.& alios in c.legiti
ma,extra de app.in 6,Iaſo.in l. apertiſſimi C. de iudi. & in
dictis locis latiſſimè. ADDITIO noua. Et Firma. in
reperto.in verbo iudex ſuſpectus,vbi ponit ſexaginta cau-
ſas,ex quibus iudex poteſt vt ſuſpectus recuſari, & Paris
in tra.ſindi. in verbo ſuſpicio, & Rober.Maran.in ſuo Spe.
in ſexta parte in verbo recuſatio,car.84.ſecũdum primam
impreſſionem, quæ omnia hic non pono : quia oporteret
facere vnum tractatum in hac materia.¶ Ad vnum tamen
aduerte in iſta materia ſuſpicionis:quia Seb.hic in verſic.&
attende,nume.20.cum ſequen. vult dare cautelam contra
allegantes iudices ſuſpectos, & nimis irreuerenter loqui-
tur,quòd eſt a iure prohibitũ, quia debet ſe temperare ab
iniuria,vt dicit tex.in l.quiſquis.C.de poſtu.& bonus tex.in
c.in loco. 5.q.4.nec ipſemet iudex allegatus ſuſpectus po-
teſt de ſua ſuſpicione cognoſcere.c.legitima.& ibi doct.de
appel.in 6.ſed bene poſt ſtatuere terminum arbitris ad fi-
niendam cauſam,vt ibi.Et in regno eſt c.reginæ Ioannæ,&
incipit item ſi contingat, & eſt inter ritus magnæ Curiæ.
Vica. vbi quòd quando allegatur ſuſpectus aliquis iudex
ordinarius vel delegatus, debent exprimi cauſæ coram lo-
gotheta regni & prothonotario,vel eius locumtenente, &
debent probari, & in aliis ciuitatibus coram loci diœceſa-
no,vel eius vicario,vt ibi latius dicitur, & ſic cautela Seb.
hic non procedit de iure,ſed animosè,ideo non eſt tenen-
da,ſed iudex benignè audire debet & dare terminum ad cõ
parendum coram eo, coram quo de iure tenetur ad pro-
bandum cauſas ſuſpicionis.¶ Quæro,nunquid iudex com
patriota poſſit vt ſuſpectus recuſari,vide Abba.in c. poſtre
mò de app.qui tenet quòd ſic, ſed tamen Decius ibi col.
2.dicit non eſſe indiſtinctè verum,ſed remanet arbitrio iu
dicis conſiderata qualitate perſonarum & aliis vt ibi per
eum.Similiter etiam iudex propter conſanguinitatem, vel
affinitatem poteſt vt ſuſpectus recuſari, vt per Abb. Deciũ
& alios.in d.c.poſtremò. Niſi eſſet coniunctus vtrinq; par-
ti in pari gradu,vt ibi per Decium colum.3.in prin.vel niſi
qualitas perſonæ aliud ſuaderet. puta ſi eſſet aliqua valde
religioſa perſona,vt per Decium ibi in fine. Similiter ſi iu-
dex eſt familiaris,vel domeſticus, dummodo non ſit leuis
familiaritas,poteſt vt ſuſpectus recuſari.Abb.Decius & alii
in d.c.poſtremò.col.2. in fi.de app. ¶ Similiter prælatus in
cauſa eccleſiæ ſuæ poteſt vt ſuſpectus recuſari.Abb.& De-
cius in d.c.poſtremò.de app.& in c.cum veniſſent.col. pen
39 verſi.fi.extra de iudi.¶ † Nunquid autem iudex poſſit recu
ſari vt ſuſpectus ex eo,ꝙ eſt eius corriualis, vide Abb. in c.
vt debitus.col.pen.extra de app. vbi etiam ponit, an iudex
ſuſpectus ex culpa partis poſſit vt ſuſpectus recuſari,& Ab
ba.vbi ſupra concludit in vtroque caſu, ꝙ poteſt recuſari.
40 ¶ † Et quid ſi aduocatus partis aduerſæ eſt commẽſalis cũ
iudice.Vel ſi iudex eſt ſuffraganeus aduerſarii, vel ſi quan-
doque fuit appellatum ab eo,vide glo.in c.accuſatores. 3.
q.5.& in c.ex inſinuatione,& ibi glo. & doct. extra de app.
Abb.in c.1.col.2.extra de offi.iudi.vbi tenet, ꝙ hoc remitti
41 tur arbitrio iudicis.¶ † Et an iudex poſſit recuſari, eo quia
eſt illitteratus,vide Felyn.in c.ſciſcitatus.col.6.verſi.illitte-
tus,extra de reſcri.vbi quòd non,quia etiam illitteratus po
42 teſt eſſe iudex,vt ibi.† Et an ſuſpecto ordinario dicatur ſu-
ſpectus eius vicarius,vide Bal.in l.1.col.2.C.ſi qua. prædi.
pot.& in auten.clericus.C.de epi.& cleri.vbi dicit, quòd
ſi non eſt eadem cauſa ſuſpicionis in Vicario,quæ eſt in or
43 dinario non dicitur ſuſpectus.¶† An autem ille,qui fuit iu
dex,vel aſſeſſor,vel teſtis in cauſa poſſit allegari ſuſpectus,
vide glo.in c.ſtatutum.2.q.6.quæ tenet quòd ſic, & Spe.in
titu.de iudi.deleg.§.ſuper eſt.col.3.verſi.item ſi fuerit aduo
catus.& col.4.verſi.item ſi prius fuerit ab eo appellatum,
cum iuribus in dictis locis allegatis.& Decius in c. poſtre-
mò in 3.nota,de app. vbi dicit, quòd ille, qui fuit teſtis in
44 cauſa,poteſt recuſari vt ſuſpectus.† Et ad prædicta, an qui
ſemel in vna cauſa iudicauit,poſſit recuſari, ne ſit ſibi con-
trarius,vide Anto.Capi.deciſio.146.& 147.ubi multa.& te
net,quòd poteſt vt ſuſpectus recuſari,bene faciunt,quæ di
cit Fran.Are.conſi.29.col.pen.vbi dicit, quòd poteſt talis
vt ſuſpectus recuſari, quia non præſumitur mutare opinio
nem ab eo,quod iam dixit,vt ibi latius per eum. ¶ Circa il-
45 lam quæſtionem,† an omnes poſſint allegari ſuſpecti,quã
do ſunt plures,vide Pari.in trac.ſind.in verbo ſuſpicio col.
4.& Seb.hic & Spe.in titulo,de requiſi.conſi.colum.fina.in
46 pri.vbi dicit. ¶ †Quòd ad officium iudicis pertinet,multitu
dinem ſuſpectorum refrenare, dicit tamen Alberi. de Ro-
ſa.in quæſtio.ſtatu.in ſecunda par.quæſtione.101.incipien
te.An autem quis,vbi tenet,quòd quis poteſt allegare ſu-
ſpectos omnes iudices vnius ciuitatis, & ita vidi in practi-
ca ſeruari,quicquid ſit de iure, & cum eo videtur tranſire
Iaſ.in l.apertiſſimi.col.3.C.de iudi.& vide Par.in tract.ſin-
di.in verbo ſuſpicio colum.4.in prin.vbi dicit,quòd ſi ſunt
plures officiales, & vellet omnes allegare ſuſpectos, non
debet audiri:quia præſumitur in fraudem facere, vt ibi la-
tius per eum,vbi dicit hoc procedere, quando cauſa eſſet
parua, vel ſi non commodè poſſet mitti extra ciuitatem vt
47 ibi.¶ † Et quid ſi maior,ſeu caput conſilii eſt ſuſpectus, an
omnes poſſint recuſari, vide Bald.in cap.1.colum.2. cum
ſeq.extra de iudic. Vbi tenet, ꝙ ſi omnes præſidentes ſunt
ſuſpecti,vel ſi aliquis uir magnę auctoritatis & præeminẽ-
tiæ,ita quòd alii non audent contradicere,poteſt totum cõ
ſilium recuſari in his caſibus, vt ibi per Bal.& Par.in tract.
ſind.in verbo ſuſpicio,colum.4.circa medium. & ratio eſt
ſecundum Bald.vbi ſupra:quia præſidentes in conſilio ob-
tinent inſtar totius conſilii,& Felyn.conſi.34.non fine.co-
lum 4.in prin.verſi.item dicit. Et vide infra cap. voluntas
48 libera.nume.131.† vbi dicitur,quòd quando aliquis curia
lis eſt ſuſpectus,debet exire auditorium, quando tractatur
illa cauſa. ADDITIO noua. Et eſt Regia Prag.Cæſ.
Maieſtatis Caroli Quinti de Auſtria, quæ incipit mandan-
tes,vbi ſtatuitur,quòd neque locumtenens, neque præſi-
dentes, neque rationales, aut aliquis alius ex officialibus
Regiæ Cameræ poſſit mõ quocũque intereſſe atq; interue
nire,aut relationẽ facere,vel votare in cauſis cõſanguineo-
rũ,vel cõiunctorũ.Et extat aliã prag.eiuſdẽ Caroli Quinti,
quæ

quæ incipit, statuimus, in qua disponitur, quòd si aliquis ex consiliariis Sacri consilii, vel præsidentibus & rationalibus Regiæ Cameræ, vel Iudicibus Magnæ Curiæ fuerit suspectus, pars, quæ prætendit suspectum, debet in scriptis allegare causas suspicionis coram omnibus iudicibus illius tribunalis (ipso suspecto excepto) & si omnibus, vel maiori parti causę suspicionis rationabilès visæ fuerint, ille suspectus debet astinere, & cæteri in causa procedant, si non sunt pauciores numero trium: si sunt pauciores, agregentur alii. Et est alia prag. Regis Philippi tempore Don Petri Pacechi Cardinalis Locumtenentis regni, quę incipit. Item statuimus, in qua disponitur, quòd nullus iudex maior, siue minor etiam regentes collateralis Consilii possit votare nec interesse relationi & discussioni quarumuis causarum ciuilium, criminalium, mixtarum, nec feudalium, in quibus fuerit aduocatus aliquis filius, siue frater, vel consobrinus, vel cognatus, vel nepos, siue patruus, immo prohibetur, vt nullus coniunctus alicui ex iudicibus possit publicè nec occultè consulere, seu aduocare in aliqua causa, in qua
49 aliquis ex iudicibus fuerit sibi cōiunctus vt supra. ¶ † Quid autem si sunt dati duo iudices, & vnus est suspectus, an alter solus possit procedere, vide Felyn. in c. cum super extra de offi. dele. vbi etiam ponit multas causas, ex quibus quis potest recusari vt suspectus. Et concludit quòd sic, si habent
50 potestatem in solidum, vt ibi col. 2. in fin. ¶ † Et an ille, qui fuit aduocatus in causa, & postea est effectus iudex, possit vt suspectus recusari, vide Abb. & Philip. Decium in d. ca. postremò. extra de ap. ADDITIO noua. Et supra tetigi, quòd sic, supra eodem c. versi. an autem, & ponit Spe. in tit. de asse. §. fin. in fi. Alex. & Ias. in l. solent. ff. de iu. om. iud. & Felyn. in c. irrefragabili, col. fi. extra de offi. ordi. & concludunt, quòd ille, qui fuit aduocatus, potest recusari vt suspectus, & hoc quando allegatur suspectus ab illa parte, contra quam fuit aduocatus. Et intellige, quòd est suspectus in illa causa, in qua fuit aduocatus, secus in alia, vt per
51 Decium vbi supra. † Et an ratione sportularum possit iudex allegari suspectus, vide Bald. in ca. literas. extra de præsump. col. 1. & tenet quòd non: quia dantur pro labore offi
52 cii. ¶ † Illud autem, quod dicitur, quòd quis non potest esse iudex in causa sua, vel suorum ratione suspicionis, vt in l. qui iurisditioni. ff. de iur. om. iud. limita & intellige vt ibi
53 per Ias. ¶ † In quantum autem Seb. hic ponit illam cautelam, vt pars semper protestetur, quòd non intendit in iudicem consentire &c. aduertendum est, vt semper apponatur illa clausula in fine, nisi quatenus de iure tenetur: quia alias poterit vt contumax puniri, vt dicit notabiliter Felyn. in c. cum M. col. 20. in prin. extra de consti. & supra eo. ea.
54 dixi. ¶ † Coram quo autem iudice debeat allegari suspicio, vide. c. Reginæ Ioannæ, quod incipit item si contingat, &
55 est positum inter ritus Magnæ Curiæ Vicariæ numero 8. in ordine meo, vbi vide, & statim dicam. ¶ † Et quid quando recusatur Vicarius, seu officialis Episcopi, vel eius delegatus, an Episcopus superior debeat de suspicione cognoscere, an verò ad arbitros recurratur. Et quid potest facere Episcopus in tali casu, vide Gemi. in c. legitima. col. 2. in fine, extra de appell. in 6. Spe. in titulo de recusa. §. 1. qui incipit, recusari potest, versicu. item si subdelegatus. & ibi Ioā. And. in addi. in prima parte, & tex. & ibi docto. in c. si contra. extra de offi. delega. in 6. & in dictis locis etiam habetur, quid si est delegatus Papæ, qui allegetur suspectus.

ADDITIO noua. Et dicit Gemi. in dicto cap. legitima, colum. 2. in fin. & cap. si contra vnum, & ibi Phi. Fran. de offi. delga. in 6. in fin. quòd licet sit suspectus Vicarius Episcopi, vel delegatus ab Episcopo, non propter hoc cēsetur suspectus Episcopus, & ideo cognoscit de suspicione Vicarii sui, vel delegati. Nisi causa suspicionis concernat pariter Episcopum & Vicarium, vel delegatum. Similiter si est suspectus Episcopus, seu principalis non censetur suspectus Vicarius, nisi causa suspitionis concernat pariter vtrunque, vt plenè per Phi. Fran. in d. c. si contra vnum, in fi. Et ibi etiam referendo Io. And. ponit, quòd suspicio, quæ concernit dignitatem, ita censetur suspectus successor in dignitate, sicut prædecessor, vt ibi per eum, ad prædicta etiā vide Inno. in c. insinuante, de offi. deleg. & Phi. Fran. in ca. dilecti. de app. quæstione. 14. & omnes doctores in d. cap. si contra vnum, & Bald. in l. 1. C. si qua prædi. pot. & Phi. in
56 c. postremò. de app. cum concor. in d. locis. ¶ † An autem ille, qui allegat iudicem suspectum, debeat nominare arbitrum, seu iudicem, coram quo vult probare causas suspicionis vide Gemi. in d. cap. legitima. colum. 1. de app. in 6. vbi dicit cautius esse, vt nominet arbitrium.

ADDITIO noua. Sed Abb. in c. cum speciali. in fin. de app. tenet, quòd non est necesse petere, vt eligantur arbitri, sed hoc spectat ad officium iudicis, vt ibi per eum. Ad vnum tamen aduerte, quòd quando causa suspicionis esset euidenter iusta in iure & in facto, tunc non esset necesse eligere arbitros, vt tenet Abb. in d. c. cum speciali. in fin. Phi. Fran. in c. iudex. colum. penul. versi. secundò limita, de offi. deleg. in 6. Et de istis arbitris, qui eliguntur in causa recusationis, vide, quæ habentur in c. suspicionis. & ibi per Fely.
57 & alios, extra de offi. deleg. ¶ † Quomodo autem formatur libellus, quando iudex allegatur suspectus, vide Spe. in tit. de offi. iud. deleg. in 4 parte, & Spe. in titu. de recusatione in prima parte, vbi late ponit de modo procedendi in cau
58 sa suspicionis, vide ibi per eum. ¶ † An iudex recusatus vt suspectus possit causam alii committere, & an requiratur consensus recusatoris, vel alterius partis, an verò hoc possit inuitis partibus facere, vide tex. & ibi doct. in c. si iudex. extra de offi. deleg. in 6. vbi loquitur de iudice delegato. Et quid si in iudice ordinario, de omnibus vide Abb. & doct. in cap. si quis contra, extra de foro compe. & in cap. cum speciali. & ibi glo. Philip. & Decium colum. 2. cum sequen. extra de app. vbi ponit communem opi. & vide Anto. Capi. decisio. 137. in causa iurisdictionis. colum. 4. cum sequ. & glo. in cap. secundò requiris. §. 1. in verbo coram eodem in fi. extra de app. ADDITIO noua. In supra dicta quæstione, an iudex allegatus suspectus, possit alteri causam committere, vel de causa principali cognoscere, concludè, quòd vera & communis conclusio est. Quòd si iudex delegatus est recusatus vt suspectus, & causa suspicionis est iuxta & probata: tunc talis iudex delegatus non poterit de causa principali cognoscere, sed alius iudex delegatus erit impetrandus per nouum rescriptum à superiore delegante: quia iurisdictio delegati euanescit, vt tenet Archi. Gemi. & alii in d. cap. iudex. de offi. deleg. in 6. & ibi Phi. Fran. colum. penul. in fi. dicit istud communiter teneri & per docto. in cap. si quis contra, extra de foro compe. Spe. in titu. de recusa. §. fina. in prin.. Et si causa suspicionis non fuerit probata, tunc per arbitros pronunciabitur causam suspicionis non esse probatam, & iudex delegatus poterit in causa principali procedere cap. secundò requiris. §. fina. de app. & Spe. vbi supra cum concor. supra allegatis. Si verò iudex ordinarius allegatur suspectus, & sunt electi arbitri, & causa suspicionis est probata; & tunc talis iudex ordinarius poterit remittere causam ad superiorem, vel de consensu recusatoris alteri delegare, & ista est communis opi. vt tenet Decius & docto. in dicto capitulo cum speciali, in prin. colum. 3. qui dicit hanc esse communem, quicquid ibi dixerit Abb. & hanc opi. communiter tenent docto. in dicto captulo si quis contra, de foro compe. & ibi Fran. Are. colum. 3. qui tenet communem, quòd si suspicio est proposita & probata vel diffinita, tunc procedit cōmunis opi. ¶ Limita tamen non procedere, quando suspicio solùm esset proposita, & non essent electi arbitri, vel antequam suspicio esset probata, quia tunc iudex ordinarius posset alteri non suspecto causam delegare, etiam inuitis partibus: vt probat tex. nota. secundùm eum in d. cap. secundò requiris. & Felyn. videtur transire ibi cum. d. opi. Are. & allegat ita tenere Anto. de Butri. in d. cap. secundò requiris. Et quando arbitri eliguntur in causa suspicionis, iudex potest terminum competentem arbitris statuere ad finiendum & terminandum, aliàs elapso termino po-

D. Ioan. Anto. de Nigris.

nō poterit reaſſumere iuriſdictionem,& cauſam, & in cau
ſa principali procedere c.legitima,& ibi doct.extra de app.
in 6.Et quando eliguntur arbitri,non debent eligi valde re
moti,vt dicit tex.in d.c.ſecundò requiris.§.fin. Et prædicta
intellige procedere de iure canonico, quia de iure ciuili
quando recuſatur ordinarius vt ſuſpectus,datur adiunctus
authentica ſi verò.C.de iudi.& ibi docto. & Marian. Soci.
in d.c.ſi quis contra.col.1.in ſexto nota.Et in regno in foro
ſeculari non itur ad arbitros ſed ad logothetam & ſuperio
rem,iuxta.d.c. Reginæ Ioannæ, & iuxta regias prag. ſupra
allegatas & ſupra dictum eſt. Et quando aliquis iudex eſt
ſuſpectus,non appellatur a ſuſpicione, ſed recuſatur vt ſu-
ſpectus,& quando nollet admittere ſuſpicionem, tunc ab
illo grauamine poſſet appellari,vt tenet Abb.& alii in d.c.
cum ſpeciali.colum.2.de app. An autem eo ipſo,quòd iu-
dex recuſatus committit alteri cauſam, videatur pronun-
ciare ſe ſuſpectum,vide Abb.& Fran. de Are. in d.c.ſiquis
contra,col.4.in fin.nu. 17. de foro compe. qui tenet quòd
non,vt ibi latius per Are.Aduerte etiam ad illud,quòd dici
tur,quòd iudex recuſatus non poteſt de ſuſpicione cogno
ſcere.Intelligitur, niſi cauſæ ſuſpicionis eſſent notoriè in-
iuſtæ,quia tunc iudex illas cauſas repellere poſſet,vt tenet
Phi.Fran.in d.c.legitima.col.2.de app. in 6.¶ Vtrum autē
quando iudex ordinarius recuſatur vt ſuſpectus,& ipſe de
legat cauſam,& iudex delegatus tulit ſententiam, an de-
beat appellari ad Epiſcopum,vel ad iudicem ordinarium
recuſatum,vide late Fran.Are.in d.c.ſiquis contra.col.4.&
59 ibi per alios cum cōcor.ibi.¶ † An Epiſcopus in cauſa pro
pria,vel eccleſiæ poſſit recuſari vt ſuſpectus,vide Anto.Ca
60 pi.in dicta deciſio. 137. ¶ † Et ibi etiam ponit, an quando
ordinarius eſt ſuſpectus,debeat Epiſcopus dari adiunctus,
aliàs proceſſus ſit nullus, vide ibi per eum, & in deciſio.
146.cum ſequen.in quibus locis multa alia ponit in mate-
ria recuſationis & ſuſpicionis,& tangit Par. in tra. ſind. in
61 uerbo ſuſpicio,colum.1.in fin. cum ſequen.¶ † Et coram
quo iudice debet cauſa ſuſpicionis probari. Et quis poſſit
ſtatuere terminum ad probandum cauſas ſuſpicionis, vi-
de tex.glo.& doct.in d.c.legitima.de app.in 6.& in c.ſuſpi-
cionis.vbi glo.& doct.extra de offi.deleg.& glo. in cap.ſe-
cundò requiris.in verbo terminum, extra de app.& in re-
62 gno.d.c.Reginæ Ioannæ.† An iudex eccleſiaſticus poſſit
inhibere iudici ſeculari,vt non procedat in cauſa,quæ ver
titur coram eo,vide Matth.de Affli.in conſti.ea quæ ad de
cus.colum.4.Et an quando talis inhibitio fit,debeat inter-
uenire cauſæ cognitio,vide Abb.in c. tuam. extra de ordi.
cogni.& Alexan.conſi.233.viſis.colum.3.2.volum.& con-
ſi.8.præſtantiſſime.4.volum.& Matth.de Affli.deciſio. 30.
& Iaſ.in l.nec quicquam.§.vbi decretum,colum.5.in fin.
verſi.octauò fallit.ff.de offi.proconſ.& leg. & Vincē. Her-
cul.in l.4.§.condemnatum.colum.4.in fin. ff. de re iudi. &
Philip.Fran.in c.Romana.§.quod ſi obiiciatur.extra de ap
pel.in 6.& Abb.in cap.1.colum.fina.extra de iureiur. & in
63 dictis locis habes, an etiam requiratur citatio.¶ † Et in re-
gno in foro ſeculari ſeruatur diſpoſitio d.c. Reginæ Ioan-
næ,quod incipit.Item ſi contingat, poſitum interitus Ma-
gnæ curiæ.nume.8. in ordine meo, quòd quando aliquis
iudex allegatur ſuſpectus,cauſæ ſuſpicionis debent expri-
mi & probari coram logotheta & prothonotario regni vel
in locis,vbi non eſt logotheta coram ordinario eccleſiaſti
co,& coram dicto iudice probantur cauſæ ſuſpicionis, &
infra breues dies debet de cauſis ſuſpicionis ſe informare,
& ſi cauſæ ſuſpicionis erunt iuſtæ, tunc dictam ſuſpicio-
nem admittet,aliàs non,vt ibi latius,& Paris in tra.ſind.in
in verbo ſuſpicio,colum.1.in fin. & tangit Rober. Maran.
in ſuo Speculo aduocatorum, in vndecima diſtin. nume.
31.car.34. ADDITIO noua. Sed quid ſi opponitur
contra iudicem, quòd eſt infamis, vel ſclauus, aut quòd
nullam habet iuriſdictionem,vel quòd eſt excommunica-
tus,an talis exceptio debeat coram ipſo iudice proponi &
probari.Inno.& Io.And.in c.cum ſuper.de offi. deleg. di-
cunt,quòd coram ipſo iudice tales exceptiones ſunt propo
nendæ & probandæ; quia ſi in fauorem opponentis pro-
nunciauerit, habebit intentum, ſi contra,ad ſuperiorem re
curretur, & ſi conſtiterit, acta erunt nulla: tamen contra
ordinarium tales exceptiones, poſtquam eſt iudex,non de
bent admitti, ſed contra delegatum, præterquam in exce-
ptione excommunicationis, vt ibi latius per eos,& Lucas
de Pen.in l.ante omnia.col.ij.C.de caſtrentiariis,lib.12.ad
prædicta vide docto.in l.Barbarius.ff. de offi.præto. Fel.in
c.ſciſcitatus,col.j.ij.& iij. de reſcri. Aduerte tamen,quia li
cet talis iudex poſſit cognoſcere, tamen poterit vt ſuſpe-
ctus recuſari, vt latè Fely.in cap. ſuper litteris,col.15.cum
64 ſequen.ibi,primò fallit,de reſcrip.¶ † Quid autem ſi iudex
aliquem lædit grauando,vel metum inferendo,vel ſi extra
iudicium grauauit,an tunc poſſit allegari ſuſpectus,vel de
beat interponi appellatio. Vide not. per Ioan.And.in cap.
cum ceſſante col.1. extra de appel. vbi tenet, ꝙ debet ap-
pellari,non autem poteſt allegari ſuſpectus, & Abb.in d.
c.cum ceſſante & tex.& gloſſ.in ca.quotiens.2.q.6.
ADDITIO noua. Quod intellige,niſi non ſo-
lùm re ipſa,ſed ex animo & propoſito grauaret, quia tunc
recuſaretur vt ſuſpectus, vt tenet Fran.Aret. in cap.quali-
ter & quando lo.1.col.1.verſic. ex qua. extra de accuſa. &
ibi ponit in col.j. in fi. cum ſequen. ꝙ in dubio iudex non
præſumitur grauare ex animo & propoſito,ſi apparet quę
libet cauſa quantumcunq; friuola prętenſa a iudice excu-
ſat iudicem a dolo, vt non uideatur grauaſſe ex animo,
aliàs nulla ſaltim friuola vel colorata cauſa apparente eſt
ſecus,vt ibi latius per Are. An autem quando iudex ab ali
quo allegatur ſuſpectus, dicatur ei inferri iniuria, vt de-
beat iudex moueri ad iram. Dic ꝙ non, quia qui iure ſuo
vtitur,non dicitur inferre iniuriam,ita dicit glo.in cap.ſu-
ſpitionis. in verbo forſan, extra de offi.deleg.Ad vnum ta
men aduerte pro declaratione materiæ, quòd in notoriis
non admittitur recuſatio, nec appellatio, niſi tractaretur
de pœna arbitraria, quia tunc ex quo arbitrando poſſet
modum excedere,& eum grauare,admitteretur recuſatio
& appellatio,glo.& Phil.Fran.in ca.j.col.2.de offi.delega.
in 6.Abb.in c.dilectus,col.j. de pœnis,Iaſ.in l.qui iuriſdi-
ctioni.ff.de iur.om.iud. & Decium in c.cum veniſſent.ex-
65 tra de iudi. ¶ Circa illam quęſtionem. † An proceſſus fa-
ctus a iudice allegato ſuſpecto ſit nullus,vide latè per Ale-
xan.in l.quia poterat.ff.ad treb.& Alex.conſi.89.primo vol.
Decium in c.cum ſpeciali.in prin.col.pen.extra de app.D.
Pariſium in c. quoniam contra.col. 19.in fi.cum ſeq.extra
de proba.cum concor.in dictis locis. ADDITIO no-
ua. Et Phi.Fran.in c.iudex.de offi.deleg.in 6.& Præpo.in c.
quoties.col.3.2.q.6.& Decium conſi.175.in cauſa, col.1.
cum ſeq.primo vol.Lapus allega prima.Barba.in ca. quo-
niam contra,& communis concluſio eſt, quòd de iure ci-
uili poſt recuſationem proceſſus factus eſt ipſo iure nullus
abſque eo quòd interponatur appellatio. De iure verò ca-
nonico regulariter debet interponi appellatio, aliàs pro-
ceſſus non eſſet nullus, vt tenet Pariſius vbi ſupra, limita
primò, niſi iudex recuſatus procederet de conſenſu par-
tis recuſantis expreſsè,vel tacitè,limita ſecundò, niſi talis
exceptio recuſationis eſſet notoriè iniuſta:quia iudex poſ-
ſet eam ſpernere,& in cauſa procedere, & iſtas duas limi-
tationes ponit Phil.Fran.in d.c.iudex.col.pen.cum cōcor.
ibi,& Abb.in d.c.cum ſpeciali.in fi.de app.Gem.in d.c.iu-
dex. col. pen.& fin. ¶ Et an iudex recuſatus poſſit in cauſa
procedere pendente ſuſpicione,an verò impediatur exer-
citium iuriſdictionis, multa hincinde poſſent adduci, de
quibus per Lud.Rom.conſi.120.Tamen veritas eſt,ꝙ im-
peditur exercitium iuriſdictionis iudicis recuſati, vt tenet
Gemi.in d.c.iudex.de offi.deleg.in 6.& ibi Phil. Fran.in 2.
no.niſi ſuſpicio eſſet notoriè iniuſta; quia tunc poſſet ſper
ni, vt proximè dixi. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Pœna merita debet punire delicta.*
Impunitas aperit viam ſceleribus,ibidem.nu.7.

Procedi

2 *Procedi in quibus casibus possit ex officio.5.6.8.*
3 *Desistente accusatore an possit iudex ex officio procedere.10.*
4 *Procedi an possit ex officio in homicidiis clandestinis.*
6 *Procedi an possit ex officio, quando personæ ecclesiasticæ, pupilli, vel viduæ læduntur.2.*
Incentiuum delinquendi est facilitas veniæ, ibidem.
9 *Procedi an possit ex officio in criminibus, vbi venit imponenda pœna mortis ciuilis, vel naturalis, vel membri abscisio.*
11 *Desistente accusatore an solum procedi possit in criminibus, quæ pœnam sanguinis ingerunt, in quibus poterat ex officio procedi.*
12 *Procedere an possit iudex accusatore desistente, quando accusatus esset in carcere.*
13 *Homicidium, procedi an & quando possit contra vniuersitatem pro homicidio clandestino.*

ROBERTVS. CAP. CCXVIII.

PRIDEM per diuersas vices dominus pater noster statuta edidit sub seriebus & tenoribus, qui sequuntur. ¶ 1 †Vt pœna merita puniat cõmissa delicta & ipsius impunitas sceleribus viam nõ apetiat latiorem. 2 † Ecce tibi præsentium tenore committimus, quòd de specialibus causis ad singulorũ delationes contra speciales personas ad inquisitionem de criminibus, quæ sanguinis pęnam ingerũt, ex officio tuo ꝓcedere valeas, si accusator idoneus non apparet, vbi personæ ecclesiasticæ, pupilli, viduæ, debiliores cum a potente læduntur, vel alterius personæ miserabilis flagitium est commissum,
3 †Si verò accusator, vel denũciator ab accusatione, vel denunciatione desistit illicitè, seu timore, per specialem inquisitionem, vel ex officio tuo similiter contra nocentem reum sine trepidatione procedas, prout noua nostri nominis cõstitutio seriosè declarat. 4 ¶ †In homicidiis autem clãdestinis vbi nullus accusator appareat, inquisitionem facere poteris, sicut per regni constitutionem veterem est statutum.

5 PRIDEM. † Nota hic casus in quibus ad ad petitionem singularis personæ põt procedi ex officio contra singularem personam. ¶ In text. ibi (personæ ecclesiasticæ &c.) 6 † Nota, quòd si persona ecclesiastica, vel pupilli, vel viduæ læduntur. Item si denunciator desistit, vel accusator, iudex potest ex officio procedere. ¶ In text. ibi (constitutio &c.) quæ est infra c. spectat, aliàs incipit, ad consultationem, nu.220. vbi vide. Seb. de Neap.

ADDITIO.

7 PRIDEM. ¶ In text. ibi (punitas &c.) †Nota, ꝙ impunitas viam aperit delictis; quia propter spem impunitatis qui sunt neque fiunt nequiores. c. vt famæ. extra de sen. excom. & facilitas veniæ incentiuum est delinquendi c. vt clericorum, extra de vita & hone. cler. c. est iniusta. in fi. 23. q 4. dixi in cle. extrauag. contra clericos non incedentes in habitu & tonsura. in rub. de vita & hone. cle. in gl. in verbo impunitatis ¶ In
8 tex. ibi ad inquisitionem de criminibus &c.) † Nota, ꝙ potest ex officio procedi in criminibus, quæ ingerunt pœnã sanguinis, & vbi flagitium est commissum contra personã ecclesiasticam, pupillum, viduã, & miserabiles personas, & in homicidio clãdestino, vbi nullus accusator apparet, vt hic, & in c. vt delatas. inf. num. 235. & in c. si temporum, infra nu. 236. & in c. ne tuorum. infra nu. 237. in quibus lo-
9 cis dicitur, † ꝙ potest ex officio procedi in criminibus, in quibus imponitur pœna mortis ciuilis, vel naturalis, aut membri abscisio, & vbi in persona ecclesiastica, pupilli, & viduæ flagitium est commissum, & in homicidiis clandestinis, vbi accusator non apparet, & ita de facto seruatur, quicquid dixerit Sebast. sup. in c. ab illo inchoandum, nu. 140. & dicam infra in allegato. c. vt delatas. ¶ In tex. ibi (si
10 vero accusator &c.) † Nota, quòd si accusator, vel denũciator illicitè, seu per timorem desistit ab accusatione, potest iudex ex officio contra reum procedere, vt hic, & infra ca. ad consultationem. aliàs incipit, spectat ad præsides, num.
11 220. & ibi dicam, † quod intelligit Sebast. sup. c. ab illo inchoandum. 140. col. 3. versi. item quando nume. 26. procedere, quando desistit accusator in criminibus, quæ pęnam sanguinis ingerunt, vt ibi per eum, hoc etiam tenet addi. ad Abb. in capitu. crimina. extra de collu. deteg. in verbo iudex, quæ dicit, quòd si pars desistit, iudex potest procedere in casibus, in quibus iudex potest inquirere, vt ibi, & tenet Abb. in capitu. primo, colum. fina. versicu. quid au-
12 tem, extra de collu. deteg. † Secundò intellige prædicta procedere, quando accusatus esset in carcere, & accusator desisteret; quia tunc iudex posset procedere, vt tenet. d. addit. ad Abb. in dicto ca crimina. allegat. text. in l. secunda. §. quod si accusator. C. de custod. reor. colum. secunda. ff. eodem titu & de hoc loquitur text. in capit. ad consultationem. alias cap. spectat. nume. 220. infra in rubrica, quòd accusator desistente, vt ibi dicetur. ¶ In tex. ibi (vbi nullus
13 accusator appareat &c.) † Nota, quòd tunc demum proceditur super homicidio clandestino cõtra vniuersitatem, quando nullus accusator apparet, vt hic, & in capitu. si temporum. infra nume. 236. & in capit. ne tuorum, infra nu. 237. & in dicto capit. vt delatas, infra nume. 235. Sed si accusator apparuerit, qui aliquem accusasset suspectum de illo homicidio, tunc pendente illa accusatione non posset procedi contra vniuersitatem, nisi facta publicatione liquidò appareret, quòd accusatus non poterit condemnari, nec torqueri, ita quòd venit omnino absoluendus, vt tenent And. de Isern. & Matth. de Afflic. in constitu. si damna clandestina, columna quinta. in fi. versi. sed iusta. ¶ In text. ibi (per regni constitutionem &c.) vt in constitu. si damna clandestina, & ibi doct. & per doct. in constitu. super incisionibus, & dixi supra in capit. clandestinis. 26. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Maleficia an debeant oportunis remediis compesci.*
2 *Procedi an possit ex officio in delictis publicis & manifestis, vbi nullus accusator apparet.*
3 *Crimina vndecunque claruerint, sunt punienda.9.*
4 *Delicta commissa, in quibus nullus accusator apparet, nec potest ex officio procedi, an debeant regi notificari.*
5 *Procedi an possit ex officio in priuatis criminibus.*
Furtum. An in furto possit ex officio procedi, ibidem.10.
6 *Pœnæ mensura an variet criminis qualitatem.*
Furtum an sit priuatum delictum, ibidem.
7 *Delicta occulta an veniant ex officio punienda.*
8 *Procedi an possit ex officio de mandato regio in criminibus in quibus aliàs procedi non poterat.*

TENOR

TENOR SECVNDÆ
constitutionis.

ROBERTVS. CAP. CCXIX.

CVRA nobis specialis incumbit,
& in affectu præcipuè gerimus,
1 † vt oportunis remedijs per no-
ua suffragia maleficia compesca-
2 mus. † Sanè contingit inter-
dum publica delicta committi,
quæ non sunt publicè diuulgata, nec manifesta,
vel euidētia, seu fama publica ipsa flagitia arguen
te quodammodo, quorum tamen nullus accusa-
tor, vel delator apparet. Volumus igitur & præ-
senti editione præscribimus, vt in pręmissis casi-
bus, vsque ad voluntatis nostræ beneplacitum, ex
officio tuo ad punitionē scelerum iustitia median-
3 te procedas, † vt punitis criminibus, vndecunque
clarerint, malorum refrenetur audatia, & probo
rum innocentia remaneat in quieto. Volumus igi-
tur, & fidelitati tuæ manadmus expressè, quate-
nus statuta ipsa vsque ad nostrum beneplacitum
4 debeas tenaciter obseruare. † Si verò aliqua crimi-
na committi contigerit in tua iurisdictione, super
quibus nullus contra maleficos accusator apparet.
Nec aduersus eum potes ad inquirēdum ex dicto-
rum statutorum vigore procedere nomina & co-
gnomina maleficiorum ipsorum eum debitis cir-
cumstantijs, commissorum criminum qualitatē,
conditionem illorum, qui exinde infamantur, &
personarum, contra quas commissa dicuntur ma-
iestati nostræ iuxta tenorem noui nostri capituli
studeas seriosius intimare, vt iuxta mandatum no-
strum ad inquisitionem specialem contra eos, si vo
bis videbitur faciendas, consultius in prædictis
procedas, præsentes autem &c. Data &c.

CVRA nobis, hęc est forma litterarum, & no
ta, quòd dicit, publica delicta, per quod aper-
5 tè colligitur, † quòd in priuatis criminibus ad
inquisitionem non proceditur ex officio, &
de hoc est forma litterarū in cancellaria, sed
And. de Iser. in consti. regni, super incisionibus. in fi. vide-
tur tenere, quòd in furto iudex possit ad inquisitionē pro-
cedere, quod videtur contra hunc text. & licèt aliàs impo-
natur pœna mortis secundùm. c. Regis Caroli Primi ad
hoc supra, nume. 10. non tamen ipsius criminis cognitio
6 immutatur, videlicet, vt de priuato publicum fiat. † neque
enim mensura pœnę variat criminis qualitatem, sed ipsa
natura criminis facit illud censeri publicum, vel priuatū.
Et postquàm a veteribus iuris auctoribus crimē furti fuit
positum pro priuato, licet per noua iura in ipso pęna mu-
tetur non ex hoc natura mutanda est, iuxta regulam, quod
mutatur, cur stare prohibetur. l. præcipimus. §. si C. de ap-
pell. l. sancimus. C. de testa. vel dicas publica, idest publicè,
7 & hoc est verius, prout sequitur. † Nam delicta occulta
non veniunt ex officio punienda, extra de accusa. c. inqui-
sitionis. §. tertio, facit optimè, quod no. Bal. in l. mulierem,
& ibi etiam per Cyn. C. si ser. ita ven. ne prostitu. & in au-
then. ad hæc in fi. de vsu. ¶ In tex. ibi (iustitia mediante pro-
8 cedas &c. † Nota, quòd vbi aliàs non potest ex officio
procedi contra singularem personam, potest tamen proce
9 di de mandato regiæ maiestatis. ¶ † In text. ibi (vndecun-
que claruerint &c.) sumitur. 24. quæstione, tertio capitu.
ecce, quòd qualiter hæc verba sunt intelligenda, vide no.
per Andr. de Isern. in constitu. regni, si damna clandesti-
na, columna prima. Item ratione personæ accusatæ vi-
de ibi per eum. Lucas de Penna.

ADDITIO.

10 CVRA nobis. † Circa quæstionem supra tactā,
an in crimine furti iudex possit ex officio proce
dere, vide Matth. de Affli. in consti. regni, iusti-
tiarii nomen, colum. 6. 18. nota. & vide quæ la-
tè dixi supra. in d. c. ad hoc 10. supra de fur. nume. 13. vi-
de ibi. ADDITIO noua. Circa illud, quod tangit
hic Lucas de Pen. scilicet, quòd de mandato regio potest
procedi in casu, in quo aliàs procedi nō posset, hoc etiam
tenuit Matth. de Afflic. in constitu. regni hi qui, colum. 5. 11
in vndecimo notabi. versic. secundus est. Et quomodo hoc
intelligatur, vide infra capit. vt delatas. 235. & ibi in qui-
bus casibus possit es officio procedi. Et ad ea, quæ hic di- 12
cit Lucas de Pen. vide Thom. Gramm. decisio. 37. colum.
fin. vbi dicit, quòd in regno est stilus cancellariæ, vt in pri
uatis delictis non procedatur ex officio ad denunciationē
partis, nisi præcedat libellus accusatorius, sed in publicis
delictis proceditur, siue sit facta denunciatio siue non, vt
ibi latè per eum. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

QVOD

QVOD ACCVSATORE DESISTENte curia ex officio procedere potest. Rubrica.

ROBERTVS &c. IVSTICIARIIS Principatus &c. CAP. CCXX.

AD consultationem magistri iustitiarij regni Siciliç & iudicum sibi assidentium pridem edictaliter respondentes, ordinationem fecimus, quam seriosè nostris literis expresse mandauimus per maiores officiales nostros, & p vos, ac iusticiarios alios regni nostri Siciliæ, atq; ceteros capitaneos, generaliter & inuiolabiliter obseruari. Sed quia in ordinatione præfata defectus extitit, quòd de appellationis causa nulla expressio facta fuit. Ecce iterum ordinationem ipsam cum additione congrua causæ appellationis eiusdem vobis distinctè transmittimus, per vos publicandam ex more futuris temporibus, & etiam in causis pendentibus inantea obseruãdam, cuius tenor per oĩa talis est.

ROBERTVS DEI GRATIA &c. Iustitiarius Regni Siciliæ &c.

1 SPECTAT ad prçsides, vt crimina puniantur, &† ꝙ rei sic seruentur in carcere, vt sub diuturna custodia non marcescant. Sanè habuit nuper vestra consultatio facta nobis, ꝙ de diuersis criminibus in nostra curia accusationibus institutis, ex earum obiectu, reis detentis in carcere, vel cõmissis in casibus fideiussoriæ cautioni, se accusatores absentant, & per vos citati frequentius ad prosequendas causas non veniunt, sed in contumacia iam cçpta perdurant. Quo fit, vt deficiente accusatoris instantia & per hoc condemnationis vel absolutionis sententia procedere nequeunte, compeditos carcer indebitè maceret, & fideiussoriæ cautioni commissos labor & tedium importunè fatiget. Super cuius dubitationis nodoso præpedio nostris sensibus ingerentes, vos pluries quid prõptuosè sit vobis agendum per vestræ scriptionis seriem
2 petiistis. † Nos itaque consultationi prçmissæ deliberatione præhabita respondemus, ꝙ vbi in principali, vel appellationis causa citatus accusator legitimè comparere contemnit, substituatis aliquem virum idoneum per vestri potestatem officij, qui cçptã causam criminis prosequatur in illis sumens terminis, in quibus est ab accusatore dimissa, sine nouis assertionibus & probationibus, quas accusator præsens facere de nouo non posset, ad finẽ debitum vestro iubente & instruente officio, post cuius prosecutionis tramitem, Deum & iustitiam habendo præ oculis, ad condemnationem, vel absolutionem eorundem reorum, prout rationabile fuerit, etiam accusatoribus absentibus, procedere non
3 tardetis. † Et nihilominus contra prædictos accusatores absentes processum vestrum sic formetis iustitiæ congruentem, quòd ipsos contumaciæ pœna debita feriat, & præssos reos præsumpta calumniantium, & impunita temeritas non affligat. Cuius formæ decretum in pendentibus & futuris causis tenaciter obseruare vos volumus, & oppositum fieri per quoscunque actus contrarios prohibemus. Illo, vel illis ex vobis iudicibus vno saltim qui præsens extiterit executioni vacaturis, & decisuris, quod vnus vestrum, vel plures inceperint aliorum absentia non obstante. Data &c. Quocirca iubemus expresse, vt ordinationem ipsam in quantum ad vos pertinet, vel pertinere poterit, tenaciter & inuiolabiliter obseruetis. Data &c.

AD consultationẽ. Spectat ad præsides. ¶In tex.
4 ibi (citati &c.) †Nota, quòd dicit citati &c. cum nedum accusator post cœptam accusationem tenetur illam prosequi, vt in hoc c. dicitur, sed interdum quis cogitur accusare secundùm ea, quæ not. 2. q. 7. quapropter. & 4. q. 5. c. 1. per Archi. 1. q. 1. ꝙ quis, & c.
5 quapropter. ¶†An autem accusatore desistente posit com pelli per iudicem opportunis remediis ad prosequendum accusationem inceptam, vide quæ sing. no. Ange. de Peru.
6 in l. qui potentatus. C. de aboli. † Et ibi etiam vide, an accusatore desistente iudex posit processum terminare, & quando, per Bar. in l. transigere. C. de transf. ibi nunc opp. & vide supra in c. ab illo inchoandum post princip. supra nu. 140. & iunge hic c. per Regem Robertum, contingit, supra nu. 227. & in c. pridem, non reperitur impressum & c. habet litterarum tuarum series, versi. quòd si accusator, ibi. contra quem semiplena &c. non reperitur impsessum.
7 †Et an quis posit compelli per iudicem ad accusandum, vide no. per eundem Ang. in l. si quis homicidij. C. de acc. vbi reprehendit no. per Bar. in l. eum. ff. de fur. ¶In text. ibi
8 (cçptam.) Nota, † quòd quando accusator non comparet requisitus, iudex ex officio potest aliquem submittere, qui prosequatur causam in illis terminis, in quibus dimissa est, sic. C. de abol. l. abolitio §. sed aduersus. Idem si a prin. non interueniat accusator, vt supra capit. habet literarum
9 tuarum Reg. Caro. II. non reperitur. † Sed quanto tempore ipse debet expectari accusator? Respondeo duobus mensibus, vt in c. subiungendo. Regis Car. II. supra nu. 143. & c. plerunq;. supra nume. 174. & c. habet litterarum
10 tuarum, non reperitur.† Et scias, quòd si talis subrogatus succumbat, non patietur aliquam pœnam, quam forte fuisset passurus is, in cuius locum, vel officium fuerat subrogatus, vt habes expresse. C. de dela. l. 2. lib. 10. ¶In tex. ibi
11 (ad condemnationem vel absolutionem.) †Nota casum, in quo iudex procedit ad condemnationem, vel absolutionem accusatore non comparente. Item vbi percussus non potest in iudicio comparere, vt in c. contingit plerumque. infra num. 227. Item in alio casu, vt habes in c. dudum claræ memoriæ, infra nu. 225. ¶In tex. ibi (contumaciæ) vt in constitu. regni accusatorem, in titu. de desisten. ab accusa. Sebast. de Neapo.

ADDITIO.

AD consultationem. Spectat ad præsides. ¶In tex. ibi (sub diuturna custodia non marcescãt.)
12 †Nota, quòd carcerati sic debẽt in carcere detineri, vt diuturna custodia eos non marcescat:
13 vt hic, & concordat tex. in l. fin. C. de custo. reo.† Item nota ex isto c. quòd vbi reus est in carcere, vel sub fideiussoria cautione liberatus, & accusator litem non prosequitur, & citatus non venit ad prosequendũ sed in contumacia perdurat; tunc curia potest aliquem idoneum substituere loco eius, qui causam cœptam prosequatur in terminis, in quibus reperitur, adeo quòd non potest nouas probationes producere, quas accusator producere non poterat

ADDITIO noua. Et tenet Robert. Maran. in suo Specu. in sexta parte principali, in titulo de inquisitione, versicu.

versicu.quartò principaliter. colum. 11.versicu.sed ecce, nume.71.car.48.secundum primam impresionem. Et ex
14 hoc infertur ad quæstionem, † an accusatore non instante curia posit ex officio prosequi processum & litem, & ad diffinitiuam procedere. Istam quæstionem tangit Seb. hic, in qua quæstione diuerse fuerunt opiniones. Vna fuit opin. Barto. in l.4. §.hoc autem iudicium.ff.de dam.infect. quem sequitur Franc.de Are.in cap. licet in beato.colum. 6.cum sequen.extra de accusat. vbi tenent per multa per eos allegata, quòd non potest iudex procedere ad diffinitiuam, sed solùm ad sententiam ab obseruatione iudicij, allegat etiam Franc. vbi supra Bartol. in l.inter accusatorem.colum.secunda.versicu.item quæro.ff.de publ.iudi.vbi concludit, quòd quando non est data licentia iudici ab accusatore, vt posit procedere: tunc est necesse, vt accusator se præsentet, vt posit in causa procedi, & consequenter videtur velle, quòd si non se præsentat, non potest ad diffinitiuam procedere, & tamen Bartol. in d.l. inter accusatorem. in fi.videtur velle contrarium, quam contrarietatem ibi etiam Imo.tangit, & istam vltimam opinionem.dicit veriorem Alexan.in d.l.4.§.hoc autem iudicium.colum. penult. versicu.item in quantum, vt ibi per eum. Tu autem in isto articulo omisis disputationibus
15 facias duos casus. † Primus casus est, quando accusator expresè desistit ab accusatione, & tunc sine dubio iudex potest prosequi & finire processum & procedere ad absolutionem vel condemnationem, & ista est communis opi. quam tenet Barto.in d.l.inter accusatorem. in fi.ff.de pub. iudi.& in l.libellorum.§.fin. ff.de accusa. & in l.si maritus. §.si negauerit.colum.2.ff.de adul.& l.Papinianus.§.1.ff.de inoffic.testamen.& idem Barto. in extrauagan. ad reprim. in verbo neglexerit. & in disputatione sua incipiente, iudex maleficiorum. & Alexand. in d.l.4.§.hoc autem iudicium.colum.penul. versic.item in quantum, & Franc. de Are. in dicto cap.licet.colum.penul.versicu. super secundo, extra de accusa.cum multis concordantiis ibi, & dicit hanc esse communem opin.quam etiam tenuit Bar.Bald. & alij in l.transigere.C.de transact. & in l.penul.in princ. ff.de publ.iudi.cum concor.& Rober.Maran.vbi supra co
16 lum.10.nume.66.¶† Intellige tamen in regno secundùm dispositionem huius ca.quia iudex, seu curia potest ponere aliquem loco accusatoris, vt est hodie in regiis tribunalibus procurator fiscalis, & in aliis tribunalibus curiæ co-
17 adiutor, & cum illo causam prosequi potest. ¶†Secundus casus est, quando accusator non expresè desistit, sed non prosequitur accusationem, & hoc casu licet de iure communi sit diuersitas inter doct. vt supra in princ.huius quęstionis dictum est: tamen verior opin. & magis communis est, quòd iudex potest procedere & prosequi processum, maximè quando reus esset carceratus, vel dedisset fideiussoriam cautionem, vt in hoc ca. nostro, & istam opi. tenuit Alexan.vbi supra, & Barto. in locis præallegat. licet Franc.Are.tenuerit contrarium, in d.cap.licet, colum.6.& Bar.in d.l.4.§.hoc autem iudicium cum aliis supra allegatis, & Paris in tracta. sindic.in verbo accusatio. colum.1. Intellige tamen prædictam conclusionem procedere ita demum, si ipse accusator prius citatur, vt veniat ad prosequendum litem, & si non comparet tunc posito curiæ coadiutore poterit curia prosequi & finire processum, & reum absoluere vel condemnare, vt in isto cap. nostro, & cum ista declaratione videtur etiam procedere & esse de mente Franc.de Are.vbi supra, & Bar.in d.l.inter accusa-
18 torem.col penul. ¶†Quod tamen intellige, nisi accusator dedisset iudici licentiam procedendi in causa & prosequendi processum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, etiam ipso accusatore non citato: quia habita tali licentia poterit curia procedere non requisito vlterius accusatore, vt tenet Bart.in d.l.inter accusatorem.colum.pen.versicu. item quæro, & in l.is qui reus.colum.5.versicu. sed quæro quomodo.ff.de publi.iudic.& in extrauagan.ad reprim. in verbo neglexerit, & Ang.Are.in tract.malefi.in verbo, qui iudex fecit sibi dari licentiam posse procedi, cum concor.
19 in dictis locis.¶†An autem in crimine vsurarum desistente accusatore posit curia procedere, vide Matth.de Affli. in constitu.vsurariorum.col. penul.in fin. qui videtur vel-
20 le quòd sic.¶†Illud autem, quod supra dictum est, quòd iudex accusatore desistente potest procedere ex officio. Intelligitur in casibus, in quibus iudex potest ex officio procedere, aliàs non, vt tenet Paris in tract.sindi. in verbo accusatio.colum.1.versicu.quod est verum. & Abb.in c. 1.colum.fina.extra de collu.deteg.& Sebast. de Neapo.supra in c.ab illo inchoandum. nume.140.colum.3.numero 26.& dixi supra c.pridem. numero 218. cum concord. ibi. Et ad materiam de desistentibus, vide in ritu in rubr. de desistentibus, numero 240.in ordine meo & incipit. Itē seruat.¶In text. ibi (contra prædictos accusatores absen-
21 tes &c.) † Nota, ꝙ accusator contumax puniri debet, & præsumpta temeritas calumniātium puniri debet. Et qualiter puniatur, vide in constitu. regni accusatorum temeritas, & ibi Matth.de Affli.colum.3.in princ.vbi quòd imponitur pœna sextæ partis bonorum mobilium, & vide, quæ dicit Paris in tract. sindi. in verbo iniuria.§.an si contra.colum.2.in prin.& infra cap.accusatorum.nume.233.

ADDITIO noua. Aduerte circa materiam desistentiæ, quòd si accusator non colludit, sed non comparet in vltimo peremptorio, & accusatus comparet, & eius contumaciam accusat, in hoc loquitur constitu. regni, accusatorum temeritatē, qua cauetur, quòd accusator condemnatur ad sextam partem mobilium, & ad expensas taxandas per Iudicem præcedente iuramento accusati. Si verò post litem contestatam in termino sibi præfixo per iudicem accusator non comparuerit ad prosequendum, punitur in tertia parte bonorum mobilium. Et si postea iterum perseuerauerit in desistendo, punitur ad centum augustales, & eandem pœnam patitur, si expresè renunciat accusationi post litem contestatam, & de hoc est alia constitu.quæ incipit, accusatorem. Sed aduerte, quòd ista pœna hodie est correcta per ritum Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit. Item seruit ipsa curia, quod si accusator, sub rubrica de desistentibus.num.240.in ordine meo, quia si accusator desistit ante litem contestatam, punitur solùm in tarenis sex, si desistit post litem contestatam, punitur in tarenis duodecim, & hoc in criminalibus. In causa autem ciuili si actor desistit ante litem contestatam, punitur in tarenis tribus, si post litem contestatam, punitur in tarenis sex, vt in dicto ritu. Et ad hoc sunt reductæ pœnæ turpiliani, vt dicit Andr.de Iser.in d.constit.accusatorum temeritas. Et ad prædicta vide Rob. Maran. in suo Specu.in verbo inquisitio, in sexta parte, versi.quartò principaliter.col.11.ver.quod autem. nu.70.car.48.secun
22 dum primam impresionem. ¶†An autem accusator, qui destitit, posit iterum accusare, vide Bart.in l.qui destitit.ff. ad turpil.& d.l.miles.§.socer. ff.de adult. vbi tenet ꝙ non.
23 ¶†Et accusans an & quando posit impune desistere, vide Bart.& ibi Alex.in addit in l.quæsitum.ff.ad turpi.& in l.1.§.siquis autem.& §.suspecti, eod.titu.& Barto. in d.l.si maritus.§.si negauerint ff. de adul. colum. 2. & supra c.ad
24 audientiam.207. ADDITIO noua. ¶† Quid autem si pater paciscitur pro crimine filii, an hoc faciat indiciū ad torturam contra filium, si ipse non cōsensit? Vide Pet. Phil.Corn.consi.300.in hac consultatione.3.vol.& Matth. de Affl.in constit.post citationem.in fi.vbi dicit, quòd non facit indicium contra filium. Sed quid si principalis inquisitus paciscitur, an faciat indicium, vel faciat haberi eum pro confesso, vide Bar.in l.maritus.§.si negauerit.col.fin. ff.de adul.Bar.Bal.Alexan. & Ias.in l.transigere.in fi. C.de transac.Archid.2.quæstio. 4.cap.in omnibus. Ange.Aret. instit.de excep.in prin.colum.22.in prin.& eundem Insti. de pœna teme.litig.§.ex quibusdam.col.2. Gandin. in suo tract.malefi.sub rub.de transa.& pact.in malefi.colum.8. in prin.& Bonifa.in suo trac.malefi.sub rubri. de pace, colum.3.circa med.& Fran.Bru.in tract.de indi.in tertia car.

colum.

co[l]um.4.versi.quæro quid, & communiter concludunt, quod reus transigendo cum accusatore super delictis, in quibus non est licita transactio, intelligitur tacitè confiteri, & sic habetur pro confesso, & conuicto, & iudex ex eodem processu potest eum condemnare.l.2.C.de aboli.& Ias.in d.l. transigere.col.fi.cum concor.supra allegatis, & Gandi.vbi supra & dicit Bal.in l.quoniam. col.2. circa medium.ff.de his qui not.infa. quòd in dubio præsumitur contra transigentem, & dicit Bal.in l.athletas.in fi.eo.titu. quòd ex qualitate personarum & factorum colligitur, an transigat ad euitandum vexationem, vel alio modo. ¶ Tamen multæ sunt cautelæ, vt reus transigens cum accusatore sibi non præiudicet. Prima cautela est, vt pax & cõcordia fiat iussu iudicis.l.furti.§.qui iussu.ff.de infami. & Cępolla caut. 240.Secunda cautela est, quod fiat concordia gratis per pactũ gratuitum: quia paciscendo nõ intelligitur reus confiteri. l.in fisci.ff.de iu. fis.& d.l.furti.§.pactus, nisi in casibus specialibus, vt no.in l.quoniã.ff. de infa, ita tenet Archi.2.q.4. c.in omnibus & Ias.in d.l.transigere.col.fi.& Cępo.vbi supra & Fran.Bru. vbi supra. Tertia cautela est, quam ponit Tancredus de Corneto in sua compendiosa in vltima rubrica. q.13.vt in concordia seu transactione reus expresè neget crimen commisisse, & non animo confitendi delictum, sed talis concordia fit ad euitandum dispendia litis, & sequitur Alexan. in d.l.transigere.in prin.& ibi Ias. col. fina.& Cępo.vbi supra & Franc.Bru.in trac.de sind. in loco supra allegato, & Gandy. vbi supra colum.8.in princi. ¶ Quarta cautela & melior est, quòd reus non interueniat in concordia modo aliquo, nec se interponat, & quando notarius stipulatur, stipuletur transactionem, vel concordiam tãquam persona publica nomine omnium, quorum interest, vel interesse poterit, non aliter specificãdo reum, & tunc non nocebit, vt tenet Albe.de Rosa.in d.l.transigere.& sequitur Ias.ibi col.fi.& Fran.Bru.vbi supra. Et sic notarius tanquam persona publica stipuletur pro omnibus, quorum interest, vel interesse poterit, ponendo non animo confitendi delictum &c. & istæ cautelæ vt plurimum sunt in vsu. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Clementia cum iuris rigore exerceri an debeat.*
Egenorum conditionibus an compati debeamus, ibidem.
2 *Compositio in quibus pœnis & casibus fieri possit.* 4.
3 *Officialis an debeat in scriptis facere quinternum de compositionibus distinctè omnia narrando.*
5 *Compositio in quibus criminibus fieri non possit.*
6 *Compositio recipi an possit pro subscriptionibus & scripturis sententiarum.*
7 *Compositio fieri an possit, quando proceditur per viam generalis inquisitionis.*
8 *Compositio fieri an possit, quando per generalem inquisitionem aliquis inuenitur notatus de homicidio.*
9 *Transigi an possit in omni crimine.*
10 *Desistens componi an possit.*
11 *Pœnam à iure statutam an possit iudex in pecuniariam conuertere per viam compositionis.*
Iudex non debet esse clementior lege, nec flecti debet contra legem, ibidem.
12 *Clementiæ vel seueritatis gloria an sit affectanda.*
Iudex an debeat aliter iudicare, quàm quod legibus, constitutionibus aut moribus proditum est, ibidem.
13 *Officialis an possit compositionem facere de pœnis fiscalibus, vel eas remittere.*
14 *Officialis an possit facere gratiam de pœnis.*
15 *Compositionem an possit regulariter facere officialis in pecunia.*
16 *Compositionem an possit facere iudex, si extaret consuetudo, vel statutum.*
17 *Compositionem an possit facere iudex ante sententiam, quando crimen non est liquidè probatum.*
18 *Componi an possit in pœnam pecuniariam inquisitus, vel accusatus de homicidio, de quo per indicia indubitata constat.*
19 *Pœna an possit ex causa minorari & commutari.*
20 *Pœna quando commutatur, an debeat condemnari ad triremes.*
21 *Officialis habens litteras arbitrarias an possit pœnam commutare.*
22 *Priuilegium an tollatur per reatum.*
23 *Priuilegium an possit reuocari, quando timetur, ne tendat in abusum.*
Rex an possit reuocare merum & mixtum imperium, quando eo abutitur, ibidem.
Priuilegium an rex possit reuocare ex causa, ibidem.
24 *Pœna manus puniri an possit vulnerans non lætaliter, qui non est malæ conditionis & vitæ.*
25 *Consuetus delinquere an admittatur ad compositionem, & magis puniatur.*
Indultum si non facit mentionem de alio delicto an valeat, ibidem.
26 *Latrones famosi & maioribus criminibus inuoluti an admittantur ad compositionem.*
27 *Compositio quando fit, quot & quæ considerari debent.*
28 *Princeps solus an possit commutare pœnas, & concedere vitam.*
29 *Barones an possint pœnas commutare.*
Pœnas corporales an possint barones commutare, ibidem.
30 *Remigatio an succedat loco commutationis pœnæ.*
31 *Barones, qui habent litteras arbitrarias, an possint excedere modum solitum.*
32 *Pœna quando commutatur, an debeat fieri parte concordata.*
33 *Pœna quando commutatur, & ex causa minoratur, an requiratur licentia proregis & partis concordia.*
34 *Pœna quando mitigatur ex causa, an in sententia debeat exprimi causa.*
35 *Pœna ex quibus causis possit minorari.*
36 *Pœnam corporalem iudex ecclesiasticus an possit commutare, & recludere in monasterio.*
37 *Iudex in pœnis arbitrariis an succedat loco legis.*
Iudex in pœnis fiscalibus an habeat mirabilem potestatem, ibidem.
38 *Princeps in pœnis applicandis fisco an possit prolibito mutare in præiudicium partis.*
39 *Iudex an possit moderare pœnam, quando ius expresè hoc prohibet.*
40 *Iudex quis posit pœnam commutare.*
41 *Iudex an post sententiam posit pœnam commutare.*
42 *Iudex, quando pœna alterat iurisdictionem, an debeat rescribere superiori.*
43 *Condemnatus in exilium temporale, quis posit remittere exilium.*
44 *Relegatus ad tempus an posit condemnari ad pœnam etiam pecuniariam.*
45 *Transactio an posit fieri in criminalibus sine licentia proregis.*

DE

DE COMPONENDO, ET commutatione pœnarum. Rubrica.

Littera arbitralis.

ROBERTVS. CAP. CCXXI.

1 EXERCERE † volentes benignè cum possumus in iuris rigore clementiam, nec minus compati conditionibus egenorum, præsentium tibi tenore concedi
2 mus, † quod in pœnis & de pœnis portationis armorum, homicidiorum clandestinorum, de eis etiam, quæ per prædecessorem tuũ, siue per te, vniuersitatibus, siue personis singularibus, hinc hactenus & deinceps impositę fuerint, & competente, pœnas prçterea defensionum, & de parendo iuri, & iustitia facienda receptarum, tam per prædecessores tuos, quas in pendenti receperis, quàm per te, siue certa pœna sit in illis adiecta, siue sit arbitraria, & in illis præterea, quibus de iure mulctatur, desistens ab accusatione sine licentia ante litem contestatam, vel post, possis cum consilio iudicis, vel actorum notario, quos habes a curia, vbi paupertas, seu impotentia, vel alia rationabilis causa suaserit, in certa quantitate pecuniæ cõ
3 ponere pro curiæ nostræ parte. † Hanc ergo ordinationem in talibus factam seruans, omnem pecuniam, quam inde receperis per distinctiones apertas quantitatis, & causæ, vnde prouenerint, ac nominum, conditiones illorum, a quibus etiam successiuè receperis in scriptis fideliter redigas, vt claram inde ponere valeas debito tempore nostrę curiæ rationem. Data &c.

4 EXERCERE volentes. † Nota ex hoc ca. in quibus casibus est licita compositio, & circa materiam vide infra c. confusę forent, non reperitur impressum & c. Item ad inquisitionem, supra num. 89. Item in causis ciuilibus defensarum. Et quod hic dicitur de pęnis, intellige si non excedit summam 20. vnciarum: vt supra ca. permittimus
5 Regis Caroli II. non reperitur impressum. † In quibus autem criminibus non possit componi, statuit Rex Caro. II. in ca. licet litterarum tuarum, non reperitur impres-
6 sum. † Item non potest recipi aliquid sub nomine compositionis pro subscriptionibus & scripturis sententiarum,
7 supra c. Item statuimus, Rex Caro. II. nume. 122. † Item non potest componi, vbi proceditur per formam generalis inquisitionis, vt supra in cap. Car. Primi c. Item quòd
8 prædicti iustitiarij occasione, supra nume. 16. † Item non potest componi, quoties per generalem inquisitionem aliquis inuenitur de homicidio notatus, tunc enim nec ad compositionem, nec ad condemnationem, nec ad aliquid exigendum procedi potest. Sed beneplacitum principis expectatur, vt supra Caro. Primi Anno XIII. c. volentes,
9 quod constitutio, non reperitur impressum. † Sed videtur, quod in omni crimine possit componi, cum possit trãsigi secundùm materiam. C. de transac. l. transigere, sed ibi loquitur de partibus inter se transigentibus, hic autem de iudice cum partibus, & sic de potestate iudicis pro parte curiæ qualiter potest componere, seu transigere. ¶ In text. ibi (desistentes) contrarium statuit Rex Caro. in cap. habet litterarum: in fi. non reperitur impressum, corrigit illud in
10 hoc, vel dic verius † quod quantum ad mulctam potest componi de crimine desistentię vt hic. Sed in quantum ad pęnam criminalem non, vt ibi, vel melius ibi prohibet componi cum accusato, vel denuntiato, contra quẽ nihil cõsistit, hic aũt permittit componi cũ desistente. Seb. de Neap.

ADDITIO.

11 EXERCERE volentes. Pro clariori dilucidatione materię est sciendum. † quod regulariter de iure communi iudex pęnam a lege statutam non põt conuertere per viam cõpositionis: quia non debet iudex esse clemẽtior l. in auth. de iud. §. oportet. nec flecti debet contra legem, vt in auth. de tri. & semi. §. siquis
12 autem † quia non est affectãda clementiæ gloria, sicut nec gloria seueritatis. ff. de pœn. l. respiciendũ, obseruare namque iudex debet, vt nõ aliter iudicet, quam quod legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est, vt insti. de off. iud. in prin. Et propterea dixit Gui. de Suza. in l. præses.
13 C. de transf. † quod officialis non potest facere compositionem de pœnis fiscalibus, nec eas remittere per l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam: quia mandatum iurisdictionis non extenditur ad hoc, secundùm Cy. qui dicit esse casum ibi, & sequitur Bald. in d. l. præses, vbi dicit. Idem esse in prioribus ciuitatum, nisi de consuetudine, vel statuto sit permissum, & dicit Bar. in l. ambitiosa. de decre. ab ordina.
14 fa. † quòd potestates nõ possunt facere gratiam pœnarum sine consilio populi, & sic sine licentia superioris, & And. de Iser. in constit. regni, siquis in posterum. vbi dicit, quando pœna est quæsita fisco, non potest officialis illam remittere, & tenet Pari. in trac. sind. in verbo compositio. in prin. Et Lucas de Pen. in l. 1. col. 8. cum seq. C. de deser. lib. 12. arguit ad partes & dicit, quod pęna a iure statuta non põt in pecuniariam conuerti, & ibi latè per multa arguit: quia iudex non debet pęnas a iure statutas differre. l. seruos. in fi. de vi pub. alias punitur. l. 1. de priua. carce. & l. fin. C. ne san. bapti. arg. l. iubemus. C. ad leg. Iul. repet. Et iudex non debet esse clementior lege, in auth. de iudi. §. oportet. Nec iudex flecti debet contra leg. ff. de pęni. l. respiciendum. Et dicit Lucas de Pen. vbi supra, & Par. in d. verbo compositio, in princ. colum. 2. Quòd statuta imponentia pœnam pecuniariam pro homicidio, non valent, allegat Archi. 23. quæst. 4. c. duo. §. item illud, & Hosti. in sum. de consue. §. quarto. in fine, & Io. And. in c. cum tanto. de consuet. & habetur Numeri. Nõ recipias precium ab eo, qui est reus sanguinis. Quod tamen est verum post sententiam latam: quia ante sententiam iudex potest ex causa augendo vel vel minuendo commutare pęnam a lege statutam, vt dicit Lucas de Pen. vbi sup. & Paris vbi supra. puta ex persona, ex ætate, & tempore, & ex loco, ex rei conditione, ex delictorum vniuersalitate, & ex delicti qualitate, ista omnia colliguntur ex l. siquis aliquid. §. instrumenta, & l. absens autem. §. si. & l. aut facta. §. 1. ff. de pęn. & de fica. l. 3. §. 1. & no. Archi. in c. siquis diaconus. 50. distin. in summa. Et refert quasi de verbo ad verbum Pari. in d. verbo compo-
15 sitio, col. 2. per iura & rationes vt ibi per eos. † Et ex prædictis concluditur, quòd regulariter iudex, seu officialis non potest facere compositionem pecuniariam in pęnis,
16 sed debet pœnas a iure statutas imponere. ¶ † Limita primò dictam regulam non procedere, quando per consuetudinem, vel statutum esset permissum facere talem compositionem, vt tenet Bal. in d. l. præses, & refert & sequitur
17 Par. in d. trac. sindi. in verbo compositio. in prin. ¶ † Limita secundò non procedere, quando crimen non est liquidè probatum: quia tunc licet iudici pœnam a lege statutam minuere ante sententiam, etiam si esset pœna mortis. 23. quæst. 5. circumcelliones. 13. quæstione quarta. Innocens, post latam verò sententiam non licet, nisi regi, vt ibi per Archid. & per Lucam de Pen. in d. l. prima. C. de deserto. lib. duodecimo. & Pari. in dicto verbo compositio, colum-
18 na secunda versicu. cum crimen. ¶ † Limita tertiò, dictam regulam non procedere, quando aliquis esset inquisitus, vel accusatus de aliquo crimine capitali, puta de homicidio, & delictum non esset verè probatum, sed essent indicia

dicia indubitata & præsumptiones, ex quibus potest deueniri ad condemnationem: quia tunc non posset corporaliter puniri, nec condemnari pœna mortis, sed alia pœna pecuniaria, vt tenet Gandi.in tract.malefic.in rubri. de præsump.& iudi.indub.in fine.& Alexand. consil.15. viso processu.colum.2.primo volum.& consil.14. 3.uolum. & Cæpo.consil.22.in fine.& Hyppo.in sua pract.crim.§.quoniam.columna 6.numero 32.cum concord.ibi,& Docto. in cap.afferre. extra de præsump.cum concord.& isto casu bene iudex posset facere compositionem in pecunia.

19 ¶ † Limita quartò dictam regulam non procedere,quando subesset aliqua iusta causa: quia tunc ex causa licitum esset officiali facere compositionem, & mutare pœnam, vt concludit Lucas de Penna in dicta l.1.columna 8.cum sequen. C. de deser. lib.12. & ibi ponit multas causas, ex quibus fieri potest commutatio, videlicet ex persona, ex ætate, ex tempore, ex loco, ex rei conditione, ex delictorum vniuersalitate, & ex delicti qualitate,vt etiam tenet Pari.in d.tracta.findi.in verbo compositio.col.2.& supra dixi, quæ declarat, vt per Lucam vbi supra. Et hoc intellige de iure communi, & in officialibus baronum, qui habet literas arbitrales, secus est in officialibus regiis: quia in criminibus, pro quibus de iure veniret imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri non posset fieri compositio inconsulto & absque expressa licentia Vice regis regni, vt est Regia pragma. Cæsareæ Maiestatis Caro-

20 li Quinti de Austria, quæ incipit, & quia facilitas. † Et talibus casibus quando pœna mortis, vel mutilationis commutatur ex causa, debet imponi pœna ad remigandum, & sic condemnatur ad triremes, vt est alia nouissima pragma.Cæsareæ Maiestatis, quæ incipit, & ne sperata delicto-

21 rum venia. ¶ † Limita quintò, in regno non procedere dictam regulam, quando officialis haberet literas arbitrales: quia tunc in casibus contentis in isto capit.nostro posset facere compositionem, scilicet in pœnis portationis armorum, homicidiorum clandestinorum, & in pœnis impositis vniuersitatibus, in pœnis fideiussionum de stando iuri, & in mulctis, seu pœnis desistentiæ, & vbi paupertas, vel alia causa rationabilis suaserit, vt latius in hoc cap. & tenet Paris in tract. findic. in verbo compositio. in princ. columna 2. Et super hoc est alia pragma. Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit, mandamus etiam, vbi dicitur, quòd barones, & eorum officiales, qui virtute priuilegiorum habent potestatem componendi, & pœnas permutandi, aut remittendi taliter ea potestate vti debent, ne pro iustitiæ cultu aliter Cæsarea Ma-

22 iestas prouidere cogatur, vt ibi in tex. & pro hoc facit: † quia priuilegium tollitur per reatum & per abusum, vt per Cardin.in clemen.1.§.1. de releg.domi cap.vt clerico-

23 rum. extra de offic.ordin.& l.prima. C.vbi Senato.vel clari. † Et priuilegium reuocari potest, quando timetur, ne tendat in abusum, clemen.2.§.1.& ibi Cardin. de pœnit. & remiss.in 15. notab.cum concordantiis.

ADDITIO noua. Et vide Matth.de Afflict.in constitu.regni, ea quæ ad decus. columna 2.& 4. versicu.hoc quod prædictum,vbi tenet,quòd Rex potest reuocare merum & mixtum Imperium baroni concessum, quando baro procedit suo arbitrio, & non seruat constitutiones, & capitula regni, vt ibi latius per eum, vbi etiam ponit,an tali casu Rex debeat precium restituere baroni, vide ibi. Et dicit Anto.Capi.decisio.166. in causa illustrissimorum, quòd Rex de plenitudine potestatis, & potestate absoluta potest reuocare priuilegium alteri concessum. Et similiter potest reuocare ad nutum priuilegia demanij alicui vniuersitati concessa. Sed quando priuilegium est concessum in vim contractus, non potest reuocare sine causa. Et causa potest esse, quando ob aliquam necessitatem, puta belli alienat terras, quibus concessum erat priuilegium, vt semper essent in demanio, vt ibi latius per eum. Ad præ dicta facit: quia priuilegium meretur amittere, quòd permissa sibi abutitur potestate. cap.priuilegium, & ibi glos. & cap.ipse ligandi. 11.quæst.3. Et priuilegium ex causa reuocatur, si incipit esse nociuum. ca.subiectum, & ibi glo. Abb.& alij, extra de decimis, & multis aliis modis amittitur priuilegium, vt dicit glo.in dicto capit. priuilegium.

D.Ioan.Anto de Nigris.

24 ¶ † Limita sextò dictam regulam non procedere,quando aliquis intulisset vulnus non lætale, ex quo mors sequuta non fuit, nec membri mutilatio, & vulnerans non esset malæ conditionis & vitæ, nec solitus delinquere:quia tūc bene posset pœna commutari, vt infra cap. ad peruersorum. num.252. & Pari.in tract.findi.in verbo compositio. in princ.columna 2. versus fin.cum sequen.& Matthæ.de Afflict.in constit.siquis aliquem.columna 6.& in procem. constit.§.nos itaque.in sexto notab.columna fin. & dicam in dicto cap.ad peruersorum. Et videtur huic limitationi obstare. d.Regia prag.quæ incipit. Et ne sperata, scilicet quòd quando fit commutatio pœnæ debet damnari ad triremes, sed illa loquitur in officialibus regiis, non autem in baronibus & eorum officialibus, qui habent ex priuilegio potestatem componendi & commutandi, ac remit-

25 tendi pœnas, vt supra dixi. ¶ † Et an consuetus delinquere sit admittendus ad compositionem, vide Matth.de Afflict.in constitutio.regni, inconsutilem. & in constitutio. si damna clandestina, in decimo notabili.

ADDITIO noua. Et in d.constitu.inconsutilem. columna penult.nume.58.dicit,quòd cum istis,qui delinquunt ex consuetudine, seueritas est exercenda. l. capitalium.§.solent. ff.de pœn. & dicit, quòd tales delinquentes non sunt admittendi ad compositionem, allegat Lucam de Penna in l.1. columna 12. C.de deserto. lib.12. immo non valet indultum principis super remissione pœnæ, si non fuit facta mentio,quòd alias commisit tale delictum, & habuit remissionem a principe, vt per Matth.vbi supra num.58. allegat Abb.& Ioan.de Anan.in cap.1. de cleric. percusso. Et dicit Guil.de Cun.in l.3. per illum tex. C.de episc.audien. quòd ille,qui habuit gratiam de vno homicidio, si postea fecit secundum homicidium, & impetrauit gratiam de secundo homicidio, nihil valet, si non fecit mentionem de primo, & de prima gratia. Et per istud dictum refert And.Barb.in cap.super literis. columna 34. de rescrip. quòd in ciuitate Bononiæ fuit de facto decapitatus vnus, qui impetrauerat gratiam remissionis secundi homicidij non facta mentione de primo homicidio, & eius gratia, & tenet Ias. in l.nec damnosa. C.de preci. imper.offe.& vide eundem Ias.in l.præscriptione. in fine. C. si contra ius,vel vtil.publ.Alex.consi.114.ponderatis his.in 1.volum.& Dec.in l.liberos.C.de colla.cum concordant. in dictis locis. Et dicit Matth.de Afflict.in d.constit.si damna clandestina. col.15.in decimo notab.nume.38.ꝙ cum istis hominibus malæ conditionis & famæ solitis delinquere iudex nullatenus debet venire ad compositionem, quādo veniunt personaliter puniendi, allegat capit. regni ad peruersorum.infra 252. Et dicit Bart.in l.1.C.de superexa. lib.10.& ibi Ange.dicit, ꝙ delictum non capitale propter reiterationem fiet capitale, quod dicit esse menti tenendum,sed dicit Thom.Gram.decisio.16.quod sacrum consilium non admisit, nec admittit dictas decisiones Barto.& Ang.& non fuerunt seruatæ in sacro cōsilio,de quo etiam vide ibi Gram.voto 17.& non puniuntur tales delinquētes pœna mortis,sed pœna ordinaria delicti, vt in d.decisio.

26 ¶ † Et an officialis debeat admittere ad compositionem famosos latrones & scæleratos grauibus criminibus, vide infra c.ne peruerso.num.246.& Matth.de Afflict.in const.

27 intentionis.in 2.glo.num.60. ¶ † Et quot,& quæ sint considerandа in compositionibus faciendis,& cum quibus,& & qualiter huiusmodi compositiones fieri possint. Et de multis aliis quæstionibus,vide latè per Lucam de Penna in dicta l.1. C.de deserto.lib.12.colum.8.cum aliis sequen.& Pari.in tract.findi. in verbo compositio. cum concordant. Et an & quando sit licitum iudici committere pœnam, vltra prædicta vide Abb.in capitu. in archiepiscopatu. extra de rapto.& Carolum in Longob. in l prima, de his qui ad

28 mortem fue.iudi.vbi † quòd solus princeps de iure potest commutare, & vitam concedere, & vide Pari. in tracta. sindic.in verbo pœna. ADDITIO noua. Et atten
29 de, † quòd inspecto iure communi barones possunt parua crimina remittere, & pœnam legis Corneliæ de sicariis mitigare, seu mutare pœnam corporalem in pecuniariã, vt tenet Iacob.de Belui.in sua pract.crim.in rub.de criminalibus, col.4. sed inspecto iure regni aliter est dicẽdum: quia per cap.Regis Roberti,ne peruerso,infra 244.& cap. ad peruersorum,infra 252.est prohibita compositio in crimine capitali, & Pari.in tracta.sindi.in verbo compositio, colum.2.& 3.& in verbo pœna. §.iuxta prædicta. col.1.& 3.& Matth.de Afflict.in constit.si quis aliquem.col.6 in fi. & processus aliter factus irritatur.d.cap.ne peruerso.Et est Regia pragma.Caroli Quinti de Austria, sed ita, tempore Raymundi de Cardona Viceregis Regni,per quam statuitur, quòd regens & iudices Magnæ Curiæ Vicariæ gubernatores prouinciarum, Capitanei terrarum & alij officiales dicti regni cuiuscunque gradus non possint componere delicta, vel corporales pœnas in pecuniarias commutare, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, vel abscisio membri absque consensu regio, vel proregis regni, & commutatio pœnæ aliter facta sit nulla, & nullius efficaciæ, vt latius in dicta pragm. extat etiam alia prag. Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit, Et quia, per quam idem statuitur. Et est etiam alia prag. Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti, quæ incipit. Et ne sperata, quæ similiter prohibet commutationem pœnæ, quando venit imponenda pœna mortis naturalis, vel mutilationis membri, nisi delictum esset tale,quod ex aliquibus qualitatibus & circunstantiis videretur proregi regni,
30 & consilio collaterali, vt pœna commutetur. † Et loco cõmutationis pœnæ succedat remigatio in perpetuum,vt in dicta prag.& dictæ regiæ prag.etiam sunt annotatæ in nouo compendio, dum loquitur de Magna Curia Vicariæ, sub rub.de compositionibus. Et quia baronibus ex priuilegio sunt concessæ quatuor literæ arbitrales, vt in aliquibus criminibus possint componere, & pœnas commutare, propterea Maiestas Caroli Quinti de Austria fecit aliã regiam pragmaticam, quæ incipit, mandamus etiam. de qua etiam supra est facta mentio, per quam statuitur, vt barones & eorum officiales debeant delinquentes debitis pœnis punire, & quòd potestate eis concessa taliter vtantur, ne ex eorum abusu pro iustitiæ cultu aliter prouidere cogatur, & sic comminatur, quòd si malè vtantur tali priuilegio, poterit eos priuare, vt supra eodem, capi.dixi.
31 ¶ † Est etiam aduertendum, quòd barones, qui habent ex concessione literas arbitrarias, vt possint de certis maleficiis componere, tales barones, seu officiales non possunt excedere modum solitum, & arbitrium boni viri, etiam in pœnis ordinariis,vt dicit Pari.in tracta.sindi.in rubr.de
32 offic.sindic.§.an si, col.2. in fine. ¶ † Ad vnum tamen aduerte, quòd quando fiunt istæ compositiones & commutationes pœnarum, debent fieri parte concordata, & sic habita remissione partis, vt dicit dicta pragm. Et ne sperata.in fine, & tenet Paris in tract.sindic. in verbo compositio.in princ.colu.3.vbi dicit, quòd istæ compositiones non sunt faciendæ, vbi tangitur offensa partis, nisi parte concordata, vel facta pace, aliàs compositio facta parte non concordata non valet, nec tenet in præiudicium partis, nec tollitur ius partis contra delinquentem & alios, vt tenet Salyc.in l.si pro fure.ff.de condict.furt & in l.nec quicquam.ff.pro socio, & Paris vbi supra. Item Rex non consueuit remittere, vel indulgentiam facere parte non concordata, & vbi faceret, non teneret, & pars offensa posset agere, vt dicit Lucas de Penna in l.1. de deserto.& occul. libro 12. & Paris vbi supra.& in dicto verbo compositio. §.an si delinquens.columna 2.& dicit Bald.in cap.at si clerici. columna penult.,in fine. extra de iudic. quòd iudex est facilior ad dispensandum consentiente accusatore, quàm contradicente,allegat l.si quis dicat.ff.de manumiss.

¶ Circa dicta in præcedentibus vnum est diligenter no-
33 tandum, † quòd licet dictum sit,quòd quando fit compositio & pœna commutatur,requiratur licentia proregis regni,& remissio partis, istud est verum,quando fit commutatio causa non cognita,sed gratiosè,sed quando pęna minoratur causa cognita ex aliqua iusta causa, puta propter minorem ętatem, vel quia sine dolo deliquit, vel quia dicit se cõmilitonem & militem reipublicæ fuisse, vel quia non dolo, sed lasciuia homicidiũ fecit, vel ex aliqua alia iusta causa pœna minoratur,tunc debet iudex ferre sententiam & pęnam minorare per sententiam, & causa cognita. l.& si seuerior. & ibi glo. C.ex quibus cau.infam.irrog. & glo.in l.quid ergo.§.pęna grauior.ff.de his qui notan.infam. tali casu non requiritur licentia proregis, nec partis remissio: quia talis pęna non ex gratia, sed causa cognita legis auctoritate minoratur, bene faciunt,quæ dicit Matthæ.de Afflict. decisio.287. Illustrissimus, cum ibi allegatis,& idem Matth.in constit.regni,si quis aliquem,col.6.in fine. cum seq. quòd si pars offensa ab homine bonæ famæ non lætaliter vulnerata,ex quo vulnere non est membrum debilitatum,quo casu potest pęna commutari, iuxta ca.ad peruersorum. infra 252. & pars non vult se concordare, sed petit iustitiã, poterit per sententiam fieri commutatio pęnæ de corporali in pecuniariam, & illa pęna succedit in locum pęnæ corporalis, & sic erit satisfactum iustitiæ, & poterit fieri etiam parte non concordata, vt ibi per eũ. Ad prædicta faciunt: quia quando iudex ex aliqua causa mitigat pęnam a lege statutam, non requiritur licentia: quia illud facit ex potestate sibi a lege concessa.dicta l.& si seuerior.ff.ex quibus caus.infam.irrog.& ibi Bald.col.2.in prima oppos.& ibi etiam Iacob.Butr.& l.hodie. ff.de pęn. & hoc casu lex dicitur minorare pęnam, & arbitrium iudicis hoc casu non suo sensu, sed a iure regitur, & regulatur, vt in dictis locis, & sic quando fit ex necessitate: quia lex disponit, non requiritur licentia, vel pacis concordia, sed si facit ex voluntate secus, facit,quod dicit Anto. Capi.
34 decisio.27.colu.5. num.14. ¶ † Sed quæro, quando iudex mitigat pęnam ex aliqua causa, an in sententia debeat apponere causam mitigationis, Iacob.Butr.in l.2.§.ignominiæ.ff.de his qui notan.infam. ponit vnam distinctionem, quam refert Bald. in l.quid ergo. §.pęna grauior. ff.de his qui not.infam.columna 5.in 2.lect.versic.quæro iuxta prædicta, vbi Bald.concludit,non esse necesse exprimere causam pro validitate sententiæ: quia in dubio præsumitur pro sententia, & si causa subest etiam quò ad releuandum reum, non est necesse exprimere: quia sufficit ex actis apparere. Verùm si postea iudex impeteretur in sindicatu, quando causa non esset expressa in sententia, nec appareret ex actis, tunc in sindicatu non præsumitur pro iudice, qui minorauit pęnam legalem, vt ibi latius per Bald. ¶ Dictum est supra, quòd iudex ex causa potest minuere, & alterare pœnam. l.& si seuerior. & ibi glo. Bald.& alij.
35 C.ex quibus caus. infam. irrog. † Et multæ causæ, ex quibus pęna minorari potest, ponuntur per glo.& Bald.in dicta l.& si seuerior. & Bald.in l.quid ergo. §.pęna grauior. colum.7.versic.tertiò quæro.ff.de his qui not.infam. Puta ratione ętatis, si est pupillus,minor,vel senex. l.auxilium. §.in delictis.ff.de mino.& glo. vbi supra. Item si deliquit sine dolo.l.1.C.ad leg.Corn.de sicar.l.respiciendum.§.delinquunt. de pęn. Item quando non ex animo, sed per lasciuiam,vt puta quia currendo equum commisit homicidium: quia tunc pęna mortis non punitur secundùm Bal. vbi supra,& Sil.in sum.in verbo pęna, col.7.num.16.versic.decimosextò,& Par.in tract.sindi.in verbo pęna.§.quid si per statutum, columna 3.versic.iudex potest.Ratio:quia vbicunque de pęna capitali, seu corporali tractatur, subintelligitur, si dolus interuenit.ff.de in litem iura. l.2.& l.in actionibus, & Institu.de suspect.tuto.§.suspectus. Secus est in pecuniariis pęnis. C. de noxali. l.si serui.& Salyc. in l.penultima. C.de sica. Bald.in l.data opera. C.qui accus. non poss. Paul.de Castr. in l.prima. C.vbi Sena. vel clari. glo.in

glo.in dicta l.& si seuerior. Item potest poni exemplum, quando aliquis produxit instrumentum falsum, sed ipse non commisit falsum: quia mitius punitur. l.falsi. §.ordine.ff. de fal. Item ratione euentus non sequuti mitius punitur, latè per glo.& Bald.in d.l.& si seuerior. Item si fuit miles reipublicæ, vt per glo.& Bald.vbi supra.& Bald.in d. l.quid ergo.§.pœna grauior.col.5.in 2.lectu. vbi etiam dicit, quòd ratione alicuius accidentis, puta ratione nimiæ iuuentutis, vel nimiæ senectutis mitigatur pœna: quia nimis senes euertũtur quodammodo ad sensum puerilem, sicut dicit Odoffr. de Bulgaro, qui adeo senuit, quòd ludebat ad puluerem cum pueris, vt refert Bal.ibidem, quasdam alias causas ponit etiam glo.in c.si quem.2.q.3.ex quibus pœna potest minorari,& vide in c.circumcelliones. & ibi glo. & Doct. 23.quæst.5.& in cap.si quacunque.§.notandum.cum seq.2.q.3.& ibi glo.& Doct.vbi latè Præpo.col. pen.& fin.& Fely.in cap.1.col.17.versic.fallit si,de consti.

36 ¶ † Potest etiam iudex ecclesiasticus mutare pœnam corporalem & detrudere in monasterium.d.ca.circumcelliones. Et prædicta procedunt tam in ordinariis, quàm in extraordinariis: quia potest ex causa minorare pœnam, vt

37 tenet glo. in d.cap.si quem. 2.quæst.3. ¶ † Et iudex in pœnis arbitrariis succedit loco legis, & vocatur princeps.Io. And.& Bald.in capit.1.circa princip.& col.3.versicu.extra nota.de constit. Et dicit Paris in tract.sindi.in verbo pena. §. an iudex. in fine, quòd in pœnis fiscalibus habentibus originem a maleficio iudex habet mirabilem potestatem, & cum causa potest pœnam commutare, vt ibi per eum.

38 ¶ † Similiter etiam princeps, quando pœna venit applicanda fisco, potest pro libito voluntatis mutare, argumē. 81.distin.cap.tantis. Sed si veniret applicanda parti, si vult, potest aliquid detrahere, sed non in totum remittere sine causa, sed cum causa potest, Innoc. in cap.quæ in ecclesiarum, de constit.& in cap.quia plerique. de immu.eccle. Legistæ in l.bene a Zenone. C.de quadri.præscri. Præpo. in cap.si quæcunque.§.notandum. columna 6. nume.19. 2.quæstio.3.Pari.in tract.sindi.in verbo pœna.in princ.columna 1.vbi dicit, quòd princeps ex causa potest remittere pęnam.l.Imperatores.ff.ad municip. extra de censibus. cap.innouamus.Sed si sine causa faceret, peccaret.22.quæstio.2.cap.faciat. Et princeps potest remittere pœnam sibi debitam, non tamen debitam parti. Pari.vbi supra, & in eodem verbo. §. iusta. columna 1. & 2. Et dicit Præpos. in dicto §.notandum.col.penult.& fin.quòd inferior principe non potest in præiudicium partis pœnam mutare, vt ibi per eum. Intellige nisi ex causa, vt dictum est.

39 ¶ † Illud autem, quod supradictum est, quòd iudex potest moderari pœnam. Intelligitur, nisi ius expresè prohibeat moderationem in illo casu: quia tunc inferior a principe non posset moderari, Hostien.in capit.super eo, in fine. de raptoribus.Præpo.in dicto §.notandum.colum. fina.versic.prædicta, & Præpo.in capitu.de causis.de offi

40 cio deleg. ¶ † Secundò intellige, si sit iudex, qui possit super crimine dispensare: quia si non posset dispensare, minimè posset pœnam mutare, glo.in cap.licet.de pœn. Præ

41 po.in dicto §.notandum.columna fina. ¶ † Tertiò intellige procedere, quando iudex in sententia pœnam commutaret, sed post sententiam non potest: quia est functus officio suo. l.iudex posteaquam. ff.de re iudic. Præpos. in dicto §.notandum. colum.fina. nisi in crimine hæresis, in quo potest iudex mutare etiam post sententiam, vt per Pręposi. vbi supra. ¶ Item aduerte ad illud, quod dictum est,

42 † quòd iudex ex causa potest alterari pœnam: quia quando pœna alterat iurisdictionem iudicis, tunc iudex debet rescribere superiori.l.diuus. la 2.ff.de fals.& nō potest imponere pęnam, quam non patitur sua iurisdi. Fely.in c.de causis.col.1.versic.Item aduerte, extra de offic.deleg.& Felyn.in cap.1.col.19.versic.sed dicit, extra de constitu. allegat Ludo.in l.si verò.§.de viro.in 42.fallentia. ff.sol.matri. vbi dicit, quòd in emergentia casuum inopinatorum superior consuli debet, de quo etiam vide Abb.in cap.dile-

D.Ioan.Anto.de Nigris.

cti.lo 2. colum.2.extra de appell. Et ex prædictis Felyn.in d.c.1.in loco præallegato ponit vnam limitationem, quod illud, quod dicitur, quod ex causa licitum est leges transgredi.l.si homines.ff manda.limitatur, vt non procedat, quando superior consuli posset, vt ibi per eum. ¶ Notan-

43 dum est etiam circa prædicta.† Quòd si aliquis est cōdemnatus in exilium, nemo potest dare licentiam eundi, seu redeundi ad domum, & sic remittere pœnam exilij, nisi Imperator, seu Rex ex aliqua causa.l.relegati. ff.de pœn. Et causa magna, & iusta dicitur esse voluntas principis: quia eius voluntas habetur pro magna & iusta causa, glo. notab.in dicta l.relegati. in glo.fin. ¶ Illud etiam circa præ

44 dicta non est prætermittendum, † quod relegatus ad tempus non potest puniri in bonis, seu in parte bonorum, tex. est in l.relegatorum. §.ad tempus. ff.de interd. & releg.& istud nota: quia quam plurimi errant: quia condemnant ad tempus in exilium, & condemnant etiam ad aliquam pœnam pecuniariam, quod non licet, vt dictum est.

Quæro iuxta prædicta, in regno regulariter est prohibita compositio, & pœnæ commutatio in criminibus, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, vel mutilationis membri absque licentia Regis, vel proregis regni, vt in d.capitulis regni & regiis pragm.supra allegatis.† An super talibus possit fieri concordia per viam transactionis absque licentia in casibus, in quibus licitum est transigere, iuxta l.transigere.cum sua materia. C.de transact. videtur quod sic, cum transactio sit aliud, quàm compositio: quia transactio fit de re dubia & lite incerta, vt dicit Azo in sum. C.de transact.in princ.sed quando fit compositio, reus dicit se culpabilē, & sic est certum & non incertum, ideo cum sint diuersa prohibita compositione non dicitur prohibita transactio. Contrarium est dicendum: quia in cap.regni, ne quis.251.expresè prohibetur, vt cum nullo captiuo, vel alio, qui propter sua scælera personaliter veniret puniendus quoquo modo, pecunialiter componatur, & sic pondera ibi, quoquo modo, quia omnis modus per quem pœna corporalis euitatur, est prohibitus: quia dicendo, vt non fiat compositio quoquo modo, perinde est, ac si diceret, quòd nullo modo fiat compositio, seu permutatio in pœnam pecuniariam, argu.eorum, quæ habentur in l.in naue Saufeli. in fine.& ibi glo.ff.loca. & si aliter diceretur, esset aperta via eludendi iura prohibentia permutationem pœnarum, & lex esset imposita verbis & non rebus. Et ideo si ex qualitate personarum & factorum colligeretur, quòd transactio fuit facta ad euitandum pœnam corporalem, prout dicit Bald.in l.athletas.in fin. ff.de his qui nota infam.tali casu non valeret, & esset nulla, vt in dictis capitulis & pragmaticis dicitur, secus si appareret, quod ex aliqua iusta causa hoc fecisset, per quam iudex potuisset pœnam minorare, vt dictum est. Et in dubio præsumitur contra transigentem.l.quoniam.vbi Bald.colu.2. circa medium.ff.de his qui not.infam.& transigendo videtur cōfiteri, vt dicit Ias. in dicta l.transigere. col.fin. & supra dixi. Ideo talis transactio inconsulto prorege fieri non debet, & si aliter fieret, reus poneret se in periculo: quia haberetur pro confesso, & transactio non valeret.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Latrones insignes & alii malefactores grauium scælerum an omni tempore etiam pascalibus diebus torqueri possint.3.5.6.*

2 *Latrones publicè diffamati, & piratæ, & alii maiorum criminum malefactores, an liberentur fideiussoribus. 6.*

Tormenta an cum humanitate inferri debeant latronibus publicè diffamatis, & aliis maiorum criminum malefactoribus, ibid.6.

4 *Iudex an debeat esse animosior & promptior ad torturam contra insignes latrones.*
7 *Arbitrium an detur officialibus contra insignes latrones.*
8 *Præeminentia Magnæ Curiæ Vicariæ de torquendo ex processu informatiuo, an competat contra insignes latrones & maiorum scælerum patratores.*
9 *Præeminentia an sola magna curia vtatur.*
10 *Officialis habens literas arbitrarias an possit extendere arbitrium vltra ibi contenta.*
11 *Arbitrium concessum per literas arbitrarias an sit ad beneplacitum Regis.*
12 *Officialis an debeat discretè vti arbitrio concesso in literis arbitrariis.*
13 *Discretè, an intelligatur arbitrio boni viri.*

DE MODO PROCEDENDI CONTRA latrones insignes & alios malefactores.

QVOD LATRONES, DISROBATOres stratarum, & piratæ omni tempore torqueri possunt. Rubrica.

Litera arbitralis.

ROBERTVS. CAP. CCXXII.

1 PROVISA † iuris sanctio meliora prospiciēs & vtiliora præponens, latrones insignes maximè, ceterosq; maleficos grauiorum scælerum labe respersos, ab indultis communibus eximens. signanter edixit, vt feriarum solemnium intermissione non gaudeant. Sed diebus ipsis (etiam si paschalis dies casualiter incidat) tormenta sustineant, & vinculorum requiem vnà cum cæteris non resumant. Vnde sano sensu colligitur, quòd ipsa prouida sanctionis inspectio aliter cum præfatis reprobis agi disposuit, & aliter cum aliis agendum communiter legum regulis dereliquit. Sanè pro bono statu fidelium nostri Regni Siciliæ claræ memoriæ dominus pater noster Ierusalem & Siciliæ Rex quædam fecit capitula de reorum quæstionibus prouidendis, ac cum cautela amabilis humanitatis habendis, & de reis ipsis veteris constitutionis edicto declaratione subiuncta in certis casibus
2 committendis fideiussoriæ cautioni. ¶ † Ne autem malefactorum procax audacia, & præsumptio refrenanda, quibus frequens neglectus omissæ punitionis applaudit, humanitate edicti paterni participes crescant in grauius, & periculosius inculcentur, latrones vulgariter & publicè diffamatos, qui in domibus, aut in itineribus, vel in mari, violentias, aut aggressiones perpetrant, nec non reos alios maiorum scælerum labe imputatos, vulgari quodam modo notoria populi opinione grauatos, & labefactos infamia, ab eorundem capitulorum paternorum in præfatis duobus articulis humanitate secludimus, & quæstiones de ipsis habendas, vel non, ipsarumque modum, & fideiussoriæ cautionis remedium recipiendum, vel denegandum, & formam cautionis eiusdem vsq; ad nostrum beneplacitum arbitrio tuo laxamus, quo cum cōsilio iudicis & assessoris tui per curiam tibi dati, discretè te vti volumus & iubemus. Dignum etenim censetur & congruum, vt delinquentibus grauius, frequētiusq; peccantibus, grauior inesset punitionis edictum, & qui leges, earumq; sententiam ex quadam assiduitate dilacerant, ipsarum legum eos cōmunia præsidia non defendant. Data &c.

3 PRouisa iuris sanctio. † Nota contra insignes latrones grauiter delinquentes, contra quos potest ad tormētū procedi, etiam diebus paschalibus, si casus eueniret, & iage hic inf. eo. c. prouisi iuris &c. non reperitur impressum, facit optimè tex. & ibi no. per Bal. in l. nemo. C. de epi. aud
4 vbi omnino vide not. per eum, & inter alia dicit, † quod iudex contra istos debet esse animosior, & promptior ad torturam, vide infra c. iuris censura, num. 227. Seb. de Neap.

ADDITIO.

5 PRouisa iuris sanctio. ¶ In tex. ibi (sed diebus ipsis etiam si paschalis &c.) † No. quod latrones insignes, & malefici grauiorum scælerum possunt torqueri etiam diebus paschalibus vt hic, & tenet Bal. per illum tex. in l. 3. vers. deinde. C. de episc. aud. & contra tales etiam diebus pascalibus proceditur. l. prouinciarum. de fer. ¶ In tex. ibi (quædam fecit capitula de reorum quæstionibus &c.) vt supra c. tormenta. nu. 143. cum tribus seq. ¶ In tex ibi (veteris constitutionis) vt in consti. humanitate nobis. ¶ In tex. ibi (committendis fideiussoriæ cautioni &c.) vt supra c. quod iustitiarij, aut officiales. nu. 178. & c. item caueant. supra nu. 43. & c. statuimus, vt nullus. supra nume. 22. ¶ In tex. ibi (latrones vulgariter &c.)
6 † No. quod latrones publicè diffamati, & piratæ, & maiorum scælerum labefacti & grauati, qui quodammodo notoria populi opinione grauantur, sunt seclusi ab humanitate supra relatorum capitulorum circa tormenta inferenda: quia omni die etiam feriato in honorem Dei possunt torqueri, & etiam circa carcerem: quia tales insignes, & diffamati latrones, & piratæ non liberantur sub fideiussoria cautione, & sic iste casus etiam debet exceptuari a dicta constitutione, humanitate nobis, sed omnia ista relaxantur arbitrio officialis, vt cum consilio iudicis & assessoris, si ei vi debitur, liberet sub fideiussoria cautione vel non, & torqueat vel non, vt hic dicitur, & ista est vna de quatuor literis arbitralibus. Et quòd isti malefactores sic publicè diffamati non debeant liberari sub fideiussoribus, tenuit etiam Matth. de Afflict. in constit. super incisionibus. col. 8.
7 in princ. versic. caueant etiam. ¶ † Et quòd contra istos facinorosos & latrones insignes & publicè diffamatos detur arbitrium per istum text. tenuit etiam Paris in tract. sindi.
8 in verbo tortura. §. & an siquis. col. fin. † vbi etiam dicit, quòd contra tales Magna Curia Vicariæ vtitur præeminētia, vt ex solo processu informatiuo procedat ad tormenta, vt infra cap. si cum scæleratis. num. 271. & ibi dicam, de qua etiam præeminentia vide Matth. de Affli. decis. 391. &
9 in constit. item dura & dira. † Et aduerte: quia sola Magna Curia Vicariæ vtitur tali præeminentia, vt possit torquere ex processu informatiuo, alij iudices inferiores debent ab hoc abstinere, aliàs tenerentur in sindicatu, vt dicit Paris in dicto verbo tortura. §. & an si quis. versus finem.
¶ Item est sciendum circa materiam istarum literarum
10 arbitralium, † quòd officiales, qui habent arbitrium concessum in istis quatuor literis arbitrariis, tale arbitrium non extenditur vltra arbitria in eis concessa, argumen. l. non quæuis. §. non dixit. ff. de bonorum possess. contra tabu. & l. 1. §. ne autem. C. de caduc. toll. & l. 1. ff. si mens. fal. mo. dix. & tenet Paris in tracta. sindic. in verbo tortura. §. an in causa

causa pecuniaria. col.fin.versic.& si officiales. ¶ In tex.ibi
11 (vsque ad nostrum beneplacitum.) † Nota, quòd istud arbitrium concessum in hoc cap. per istam literam arbitrariam, est ad beneplacitum & sic morte extinguitur & reuocari potest. cap.si gratiosè.& ibi doct.extra de rescrip.in 6. licet tamen sit ad beneplacitum Regis, tamen consueuit Rex in literis officialium, vt in priuilegiis baronum, concedere istam literam arbitrariam cum aliis arbitrariis, vt dicit Par.in tract.sindi.in verbo tortura.§.& an si quis.col.
12 fin. ¶ In tex.ibi (discretè te vti volumus &c.) No.ꝙ officialis debet discretè vti isto arbitrio sibi concesso in isto capit.
13 † Et intelligitur discretè, idest arbitrio boni viri: quia verbum discretè, non importat liberam potestatem, sed arbitrium boni viri, vt not. Lapus in cap.2.de iuram.calum. in 6. Ant.de But.& alij post eum in c.j.in vlti.col. extra de constit. Alex.consil.33.viso themate, col.1.vers.2.pp illa.1. vol.cum concord.in d.locis. Io.Ant.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Legum auxilio an gaudeat, qui leges dilacerat.*
2 *Iudex an possit procedere contra facinorosos & latrones insignes & disrobatores stratarum iuris ordine prætermisso.4.*
3 *Iuris solemnitas, an obseruetur contra latrones insignes.4.*
5 *Commissarius, qui de facto suspendit latrones, & igne cremauit villam, an puniatur.*
6 *Procedi an possit contra latrones insignes de facto iuris solemnitate non seruata tam respectu procedendi, quàm puniendi.*
7 *Latro famosus an possit condemnari ex sola fama, ibid. Famosus latro quis dicatur, ibidem. Procedi an possit in criminalibus sola facti veritate inspecta.*

DE ARBITRIO CONCESSO OFFICIALIBUS. Rubrica.

Litera arbitralis.

ROBERTVS. CAP. CCXXIII.

IVRIS censura prouidè extendentium aliquorum facinora rigore
1 acerbari cõuenit, per quod locus relinquatur exemplo, † vt qui leges calcant, & solita quadam assiduitate dilacerant, omnes communium legum auxilia non defendant. Sanè in aures nostras frequens clamor inualuit, & inculcata querela cum murmuratione perstrepuit, quòd in ciuitatibus Neapolis & Puteoli, earumque districtibus tuæ iurisdictioni commissis, insurrexerunt latrones insignes, disrobatores stratarum, incendiarij, violenti raptores, & aliorum grauium scælerũ insolentes, enormiter notabiles & famosi, contra quos communis laborat infamia, & ipsorum delictorum crassantia eos facit quodammodo manife-
2 stos. † Vt igitur vindicta feriat, quod effrenata licentia ebetandi commisit, tibi præsentium tenore committimus, vt contra facinorosos huiusmodi, Deum & iustitiam solum habens præ oculis, & ipsam puram & simplicem substantiam veritatis, nõ obseruatis capitulis Regiis pro statu fideliũ editis, nec aliqua solemnitate iuris, cum consilio iudicis per curiam tibi dari procedere sine trepidatione valeas, etiam iuris ordine prætermisso, vt offensæ leges se vindicent, extirpatis reprobis, & terris eisdem quies proba adueniat, nocendi facultas abscedat, & pacis optata amenitas suauibus reuiuiscat. Data &c. Neap. per Barth.de Capua.

D.Ioan.Anto.de Nigris.

3 IVRIS censura. † Not. quòd contra latrones insignes non obseruatur solennitas iuris, vide quæ notatur supra eod.cap. qnòd nisi iuris, non reperitur impressum. Sebastianus de Neapoli.

ADDITIO.

IVRIS censura, ex isto text.colligitur, pro-
4 ut etiam hic dicit Sebast.† ꝙ cõtra insignes & famosos latrones, & facinorosos homines proceditur sine iuris solennitate, Deum & iustitiam habendo præ oculis cum consilio iudicis, iuris ordine prætermisso, bene facit tex.in l. prouinciarum. C.de fer. vbi contra tales potest procedi et diebus pascalibus, & dixi supra c.præced. Et ista est vna de quatuor literis arbitrariis, & ad ea quæ hic dicuntur, vide Par.in tra.sindi. in verbo latro.col.1.vbi per istũ tex. dicit, ꝙ contra disrobatores stratarum proceditur de facto & ex
5 arrupto, vt ibi latius per eum, † qui inducit ad quæstionẽ de quodam commissario, qui quendam latronem in termino vnius diei suspendit, & villam igne cremauit, an excusetur in sindicatu, vide ibi. Et aduerte pro intelligentia hu-
6 ius cap.† ꝙ contra famosos latrones, contra quos fama laborat, proceditur, vt in isto ca. Intellige quò ad procedendum, non autem quò ad condemnandum: quia sola fama, seu ꝙ sit famosus latro, non sufficit ad condemnandum, nisi probetur delictum in specie, vt not.tenet Par.in tract. sind.in verbo tortura.§.quidam latro famosus. col.2. cum concord.ibi. vbi etiam ponit, quis dicatur famosus latro. Et ad istud c.vide Matth.de Affli.in const.regni super incisionibus.col.7.in fi.cum seq. & in const.regni pacis cultũ. col.pen.num.85. Et ad materiam vide etiam c.Reginę Isabellæ, quod incipit. Isabella, & est inter Ritus Magnæ Cu-
7 riæ, † vbi disponitur, ꝙ in omnibus causis ciuilibus & criminalibus procedatur sola facti veritate inspecta, non obstantibus ineptitudine & nullitate, dum tamen de veritate constet, vt ibi latius dicitur. licet videatur solum habere locum in Magna Curia Vicariæ, vt patet ibi in tex. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Culpa nutrita fauoribus crescit, & malignitas peccantiũ ad grauiora peruenit, si pœna non infligitur.8. 16.*
2 *Latrones, & malefactores sine receptatoribus diu latere non possunt.10.*
3 *Receptantes maleficos, vel eis fauorem præstantes qualiter puniantur.13.21.*
4 *Malefactores capere quilibet studere debet.*
5 *Testes viles & angarii an admittantur contra comites & barones.25.*
6 *Legis beneficio an priuetur, qui committit in legem.28.*
7 *Receptatorum nomina & cognomina cum processu, an debeant transmitti ad Regem.*
9 *Legumlatorum proprium est a malo retrahere.*
10 *Fidelis regius an dicatur fidelis filii Regis.*
11 *Rex an dicatur filius Regis viuo patre.*

13 *Legislator debet intendere ad propagandum virtutes.*
14 *Receptantes latrones, & maleficos publicè, vel occultè an puniantur.*
15 *Inquisitio contra maleficos an cauta esse debeat.*
17 *Maiores quando non contradicunt improbis, frena magis laxantur ad malum.*
Culpa quid sit, & quotuplex sit, ibidem.
18 *Officialis, in cuius prouincia & districtu sunt malefactores, an de negligentia redarguatur.*
19 *Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*
22 *Statutum prohibens participationem cum bannitis, an includat etiam scribentes literas, vel mittentes nuncios.*
23 *Bannitus conuersans cum bannitus bona fide & sine dolo & fraude, sed ex iusta causa an puniatur.*
24 *Consilium habens cum bannito an puniatur.*
26 *Testes viles & angarii an admittantur in crimine læsæ maiestatis.*
Testes viles an admittantur sine tormentis, ibid.
27 *Repulsæ articulus an fieri possit, quòd testis est vilis, & angarius.*
Baro quis dicatur, ibidem.
28 *Beneficium legis an amittat, qui committit in legem.*

INCIPIVNT CAPITVLA
CAROLI TERTII
DVCIS CALABRIAE
Primogeniti Regis Roberti.

CAROLVS Tertius Illustris Hyerusalem & Siciliæ Regis Roberti Primogenitus, Dux Calabriæ, ac eius in eodem Regno Siciliæ Vicarius Generalis Iustitiario Terræ Idronti, fideli paterno, & nostro, salutem & dilectionem sinceram. CAP. CCXXIIII.

1 CRESCIT † culpa nutrita fauoribus, & peccantium peruenit ad grauiora malignitas, si eis pœnalis inflictio non obsistat. Tuncq; magis minoribus frena laxantur ad malum, cum ipsi maiores, qui vt ius pariter distributionis accipiunt ipsis nequaquam improbis contradicunt. Sanè frequens querulantium iam in auribus nostris murmur obstrepuit, quòd non sine negligentiæ vestræ nota, in decreta vobis prouincia banniti, foriudicati, fures, homicidæ, disrobatoresque stratarum, & alij grauiorum scælerũ labe respersi, quos virtutis amor, & formido pœnarum a malo non retrahunt, sed in stratis publicis prædones insistunt, violentas aggressiones ingeminant, hos feriunt, hos occidũt,
2 † qui cum se sine receptatoribus diu latere nõ possunt, captis prædis, & spoliis, sibi fautores inueniunt, & de iniquitatis mammona præceptores acquirunt. sicque tanto libentius crassari non desinunt, quãto libentius scælera ex impunitate præsumunt. Vnde in malorum profuudum incidunt, & plurimos secum mergunt, statum regionis pacificum lacessitum ex ipsorum factionibus scandalis vndique multipliciter perturbantes, quibus profecto fidelium paternorum & nostrorum incommodis prænotatis, ac gerentes in animo euulsis malorum sensibus propagare virtutes. fidelitati vestræ sub pœna gratiæ nostræ, & alia grauiori nostro arbitrio reseruata, Vicariatus, qua fungimur auctoritate præcipimus, quatenus statim receptis præsentibus, per totam vobis decretam prouinciã prçconizari, diuulgari, & iudici ex parte nostra publicè faciatis.
3 † Quòd nullus comes, baro, vel nobilis, vniuersitates terrarum, aliæq; personæ cuiuscunque status & conditionis existant, sub pœna capitis, & bonorum omnium, quæ in eadem prouincia tenent & possident prædictos receptare maleficos, vel eis fauorem occultè, vel publicè, quoquo modo dare præsumant.
4 † Quinimmo quilibet studeat vigilanter, & vos etiam studeatis, eos in locis, & terris, in quibus taliter delitescunt, capere de personis, & captos nobis transmittere pro meritis puniendos. Non omittentes contra receptatores ipsos (siqui fuerint) ex officio cautè, & diligenter inquirere. Constitutione, quæ vetat contra speciales personas inquiri de speciali crimine, non obstãte, eosque receptatores & fautores sic pœna merita puniatis, quòd decætero receptandi & fauendi transgressio sopiatur, sitque vita tuta pacificis,
5 & succedat pacis tranquillitas mansuetis. ¶ † Et cum aduersus comites, vel barones eosdem, recepti testes (nisi barones existant) constitutionis beneficio probationem legitimam non inducant, & ex eorum dictis solummodo iudici mulcta nõ possit, eos in hac parte si fuerint inuenti culpabiles ꝓ conseruatione iustitiæ, statusq; prosperi huius regni, & vt maleficia tanta non pullulent ab huiusmodi priuilegio, seu constitutionis beneficio eiusdem vicariatus auctoritate secludimus, vsque ad paternnm beneplacitum, siue nostrum. Volentes vt idoneis aliis testibus quibuscunque contra eos, (si baronum testificatio, quàm in talibus est reperiri difficile, non adesset in promptu) sit in hoc, vt
6 præmittitur fides penitus adhibenda. † Dignum est etenim, vt qui fauore improba, & diuinæ legi pariter & humanæ committere non desinunt, ipsarum legum & constitutionum indultis & cõcessis beneficiis non lętentur.
7 ¶ † Cæterùm cum executio diligens præmissorum cordi nostto resideat, subiungendo præcipimus, vt nomina & cognomina receptatorum, & fautorum ipsorum, ac insuper totum processum vestrum, quem habendum successiuè duxeritis in præmissis, nobis frequenter & sæpius particulariter intimetis, vt plenam inde notitiam habeamus, & ad ipsorum punitionem iuxta præfatę diuulgationis edictum more consulti principis viriliter assurgamus. Data apud Hospitale Montis Virginis.

CRESCIT culpa. Bonus accessus huius cap. cui concordat. 23. quæst. 4. cap. est iniusta. 14. distin. cap. peruenit ad nos. in fi. & quod plenè scripsi. C. de anno. & tribu. l. omnes, in verbo rector. lib. 10. & facit. C. de priuil. scol. l. 2. in fin. lib. 12. & quod ibi scripsi, in verbo priuilegij.

¶ † In

8 ¶ † In tex. ibi (obsistat) si enim negligenter, quæ malè vsur pantur omittimus, excessibus viam aliis aperimus 14. dist. c. peruenit. col. 2. in fin. ¶ In tex. ibi (contradicunt &c.) & ideo abiicienda prorsus pestifera hæc a iudiciali uigore pa tientia est, quæ sibimet peccatis aliorum parcendo non parcit. 24. q. 3. cap. illud. in fin. ¶ In tex. ibi (non trahunt)
9 † quod est proprium legumlatorum a malo retrahere l. 1. in prin. ff. de iusti. & iure. ¶ In tex. ibi (latere) sic. ff. de recepta. l. 1. vnde hæc littera sumpta est & C. de deser. l. 1. lib. 12. In tex. ibi (captis prædis) præda propriè dicitur, quando aliena capiuntur quasi ex prædio. ¶ In tex. ibi (fi-
10 delium paternorum & nostrorum.) † Nota, quod fidelis regius dicitur etiam fidelis filii sui patre viuente, & hoc satis iu-
11 stè, † nam filius Regis dicitur rex etiam patre viuente secū
12 dùm Greg. 24. q. 1. c. cœpit Ermigildus. ¶ † In tex. ibi (propagatę virtutes) ad quod omnis debet intendere legislator, extra de maio. & obed. c. solitæ. ibi, euellas, dissipes, plantes &c. ff. de iusti. & iur. l. 1. ibi, bonos non solum metu pœnarum, & C. de sta. & imag. l. fi. ¶ In tex. ibi (sub pœna capi-
13 tis & bonorum &c.) † Nota, quod pro isto crimine imponitur pœna capitis & omnium bonorum. Sed licet ista constitutio in se iustissima sit nunquam tales vidi pœnas imponi iustitiæ facienda neglectu. ¶ In tex. ibi (occultè, vel publi-
14 cè. † Nota dictionem alternatiuam, vel, quia per hoc videtur, quod vnum istorum sufficiat. ff. de condi. insti. l. si hæredi plures. ff. de reb. dub. l. si is qui ducenta. §. vtrum. & l. illud aut illud. & l. si quis ita stipulatus. ff. de verbo. oblig. ¶ In text. ibi (nobis transmittere &c.) Nota solertiam legislatoris, & zelum verissimum ad iustitiam ministrandam, raro enim, aut forte nunquam inuenies hoc verbum in capitulis & constitutionibus aliorum, & facit 23. q. 5. ca. relegentes, in fine. & c. non vos. prope fi. ¶ In tex. ibi (cau-
15 tè & diligenter inquire &c.) † Nota, quod inquisitio contra maleficos, & potissime contra potentes cauta & diligens debet esse, ad hoc potes videre, quę scripsi. C. de naufrag. l. quoties, in verbo veniat. ¶ In tex. ibi (constitutionis beneficio) quæ incipit prosequentes, de testi. contra comi. & baro. in hoc etiam idem dux iustissimus legislator suam virtu tem ostendit. nullus enim rex hoc agere ausus est, tanta viget superbia comitum & baronum in regno. Vtrum autē ipsa constitutio æqua sit, vel iniqua, scripsi. C. de reis postu. lib. 10. & de vete. l. veterum. ¶ In tex. ibi (particulariter intimetis) ad hoc bene facit. C. de exa. trib. l. missi. in fin. & quod ibi scripsi. lib. 10. Lucas de Penna.

ADDITIO.

16 CRESCIT culpa. † Nota ex prin. huius c. quod culpa nutrita fauoribus crescit, & malignitas peccantium ad grauiora peruenit, si non puniatur vt hic, ad hoc faciunt notata per gl.
17 in c. vt famæ. extra de senten. excommu. † Nota ex versi. (tuncque,) quod quando maiores non contradicunt, improbis frena minoribus magis laxantur ad malū, vt hic, bene facit tex. in c. non est, & in c. qui viciis, & c. non putes. 23. q. 5. ADDITIO noua. In text. ibi (culpa) exponitur, idest malitia, quæ idem est, quod dolus malus, & pertinet ad prauitatem voluntatis, vt dicit Bal. in l. quæ for tuitis. col. 2. in prin. versi. quartò præmitto. C. de pign. actio. quędam enim est culpa, quæ interpretatur esse dolus, & appellatur culpa latior, quædam est culpa simul cum dolo, & appellatur lata culpa, quædam est culpa, quæ omnino recedit a dolo, & ista est duplex. s. leuis & leuissima, vt dicit Bal. in d. l. quæ fortuitis. col. 3. versi. dicto. C. de pig. actio. Et quid sit dolus, & quotuplex sit. Et quid sit culpa latior, & quæ lata, & quę leuis, & quæ leuissima, & exempla ipsarum vide latè Bal. in d. l. quæ fortuitis, & ibi etiam de casu fortuito, glo. & Abb. in c. vnico, extra de commoda. cum al legatis in d. locis. ¶ In tex. ibi (non sine negligentiæ vestræ
18 nota &c.) † Nota, quòd officialis, in cuius districtu & prouincia sunt malefactores, de negligentia redarguitur, si nō prosequitur, & punit eos. Et ad materiam de negligētia vide latè Pari. in trac. sindi. in verbo negligentia. ¶ In tex. ibi
19 (quos virtutis amor, & formido pœnarum &c.) † vnde Oratius Oderunt peccare boni virtutis amore, Oderunt peccare mali formidine pœnæ, vt dicit glo. in l. 1. in prin. in verbo metum. ff. de iusti. & iur. ¶ In tex. ibi (qui sine rece-
20 ptatoribus diu latere non possunt &c.) † Nota, quod latrones non essent, si non essent receptatores l. congruit. ff. de offic. præsi. l. 1. ff. de recepta. Saly. in rub. C. de his qui latro. ¶ In
21 tex. ibi (quòd nullus comes &c.) † Nota qualiter puniuntur receptatores malefactorum, vel eis fauorem publicè, vel occultè præstantes, de quo uide, quę dixi supra c. nuper apud Tranum. nu. 113. & est regia prag. nos Ferdinandus,
22 & vide quæ dixi supra c. licet contra. nu. 210. ¶ † Quid autē si statutum prohiberet participationem cum bannitis, an includat etiam scribentes literas, vel mittentes nuncios ad bannitos, vide Lud. Roma. Alexan. Fran. de Aret. & Socin. in l. 1. in princ. colum. 2. ff. de verbo. oblig. & Archi. in cap. cum excommunicato 11. q. 3. & sunt diuersæ opi. vt
23 per Soci. vbi supra. sed quamcunque opi. teneas. † Limita tunc demum teneri, quando aliquis dolosè loquitur, seu scribit bannitis, secus si aliquis bona fide & ex iusta causa. hoc faceret, vt ibi latius per Soci. & faciunt dicta per Abb in c. cum voluntate. col. 2. extra de sen. excommu. & in c. petitio. extra de homi. & And. de Iser. in titu. quæ sint rega. §. bona. col. 7. & Bald. in l. quicunque. in princ. C. de ser. fugi. & Hippo. in l. vnica, colum. 41. circa medium. C. de raptu virgi. & Fran. de Are. consi. 121. in præsenti consultatione. Similiter etiam non teneretur, si per vim & violentiam in duceretur, vt per Bald. in auten. habita colum. 4. in fin. C. ne fil. pro patr. Item intellige, quando scienter receptauit bannitum, secus si ignoranter, de quo dixi supra c. licet cōtra 210. & bene faciunt, quæ dicit Anto. Cor. in suis singu.
24 in verbo sententia, incipiente vbi lex. ¶ † An autem habens consilium cum aliquo bannito puniatur, vide Bald. in cap. 2. colum. 3. in prin. extra de iudi d. meum Io. Arno. in commenta. 44. incipiente, quidam habuit, vbi tenet, quod non punitur. ¶ In tex. ibi (constitutione quæ vetat &c.) vt supra c. constitutionem. nu. 148. ¶ In tex. ibi. (Et cum aduersus
25 comites &c.) † Nota, quod licet regulariter testes contra comi tes & barones non possint esse angarii, villici & villani, vt in consti. regni prosequentes, & ibi Andr. de Iser. & Matth. de Afflict. colum. 1. in sexto & septimo notabili, & Thom. Gramma. decisio. 34. colum. 2. cum sequen. & decisio. 104. colum. fin. Tamen fallit in comitibus & baronis receptantibus bannitos & alios malefactores: quia hoc casu admit tuntur in testes, vt in isto c. Dicit tamen hic Bartho. de Capua, quod est quo istud c. est factum ad beneplacitum, vt patet in hoc tex. ibi, vsque: ad paternum beneplacitum &c. & beneplacitum extinguitur morte c. si gratiosè. extra de rescri. in 6. quod hodie istud c. non seruaretur, sed seruatur dispositio d. consti. prosequentes. Aduerte: quia capitula sunt confirmata per alios reges & ritus, vt dixi supra c. constitutiones 172. & per alias pragm. ideo hodie bene procederet.
26 ¶ † Limita etiam illud, quod supra dictum est, non procedere in crimine læsæ maiestatis, quia in tali casu etiam testes viles & angarii admittuntur, vt in d. consti. prosequen tes, in fin. ADDITIO noua. Et in casibus exceptis, in quibus viles admittuntur, intelligitur cum tormentis, vt dicit glo. in ca. illi qui 5. q. 6. tex. in §. si verò ignoti. in aucten. de testi. Alex. consi. 61. colum. 1. primo volu. Bar. in l. 1. colum. 5. C. de sum. Tri. Fran. Are. in ca. 1. colum. 7. extra de iudi. de quo etiam vide glo. in ca. cum P. extra de accus. & tex. 2. quest. 1. c. in primis. in fi. & glo. in c. per tuas, in verbo adminiculum, de symo. Hippo. in l. ex libero. in princ. ff. de quæstio. Matth. de Afflic. in d. constitu. prosequentes, col. 3. nu. 12. ad prædicta vide etiam Hippo. consil. 101. 102. & 109. vbi etiam ponit, an infamis admittatur sine tormentis, & quid in crimine læsæ maiestatis, vide ibi. Et ex prædictis dicit And. de Iser. in d. consti. prosequentes. & ibi Matth.
27 de Afflict. in colum. 2. in sexto nota. † quod in causa repulsæ faciunt

faciunt articulum, quòd talis teſtis eſt villanus, angarius, ad ſeruitia perſonalia obligatus, deſignando illud vile ſeruitium, quod facit, quod dicit eſſe menti tenendum.

ADDITIO noua. Et quis dicatur baro ad effectum, vt gaudeat beneficio d. conſti. proſequentes. de qno ſupra proximè dictum eſt. Dicas, quòd ille dicitur baro ad effectum prædictum, qui habet ſub ſe caſtrum, ſeu feudum cõtinens ſub ſe feudatarios vaſallos habentes feuda quaternata, aliàs baro dici non poteſt, vt tenet And. de Iſer. in conſtitu. regni, poſt mortem, ſub rub. de morte baro. nun. & And. in cõſt. ſi aliqs baro. & in c. 1. §. ſimiliter. de c. q curi. vend. & vide Dec. conſi. 498. nu. 14. 4. uol. & conſi. 490. uiſo caſu. Tho. Gram. deci.. 34. col. 2. in fi. cũ ſeq. & deci. 104. col. fin. cum cõcor. in d. locis. ¶ In tex. ibi (dignum eſt etenim &c.)
28 † Nota, quòd beneficium legis amittit, qui committit in legem, bene facit l. auxilium. & ibi Barto. ff. de mino. Quod intellige, ut per Alexan. & alios in l. uiro. ff. ſolu. matri. ubi dicit hoc uerum, quòd priuatur beneficio illius legis tantùm & non aliarum, ut ibi per eum.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Carolus Secundus fuit auus Caroli Tertii.*
2 *Feudatario decedente an poſſit fieri ſequeſtrum de bonis feudalibus per fiſcum.*
3 *Sequeſtro facto infra annum de bonis feudalibus an detur aliquod interdictum poſſeſſorium, an ſolùm ſuper petitorio & iure rei procedatur. 14. 17.*
4 *Sequeſtro facto de feudali an lite pendente poſſit fiſcus rem illam donare, vel in alium transferre.*
5 *Hæres feudatarii an poſt annum poſſidere debeat.*
6 *Præuentio facta per fiſcum de bonis feudalibus decedentis abſque prole legitima an afferat commodum fiſco.*
7 *Quæſtio de alicuius hæreditate an ſit differenda, ſi fiſcus in ea ius habere prætendit.*
8 *Sequeſtrari an poſſint bona decedentis ab inteſtato, ſi eſt quæſtio de illis bonis.*
9 *Fiſcus per quos excludatur in bonis mortui abinteſtato.*
10 *Sequeſtrum an regulariter ſit prohibitum.*
11 *Capitulum regni ex præſumptuoſe, an habeat locum ſolùm in feudalibus.*
12 *Sequeſtrum rei feudalis fieri an poſſit, ſi conſanguineus defuncti claro & aperto iure oſtendit debere ſuccedere.*
13 *Conceſſio feudi facta ad tempus, finito tempore ſi alius poſſidet, an poſſit auctoritate propria ſpoliari.*
14 *Feudatario mortuo ſine filiis, an fiſcus de facto poſſit ſpoliare agnatum.*
Spoliatus feudo per fiſcum per ſequeſtrum an poſſit agere poſſeſſorio, ibidem. 3. 17.
15 *Iudex ſi ſpoliauit aliquem de facto, an debeat res illa ſpoliato reſtitui.*
16 *Feudatarius ſi habebat filium ſpurium legitimatum etiam ad feuda, & decedit feudatarius an fiſcus poſſit facere ſequeſtrum.*
17 *Soror maritata feudatarii decedentis ſine filiis ſi fuit per fiſcum ſpoliaia, an poſſit agere poſſeſſorio 3. 14.*
18 *Ratio, ſub qua eſt fundatum iſtud c.*
Feudum an præſupponat dominium regis, ibidem.
19 *Spoliatus quot probare debeat.*
20 *Feuda an ſint prohibita alienari.*
21 *Hæres feudatarii, qui prætendit feudum ad ſe ſpectare, quid debet probare.*
22 *Priuilegium an inducat euidentiſſimam probationem.*
23 *Sequeſtrum an fieri poſſit de feudo, quod poſſidetur per donatarium ſine regio aſſenſu.*

DE FEVDO SEQVESTRANDO FEVdatario decedente ſine prole legitima.

QVOD FEVDATARIO DECEDENTE abſque legitima prole poſſeſſio feudi vſque ad anni circulum in modum ſequeſtri defertur in fiſcum. Rubrica.

CAROLVS TERTIVS VICARIVS REGNI. CAP. CCXXV.

1 DVDVM † claræ memoriæ dominus Carolus Secundus Rex
Hyeruſalem & Siciliæ auus noſter conſtitutionem edidit, quæ licet in eius auditorio, ſicut pro certo didicimus, obſeruata fuerit, ex more tamen non extitit publicata. Volumus & deuotioni ueſtræ præſentium auctoritate mandamus, quatenus conſtitutionem ipſam publicè diuulgetis, & quantum ad vos pertinet tenaciter obſeruetis. Cuius tenoris ſeries eſt per omnia continentiæ ſubſequentis, omiſſa gratia ſalutari & bonę
2 voluntatis. † Ex præſumptuoſæ rapacitatis in pulſu contingit aſſiduè, quòd aliquo decedente ſine prole legitima, quæ ad ſucceſſionem eius de aperto iure, claroque vocetur, officiales noſtri plerunque prætendentes in bonis defuncti ius fiſco noſtro competere, illa quadã ſolicita præuentione capiunt, & pro ipſius fiſci parte procurant. Nonnunquam autem agnatus defuncti propinquus, aut alius in bonis eiuſdem ius ſe habere prætẽdens illa præoccupat, & eorum poſſeſſioni aliquoties per tẽpus incumbit, antequam defuncti mors dicto fiſco ſit nota, & quòd ipſi eadem bona tanquam vacantia ſint delata, quo fit, vt dum poſtea de bonorum iure contenditur, ex altera parte poſſeſſionis exinde detentio rationabilis allegatur. Ne igitur pręuentionis properę ſolertia cupida commodum habeat, vel iuſtè iurgantibus damnum ferat, diligenti deliberatione pręhabita, pręſenti noſtra editione præſcribimus, † poſſeſſionem huiuſmodi infra an-
3 nnm computandum ab obitu memorati defuncti, nec fiſco noſtro, nec priuato proficere, vt ex ipſa interdictum, aut alterius generis beneficium poſſeſſorium competat, vel aliquo modo detur, ſed poſſeſſione præfata penes ipſum fiſcum cuiuſdam ſequeſtri ſpecie in dubio exiſtente, de iure rei ſummariè & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, libelli oblatione ſolemni, & conteſtatione litis, apud
4 competentem iudicem quęſtio terminetur, † ſic equidem, vt dicta lite pendente, rem ipſam fiſcus idem donare nequeat, aut in aliũ quocunque tranſferre titulo, vel aliter ſtatum poſſeſſionis ipſius
5 quomodolibet innouare. ¶ † Poſt anni verò ſpatium poſſeſſor huiuſmodi ſine aliqua immutatione

ne possideat, & de proprietate rei per legitimos iuris tramites recto iuris ordine terminetur. Per hęc enim subditorum nostrorum tediis & laboribus prudenter occurrimus, & fisci nostri priuilegium temperato moderamine conseruamus. Præsentes autem litteras successoribus vestris alterutrum dari uolumus impendenti. Data per Bartholomęum de Capua &c.

6 DVDVM ex præsumptuosæ. † Nota ex hoc c. quòd præuentio fisci circa occupationem bonorum feudalium decedentis absque prole legitima fisco commodum non affert infra annum, quod cap. si bene seruaretur, optimè disponeret, circa quod vide notata per Andr. de Iser. in titulo de prohi. feu. alie. per Fede. 10. colla. §. illud quoque. in verbo vsurpet. Sebastianus de Neapoli. ¶ In tex. ibi (per tempus) & ibi (infra annum &c.) & sic exponitur per tempus, idest infra annum, sic intelligitur 6. q. 7. c. sacerdos. ibi, omni autem tempore ieiunii manus pęnitentibus apponatur, glo. exponit, idest omni anno in quadragesima. ¶ In tex. ibi (possessionem &c.) facit pro hoc
7 statuto. ff. de iure fisci. l. apud Iulianum. vbi patet † ꝙ cum est quæstio de alicuius hæreditate iter priuatos, in qua etiā fiscus ius habere prætendit, differenda est quæstio priuatorum, & primò ius fisci erit discutiendum. Lucas de Pen.

ADDITIO.

8 DVDVM ex præsumptuosæ. Nota secundū Bar. de Capua hic † quòd si aliquis moritur abintestato, & bona sua tanquam vacantia ab aliquo capiuntur, afferendo se proximū & propinquum, & ab aliis impetatur, iustè, iureque fiscus ipsa bona debet capere & tenere in sequestrum infra annum, & summariè & de plano audire quæstionem de possessione, & post annum de proprietate, ita quòd fiscus aliquo modo donare, vel transferre non possit, h. d. secundùm Bart. de Capua. Sed aduerte, ꝙ intelligēdo ita generaliter istum tex. prout in hoc summario dictū est, non conueniret rubricæ, quæ dicit, quòd feudatario decedente &c. & sic loquitur tex. in feudalibus, non autem in
9 burgensaticis. † Quia in bonis mortui ab intestato non solùm agnati & cognati excludunt fiscum, vt l. vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. sed etiā maritus & vxor l. 1. & ibi Decius in fi. C. vnde vir & vxor. & glo. in l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. quæ etiam enumerat alias personas, quæ excludunt
10 fiscum, & tamen in illis bonis fiscus non potest facere sequestrum. † Quia regulariter sequestrum est prohibitum l. 1. C. de prohi. seque. pecuni. & ibi Fran. Cur. qui super illa lege facit vnum tractatum, de sequestris. Nec potest dici, quòd in hoc fiscus sit priuilegiatus, immo circa hoc fiscus vtitur iure communi: vt fiat sequestratio illorum bonorū, quorum controuersiam ipse fiscus inferret, vt tenet Lucas de Penna l. facultas. colum. penul. versi. constitutis. C. de iu
11 re fisci, lib. 10. † Et ideo est dicendum, quòd istud c. non loquitur in burgensaticis, sed solùm in feudalibus, & habet locum in regno, quando aliquis feudatarius decedit legitimis hæredibus non relictis, cuius feudum dicitur ad manus curiæ deuolutum, consanguinei verò dicunt illud feudum eis ex successione deferri: nam eo casu sequestratur feudum in manu fisci tenendum eo modo vsque ad annum, infra quem alii concedi non potest, vt in hoc c. ita dicit Lucas de Penna in d. l. facultas. aliàs incipit, defensio-
12 nis facultas, colum. penul. lib. 10. & Matth. de Afflict. decis. 95. incipiente, dictat. in prin. ¶ † Et hoc intelligitur, nisi claro & aperto iure appareat illum consanguineum debere in feudo succedere: quia tunc non fieret sequestrum, & si esset factum reuocaretur, vt concludit Matth. de Afflic. in d. decisio. 195. Et per istum tex. dixit Matth. de Affli. in con-
13 sti. pacis cultum. colum. 10. versicu. nono † quòd si esset facta concessio feudi ad tempus, & finito tempore possessionis si alius posfidet, debet citari, & non spoliari auctoritate propria: tamen in regno finita linea fiscus sine sententia spoliat agnatum, qui claro & aperto iure non succedit in feudo per istum tex. vt ibi per eum: vt dicit idem Matth. in d. consti. pacis cultum. colum. 5. versicu. tertio ibi, item
14 pro hoc. ¶ † Quòd mortuo feudatario sine filiis superstite agnato fiscus de facto spoliat agnatum, & ipse agnatus nullo modo potest agere contra fiscum possessorio: sed solùm petitorio, vt ibi per eum, vbi dicit, sic debere intelligi illud, quod dicebat Alberi. de Rosa. in l. si de vi. in vltima
15 columna. ff. de iudici. vbi dicit. ¶ † Quòd si iudex spoliauit aliquem de facto extra iudicium: eo quia notoriū erat, rem esse illius, cui iudex restitui fecit, non debet spoliato fieri restitutio l. fi. §. fin. ff. quod metus causa: quia intelligitur, quando est factum a iudice superiori, & sic a principe, non autem ab inferiori, vt per Matth. vbi supra. Et ex præ-
16 dictis etiam infertur ad aliam quæstionem † Pone, quòd feudatarius defunctus habebat solùm filium spurium legitimatū expresse ad feuda, an tali casū mortuo feudatario possit fieri sequestrum, ex quo apparet claro & aperto iure, ꝙ ille filius, legitimatus debet succedere, vide Matth. de Affli. in d. decisio. 195. per totam illam decisionem, qui videtur velle, ꝙ quando claro & aperto iure succedere po-
17 test, non debet fieri sequestrum. ¶ † Aliam etiam quęstionem posuit Matth. de Afflic. Pone mortuo barone sine filiis superstite sorore maritata a patre, quę statim cæpit possessionem feudi, fuit tandem infra annum priuata possessione per sequestrum iuxta dispositionem huius c. & finito anno ista soror volebat agere possessorio recuperandæ, an possit? Matth. de Affli. decisione 196. incipiente, in quadā, dicit fuisse decisum in sacro consilio, ꝙ non potest agere possessorio recuperandæ, sed solùm agere potest de proprietate, & ita dicit debere intelligi text. nostrum, allegat And. de Iser. in c. Imperialem. §. illud, de prohi. feu. alie. per Fed. & Lucam de Pen. in d. l. facultas, aliàs defensionis facultas, & supra est tactum. ¶ † Sed quæro, sub qua ratio- 18
ne est fundatum istud c. Respondeo, ꝙ eo ipso quod dicitur, esse feudum, præsupponitur directum dominium esse regis, & sic per partis confessionem dicitur fundata inten-
19 tio regiæ curiæ. † Præterea spoliatus debet duo probare, possessionem & spoliationem, extra de offi. deleg. c. consul
20 tationibus. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. interdictum. † Sed feuda regulariter prohibentur alienari sine consensu superioris c. Imperialem. de prohi. feu. alie. per Fed. & in consti. regni, constitutionem diuæ memoriæ. cum similibus: quia publica causa versatur: quia feuda sunt de publico introducta, & interdicta non dantur ad publicas causas, sed ad priuatas. ff. de iniur. l. sanè. Item prætor non tuetur possessorem rei prohibitæ alienari, ne contra legem fiat l. cum spōsus. §. si res. ff. de publicia. glo. in ca. peruenit. extra de censi. cum ergo intentio fisci sit fundata de iure, propterea fuit in hoc c. statutum, vt qui de iure scripto & claro apertoque iure non succedit feudatario mortuo, si hæres, seu alius intret possessionem feudi ignorāte regia curia, ad quam feudum deuoluitur infra annum, possessio non valet, nec ei prodest, quin curia infra annum iure suo accipiat, & sequestrum faciat, nec talis spoliatus petit restitutionem, & hoc fuit ordinatum per Regem, qui habet potestatem legis condendæ, ita colliguntur omnia prædicta ex dictis per Andr. de Iser. in d. c. Imperialem. §. illud quoque. colum. 4. in fine cum sequen. & ibi Paris colum. 20. versicu. an si do
21 minus proprietatis. † Et ideo hęres feudatarii, seu alius, qui prætendit feudum ad se spectare, poterit probare, ꝙ de iure scripto & claro, apertoque iure feudum pertinet ad ipsum, vel poterit probare per priuilegia de concessione feudi, vel aliter donationem & concessionem feudi præsumptam, quam probabit ex possessione & seruitii præstatione per triginta annos iuxta materiam c. si quis per triginta, si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. vel probando legitimam præscriptionem, vel aliter de iure suo probabit, & tali

tali casu probato vero iure, & titulo, & quòd ad eum spectat feudum, recuperabit possessionē & feudum, vt latius per And.de Iser.in d. §. illud quoque, vbi vide. ¶ Et circa
22 prædicta unum est sciendum,† quòd priuilegium, quando est clarum, & liquidum, inducit euidentissimam probationem, vt dicit Anto.de Butr.& alii in c.inter nos.extra de re iudi.& in c.auditis.extra de in integ.resti.& Anto. Capi.decisio.77.In causa domini Petri.colum.2. cum concordantiis ibi.Et ad materiam vide supra ca.considerantes, numero 188.in rubr.de proroganda successione, & infra c.256. In nomine Dei Aeterni.sub rub.quid fiet mortuo barone.
25 ADDITIO noua. ¶ † Nunqnid autem istud ca.habeat locum, quando aliquis est successor per uiam contractus inualidi sine regio assensu, & habuit possessionē feudi etiam viuente feudatario virtute dicti contractus inualidi super feudo sine regio assensu, Matth.de Affli.decis.197. quædam mulier.tenet quòd sic.Et ex hoc decidit, quòd cū quædam mulier per publicum instrumentum fecisset donationem de quodam castro feudali sine regio assensu, & tradidisset possessionem, mortua illa donatrice sine filiis, si fiscus vult probare feudo, potest fieri sequestrum vigore huius c.attento quòd claro & aperto iure apparet, quòd possederat ex contractu nullo sine regio assensu: quia pars interrogata dixit non habere regium assensum, vt latè per Matth. vbi supra. An autem istud c. habeat locum in subfeudatario baroni decedentis absque legitima prole, vt possit fieri sequestrum. Dic quòd non: quia istud c. loquitur in fisco regio, & non debet extendi ad baronem, maximè cum sit correctorium iuris communis, quo iure sequestrum est prohibitum, vt supra dixi, & in correctoriis non fit extensio.Bar.in l.præcipimus.§.fi.de appel.& latè dixi supra in c.ad hoc.de furtis.

Io.Anto.de Nigris de Ciuitate Campaniæ I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Natura assiduè nouas formas edit.*
2 *Sindicandi tempus an labatur, donec acta fuerint compilata, & successori assignata. 5. 8.*
3 *Officiales & notarii actorum an debeant manere ad sindicatum, donec fuerit facta compilatio, ordinatio & assignatio actorum.*
4 *Officialis finito officio an debeat acta successori assignare. 8.*
6 *Calumniæ genus an sit vetera retractare.*
7 *Memoriæ verbum qualiter accipiatur.*

TE TEMPORE SINDICATIONIS.

QVOD TEMPVS SINDICATIONIS non labatur, donec acta sint compilata & assignata. Rubrica.

CAROLVS TERTIVS. CAP.CCXXVI.

1 NOVAS † formas natura edit assiduè, & cum varietate multiplici etiam terminata reuoluit, quo fit, vt nouis emergentibus casibus, vel decisis in dubitatione deductis, per interpretationis, vel adiectionis oportunæ remedium occurramus. ¶ Sanè propter nouitatem casuum dubiis interiectis, infrascriptas tres ordinationes edidimus, ipsarum primam pœnali adiectione vallatam, quàm tam per vos præsentem iustitiarium, quàm successiuè futuros decernimus, prout ad vestrum spectat officium, inuiolabiliter obseruari. ¶ Quocirca vobis præsentium tenore mandamus, quatenus ordinationes easdem in decreta vobis prouincia diuulgantes, & diuulgari facientes ex more, detis ipsas vestris successoribus alterutrum in pendenti. Quarum ordinationum tenor per omnia talis est primæ constitutionis. ¶ Bene ordinatis & gestis frequenter adiicimus, vt illa cum prouisione consilii fortiori funiculo roboremus. † Sanè
2 diuæ memoriæ Dominus Carolus Secundus Rex Siciliæ auus noster seriosa ordinatione constituit, vt donec iustitiarius regionis, iudex, actorum, cameræque notarii in eadem prouincia, in qua gesserunt officia, permanserint sindicandi, acta, & mandata pendentia, tam de ipsorum tempore, quàm suorum in officio præcessorum, compilent & ordinent, ita quòd antequam de ipsa prouincia exeant, illa in scriptis, vt decet, assignent in eodem officio successori. In ordinationis eiusdem capitulo contra officiales ipsos pecuniariis pœnis adiectis, sed quod est ibi prouisè statutum, aliqua est præuaricatione neglectum. Vt autem, quod dictum capitulum continet, eo firmius & tenacius obseruetur, quo pœnalitatis adiectu fuerit communitum, adiiciendo sancimus: vt tempus sindicationis ipsius, donec per dictos iustitiarium iudicem, actorum, cameræque notarios, eorundem actorum compilatio, ordinatio, & assignatio completæ fuerint, non labatur.
3 † Sed officiales ipsi in prouincia ad sindicandum remaneant, quandiu eadem compilatio, ordinatio, & assignatio processerint effectiuè.

NOVAS formas. Bene ordinatis. Nota ex isto capitu.† quòd officialis debet finito officio suo succes-
4 sori assignare omnia acta, & mandata pendentia tam sua
5 quàm suorum prædecessorum. † Secundò, quòd ante assignationem prædictam tempus suæ sindicationis non currit. Et propterea consueuerunt officiales in euentu suorum successorum statim hoc facere. Item iunge hic cap. veterum iurium sanctiones, per quod declarantur omnia alia capitula de sindicatu officialium loquentia, quod canon reperitur impressum. Sebastianus de Neapoli. ¶ In
6 tex. ibi (terminata reuoluit &c.) † Sed non ne calumniæ genus est vetera retractare, certè sic, vt C.de decuri.l.diuę memoriæ.lib. 10.propter quod Imperator, quod præteriti non perscrutatur, vt in aucten.vt liber.decæte.in fine. quia ergo hic terminata reuoluit interpretando, vt sequitur, hoc licitum est, immo & debitum. ¶ In tex.ibi (diuæ me-
7 moriæ.)† Qualiter hoc verbum accipiatur, scripsi.C.de decurio.l.diuæ memoriæ.lib.10. Lucas de Penna.

ADDITIO.

8 NOVAS formas. Bene ordinatis. Nota secundùm Bar.de Capua hic,† quòd officialis antequam recedat ab officio debet assignare acta secundo officiali eius successori, & ex tunc labitur tempus sindicationis ut hic, & tenet Paris in trac.sindi.in rub.de modo & forma sindi.§.uiso, colum.2.in fin. & tenet Seba. hic, ut uidisti. ¶ In text. ibi (Carolus Secundus &c.) de quo in c. item statuimus. supra nu. 132. sub rubr.pro quanto tempore remanebunt officiales

officiales &c. vbi vide, quę ibi dixi. Et ad materiam de sindicatu vide infra c. vulgaris famæ proloquium, infra num. 260. & de materia sindicatus vide latè Pari. in trac. sindi. & Catal. in trac. sindi. Io. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Percussus si non potest suam iniuriam prosequi, nec potest adesse in iudicio, an curia possit ex officio procedere.* 2. 5.
3 *Iudex quo casu procedit ex officio contra specialem personam.*
4 *Iudicis officium an suppleat defectum accusatoris.*
7 *Accusare alium an quis cogi possit, ibidem.*
8 *Accusatore superueniente an cesset officium iudicis.* 9.
Iudex inquirens an sit loco accusatoris.
10 *Iudex procedens ex accusatione & inquisitione an processus sit nullus.*
11 *Inquisitio an dicatur remedium ordinarium, vel extraordinarium.*
12 *Remedium extraordinarium vbi est inductum ad coadiuuandum, an cesset stante remedio ordinario.*
13 *Procedi an possit contra reum per accusationem & inquisitionem in diuersis processibus.*
14 *De delicto eiusdem hominis an debeat sepius quæri.*
15 *Remedium ordinarium an & quando concurrat cum extraordinario.*
Remedia duo extraordinaria an possint simul concurrere & cumulari, ibidem.
16 *Officium iudicis quando succedit loco accusatoris, an illæ solemnitates requirantur, quæ in accusatore requiruntur.*
Subrogatum an sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur, ibidem.
17 *Exceptiones, quæ possunt opponi contra accusatorem, an possint opponi contra iudicem inquirentem.*
18 *Iudex inquirens an possit testes recipere post publicationem.*
Testes non integros iudex an possit recipere, ibidem.

TENOR SECVNDÆ CONSTItutionis.

DE INQVISITIONIBVS ET PROcedendo ex officio.

CAROLVS TERTIVS C. CCXXVII.

1 CONTINGIT plerunque. † Percussum sic lędi grauiter, ꝙ suam non potest iniuriam prosequi, nec adesse præsens in competenti aliquo tribunali. Quo fit, vt cũ digna culpæ differtur vltimo, iucantis animus ad illam in recenti calentior pigeat, & a motibus excitati iudicii refrigescat. Ne igitur coerctio publica pereat, aut mordens tepeat disciplina, præsentis ordinationis edicto præscribimus, vt in præfato casu, quo læsus pro sua nequit instare iniuria, seu iustitia experiri, vbi accusator deficit, si de his iudici constet summariè, suppleat hoc iudicentis officium, & ipsius solertia per suæ indagationis studium prosequatur.

2 CONTINGIT. † Nota casum, in quo iudicis officium supplet defectum percussi non valenus suam percussionem prosequi, & iunge hoc c. cum ca. spectat ad præsides, aliàs incipit, ad consultationem, supra num. 210.
3 † Et sic hic est casus, in quo iudex procedit contra specialem personam ex officio, cui adde alium in c. crescit culpa, supra nu. 214. Seb. de Neap. ¶ In tex. ibi (suppleat hoc
4 iudicantis officium.) † Nota, ꝙ iudicantis officium sup-
5 plet defectum accusatoris. † Vnde ne maleficia remaneant impunita, cogitur quis alium accusare de crimine officio iudicis, licet non iure actionis, vt notat glo. & Archi. 22. q. 1. siquis per capillum. Innocentiæ gradus est odisse nefanda. 86. distin. facientis. Lucas de Penna.

ADDITIO.

6 CONTINGIT. Nota secundum Bart. de Capua hic. † ꝙ vbi aliquis est ita grauiter percussus vel læsus vt ad accusandum vel ad curiam ire non posit, & iudici constet, potest iudex ex suo officio inquirere, & punire, idem no. supra in c. habet litterarum quod non reperi-
7 tur impressum. ¶ † Sed nunquid conualescente percusso, & sic superueniente accusatore cesset officium iudicis, Bartho. de Capua hic tenet ꝙ sic, per ea, quæ habentur in con-
8 sti. inquisitiones. Ratio: † quia iudex inquirens est loco accusatoris vt in consti. vniuersis, & Bar. in extrauag. ad repri. in verbo per inquisitionẽ, & in l. 2. §. si publico. ff. de adul. & in l. querelam. C. de fal. Hip in sua pra. cri. §. constante co
9 lum. 18. nu. 82. † Et superueniente accusatore cessat inquisitio, de qua quæstione latè per Ang. Are. in tra. malefi. in verbo, hæc est quædam inquisitio, col. 15. cum seq. versi. quæro, an inquisitus, per Bal. in l. ea quidẽ. C. de accus. per Matthæ. de Affli. in consti. præsenti lege. in fi. Gandi. in tra. malefi. in rub. qualiter de malefi. cogno. per inquisi. col. fin. in prin. Hip. in sua pra. cri. §. constante, col. pen. versi. quæri et
10 potest, nu. 92. cum concor. in dictis locis. ¶ † Et si iudex procederet contra reum ex accusatione, & inquisitione, processus esset nullus, vt tenet Bal. & Ias. in l. 1. in fi. C. de fur. & Bal. in l. edita, in repe. Paduana col. 15. versi. decimò quæritur. C. de eden. quia remedium ordinariũ, & sic accusatio facit cessare inquisitionem, & sic remedium extraordinarium, vt ibi per eos. ¶ Istud tamen intellige procedere, si fuerit oppositum, ꝙ non potest ex officio, seu per inquisitionem & accusationẽ procedere, tunc procedendo processus esset nullus, secus si non esset oppositum: quia tunc valeret, vt colligitur ex dictis Bald. in d. l. 1. in fi. C. de fur. &
11 in d. l. edita. in repe. Paduana, col. 4. C. de eden. ¶ † Secundò limita non procedere in regno, nam licet de iure communi sint opiniones, an inquisitio dicatur remedium ordinarium, vel extraordinarium, ut per docto. in ca. qualiter & quando, el 2. extra de accus. & per Ang. Aret. in tra. malefi. in verbo. hæc est quædam inquisitio, & per Dec. in rub. extra de iudi. & Hip. in sua pra. cri. §. constante, maximè col. pen. & per Par. in tra. sindi. in verbo inquisitio. Tamen in regno dicitur remedium ordinarium, vt ibi per Par. & cum istud remedium non sit subsidiariũ, sed ad coadiuuandũ, dici potest, ꝙ potest ex officio, & ad querelam procedi, per ea quæ dicit Fran. de Are. in d. c. qualiter & quando. col. 4.
12 ubi dicit, † ꝙ ubi remedium extraordinarium est inductũ ad coadiuuandum, & non in subsidium, tunc tale remediũ non cessat etiam stante remedio ordinario, vt ibi per eum, & maximè quia cum dicatur in regno remedium ordinarium, unum ordinarium non potest tollere aliud, ut dicit Ang. Are. in d. trac. malefi. in d. uerbo, hæc est quædam inquisitio, col. 16. in prin. ibi, quęro, an inquisitus, uersi. hodie
13 autem, cogita tamen super ista limitatione. † Et eam intellige procedere, quando in eodem processu esset facta cumulatio, secus si in diuersis processibus procederetur, in uno per accusationem, & in alio per inquisitionem: quia
14 tunc obstabit exceptio. † Quia de delicto eiusdem hominis non debet sepius quæri. l. licet in fi. ff. nau. caup. stabu. cum similibus. ADDITIO noua. Et circa ea, quæ dicta

15 dicta sunt † an & quando remedium ordinarium concurrat simul cum extraordinario, vel quando duo remedia extraordinaria possint simul concurrere, & cumulari, uide latè Io.Fab.Insti.si quad.paup.feci.di.§.fi.col.fi.cum ibi alle
16 gatis. Aduerte tamen † q quando officium iudicis inquirentis succedit in locum accusatoris, tunc ille solemnitates, quæ requiruntur in accusatione, requiruntur in inquisitione: quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locū subrogatur l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.ita tenet Alex.consi.64.uiso themate.col.1.uersi. super hoc, pri-
17 mo uol.† Et omnes exceptiones, quæ possunt opponi contra accusatorem, possunt etiam opponi contra iudicem in
18 quirentem, ut ibi per eum.† Similiter etiam testes recipere non posset post publicatas attestationes, nec etiam posset recipere testes non integros, ut ibi latius per eum.

Io.Anto.de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Citatus in criminali si allegatur eius absentia, & fuit visus die commissi delicti, vel die præcedenti, an talis excusatio admittatur, an verò contra eum procedi possit.* 2.4.5.10.
3 *Fugiens an pro confesso damnetur.*
5 *Flagitium quid sit.*
Excusatio quid sit, ibidem.
6 *Apparere an debeat in actis, q citatus fuit visus die commissi delicti, vel præcedenti.*
7 *Iudex an debeat pronunciare reum contumacem in vltima contumacia, licet excusator compareat.*
8 *Excusator an debeat esse cautus, vt proponat excusationem ante condemnationem.*
9 *Citatus an excusetur a contumacia, si non comparet in termino, si aliquis excusator non compareat.*
10 *Excusatio citati an admittatur, quando citatus fuit visus in die commissi delicti, vel precedenti.*
11 *Excusator citati an admittatur, si citatus stetit publicè per multos menses in ciuitate post delictum, & postea ex aliqua causa fuit absens.*
12 *Absens quòd sit in aliquo loco respectu dilationis dandæ, quomodo probetur.*
13 *Excusatio ratione infirmitatis an admitti debeat.*
14 *Infirmitatis instrumentum an sufficit, si fiat per vnum medicum, an debeant esse plures.*
15 *Excusatio: quia citatus est captus ab hostibus, an admitti debeat.*
16 *Citatus si ab aliquo detinetur per vim, an excusetur.*
17 *Citatus si ab alio iudice detinetur carceratus, an excusetur.*
18 *Citatus an habeat hosticam exceptionem.*
19 *Exceptio loci non tuti an opponi possit.*
20 *Citatus si in loco, vbi debet comparere, habet capitales inimicitias, an excusetur.*
21 *Saluusconductus si offertur, an comparere debeat.*
22 *Citatus si habet transire per terras inimicas, an excusetur.*
23 *Exceptio loci non tuti an opponi debeat.*
24 *Exceptio loci non tuti si non admittatur, an possit appellari.*
25 *Causa, quare locus non est tutus, an debeat exprimi.*
26 *Citatus in loco, vbi est pestis, an teneatur comparere.*
27 *Absens causa reipublicę citatus an excusetur.*
28 *Absens propter vtilitatem regiam citatus an excusetur.*
29 *Citatus ad locum, qui non est de iurisdictione citantis, an teneatur comparere.*
30 *Citatus a maiori iudice an teneatur coram inferiori comparere.*
31 *Citatus si propter inopiam non potest comparere, an excusetur.*
32 *Citatus si propter tempestatem non potuit comparere, an excusetur.*
33 *Impedimenti causæ an eatenus durent, quantum durat impedimentum.*
34 *Citatus impeditus an debeat mittere procuratorem.*
35 *Citatus ciuiliter, vel criminaliter si excusatur: quia arripuit iter ad Sanctum Iacobum, an talis excusatio admittatur.*
36 *Excusator absentis ex causa voluntaria an debeat habere terminum ad notificandum & comparendum.*
37 *Processus factus contra citatum impeditum & excusatum an valeat.*
38 *Foriudicatio vt valeat, quot requirantur.*
39 *Excusator pro absente an possit allegare, quòd citatus non est de iurisdictione citantis.*
40 *Excusator sine mandato quas exceptiones opponere possit, & quid in procuratore.*
41 *Excusator an audiatur si non promittit præsentare reum infra certum terminum.*
42 *Excusator ad vnum articulum, puta ad allegandum causas absentiæ, an debeat promittere præsentare reum.*
43 *Defensor, seu excusator, qui venit ad defensionem apparentem ex actis, an teneatur promittere præsentare reum.*
44 *Pater citati absentis an possit filium defendere, & de innocentia ostendere.*
45 *Iudex an possit dicere in criminali, vt principalis cōpareat.*
46 *Absentiarum genera quot sunt.*
47 *Absens ex causa probabili & necessaria quis dicatur.*
49 *Abesse causa reipublicæ an dicatur gerens magistratum extra prouinciam.*
50 *Mulier & minor an admittantur ad excusandum.*
51 *Clericus an admittatur ad excusandum.*

TENOR TERTIÆ CONSTItutionis.

DE EXCVSATIONE REORVM.

CAROLVS TERTIVS. C.CCXXVIII

1 POST † commissum a delinquēte flagitium dum criminatus ex hoc ad iudicium trahitur, eius absentiæ propositum excusatorium allegatur: cum tamen ipse reus criminis in loco delicti visus fuerit die commissionis ipsius, vel etiam præcedenti. Vt igitur reatus nocentia facta dilatio non excuset, hac edictali ordinatione statuimus, vt contra reum excusatum modo prædicto ius dicentis officium excusatione cessante procedere nō quiescat, aut enim absentia memorata latitationi fungitur, vel si veritati consentiat propter timorem scęleris, fuga præsumpta, rationabiliter comprobatur. Data Neapoli per Bartholomęum de Capua.

Post

2 POST commissum. † Nota, quòd vbi post commissum crimen, si incriminatus de illo crimine se absentauit, non admittitur excusatio, seu allegatio absentiæ, vbi illa die, vel die præcedenti commissi criminis fuit visus in loco delicti, itaq; iudex potest contra eum procedere, & non admittere excusationem. Barth. de Capua. ¶ In tex. ibi (fuga præsumpta &c.) ad hoc facit. ff. ad fille. l. lege Cornelia. in prin. & in auth. de exhi. reis. §. si verò quidam, & C. vt
3 omnes tam ciuiles quàm mili. l. 1. §. ipse autem. † Vnde fugiens pro confesso damnatur. C. de coharta. l. si apparere, lib. 12. ff. de bon. libe. l. si ita liberatum. 3. q. 9. c. decernimus, de quo tamen dic vt scripsi. C. de agri. & censi. l. si coloni. lib. 11. vbi de fuga triplici generis. ¶ In text. ibi (compro-
4 batur). l. † si pro absente citato proponitur excusatio, quod est absens, ex aduerso probatur, quod die commissi criminis aut præcedẽti visus fuerit, nõ est excusatio admittẽda. Luc. de Pẽ.

ADDITIO.

POST commissum. ADDITIO noua. Pro declaratione huius cap. ibi, flagitium. Est sciendum, quòd flagitium multipliciter sumitur, vt Archid. 54. distin. cap. qui ex famulis, & per Lucam de Pen. in l. per hanc. col. pen. C. de errog. mili. anno. lib. 12. sed hic ponitur pro quolibet maleficio. Interdum etiam ponitur pro crimine grauiori, vt per doct. vbi supra. Est etiam sciendum, dum istud cap. loquitur de excusatione, quòd excusatio est alicuius iustæ causæ allegatio, propter quam citatus non arctatur ad comparendum, vt dicit Azo in sum. C. de excusatio. muner. lib. 10.
5 ¶ † Et nota istud cap. quia est multum practicabile, & quotidie allegatur per Fiscales in palatiis & curiis contra citatum in criminalibus, qui excusatur vt absens: quia quando fuit visus in loco commissi delicti eo die, quo fuit delictum commissum, vel in die præcedenti non debet admitti excusatio: quia eius absentia præsumitur fuga potius,
6 quàm absentia. † Et sint cauti fiscales, vt faciant in actis apparere, quod citatus fuit visus in loco cõmissi delicti eo die, vel præcedenti, aliàs excusatio absentiæ admitteretur, vt
7 probat iste tex. a contrario sensu. † Et quando reus citatus non comparet in vltima cõtumacia, sed comparet aliquis ad excusandũ, iudex debet esse cautus, vt pronuntiet reum contumacem, & condemnet ad poenam in citatione contentam cum tali cõditione, quod si excusatio fuerit iusta, vel reus infra tale tempus comparuerit, non censeatur contumax. vt dicit Bar. in l. quæsitum. colum. 1. ff. de re iudic. &
8 operatur hoc: quia non circunducitur citatio. ¶ † Et econtra, cautus debet esse excusator, vt ante condemnationem & incusationem contumaciæ proponat excusationem, etiam ante tempus contumaciæ vltimæ, & petat terminum ad probandum causas absentiæ, ad hoc vt differatur condemnatio & contumacia. ¶ † Et est aduertendum, quòd citatus non excusatur a contumacia, si non comparet in termino, etiam si præstet fideiussorem de se præsentando, si aliquis pro eo non comparet ad allegandum iustas causas absentię iuxta. l. liberto. §. litem. ff. de nego. gest. & l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procu. Alexan. in rubri. ff. in ius vocan. vt eant. ADDITIO noua. Et est sciendum † quòd admittitur quilibet defensor, seu excusator ad allegandum pro citato legitimas causas absentiæ, vt dicit Andr. de Iser. in constitu. regni edictorum. & ibi Matth. de Affli. colum. 7. in fi. versi. pro declinatione, per l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusatio. tutor. & l. contumacia. ff. de re iudi. bene faciunt dicta per Inno. & Abb. in c. veniens. de accusa. vbi dicunt, quòd quilibet admittitur etiam sine mandato pro citato infirmo, vel carcerato ad allegandum pro eo necessarias causas absentiæ. l. si prætor. §. fi. ff. de iudi. l. secunda. §. siquis in iudicio. ff. siquis cautio. Saly. in l. reos. colum. 5. in princ. versi. expeditis contrariis, nume. 10. C. de accusa. Bal. in l. seruum quoque. §. publicè. colum. 1. versicu. reuoco in dubium. ff. de procur. & Matth. de Affli. vbi supra. Similiter etiam quilibet excusator potest comparere pro eo, qui est absens causa reipublicæ, vel gerit officium legationis, & allegare eius absentiã, vt dicit Matth. vbi supra. Et istis casibus iudex talem citatum excusatum non potest reputare contumacem, vt ibi declarat Matth. in 2. q. nume. 32. Sed si vellet allegare causas inimicitiæ, debet mittere procuratorem qui debet habere mandatum, vt declarat ibi Matt. de Affli. Et dicit Calde. consi. 5. incipiente, an siquis, in titu. de dilationibus, quod siquis citatur, vt personaliter compareat, & est impeditus, potest per procuratorẽ comparere, & allegare iustas causas absentię. Ratio, quia citatio cuiusuis iudicis non potest arctare ad impossibile, vt in regula nemo potest, de regu. iu. in 6. & ext. de elec. c. cupientes. §. quod si. in 6. c. veniẽs. ext. de accu. Et si iudex procederet absentia rei non obstante, procurator poterit dominum defendere, & causas causæ allegare. ff. de procu. l. absens, & l. seruum. §. publicè. C. de procu. & 5. q. 3. c. reos, & dicit Bald. in l. neque. in prima lectu. ff. de in ius vocan. quòd allegans causas absentiæ impedit processum in criminali. Et causæ sufficientes, per quas excusari potest absentia rei etiam a personali comparitione, sunt plures, puta si est infirmus tali infirmitate, quæ ipsum impediat itinerare, & equitare, vel si est impeditus tẽpestate, vel vi fluminum, ff. siquis cauti. l. 2. §. siquis in iudicio, vel si est captus & detentus ab hostibus, vel obsessus, vel graui necessitate ineuitabili, puta persequutionis, vel naufragij, vel simili impedimento impeditus, vel quòd locus, ad quem citatur, vel per quem transire debet, non est sibi tutus propter inimicos capitales, vel domesticos, vel amicos, vel colligatos inimicorũ suorum capitalium, vt latius per Calde. in d. consi. 5. de dilat. & in titu. de procu. consi. 5. Alexan. in l. fi. C. de procu. Et aduerte, quod iudex non semper potest citare reum, vt personaliter compareat, vt dicit Alexan. in l. 2. §. siquis in iudicio. col. 2. ff. siquis cautio. nisi in criminalibus, vbi venit imponenda pęna vltra relegationem, vt dicit Lucas de Pen. in l. fi. col. 4. C. de re mili. lib. 11. & in casibus, in quibus habet locum tortura, vt dicit Alex. in l. fi. col. 2. C. de procura. & debent apparere indicia, vt ibi per eum, de quo etiam per Ang. in trac. malefi. in verbo, qui iudex videns, col. 7. & ibi Ang. in addit. & vide quæ dicit Gandi. in suo trac. malefi. sub rub. vtrum in criminalibus possit interueni, procur. col. 5. circa medium, & adde, quæ dicit Anto. Capi. decisio. 142. & ibi ponit, quid in procuratore, & quid in defensore, Vnũ tamen nota, quòd si aliquis fuit examinatus & relaxatus fideiussoribus, non potest citari, vt personaliter compareat, nisi superuenientibus nouis indiciis, vt per gl. in constitu. regni, humanitate nobis, & Gandin. in tract. malefic. in rubr. quomodo de malefic. cogno. per inquisitionem. colum. 2. in fi. & in rubri. vtrum procura. admi. in malefic.
10 colum. 5. in princi. cum concord. in dictis locis. ¶ † Regula autem, quæ sumitur ex isto cap. nostro, scilicet quòd excusatio citati non admittitur, quando committẽs delictum die commissi delicti, vel in die præcedenti fuit visus in loco commissi delicti, vt in isto tex. nostro, limitatur multis
11 modis. ¶ † Limita primò procedere, quando delinquens tẽpore commissi delicti, vel infra paucos dies recessisset, & similiter quãdo infra paucos dies fuisset citatus, & reus se absentauit, siue post citationem, siue ante dubitans de citatione: quia tunc eius absentia præsumitur in fraudem facta, & proceditur contra reum citatum, vt in isto cap. facit. c. consultationibus. extra de offi. dele. & ibi gl. prima, cum ibi allegatis, & faciunt dicta per Bald. in l. quoties. C. de rei vend. vbi dicit, quòd si vocatus ad iudicium, vel si est spes, quod de proximo citabitur, ista est cõiectura, quod in fraudem vendiderit, & sequitur Fely. in d. c. consultationibus. col. 2. in not. Sed si post delictum reus stetit in ciuitate, seu loco, & publicè conuersatus fuit, nec fuit citatus, & stetit per aliquos menses, & postea ex aliqua causa se absentauit, si postea citatur & comparet excusator, admittitur excusatio, licet tempore delicti fuisset visus in ciuitate, & dat sibi terminus ad denũciandũ, vt est ritus magnę curię vica

riæ, qui incipit, item si aliquis. nume. 172. in ordine meo. Nec hoc casu præsumitur fuga: quia quando fuga potest aliqua probabili causa velari, vel colorari, nullum facit indicium, vnde si solitus transcurrere cum mercantiis, iuit cũ mercantiis per diuersa loca, & citatur, admittetur excusatio, & excusatori dabitur terminus ad notificandum & comparendum, etiam si excusator comparet sine mandato, & tempus dabitur secundùm distantiam loci, Et si daretur breuis dilatio, supplebitur, & poterit appellari, vt per And. de Iser. & Matth. de Affl. in consti. edictorum, col.

12 nona, versi. nonò quærit. † Et ad probandum, vbi sit reus, sufficit sola fama, vel vulgi opinio respectu dilationis dandæ, vt ibi ꝑ eos, & de dilationibus dandis vide regiã prag. quæ incipit, post prædictas, & aliam prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit. Raymundus, versi. alia similiter, sed dictæ pragmaticæ loquuntur in dilationibus ad probandum, vt ibi, & ad prædicta vide Fran. Bru. in trac. de indi. car. 1. col. 8. cum ibi allegatis, allegat. l. si cum. §. ex iusta. ff. de fideic. lib. & cum sit dubium, ex qua causa recessit, interpretatur in meliorem partem. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mi li. l. quid sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edi. cum

13 concor. vbi supra allegatis. ¶ † Limita secundò non procedere, quando allegaretur exceptio infirmitatis non leuis, puta quia citatus esset infirmus, quia tunc poterit excusator comparere & allegare, quòd citatus est infirmus, & ꝗ supersedeatur in causa, donec infirmus cõualuerit. l. quæsitum. & ibi Bar. Imo. Alexan. & alij. ff. de re iudic. & in l. ea quæ. in fi. C. quom. & quan. iud. bene faciunt, quæ dicit Azo in sum. C. qui morbo, lib. 10. & Cald. d. consil. 5. de dilat. & est regia pragm. Regis Ferdinandi, quæ incipit, pro Serenisſima Regina. in fi. & Matth. de Affl. decisi. 289. col. 7. & dominus meus Rober. Maran. in suo Speculo aduocatorum. §. expedito primo membro iudicij, car. 59. colum. 3. & est Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit, item si aliquis. numero 176. in ordine meo sub rub. super excusationibus infirmorum, vbi dicitur, ꝗ si aliquis criminaliter citatus excusetur per aliquem ciuem, vel coniunctam personam, quòd est infirmus, vel mulier grauida, ita quòd sine periculo personæ comparere non potest in curia, eius excusatio admittitur, etiam si in instrumento excusationis vnus medicus, vel vna obstetrix interuenerit, & hoc ex quadam æquitate, vt ibi. ADDITIO noua. & Matth. de Affl. in d. consti. edictorum. col. 8. in 2. q. & col. 9. in 6. q. vbi etiam ponit, quomodo probetur infirmitas, & dicit, ꝗ probatur per literas, seu testificationes medici, qui dicit, ꝗ propter illam infirmitatem non potest comparere sine periculo vitæ, vt ibi per eum, & poterit de hoc fieri instru-

14 mentum, vt ibi per eum. ¶ † Sed de iure si aliquis allegat infirmitatem, debet habere literas duorum, qui testificantur de infirmitate. Intellige si in illa ciuitate possunt haberi duo medici, aliàs vnus sufficit. Similiter sufficit vnus medicus, qui esset a communi ad hoc deputatus, & ita debet intelligi d. ritus, quòd sufficit vnus medicus, quando vnus est in ciuitate, vel esset deputatus a cõmuni, seu vniuersitate, ita dicit Pari. in trac. synd. in verbo negligentia.

15 col. 5. versi. & prima dicta faciunt, cum ibi allegatis. ¶ † Tertiò limita, nisi citatus post citationem ante comparitionẽ fuisset captus ab hostibus, quia talis exceptio captiuitatis admittitur, vt in d. regia prag. pro serenissima Regina Ioanna, sub rub. ꝗ ea, quæ facta sunt ꝑ Regẽ Alfonsum &c.

16 † Quartò limita, quando citatus per vim ab aliquo detineretur, & propterea comparere non posset, quia tunc admitteretur excusatio per ea, quæ habentur in cap. bonæ. extra de electio. Gemi. in c. 1. de cler. non resi. in 6. Matth. de Affl. decisio. 289. col. pen. faciunt, quæ habentur in l. 1. ff. de

17 eo per quem fact. est, & ibi doct. ¶ † Quintò limita, nisi citatus esset in carceribus detentus ab alio iudice absque sui dolo, quia tunc excusator admittitur ad allegandũ dictam causam iusti impedimenti, vt per Imo. & Alexand. in d. l. quæsitum colum. 2. ff. de re iudi. & Matth. de Affli. d. decisio. 289. col. pen. & Alexan. & alii in l. 2. §. simili modo. ff. si quis cautio. Barto. in l. penu. §. ad crimen. ff. de publ. iudi.

18 ¶ † Sextò limita, nisi haberet citatus hosticam exceptionẽ, puta si ante citationem fuisset submonitus, vt iret ad exercitum pro seruitio præstando regi, de quo dic, vt latè dixi supra capitu. si comes. 215. cum ibi allegatis, & intelli-

19 ge & declara vt ibi. ¶ † Septimò limita, nisi opponeretur exceptio loci non tuti pro parte ipsius rei, quia tunc talis exceptio admitteretur, quia locus debet tutus assignari partibus per iudicem, gl. in c. cum locum. extra de spons. Specu. in titu. de offi. ordin. §. tertio, & de off. omn. iudi. §. 6. versicu. ante litem, extra de app. cap. ex parte. & ibi doc. clemen. 1. & ibi Cardi. extra de fo. compet. & latissimè per Fely. in c. accedens, el ij. extra vt lit. non contest. bonus est text. in clemen. pastoralis. §. pisana. extra de sent. & re iudi. quia citatus ad locum non tutum, non tenetur comparere. l. 2. §. siquis. ff. siquis cautio. Bartol. in l. quia poterat. §. siquis alio, qui legitur cum l. de ętate. ff. ad Treb. Matth de Afflic. d. decisio. 289. serenissimus, colum. 8. & in locis prę-

20 allegatis cum concordan. in d. locis. † Idem esset, si citatus in loco, vbi deberet comparere, haberet capitales inimicitias. cap. pastoralis. 7. quæst. 1. extra de electio. ca. bonæ memoriæ Magun. & ibi Hosti. bene faciunt notata in d. clemen. pastoralis. cum concord. allegatis per Matth. vbi sup.

21 Vbi etiam ponit. † Quid si offeratur saluusconductus, vide ibi per eum, & Fely. in d. c. accedẽs. el ij. & Sal. in l. reos. col. 6. in prin. versi. expeditis contrariis. C. de accusa. & ad prædicta vide etiam And. de Isern. in consti. priuilegia. Oldra. consi. 43. Rober. Maran. in d. trac. in 6. parte, vers. venio

22 ad sextum. colum. 2. car. 59. num. 108. ¶ † Idem esset, quando citatus non posset comparere, ex quo habet trãsire per terras inimicas, & hoc esset notorium, per Fely. in d. c. accedens. el 2. extra de offi. deleg. & per doct. in d. c. ex parte. extra de appel. & Matt. de Affl. d. decisio. 289. col. 10. versic. item esset iusta causa, & Matth. de Affl. decisi. 19. Intellige tamen prædicta, nisi ipse citatus procurasset, vt ille locus non esset sibi tutus, vt per Robertum Marantam vbi sup.

23 ¶ † Et aduerte, quòd talis exceptio loci non tuti opponi debet, vt per Cardi. in dicta clementi. 1. de foro compet. de qua tamen quæstione, & an debeat interuenire protestatio, quando non posset comparere, seu mittere ad op-

24 ponendum, vide Matth. de Affl. d. decisio. 29. † Et si talis exceptio loci non tuti non admitteretur, posset appellari, vt per Innoc. & alios in dicto capitu. ex parte. de appellat.

25 ¶ † Item debet exprimi causa, quare locus non est tutus, vt per Cardin. in dicta clementi. 1. qõ. 22. de foro compet.

26 ¶ † Octauò limita, quando esset pestis in loco, vbi citatus deberet comparere; quia tunc excusatur a comparendo, vt est glo. in clemen. ne in agro. in fi. in verbo rationabili. de statu monac. Fely. in dicto cap. accedens. colum. 10. de off. lega. in sexta conclusione. Matth. de Afflic. d. decis. 289. colum. 10. cum concord. in d. locis. Quod intellige, vt per Alexand in l. secunda. §. siquis in iudicio. ff. siquis cau. col.

27 prima. ¶ † Nonò limita non procedere, quando post delictum aliquis fuisset absens causa reipublicæ, antequã esset citatus, vt quia fuisset legatus, quia quandiu durat officium legationis, seu causa absentiæ, excusatur. l. sicuti. §. tamdiu. ff. ex quibus cau. maio. Bart. in l. abesse. eod. titu. Bald. in l. ab eo. C. quomodo & quando iud. Matt. de Affl. d. decisio. 289. colum. 10. in fine. cum sequen.

ADDITIO noua. Et vide quæ dicit Azo in sum. C. de lega. lib. 10. & ibi etiam colum. penu. ponit, quòd huiusmodi priuilegium cõsequitur ex eo tempore, quo creati sunt, non ex eo duntaxat tempore, quo terram intrauerint, ad quam mittitur. Et quid si dubitatur, an legatus sit vel ne? vel an finita sit legatio; De hoc cognosci debet, vt ibi per eum, qui multa ponit de materia legationis, vide ibi. Et supradictam limitationem intellige, nisi talis absentia causa reipublicę fuisset affectata, & data opera se absentasset, quia tunc non gauderet tali priuilegio. l. & qui data. ff. ex qui. cau. maio. l. pen. C. quom. & quan. iud. l. vniuersi. C. de legatio. secundùm vnam lecturam, & tenet

Sum.

sum. Ang. in verbo absens, & Matt. de Affl. in consti. regni, edictorum, col. 7. in 9. quæst. vbi dicit, quòd absentia affectata non prodest, vt absens non fiat, & reputetur contumax: vt ibi per eum. ¶ † Decimò limita, quando esset absens propter vtilitatem regiam: quia tunc iustè excusatur per ea, quæ latè dicit Matth. de Affl. d. decisi. 289. col. 11. &
28
col. pen. ver. item est iusta causa. ¶ † Vndecimò limita non procedere, quando iudex citaret reum ad locum non suæ iurisdictionis, quia citatus non tenetur comparere secundùm And. de Iser. in constit. priuilegia, & in l. fin. ff. de iur. omn. iudi. Rob. Maran. in d. suo trac. in sexta parte ibi. venio ad sextum, col. 2. versic. secundò principaliter. car. 59.
29
30 nume. 108. ¶ † Duodecimò limita, nisi citatus fuisset citatus a maiori iudice: quia tunc excusatur a comparendo coram minori, nec incurritur contumacia. l. contra pupillum. §. 1. ff. de re iudic. Alexan. in l. 2. §. 1. ff. si quis caut. Rober. Maran. in d. suo tract. §. expedito. col. 2. car. 60. numero quarto: quod intellige & declara vt ibi per Alexan. & Ias.
31 ¶ † Terciodecimò limita, nisi citatus esset ita inops & malè vestitus, vt ei esset verecundia comparere: quia excusatur a contumacia secundùm Alexan. in d. l. 2. §. si quis in iudicio. col. prima. ff. si quis cautio. quia talis æquiparatur carcerato, tex. & glo. in l. eadem. §. fin. ff. quibus cau. maio. glo. in c. si quis testium. extra de testi. & Abb. in capit. cum dilecti, colum. 5. circa fi. extra de dolo & contu. & Rober. Maran. vbi supra, versi. sextus casus, nume. 5. car. 60. qui refert prædicta. Sed aduerte: quia Alex. vbi supra loquitur solùm, quando propter paupertatem nõ potuisset venire ad iudicium, vt ibi per eum, & exemplum domini mei Rob. posset procedere, quando aliàs non esset solitus ire malè vestitus, & esset sibi dedecus taliter comparere. Et hoc intellige, nisi fraudulenter hoc fecisset per ea, quæ dicit Azo in sum. C. de his qui nu. lib. vel pauper excu. lib. 10.
32 ¶ † Quartodecimò limita, quando citatus fuisset impeditus comparere propter tempestatem maritimam vel terrestrem: quod tamen declara & intellige, vt per Alexan. &
33 alios in dicta l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio. ¶ † Et aduerte, ꝙ dictę causæ impedimenti eatenus durant, donec durat impedimentum, vt tenet Matth. de Affl. in constitu. edictorum. col. 8. ver. quintò quæro, & per doct. in l. quæsitum. ff. de re iudi. quia cessante causa cessat effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. c. cum cessante, extra de ap-
34 pel. ¶ † An autem in dictis casibus quando citatus est impeditus iusto impedimento, debeat mittere procuratorem, vide Bar. Alex. & omnes in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. Alex. in l. quæsitum. colum. 1. cum seq. ff. de re iudi. Matth. de Affli. decisio. 29. quidam exterus, cum concord. in dictis locis. ¶ Aduerte tamen, quòd est ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit. Item si aliquis ciuiliter, vel criminaliter. nume. 172. in ordine meo sub rubr. de petitionibus
35 admittendis, in quo disponitur, † ꝙ si aliquis fuerit citatus ciuiliter, vel criminaliter, & excusetur per aliquam coniunctam personam, quòd citatus est absens & arripuit iter ad Sanctum Iacobum, vel ad Sanctum Sepulchrum, talis excusatio admittitur, nisi præsumatur malitiosè proponi. Et dicit And. de Iser. & Matth. de Affl. in constitu. edictorum.
36 colum. 9. versi. nono quærit. † Quòd si compareret excusator cum mandato pro absente ex causa volũtaria citato in domo, & allegat ipsum absentem, & nescit locum absentiæ, & producit testes, qui dicunt audiuisse, antequam citaretur reum dicentem se iturum peregre, iudex dabit illi terminum ad notificandum & comparendum secundùm loci distãtiam. Et sufficit sola fama, vel vulgi opinio ad probandum, in qua terra, seu loco dicitur, ꝙ sit absens, vt tenet Matth. de Affl. in d. consti. edictorum. in 13. not. in 9. q.
37 in fi. col. 9. ¶ † Sed quid si iudex procedit contra aliquem, quem sciebat iustè impeditum, vel quia fuit excusatus ille citatus, & notificata absentia & impedimentum iudici, si nihilominus iudex procedit ad cõdemnationem, vel aliter procedit in causa, an processus sit nullus. Bartol. in d. l. quæsitum. ff. de re iud. ponit optimum consilium, vt excusator compareat coram iudice, & alleget impedimentum citati, seu causam absentiæ iustam & rationabilem, & offerat velle probare causam absentiæ, & petat terminum ad probandum, & si iudex eum non admisit, non valet sententia, nec processus. vt ibi per eum, & sequitur ibi Imo. & Alex. ADDITIO noua. Et dicit Bart. in l. 2. §. si quis in iudicio. in fi. ff. si quis cautio. ꝙ quando citato su peruenit impedimentum, ita ꝙ in termino non potest cõparere, consuli, ꝙ mittat aliquem excusatorem, qui hoc iudici notificet, & quando iudex scit, non potest procedere, & si procedit, sententia est nulla per d. l. quæsitum. ff. de re iudi. & tenet Alex. in d. §. si quis in iudicio. col. fin. Bart. in l. liberto. §. litem. ff. de neg. ges. & in l. seruum quoque. §. publicè. in fi. ff. de procu. Matth. de Affli. in consti. regni edictorum. colum. 8. in princ. num. 31. bene faciunt dicta per Inn. & alios in c. veniens. extra de accus. Et dicit Bar. cons. 100. a domino. col. fi. in fi. quòd si excusator allegans legitimas causas in criminalibus non admittitur, accusati nõ comparentes non sunt contumaces, nec banniri possunt, vt ibi per eum. Et dicit Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo neglexerit, quòd si in termino citationis compareat aliquis excusator dicens citatum fore absentem, ita quòd non potest in eius notitiã citatio peruenire, vel quia est legitimè impeditus, & iudex vltra procedit, si excusator obtulit se probaturum, & iudex contempsit, processus est nullus, quasi per iudicem steterit, quo minus fiat, aliàs secus, allegat. c. interposita. extra de app. Et vltra dicit, ꝙ remanet etiam parti saluum ius petendæ restitutionis ex iusta causa absentiæ, C. quomo. & quan. iud. l. ab eo. ff. de in integ. restitu. l. fi. & quod ibi nota. & supradictam etiam opin. tenet Paris in tracta. sind. in verbo iudex. col. 3. versi. si iudex, vbi dicit, ꝙ si iudex procedat contra aliquẽ, quem sciebat iustè impeditum: vt quia infirmus, vel citatus ad maius tribunal, processus est nullus, allegat etiam Bart. in l. 2. ff. de custo. reo. & in d. l. quæsitum, & in l. contra. §. qui ad maius. ff. de re iudi. & istam quæstionem ponit ẽt Nellus in trac. banni. in 5. q. 3. partis primi temporis. Sed Maria. Soci. in d. c. veniens. col. 40. in prin. ver. item quæro, extra de accu. tenet, ꝙ processus non sit nullus, sed debet appellari, & talis appellatio iustificatur solùm propter repulsam exceptionum, & excusationem, nec est melius necesse probare veritatẽ exceptionis, sed reuocantur per viam attentati, vt ibi per eum, dicit etiam, ꝙ tali casu datur restitutio vt dictum est, & secundùm eũ consilium est, vt appelletur. Sed, vt vides, cõmunis opinio est, ꝙ processus sit nullus, non tamen nocebit appellare, & de nullitate dicere, quia duo vincula magis stringunt. §. affinitatis. insti. de nup. Ponit ẽt Maria. vbi sup. aliam cautelam, vt statim ꝙ quis commisit aliquod delictum, in quo non potest interuenire procurator, vt mittas eum ad remotas partes, quia poterit excusari vt supra, & si non fuerit admissus, poteris appellare & de nullitate dicere. etiam si extaret statutum, vt contumax habeatur pro confesso & conuicto, vt ibi per eum. Et sup. dictam opinionem, ꝙ quando iudex scit impedimentum, vel est notorium, & iudex procedit, processus fuit, & citatus non dicitur contumax, tenet Matt. de Affl. decisio. 29. quidam exterus. cum ibi allegatis. Et si iudex ignorabat impedimentum, & processit, datur citato restitutio, vt ibi per eum. Ad prædicta vide etiam Gandi. in trac. malefi. in rubr. vtrum procu. in malef. interue. col. 3. & Matt. de Affl. in constitu. pœnam eorum. col. 6. versicu. nonò, & Bart. in l. liberto. §. fi. ff. de neg. gest. vbi dicit, ꝙ licet causæ absentię allegatæ non impediant, quin iudex possit ferre sententiã, si tamen causæ absentiæ essent veræ, sententia esset nulla, vt ibi per eum, & ibi etiam ponit, an ille, qui allegat causas absentiæ, teneatur appellare. Ad prædicta etiam vide Bartol. in l. cum non. C. quom. & quando iud. vbi ponit consilium, vt aliquis vadat ad iudicem, & ei notificet iustam causam absentiæ, quam iudex debet audire, & sententiam retardare, & tenet Bal. in l. neque. ff. de in ius voca. & si procedit, poterit appellare, & de nullitate dicere

D. Ioan. Anto. de Nigris.

vt ſupra dictum eſt,& habet etiam reſtitutionem, vt ſupra eſt dictum,de quo etiam per Alex.in l.2.in princi.col.2.ff.
38 de in ius voc.† Et iſta nota,quia ſi iudex non bene & iuſtè procedit, non valebit poſtea foriudicatio. In qua foriudicatione ſunt quindecim requiſita. vt per Matt.de Affli. in conſtit.pœnam eorum.col.2.cum pluribus ſeq. & Thom. Gram.conſ.1.poſt deciſiones, & dixi ſup.c.ſiue quis 155.
39 ſub rub.de foriudicatione,vbi vide. ¶†Vtrum autē excuſator pro abſente ſine mandato poſſit allegare, ꝙ citatus non tenetur comparere; quia non eſt de iuriſdictione citantis, vel ꝙ accuſator, vel iudex eſt excommunicatus,& ſimilia,vide And.de Iſer.& Matt.de Affli.in conſti. edictorum.col.8.ver.tertia qō.cum ibi allegatis. ADDITIO noua. Et Tho.Gram.conſi.1.poſt deciſ.nu.40. vbi dicit, ꝙ admittitur excuſator ad allegandum cauſas abſentiæ iuris: vt quia ſit exemptus a iuriſdictione citantis, & etiam exce-
40 ptionem notoriam,quæ patet ex actis. ¶†An autem excuſator ſine mandato poſſit allegare cauſas cauſæ, & opponere exceptiones dilatorias, declinatorias, vel peremptorias.Dic ꝙ non,quia tales exceptiones debent opponi per procuratorem ſecundùm Inn. in cap.veniens. extra de accuſ.& And.de Iſer.& Matth.de Affl.in d.conſtit. edictorū. col.8.de quo etiam vide Barto.in l.pen.§.ad crimen.col.5. ff.de pub.iud. Ang. Are.in §.præterea.col.35.ver.quæritur ergo,Inſti.de excep.& per doct.in d.c.veniens.Et quas cauſas poſſit allegare talis excuſator, vide Cald. in conſ.5.de dila.& conſi. 5. de procur. vt ſupra dixi. ADDITIO noua. Sed an procurator habens mandatum admittatur ad opponēdas dilatorias exceptiones in criminalibus, & in publicis iudiciis, puta quòd libellus non procedit, vel quòd citans non eſt eius iudex, & ſic de iudicis incompetentia, & ſimilibus. Bart. in l.accuſatore.§.ad crimen.col. 5.in fi.verſi.quæro procurator.ff.de publ.iudi.tenet, ꝙ iſtæ exceptiones dilatoriæ, quæ non tangunt crimen, poſſunt opponi,puta quòd libellus non procedit,quòd citans non eſt iudex citati,quòd accuſator nō poteſt accuſare, & aliæ exceptiones dilatoriæ, quæ crimen non tangunt; quia regulariter procurator admitti debet,niſi vbi reperitur prohibitum.l.1.§.vſus.ff.de procur. Nec obſtat text. in d.§.ad crimen,quia loquitur,quando quis comparet ad aſſumendam plenam defenſionem,& examinatur, & cognoſcitur de crimine, vt ibi per Bar.& iſtam opinio.tenent Inn.Hoſti.Ioan.And.& alij in cap.licet.extra de accu.Maria. Soci. in dicto cap.veniens.col.40.verſic.tunc quæro, an ad opponendum. de accuſa. allegat etiam ita tenere ibi Anton. de Butri.& Imo.in d.§.ad crimen.& dicit, quòd hoc tenetur apud omnes communiter,vt ibi per eum.Exceptiones verò peremptorias, puta quòd accuſatus non interfecit illum, vel ꝙ accuſatus erat in loco valde remoto, adeo ꝙ impoſſibile erat accuſatum in illo loco fuiſſe, vel quòd ille mortuus erat anteriori tempore, quàm ea die, qua dicitur interfectum fuiſſe, ſecundùm quòd dicit glo. in l.is qui reus.ff.de publ.iud.& in l.1.C.qui accuſ.non poſſ. hoc caſu ſecundùm omnes non admittitur procurator ad talem exceptionem probandam, quia non debet admitti ad plenam defenſionem, ita Barto. & Imo. in d.§. ad crimen. Hoc tamen notabiliter limitat Marian.Socin. in d.c. veniens.colum.40.ver.quæritur inſuper, non procedere, quando talis exceptio eſſet notoria; tunc etiam peremptoria exceptio notoria opponi poteſt per procuratorem. Et licet aliquantulum dubitet, tamen iſta limitatio ponitur etiam per Saly. in l.reos.C.de accu. quia quando exeeptio eſt notoria, tūc iudex debet ſuperſedere in proceſſu,& reijcere accuſatorem, ne reus fatigetur ſuperinani proceſſu, gl.in l.qui cum maior.§.libertus,& §.ſi præſens.ff.de bon. lib.& Io.de Imo.in d.§.ad crimen.vbi dicit, quòd ex quo factum eſt notorium, eſt extra ordinem iuris procedendū, & videntur ceſſare huiuſmodi rigoroſæ ſolemnitates.c.ad noſtram.lo ij.extra de iureiu.Et dicit Bal.in l.1.C.quomodo & quando iud.quòd iudex ex officio ſimpliciter ſi conſtaret de calumnia accuſatoris ipſum reiicere poſſet, quia euidens calumnia habetur loco ineptitudinis libelli, vt dicit Inno.in c.1.de off.vica.& ſic non ex vi exceptionis, ſed ex vi notorii repelleretur, allegat etiam Cyn. vt ibi. Nam vbi eſt notorium, ibi non eſt diſputare, ſed diſputatum eſſe,vt notat Inn.in c.ſtatuimus.de off.deleg.Et ſufficit tantum allegare notorium.Et dicit Nellus in trac.banni. in 2. parte,quæſt.14.quòd communiter tenetur,quòd exceptio banni notoria poteſt per procuratorem admitti.Ex quibus dicta limitatio remanet vera, & defenſata,ſ.ꝙ quando eſt exceptio notoria,poteſt opponi per procuratorem, etiam ſi ſit peremptoria. Quid autem quando exceptio eſt mixta, vt quia poteſt opponi in vim dilatoriæ & peremptoriæ, an poſſit opponi per procuratorem, vide Maria.Soci.in dicto cap.veniens. colum.40.in fine cum ſeq. verſic. penu.quæritur,& ibi refert dictum Ioan.And.quòd aduocati ciuilis fori nituntur, in quantum poſſunt, opponere talem exceptionem in vim dilatoriæ, & omittunt opponere in vim peremptoriæ ad euitandum dubium, vide ibi
41 latè per eum. ¶†Sed pone, aliquis eſt citatus in cauſa criminali, comparet aliquis amicus, vel conſanguineus ad excuſandum & allegandum cauſas abſentię,an talis excuſator debeat audiri, ſi non promittit de præſentando citatum in certo termino? Breuiter conclude, quòd excuſator regulariter non debet audiri,niſi promittat de præſentando citatum in certo termino,vt tenet Bald. Pau.de Ca. Ang.Alex.& Iaſ.in rubri.ff.in ius vocan.vt eant,& colligitur ex glo.ibi,& Matt.de Affl.deci.29.quidam exterus.col. 1.& Pau.de Caſ.in l.filius.ff.qui ſatiſd. cogan.& Gandi. in trac.malefic.in rubri.vtrum procur.in malefi. interue.col.
42 3.verſus fin.verſi.ſol.d.Guid.de Suza. ¶† Limita prædicta non procedere, quando excuſator, ſeu defenſor compareret ad vnum articulum tātum, puta ad allegandum cauſas abſentiæ non autem ad plenam defenſionem, quia tūc non tenetur ſatiſdare,nec promittere de præſentando reū, vt in gl.in l.in eo.§.1.ff.de reg.iur.Bart. & alij in l.pen.§.ad crimen.ff.de pub.iudi.Alex.in l.exigendi,in prin.in ſecundo nota.C.de procu.& ita procedat, quod dicit Gandi.vbi
43 ſupra colum.2.verſus fin.cum ibi allegatis.¶† Limita ſecundò non procedere, quando quis veniret ad defenſionem apparentē ex actis,vt tenet Ang.in l.filius.ff. qui ſatiſ. cogan. Immo in his caſibus etiam inhabilis, vt minor, & mulier admitterentur ad execuſandum,vt per Alexand.in d.l.exigendi.in ſecundo nota.allegat Inno.in cap.veniens. extra de accuſa.& ibi per alios.Et ſecundùm prædicta debet etiam intelligi illud,quod dicit And.de Iſer. in d.conſtitu.edictorum, colum.4.vbi dicit, ꝙ ſi clericus comparet ad excuſandum aliquem, tenetur ſatiſdare de ſoluendo expenſas,& intereſſe in caſu, quo non probauerit, ſecus in laico,vt ibi per eum, quia intelligitur niſi ſolùm ad proponendum, ſeu allegandum cauſas abſentiæ tantum comparuiſſet, non autem ad defendendum, vt ſupra.
44 ¶† Nunquid autem pater citati abſentis, ſeu alius excuſator, vel defenſor poſſit etiam in cauſis capitalibus reum defendere,& eius innocētiam allegare.Iſta eſt longa quæſtio, & diuerſi diuerſa ſentiunt. Tamen adhærendo communi opin.& veritati dicas, quòd poteſt hoc modo comparere, ſcilicet implorare officium iudicis, qui debet veritatem inquirere, vt examinet tales teſtes & dare cedulā teſtium,& quòd eos examinet ſuper talibus,quia inueniet innocentiam citati, & ſic poterit de innocentia accuſati, ſeu inquiſiti apparere, & iudex tenetur hoc facere, vt tenet Iaſ.in l.vbi pactum.col.5.C.de tranſ. Barth.Cęp.conſ. 46.47.48.& 54.Pet.Phi.Cor.conſ.275.viſa.col.3.in 3.vol. latiſſime Hipp.in ſua prac.cri.§.ſequitur.col.pen.& fi.vbi infinitas concordantias allegat,& dicit hanc eſſe communem opi.vt ibi per eum. ADDITIO noua. Et nota,ꝙ iſta quæſtio eſt dubia propter diuerſa iura,quæ inuicē contrariari videntur, tex.in l.ſeruū quoq;.§.publicè.ff.de procu.ibi,publicè vtile eſſe, abſentes a quibuſcunq; defendi, & concordat tex.in l.reos.C.de accu. ibi,reos capitaliū criminum abſentes ēt per procuratorem defendi poſſe, quibus

bus duabus legibus contrariari videtur text. in l.pen. §.ad crimen.ff.de pub. iudi.ibi, ad crimen publici iudicij prosequendum frustra interuenit procurator: sed in hoc articulo quò ad veritatem cōclude. Aut procurator vult interuenire ad plenam defensionem, & ad onus iudicij in se suscipiendum, & non debet admitti, & ita loquitur text.in d.§.ad crimen. Aut vult interuenire tanquam nudus defensor ad ostendendum innocentiam rei, & ad iudicem informandum, vt ex illa instructione iudex veritatem inquirat, & ad allegandum causas innocentiæ, & talis admitti debet, vt d.§.publicè.quia iudex pro absente, ēt si nemo defenderet, debet innocentiam inquirere.Bar.in l.absentem. col.fi.ver.præterea.ff.de poeni. & consi.100.a domino Cyno.Cor.consi.173.3.vol.Bal.consi.426.5.vol.& consi.193. nu.37.2. vol. Cępo. consilio 20.45.47.48.& 50.Ias.in l.2. colum.3.in fi.cum sequen.versi.& aduerte, nume.7.C.qui testa.fac. pos qui dicit ista esse notanda: quia poteris euadere amicum, qui aufugit, & non audet comparere, & tenet Iacob. nouellus in trac.ad defensam, nu.10. cum seq. & Præpo.in c.1.col.2.in fi.cum seq.nu.10.8 1.q.1. Confirmantur prædicta: quia iudex ex officio etiam inquisito non petente potest & debet recipere probationes ad probandum innocentiam, vt voluit Bart.in l.1.§. siquis vltro. ff.de quæstio. & in l.si non defendatur ff.de poen. Ioan. de Ana.consi.59.visa inquisitione.colum.2.vbi etiam dicit, ꝙ talis innocentia potest probari per domesticos & personas minus idoneas, allegat Spec.in titu.de inquisi.§.1.ver. sed nunquid.& vltra prædicta vide Alex.consi.5.colum.3. primo vol.Ang.in tract.malefi.in verbo & dictus Titius se defendendo, col.5.Hipp.in l.1.§. ad quæstionem.nu. 26.ff. de quæstio.Et supradictam etiam opi. quòd tanquam nudus defensor admittatur ad ostendendum de innocentia, tenet Riccar.Malumb.& Ang.in l.filiusfa.§. veterani.ff.de procur.per gl.ibi,& in l.quos prohibet.ff.de postu. & Bart. in d.l.vbi pactum.C.de transa.Hip.consil.94.in fi.& in l.siquis ne quæstio.colū.25.ff.de quæstio.Cor.in d.consil.273. visa.col.3.in 3.vol.& consil.325.quod est vltimum consilium, in 3.volu.& Rob.Maran.in suo Specu.distin.1.num. 38.car.14.versi. quintò limita secundùm primam impressionem, vbi dicit, ꝙ quando aliquis defensorio nomine vult assistere ad instruendum iudicem, & probare causam absentiæ, & innocentiam rei absentis, ad hoc admitti debet, & latè tenet Hipp. consi.98.colum.4.cum seq.& prædicta etiam voluit Io.de Imo.in c.veniens.extra de accusa.quem ibi refert & sequitur Io.de Ana.col.7.vbi dicit, omnes doctores tenere, ꝙ in causa criminali potest interuenire informator, seu instructor de defensionibus absentis: quia ēt iudex tenetur ex se ipso informare.l.& si nō defendatur.ff.de pęn. Et ideo subdit Imo. vbi supra, se aliàs fecisse porrigi capitula iudici, & nominari testes, qui super eis poterant informare iudicem cum protestatione, ꝙ vellet super eis inquirere veritatem, cum ad id teneatur etiā nemine petente, & si hoc non faceret, poterit ei imputari in sindicatu.Et per hoc dicit Imo.vbi sup.se euasisse vnū a sententia banni, & firmat ibi Ana.& sequitur Hip.cons. 6.col.4.nu.24.& Tho.Grā.cons.1.post deci.nu.72.quæ nota, quia facient tibi honorem.

45 ¶ †Poterit tñ iudex stantibus indiciis dicere, vt compareat principalis, aliàs contra eum procedere potest tanquam cōtra contumacem, per ea quæ latè ponit Ant.Capi.decis.143.in causa Vincentij, de quo ēt per Alex.in l.fi.C.de procu & Gan.in trac. malef.in rub. vtrum procur.in malefi.interueni.col.5.Et Ang.in tracta. malefi.in verbo, qui iudex videns, col.7. Intellige vt sup.dixi, qñ tractatur de poena vltra relegationem, in qua habet locum tortura, vt in c.regni tormenta, & appareant indicia, vt dixi sup.eo.c.nu.9. Poterit ēt dicere, vt defensor promittat de præsentando, qñ vult defendere, vt sup.dictū est: non tñ propter ista poterit denegare, vt non examinet testes pro veritate indaganda, quando eius officium imploratur, vt dictum est: sed poterit testes examinare, & contra eum tanquam contra contumacem procedere.

D.Ioan. Anto.de Nigris.

46 ¶ In tex.ibi(absentia &c.) †Quot sint genera absentiarum, vide glo.notabilem in l.fin.in gl.fina.in versi. appellare.ff. de in integr.restitut. vbi dicit, quòd quinque sunt genera absentiarum. Prima est probabilis & necessaria, vt causa militiæ. Secunda est probabilis tantum, ut causa studiorum. Tertia necessaria tantum, vt causa religionis. Quarta voluntaria sine contumacia vt causa mercantiæ. Quinta est absentia voluntaria cum contumacia, de quibus vide etiam Iaso.in §. rursus. in princip. Institut. de actio.

47 † Et dicitur quis abesse ex causa probabili & necessaria, non solùm si absit causa militiæ, sed etiam si absit alia causa pro republica, puta causa legationis, similiter si absit causa infirmitatis, dicitur ex causa probabili & necessaria. Absens verò metu criminis dicitur absens ex causa necessaria sed non probabili, vt per Ias.vbi supra, & per Bal.in l.ab eo.post princip. C. quomodo & quando iudi. & pulchrè per Angel.in disputa.quæ incipit, Bononiensis quidam. in tertio & quarto dubio, vbi multa notabilia ponit. ADDITIO noua. Et vide Innoc.& alios in ca. veniens.de accusa.Saly.in d.l.reos.C.de accus.colum.5.in prin.versicu.expeditis contrariis, vbi exemplificat tres species excusationum, vt est necessaria, quæ reum impedit venire, velit, vel nolit, vt infirmitas, vinculatio seu carceratio, & similia.ff.siquis cautio.l.2.§.siquis, & de iudic.l.si prætor.§. fina. Alia est probabilis, quæ a veniendo excusat, vt itineris, vel loci suspecti, ad quam ratione inimicitiæ capitalis venire non cogitur, si tamen venire vellet, posset, sed cū incommodo, vt ff.ad Tre.l.sed sciendum.§. 1.cum sequen.no.glo.in l.sed exigendi.§.fi.ff.ne quis eum qui in ius vocan.est vi exi. Alia est merè voluntaria, quæ non ab extrinseco dependet, sed a mera voluntate citati, puta non venit, ex quo constat iudicem non esse suum, & dicitur merè voluntaria, quia reus posset, si vult, prorogare eius iurisdictionem, vt ibi per Salyc.

48 ¶ †Quis autem dicatur absens, vide text. & glo. optimè declarantem in l. absentem.ff.de verb.signifi.& dicitur absens, qui est extra continentia vrbis, & qui non est in loco, in quo petitur, & qui ab hostibus detinetur, absens dicitur, & qui est vltra mare, vt ibi in text.

49 ¶ † Quid si aliquis gerat magistratum extra prouinciam, an dicatur abesse causa reipublicę, & dicatur iusta absentia? Dicas quòd sic, vt tenet Lucas de Pen.in l.apparitioni.col.fi.C.de appari.lib.12.Et ibi in fine hoc limitat, nisi causa sui commodi abesset, & non coactus, vt ibi per eum. Et iste deseruiunt tam respectu præscriptionis, quia absens causa reipublicæ habet restitutionem in integrum.l.fi.ff.de in integr.restit.& ff.ex quiqus cau.maio.l. item qui rem, & l.sed si per prætorem.§. idem puto.ibi, ex qualibet prouincia euocatus.Et etiā operatur, quando citatur respectu iustæ absentiæ, quando excusatur ab aliquo iuxta supra allegatum ritum.item si aliquis.nu.172.in ordine meo, & dubitatur, si causa allegata est probabilis, vel iuxta, vel necessaria, de quo vide per Bald.in l.ab eo.colum.prima.C.quomodo & quando iud. Ias.in §.rursus.colum.1.insti.de actio.Matth.de Affl decisio.289. Matth.de Affl.in constitu.edictorum.nume.33.& 39. vbi ponit multas quæstiones ad materiam excusationis.Et quando dicatur causa iusta, vel non iusta excusationis, vide in dictis locis. Et de excusatione ratione infirmitatis, vide Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit. Item si aliquis, nume.176.in ordine meo, sub rubri.de excusationibus infirmorum.

50 ¶ †An autem mulier admittatur ad excusandum, & allegandum causas absentiæ, vide Saly.in l.alienam.in prin.C.de procura.qui tenet, quòd licet non admittatur ad plenam defensionem, tamen admittitur ad allegandum causas absentiæ, & ibi etiam Bald. & Ias.colum.1.& quæ dicit Abb.in cap.veniens.colum.4.versic. & vtitur similibus. extra de accusa.vbi dicit, quòd fœmina, & minor admittitur ad excusandum, vt ibi per eum.

51 ¶ †Similiter etiam clericus potest comparere ad excusandum. Andr.de Isern.& Matth.de Afflic.in constit. edictorum.colum.9.versic.septimò, allegant dicta per Inno.in

d.c.veniens.de accusa.dicit tamen Matt. vbi supra, ꝙ talis clericus tenetur satisdare de expensis, si non probauerit causas absentiæ, vt ibi per eum. Ioan. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Rex an debeat cogitare pro bono statu fidelium & pro conseruanda iustitia. 2.*

CAROLVS TERTIVS IVSTITIARIIS &c. CAP. CCXXIX.

1 SCIRE uos facimus † quòd pro bono statu fidelium regni Siciliæ, & iustitia conseruanda ordinationes nuper fecimus tenoris, & continentiæ subsequentis.

ADDITIO.

2 SCIRE. † Nota, quòd Rex debet cogitare pro bono statu fidelium & pro conseruanda iustitia. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Lex, & si post tres. ff. si quis cau. an habeat locum post litem contestatam. 3.*
2 *Renunciari an posit beneficio legis, & si post tres. 3.*
4 *Mora an posit purgari in iudicio post litem contestatam.*
5 *Testis an posit moram purgare.*
6 *Fideiussor de iudicio sisti an posit moram purgare.*

TENOR PRIMÆ ORDINATIONIS.

De purgatione moræ.

CAROLVS TERTIVS. CAP. CCXXX

1 LEGEM veterem † digestorum, Et si post tres aut quinq; pluresve dies, de iudicialis morę purgatione loquentem, ante cōtestationem litis secundùm sensus plurium intellectam, post litem ēt sic debere intelligi, declaramus, cum eadem ęquitatis ratio conclusiones varias vna terminatione recipiat, & diuersas actionis speties per dissimilitudinem non excludat. † His illud adiicimus, vt prouinciarum præsides, omnesq; iuridici, partes in iudicio comparentes ad renunciandum beneficio legis eiusdem, nec volentes recipiant, & inuoluntarios non compellant, quod si contra factum fuerit nullam efficaciam assequantur.

3 LEGEM veterem. Nota declarationem ad l. & si post tres. ff. si quis cautio. † Et no. sing. quòd legi, & si post tres. renunciari non potest, & quòd etiam post litem contestatam habeat locum, quod nota. Sebastia. de Neapo.

ADDITIO.

4 LEGEM veterem. † Nota ex isto ca. secundùm Barth. de Capua hic, ꝙ ēt post litem contestatā potest mora purgari, vide ēt in consti. regni citationis, & ibi per Andr. & Matth. & vide plenè Par. in tra. de reinte. feu. c. sequitur amodo, col. fi. car. 62. in
5 rub. purgatio morę. † An autē istud c. habeat locum in teste, vt possit moram purgare, vide in consti. in pecuniariis, & tangit hic Barth. de Capua. Et aduerte, ꝙ istud c. nec iura communia de hoc loquentia non seruantur in magna curia vicariæ, sed in aliis partibus regni bene seruantur, vt est ritus magnæ curiæ, qui incipit. Item non possunt, nu.
6 299. in ordine meo. ADDITIO noua. † Quid si aliquis fideiussit pro aliquo reo de iudicio sisti, & de præsentando sub pęna, & fideiussor requisitus vt præsentet principalē, non illico præsentauit, sed infra paucos dies, an possit detineri carceratus, & teneatur ad pęnam. Vide Tho. Gram. deci. 95. & allegat Bal. in l. 3. C. qui accu. non pos. vbi dicit, ꝙ fideiussor post moram representando reū congruo loco & tempore liberatur a pęna. C. de fideius. l. sancimus. & ff. si quis caut. l. & si post tres, & tenet Ias. in d. l. & si post tres, & tenet Pet. Bellu. in suo Spe. principū, sub rub. de officiali in car. mili. car. 153. vbi dicit, hoc ēt procedere, etiam si fuisset interpositū iuramentum, ꝙ nihilominus posset morā purgare, per not. in c. apud misericordem. 32. q. 2. cum concor. in d locis. Et vide Par. in d. trac. feu. in d. c. sequitur amodo. col. fi. vbi ponit, an in obligationibus factis penes acta curiæ habeat locum moræ purgatio, & concludit ꝙ sic, per istum tex. Et ibi ēt in col. 2. ponit, an de æquitate canonica permittatur moræ purgatio in omni casu, & tenet ꝙ sic allegat. c. suam. de pęn. & doc. in c. dilecti. de arbi. maximè quando est infra modicum tempus, vt ibi per eum. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas in iudicio an debeat esse libera.*
2 *Suspectus an debeat exire de auditorio & eius aduocati quando legitur petitio, in qua est suspectus. 4.*
3 *Decretatio petitionis facta coram suspecto an valeat.*

TENOR SECVNDÆ ORDINATIONIS.

De suspecto exeundo quando petitio legitur.

CAROLVS TERTIVS. CAP. CCXXXI.

1 VOLVNTAS † libera oportunè requiritur in actu cōsilij, quia dum impeditur libertas arbitrij recti cēsura iudicij perturbatur.
2 † Huius itaq; ordinationis ędicto præcipimus, vt quoties in auditorio regio petitio alicuius legitur, ēt domino patre nostro, seu nobis absentibus, quæ tangat curialē aliquem ibi pręsentē, statim curialis idem, & aduocatus eius auditoriū exeant, & expectent, donec ipsa petitio fuerit decretata, ne illius, qui tangitur vitanda pręsentia, titubationē consulentibus afferat, vel iudiciū prouidę rationis euertat, † ꝙ si alicu-
3 ius petulantia, vel neglectu hoc non fuerit obseruatum, decretatio petitionis eiusdē facta curiali præsente nullius sit momenti, vel roboris, & dictæ petitionis lectio in semestre spatium differatur.

VOLVNTAS libera. ¶ In tex. ibi (consilij &c.) facit C. de decu. l. quinque, libr. 10. ibi, voce libera, & quod ibi plenius scripsi. Lucas de Penna.

ADDITIO.

4 VOLVNTAS libera. † Nota, ꝙ qñ datur petitio in consilio, quę tangit aliquē curialē, ille curialis & eius aduocatus debent exire, & expectare, donec petitio fuerit decretata vt hic, & tenet hic Bart. de Capua, de qua materia suspitionis vide sup. c. prolixitatē. nu. 217. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Sigillum regium sculpitum quid significat.*
2 *Litteræ an debeant esse sigillatæ sigillo magnæ curiæ Vicariæ.*

3 Cedulæ,

3 *Cedulæ, quæ olim fiebant in magna curia an valeant.* 4.
5 *Insignia regalia quæ sint, & quid importent.*
6 *Sigillum an faciat fidem.* 9.
7 *Præsidis nomen an sit generale.*
8 *Princeps nihil frustra facere debet.*
9 *Litteræ sigillatæ an faciant fidem.*

TENOR TERTIÆ ORDINATIONIS.

De sigillo apponendo.

CAROLVS TERTIVS C. CCXXXII.

1 IN forma † sigilli regnantis duplex designatur auctoritas, vna præclaræ iustitiæ, quæ per equitatem portantem gladium aptè describitur. Alia humanæ clemētiæ, quæ per principem cum sceptro & pomo sedentem in solio figuratur, quo fit, quòd ad eiusdem sigilli custodiam, & præsidiales litteras faciendas scientium & intelligentium maior prudentia communiter eligatur. Ne igitur dictorum si gularium similitudo delitescat, & prudētis electio-
2 nis officium non frigescat. † Edicendo præscribimus, & statuendo iubemus, vt omnes nostræ litteræ sub Vicariæ, vel ducatus titulo faciendæ, eiusdem Vicariæ sigillo magno, quo vtimur, & ducali, quantum ad vniuscuiusque spectat officium, in or
3 dinata forma & debita sigillentur. † Cedulis, quæ super his fiebant hactenus tamquam minus vtilibus omnino sublatis, quòd si forte de facto fierent, illas ex nunc cassamus, & tollimus, & nullam habere decernimus roboris firmitatem.

4 IN forma sigilli. † Nota cōtra cedulas regias quotidie delatas ad magnam curiam. Sed aduertendum, quia hoc c. non videtur se extendere ad illas, sed ad cedulas aguzalis
5 vt infra patet, quia generaliter edicitur. † Quæ autem sint insignia regalia. Et quid importent, vide in prohæ. consti.
6 per glo. Seb. de Neap. ¶ In tex. ibi (sigilli) † De materia sigillorum vide plenè in Spe. de proba. §. videndum. versic. 10. & per Inno. extra. de fid. instru. c. 1. & 2 & ca. inter. ¶ In tex. ibi (præsidiales &c.) quæ spectant ad eius officium. s. Vi
7 cariatus, aut ducatus, vt subdit. † Et nota, quòd ex hoc vocat se præsidem & bene, cum hoc sit nomen generale. ff. de
8 offi. præsi. l. 1. ¶ In tex. ibi (delitescat &c.) † Nihil enim per principes faciendum est frustra, arg. 76. distin. c. huius. & ff. de vi & vi arma. l. prima, §. ait prætor. & quod ibi nota. Lucas de Penna.

ADDITIO.

9 IN forma sigilli. Ad materiam † an & quando litteris sigillatis credatur, vide Angel. Aretin. in proæ. Instit. ibi, in Nomine Domini, colum. 6. Old. consi. 184. Alexan. in l. pacta nouissima. in vltima colum. in fi. C. de pact. Imo. in clemen. 1. colum. 5. cum sequen. extra de procura. per Felyn. & alios in capit. post cessionem extra de proba. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Temeritas accusatorum qualiter puniatur.*
2 *Calumniator an solum pro euidenti calumnia puniatur.* 15. 21.
3 *Iudex omittens punire calumniatorem an puniatur.*
4 *Accusator temerarius quando dicatur.*
5 *Accusator quando dicitur esse in euidenti calumnia.*
6 *Calumnia euidens quæ dicatur.*
7 *Accusator, qui potest probare maleficium, & per pecuniam desistit, an dicatur in euidenti calumnia.*
8 *Calumniator an præsumatur, si non est in euidenti calumnia.*
9 *Testis vnus an excuset ab euidenti calumnia.*
12 *Testes reprobati an excusent a calumnia.*
11 *Obligans se ad pœnam talionis, si probat per vnum testem, vel semiplenè, an excusetur.*
12 *Probatio semiplena, quæ aliqua præsumptione eliditur, an dicatur semiplena.*
13 *Denuntians maleficium per calumniam qualiter puniatur.*
14 *Calumniator, præuaricator & tergiuersator quomodo differant.*
15 *Calumnia euidens an colligatur ex actis.*
16 *Conuinci quomodo dicatur.*
17 *Calumniantes quomodo puniantur.* 21.
18 *Expensæ, calumniator an condemnetur in expensis.*
19 *Iniuriarū an teneatur accusator, quando eius accusatio continet delictum, si non probetur.*
20 *Iniuriarum an teneatur citans aliquem in ius.*

TENOR QVARTÆ ORDINATIONIS.

De calumniatoribus.

CAROLVS TERTIVS C. CCXXXIII.

1 ACCVSATORVM † temeritas sicut tribus detegitur, sic per leges veteres obuiātibus remediis tripliciter coercetur. Sed constitutio regni Siciliæ minorauit pœnam temeritatis eiusdem, dum illam pro sola euidenti calumnia censuit irrogari. Moderna verò nouitas vltra progrediens & in hoc prouidè ordinata postponens, ex desuetudinis corruptæ neglectu, omnem quasi pœnalitatem calumniæ prætermisit. Quia igitur graue censetur & absonum sine pœna delinquere, & adinuenta prouisa ordinatione postposita præterire, edicendo præci-
2 pimus. † Vt calumniantes quoslibet deprehensos in euidenti calumnia, vel de ipsa conuictos, pœna calumniæ potestas iudiciaria feriat, & vigor disciplinæ publicæ districtè compescat (neglectu & de-
3 suetudine non obstantibus supradictis) † Quam pœnam si iudex omiserit, notetur infamia, & duarum librarum auri purissimi condemnatione mulctetur, quarum fisco medietas & reliqua parti detur. Volumus igitur, uobisque mandamus, quatenus ordinationes ipsas seruetis tenaciter, quantum ad vos pertinet, & faciatis ab aliis inuiolabiliter obseruari facientes illas ex more per decretam vobis prouinciam, per terras etiam, quæ capitaneos habeāt, prout expediens fuerit, diuulgari, dantes illas vestris successoribus alterutrum in pendenti. Data Neapoli per Bartholom. de Capua &c. Anno Domini M. CCC. XXIIII. Die 8. Februa. VII. Indictionis Regnorum domini patris nostri. Anno XV.

ACCVSATORVM temeritas. ¶ In tex. ibi (detegitur) vt l. 1. in princ. ff. ad turpil. ¶ In tex. ibi (constitutio regni &c.) vt in constitu. pœnã calumniæ posita in titulo de pœna calũ. lib. 2.
4 quæ per hoc c. renouatur, vt hic vides. ¶ † In tex. ibi (euidẽti calumnia) quo casu dicitur temerarius accusator, vt di-
5 cit tex. in allegata consti. in fi. † Et dicitur quis esse in euidenti calumnia, quando accusatus recusauit, & non probauit, vt notat glo. Mar. in d. consti. in glo. pen. Item si quis diceret, ego dabo tibi magnam brigam, licet nõ probem, arg. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus cau. in poss. ea. & no. And. de Iser. in præallega. constitu. Bar. in l. fi. ff. de
6 pub. iud. dicit. † Quòd euidens calumnia dicitur, quæ ex coniecturis & præsumptionibus patet, vt l. licet. ff. de leg. j. vbi dicitur euidens, quod ex præsumptionibus, & coniecturis patet. facit l. si quis locuples. ff. de manu. testam. Item
7 dicit Bar. in l. senatus. §. eos. ff. ad turpil. † quòd dicitur in euidenti calumnia, quando apparet euidenter, quòd accusator potest probare maleficium, & per pecuniam desistit,
8 & sic per calumniam euidentem. † Et sic per hoc cap. corriguntur omnia iura dicentia, illum, qui non probat, præsumitur calumniatum esse: nam non præsumitur nisi sit in euidenti, vt hic vides, & in d. constitut. probatur, & ibi per
9 And. ¶ † An autem vnus testis excuset a pœna euidentis calumniæ, dic ꝙ sic: vt not. Bal. in auth. generaliter. C. de epi. & cler. de quo vide per Ioan. And. in cap. cum dilecti. extra de elect. per Host. in c. fi. extra de dolo & contu. & in ca. cũ dilectus. de calum. Idem quod Io. And. tenet Specu. in tit.
10 de accu. §. fi. uersi. fin. † Item excusatur ille, qui probat per plures, licet reprobentur, de quo per Specu. in titu. de calumnia. in fi. idem dicit Ioã. And. in titu. de electio. in cap.
11 cum dilecti. † ꝙ qui expressè se obligat ad pœnam talionis probando per vnum bonum testem, vel semiplenè, nõ euitat pœnam, nec excusatur: secus si in genere se obligat. Item si quis sub pœna tenetur probare probando per vnũ bonum testem, vel semiplenè, non euitat pœnam, ita dicit glo. quæ incipit, nota. in c. j. de electio. quæ omnia sunt no-
12 tanda. † Item nota, quæ dicit Barto. in l. 1. C. qui & aduer. quos. vbi dicit, ꝙ semiplena probatio, quæ aliqua præsum
13 ptione eliditur, non est semiplena. † Item dicitur in allegato ca. cum dilectus. de calumni. ꝙ denuncians maleficiũ per calumniam extraordinariè punitur. Et quòd non solùm in accusando: sed etiam in denunciando punitur calumniator secundùm eum, ad quod accedant notata per Cyn. in l. seueriter. C. de excu. tuto. ¶ Quæ autem sit diffe-
14 rentia † inter calumniatorem, præuaricatorem, & tergiuersatorem, vide 2. q. 6. ca. nondum. & per Host. in sum. de calum. & glo. in proœ. Insti. in prin. in verbo calumnian-
15 tium, quæ omnia nota bene. Seb. de Neap. ¶ † In tex. ibi (vel de ipsa conuictos) hoc est nouum: nam secundùm consti. regni, non nisi de euidenti calumnia punitur accusator, quæ quidem euidentia colligitur ex actis, sed per hoc cap. etiam si ex actis non colligatur, si tamen accusator ex inde
16 conuincatur de calumnia, punietur. † Quomodo autem dicitur quis conuinci, vide, quod scripsi. C. de decurio. l. si ille. in verbo ecclesiæ. lib. 10. Lucas de Penna.

ADDITIO.

ACCVSATORVM temeritas. Nota secundùm
17 Bartho. de Capua hic † quomodo puniantur calum-
18 niantes, & iudices qui omiserunt. ¶ † Et de expensis, an calumniantes condemnẽtur in expensis, vide in consti. diuorum. & in cap. finem litibus. & ibi per Inno. & alios, extra de dolo & contu. & in capit. calumniam. extra de pœnis.
19 ¶ † Quærit hic Bartho. de Capua. Pone, dico aliquem falsarium, seu seruum, an si succũbam, puniar. & dicit quòd sic, allegat consti. vt dignitatum. Tu verò adde, quòd si in iudicio dicit eum falsarium, & succumbit, tenetur actione iniuriarum, quia libellus, seu accusatio continet delictum
20 vel infamiam. l. item apud. §. si quis libello. ff. de iniur. † Pro hoc facit, quia citans aliquem in ius indebitè tenetur actione iniuriarum. l. si verò. §. fina. ff. qui satisda. cog. & ibi glo & doct. Spe. in titu. de libello. conceptio. §. an actor. & non potest agere nisi prima causa finita, vt colligitur ex dictis per Io. Fab. in §. 1. Inst. de iniur. ad prædicta vide etiam Paris. in tra. sindi. in verbo iniuria, in prin. & §. 1. & in verbo accusatio, colum. 1. Illud autem, quod dicitur, quòd vocans aliquem in ius tenetur actione iniuriarum, est verum, quãdo animo inferendæ iniuriæ fecisset, vt dicit glo. in l. iniuriarum. §. idem Labeo. in verbo sententiam. & ibi Bartol. ff. de iniur. Item non procedit, si aliqua iusta causa fecisset, vel probasset saltim semiplebè, vel aliter fuisset punitus, vt dicit Par. in d. verbo iniuria. in prin. & §. 1. ¶ Circa illud
21 † quando quis dicatur in euidenti calumnia, & qualiter puniatur, & multa alia, quæ supra, ponit hic Seb. vide per Matth. de Affli. in d. consti. pœnam calumniæ. vbi latè vide ad materiam. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Prouincia Principatus consueuit esse latibulum & mansio reproborum. 7.*
2 *Inquiri an possit ex officio contra famosos latrones, disrobatores stratarum & homicidas publicè diffamatos. 4. 8.*
3 *Iusticiarius prouinciæ principatus an possit in aliqua prouincia capere malefactores, & per quot miliaria. 5. 10.*
6 *Inquiri ex officio in quibus casibus possit.*
9 *Copia repertorum an dari debeat, quando inquiritur contra famosos latrones, disrobatores stratarum.*
10 *Iurisdictio an extendatur extra territorium.*
11 *Officiales an possint capere malefactores in aliena prouincia & territorio 12.*

DE CAPIENDIS MALEfactoribus in alterius prouincia. Rubrica.

ROBERTVS &c. IVSTICIARIIS PRINCIPATVS &c.

DIV IAM & pluries ad audientiam nostram insinuatio clamo-
1 rosa produxit, † quòd in ipsa tibi decreta prouincia principatus, quæ ab antiquo & solito propter oportunitates, ac comodas siluarum & nemorum consueuit esse latibulum & mansio reproborum, non cessant latere latrunculi, qui non nunquam per cohortes, & turmas insidiantes in stratis, itinerantes disrobant, & occidunt, suntque alii homicidæ publicè diffamati, qui propter præfatum dictarum siluarum accomodum, in quo declinant, pœnam eludunt, & effugiunt, quam merentur, & hi tales alterutri dum persecutiones præsidis, & conscientiam criminis reformidant, trãsfugiunt in alterius iustitiariatus prouinciam, vt euadant. Ex his autem (vt dicitur) securitatis, & pacis fidelium status eluditur, & dum ipsi fideles tutè, seu liberè uequeunt per loca ambulare, grauiter ingemiscunt. Ad quas huiusmodi scæleritates horrẽdas cernentes, volentes accomodè singulari remedio prouidere, tibi tenore præsentium, concedimus, vsque ad nostrum beneplacitum voluntatis.
2 † Vt contra famosos tales disrobatores stratarum, & homicidas publicè diffamatos, cum tui consilio iudicis, ad inquisitionis indaginem generaliter, aut specialiter, prout melius expedire cognoueris, captionem quoque, & tomenta (Deum & iustitiam habendo

habendo

habendo præoculis) ex officio præsentium aucto-
3 ritate procedas † Tibi amplius in hac parte permisso, vt pro quærendis, & capiendis huiusmodi profugis in alterius iusticiariatus prouinciam proximam spacio miliarium quindecim per te, aut insidiatores tuos irrumpere, vel introire possit, per terminos eiusdem iusticiariatus alterius ad iurisdictionem tuam eosque reducere pro meritis puniẽdos. Data &c.

4 DIV iam, & pluries. † Nota, quòd iusticiarius potest contra disrubatores stratarum, homicidas & publicè diffamatos procedere ex officio ad inquisitionem generalem, vel specialem cũ consilio sui assessoris. ¶ In tex. ibi) amplius in hac parte per
5 misso &c.) † Nota hic casum, in quo iusticiarius suam iu-
6 risdictionem extra territorium exercet. † Et in aliis capitulis præcedentibus ponuntur casus, in quibus ex officio potest procedi, vt supra c. ab illo inchoandum. nu. 140. vsque ad c. tormenta. nume. 144. & quod ibi scripsi, & adde hic alios casus infra eo. c. habet litterarum tuarum series, non reperitur impressum. Seb. de Neapo.

ADDITIO.

7 DIV iam & pluris. † Nota ex prin. huius c. quòd prouincia principatus cõsueuit esse latibulum reprobrum propter oportunitates siluarum & nemorum, & hoc etiam experientia docet, quia continuè in ista prouincia extant exiticii & malefactores, maximè de terra mõtis Cor
8 bini. ¶ In tex. ibi (vt contra famosos tales &c.) † Nota quòd contra famosos latrones, disrobatores stratarum, & homicidas publicè diffamatos potest procedi per inquisitionem generalem & specialem, contra quos etiam proceditur iuris ordine non seruato, solum Deum habendo præ oculis,
9 vt supra c. iuris censura, nu. 223. & quæ ibi dixi. † Sed quęrit hic Barthol. de Capua. pone, quòd inquiritur contra istos famosos latrones, disrobatores stratarum, an dabitur copia repertorum, seu nominum & dictorum testium, & dicit ipse, quòd licet videatur dicendum quòd sic, per c. subiungendo. supra numero 143. & ibi dixi. tamen est speciale in istis famosis latronibus, disrobatoribus stratarum, vt non detur, sicut etiam sunt alia dicto capitulo, iuris censura. Nec obstat dictũ capitulum, subiungendo. quia loquitur, quando proceditur contra leues personas, non
10 autem contra tales famosos latrones, vt hic per eum. ¶ In tex. ibi (tibi amplius &c.) † Nota, quòd licet aliàs extra territorium iurisdictio non extendatur. l. fina. de iur. om. iudi. quòd præses in prouincia tantum habet iurisdictionem. l. præses. la 2. ff. de offi. præsi. tamen iusticiario Principatus est concessum: vt per quindecim miliaria possit in prouincia alterius prosequi, quærere & capere malefactores, & profugos, & hoc propter frequentiam malefactorum, qui in ea sunt, & propter oportunitates siluarum, quas habent malefactores, ne propterea impuniti remaneant, & sic multa permittuntur ex causa, quæ aliàs non permitterentur l. si hominem. ff. mand. quia publicè interest, ne maleficia remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. capit. vt famæ. extra de sen. excom.
11 ¶ † Sed Paris in tract. sindi. in verbo captura. §. si iudex. columna secunda, videtur intelligere, vt procedat in omnibus iusticiariis, & tenet hic etiam Sebastian.
12 ADDITIO noua. Nunquid autem† officialis vnius loci possit fugientem in alieno territorio prosequi, & capere, vide Cor. consilio 159. 2. volumine, vbi tenet quòd non quia extra territorium iurisdictio non extenditur. l. extra territorium. ff. de iur. om. iud. cap. vt animarum. §. statuto, de consti. in 6. bene facit clem. pastoralis. de re iudi. & cap. Romana. §. contrahentes. & ibi Ioan. Andr. & doct. de foro competen in 6. Ioann. Antonius de Nigris de ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Iusticia sepe negligitur, & per actus contrarios impugnatur.*
2 *Baiuli & iudices an finito tempore debeant exercere officium vsque ad aduentum successoris. 4.*
3 *Baiuli & iudices, qui non exercent officium vsque ad aduentum successoris, qualiter puniantur.*
4 *Officiales an debeant exercere officium vsque ad aduentum successoris.*
5 *Officialis, qui tenetur expectare successorem, an debeat habere salarium.*

DE BAIVLIS.

QVOD BAVLI ET IVDICES EXERceant officia eorum etiam vltra annum vsque ad aduentum successorum. Rubrica.

ROBERTVS. IVSTICIARIIS TERRÆ LABORIS &c. CAP. CCXXV.

SCIRE vos volumus, quòd nuper edictum fecimus tenoris & continentiæ subsequentis, Robertus &c. Vniuersis & singulis præsentes &c. ¶ † Ordinata iusti-
1 tia persepe negligitur, & iuris obseruantia per actus non nunquam contrarios impugnatur. Sanè habet insinuatio facta nobis, quòd indictione anni finita, dum de nouorum baiuli & iudicum electione tractatur, plerunque ipsa differtur electio, & confirmatio ponitur in suspenso. Quo fit, vt baiulos, nouique iudices de causis & litibus, pro eorum creatione non facta, cognoscere differant, & ad realis executionis exercitium
2 non procedant † Præsentis igitur nostræ ordinationis edicto præcipimus, quòd & veteris iuris sanctio prouidere videtur, vt indictione completa, antequam baiulus, & iudices noui creentur, & eorum incipiant officia exercere, baiulus, iudicesque priores, vsque ad successorum aduentum eorum, vt hactenus exercebant officia sine aliqua procrastinatione procedant. Ne moram negociis damnum afferat, & dilatio celeriter perdendæ iu-
3 stitiæ impedimenta producat. ¶ † Siquis autem contra hęc fecerit, vel venire præsumpserit, ad pœnam sex vnciarum auri teneri volumus fisci nostri compendiis applicandam. In cuius rei testimonium præsentis nostræ ordinationis scriptum exinde fieri, & pendenti maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri &c. Quocirca vobis tenore præsentium committimus & mandamus expresse, quatenus tu præsentem ordinationem ipsam per singulas terras & loca iurisdictionis tuæ, etiam si capitaneos habeant, diuulges publicè, & ex more per competentia officia facias, prout expediens fuerit, diuulgari, & deinde tam tu præsens, quàm vos alii successiuè futuri seruetis illam tenaciter, & faciatis ab aliis tuæ iurisdictioni subiectis inuiolabiliter obseruari. Dantes vobis illam alterutrum in pendenti.

ADDI-

ADDITIO.

SCIRE vos volumus. ¶ In tex. ibi (vsque ad successorum &c.) † Nota, quòd baiuli & iudi-
4 ces & alii officiales debent exercere officium vsque ad aduentum successoris, vt hic, & l.meminisse.ff.de offi.proconf.& l.1.ff.de offi.præfe.augusta.& in aut.de administra.§.fina.& est regia prag.Cæs. Maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit, prohibemus etiã vbi etiam disponitur, quòd nullus officialis deputatus ad administrationem iustitiæ possit recedere a loco vsque ad aduentum successoris, etiam si fuerit finitum tempus, nisi obtinuerit licentiam in scriptis a Vicerege, quando est officialis regius, vel a superiore, si est baronis, aliàs punitur vt ibi, & prædicta etiam tenet Paris in tract.sindi. in rub.de modo & forma sindi.in prin.Et hoc est inductum, ne mora negociis damnum afferat, & ne iustitia impediatur, vt hic, & propter vtilitatem subditorum, quia multa interim possent accidere scandala, vt ibi per Pari. vbi etiam ponit, quomodo procedit illud, quod dicitur in auctẽ. de colla. §.illud.vbi dicitur, quòd per duos dies ante aduentum successoris debet deponere officium, vide ibi per eum.

5 ADDITIO noua. ¶ † An autem officialis, qui tenetur expectare successorem, debeat habere salarium pro rata temporis, dicit quòd sic, vt tenet Lud.Rom.sing. 390. incipiẽte, lex manifestæ, & Io.de Arnono problemate.20. incipiente per capitulum. Io.Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

DE NON PROCEDENDO ex officio nisi in certis casibus. Rubrica.

ROBERTVS &c. CAP. CCXXXV.

VT delatas ad nostram audientiam sepius de processibus, qui per nonnullos præsides regni nostri Siciliæ per officium indistinctè quodãmmodo ponebantur, querimonias graues, quæ vndique profectò molestas sensibus sedaremus, nec omitteremus optima remedia circa refrenandam peruersorum audaciam ad patrãdum delicta, quin potius in puniendis eisdem, vbi facti qualitas pos-
1 set iustitiæ rigor exercendus adesset. † Præhabita pridie consulta deliberatione præuidemus, ex nũc in antea nulli prorsus ex officio fiant, præterquam in subscriptis casibus nostra limitatione rescriptis, vbi videlicet imponitur pœna mortis ciuilis, vel naturalis, aut membri abscisio, & cum in persona ecclesiastica, vel pupilli, ac viduæ flagitium est commissum, etiam super homicidiis clandestinis, vbi nullus accusator appareat, in quibus & per veterem constitutionem regni specialis permittitur in-
2 quisitio facienda. † Fidelitati itaque vestræ harum serie iubemus expresè, quatenus (præscriptis deliberatione ac prouisione diligenter attentis) seruatis tenaciter & fama deferente clamore, vt fieri consueuit, huic hactenus nnn sine eiusdem iniquæ vsurpationis abusu a processibus nostris repulsa penitus & exclusa, tam in præfatis casibus, quàm aliis quibuscunque criminibus, ex fama, & vbi accusator, seu denunciator legitimus non apparet. Præterquam in præmissis casibus iam dicta limitatione restrictis, in quibus etiam non ex prędicta forma, sed accusatore, seu denuntiatore legitimè comparente, per officium procedere nullatenus præsumant.
3 † Nos enim omnem processum per vos contra præsentem iussionem nostram fortassis habendum, irritum ex nunc fore decernimus, & inanem, vt autẽ &c. Datum &c. anno domini. 1324. die 12. mensis Iulii. septimæ Indictionis.

VT delatas. Concordat cum hoc cap. capitulum Regis Caroli Secundi editum Neapoli anno. 17. quod incipit cura nobis, supra numero 219. & vide quæ ibi scripsi. Sed melius concordat litera ne tuorum, infra nume. 237. & est litera pridem. supra nume. 218. Lucas de Penna.

ADDITIO.

4 VT delatas. † Adde, quòd de iure communi.
ADDITIO noua. Regulariter nemo sine accusatore damnatur. l.rescripto. §.siquis accusatorem. ff. de mu ne. & hon. & ibi gl. & habetur in l.2. §.si publico. ff. de adul.

Tamen

Tamen in multis casibus potest ex officio procedi per inquisitionem, de quibus latè per Gandy. in tra. malefi. in prima rub. Saly. in l. ea quidem. §. quia propter. colum. 2. cum sequen. C. de accusa. latè per Lucam de Pen. in l. si vacantia colum. 2. cum sequen. C. de bo. vacan. lib. 10. And. de Iser. Matth. in consti. hi qui. de quibus etiam vide cõcordantias, quas allegaui in c. item quòd prædicti, supra nume. 16. sub rub. nihil recipiatur pro compositione &c. & Seb. de Nea. supra c. ab illo inchoandum. nume. 140. vbi etiam ponit, in quibus casibus procedi potest de iure capitulorum regni, & Rober. Maran. in suo Speculo, in verbo inquisitio. nume. 94. cum pluribus sequen. ADDITIO noua. Vbi ponit sexagintaquatuor casus, in quibus procedi potest ex officio. Et in regno est stilus cancellariæ, vt in priuatis delictis non procedatur ex officio, sed in publicis sic, siue sit facta denuntiatio, siue non, vt dicit Thom. Gram. decisio. 37. col. fina. & sic non requiritur denunciatio, vt dicitur in isto ca. & ad materiam vide supra cap. cura nobis 219. & quæ ibi dixi, & Thom. Gram. in d. decisio. 37. colum fina. ponit, an pro iniuria possit ex officio procedi, & tenet quòd non per cap. Ioannæ Secundæ, quod incipit, statuentes, & est inter ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, hoc intellige, nisi iniuria esset illata religiosis clericis & ecclesiasticis personis, vt in hoc cap. & supra cap. de iniuriis. 149. & quæ ibi dixi, vel quando esset illata pupillis & viduis. vt in isto cap. nostro

5 ¶ † Sed per istud cap. cum sit posterius, non potest procedi, nisi in casibus, in quibus venit imponenda pœna mortis ciuilis, vel naturalis, aut membri abscisio, & cum flagitium est commissum in persona ecclesiastica, vel pupilli, ac viduæ, & in homicidiis clandestinis, vbi nullus accusator apparet, & cum isto cap. concordant duo cap. sequentia, si temporum & cap. ne tuorum. de quo dixi supra ca. pridem nume 218. & in dicto cap. ab illo inchoandum. in quibus locis vide. ADDITIO noua. Et de ista morte naturali, vel ciuili, & de pœna relegationis, & de effectibus dictarum pœnarum, vide Bald. in l. 1. colum. 3. C. de hære. inst. & ibi etiam ponit de bannitionibus, seu bannis, vide ibi latè. Et pœna relegationis saltem certo respectu est afflictiua personæ, vt dicit Cald. consi. 2. incipiente, an si Abbas. in titut. de procurato.

6 † Illud autem, quod dictum est, quòd procedi potest, quando flagitium est commissum in persona ecclesiastica pupilli, ac viduæ. Intellige quando sunt pauperes & debiles, ita quòd non habent facultatem prosequendi ad vindictam, vt dicit tex. in cap. ne tuorum. infra numero 234.

7 † Quia pupillus & vidua quando non est pauper, non hêt tale priuilegium, per ea quæ dicit Alex. in l. 1. colum. 5. circa medium. ff. sol. matri. facit cap. ex parte. B. extra de foro compe. & Alexan. consi. 121. primo volum.

8 † Similiter etiam non haberet locum in vidua luxuriosè viuente, quia amittit priuilegia viduitatis. Felyn. in capit. pastoralis. colum. 3. in fin. extra de iudi. & in ca. significantibus, extra de offi. deleg.

9 † Et ad illud, quòd quando est illata iniuria ecclesiasticæ personæ proceditur ex officio, vide, quæ dixi supra in c. de iniuriis. nume. 149. cum c. sequen. & Bald. & alios in l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cleri. & Rober. Maran. in suo Spe. in verbo inquisitio. num. 116. car.

10 51. secundùm primam impressionem. † Et an si clericus remittat iniuriam, alius possit accusare, vide Bald. & Saly. in d. l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cler. Alexan. in l. transfigere. colum. 1. & ibi per alios. C. de transf. & quæ dicit dominus meus Rober. Maran. in suo Speculo aduocatorum.

11 car. 47. ¶ Adde etiam, quòd procedi potest ex officio, quando princeps mandat officiali, vt formet inquisitionem, & procedat, de quo vide Decium in consi. 175. colum. 2. primo volum. And. de Iser. & Matth. in const. hi qui. Fran. de Are. in c. cum oporteat. extra de accusa. Hippo. consi. 78. salus omnium. colum. 3. nume. 9. & consi. 87. cum concor. in d. locis, & dominum meum Ioan. de Arno. dialogo. 84. Et ibi etiam ponũt, an debeat procedere princeps motu proprio ad taliter rescribendum. ADDITIO noua. De quo vide etiam Aug. Ari. in addi. in tra. malefi. in verbo fama publica. col. 2. & dicit Decius in d. consi. 175. col. 2. nume. 3. quod illud procedit, quando princeps assertiuè dicit sibi constaret de tali delicto, secus si commissio est facta simpliciter, vt ibi latius per eum.

12 † Similiter etiam de iure canonico potest procedi in omnibus casibus, in quibus vertitur periculum animarum, & potest impendere officium suum etiam non petenti, ita not. tenet Pet. de Ancha. consi.

13 234. casus talis est, in prin. ¶ † Est etiam aduertendum, quòd istud cap. vt delatas. non est clausum in corpore capitulorum regni, & propterea non debet seruari: quia videtur, quòd sit locale & emanatum ad supplicationem vnius de Sulmone. Sed tamen in contrarium est veritas, quia cõmuniter tenetur & allegatur vt lex generalis, & omnes ligat, vt latius per Pari. in tra. findi. in verbo inquisitio. §. & aduerte, col. 3. versi. vltimò, cum ibi allegatis.

14 ¶ † Item aduerte ad vnam aliam difficultatem circa materiam istius c. quia in isto c. videtur probari, quòd ad hoc vt possit ex officio procedi, requiritur vt denunciator, vel accusator appareat, vt in isto c. verbo si. quod etiam tangit Pari. in d. verbo inquisitio. §. & aduerte, col. 3. versus fin. Et Seb. de Neap. supra in c. ab illo inchoandum. 140. col. 4. post principium tangit istam difficultatem, & dicit, quòd per eundem Regem Robertum in fine sui obitus fuit factum aliud c. quod incipit, quidam enim noscentes principum &c. quod non reperitur impressum, in quo statuit, quòd singuli officiales habentes merum & mixtum imperium possint procedere ex officio in quibuscunque criminibus, vt ibi per eum, & & sic hoc c. diceretur esse correctum. Sed aduerte, quia si appareret allegatum c. quidam enim noscentes, allegatum per Seb. ad euitandum correctionem legum, vt l. præcipimus in fin. C. de app. posset intelligi, quòd possit in omnibus criminibus, scilicet in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abscisio, quia lex noua limitatur, & restringitur per legem antiquam. l. sciendum. & ibi glo. ff. qui satisd. cog. iuncta auct. offeratur. C. de lit. contesta. & dixi supra in c. ad hoc. 10. in rub. de fur. col. 61. nume. 159. cum duobus sequen. in 17. 18. & 19. con

15 clusione. † Item & alia ratione. d. ca. quidam enim, non obstat, quia attenta dispositione illius c. posset fieri inquisitio generalis, quæ tamen in regno est prohibita per c. Reginæ Ioannæ, quod incipit. Item quòd prædicti. infra nu. 279. & tenet Paris in tract. findi. in verbo inquisitio, in prin. col. fi.

16 in fi. † Hodie verò communiter obseruatur, quòd procedi tur ex officio in casibus, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri abscisio, & in aliis casibus in isto c. positis etiam sine accusatore, vel denuntiatore & pro hoc bene facit sequens c. si temporum alternata conditio, & c. ne tuorum. infra. 137. & est cap. Reginæ Ioannæ positum inter ritus Magnæ Curiæ, & incipit, Ioanna Secunda, versi. statuentes. & tenet Thom. Gram. decisio. 37. & supra dixi, & idem Tho. decisi. 31. col. 2. & ita seruatur, prout tenet etiam Matth. de Affli. in d. consti. hi qui. col. 5. in vndecimo nota. & D. meus Rober. Maran in suo Spec. aduocatorum, in verbo inquisito, in quarto requisito, num. 35. car. 46. & dixi supra in d. c. ab illo inchoandum, & supra in cap. pridem per diuersas. 218. Et tanto magis quando sunt concessæ litteræ arbitrariæ, inter quas est d. cap. ne tuorum. quia tunc etiam sine denunciatore, & accusatore

17 procedit in casibus prædictis. ¶ † Et licet literæ arbitrariæ essent sublatæ, quia erant concessæ ad beneplacitum, quod morte extinguitur, cap. si gratiosè. extra de rescri. in 6. tamen per nouam concessionem factam a Rege, vel Imperatore viuificantur illæ litteræ arbitrariæ, vt dicit Paris in

18 tract. findic. in verbo inquisitio. §. & aduerte, in fine. ¶ † An autem in dicto cap. corrigat consti. iusticiarii per calendas §. fragrantia. vide Pari. in dicto, verbo inquisitio. & §. & aduerte, colum. 2. circa prin. vbi etiam dicit, quòd istud cap. non habet locum in magna curia, quæ inquirit, vbi sibi videtur, nihil tamen allegat, & istud cap. loquitur generaliter

ADDITIO noua. Et per istud cap. terminatur alia quæstio. Pone, quòd aliquis intulit alicui vulnus, vel commisit

misit homicidium,& pars remisit,potest nihilominus procedi ex officio, quia licet non puniatur respectu partis remittentis.Tamen respectu reipublicæ,quæ dicitur offensa, bene punietur,secus esset,si essent solùm verba iniuriosa, & pars remisit,quia non dicitur offensa respublica,vt dicit Felyn.in c.dilecti.col.fi.versi.vnde dixit Bal.extra de excep. & vide,quæ dixi supra c.ad consultationem. 220.col. pe. & fi.supra c.ab illo inchoandum 140.& est etiam regia prag. Regis Ferdinandi,quæ incipit Ferdinandus &c.non nullis vniuersitatibus.sub rub. quòd officiales possint procedere contra delinquentes etiam parte desistente.¶ An in adulterio possit ex officio procedi non præcedente accusatione,vide And.de Iser.& Matth.de Affli.in consti.regni legũ asperitate,& ibi And.in fi.videtur velle quòd sic : quia est crimen publicum.Sed Matth.ibi colum.3.versi.vltimò quęrit,tenet,quòd non potest ex officio procedi non præcedẽte accusatione,& hoc ne connubia matrimonii fedentur l. si constãte.ff.de adul.sed si præcessit accusatio,licet postea accusator desistat,potest ex officio procedi , ita etiam dicit Thom.Gram.decisio.31.cum concor.ibi ¶ In tex. ibi(nos

19 enim omnem processum &c.)† Nota,quòd quando iudex inquirit in aliis casibus,quàm in positis in isto c. processus est nullus & irritus,& infra capitulo sequen.in fin.

ADDITIO noua . Et hoc etiam tenet Dyn. consi.38.incipiente,quod contra.colum.1.vbi dicit , quod si iudex procedit ex officio in casu, in quo non potest procedi,ex quo ad iudicis inquirentis iurisdictionem non pertinet,actus est ipso iure nullus.ff.de reg.iur. l. factum a iudice & ff.de pœn.l.2 §. fin. ff.de iniusto.testa.l. siquis exhæredato. §.quod si quis.& Matth.de Afflic. in consti.hi qui, cum concor.in d.locis.¶ † Et an de ista nullitate possit op-

20 poni etiam post litem contestatam,vide Bald.in l.licet.colum.2.C.de procura.vbi tenet quòd sic,& Thom.Gram.in uoto.24.colum. penul. & colum.fina. versi. corroboratur etiam,vbi dicit, quòd etiam post litem contestatam potest opponi,quando iudex procedit in casu, in quo de iure procedere non potest, & multo magis si talis exceptio fuerat protestata, vt in in cap. pastoralis. extra de exceptio . cum aliis ibi per eum allegatis,& Ioan.de Arno.comento.155.

ADDITIO noua . Et aduerte circa materiam huius cap.quia Matth.de Affli.in d.consti.regni,hi qui. in vndecimo nota.ponit quinque casus,in quibus ex officio procedi potest.Primò in crimine læsæ maiestatis , vt in d.consti.hi qui,& in extrauag.ad reprimendum.Secundò, quando rex mandat inquiri contra specialem personam,vt ibi. Tertiò,in manifestis & in famosis latronibus & itinerum aggressoribus,& in publicis homicidiis. Quartò , quando iudex inquirit contra socios criminis,vt ibi per And. Ponit etiam alium casum in versi.tertius,vbi dicit,quòd in criminibus notoriis potest ex officio procedi , allegat Andr. de Iser.ibi,ar.c.euidentia,& ibi Fely.& alii,extra de accus. Tamen Fel.ibi hoc limitat procedere in notorio facti permanentis , secus in notorio facti transeuntis , vt ibi per eum. Item intelligi potest in criminibus publicis , secus in delictis priuatis,vt dicit Thom.Gram.decisio.37.colum. fin & ad hoc ponderari potest.c cura nobis.supra 219.ponderando tex.ibi,publica delicta committi,quæ non sunt publicè &c.Prædicta tamen intelligi possunt,nisi iudex procederet per viam notorii,vt quia delictum esset commissum in cõspectu iudicis vt latè per Pari. in tra.sind.in verbo notoriũ. Quod intellige, quando iudex esset præsens vt iudex non vt priuata persona , per ea quæ dicit Salv. in l. ea quidem. nume.80 C.de accus.Et dicit Matth.in d.const. hi qui.col. 5.in vndecimo nota.quòd in hoc regno . potest procedi ex officio sine accusatore in casibus,vbi venit imponenda pęna mortis naturalis , vel ciuilis , aut membri abscisionis , per c.regni subiungendo,& c.ne tuorum,& in isto c.nostro & vbi iniuria esset facta personæ ecclesiasticæ,vel pupillo aut viduæ,& in homicidiis clandestinis,vbi nullus accusator apparet,& in c.si temporum alternata conditio,de qui-

21 bus etiam supra dixi. ¶ † Quid si est concessum priuilegiũ per baronem alicui vniuersitati,vt in nullo casu possit procedi ex officio contra particulares personas parte non instante,vel desistẽte accusatore,an tale priuilegium valeat? Dic, quòd non valet respectu illorum casuum , in quibus procedi potest vigore huius c.& aliorum capitulorum, & de hoc est regia prag.Regis Ferdinandi,quæ incipit.Ferdinandus &c.non nullis vniuersitatibus,sub rub. quòd officiales possint procedere contra delinquentes etiam parte

22 offensa desistente.¶ † Sed an fiscus, seu procurator fiscalis non instãte parte possit agere ad mulctam in ciuilibus, puta si testes sunt citati & non comparent,vel in similibus casibus,vide Matth.de Affli.in consti.regni, in pecuniariis in decimo nota.in secunda quæstione,nu.34. vbi tenet quod non.Similiter etiam si aliquis est obligatus sub pœna penes acta curiæ de soluendo infra certum tempus , pœna non potest exigi,nisi accusetur per partem.Matth.de Affli. decisio.3.& in consti.edictorum.colum.10.in fin. in quarta fallentia.¶ Et per ea , quæ dicuntur in isto cap. cum sequenti fuit facta regia pragmatica Regis Ferdinandi ad declarandum.† Quæ causæ dicentur criminales,& quæ ciuiles, cuius prag. tenor inferius punitur, quia non est impressa. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Causæ criminales quæ dicantur , & quæ ciuiles.* 3. 4. 7. 8. 9.

Discordia faciliter generatur inter plures dominos.

5 *Causa an dicatur criminalis , quando pœna applicatur fisco ex accusatione.*

6 *Pœna quando applicatur fisco ex delicto , an dicatur causa criminalis.*

8 *Causa pecuniaria largo modo an dicatur ciuilis.*

10 *Causæ mixtæ cognitio ad quem spectat.*

11 *Laycus si conueniendus est cum clerico , coram quo iudice conueniatur.*

12 *Iudex an possit cognoscere,si sua est iurisdictio,nec ne.*

13 *Clericus si venit a beneficio remouendus, an dicatur causa criminalis,vel ciuilis.*

14 *Testis falsum deponens coram iudice an possit ab eo puniri.*

15 *Iudex causarum ciuilium an possit punire testem,notarium vel aduocatum coram eo delinquentem.* 18.

16 *Iudex ordinarius an possit punire delinquentes coram eo.*

17 *Iudex an possit punire dicentem sibi iniuriam , & contra eum procedere.*

19 *Arbiter an possit punire testem falsum coram eo deponentem.*

20 *Punitus non sufficienter an possit iterum puniri.*

21 *Testem falsum an possit punire iudex habens merum imperium .*

22 *Clericus deponens falsum coram iudice seculari an possit puniri .*

23 *Testis laicus committens falsum coram iudice ecclesiastico an possit accusari coram layco.*

24 *Testem falsum an iudex ex officio punire possit.*

25 *Testis falsum deponens coram iudice,coram quo litigauit per errorem,an possit puniri.*

26 *Delegatus an possit punire testem coram eo falsum deponentem .*

27 *Capitaneum ad guerram quis facere possit , habens ciuilem,an habens criminalem iurisdictionem.*

28 *Domini duo si sunt in vno castro, & vnus est iniuriatus a subdito,quis possit contra eum cognoscere.*

29 *Iudices duo si sunt in loco, & vnus deliquit , an alter possit eum punire.*

Domini

30 *Domini duo si sunt in vno loco, an vnus possit alterum punire.*

31 *Præuentioni an sit locus, quando casus est mixtus, in quo vterque iudex procedere potest.*

Preuentio per quem actum inducatur, ibidem.

32 *Præuentio an inducatur per citationem inualidam.*

33 *Præuentio an habeat locum in criminalibus.*

34 *Præuentio per capturam personæ an præferatur.*

35 *Præuentio contra vnum an valeat contra alium.*

36 *Præuentio an inducatur per formationem inquisitionis, seu libelli.*

37 *Barones duo vnius castri si non possunt conueniri in regimine castri, quid erit agendum.*

38 *Pœna si fuit commutata, an spectet ad iudicem ciuilem, vel criminalem.*

39 *Salarium, quod soluit vniuersitas officiali, ad quem spectat, ad officialem ciuilium, an criminalium causarum.*

40 *Fratres habentes castrum commune, si vnus vult vendere potentiori, an hoc possit.*

41 *Licentia congregandi concilium, seu parlamentum per quem iudicem concedi debet, per ciuilem, an criminalem.*

42 *Præcedere quis debeat iudex causarum ciuilium, an criminalium.*

43 *Domini plures vnius loci an simul, vel separatim possint exercere iurisdictionem.*

44 *Barones duo si habent iurisdictionem in aliquo castro, vnus ciuilem, alter criminalem, an habens criminalem possit ponere capitaneum.*

45 *Baro habens iurisdictionem criminalem in aliquo castro an possit in muris castri arma sua depingere.*

46 *Muri ciuitatum an sint ciuium.*

47 *Muros ciuitatis violans qualiter puniatur.*

48 *Barones duo vnius castri, si vnus habet ciuilem, alter criminalem iurisdictionem, si ibi sunt nundinæ debeat portari, & affigi.*

49 *Claues castri penes quem debent reponi, quando sunt plures domini, vnus ciuilium, alter criminalium causarum.*

50 *Processus an sit nullus, si iudex cognoscit de causa, de qua cognoscere non debet.*

51 *Causa ciuilis quando dicitur, & quando criminalis.*

Actio ciuilis & criminalis an oriatur ex delicto, ibidem.

52 *Furtum, pro furto an possit agi ciuiliter & criminaliter.*

53 *Damnum, pro damno dato an possit agi ciuiliter & criminaliter.*

54 *Damnum, si exponitur querela pro damno dato, an iudex criminalis, an ciuilis cognoscere debet.*

55 *Canis si dedit damnum, an dominus possit accusari criminaliter, an agatur ciuiliter.*

56 *Culpa leuissima si interuenit, an fiat emendacio damni.*

57 *Ponens elleborum seu veratrum in aliquo loco, vel semen canapæ coctum cum sale, vt gallinæ comedentes moriantur, an puniatur.*

58 *Præuentio si non fuit facta, sed simul duo iudices cognoscere cæperunt, quid erit agendum.*

59 *Banna, si duo sunt officiales in aliquo loco, vnus ciuilium, alter criminalium causarum, & habent differentiam de bannis, quæ banna quilibet possit emanare.*

60 *Baro si habet iurisdictionem criminalem in aliquo castro, & alter ciuilem, an habens criminalem possit intitulare se dominum illius castri.*

61 *Officialis causarum ciuilium an possit portare arma, & tenere familiam armatam.*

Arma portare an possit baro, qui habet ciuilem iurisdictionem, ibidem.

Arma portare an possint ad uenandum ad apros, vrsos & lupos, ibidem.

Arma portare quibus casibus liceat, ibidem.

62 *Arma portantes per quem iudicem puniri possint, per habētem ciuilem, an criminalem iurisdictionem.*

PRAGMATICA REGIS FERDINANDI declaratoria, quæ dicantur causæ criminales, & quæ ciuiles. Rubrica.

DE CAVSIS CRIMINALIBVS ET ciuilibus.

FERDINANDVS DEI GRATIA REX Aragonum &c.

ILLVSTRI Viceregi nostro Siciliæ citra farum regni præsenti, & successiuè futuro, magistro insuper iustitiario, Gubernatoribus & Auditoribus nostri Siciliæ citra farum regni, cęterisque demanialibus, vniuersis & singulis baronibus, & subditis nostris in dicto regno, & signanter Illus. don Ferdinando Duci Sancti Petri in Galatina prouinciæ Idruntinæ, eiusque locumtenenti, qui nunc est, & pro tempore fuerit, salutem & bonam voluntatem ¶ Grauiter coram maiestate nostra conquesti sunt venerabiles & deuoti religiosi rector & monachi venerabilis hospitalis Sanctæ Catherinæ nouellæ, ordinis Sancti Benedicti congregationis montis Oliueti, siti in castro Sancti Petri in Galatina, ꝙ licet dictum hospitale in casalibus Turris padularū, Aradei, & bactheol i, dicti hospitalis habeat iurisdictionem ciuilem, attamen uos & officiales vestri nitimini (prout etiam alii predecessores vestri nisi fuerunt) eam iurisdictionem ciuilem annichilare ipsi monasterio, & sibi & vobis sub colore criminalitatis applicare, volentes cognoscere de causis vt criminalibus, de quibus pęna mortis naturalis, aut ciuilis, seu membri mutilatio, principaliter infligēda omnino non venit. Quinimmo de causis leuissimis componere partes cogitis. Ita ꝙ omnes causas ciuiles facitis criminales, & occupatis eas, & continuè traxistis ad vestrum tribunal, in graue damnū & præiudiciū dicti hospitalis uos intromittitis, pro cuius parte fuit maiestati nostrę humiliter supplicatū: ut indemnitati dicti hospitalis prouidere, & declarare, quæ pertinent ad iurisdictionē criminalē, & q̄ ad ciuilē, & dictū hospitale a litigiis & calūniis p̄seruare de nostra solita benignitate dignaremur. Nosque dicta supplicatione suscepta, uolentes tā pium & sanctum hospitale, illiusque rectores & monachos, ac officiales ab oppressionibus & litigiis præseruare, ut diuino cultui quietè inseruire possint. Tenore præsentiū, de certa nostra scientia, deliberatè, & cōsultò, ut Rex, & dominus, ad quem spectat unicuiq;, quod suū est reddere, & distinctiones facere inter ciuile, & criminale dominiū, & tri

 bunal,

bunal, vt omnis contentio cesset, & de medio tollatur, cum assistentia nostri sacri consilii. Declaramus omnes casus, culpas, & crimina, pro quibus pœna mortis naturalis, seu ciuilis, vel membri mutilatio principaliter infligenda non venit, pertinere ad iurisdictionem ciuilem, & per consequens ad ipsum hospitale, & eius officiales. In quibus verò mortis naturalis, aut ciuilis, seu membri mutilatio principaliter veniret imponenda, declaramus ad iurisdictionem criminalem, & ad vestrum tribunal spectare & pertinere. Quare vobis & vestrum vnicuique, ad quem spectat, dicimus & districtè præcipiendo mandamus, sub pœna vnciarum auri mille adiecta, quatenus in casibus, & delictis, in quibus pœna mortis ciuilis, vel naturalis, seu membri mutilatio principaliter infligenda non veniret, minimè vos, seu officiales vestri intromittatis, seu intromittant, sed eos & ea ad officialem dicti hospitalis, & dictos officiales componēdi puniendos relinquatis, & dimittatis. Contrarium nullatenus tentaturi ratione aliqua, seu causa, si præterire & indignationis nostræ incursum, pœnam impositā, & alias pęnas, tam amissionis iurisdictionis criminalis, quàm alias arbitrio nostro reseruatas cupitis euitare. Auferentes a vobis, & a quolibet vestrum contrarium faciente potestatem cum nullitatis decreto. Datum in Ciuitate Segobiæ 15. Decembris quartæ Indictionis, Anno a Natiuitate Domini. M. D. XV.

Io el Rey.

Vidit Ficarola Regens, & Locumtenens magni camerarii.

Vidit generalis Thesaurarius.

Vidit Marcellus Regēs, & Locumtenēs prothono.

Vidit Ioannes Loysius Regens.

Dominus Rex mandauit mihi Petro de Quintana, in partibus. 9. fol. 317.

Et sunt expeditæ, exequutoriales a Vicerege Neap. Die. 23. Ianuarii. 1516.

Et originale prçsentis pragmaticç conseruatur penes venerabile monasterium montis Oliueti Ciuitatis Neapoli.

1 ET † per istam pragmaticam est sopita illa quæstio, quç quotidie occurrit inter barones, quando vnus habet ciuilem iurisdictionem, & alius habet criminalem, nam ex quo erat dubium, quæ causæ essent criminales, quæ mixtæ, & quæ ciuiles, per ea quæ latè habentur per Ias. Insti. de actio. in prin. col. 3. & per Cano. in rubri. extra de iudi. & per Barto. in l. 3. ff. de sepul. viola. Alex. consi. 28. primo volu. cum concord. in dictis locis. Et Rota in antiquis. decisio. 226. vbi dicit, quòd causa dicitur ciuilis, quando agitur ciuiliter de crimine, & de ista pragmati. facit mentionem dominus meus Io. de Arnono de Sancto Angelo Fasanellæ soliloquio 24. incipiente, pono casum, vbi vide, & ibi ponit dictam pragm. de verbo ad verbum.

ADDITIO noua. Et quoniam in aliquibus locis, barones habent distinctas iurisdictiones: quia vnus habet ciuilem, alter verò criminalem iurisdictionem, & sic iu-
2 risdictiones sunt distinctę: vt ca. nouit. extra de iudi. † Et inter plures dominos faciliter generatur discordia l. cum filius. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. Iacobi. in tra. feu. in verbo, & cum pacto, quòd de ipso feudo possint testari, colum. 6. versi. nam vtilius. Ideo pro ornamento huius pragmaticæ
3 aliquas quæstiones subnectam. ¶ † Quæro primò, quæ dicuntur causæ ciuiles, & quæ criminales, & quomodo cognoscitur iudicium ciuile a criminali? In hoc de iure communi sunt variæ opiniones. Prima opin. est, quòd ciuile iudicium sit, si ciuiliter agatur, & pœna est pecuniaria, criminale verò iudicium dicitur, quando imponitur pœna corporalis, ita dicit gloss. in l. 1. C. quando ciui. actio. præiud. cri. & sentit glo. in l. si qua per calumniam. C. de epis. & cle. & in l. q sepulchra. C. de sepul. viola. & pro ista opi. est text. in auth. sed hodie. C. de episc. & cleri. ibi, in qualibet causa criminali, vel pecuniaria, ergo apparet per illam alternatiuam, quòd causa pecuniaria non sit criminalis, & eodem modo loquendi vtitur tex. in auctēn. sed nouo iure. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & tex. in l. 1. ff. de test. & in l. 1. in prin. ff. an per alium ca. cri. agi po. cum cōcor. sed ista opi. communiter reprobatur: vt tenet Barto. in l. 3. ff. de sepul. vio. Abb. & alii in rub. extra de iudi. & ibi Decius col. pen. in prin. versicu. vltima quæstio. Nec obstant allegata in contrarium: quia etiam ꝙ pœna non sit corporalis, sed pecuniaria, causa tamen dicitur criminalis, vt probatur in l. 1. C. quando ciui. actio. præiud. crimi. vbi dicitur agi criminaliter, quando quis in iudicio publico conuenitur, & tamen pro crimine publico quandoque pecuniaria pœna imponitur, Insti. de publi. iudi. in princ. & §. item lex Iulia de vi. iuncta d. l. 1. C. quando ciui. actio. vt per Dec. ubi supra. Et ex hoc infertur, quòd si ex forma statuti pro homicidio imponitur pęna pecuniaria, ꝙ nihilominus causa dicitur criminalis per ea, quæ dicit Dec. vbi supra, & tenet Andr. Barba in c. testimonium. in 2. parte, col. 12. in fi. versi. potest sic distingui, extra de testi. Secunda fuit opi. ꝙ vbicunque agitur de crimine, causa dicatur criminalis, sed vbi nō agitur de crimina, causa dicatur ciuilis; vt sentit glo. in l. lege Cornelia, in prin. in verbo eorum. ff. de iniur. & istam opi. dicit esse communem & menti tenendam Andr. Barba. in d. c. testimonium. de testi. in 2. parte, col. 12. circa prin. versi. tertia opinio. Sed Barto. in d. l. lex Cornelia. reprobat illam glo. per tex. in l. prætor ait. §. 1. eo. titu. de iniur. & contra dictam opin. tenet etiam Abb. in d. rub. de iudi. allegat tex. in cap. tuæ. de procura. ibi, & si de crimine agatur, non tamē criminalis est, & idem dicitur in c. per tuas, circa fin. extra de simo & in c. super his. in fin. de accusa. & tex. in l. fi. ff. de furt. vbi pro furto agitur ciuiliter & criminaliter. Sed Decius in d. rub. colum. penul. dicit, ꝙ propriè loquendo non procedit ista secunda opinio, sed impropriè, & largo modo videtur, quòd si agatur de crimine, ergo est causa criminali, sed hoc largo modo, vt dictum est, & non alias. Tertia fuit opinio, quam videtur sentire glo. in capit. illud 23. distinctio. & ibi D. Præpo. colum. secun. post medium versicu. item obstat, vbi dicit, quòd causa ciuilis dicitur, in qua potest interuenire procurator, & criminalis dicitur, in qua non potest interuenire procurator, allegat, quæ habentur in capit. veniens. de accusa. & in capitu. tuę. de procura. & in l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. Sed contra istam opin. adducitur glo. & Bart. in l. 3. ff. de sepul. viol. quem communiter sequuntur docto. vbi tenet, quòd quando pęna applicatur fisco, etiam si sit pecuniaria, dicitur criminalis, & in tali crimine potest interuenire procurator: quia quando pœna non excedit relegationem, potest procurator interuenire, vt concludunt docto. in d. capitu. veniens, & in d. §. ad crimen. & Gandi. in tracta. maleficiorum. sub rubri. vtrum procura. possit interueni. in crimin. & tamen causa dicitur criminalis, vt dictum est. Quarta fuit opinio. Dominorum de Rota decisio. 226. in antiquis, vbi dicunt, quòd causa dicitur ciuilis, quando agitur de crimine ciuiliter, & ista non est generalis, sed in casu suo bene loquitur. Et tunc dicitur agi ciuiliter, quando illud, quod petitur, vel etiam ipsa pœna est applicanda parti: secus si esset applicanda fisco: quia tunc diceretur criminalis, gloss. & Barto. in l. 3. ff. de sepul. uiol. Ias. Institu. de actio. in princ. col. 3. versic. & est sciendum, Ange. Aret. in trac. malefi. in uerbo, saluo semper, in prin.

prin.cum concord.in d. locis, & clarius dicas, ꝙ quando agitur, vt aliquid detur, dicitur ciuiliter agi, quando verò petitur, vt accusatus puniatur: tũc dicitur criminaliter agi, glo. Insti. de pub. iudi. in princ. in verbo simile. Quinta fuit opi. Abb. in d. rub. de iudi. vbi dicit, ꝙ tunc propriè agitur criminaliter directa via, quando crimen deducitur in iudicium, vt puniatur acrius, quàm potest etiam vt imponatur pœna ordinaria, siue pęna applicetur fisco, siue parti, quia debemus considerare illud, quod principaliter agitur, & non illud, quod deducitur in consequentiam l. 1. & l. quod dicimus. ff. de custo. reo. si uerò crimen non deducitur directa via, vt dictum est, tunc dicitur agi ciuiliter: quia non agitur ad pœnam ordinariam principaliter, sed accidentaliter, & tunc semper iudicium dicitur ciuile, etiam si pęna applicetur fisco, vt ibi latius per eum. Sed ista doctri. Abb. communiter reprobatur per docto. ibi, vt tenet ibi Franc. Are. colum. fi. & alii ibi: quia quando agitur de commodo priuato, iudicium est ciuile l. infamem. in vltimo responso. ff. de pub. iudi. & bene facit tex. in l. qui senatus. ff. de iniur. vnde opi. Abb. est contra naturam attributam a legibus s. quòd vbi pœna applicatur parti, & principaliter agitur ad ipsam, quòd iudicium sit criminale, & sic primum membrum Abb. non est verum. Minimè etiam est verum secundum membrum, dum dixit, ꝙ si pœna uenit applicanda fisco, dummodo non sit ordinata pœna delicti, dicitur agi ciuiliter: quia hoc est contra tex. in l. diuus in princ. ff. ad leg. Corn. de fal. vbi patet, quòd si testis commisit falsum coram iudice, qui habet iurisdictionem ciuilem, & non criminalem, non potest extra ordinem, & accidentaliter pœna delicti punire testem, sed debet remitti ad iudicem criminalem, vt ibi declarat Bar. ergo patet, quòd vbi imponitur pœna extraordinaria officio iudicis iudicium est criminaliter, & non ciuile, ita dicit Aret. in d. rub. de iudi. columna fina. De illo tamen articulo, an iudex causarum ciuilium possit punire testem dicentem falsum coram eo, dic ut in l. nullum. C. de testi. & per Anto. de Butri. in c. 1. de cri. fal. & forte infra dicetur. Sexta opin. est, quam posuit glo. in l. 3. in prin. in verbo aureorum centum. ff. de
4 sepul. viola. quæ voluit † quòd tunc dicitur agi ciuiliter, quando illud, quod petitur, vel etiam ipsa pœna est applicanda parti. Si verò pœna sit applicanda fisco, dicitur criminalis, quantumcunque pœna sit pecuniaria, & dictam glo. sequitur ibi Barto. & Cyn. & Bald. in l. siqua per calumniam. in princ. C. de episc. & cleri. Innocen. in rubri. de pub. iudi. Innocen. & Anto. de Butri. in capi. qualiter & quando, el 2. extra de accusa. & Anto. de Butri. & alii in d. rubri. extra iudi. & ista est communis opin. vt dicit Fran. de Are. in d rubri. colum. penul. versic. in secunda quæstione, & eam etiam dicit communem Decius in d. rubri. colum. pen. versic. tertiam opinio. & idem Dec. in l. is apud quem, colum. 9. in princ. nume. 41. versi. & retenta, vbi dicit, hanc esse communem, & tenet Ias. Insti. de actio. in prin. colum. 3. versic. & est sciendum. cum concord. in d. locis, & istam dicit communem Andr. Barba. in ca. testimonium. colum. 11. circa fi. vers. quando autem. de testi. & bene facit, quod dicit Bar. in l. agraria. de termi. mo. & in l. causas, vel lites. C. de transf. cum concord. in d. locis, & tenet Ioan. de Ana. consi. 21. num. 5. Sed And. Barb. in d. rubr. de iudi. & in d. capi. testimonium, in secunda parte, col. 12. in fi. versi. adde ẽt contra communem, allegat glo. in ca. decernimus. de iudi. quæ parum facit, allegat etiam tex. in l. Caius. ff. ad Sille. & dicit, quòd per illum tex. confunditur communis opin. ibi cum sit pecuniaria, vbi probatur, ꝙ causa contra hæredes occisi, qui non vindicauerunt necem defuncti occisi, dicitur causa pecuniaria, vt ibi, & sic non criminalis. & licet prima facie ille tex. videatur vrgere, tamen rectè considerando non obstat, quia contra hæredem, qui fuit negligens in vindicando necem defuncti, competit ciuilis actio fisco ad auferendũ bona ab illo hærede tanquam ab indigno, & competit fisco petitio hæreditatis contra hæredem ingratum l. 1. & ibi Bal. in tertio nota. de his quib. vt indig. q̃a bona ab eo tanquã indigno auferuntur d. l. 1. & l. cum fratrẽ. & l. sororem. C. de his quib. vt indig. In l. hæredem. ff. de his quib. vt indig. vnde cum per fiscum agatur ciuili actione cõtra hæredẽ, meritò dicitur causa ciuilis & pecuniaria in d. l. Caius: quia quando aliquid petitur dari, dr̃ iudiciũ ciuile, quando verò petitur puniri, dicitur iudiciũ criminali, vt dicit glo. Insti. de pub. iud. in prin. & supra dixi. & sic ille tex. qui loquitur de actione ciuili nõ obstat: quia ibi ciuiliter agitur, vt dictum est, vel dici potest, vt dicit Dec. in d. rub. de iudi. col. pen. versi. 2. contra, ꝙ tex. in d. l. Caius non dicit causam ciuilẽ, sed pecuniariam, & tñ pęna pecuniaria, q̃n applicatur fisco, dicitur criminalis, vt dictum est.

5 ¶ † Limitat tñ prædicta Ias. Inst. de actio. in prin. col. 3. ver sic. intelligite, vt procedant q̃n pœna est applicanda fisco ex accusatione, tunc dr̃ causa criminalis, secus si aliqua actio intentetur nomine fisci, puta petitio hærediatis: quia tunc dr̃ esse causa ciuilis secundũ Bar. in d. l. 3. ad fi. princ. per l. 1. C. de peti. hære. cũ aliis ibi allegatis, vt dicit Ias. vbi supra. Aduerte tñ, ꝙ non dicit de inquisitione: quia licet iudicium inquisitionis non sit ita durum, sicut iudiciũ accusationis, vt dicit Are. in d. rub. extra de iudi. col. pen. versi. pro his. Tñ etiam vbi imponitur pœna extraordinaria ex officio iudicis dr̃ iudicium criminale & nõ ciuile, secundũ Fran. de Are. vbi supra. & sic non solũ proceditur ex accusatione dr̃ iudicium criminale, sed etiam q̃n proceditur ex officio per inquisitionẽ iudiciũ dicitur criminale: quia finis respicit pœnam, vt dicit Dec. in d. rub. in finalibus verbis, sed q̃n intentatur aliqua actio, & non accusatio, vel in-
6 quisitio: tunc dr̃ ciuile, vt dicit Ias. vbi supra. ¶ † Item dictam communẽ opi. intellige procedere, q̃n pœna, quæ applicatur fisco, venit ex delicto, tunc dr̃ criminalis, secus si veniret ex aliquo contractu: ut tenet Rob. Mar. in suo Spe. in quarta parte prima distin. nu. 27. ver. & in quantum, car.
7 14. secundùm primam impressionem. ¶ † Dicit etiam Iaco. Butri in l. causas, vel lites. C. de transa. vbi eleganter loquitur, & deuenit in hanc conclusionem, † ꝙ causa ciuilis est, cuius finis est commodum partis & interesse priuatũ, causa criminalis est, cuius finis est interesse publicũ: quia publicè interest, ne maleficia remaneant impunita l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. c. vt famè. de sen. excom. Causa mixta dicitur, quæ participat de vtroque s. de ciuili & criminali, & ideo concludit, ꝙ ubi pęna applicatur fisco, causa dr̃ criminalis; quia ita intenditur vindicta publica per pœnam pecuniariam, sicut per pœnam corporalem afflictiuam, seu per pœnam infamiæ. allegat d. l. 3. de sepul. viol. Si verò pęna applicatur parti, dicitur esse causa ciuilis: quia uertitur interesse priuatum, & ita residet Iac. But. vbi supra, & refert Andr. Barba. in d. capitu. testimonium. de testib. in secunda parte, colum. 11. in fi. de testib. & Anto. de Butr. & Decius in d. rubr. de iudi. col. fi. versi. & ideo. Et si imponitur pœna pecuniaria, quæ pro parte applicatur fisco, & prò parte parti dicitur causa mixta, vt tenet Ant. de Butr. in d. rubr. de iudi. & Ias. Insti. de actio. in prin. colum. 3. versicu. & si imponitur. Et de causa mixta etiam loquitur Præpo. in capi. 1. colum. 2. in fi. 11. quæst. 1. & tex. in capi. tuæ. de procura. ca. super his, de accus. ca. per venerabilem. ad fin. qui fil. sint legi. c. veniens, de accusa. Andr. Barba. ubi supra col. 11. ¶ Alio modo ponitur differentia
8 inter causam ciuilem & criminalem, † quia largo modo causa pecuniaria dicitur ciuilis, & causa capitalis dicitur criminalis, vt probatur in l. 2. §. diuus Adrianus. in fin. ff. de iure fisci, & colligitur ex his, quæ dicit Decius in d. l. 2. colum. 9. in princ. nume. 41. C. de eden. & Decius in d. rubri. extra de iudi. col. fin. uersi. sed dicendum est, ubi dicit, ꝙ causa pecuniaria dicitur ciuilis respectu pœnæ corporalis, quæ criminalis appellatur, & ita loquitur tex. in auth. sed hodie. C. de epis. & cleri. ibi, in qualibet causa criminali, uel pecuniaria, & tex. in auth. nouo iure. C. de pœna iud. qui malè iudi. Et sic, ut uides, multæ sunt opiniones circa discussionem, quando causa dicitur ciuilis, & quãdo criminalis, adeo ꝙ uerificatur illud, quod dicit Saly. in l. 1. col. 3. uersi.

3.verſi.ex iſta glo.C.de ſepul.viola.vbi dicit,quòd iura abutuntur his vocabulis ſecundùm diuerſam conſiderationem,nam pœna pecuniaria, quæ fiſco applicatur, poteſt dici ciuilis habito reſpectu ad pœnam corporalem, facit tex.in d.l.Caius.ff.ad Sille.& in d.l.2.§. diuus Adrianus.ff. de iure fiſci,cum aliis ſupra proximè allegatis. Et conſiderata pœna pecuniaria, quæ parti acquiritur, pœna pecuniaria,quæ fiſco debetur,dici poteſt criminalis ſecundùm Saly.vbi ſupra,& ſecundum communem opin.de qua ſupra. Quandoque etiam dicitur agi criminaliter,licet fiſco nihil debeatur c.cum quis.extra de reſti.ſolia.Et propterea dicit Dec.in d.rub.extra de iudi.col.fin.verſi. & ideo quòd non poteſt dari præcisè certa doctrina. Tamen inhærendũ eſt communi opinioni, quæ videtur minus periculoſa, vt ibi per eum. Et ibi etiam infert, ꝙ ſi agitur de priuatione officij priuati, vt de tutore, cauſa erit ciuilis,vt dicit Fran. Are.in d.rub.in fi.ſi verò agatur de priuando aliquem officio publico,diceretur agi criminaliter,vt ibi latius per Decium in fi.d.rub. cum ibi allegatis. Et prædicta procedunt de iure communi.Sed in Regno per iſtam prag.Regis Ferdinandi ſuprapoſitam alio modo conſideratur & diſponitur cauſa ciuilis a criminali.¶ Et ſupradicta omnia procedunt inſpecto iure communi, ſed in regno per ſupra poſitam regiam pragma.Regis Ferdinandi, quę incipit.Illu-
9 ſtri &c.grauiter coram &c.aliter eſt ſtatutum.† ſ.ꝙ omnes cauſæ, culpæ, & crimina, pro quibus principaliter venit imponenda pœna mortis naturalis, ſeu ciuilis, vel membri mutilatio, ſpectant ad iuriſdictionem criminalem, in quibus verò principaliter non venit imponenda pœna mortis naturalis, ſeu ciuilis, vel membri mutilatio pertinet ad iuriſdictionem ciuilem,& ſic omnes lites per dictam pragma.facillime poterunt terminari inſpecta pęna, quæ veniret imponenda. Et licet aliqui & minus bene voluerint, quòd illa pragma. non eſt lex generalis in regno: quia fuit facta ſuper differentia hoſpitalis Sanctæ Catherinæ ordinis Sancti Benedicti in caſtro Sancti Petri in Galatina.Tamen dicta prag. fuit facta cum aſsiſtentia ſacri conſilii,& ad declarandum,quæ ſpectant ad iudicem cauſarũ ciuiliũ, & quę ad iudicẽ cauſarũ criminaliũ, dicitur eſſe lex generalis: quia talis eſt forma condendi legem generalem l.humanum,& ibi Bal.in primo nota. C. de legi. Et ꝙ ſit lex generalis in regno patet ex alio:quia eſt directa Illuſtriſ.Viceregi regni,iuſtitiario, gubernatoribus & auditoribus regni Siciliæ, cæteriſque demanialibus ac vniuerſis & ſingulis baronibus & ſubditis Regis in dicto regno, & ſignanter Duci Sancti Petri in Galatina, quo caſu apparet, ꝙ Rex voluit eſſe legem generalem: quia vniuerſis in regno eſt directa l.leges vt generales,& ibi Bal. in prin.C. de legi.tunc enim diceretur lex ſpecialis,quando eſſet appoſi um in ea verbum concedimus, vel verbum diſpenſamus, vel aliud ſonans in relaxationem iuris communis, vt dicit Bal.in d.l.leges.circa prin.ſed nullum de prædictis eſt poſitum in d.prag.Imo potius apparent verba ſonantia in vim legis generalis, aliàs non fuiſſet directa omnibus, ſed ſolùm Duci Sancti Petri, & propterea debet vt lex generalis in regno ſeruari ſicut aliæ regiæ pragmaticæ.Et aduerte,ꝙ in d. regia prag. in fine eſt ſublata poteſtas contrarium faciendi cum nullitatis decreto,quæ nota.& iſtam prag.tanquam generalem etiam allegat dominus meus in canonibus Io.de Arnono de Sancto Angelo Faſanellæ in ſoliloquio 24.incipiente,pono caſum.Et per iſtam pragmaticam eſt ſopita in regno illa quæſtio, quæ quotidie occurrit inter barones, quando vnus habet ciuilem iuriſdictionem, & alter habet criminalem,nam ex quo erat dubium de iure communi, quæ cauſæ eſſent criminales, quæ mixtæ, & quæ ciuiles, vt ſupra dictum eſt, per iſtam pragmaticam ſunt omnia declarata. Et pro ampliatione materiæ aliquas quæſtiones de iure communi inferius ponam.
10 ¶ † Quæro, dictum eſt ſupra, quòd eſt cauſa mixta,quando venit pœna imponenda partim fiſco & partim parti,& ſic non ſolùm ad priuatam vtilitatem,ſed etiam ad publicam vtilitatem, ad quem iudicem ſpectat cognitio dictæ cauſæ,ad iudicem cauſarum ciuilium, an ad iudicem cauſarum criminalium.Alexan.conſi.82.in cauſa vertente,in fine,primo volu.tenet,quòd ſpectat ad iudicem cauſarum criminalium tamquam ad magis dignum:quia dignior eſt cauſa publica, quam priuata, & magis dignum trahit ad ſe minus dignum, vt ibi latius per Alexan. vbi etiam infert ad materiam l.tranſigere.C.de tranſa.quòd de cauſa criminali, quando non imponitur pœna ſanguinis, ſi eſt cauſa mixta partim criminalis & partim pecuniaria non eſt licita tranſactio,vt ibi per eum. ¶ Et ex prædicta etiam ratio-
11 ne infertur † ꝙ ſi eſſent conueniendi clericus & laicus ſimul in cauſa connexa & indiuidua, deberent omnes conueniri coram iudice eccleſiaſtico tanquam magis digno, ſecus ſi cauſa eſſet diuidua,vt voluit Dyn.in l.iuriſperitos. §.1.ff.de excu.tuto.& ibi Bar.Maria.Socin. in capitu.ſiquis clericos,colum.8.verſicu. decimaquinta declaratio, extra de foro compe.& Felyn.in cap.1.colum.4.de præſcrip.vbi limitat,quando cauſa eſſet diuidua:quia tunc quilibet conueniretur coram ſuo iudice,vel ſi tractaretur de cauſa ſanguinis,vt ibi per eum.Et ex eadem ratione dicit Ant.de Bu-
12 tri.in c.cæterùm.de iudi.† quòd vbi eſt dubium, an iuriſdictio ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum, vel ad ſecularem, non vterque cognoſcit,ſed maior præfertur,& maior cenſetur eccleſiaſticus, ſi concurret cum ſeculari ſecundùm eum,& ſequitur Fely.in cap.paſtoralis. colum. 2. verſicu. limitatur,extra de reſcri.ſi tamen alter præoccupat,ille cognoſcet de hoc articulo. Et ſi ambo eodem tempore cæperunt,& in cognitione non deferant, recurritur ad arbitros d.capitu.paſtoralis.in princ.niſi concurrat eccleſiaſticus & ſecularis: quia tunc eccleſiaſticus tanquam dignior pręfertur,vt dicit ibi Fel.colum.2.in fin.& iſta procedunt,quando non dubitatur de iuriſdictione.Aduerte tamen, quòd ſi eſſet dubium de iuriſdictione inter duos ad inuicem contendentes de iuriſdictione,& dubitaretur, quis ex eis poſſit cognoſcere,cuius ſit iuriſdictio,tunc neuter eorum poſſet cognoſcere,ſed ſi ſunt ordinarii, cauſa remittitur ad ſuperiorem, ſi ſunt delegati eliguntur arbitri iuris, qui de hoc cognoſcant,vt tenent Ang. Pau. de Caſt.Lud.Iaſ.in l. 2.colum.6.verſiculo ſeptimò limita. ff. ſiquis in ius vocanõ ierit.Abb.in d.c.paſtoralis.de reſcri.cum concor. in dictis locis. ¶ Sed pone, quòd Papa, vel Rex conceſſit tibi omnes cauſas ciuiles, quæ verſantur in tali caſtro, an videatur conceſiſſe cauſas pecuniarias applicandas fiſco. Bald.in d.l.ſiqua per calumniam.C.de epiſ. & cleri.tenet, quòd non: quia illæ dicuntur cauſæ criminales, & ſequitur Andr.Barb.in d. c. teſtimonium. in ſecunda parte, colum.12.verſicu. & inducit,de teſti.ſed hoc procedit inſpecto iure communi.ſecus in regno per d. pragmaticam.
13 ¶ † Quæro, ſi agitur contra clericum, vt propter aliquod crimen remoueatur a beneficio,an iſta cauſa dicatur ciuilis,vel criminalis,vide Fede.de Senis conſi.23.incipiente, Titius electus,col.2.circa prin.vbi tenet, ꝙ ſi ſit accuſatio, vt degradetur, vel deponatur propter crimẽ commiſſum: extra de accu.c.ſuper his,& c.qualiter & quando, el 2. tũc dicitur cauſa criminalis, ſed qñ agitur ſolum ad remotionem beneficii, tunc dicitur cauſa ciuilis, & ciuiliter agi de crimine,& his caſibus admittitur procurator,& laicus auditur contra clericum, vt ibi latius per eum, & ſequitur And.Barb.in d.c.teſtimonium,de teſti.in ſecunda parte, colum. 12.Et ibi plus dicunt, quòd licet in libello in tali caſu vtatur verbo accuſo,tamen non eſt accuſatio,ſed attenditur finis & concluſio,ad quem iſta accuſatio intentatur, vt ibi per eos. ¶ Quæro pro declaratione prædictorum, ſi aliquis agit de crimine ciuiliter, puta ſi de adulterio non agit ad pęnã legalẽ imponendã, ſed agitur ad ſeparationẽ thori,vel agitur,vt propter adulterium mulier priuetur dote,vel donatione propter nuptias, vt latè dixi ſupra in ca. mulier dotarium, vel ſi de furto non agitur criminaliter, ad puniendum,ſed vt reſtituatur res furata,& ſic de ſimilibus, an iſta cauſa dicatur ciuilis,& ſpectet ad iudicẽ cau-

ſarum

sarum ciuilium vel dicatur criminalis, & spectet ad iudicem causarum criminalium. Breuiter dicas, ꝙ ista causa dicitur ciuilis, vt tenet Io. And. in c. tuæ. de procura. colum. 2. versi. & hęc vera. Immo si esset mixta, sequi debet naturam ciuilis, vt per Io. And. vbi supra col. 1. versi. mixta, & ibi per
14 alios, & sic ad iudicem ciuilem spectabit. ¶ † Quæro, pone testis deposuit falsum coram iudice causarum ciuilium, dicendo testimonium falsum, vel producendo falsam cartã, an ipse iudex causarum ciuilium possit punire, an verò remitti debeat ad iudicem causarum criminalium? Bar. in l. diuus. la 2. in fine. ff. de fal. per illum tex. tenet, ꝙ ille iudex potest de tali falsitate punire, qui aliàs habet auctoritatem puniendi, aliàs debet remittere ad maiorem iudicem, istã quæstionem etiam tangit Bar. in l. siquis obrepserit. in fine. ff. ad leg. Cor. de fal. & se remittit ad ea, quæ dixit in d. l. diuus, istam etiam opi. refert Fran. de Are. in rub. extra de iudi. versus fi. licet non firmet, Inno. in c. fi. extra de pœnis, Bal. in l. fi. C. de spor. & Bal. in c. ex parte. extra de rescri. Anto. de Butr. in c. vnico, extra vt eccle. benefi. Contrariã opi.
15 † ꝙ immo iudex causarum ciuilium potest talem testem punire, tenet Bar. in l. nullum. per illum tex. C. de testi. sum mota omni fori præscriptione &c. & gl. in l. si lis. C. de fal. & ibi Bar. & Bal. & hanc partem tenet Bald. & alii in d. l. si lis, & Anto. de But. in c. verum. col. 8. de foro compe. glo. in l. quæsitum. ff. de testi. Spec. in titu. de actore. §. 1. versi. itẽ ꝙ est corruptus, per multa iura & rationes per eos allegatas. Pro ista parte bene facit, quod dicit Bar. in d. l. siquis obrepserit, circa fin. vbi dicit, ꝙ quando in actu iudiciario fit aliquod delictum coram iudice a parte, vel a notario, vel a teste, vel ab aduocato: tunc iudex ex officio potest eos punire, vt ibi per eum, & Bart. in d. l. nullum. in secunda lectu. Inno. & Abb. in c. dilectus, extra de pęnis, Bal. in d. l. nullũ. in fine tenet, quòd habet locum præuentio. Et sic vt vides in hoc articulo doctores videntur varii inter se, quid ergo dicendum in hac varietate, pro concordia facias infrascriptas conclusiones. ¶ Prima conclusio est † ꝙ iudex ordinarius potest punire delinquentes coram ipso in officio sibi commisso, puta aduocatos, procuratores, notariũ, scriptores, testes, & partes, si ad inuicem sibi dicant conuicia, vel se percuciant, ita tenent Inno. Ioan. Andr. Abb. & alii in c. dilectus. extra de pęnis, Bar. in l. siquis obrepserit. ff. ad leg. Cor. de fal. Bar. in l. nullum. in secunda lectu. C. de testi. Augu. Ari. in addi. in trac. malefi. in verbo falsario, colum. 8. uersicu. quæro, testis dixit, in addi. Hippol. in l. 1. §. præterea. colum. 6. nume. 6. ff. ad leg. Cor. de sica. cum concord. in d. locis. Et potest hoc casu iudex ex officio procedere & punire delinquentes coram ipso in officio: vt dicit Bart. in dictis locis. & Hippo. vbi supra, & Augu. Ari. &
17 alii vbi supra. ¶ † Limita dictam conclusionem non procedere, quando iudex vellet procedere & punire eũ qui dixisset, vel fecisset iudici aliquam iniuriam, vel offensam, puta si dixisset, quòd mentitur, vel quòd est asinus, & similia, vel eum percussisset, vel eius familiam, quia tunc ipse iudex non poterit eum punire, sed superior: quia nemo est iudex idoneus in sua causa. C. ne quis in sua cau. iu. l. 1. tex. in capitulo dilectus. & Innocen. Ioan. Andr. & alii extra de pœn. & tangit Bar. in dicta l. siquis obrepserit. ff. ad leg. Corn. de fal. & in l. lege Cornelia. in princ. ff. de iniur. & per Docto. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdi. omn. iudi.
18 cum concordan. ¶ Secunda conclusio est, † quòd iudex causarum ciuilium potest punire testem coram eo falsum committentem in actu: quia offendit aures iudicis, & similiter potest punire aduocatum, procuratorem, notarium, vel scribam, quando in actu iudiciario fit aliquod delictum coram eo, & potest procedere & punire ex officio d. l. nullum. C. de testib. Intellige tamen, quòd potest punire pœna extraordinaria & non uera pęna delicti: quia non haberet potestatem ordinaria pęna puniendi, ita tenet Franc. de Zampo. in l. 3. C. de condictio. ob turp. caus. Ange. in l. quoties. C. de iudi. Ange. in l. si vacantia. uersiculo sed tunc quæro. C. de bon. uacan. libr. 10. Sa-

lyn. in d. l. nullum. col. 1 Ang. Are. in tract. malefi. in verbo falsario, colum. 8. versi. quæro, testis dixit, & ibi Augu. Ari. in addi. Pet. de Ancha. consi. 173. circa primum. col. fi. versi non obstat. Hyp. in d. l. 1. §. præterea. col. pen. versic. vel potes. ff. ad leg. Cor. de Sica. de quo etiam per Abb. in ca. 1. de cri. fal. Bar. & Bal. in l. si lis. C. de fal. Ant. de But. in c. verum col. 8. de foro compe. & D. Aymo consi. 53. in fi. primo vol. & ibi etiam dicit, quòd iudex causæ ciuilis potest condennare iniuriosum diffamatorem in causa vertẽte coram ipso. Nec obstat prædictis tex. in l. diuus. la 2. & ibi Bar. ff. ad leg. Cor. de fal. quia illud intelligitur, quòd non potest punire, qui non habet imperium. i. quòd non potest imponere pœnam ordinariam delicti ille, qui non habet imperiũ, sed bene potest imponere pœnam extraordinariam, vt dicunt Doctores supra allegati, qui ita saluant Bar. a contrarietate, quia videtur contrarius in d. l. diuus. cum his, quæ
19 dicit in d. l. nullum. ¶ Limita tamen dictam conclusionem non procedere, si testis falsum deponeret coram arbitro, vel arbitratore, quia non posset talis testis ab arbitro, vel arbitratore puniri, quia non habeat imperium, sed puniri posset per iudicem competentem. l. fi. ibi aduersus eos reseruato &c. iuncta glo. C. de testi. ita tenet Ang. in d. l. si vacantia. versicu. sed tunc dubitatur, compromissum &c. & Ang. Are. in in d. tract. malefi. in verbo falsario. col. 8. versi. quæro, testis. in fin. & sequitur Hippo. in d. l. 1. §. præterea. colum. pen. versi. & ideo. ff. ad leg. Cor. de Sica. & Ias. in l. 1.
20 §. fi. col. fi. in fi. ff. de offi. eius cui mand. est iur. ¶ † An autem in casu prædicto, quando fuit extraordinariè punitus, possit iterum ab alio iudice puniri tamquam non sufficienter punitus, vide glo. & Bal. in d. l. nullum. colum. fin. cum ibi additis, & ibi Bartol. colum. fina. & Bald. in l. ancillæ. in fin. C. de fur. & in l. vbi, in fin. C. de fal. Bartol. in l. senatus. C. de accus. Par. in tract. sind. in verbo notorium. colum. penul. Et an hoc casu possit pro periurio ex officio per alium iudicem maiorem procedi, vide supra in aliis
21 capitulis, vbi dixi. ¶ † Tertia conclusio est, † quòd iudex habens merum & mixtum imperium potest punire testẽ, qui falsum deposuit in actis coram eo & alias personas, vt dictum est in alia conclusione, & potest imponere pœnam ordinariam delicti, vel extraordinariam, vt tenet gl. in d. l. nullum. C. de testi. Bartol. in d. l. diuus. la 2. ff. ad leg. Cor. de fal. Inno. in d. cap. dilectus, de pœn. & ibi per alios. Bald. in l. fina. C. de spor. Bald. in cap. ex parte. extra de rescri. Ant. de Butri. in cap. vnico, extra vt eccle. benefi. Ang. in d. l. si vacantia. C. de exa. tribu. lib. 10. Angel. Aret. in tra. malefi. in verbo falsario. colum. 8. versi. quid si testis dixit, & ibi Ari. in addi. Hippo. in d. l. 1. §. præterea, colum. pen. ff. ad leg. Cor. de Sica. cum concor. in dictis locis, & tenet Pet. de Ancha. d. consi. 173. colum. fina. versic. non obstat.
22 ¶ Illud autem, quod dictum est, quòd committens falsum in actis coram iudice potest puniri per ipsum iudicẽ † Limita non habere locum in clerico, qui commisit falsum coram iudice seculari, quia non poterit a iudice seculari puniri, & licet gl. in d. l nullum. C. de testi. teneat, ꝙ potest puniri a iudice seculari, & sequitur Aug. Ari. in addi. in tra. malefi. in verbo falsario, col. 8. uersi. quæro, testis dixit, in addi. ibi posita, & sequuntur quàm plures doctores, & sunt diuersæ opi. tamen communis opin. est, ꝙ iudex secularis nec principaliter, nec incidenter põt punire clericum coram eo falsum deponentẽ, sed remitti debet ad suũ iudicẽ, ut tenent Inno. Io. And. Ant. de But. Fely. & alii in c. uerum, de foro compe. Io. Andr. in c. at si clerici. de iudi. doctores communiter in c. dilectus. de pęn. Sal. in d. l. nullum. col. fi. uersi. quæro, an hæc lex, ubi tenet, ꝙ quando clericus deponeret falsum coram iudice ecclesiastico, etiam si esset exemptus, poterit ab eo puniri. Sed a iudice seculari puniri non poterit, & Fely. in d. c. uerum, col. 3. & supradictam opi. tenet etiam Ias. in l. 1. §. fi. col. pen. & fi. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict. & Matth. de Afflic. decisio. 230. fuit cum concord. in d. locis. & tenet Ang. Are. in d. tracta. malefi. in uerbo falsario. colum. 8. uersi. quæro, testis dixit, uide

D. Ioan. Anto. de Nigris.

tamen Fely.in d.c.verum.colum. 3. vbi ponit duas limitationes, vt ibi videre poteris. ¶ Ad vnum tamen aduerte,
23 † ꝙ si laicus commisit falsum in curia ecclesiastica, potest accusari de falso coram iudice seculari,& potest etiam curia ecclesiastica ex officio procedere: quia coram ea fuit falsitas commissa, & habet locum pręuentio, vt tenet Matth. de Afflic.decisio.216.incip.in foro Archiepiscopi,per iura ibi allegata. ¶ Nota etiam vnum circa istam materiam:
24 quia illud, quod dictum est † ꝙ iudex ex officio potest punire testem,qui falsum coram eo deposuit: quia istud intelligitur durante illa causa,in qua deposuit,aliàs finita causa non posset eum ex officio punire.sed requiritur accusatio de falso,ita tenet Inno.in c.1.extra de cri.fal. & Iaco. Butr. in l.1.C.de calumnia.& Cardi.in c.1. de calumni.& And. Barba.in addi.ad Bal.in d.l.nullum.in addi.super verbo imponendam.C.de testi. vbi dicit, ꝙ si laicus deponit falsum coram ecclesiastico,qui vult illum ex interuallo punire,ꝙ hoc non potest,allegat Iaco. Butrig. & Cardin. vbi supra.
25 ¶ † Quid si testis dixit falsum coram iudice, coram quo partes litigabant per errorem, an iudex ille talem testem punire poterit.Vide Io.And.in addi.Spec. in tit.de teste, in prin.col. 13.versic.sed quid de delegato,in addi.quæ incipit coget, vbi tenet, ꝙ si illi testes sunt de iurisdictione illius iudicis,poterit illos punire. Sin autem non sint de iurisdictione,tunc non poterit punire, de quo etiam vide Abba.in capit. 1.extra de crim. fal. ¶ In illo autem articulo.
26 † an delegatus possit punire testes coram eo falsum deponētes,in quo articulo sunt variæ opiniones,vt latè per Alexan.in l.cui iurisdictio.col.pen.versi.Item contra.num.13. ff.de iuris.omn.iudi.& ibi Ias.col.3.nu.12.& latè Ias.in l.1. §.fi.col.3.cum seq.ff.de offi. eius cui mand.est iur. de quo etiam per Abb.in cap.1.de cri.fal.versus finem per Abb.& alios in c.præterea.de offi.dele.Et in hoc articulo vera conclusio est, ꝙ delegatus potest punire testem coram eo falsum deponentem, & hoc quando eius iurisdictio impeditur,aliàs secus,per tex.in d.c.præterea.& in c.1.de offic.de leg.quia talis iudex delegatus habet modicam coerctionē c.ex literis.de offi.deleg. & ideo potest punire, vt dicit Spe. in titu.de teste,in princ.col.13.versi.Sed quid de delegato, & istam conclusionem tenet Abb.in d.c.præterea, & istam conclusionem dicit esse veram Decius ibi, qui latè disputat,& tandem concludit,eam esse veram: vt tenet ibi col.4. versi.concludendo,quia si delegatus hoc non posset,de facili per eos veritas occultaretur, & sperneretur eius iurisdictio,& istam opi.tenet glo.fi.in l.quæsitum.ff. de testi. & glo.in clem.1.in verbo iudices,de offi.deleg.Bart. in l.nullum.in tertio nota.C.de testi.Bal.in d.c.præterea,Ang.in l.fi lis.C.de fal.cum concord.allegatis per Decium vbi supra,
27 ¶ † Quæro,pone sunt duo domini in aliqua terra,& vnus habet ciuilem iurisdictionem, alter criminalem, tempore belli volunt facere capitaneum ad guerram pro custodia illius terrę.ad quem spectat ponere capitaneum. Vide Ant. Cap.decis.27.in primo dubio,vbi multa pro & contra allegat,tandem concludit, fuisse decisum, ꝙ ad Regem spe-
28 ctat ponere capitaneum ad guerram,vt ibi. ¶ † Quid si in aliqua terra,seu castro sunt duo condomini,qui habent parem iurisdictionem, & alter ex dictis dominis est iniuriatus per subditum suum, an ipse possit cognoscere de iniuria sibi illata,an verò condominus cognoscit. Dic, ꝙ dominus iniuriatus regulariter de iniuria sibi illata cognoscere non potest: quia esset iudex in causa propria,quod est prohibitum,toto titu.C.ne quis in sua cau.iudi. & tenent Innocen.Io.And.& alii in c.dilectus.de pęnis, & vide Inno.in c. ex parte,de verb.sign.& tenet Bar.in l.qui iurisdictioni.col. fi.versi.sed nunquid.ff.de iur.om.iudi.sed condominus co-
29 gnoscet.¶ † Quæro, si sunt domini,& vnus habet ciuilē,alter criminalem iurisdictionem in aliquo castro,& officialis habens ciuilem deliquit, an possit puniri per alium officialem habentem criminalem iurisdictionem, & merum & mixtum imperium. Ista quæstio fuit decisa per sacrum consilium,& fuit conclusum,quòd si officialis habens ciuilem committat delictum extra officium, potest cognoscere alter officialis habens iurisdictionem criminalem,si verò delinquat in officio & in concernentibus officium non potest cognoscere,vt concludit Anto. Capi.d.decisio.
30 27.in secundo dubio. ¶ † Quæro si in eodem castro sunt duo domini insolidum,an vnus possit punire alium delinquentem? Glo.Bar.& Bal.in l.fi.in fi.ff. de re. diui.tenet ꝙ non: quia par in parem non habet imperium l. ille a quo. §.tempestiuum.& ibi glo.ff.ad treb.ff. de arbi.l.3.§.fi. cum l.seq.cum concor.hanc opi.tenet etiam Bar.in l.inter tutores.ff.de admi.tuto.Bal.in l cætera.§.si duobus. ff. de leg.1. & in c.1.§.præterea si inter.de prohi.feu.alie.per Fed.Abb. in c.prudentiam.colum.3.nu.12.de offi.dele.Pau.de Cast. in l.receptum.ff.de iur.om.iud.Anto.Capi.decisio 27.in 3. dubio.quod tamen limita, nisi periculum esset in mora,vt dicit Ias.in l.1.col.20.nu.61.ff.de offi.eius cui mand.est iu-
31 ris. ¶ † Quid si sunt duo iudices habentes æqualem iurisdictionem,vel si vnus habet ciuilem,& alter criminalem, est casus mixtus,in quo vterque potest procedere,& est locus præuentioni,vt dicit Matth.de Affli.decisio.219.& Anto.Capi.decisio.27.col. 4.nu.11. si accideret casus, in quo alter ex eis esset inhabilis ad cognoscendum, an isto casu tota iurisdictio accrescat alteri habili. Dic ꝙ sic, vt tenet Bal.in l.1.col.fin.C.quando non peten.par.allegat tex.in l. 1.ff.de offi consul.& sequitur Anto.Capi. in d. decisio.27. nume.11.bene facit ad prędicta: quia præuentio habet locum in pari iurisdictione l.si pluribus,& ibi Ias. & doct.ff. de leg.primo.& d.l.1.ff.de offi.consul.Et bene faciunt,quæ dicit Bal.in l.Gallus.§.ille casus,col.pen. versi. Item est.ff. de lib.& posthu.vbi dicit,quòd si in ciuitate sunt duo iudices, & vnus cognoscit de quæstionibus personalibus tantum,alter de realibus tantum,si emergit quæstio mixta pariter se habens ad vtrunque,vterque cognoscit,si simul incipiunt cognoscere.Sed si vnus præuenit, ille est potior d. l.Amica.ff.de offi.consul.cum concord. ¶ Sed quæro iuxta prædicta, an præuentio inducatur per citationem verbalē, ita ꝙ ex tali citatione verbali dicatur officialis præoccupasse iurisdictionem alterius officialis? Bar. in l.sepulchri. ff de sepul.vio.tenet in effectu,quòd per citationem dicitur præoccupasse iurisdictionem l.si posteaquam.ff.de iudi.Et si impediretur per alium iudicem, posset suam iurisdictionem defendere pęnali iudicio l.1.ff. si quis ius di. non obtemp.Item interdicto vti possidetis,ut not. Bar. in l.fi ff.vti possi.ita tenet Ang. Are.in tra.malefi.in verbo iudex commisit,col.6. uersi. quæro an ex citatione. Et quòd per citationem inducatur præuentio,probat tex.in ca.proposuisti. extra de foro compe.& ibi doct.& tenet Fed.de Senis consilio 97.incipiente.quoniam, ubi ponit repetitionem d.ca. proposuisti. Et non solùm inducitur præuentio per citationem. Sed etiam inducitur præuentio per simplex mandatum extraiudiciale, ut tenet Fede. de Senis dicto consilio 97. colum. 2. uersiculo uenio ad quæstionem, & Anton. de Butr.in dicto capitulo proposuisti.Ioan.Andr.in regula
32 cum sunt partium iura. libro 6. ¶ † Illud autem quod dictum est,quòd per citationem inducitur præuentio,intelligitur de citatione legitima & ualida, secus per citationem frustratoriam & inualidam: quia per eam non inducitur præuentio, nec perpetuatur iurisdictio, ut tenet Fede.de Senis dicto consilio 97.colum.2.in princi. uersi. legitimè, & Ludo. Roma. consil. 412. incipiente, pro habenda. colum.1.uersiculo nunc ergo, cum concor.in dictis locis,& & latè Ias in l.more.colum.11.nume.70.ff.de iurisdi.omn.
33 iudi. cum ibi allegatis. ¶ † Similiter etiam in criminalibus habet locum præuentio, & inducitur talis præuentio per citationem realem, idest per capturam personæ, & talis præuentio facta per capturam præfertur iudici inquirenti ex officio: si tamen talis exceptio præuentionis non opponeretur iudici inquirenti, ualeret processus, ita tenet Bald. in auth. sed nouo iure. colum. 3.
34 uersicu. sed pone. C. de ser. fugi. ¶ † Et præuentio facta per capturam personæ, & sic citatio realis præfertur citationi

ni verbali. Adeo ꝙ si vnus iudex citauit per citationem verbalem, & alter cœpit de persona, & sic per citationem realem & personalē, talis iudex præfertur, vt tenet Ang. Aret. in d tract. malefic. in verbo, iudex commisit. col. 6. in fin. in illa quæstione, quæro, an ex citatione, & Bart. in l. 3. ff. de custo. reor. & l. 1. de pœnis, & Bart. in l. Domitianus. ad Turp. Bal. in l. 1. C. vbi de crim. agi opor. & in d. auth. sed nouo iure. C. de ser. fugit. Io. And. in cap. 1. de oblig. ad ratio. Alex. in addit. ad Bart. in l. sepulchri. ff. de sepulch. viol. Et exceptio præuentionis est dilatoria, & debet opponi ante litem contestatam. Bald. in d. auth. sed nouo iure. col. 3. C. de ser. fugit. Et talis exceptio præuentionis non potest opponi p citatum contumacem. Bart. in l. vbi cœptum. versic. quæro, dicitur hic. ff. de iudi. & in l. sepulchri. col. 3. ff. de sepul. vio. & ibi Alex. in addit. Bald. in quæstione accusatus de vi turbatiua, in quinto articulo, & vide Alexan. in l. hoc amplius. §. Celsus. ff. de dam. infec.
35 ¶ † Aduerte etiam, quòd iurisdictio præuenta contra vnum dicitur præuenta contra alios, puta si essent plures socij, immo etiam si rescriptum fuerit impetratum contra vnum & socios, si non est facta expressa declaratio eorum, non dicitur quò ad illos facta præuentio, Ang. in l. si quis postea. Innoc. in ca. pastoralis. de rescrip. Alex. in addit. ad Bart. in l. denunciasse. §. fi. ff. de adult.
36 ¶ † Et nota vnum, quòd per formam inquisitionis, vel per libelli præsentationem non dicitur præuenta, nec perpetuata iurisdictio, nisi facta citatione secundùm communem opinionem, vt latè per Alexan. & Ias. in d. l. more. col. 10. cum sequen. & maximè in versic. pro ista. num. 69. ff. de iurisdict. omn. iudic. & Felyn. in cap. relatum. colu. 3. cum sequen. extra de offic. deleg. & ibi per alios, cum concordan. in dictis locis.
37 ¶ † Sed quid si concessum est vnum castrum per Regem duobus dominis, qui non possunt simul conueniri in regimine castri, quid erit agendum. Istā quæstionem ponit Lud. Rom. in sing. 759. incipiente, sunt sub Regina, vbi refert aliquos dicere, ꝙ Rex debet facere, ꝙ alternis annis regnent, allegat glo. in ca. licet. 16. quæstio. 3. argum. l. quoties. de vsufruct. ¶ Quæro, duo sunt domini in aliquo castro, & vni sunt concessæ causæ criminales, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri abscisio, & exilij, contingit, ꝙ
38 † officiales istius domini, qui habet criminales causas, cōmutauit aliquam pœnam corporalem in pecuniariam, quæritur, ad quem spectet talis pœna pecuniaria, ad baronem, qui habet ciuilem, vel ad illum, qui habet criminalem iurisdictionem. Ista quæstio ponitur per Anto. Capi. decisio. 27. col. 4. cum sequen. in tertia quæstione principali, & concludit, quòd pœna commutata spectat ad baronem, qui habet criminalem iurisdictionem, nisi illa cōmutatio pœnæ fieret ex necessitate, vt quia suberat aliqua causa habilis ad moderandam pœnam criminalem in pecuniariam pœnam, vt ibi latius per eum. Et ibi etiam ponit, ꝙ si aliquis esset puniendus pœna pecuniaria, & propter impotentiam: quia non poterat soluere pecuniam, debebat luere in corpus, licet si posset soluere in pecunia, deberet iudicari a iudice ciuili, tamen quando soluere nō potest, iudicabitur a criminali, allegat Ange. in l. fina. ff. de offic. præfec. vig. & Ias. in l. si quis id quod. col. 9. ff. de iuris.
39 omn. iudic. ¶ † Quærit etiam Anto. Capi. in d. decisio. 27. col. 6. cum sequen. in quarto dubio, si in aliquo castro sunt duo officiales, & vnus habet ciuilem & alter criminalem iurisdictionem, & vniuersitas est solita soluere salarium, & præstare domum officiali, an tale salarium debeat diuidi inter officiales, & tenet fuisse decisum per sacrum regium consilium, ꝙ debet diuidi, & ꝙ domus assignetur officiali causarum criminalium, ex quo iudex ciuilis habebat aliam habitationem, vt ibi per eum. Et si non habent, præferetur iudex criminalium tanquam dignior, vt
40 supra dixi, nisi aliud esset de consuetudine. ¶ † Quæro, quid si sunt duo fratres, vel duo domini, qui habent castrum commune, & vnus ad æmulationem alterius vult donare partem suam alicui magno principi, an hoc possit facere. Dic ꝙ non, vt tenet Bald. in l. 1. in penult. quæstio. C. qui testam. face poss. Ias. in l. ex hoc iure col. 2. uersi. tertiò facit. ff. de iustit. & iure. Iacob. in tract. feud. in verbo de castro rubei montis, col. 3 versic. item quæro, allegat Pau. de Cast. in l. cum allegas. C. ne fis. vel respu. ¶ Sed quid si iudex non potest procedere, nisi super notorio, & processit in causa non notoria, & examinauit testes, & constat de delicto, nunquid ex ista probatione dicatur notorium, & possit procedere? Dic quòd non, vt tenet Bald. in capi. fin. col. 3. versic. modo quæro. ff. de offic. delega. & hoc nisi sit probatio per confessionem, vt ibi per Innocent. & Bald.
41 ¶ † Quæro in aliquo castro sunt duo officiales, vnus causarum ciuilium, alter criminalium. Vniuersitas vult congregare consilium, seu populum, & facere parlamentum, quo casu requiritur licentia superioris: quia rector ciuitatis, seu potestas debet conuocare consilium, vt in rubr. C. de decurio. lib. 10. & ibi Doct. & per Bart. & alios in l. nulli. ff. quod cuiusque vni. no. per Abb. & alios in ca. fi. de procura. Par. in tract. sindi. in rub. de offic. sind. cap. pone, quòd vniuersitas, & dixi supra in ca. item collatores. 15. & supra dixi in cap. grauamina. Dubitatur modò, cuius officialis licentia, & interuentus interuenire debeat causarum ciuilium, vel criminalium. Dic, ꝙ debet interuenire auctoritas, seu decretum & licentia capitanei causarum ciuilium. Si tamen in dicto consilio vellet interuenire Capitaneus, seu officialis causarum criminalium, non esset sibi deneganda assistentia in dicto consilio, ita tenet Anto. Capit. d. decisio. 27. in quinto dubio, & sic fuit in sacro consilio de
42 terminatum, vt ibi per eum. ¶ † Quæro, in aliquo castro sunt duo iudices, vnus causarum ciuilium, alter causarū criminalium, dubitatur quis præcedere debeat in consiliis & aliis locis. Pro ciuili facit: quia dominus causarum ciuilium est dominus territorij, & habet vniuersalem iurisdictionem causarum ciuilium, & quando Archiepiscopus, vel Cardinalis est in diœcesi Episcopi debet reuerentiam Episcopo in sua diœcesi, vt dicit Ioan. de Pla. in l. nihil. C. de pala. sa. larg. lib. 11. & dicit Bald. in cap. vno delegatorum. col. 3. versic. & vnum scias, extra de offic. deleg. quòd quilibet in territorio suo est maior, etiam si vnus sit Archidiaconus & alter Patriarcha, allegat, quæ habentur per glo. in l. apud eum. de manumiss. Sic ergo iudex causarum ciuilium in suo territorio est maior iudice criminali. Sed in contrarium pro iudice criminali adducitur: quia cum habeat merum & mixtum imperium, & sic habeat dignius subiectum, ipse præferri debet, nec obstat, quòd iudex ciuilis est in suo territorio: quia in illomet territorio iudex criminalis habet merum & mixtum Imperium, & sic fuit determinatum per sacrum consilium, ꝙ præferatur Capitaneus, seu iudex criminalis, vt dicit Ant. Capi. d. decisio. 27. in sexto dubio, cum concord. ibi alleg.
43 ¶ † Quæro, pone, sunt plures domini, puta plures hæredes vnius domini, & habēt simul iurisdictionem in aliquo castro, an isti possint separatim exercere iurisdictionem, an verò omnes simul debeant exercere. Vide Abb. in ca. prudentiam. columna 3. qui tenet, quòd possint separatim procedere, vtrum causa cœpta coram vno, coram eo debet finiri, vt ibi latè per eum. Hoc verum, nisi tractaretur de commodo, vel incommodo omnium sociorum: quia tunc vnus solus non posset exercere iurisdictionem sine aliis. Et sic vnus non posset relaxare mulctam, seu cōdemnationem: quia tendit ad incommodum aliorum,
44 vt ibi latius per Abb. cum ibi allegatis. ¶ † Quid autem si in aliquo castro duo barones habēt iurisdictionem, vnus ciuilem, alter criminalem, an ille, qui habet criminalem, possit ponere Capitaneum, qui cognoscat de criminalibus. Ista quæstio latè disputatur per Ant. Capi. d. deci. 27. in nono dubio, & concludit, ꝙ potest ponere Capitaneum in criminalibus, & ita fuit decisum per sacrum cōsilium, vt ibi latius per eum. ¶ Ponit etiam Anto. Capit. d. decisio.
45 27. col. penult. & fin. in decimo dubio. † An baro, qui habet in aliquo castro iurisdictionem criminalem, possit in muris,

muris, seu mœnibus illius castri depingi facere sua arma inuito domino causarum ciuilium. Dicit primò, ꝙ videtur, ꝙ non possit: quia per illam picturam videtur designari, ꝙ ille locus sit illius, cuius sunt insignia,& arma. l.qui libertatem.l.fin.§.fin.ff.de oper.publ.& Cæpo.in tra. serui.in titulo de pariete,seu muro, colum.4. dicit tamen Capicius in d.decisio. ꝙ istud dubium dependet ab eo,videlicet, dominium murorum ciuitatis an dicatur esse ciuium, an principis, an nullius. Et ꝙ dicatur esse nullius, probat tex.in l.intantum.§.sacræ. iuncta l.sanctum. §.fin. ff.de rerum diui.& §.sanctæ. Instit.de rerum diui. Et propterea dicit Bald.in l.etiam. col.3. C.de execu.rei iudic.ꝙ propter debitum ciuitatis non potest fieri executio in muris ciuitatis: quia sunt sancti,& extra commercium. dicta l.sanctum. Et muros ciuitatis violare est crimen capitale. d.l.sacr.§.fin.& l.fin.de rerum diui. Pro alia verò opinione, ꝙ muri ciuitatis dicantur esse principis, facit: quia nemo potest muros de nouo construere in aliqua terra sine licentia principis.l.opus nouum.versic.publico. ff.de ope. publi.d.l.sacra.§.penult.ff.de rerum diuisi. l.nemo potest. C.de oper.publi.& Salic.in l.per propincias.C.de ędif.pri-

46 ua. ¶ † Tertia est opinio, ꝙ muri ciuitatis sint ciuium. dicta l.prouincias. C. de ędif.priua.& l.omnes. C.de operi. publ.& tenet glo.in dicta l.per prouincias, istam opin.tenet Anto.Capit.vbi supra, licet quò ad dictorum murorũ violationem & alienationem sint sancti. Nec obstat. d. l. opus nouum.cum similibus: quia illa prohibitio, de qua in illis legibus,habet locum contra priuatum non contra vniuersitatẽ: q̃a priuato non licet attingere,vel aliquid in eis apponere, sed vniuersitati licet, vt dicit glo.in dicta l. sacra. §.fin. in verbo licet. ff. de rerum diui. & glo.in dicta l.opus.in verbo publico,& glo.in d.l.per prouincias.& gl. in dicto §.sanctæ. Instit.de rerum diui.& Boeri. deci.232. secunda parte. Et propterea Anto.Capi.in dicta decisione concludit in supradicto dubio, ꝙ ex quo muri ciuitatis sunt ciuium, si ciues volunt & permittunt, vt baro, qui habet criminalem iurisdictionẽ, possit in dictis muris arma depingi facere, non potest prohiberi a domino causarum ciuilium,& ita dicit fuisse decisum per sacrum con-

47 silium. ¶ † Illud autem, quod dictum est, ꝙ violans, seu transcendens muros ciuitatis punitur pœna capituli procedit in ciuitate Romana, sed in aliis ciuitatibus punitur pœna extraordinaria, vt tenet Azo in summa de rer.diui. Angel.Aret.Christoph.Por.& alij in dicto §.sanctæ. Insti. de rerum diui.Guil.& Bart.in l.sacra.§.fin. ff.de rerum diui.Bart.& Alber.in l.fin.de rerum diui.Nico.Boer.d.deci. 232.cum concord. Item intellige, quando tempore guerræ transcenderet muros ciuitatis, secus si tempore pacis, glo.And.de Isern.& alij in constit.regni cum satis.& Boe. dicta decisio.232.col.fina.cum concordant.in dictis locis.

48 ¶ † Quæro, in aliquo castro vnus baro habet ciuilem, alter criminalem iurisdictionem,& in loco illo sunt nundinæ,& portatur vexillum,dubitatur,quod vexillum debeat immitti, & portari, illius domini, qui habet ciuilem, an illius, qui habet criminalem. Breuiter dicas, quòd ex quo iurisdictio ciuilis cohæret territorio, & ille est dominus territorij, vexillum illius domini debet immitti & portari: quia ipse est dominus illius loci, ita tenet Anto.Cap.in dicta decisi.27.in fine.in vndecimo dubio,& dicit ita fuis-

49 se in consilio decisum per iura ibi per eum alleg. ¶ †Quid autem si sunt plures domini eiusdem castri, penes quem debent reponi claues castri. Dic, quòd debent remanere penes seniorem & maiorem natu & grandiorem.l.cum pater.§.pater pluribus,& ibi Barto.ff.de legat.2. Bald.in l. procurator. C.de eden.Pet.de Vbal.in tract.de duo.fra. in vndecima parte,quæstione 21. vbi dicit, quòd si duo fratres habent castrum commune, primogenitus debet tenere claues portarum, & sigillum, si nulla imminet suspicio. dicta l.cum pater.§.pater pluribus.& tenet Iason in l. cum quid. columna 7. in secunda lectu.num.39. ff.si cer. pet.ad prædicta vide, quæ dicit in rub.& cap.1.de maio.& obedien. Poterit etiam quilibet tenere vnam clauem diuersam ab altera pro custodia ad hoc, vt vnus sine altero non possit aperire, per ea quæ dicit Imo. in clem.1. col.6. & ibi Cardin. de hære. Sed attende,quòd prædicta loquuntur, & locum habent, quando sunt plures domini insolidum & pares, ita quòd tantum habet vnus, quantum alter. Sed in casu, quando vnus habet ciuilem iurisdictionem, & percipit redditus, fructus & introitum, & habet dominium vtile castri & eius territorij, & alter solum habet criminalem iurisdictionem de per se absolutam & nõ cohærentem territorio, prout dicit Anto.Capi.decisio.27. in nono dubio, num.36. cum multis ibi allegatis, tali casu ex quo claues sunt pars illis rei & castri, vt dicit Guil.de Cun.& Bald.in l.clauibus. ff.de contrahen.empt. tali casu claues stare debent penes dominum, qui habet ciuilem iurisdictionem & dominium illius castri, non autem penes illum,qui habet solum criminalem iurisdictionem de per se sine territorio. Et ad materiam de clauibus, & an Rex tempore guerræ possit penes se recipere claues & ponere custodes,vide Iacob.in d.tract.feud.in verbo de castro Ru-

50 bei montis,& quæ dixi supra cap.castellanos. ¶ † Quæro, pone, quòd iudex, puta causarum ciuilium cognoscit de aliqua causa spectante ad iudicem causarum criminaliũ, vel econtra, iudex causarum criminalium cognoscit de causa ciuili non spectante ad suam iurisdictionem,an processus valeat? Breuiter dic quod non valet: quia ex quo sunt separatæ iurisdictiones, scilicet ciuilis a criminali, quilibet debet esse contentus sua iurisdictione, & non debet se immiscere in iurisdictione alterius, vt in auth.quomodo opor.epi.in princ. aliàs rerum turbarentur officia, quod esse non debet. C.de testam.l.consulta diualia. & separatorum separatum debet esse iudicium. l. Papinianus exuli.ff.de mino.l. fin. de calum. ff.famil.ercisc. l.his consequenter.§.1.C.de donat.inter virum & vxor.l.si maritus condam. Et aliter factum, tanquam factum a iudice incompetenti non valet ipso iure. l.factum a iudice.ff.de regul.iur.& C.si a non compet.iudic.l.1.ibi,iudex ad certam rem datus si de alia cognoscit, nihil agit, & extra de regu. iur.cap.ea quæ. C.de decurio.l.nemo iudex.libr. 10. C.si a non compe.iudice,per totum.ff.de offic.præto.l.fina. cum concord.l.contumacia.§.contumax.ff.de re iudic. Et tenet Gand.in suo tract.malefic.in rubr.de aliquibus quæstionibus varijs in malefi.col.4.cum sequen. versi.pone quæstionem, & facit tex.in cap.vt delatas.supra proximè. Et hoc intellige, quando constet, ꝙ cognitio illius causæ non spectabat ad officium illius iudicis facientis, & procedentis. Sed si esset dubium, vtrum cognitio illius causæ spectaret ad ipsum iudicem nec ne, tunc ratione dubitationis valeret, vt tenet Gandi.vbi supra, allegat ff.si quis in ius voca. non irrit.& l.2.& ff.de iudic.l.si quis ex aliena,& ff.ad mu-

51 nici.l.de iure.& dicit ita tenere Dy. vt ibi per eum.¶†Quæro, dictum est supra, quòd causa ciuilis dicitur, quando principaliter in iudicio agitur ad commodum priuatum, siue talis causa descendat ex delicto, siue ex contractu. Causa verò criminalis dicitur, quando principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto,seu ad publicam vindictam. Et ex hoc infertur, quòd si aliquis ex delicto venit puniendus corporaliter ad publicam vindictam,dicitur causa criminalis: quia ex tali pœna corporali nullũ commodum sentit priuatus. Similiter si aliquis ex delicto veniat puniendus pœna pecuniaria, si talis pœna applicatur fisco, dicitur causa criminalis, si verò applicatur parti, dicitur causa ciuilis, & ista est vera & communis conclusio, vt per Franc. Aret. Dec. & alios in d.rubr. extra de iudic.& Rober.Maran.in suo Spec.in 4.par.1.distin.col.1. cum sequen. car. 12. secundum primam impressionem, cum concord.in dictis locis. Similiter etiam est sciendum, ꝙ ex quolibet dicto, ex quo oritur accusatio criminalis ad pœnam oritur etiam actio in factum ad interesse,& sic ad persequutionem rei familiaris, tex. & ibi Bart.in l.qui nomine.ff.de fal.l.hodie.§.1.eod.tit.l.fina.cum ibi nota. ff.de pri-

priua.delic.Io.de Ana.in cap.accedens.col.4.in fi.de accusat.l.nec quicquam.& ibi glo.ff.pro socio. Et ex hoc sequitur, quod est in potestate illius, qui damnum, vel iniuriam passus est, agere criminaliter ad pœnam ordinariam, vel ciuiliter ad interesse, vel vtroque modo copulatiuè, vt di
52 cit Rober.Maran.in d.Spec.in 4.parte.col.1.† Exemplum, si aliquis commisit furtum, potest accusari criminaliter ad pœnā iuris, quæ de iure communi in furto manifesto est pœna quadrupli.§.conceptum.in fi.aliàs §.præterea.in fine. Instit.de oblig.quæ ex delic.nascun.& Instit.vi bono. rapto.in prin.cum concord. & in regno pro furto punitur iuxta dispositionem cap. regni ad hoc.10. supra de furtis. Potest etiam contra furem agi ciuiliter condictione furtiua ad rei ablatæ restitutionem.l.interdum.§ qui furem. & ibi Bart.& Doct.ff.de fur. Et potest etiam agi ad vtrunque, scilicet vt puniatur, & vt rem restituat secundùm Bart.in dicto §.qui furem.in fi.& Spec.in tit.de furt.§.1.versic.sed nunquid. Quod intellige non principaliter, sed in consequentiam, incidenter potest implorare officium iudicis pro rei restitutione, vt tenet Rober. Maran. in d.Specu.in 4.par.in prima distin.col.5.num.17.& Dyn.in l.edita.nume.66.C.de eden.de quo dixi supra cap.si de furto.216. Similiter pro homicidio potest fieri accusatio criminalis ad pœnam legis Corneliæ de sicariis.toto titulo.ff.& C.de sicar.& in constit.regni terminum vitæ. Et etiam potest agi actione in factum ad interesse, per quam actionem tenetur occisor, vel vulnerans ad expensas medicorum, & ad expensas operarum.l.fin.ff.de his qui deie.vel effu.l.ex hac lege.ff.si qua.pauper.feci.dica.& in cap.1.extra de iniur.& dam.dato.& per Carolum in Longob.in tit.de dam.da. & in tit.de pauper.& Rober.Maran.vbi supra.col.1.in fi.cum seq. Similiter etiam potest poni exemplum in crimine falsi.d.l.qui nomine.ff.de fal.Similiter in actione iniuriarum: quia potest agi ciuiliter & criminaliter.l.fin. C.de iniur.& l.fin.ff.de iniur.& in constit.regni, varietates pœnarum, de
53 quo etiam per Rober. Maran. vbi supra.¶ † Et similiter est pro damno dato, & in actione legis Aquiliæ potest agere quis ciuiliter, & etiam accusare criminaliter, & puniuit arbitrariè, vt tenet Bart.in l.fin.ff.de priua.deli.per l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn. & ibi Bart.l.1. & ibi Bart.ff. de legat. Et tali casu imponitur pœna arbitraria iudicis, vt dicit Ang.Aret.Instit.de lege Aquilia, in princ. colu.1. Ad prædicta facit tex.in §.liberum. Inst.de lege Aquil.vbi pro seruo occiso agitur ad damnum ciuiliter, & accusari pōt. Aduerte tamen ad illud, quod dictum est, ꝙ vbi habet locum actio legis Aquiliæ, habet locum pœna criminalis: quia intelligitur, si damnum est datum lata, vel leui culpa in committendo, tunc potest criminaliter accusari, si verò est leuis culpa in negligendo, agitur ciuiliter tantùm. Et si culpa est leuissima, tunc solùm agitur ciuiliter ad damnū, quando talis leuissima culpa est in faciendo, secus si est in omittendo: quia tunc cessat actio legis Aquiliæ, Alexan.in l.domus hæreditarias.ff.de leg.1. Matth.de Affli.decisi.57. col.pen.versic.quartò, & tenet Rob. Maran.in d.Spec.in 4. par.1.dist.col.15.nume.61.car.15.secundùm primam impressionem. Et quæ dicatur culpa lata, leuis, vel leuissima, vide latè Bal.in l.quæ fortuitis.de pign actio.& tetigi supra
54 c.crescit culpa.224. ¶† Et ex prædictis infertur, ꝙ si aliquis exponit querelam, vt puniatur de damno dato, puta in sua vinea, vel in agro, hoc casu ex quo damnum dare est maleficium, vt ff.de actio.& oblig.l.ex maleficio.1.respon.& Instit.de oblig.quæ ex malefi.nas.in prin. adeo talis causa iudicatur criminalis, & debet coram iudice causarum criminalium agitari, non autem coram iudice causarum ciuiliū, ita tenet Gand.in tra.malefi.sub rub.de aliquibus quæstio.variis in malefi.col.4.vers.pone quæstionem. Sed hoc intellige procedere de iure communi, sed in regno per supradictam prag.ex quo causæ criminales dicuntur, quādo venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri abscisio, talis causa diceretur ciuilis, & ad ciuilem iudicem spectaret. Item secundò intellige, quando damnum esset datum lata, uel leui culpa in committendo, secus si in omittendo: quia tunc non posset criminaliter procedi, sed ciuiliter tantùm, vt per Alex.in d.l.domus.& Matth.de Afflict. dicta decisio.57. & Rober.Maran. vbi supra.
55 † Et hoc in facto induxi ad quæstionem, quidam accusauit criminaliter dominum canis: quia occiderat vitulam, dixi, ꝙ ex quo dominus erat absens, & non irritauit canem, & si culpa aliqua interuenit: quia non tenebat canem ligatū, fuit in omittendo, non poterat criminaliter procedi, sed solùm ciuiliter ex edicto, si quadru.pauper.feci.dicatur, &
56 & ita fuit determinatum per prædicta.¶† Item prædicta intellige non procedere in culpa leuissima in omittendo: qa tali casu non tenetur etiam emendare damnum, secus si esset in committendo, vt per Alexā.in d.l.domus, & Matth. in d.decisio.57.cum concord.in dictis locis.¶ Infertur etiā
57 ex prædictis, † ꝙ ille, qui ponit in aliquo loco elleborum, aliàs veratrum, vel coquit semen canapæ cum sale & alio semine, & spargit, vt gallinæ vicini deuastantes canapale moriantur, si contra eum exponitur querela, seu accusatio, punitur pœna arbitraria, arg.ff.de crim.stellio. l.3. & ff.de effra.& expila.l.1.§.1.& quæ dicit Ang.Aret.Instit.de lege Aquil.in prin.col.1. ita tenet Ang.in l.1. §.item fit iniuria. ff.de extraord.crim.& silua nup.lib.3. col.241. secundum paruam impressionem, & Abb.in c.2.extra de iniu.& damno da.vbi dicit, ꝙ venenans aliquam rem in loco proprio ad venenandum animalia, si ex hoc insurgit alicui damnū ipse tenetur. Nisi ille, qui in suo facit, hoc vicinis notificet, vt caueant, ne eorum gallinæ illuc accedant: quia posuit veratrum, vel alia similia, quo casu excusaretur, arg.l.item si putator. Insti.de leg.Aqui.& in const.regni, qui de alto. cum const.seq. Et idem dici potest de illo, qui ponit clauos acutos, vulgò dicti Chyatreli, in aliquo orto, vt illuc accedentes in pedibus lacerentur: quia tenetur, nisi prædixerit, vt caueant, & non accedant: quia ibi posuit dictos clauos. Et intellige prædicta de iure communi: quia si accusatur, procedit iudex criminalis, secus in regno per supradictam pragmaticam, vt supra dixi, & ista nota: quia quotidie con-
58 tingere possunt. ¶† Quæro, quid si in aliquo casu pōt vterque iudex procedere ciuilis & criminalis, & vterq; iudex vult procedere, & omnes eodem tempore præuenerūt, ita ꝙ non habet locum præuentio, quid erit agendum, ex quo absurdum est dicere, ꝙ pro eodem negocio ad diuersos iudices trahatur.c.fi.extra de rescri.l.nulli.C.de iud.& de delicto eiusdem hominis non debet sæpius quæri.l.licet.§.fi. ff.nau.caup.stab.de quo in c.de his.extra de accu. Ista quæstio potest decidi ex dictis per Io.And.in addit.Spe.in ti.de rapto.in prima addit.magna, vbi ponit quæstionem, quando delictum est factum in confinio duarum ciuitatum, & ignoratur, in quo territorio sit commissum, & vterque iudex vult procedere, dicit, ꝙ esset honestum, vt inter se conuenirent, vt alter cognosceret, & alter desisteret, posset etiā hoc casu habere locum iudicium sortis, si non possent conuenire, vt ibi per eum, vel si hoc facere nollent, & pœna est pecuniaria, quòd fiat diuisio pœnæ per dimidium, per cap.1.extra de parro. cum aliis ibi per eum allega. Et hoc procedit, quando est paritas in iudicibus, sed si alter esset præses prouinciæ, & alter non, tunc in dubio ad præsidem
59 tanquam maiorem spectaret, vt ibi per Io.And. ¶† Quæro, si in aliquo castro sunt duo officiales, vnus causarum ciuilium, alter criminalium, & habent differentiam circa emanationem baronū. Quæritur, quæ banna possint a quo libet emanari. Anto.Capi.d.deci.27.in 7.dubio dicit, ꝙ ea banna, quæ spectāt ad causas criminales emanari possunt ad causas criminales, possunt emanari per iudicem causarum ciuilium: quia banna conferunt ad iurisdictionē exercēdam, & sunt fructus iurisdictionis, vt ibi latius per eum.
60 ¶† Quærit etiam Ant.Capi.in d.deci.27.in 8.dubio. An baro, qui habet iurisdictionem criminalem in aliquo castro possit dici dominus illius castri, & allegat ad partes, tādem concludit, ꝙ nō potest dici dominus illius castri, sed largo modo dicitur quasi dominus illius iurisdictionis criminalis in

lis in casibus sibi reseruatis, & ita fuit decisum, vt ibi la-
61 tius per eum. ¶ †Quæro, si in aliquo castro sunt duo domini, vnus habet ciuilem iurisdictionem, alter criminalem, nunquid officialis causarum ciuilium possit tenere familiam armatam ad hoc, vt cum opus fuerit, possit exequi iustitiam. Breuiter dic ꝙ sic: quia cui iurisdictio data est, ea etiam data esse videntur, sine quibus iurisdictio exerceri non potest. l. cui iurisdictio. ff. de iurisd. omn. iud. & iudiciū redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. si Sticcum. ff. de verb. obli. glo. in l. is. ff. de offic. procon. vnde si aliquis nollet soluere, vel consentire, vel obedire iudici & similia, vel exequi sententiam, hoc facere non posset, nisi haberet arma & familiam armatam: quia parum esset iura esse in ciuitate, nisi essent, qui executioni mādarent. l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. propterea arma deferre & familiam armatam tenere potest tanto magis: quia baro est dominus territorij, vt supra dictum est. Et ꝙ officialis possit portare arma, tenet Bald. in l. nam salutem. in 2. lect. §. aut enim. ff. de offic. præfe. vigi. & tenet And. Barba. & Decius in cap. significasti. columna penult. num. 10. extra de offic. deleg. Idem dicendum est de barone: quia ipse habet iurisdictionem in illo loco & territorium, & per alia supra allegata. Sunt etiam multi casus, in quibus licitum est arma portare, puta quando vadit ad venandum ad Apros, Lupos, Vrsos, Leones, Pantheras, & ad alia animalia nociua: quia tunc licitum est arma portare, vt in cap. nemo retia. de pace tenenda & eius viola. & tenet Iaco. de Ardizo. in sum. de feu. in titu. de pace tenen. & tenet Iacob. in trac. feud. in verbo & cum venationibus, columna 2. versicu. quintus intellectus, & Thom. Gramm. decisio. 67. incipiente exorta. columna 1. & facit tex. in l. 1. C. de vena. fera. vbi probatur, quòd licitum est venari, & occidere Leones, & & qui vult consequens, videtur velle necessarium antecedens. l. illud. de acquiren. hæred. vnde si permittitur occisio Leonis, permittitur portare arma, cum quibus occidi possit. facit l. cui iurisdictio. ff. de iurisd. omn. iudic. Et alios casus in quibus licitum est arma portare, vide per Matth. de Afflict. in constit. regni intentionis, & infra c. vt inter. 239. & quæ ibi dixi. And. Barb. in tract. de præstantia cardi. quæ-
62 stio. vlt. ¶ †Quæro retento eodem themate, quòd in aliquo castro sunt duo officiales, vnus in ciuilibus, alter in criminalibus, & reperitur, quòd quidam ciuis, vel exterus portabat arma, quis iudex possit punire, an ciuilis, an criminalis, ex quo portare arma, est leue delictum, vt dicit Bar. in l. leuia. columna 2. versic. vel ponas exempla. ff. de accusa. Et secundùm dispositionem iuris communis spectat punitio ad iudicem causarum criminalium: quia pœna applicatur fisco, & fit ad puniendum delicta, quo casu causa dicitur criminalis, vt supra dictum est. Sed in regno secundùm dispositionem supradictæ pragmaticæ, ex quo nō imponitur pœna mortis naturalis, vel ciuilis, nec abscisio membri, spectaret ad iudicem ciuilem.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Perfectum nihil reperitur in humanis actibus. 5.*
2 *Proficuum aliquando successu temporis reperitur nociuum.*
3 *Fugere sæpius innocentes solent metu rigoris officii. 7.*
4 *Inquisitio ex officio, in quibus casibus fieri posset. 9.*
5 *Perfectum nihil inuenitur in humanis inuentionibus.*
6 *Perfectum dicitur, cui nihil potest detrahi.*
Perfectum an dicatur, quod ex omnibus suis partibus constat, ibid.
7 *Perfectum an dicatur, cui nihil addi potest.*
8 *Vtile magis est contra maleficos rigorosum esse, quam tepere.*

DE NON PROCEDENDO ex officio &c.

ROBERTVS &c. CAPITANEIS &c. CAP. CCXXXVI.

SI temporum alternata conditio legibus detrahens, noua interdū ex causa edicta dat fieri: publicæ tamen commoditates inspectio iuri connexa illa frequenter cō-
1 sultius suadet imitari. †Cū enim in humanis actibus nihil sit omnino perfectum,
2 † quod creditur quandoque proficuum, successu temporis inuenitur experientia docēte nociuum. Sanè moti pridem ad manifestas querelas assiduas nobis factas de processibus officialium regni nostri prorumpentium sine differentia ad inquirendum generaliter & specialiter ex officio cōtra qua-
3 scunque personas. † Ex quo sæpius contingere ponebatur, nonnullos timentes processus huiusmodi a nostro dominio fugere metu potius rigoris ipsius officij, quam læsæ conscientiæ criminum obiectorum. Nos præsentis temporis turbati, quod mā suetudinem exigit potius, quàm rigorē considerati one suasi. Procedi ex officio in quibuscūque causis, siue criminibus duximus inhibendum, speciali a nobis edicto inde emanante vsque ad anni spacium in nostris expressum edictalibus literis missis tibi perpetuò valituro, vt per hoc interim silerent querelantium murmura, & pateret apertius quies pacis, si asperitatem lenitate vincēte ad mitigationem excessuum, ac insolentium reducere a deuio ipse nostra fortassis (sicut sperauimus) foret edictio profutura. Verum sicut experimento facti ex postfacto perpendimus, in hoc mansuetudo nostra, quæ præfato causam dedit edicto, non profuit, quin malorum audacia creuerit, seque ipsorum ampliaret. Eligentes igitur proinde vtile fore aduersus maleficos rigere officium, potius quàm tepere, præsertim, cum propter varietatem temporum non sit maleficis indulgendum, edictum ip-
4 sum á deliberatione consulta immutantes. † Volumus & fidelitati tuæ præsentium serie iubemus expressè, quatenus iuxta punitionem criminum, edicto non obstante præfato, vsque & per totum mensem Maij primò futurum, cum consilio assessoris tui in subscriptis casibus nostra nuper limitatione restrictis, vbi videlicet imponitur pœna mortis ciuilis, vel naturalis, aut membri abscisio, & vbi in persona ecclesiastica, & pupilli, ac viduæ flagitium est commissum. Et insuper in homicidiis clandestinis, vbi nullus accusator apparet, in quibus etiam per constitutionem regni specialis inquisitio permittitur fieri, liceat ex tui officij potestate procedere, terminaturus processus alios ex officio per te cęptos, ipsius nostri edicti prætextu suspensos, ea tamen in his moderationis, ac discretionis maturitate seruata, fama deferēte clamorem, vt fieri assolet, a processibus tuis inantea prorsus exclusa, ꝙ te ipso abuti officio quomodolibet, propterea nō contingat

gat, cum omnis iniuria nō sit officij asperitate plectenda, & constitutiones, atque capitula, ordinationesq; aliæ pro bono statu fidelium nostri regni editæ, ac sanum intellectum, ac iustum, & æquum trahēdæ sint potius, quàm ad iniquum arbitrium, siue compendium detorquendo. Nos enim omnem processum per te forsitan contra nostram huiusmodi iussionem habendum, ex nunc irritum fore decernimus, atque nullum. Data Neapoli per Ioannem Grillum de Salerno iuris ciuilis professorem Viceregentem Prothonotarij Regni Siciliæ, Anno Domini M. CCCXXIX. Die decima Februarij XII. Indictionis, regnorum nostrorum anno XX.

ADDITIO.

5 SI temporum alternata. ¶In tex.ibi (cum &c.) † Nota, ꝙ in humanis actibus nihil est perfectum, & tenet Spec.in procemio sui operis, versic.cœterùm, vbi dicit, ꝙ perfectum nihil inuenitur in humanis inuentionibus. Et perfectum nihil dicitur, nisi perfectionis ordine sit perfectus, Spec.in tit.de sala.§.3.versi.sed nunquid aduocatus, & dicit Bald.in auth.
6 hoc amplius.col.3. C.de fideicom. † ꝙ perfectum dr̃, cui nihil potest detrahi. Et dicit Dyn.in l.iurisperitos.§.j.in fi. ff.de excu.tuto.ꝙ perfectum dr̃, quod ex omnibus suis partibus constat, alleg.l.2.ff.de orig.iur. & dicit Bal.in tracta. scisma.col.fi ꝙ perfectum dr̃, cui nihil potest addi, sed imperfectum dr̃, quod crescere potest. ¶In tex.ibi (ex quo sæ
7 pius &c.) † No.ꝙ plerumque aliquis aufugit potius metu rigoris officij, quàm ex causa læsæ cōscientiæ, & fuga, quæ ex aliqua causa excusatur, non nocet, vt dicit Paris in tra. sind.in verbo fuga.& Fran.Brun.in tra.de indi.car.2.col.
8 7.& 8. ¶In tex.ibi (edicto emanante) vt supra c. proximo. vt delatas. ¶In tex.ibi (eligentes igitur &c.) † Nota, ꝙ vtile est magis aduersus maleficos rigere, & rigorosum esse, quàm tepere & tepidum, negligētem, & mansuetum esse. ¶In tex.ibi (nuper limitatione restrictis) vt in c.vt delatas. supra proximè. ¶In tex.ibi (vbi videlicet imponitur &c.)
9 †No.ꝙ procedi potest ex officio in casibus, in quibus venit imponenda pęna mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abscisio, de quo vide quæ dixi supra c.prox.vt delatas.& infra c.seq. ¶In tex.ibi (fama deferente &c.) No.ꝙ hodie nō est necesse, vt fama præcedat, vt dixi supra c.vt delatas.

SVMMARIVM.

1 *Procedi ex officio in quibus casibus liceat. 2.*
Fama an præcedere debeat, quando ex officio proceditur.

DE NON PROCEDENDO ex officio &c.

Litera arbitraria.

ROBERTVS. CAP. CCXXXVII.

1 NE † tuorum in ipso, quo fungeris præsidatus officio prædecessorū reproba sequendo vestigia, processus tuos super excessibus absque differentia protrahas ad officij potestatem, neve maleficia iuris rigore prætereant impunita, in subscriptis casibus, vbi videlicet imponitur pœna mortis ciuilis, vel naturalis, aut membri abscisio, aut vbi in persona ecclesiastica, pupilli, ac viduæ, quibus duntaxat illata iniuria primò ad vindictā non est prosequendi facultas, flagitium est commissum, & insuper in homicidiis clandestinis, vbi nullus accusator appareat per totum mensem Augusti futurum, vnà cum cōsilio iudicis, & assessoris dati tibi per curiā, ex officio tuo te discrete ꝓcedere volumus & iubemus. Data Neapoli per Io.Grillum &c.

ADDITIO.

NE tuorum, ista est vna de quatuor literis arbitra
2 riis. † Et nota, in quibus casibus potest ex officio procedi, & de eius materia vide supra c.vt delatas.num.135.vbi plenius dixi cum ibi allegatis.
3 †Et an isto casu debeat præcedere fama, vide Ang.in l.si vacantia.C.de bo.vacan.lib.10.& Ang.in trac.malefi.in verbo hæc est quædam inquisitio.col.11.& 12.cum ibi alleg. & supra cap.proximo, vbi dicitur, quòd non.

ADDITIO noua. Et ad materiam huius cap. vide Tho.Gram.deci.31.Cassandra.col.2.vbi dicit, ꝙ virtute huius literæ arbitralis potest procedi ex officio in omnibus casibus, in quibus imponi potest pœna mortis ciuilis, vel naturalis, vel membri abscisionis non obstante dispositione.c.vt delatas.supra 235.in quo vr̃ necessarius denunciator, allegat Par. in trac.sindi. in verbo inquisitio.colum.2. pen.& fi.Et ibidem Thom.Gram.ponit, an in crimine adulterij possit ex officio procedi, de quo etiam per Matth.de Afflict.in constit.regni, legum asperitatem. Et vide etiam Rober.Maran.in suo Spec.in 6.par. in verbo inquisitio, in 4.q.princip.col.3.num.35.car.40.secundùm primam impressionem, vbi ponit, ꝙ vigore huius ca.potest ex officio procedi in casibus in isto c.contentis, & tenet ibid.nu.166. & num.139. & ibi etiam ponit, an in crimine adulterij & lenocinij possit ex officio procedi.

Io.Ant.de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Mercator an ante tempus possit emere frumentum, & alia victualia. 6.*
2 *Vsurarios an odor lucri ad vsuras impellat.*
3 *Crimen publicum an dicatur indebitare & emere frumentum ante tempus.*
4 *Frumentum ante tempus ementes qualiter puniantur.*
5 *Rex an debeat habere curam de subditis.*
Rex an dicatur pater patriæ, ibid.
7 *Ementes frumentum & bladum ante tempus, vt carius vendant, an peccent.*
8 *Frumentum immiscentes corruptum cum incorrupto, an puniantur.*
Mercator faciens carestiam offerendo plusquam valeat frumentum, qualiter puniatur, ibid.
Carestiæ tempore qualiter ciuitates se gubernare debeant, ibidem.
Carestiæ tempore an quis cogatur vendere frumentū etiam viliori precio, ibid.
Carestiæ tempore panem non habens, an possit alteri auferre, ibid.
Carestiæ tempore an sit licitum vniuersitati capere pecuniam priuatorum pro necessitatibus vniuersitatis, ibid.
Carestiæ tempore an possit taxari precium, ibid.
Assistam an possit ponere dominus in terra sua circa venditionem victualium, & quomodo, ibid.

9 Emptor

DE NON EMENDO VICTVALIA ante tempus messium, & vsuris.

DE INDEBITATORIBVS VICTVALium & vsuris. Rubrica.

ROBERTVS &c. Iustitiariis principatus &c. CAP. CCXXXVIII.

PRO publici boni compendio, quod mentem nostram intrinsecè solicitat, edictũ nuper edidimus subsequente p omnia serie. ROBERTVS Dei gratia Rex Hierusalem, & Siciliæ Ducatus Apuliç, & Principatus Capuç prouinciæ, ac Forcalquerij & Pedismontis Comes. Vniuersis præsentis edicti seriem inspecturis tã pręsentibus, q̃ futuris. ¶CVRAM habentes de subditis more patrisfamilias diligentem, quorum commoda prætermittere non minus est vitiũ, q̃ odisse, si modo congruo per vias aptas studiosè perquirimus, vt subiecti nostro regimini populi copia victualium affluant. ¶ Huius itaque considerationis instinctu præsenti edicto præscribimus, & expressius prohibemus.

1 † Ne mercator aliquis, seu quouis alio nomine nũcupetur, frumẽtum, vel ordeum, vel victualia quælibet, vt aliàs fieri molestè percepimus ante tempus messium, vel post illud fęnerari, vel indebitare, (vt vulgi vocabulo alludamus) quouis modo, vel colore quæsito, præsumant. Nonnulli namq;, sicut est vulgaric fama notoria, fęneratores, seu indebitatores vulgò vocati, auara cupiditate seducti, victualia emere intempestiuè procurãt, & eorum horreis inde repletis, vt ea postmodum cariora vendãt, & ex illo vberiora lucra perquirant, tempus famis anhelanter expectant. Horum profecto damnata nequitia sano iudicio vitium vsurarum non solum ęquiperat, sed excedit.
2 † Nam cum vsurarios odor lucri ad exercẽdum vsuras impellat, onerantes, seu indebitatores huiusmodi ante tempus charitatis & patriæ dilectionis ignari, per auiditatem lucri, quod sitiunt, famis ingruentiam expectantes, proximorũ mendacitatem affectare videntur, per quod negociationes eorum huiusmodi reprobe cõmune bonum nostræ reipublicæ probantur periculo suę lędere vsurariæ actionis. ¶ † Vt igitur talium mali-
3 gnantium astutiam pręcludamus, fęnerandi, seu indebitandi reatum inter crimina publica connumerandũ fore censemus.
4 † Decernentes ex nunc, quos de tanto scelere argui continget in antea, esse a nostris magistratibus, ad quos spectat accusari licenter, pęnis, quibus vsurarios iura & canones afficiũt irremissibiliter feriendos, vt ipsis iniqua rapacitas pęnale ingerat tedium, quod aliis fiat in exemplũ. ¶Vt autem pręsens edictum in notitiam veniat singulorum. Cartam, seu literam seriem continẽtem ipsi portę maioris ecclesię Neapolitenę & castri nostri noui de Neapoli, appẽdi & affigi fecimus, quæ edictum ipsum suo quasi sonoro preconio & iudicio paulò publicabunt. Et nihilominus in maioris cautelæ suffragium in famosis locis, terris, & ciuitatibus dicti regni edictum ipsum mandauimus publicari. ¶ Volumus igitur & fidelitati tuæ harum seriè iubemus expresse, quatenus prænominatũ edictum, in ciuitatibus, terris, & castris, indecreta tibi prouincia famosis pręcipuè (et si Capitaneos habeant) statim receptis præsentibus faciatis ex more, voce præconia publicè diuulgari, vt nulli ignorantiam pretendere rationabiliterq;, aut tuæ iurisdictioni subiecti, ac contra ipsum temerantes edictum, & frumentum, & ordeũ, aliaq; victualia quęlibet fęnerantes, aut indebitantes, sicut prædicitur, ad pęnã procedas, qua vsurarij publici puniuntur. Et vt ipsius edicti efficacia vigeat, has nostras literas successori tuo dari præcipimus in pendenti. Data per eundem Ioannem Grillum &c. Anno Domini M. CCC. XXIX. Die XXIIII. Iunij. XII. Indictionis. Regnorum nostrorum anno XXI.

ADDITIO NOVA.

PRO Publici, aliàs. Curam habentes. Sancta est dispositio huius cap. si obseruaretur, concordat cum iure canonico, de quo plenè per Hostię. in sum. de vsuris. §. quando in aliquo. & c. nauiganti. eo. ti. & ibi per Io. Cald. qui hanc materiam reperiit. ¶ In tex. ibi (more patris) vt l. imperialis. C. de nup. ¶ In tex. ibi (pigno-

(pignorari) ergo a contrario sensu sentit hic tex. & rub. si hoc facit pro supplendis necessitatibus domus & familiæ, non videtur prohibitum, & ita doct. vt supra tenere videntur, & nota verba huius c. & stilum loquendi. Seb. de Neap.

ADDITIO.

5 PRO publici boni compendio. ¶ In tex. ibi (curam habentes &c.) † Nota, quòd Rex debet habere curam & diligentiam de subditis sicut paterfamilias, & debet eorum commoda quærere. Rex enim est tamquam pater patriæ, & procurare debet commoda subditorum, vt sint locupletes, vt in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cogitatio. & Matth. de Affli. in

6 consti. fidelium col. pen. in fi. cum concor. ibi. ¶ In tex. ibi (prohibemus, ne mercator aliquis &c.) † Nota bonum & optimum cap. quòd mercator & alius quilibet prohibetur emere frumentum, vel ordeum, & alia victualia ante tempus messium, vel post, & illa in horreis reponere, vt carius vendant, isti enim puniri debent pœnis, quibus vsurarii puniuntur, & quilibet potest accusare tamquam de crimine publico, vt in isto c. probatur. Ex tali enim emptione frumẽti fames inducitur & desideratur, recondunt enim in horreis, & carius vendunt, tales enim licet proprie non dicantur vsurarii, tamen grauius peccant, & sunt Deo abhominabiles, & essent exemplo Christi ab ecclesia eiiciendi, vt dicit Astens. in sum. lib. 3. tit. 8. c. sequitur videre de decimo

7 col. fi. & dicit concordare in hoc. S. Tho. secunda secundæ. q. 7. ar. 1. & dicit Ray. in sum. † quòd illi, qui tempore messium bladum, vel tempore vindemiæ vinum emunt uilius, vt carius vẽdant, committunt peccatum, & turpe lucrum. Et grauius peccant clerici, quàm laici hoc facientes. Hoc tamen intellige de illis ementibus talia ex sola cupiditate lucrandi, & carius vendendi, secus si propter aliquam eorum necessitatem & vtilitatem facerent, non exercendo mercantias. ita dicit Astens. vbi supra, & isti taliter ementes cum dicta cupiditate, & non ob necessitatem tenentur illud lucrum in vsus pauperum erogare secundum Ray. vbi supra, & Goff. in titu. de vsu. sed hoc vltimum est de consilio non de necessitate, vt dicit Astens. vbi supra, & ista sunt notanda contra multos dominos, & Barones, & alios diuites Appulos, qui talia committunt, & puniri possent, & de-

8 berent, vt in hoc tex. ¶ † Immo, quod peius est, isti qui carestiam desiderant, quando vendunt frumentũ immiscent granum corruptum cum bono, & milium, auenam, & alia quod fieri est illicitum, & punibile, vt dicit Paris in tractandi. in verbo iurisdictio. §. iudicis suprema potestas. col. fin. vbi multa dicit. ADDITIO noua. ¶ Quinimmo mercator faciens carestiam in frumẽto, offerendo plus, quam valeat in vtilitatem suam & damnum aliorum, tenetur crimine stellionatus. Bal. in l. 1. ff. de cri. stellio. Firma. in suo Reperto. in verbo mercator. versi. 17. Et similiter isti mercatores ementes, vt annonam onerent, & carius vendant, puniuntur, quia interdum interdicitur eis negociatio, interdum relegari solent, & humiliores ad opus publicum dari tex. & ibi glos. in verbo prouentus. in l. annonam. in prin. ff. de extraordi. crimi. Et dicit Angel. Are. in §. penul. qui incipit, sunt præterea. Insti. de pub. iudi. quòd isti, qui vadunt incantando frumentum, vt puta quia vadunt in platea, & offerunt de frumento plus debito, vt alii carius emant, vel in damnum alterius offerunt plus de fundo, quàm valeat, puniri possunt extra ordinem, vt ibi per eum, & tenet ibi Ioan. Fab. colum. fin. Et est aduertendum, quòd tempore carestiæ ciuitates & loca debent bene & ordinatè gubernari, quia ex inordinata administratione ciuitatis causatur carestia. l. 1. & ibi Bar. C. de frumen. vrb. Constanti. lib. 11. Et pluries tempore imminentis carestiæ vidi emanari banna regia pœnalia, vt nullus facere, nec tenere deberet horrea frumenti. Et quòd quilibet, qui habebat frumentum vltra sibi necessarium, deberet illud vendere, & reuelare, quia tempore carestiæ talia fieri possunt. Immo imminente necessitate bladi & aliarum specierum quis cogitur ire ad

D. Ioan. Anto. de Nigris.

emendum, etiam ad partes remotas, & nullus potest se excusare prætextu alicuius priuilegii. Immo etiam clerici tunc tenentur conferre. Et in tali tempore necessitatis, & carestiæ, habentes in horreis suis bladum coguntur afferrè in locum publicum, & vendere minus iusto precio, licèt alio tempore non cogatur vendere nisi iusto precio, ita notanter tenet Ioan. de Pla. in l. quoties. C. vt nemi. lice. ab emp. spe. se excusa. lib. 12. & Bar. in l. 1. §. cura carnis. in 2. opp. ff. de offi. præfe. vrb. & Bar. in l. annonam. ff. de extraordi. crimi. & Bal. in l. si pendentes. §. si quid. ff. de vsufru. Quia tempore carestię non habens panem impune potest auferre habenti. Bar. in l. 1. §. si. ff. ad leg. Rod. de iactu. & sequitur Firma. in suo reperto. in verbo carestia, vbi etiam plus dicit, quòd propter publicam egestatem potest res publica auferre pecuniam diuitibus iussu præsidis, vt suis necessitatibus prouideat, & potens videatur. l. creditor. in prin. & ibi glos. & Bal. ff. de solu. Et dicit Bar. in l. pro locis. C. de anno & trb. lib. 10. quòd si in aliqua prouincia est guerra, & propterea est oppressa victualibus, & in alia prouincia est fertilitas, & abundantia, de illa, in qua est vbertas, debent portari victualia in illam, in qua est penuria, vt ibi per eũ, & ista nota, quando portatur grassia de vno loco ad alium pro militibus. Et dicit Bal. in l. 1. C. de epi. audi. quòd potest taxari precium in rebus venalibus necessariis ad quotidianum victum, vt ibi per eum. Et vide And. de Iser. in titu. de pa. tenen. §. post natale, ꝙ comes in terra sua debet ponere assisiam circa vẽditionem victualium, & annonæ in natiuitate Beatæ Mariæ, quia tunc vbique sunt recollecta victualia, & dẽt cõuocare sep ẽ hoies de qualibet terra, quia vna terra p'us abundat, q̃ alia, & habebit cognitionem de omnibus, & cum eis sagaciter disponet quanto precio sint vendenda, secundùm qualitatem temporis, & debet poni precium iustum, vt ibi per eum, & supradicta nota. ¶ Iuxta prædicta quæro de notabili & quotidiana quæstione.

9 † Nunquid contractus emptionis annui redditus ad rationem decem pro centenario super gabellis, vel aliis rebus vniuersitatis, vel particularium sit licitus, an verò dicatur illicitus, & vsurarius. Et quòd dicatur talis contractus illicitus, vsurarius, & reprobatus tenet Henri. de Gandauo in quolibeto primò, vbi multa motiua & argumẽta facit pro

10 ista parte. † Primò, quia in contractibus & commutationibus debet esse æqualitas rei ad precium, aliàs contractus non esset iustus, sed in iustus & illicitus, vnde contractus ratione inequalitatis retractatur cap. cum causa. extra de emp. & vend. l. 2. C. de rescin. vend. cum similibus, sed in isto contractu annui census non esse equalitas, quia in futurum recipiendo decem singulis annis excederet sortem, vnde recipiendo vltra sortem faceret contractum vsurarium. Cy. in l. si ea pactione. C. de vsur. & videtur sentire Io. Cald. in c. nauiganti. extra de vsur. & Goff. in sum. in titu. de

11 vsur. in fi. ¶ † Secũdò adducitur: quia quicquid accedit sorti, vsura est, iuxta illud quod habetur Lucę. c. 6. mutuũ dantes nihil inde sperantes, & in c. cõsuluit. extra de vsur. c. plerique. & c. si. 14. q. 3. sed in emptione talium censuum annorum ita est, ꝙ emptor recipit vltra sortem in processu tẽporis, immo spacio decem annorum tantumdem habet vl

12 tra sortem, ergo dicitur illicitus & vsurarius. ¶ † Tertiò talis contractus conficitur pecunia interueniente, & in illius rescissione est necessaria pecunia, & tantumdem restituitur, vnde potius mutuum videtur. l. 2. §. appellata, & l. cum quid. ff. si cer. pet. talis ergo contractus videtur illicitus, quia dicit Canon, quòd vsuræ arte nequissima faciunt, vt

13 ex auro aurum nascatur. 47. distin. cap. sicut. ¶ † Quartò, quia pecunia datur pro pecunia, quod est contra naturam contractus emptionis. l. prima. ff. de contrah. emp. & pecunia non est disposita nisi ad emendum capitulo eiiciens. 88. distin. & pecunia penes debitorem quantum est de se non deterioratur, & nullam parit debitori vtilitatem. l. si nauis. ff. de rei vend. & d. c. eiiciens & l. vsura pecuniæ. ff. de verb. sig. vbi quòd pecunia propriè in fructu non est, quia non ex ipso corpore prouenit, sicut fructus proueniunt

ex re,& pro tanto dictus contractus in fraudem vsurarum
factus censetur,vt dicit. Fran. Are. consi. 152.uiso themate.
14 col.pen.circa prin.cum ibi per eum allegatis. ¶ † Quintò,
quia huiusmodi contractus solent palleari in fraudem vsu-
rarum stante etiam pacto de retrouendendo,bene faciunt,
quæ habentur in c.ad nostram.extra de emptio. & vend.&
c.illo vos.extra de pigno. ADDITIO noua.Et Host.&
Anto.de Butri.in d.c.ad nostram.ubi dicunt,ꝙ usurarii sunt
personæ cautæ in eorum contractibus, & multas adinue-
niunt figuratas cautelas,& tenet Pet.Phi.Cor.consi.23. co
lum.1.3.vol.Et vsura etiam sola intentione committi po-
test,gl.in sum.14.q.3.& Archi.in c.2.14.q.3.Io. And in ca.
consuluit.extra de vsur.Fed.de Senis in vltimo suo consi-
lio,colum.2.& 4.si ergo habeat solam intentionem lucran
15 di ex mutuo committit vsuram.¶ † Sexto adducitur, quia
emptor huiusmodi census habet annuum censum certum
& infallibile non summissum periculo,nec fortunæ, & si-
ne aliqua expensa, & labore, ergo talis contractus trahi-
tur ad vsuram,vt dicit Ioann.And. in addi. Spe.in titulo de
vsur,in rub.versicu.& aduerte.faciunt,quæ habentur in ca.
16 nauiganti. extra de vsur. ¶ † Septimò adducitur, quia ex
quo est factum pactum de reuendendo, & sic vt venditor
possit redimere annuam pensionem,est necesse, vt habeat
capitale integrum retenta annua præstatione, & sic per
hoc uidetur contractus vsurarius, vt tenet Ioann. de Li-
gna.& Laur.de Rodul.in tra.de vsur.in 2.par.q.18.quos re
fert Fran.Are. in d.consi.152.col.pen.in fi.Et pro ista parte
possent etiam adduci multa alia motiua posita per Guil.
Bont.in suo tra.de vsur.& Bald consi.133.3.uolum. & per
alios infra relatos,quia tamen contrarium concludunt, vt
infra patebit. ¶ Sed prædictis non obstantibus contraria
17 opi. est verior & communis, † scilicet quòd contractus em
ptionis annui redditus regulariter est licitus & permissus,
& valet,& tenet,nec est reprobatus a iure, & istam opi.te-
nuit Inn.Vicen. Host. Goff. Ioann. And.Abb. & alii doct.
communiter in cap.in ciuitate.de vsur.Ioann. And. in ad-
di.Spe.in rub.de vsur.in fin. Alber.in l.iubemus. colum. 4.
versi.quid de tali contractu C.de sacrosan. eccle. Hosti. in
sum.de vsur.§.in aliis autem casibus.versi. quid de his qui
emerunt. Ioan.de Ana.in d. cap. in ciuitate. in 4.car.Am-
bro.de Vignate in repe.capitu.salubriter.colum. 28.nume.
75. extra de vsur. Guil. Bont. in suo tract. de vsur. & inci-
pit quodlibetum, mihi Guil. per totum, latè per Petrum
Bellugam in suo Speculo principum rubrica. 41. in titulo
de materia censualium,car.178.vbi per multas cartas hoc
disputat.Alexand. Ias. & Decius in l. de fideicommisso. C.
de transa.& Decius in l.rogasti.§.si tibi.colum.2.in fin.ff.si
cer.peta.Iaso.in l.1.colum.14.in fin.cum sequē.C.de sum.
trini.in 1.lect.& in secunda lectu.colum.10.in fin. cum se-
quen.Bartholo.Cassaneus in opere,qui intitulatur, catalo-
gus gloriæ mundi,in duodecima parte,consideratione.99.
colum.11.versi.aduerte tamen.car.102. Felyn.in proæ.decre
ta.ibi,Gregorius Episcopus,col.2.in fin. & Asten. in sum.
libro.3.titulo octauo,de emptione & venditione. capit.se-
quitur videre de vndecimo, dicit tamen ibi in colum. 2.ꝙ
talis contractus non est ita honestus & decens,sicut est con
tractus prædialis,eo quia non clarè videtur,quid est,quod
emitur in hoc contractu,sicut in contractu prædiali, & in
fructibus prædiorum multa impedimenta possunt accide-
re,& oportet multam solicitudinem & laborem apponere
vt ibi per eum,eandem opi.tenuit etiam Sil.in sum. in ver-
bo vsura. 2. colum. 10. in duodecima quæstione, allegat
multos theologos & summistas,vt ibi per eum,& hāc par-
tem etiam tenuit Soci.in l.pœnam.colum.penul. ff. de his
quæ pœnæ nomi.hanc etiam opi. in cōsulendo tenuit Bal.
consi.133.incipiente, & quod dictus annuus redditus, &
consi.210.quæritur.3.volum.& consi.292.quia ex facto 5.
volum.& Pau.de Cast. consi. 289 præsens dubium.primo
volum.Petr.de Ancha.consi.30.dubitari solet. Decius con-
si.123.perlectis.in prin.1.volum.Lud Rom.consi.302. ego
hunc contractum,& consi.423.pro pleniori. Cuma. consi.
181.proponitur. Montorius Mascarellus in suo consi.posi-
to inter con.Laur.Calc.con.85.col.4.Lau.Cal.cō.85.col.4.
& Aymo cons.145.viso processu col.5.ver.circa ꝯctum. 1.
vol.cū infinitis ꝯcor. in dictis locis.Old.con.207.vniuersis.
Fed.de Senis consi.vlti. ADDITIO noua.Et in termi
nis tenet Guido Papæ in tract.de vsuris,colum.18.in quæ-
stione quæ incipit,sed quid de illis.nume.28.Cardi.in cle-
men.vnica,de usur.ibi nonò quæro, quidam, & Guid. vbi
supra respondet ad dictum Inno. dicit tamen,caueant em
ptores,ne habeant intentionem corruptam ad vsuram. Et
pro ista communi opi.licet alii non dicant,allego tex. in c.
1.& 2.extra de emp.& vendi.in extrauag.communibus,vbi
patet ita fuisse determinatum per Papam Martinum Quin
tum,& per Calixtum,de hoc etiam habemus in regno ex-
trauagantum Papæ Nicolai, & est impressa inter regias
prag.& incipit. Nicolaus Episcopus &c. & ibi disponitur,
quòd talis contractus censualis fieri possit etiam cum pa-
cto de reuendendo,dummodo censis non excedat decimā
partem recepti precii,& sic quòd non excedat decem pro
centenario,& quia dicta iura sunt in terminis,non oportet
vlterius quærere,& ad prædictam quæstionem vide Bald.
in rub.C.de consti.pecu.in prin.& Guid. Papæ.in tract. de
vsur.colum. 11. & consuetudo totius mundi hoc seruat se-
cundum Old. d. consi. 207. in fin. ADDITIO noua.
Confirmatur dicta conclusio, quia de consuetudine talis
contractus multum frequentatur, prout etiam dicitur in
dicta extrauaganti Papæ Nicolai. Vnde ratione consuetu-
dinis contractus non iudicatur fœneraticius, quia vt dicit
Bal.in l.vnica.colum.8.in prin.C. de his quæ pœnæ no. Si
in regione aliqua aliquis contractus multum frequenta-
tur inter bonos,& apud mercatores talis contractus cense
tur permissus & non feneraticius. vt ibi per eum, & Pau.
de Ca.consi.289.colum.2.num.4.primo volum.& faciunt
quæ dicit Bar.in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff.
de ædil.edi.& ibi Bartho. Cæpolla,vbi dicit, quòd faciens
actum,qui communiter extimatur licitus, licet in veritate
sapiat vsurariam prauitatem,non dicitur usurarius, vt la-
tius per Cæpo. ibi. Et tenendo istam communem opi. ad
contraria responde, vt latè per Guil. Bont. in d. suo tract.
18 † Et primò non obstat primum, dum dicitur, quòd preciū
debet esse iustum, quia quando non interuenit deceptio
ultra dimidiam iusti precii, dummodo fraus non interue-
niat,non dicitur esse inæqualitas precii,ut ibi per eum, &
maxime quia in casu isto per Papam Nicolaum dicitur ta
xatum,dummodo decimam partem non excedat,& sic ad
decem pro centenario dicitur esse iustum precium, prout
etiam consuetudo obseruat. ADDITIO noua. Et
Bald.in c.1.colum.fina.extra de iureiura. firmat istam quæ
stionem,& arguit ad partes,finaliter nihil certi firmat,sed
dicit, quòd istæ quæstiones sunt periculosæ maximè quò
ad conscientiam, ipse tamen dicit,quòd talis cōtractus de
se non est usurarius,& si habet in se æquitatis re compen-
sationem & proportionem licitus est,aliàs secus,ut ibi per
eum,dicit tamen hoc procedere,quando ex tali contractu
quis excessiuè non lucratur, quia aliàs excessus modi fa-
cit fraudem præsumi,ut ibi per eum. Et ad materiam uide
Ioan.Anto.Alex.consi.163.circa primum,col.1.in fi. cum
seq.ubi ponit, an si socer promittat genero septē aut octo
pro centenario dicatur promissio prohibita & usuraria,de
quo latè per Alexan.consi.31.6.uol.& tenet, quòd gener,si
sustinet onera matrimonii, potest petere usuras ob dotem
19 non solutam loco interesse,ut ibi latius per eum.¶ † Non
obstat secundum dum dicitur, quòd quicquid accedit
sorti, est usura, quia in casu isto non dicitur aliquid rece-
pisse ultra sortem, nec est contractus mutui, sed emptio
20 nis & uenditionis, ut ibi per eum. ¶ † Nec obstat ter-
tium & quartum, quia in casu nostro non est empta pe-
cunia, sed illud ius percipiendi censum annuum, ut per
docto. latius in dictis locis, & Guil. Bon. ubi supra.
21 ¶ † Nec obstat quintum,dum dicitur, quòd solet pallia-
ri in fraudem usurarum, quia nos loquimur, quando est
in frau-

verus contractus emptionis & venditionis, non autē quā-
22 do est simulatus.¶ † Nec obstat sextum, quòd habet censū
certum &c. quia quando emitur fundus, similiter est cer-
tus, & tamen est permissus, & potest etiam interuenire ca-
sus, vt nihil de censu percipiatur, puta si gabella fuerit ab
hostibus, vel ab aliis casibus fortuitis occupata, vel deua-
23 stata, & sic de similibus. ¶ † Nec obstat pactum de reuen-
dendo, quia tale pactum non est illicitum, si alia non con-
currant in fraudem vsurarum l. 2. C. de pact. inter emp. &
vendi. & doct. in c. illo vos. extra de pig. Asten. in summa. li.
3. titu. 11. c. sequitur videre de quarto. col. 9. versi. septimò
quando, & Sil. in sum. in verbo vsura. 2. col. 18. cum seque.
in decimaquinta quæstione. & per doct. in ca. ad nostram.
extra de emp. & vend. cum concor. in d. locis, & ad omnia
contraria responde etiam vt per Bal. in d. consi. 133. Guil.
Bont. in d. tra. de vsur. & Pet. Bellug. in d. Speculo principū
in loco supra allegato. ADDITIO noua. Et tale pa-
ctum de reuendendo siue in perpetuum, siue ad certum
tempus non facit contractum esse illicitum, nec fœnerati-
cium. d. l. 2. & ibi Saly. in terminis. C. de pact. inter emp. &
vend. Sil. in sum. in verbo vsura. 2. co. 18. q. 15. & Guid. Papę
in tract. de vsur. col. 11. in quæstione, quid si vendidi, num.
18. & col. 2. q. sed quid, nume. 28. in fine. Supradictam autē
communem conclusionem, quæ est, quòd contractus em-
ptionis annui census ad decem pro centenario valet & te
24 net. ¶ † Limita primò non procedere, quando esset con-
tractus mutui, puta quia euidenter & clarè appareret de
contractu mutui, vel per alias coniecturas, de quibus per
doct. in d. c. ad nostram extra de emp. & vend. & in cap. illo
vos. extra de pig. & latè Cæpo. in tract. de simula. contra. &
Matth. de Affli. decisio. 65. & per Ias. in l. Titia. §. idem re-
spondi. col. 2. ff. de verb. obl. & per Laur. Calca. d. consi. 84.
cum sequen. nam tali casu si esset contractus mutui, non
esset licitum aliquid recipere vltra sortem, & contractus
esset illicitus & vsurarius, vt latè per Decium in consi. 123.
perlectis, col. 2. 1. vol. & Decius in d. l. de fideicommisso.
C. de transf. cum infinitis concor. in dict's locis. & Pau. de
Ca. d. consi. 289. 1. vol. ADDITIO noua. Ad prædicta
adducitur consti. regni vsurariorum. vbi solum iudeis per-
mittitur habere vnam vnciam pro decem vnciis mutuatis
quolibet anno, & sic ad rationem decem pro centenario,
& ibi Matth. de Afflic. col. 9. in 14. nota. & hoc permittitur
iudeis, non ꝗ sit permissa vsura, vt ex hoc nō possint puniri
25 a iudice seculari, vt dicit Matth. vbi supra in quintodeci-
mo nota ¶ † Ad prædicta adducitur limitatio posita per In
no. Hosti. & alios in d. c. in ciuitate. extra de vsur. vbi dicūt,
talem contractum valere, nisi esset factus in fraudem vsura
rum, vt ibi per eos, & tenet Ambro. de Vignate in d. c. salu-
briter. col. 26. nume. 69. circa medium, & colum. 29. nume.
75. extra de vsur. & Old. d. consi. 207. & Fed. de Sen. d. con-
si. vlt. & Pet. Belluga. in d. Speculo principum in loco su-
26 pra allegato car. 183. bene faciunt dicta per Bald. in d. c. 1.
col. fi. de iureiuran. ¶ † Limita etiam non procedere, quan-
27 do interuenisset deceptio vltra dimidiam iusti precii, vt
per doct. proximè allegatos. ¶ † Limita etiam non proce-
dere, quando contractus annui census etiam sola intentio
ne emptoris esset vsurarius, puta quia eius intētio erat mu
tuare pecuniam, non autem emere censum, quia in foro
conscientiæ esset reprobatus & vsurarius, cum vsura sola
intentione committatur quò ad conscientiam, vt per Ar-
chi. in c. 2. 14. q. 3. & Io. And. in c. consuluit. extra de vsur. &
Fed. de Senis. d. consi. vlt. col. 2. & 4. & Lau. Calca. d. consi.
84. cum sequenti. colum. 4. In hoc aduertant, qui talia fa-
ciunt, ne eorum animas illaqueant, & talis in foro consciē
tiæ teneretur ad restitutionem, quia intentio inspicitur, ex-
tra de vsur. c. cōsuluit. & Fed. de Sen. vbi supra, & quicquid
agunt homines, intentio iudicat omnes, & tenet Guid. Pa-
28 pæ vbi supra nu. 28. in fin. & Pau. de Ca. d. consi. 289. 1. vo-
lum. nume. 6. versi præterea. ¶ † Limita etiam non proce-
dere, quando talis emptor nollet in se periculum suscipe-
re, sed vult alios fideiussores oblatos, vt in omni casu &

D. Ioan. Anto. de Nigris.

euentu sit ei saluum capitale, & annuus cēsus: quia tali ca-
su præsumitur vsurarius, ex quo poterit esse, quòd vēditor
ad paupertatem & inopiā reducatur, & periculum specta-
ret ad emptorem, & per tale pactum semper esset in tuto,
& non subesset alicui periculo, & istæ etiam clausulæ inso
litæ faciunt præsumi contractum simulatum, vt latè per
Laur. Calca. d. consi. 81. & 85 & Io. And. in addi. Spe. in d.
29 rub. de vsur. & Fed. de Senis. d. consi. vlt. ¶ † Limita etiam
non procedere, quando emptio census esset facta ad modi
cum tempus, puta per duos, tres, vel quatuor annos: quia
tunc præsumitur vsurarius, & illud, quod recipitur vltra
sortem, dicitur vsura per ea, quæ dicit Bartol. in l. cum sti-
pulatus sim. ff. de verb. oblig. & sequitur Pet. Belluga in d.
Speculo principum, in rub. 41. §. leges regni, versi. & ad oē.
col. 2. in fi. car. 182. ADDITIO noua. Et Pau. de Ca. d.
consi. 289. 1. vol. vbi tenet, quòd quando talis cōtractus em
ptionis alicuius census in pecunia esset ad tempus limita-
tum, puta ad decennium, tunc illud, quod percipitur vltra
sortem, dicitur vsura, allegat Io. And. in addi. Spe. in rub. de
vsur. vt ibi per eum. ¶ Limita etiam non procedere, quan-
do reciperet vltra decem pro centenario, quia tunc esset il
lud plus vsurarium, ex quo per extrauagantem Papæ Nico
lai solum permittitur vsque ad decimam partem, vt dictū
est, & faciunt dicta per Inno. Hosti & alios in d. c. in ciuita-
te. ADDITIO noua. Et dicta per Bald. in d. c. 1. col. fi.
de iureiura. Et ex hoc infertur, quòd pactum, quod hodie
aliqui solent apponere in contractu emptionis census sci-
licet ꝗ vendit censum francum & liberum ab omni præ-
statione, & solutione gabellarum, est vsurarium, quia vult,
vt pro eo venditor soluat gabellam, & sic habet vltra decē,
& est vsura, de quo vide Sil. in sum. in verbo vsura, col. 6. in
30 fi. cum seq. versi. nonò ¶ † Alio etiam modo limitat Decius
in d. l. de fideicommisso. C. de transf. prædictam regulā pro-
cedere, quando talis venditio census est facta secundū pro-
babilem & verisimilem coniecturam vitæ, puta quia non
est aliquid sinistri de emptore cogitandum, alias secus, vt
31 ibi latius per eum cum concor. in d. locis. ¶ † Limitat etiā
dictam regulā Inno. & Hosti. in d. c. in ciuitate. non proce-
dere, quando esset census nouiter constitutus, quia fideles
ab eo abstinere se debent, & sequitur Ambro. de Vigna in
d. c. salubriter. in loco præallegato, & Pet. Belluga, vbi su-
pra & Fran. Are. consi. 152. ADDITIO noua. Et Pau.
de Ca. d. con. 289. 1. vol. in prin. vbi dicit, quòd si annuus cē
sus consistebat in pecunia, & esset tunc creatus, & in esse
productus, censeretur fieri in fraudem vsurarum. Io. And.
& alii in d. c. in ciuitate. & ibi Ant. de Butri. & Host. in sum.
de vsur. versi. quid de his, qui emunt ab ecclesiis. Io. And.
in addi. Spe. super rub. de vsur. Sed si dictus census esset an-
tiquus, & ante creatus, tunc esset licitus, vt ibi per eos. Ad-
uerte tamen, quòd Sil. in sum. in verbo vsura. lo 2. colum.
11. tenet contrarium, & allegat multos summistas & theo
logos ita tenere, quòd siue sit census antiquus, siue nouus,
est licitus, dummodo careat fraude, vt ibi per eos, quæ om
nia nota, quia sunt quotidiana, & respiciunt cōscientiam.
ADDITIO noua. Item limita non procedere, quā-
do emisset censum annuum pro modico precio, quia pre-
cium debet esse tale & tantum, quòd ex eo potuisset emi
vna possessio non minoris redditus annuatim, vt dicit Pau.
32 de Ca. d. consi. 289. in prin. primo volum. ¶ † An autem va-
leat pactum, vt debitor non possit soluere capitale, nisi con
sentiente creditore, vide Alex. in l. item quia. §. idem Iulia.
ff. de pact. cum ibi allegatis. ADDITIO noua. Et ibi
Ias. colum. 3. in fin. nume. 10. vbi concludunt, quòd si tale
pactum principaliter fit, vt euitetur damnū creditoris, va-
let, sed si principaliter fiat occasione vsurarum, non ualet,
vt ibi per eos. Similiter etiam si esset appositum pactum, vt
non liceret reemere ante quatuor annos, & interim fru-
ctus essent emptoris, tale pactum non ualeret, quia præsu-
mitur in fraudem usurarum factum, ut tenet Cor. consilio
33 23. colum. 2. 3. uol. ¶ † Et quid si annua pensio uendita su-
per aliqua re non potest ex illa tantum percipi, an uendēs

teneatur de aliis bonis reficere. Vide decisi. parlamēti Delfina. q. 8. ¶ † Quid autem si aliquis mutuauit centum, & ille absque pacto promittit soluere, vel soluit decem, an dicatur vsura, Matth. de Affl. in const. regni vsurariorum. col. pen. nu. 35. ponit istam qōem, & arguit ad partes, tandem concludit, ꝙ si gratis aliquid datur mutuanti pecuniam si ne pacto, non est vsura. 14. q. 3. c. vsura est. 18. distin. cap. de eulogiis. Nisi mutuans habeat spem aliquid recipiēdi, arg. c. tua. de simo. 14. q. 3. c. 1. extra de vsur. c. consuluit. Sed vbi interuenit promissio etiam spontanea, vel solutio vsuræ spontanea pro mutuo, est vsura, allegat ita tenere Host. in sum. de vsur. §. 1. ad prædicta vide etiam Sil. in sum. in verbo vsura. 1. col. 2. versi. primò ergo. ¶ † Sed quid de eo, qđ faciunt quotidie mercatores, quia quando vendunt cannā panni, dicunt, si vis modò soluere, habeas pro decē, si hinc ad annum, & sic ad credentiam habeas pro vndecim, an sit vsura, vide Bald. in l. Iulianus. §. veniunt. ff. de actio. emp. vbi dicit, ꝙ hoc est valde dubium, ne quasi omnes mercatores sint vsurarii. Aduerte tamen, quia opi. illorum, qui di cunt, non esse vsuram, est periculosa, vt dicit Sil. in sum. in verbo vsura. 2. in 1. q. vbi latè, nisi forte habeat mercantiam præ manibus, & tunc si solueret, posset aliquid emere & lu crari, vide latè Sil. vbi supra ad ibi dicta me remitto. ¶ † An autem quis possit emere fructum rei ad vitam sine peccato vsurarum, vide Bald. in l. si pater. C. de inoffi. testa. qui tenet quòd sic, dummodo interueniat precium secundùm quòd est vniuersale, vt ibi per eum, de quo vide Sil. in verbo vsura, secundo, per totum, & maximè col. 12. versi. quintum, & dicit quòd non est tutum, quia inducitur votum captandæ mortis, vide ibi ¶ Quæro, pone, quidam vendidit censum ducatorum decem super aliquo fundo pro ducatis centum ad rationem decem pro centenario, & fecit pactum de reuendendo infra certum tempus limitatum, puta infra tres annos pro eodemmet precio, an elapso illo tē pore cogatur reuendere illum censum non obstante lapsu termini, videtur quod non teneatur elapso tempore retrouendere. l. 2. C. de pact. inter empto. & vendi. ita tenet Ang. consi. 199. incipiēte Titius, & sequitur Ias. in l. si ita quis pro miserit. §. Seia cauit. col. 4. ff. de verb. obl. per multa per eos allegata, & tenet Lud. Goza. consi. 87. col. 2. in prin. nu. 5. allegat Bal. in d. l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. & Bal. in l. 2. q. 9. C. de rescin. vend. Soci. consi. 241. col. 16. 2. vol. & licet supradicta opi. in se sit vera & communis. Tamen in casu nostro contrarium de iure puto verius, quòd non obstante pacto & lapsu temporis limitati cogatur emptor retrouendere. Et primò hoc probatur in extrauaganti Papæ Nicolai, quæ est posita inter regias pragmaticas. & incipit. Nicolaus, & pondero tex. ibi, instrumento gratiæ pro consimili precio illa redimendi mediante, & sic ibi tex. loquitur de pacto de retrouendendo generaliter & indefinite, sine limitatione temporis, & cum tex. ille loquatur simpliciter, & generaliter, ita simpliciter & generaliter debet intelligi. l. de precio ff. de publi. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præsta. & cum in dicto pacto in dicta extrauaganti nullum sit appositum tempus limitatum, ergo minimè per partes tempus limitari potest, quia Papa propterea concessit ad rationem decem pro centenario cum illo pacto indefinito de redimendo, & sic a verbis legis non est recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. Confirmantur prædicta per tex. apertum in Regia prag. quæ sequitur post bullam Papæ Nicolai, in vltima col. versi. præterea, vbi dicit tex. illius prag. Præterea dispositionibus apostolicis superiùs insertis inherentes, volumus atque decernimus res, bona, vel iura, ad præstationē huiusmodi censualium obligata propter pensiones eorum statutis terminis non solutas, vel huiusmodi rerum, iuriū, vel bonorum deteriorationem, aut eorum alienationem, vel alias, minimè incidere in commissum, quibuscunque pactionibus in contrarium initis, etiam pęna, aut iuramento firmatis possidentibus ullo modo, & pondera illum tex. ibi, uel aliàs, quæ dictio, uel aliàs, exponitur idest aliter, uel alio modo. ff. de pecul. l. denique. §. utrum. l. 1. §. illud. ff. de aqua quo & æsti. unde non solùm in casibus ibi expressis, sed aliter uel alio modo res non incidit in commissum quibuscunque pactionibus non obstantibus, ergo non obstante pacto cum tempore limitato ad redimendum potest nihilominus redimi, & debet reuendi. Ad prædicta adducitur, quia bona, quæ supponuntur pro censu, semper sunt magni precii & ualoris, & uenditor non uendidisset pro tā uili precio, si certè sciuisset, ꝙ infra tam modicum tempus redimere postea non posset, quia occurrunt calamitates & alia onera, propter quæ non potest ita cito redimere, ita di cit Nico. Bellonus consi. 37. tria sunt in fi. Præterea ex quo talis contractus est super nouo censu, & non dicitur licitus ut supra proximè dixi. Et modicitas precii cum pacto de re uendendo incontinenti apposito faciunt contractum præsumi simulatum & pignoratitium c. ad nostram, & ibi Inno. Ioan. And. Ant. de Butri. & Imo. extra de emp. & vendi. Alexand. consi. 46. circa præsentis. 3. volum. Matth. de Affli. decisio. 65. in causa Melchioris. Decius consi. 692. 5. volum. Sed in tali contractu interuenit pactum de reuendendo in continenti appositum, & modicitas precii, quia si verè aliquis voluisset vendere censum super possessione magni va loris, venderet ad rationem trium vel quatuor pro centenario, vt communiter venduntur tales census, meritò ergo talis contractus est illicitus. Et si diceretur, quòd per bullam Papæ Nicolai approbatur. hoc est cum pacto redimendi generaliter, & non ad certum tempus, vt dictum est, immo regia prag. ibi posita annullat pacta aliter facta. Vnde contractus contra legem factus non valet. l. non dubium. ff. de legi. & ibi doct. & cum sit talis emptor in mala fide, & iuris ignorantia nō excusat, meritò talis contractus cum tali pacto non valet, bene faciunt, quæ dicit Alexand. d. consil. 46. per totum. 3. volumi. Immo etiam haberet locum remedium. l. 2. C. de rescin. vendi. vt per Alexā. d. consi. 46. col. fi. Nec obstant supra in contrarium allegata, quia procedunt in casu, quando contractus non erat reprobatus & suspectus. Nec loquuntur in terminis dictæ bullæ Papæ Nicolai, & regiæ prag. Ioan. Antonius de Nigris.

34 (margin, beside "fina. q. 8. ¶ † Quid autem…") — 35 (beside "bo vsura. 1. col. 2.…") — 36 (beside "crari, vide latè Sil.…")

SVMMARIVM.

1 *Rex debet materiam delinquendi amputare.* 5.

2 *Bannum, seu dictum an possit facere officialis, vt nemo portet arma per ciuitatem.*

3 *Arma portare in sua patria an possit familiaris, domesticus, vel commensalis regius.* 9.

4 *Arma portantes qualiter puniantur.* 10.

6 *Arma prohibita portare nullus debet publicè, nec occultè.*

7 *Armorum portatio an præbeat causam ad violentias & homicidia.*

8 *Occasio mali an sit remouenda.*

11 *Banno, ne quis arma portet, quæ pœna imponi debet.*

12 *Officialis faciens bannum sub pœna torturæ, ne quis portet arma, an torquere possit portantes arma.*

13 *Rex an possit mandare, vt portans arma torqueatur.*

14 *Officialis an possit facere bannum sub pœna manus, vel pedis, ne quis aliquid faciat.*

15 *Arma portans contra bannum an possit puniri pro præsumpto excessu temeritatis.*

16 *Armorum appellatione quid contineatur.* 23.

17 *Statutum puniens violentiam cum armis an comprehendat fustes, lapides & similia.*

18 *Armorum appellatione an propriè intelligatur de armis principaliter ordinatis ad nocendum.*

19 *Statum vt percutiens aliquem cum armis puniatur certa pœna, an comprehendat illum, qui percussit cum amphora vini, vel cum vase vitreo.*

Percu-

DE PROHIBITA PORTATIONE armorum. Rubrica.

ROBERTVS &c. CAPITANEO CIVITATIS PENNÆ. C. CCXXXIX.

1 VT inter † subiectos nostros optatæ pacis quiete perfrui valeamus, delinquendi materiam, in quantum possumus, amputemus, beneplaciti nostri est, & volumus, & fidelitati
tuæ de certa nostra scientia mandamus expressè.
2 † Quatenus statim receptis præsentibus per dictã ciuitatem Pennæ, ac districtum ipsius edicti publici voce preconia facias expressius inhiberi. Vt nullus de ciuitate, districtuque prædictis cuiuscũque status, & conditionis existat, auctoritate quarumcunq; literarum nostrarũ, siue ducalium, seu familiaritatis prætextu nostræ Reginæ consortis, Ducissæ Calabriæ, & Tarenti & Achayæ principũ fratrũ nostrum, aut cuiuslibet alterius qualicunque dignitate, seu potestate fulgentis, quacunque occasione, vel causa, ferre decætero arma prohibita occultè, vel publicè quoquo modo præsumat, vel attentet.
3 † Quòd si forte aliquis de ciuitate ipsa noster familiaris, domesticus, vel commensalis existat, illum huiusmodi arma ferre in patria sua expressius in-
4 hibemus. ¶ † Siquis autem post edictum & inhibitionem huiusmodi ausu temerario ductus, arma ipsa prohibita portare præsumpserit, tu ab eo pœnam in talibus regni cõstitutionibus statutam suis vicibus exigas irremissibiliter, & aliàs contra eum de præsumpto temeritatis excessu iustitia mediante procedas. Datum per Ioannem Grillum de Salerno Anno domini. M. CCCXXIX. die 6. mensis Februarii 13. Indictionis, Regnorum nostrorum anno 21.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

ADDITIO.

VT inter subiectos. ¶ In tex. ibi) optatę pacis &c.
5 † Nota, quòd Rex debet materiam delinquendi amputare, vt pacis quiete perfrui valeat. Imperator enim, seu rex non solum ex cura sibi debita, sed ratione officii tenetur prouidere, ne delicta in futurum committantur, vt latè concludit Matth. de Affli. in constitu. regni, intentionis. colu. 2. in primo notabili. ¶ In
6 tex. ibi (arma prohibita &c.) † Nota, quòd nullus debet portare arma prohibita nec publicè, nec occultè quacunque occasione, vel causa vt h c & in d. const. intentionis nostræ & Bartol. in l. prima. in principio. ff. ad leg. iul. de vi publi.
7 † Ratio est quia portatio armorum præbet causam ad violentias & ad homicidia, vt ibi, & C. de his qui ad eccle. confug. l. si seruus. & C. de epi. & cler. l. si quis in hoc genus
8 in fi. † Et semper est remouenda occasio ad malum. l. vnica. §. sed ne. C. de lati. lib. toll. & l. 1. in prin. ff. nau. caup. stab. cum concor. allegatis per Matth. de Affli. in d. consti. inten-
9 tionis, in rubrica. ¶ In tex. ibi (q si forte &c.) † Nota, quòd etiam familiaris & domesticus ac commensalis Regis prohibetur arma portare in sua patria, vt hic. ¶ In tex. ibi (si
10 quis autem &c.) † Nota, q portans arma prohibita puniri debet pœna in d. constit. contenta, immo plus probat iste
11 tex. † quòd in banno, ne quis portet arma, debet imponi pœ-
12 na in dicta constitutione contenta. Et ex hoc infertur † q si officialis facit bannum in ciuitate, quòd quicunque portauerit arma debeat torqueri, si aliquis fuerit deprehensus cum armis, non poterit torqueri, quia officialis debet obseruare constitutiones & capitula regi, nec potest alterare pœnas iuris & per constitutionem inferendas, ita in terminis tenet Paris in trac. sind. in verbo tortura. §. an in causa pecuniaria. colum. 1. in fin. cum sequen. & Robertus Maran. in suo Spe in sexta parte versi. tortura nume 5. car. 76.
13 secundùm primam impressionem ¶ † Intellige prædicta, nisi Rex mandaret officiali, vt pœnam torturæ imponat portantibus arma, quia hoc facere posset per ea, quæ dicit Par. in d. verbo tortura. §. mandauit Rex. quod tamen intellige, vt ibi per eum. Et ita debet intelligi, quod di-

cit Par.in d.tra.sind.in verbo nũcius.§.iudex in officio.col. 1. vbi videtur velle, quòd possit comminari sub pœna torturæ, ne quis portet arma: quia illud intelligitur, quando fit mandato Regis, & nulla alia curia, excepta Magna Curia Vicariæ imponit pœnam torturæ pro delatione armorum. Et eodem modo debet intelligi, quod dicit Pari. in d.
14 tract.in verbo præceptum.colum. 3. circa prin. † dum dicit, quòd præses, vel alius officialis non potest facere proclama, seu bannum cum pœna capitali, puta manus, vel pedis, nisi faciat cum deliberatione procerum ciuitatis, quia illud intelligitur de ciuitate non recognoscente superiorem, aliàs requiritur licentia regia, quia aliàs non poterit alterare pœnas a iure & constitutionibus statutas, vt di
15 ctum est.† Aduerte tamen ad vnum, quod dicitur in isto cap.circa finem ibi, & aliàs contra eum &c.quòd vltra pœnam in d.consti.contentam portans arma poterit de præ-
16 sumpto temeritatis excessu puniri, vt hic dicitur. ¶ † Et est sciendum, quòd largo modo appellatione armorum continentur omnia tela, hoc est fustes, lapides, gladii, hastæ, lãceæ, scuta galeæ & omne instrumentum aptum ad nocendum. l.3.§.armis.ff.de vi & vi arma.l.armorum appellatio. ff.de verb.sig.l.armatos.in fin.ff.ad leg.Iul.de vi pub. & Insti.de interd.§.q autem Barto. & ibi Alexan. in addi.in l. hi qui.§.telorum.ff.ad leg.Iul.de vi pub.Bartol.in l.pediculis. §.argento.ff.de auro & arg.leg.Ang.Are.in §. ex maleficiis. colum.6. Insti.de actio.& ibi Ias.colum.17.Angel.in tract. malefi. in verbo cũ vno stocco de ferro, & in verbo, & dictus Andreas armatus. Fely.in c.ita quorundã.circa prin. extra de iude.& sarace.& And.Barb.in tra.de præstan.Cardi.in vltima quæstione, sed stricto modo solummodo arma offendibilia continentur, vt in dictis locis, & Felyn. in
17 dicto cap.ita quorundam, colum. 2. † Et ideo statutum puniens violentiam factam cum armis non comprehendun tur fustes & lapides & similia, quia propriæ non sunt arma vt tenet glo.in clemen.1.in verbo arma, extra de statu.mona.& statutum debet strictè interpretari & verificari in verbis propriis.l.constitutionibus.ff. ad muni.l.3.§.hæc verba. ff.de nego. gest.ita tenet Ang.in d.tra. malefi.in verbo cum
18 vno stocco de ferro.cum concor. ibi.† Item prædicta sunt intelligenda de armis, quæ nocere possunt, & quando principaliter sunt ordinata ad nocendum, alias non continentur appellatione armorum propriè, vt tenet Ang.in l.arma
19 tos.ff.ad leg.Iul.de vi pub. † Et per hoc ibi infert ad statutum Perusinum, quo cauetur, ꝙ offendens aliquem cum armis, vel aliqua re apta ad nocendum, ꝙ certa pœna puniatur: nam tale statutum non comprehendit illum, qui percussit aliquem cum anfora plena vino, vel cum vase
20 vitreo, vel terreo, & propterea dicit Ang.ibi.† Quòd semel vidit de facto in quodam, qui percussit cum pera, in qua erat panis & exiuit sanguis: quia non videtur percussus cũ armis & non tenetur pœna illius statuti, ad quæ etiam vide Ang.in l.j.ff.de vi pub.& in sua dispu.exorta guerra, colum.j.& Bar.in d.l.j.ad leg.Iul.de vi.pub.& Augu.Arim.in addi.in trac. malefic.in d. verbo cum vno stocco de ferro. Hyp.in sua pract. cri. §. pro complemento, col.3.in princ. & And.Barba in tra.de præstantia cardinalium, in vlti.qõ. col.fi.¶ Et ista faciunt ad ea, quæ dicit And.de Iser.in consi.
21 regni, si quis aliquem cum armis, vbi dicit † ꝙ percutiens aliquem cum lapide, vel cum bastono, etiam si sanguis exiuit, non punitur pœna manus, & sequitur ibi Matth. de Afflict.& vide, quæ dixi supra cap. ab illo inchoandum & c.
22 qui cum ronca. ¶ † Nunquid autem pallotta plumbea, vel claua ferrea contineatur appellatione armorum, vide Fely.in d.cap.ita quorundam.colũ. 2. circa medium, extra de
23 iud. ¶ † Et quæ veniant appellatione armorum, vide per Matth.de Affli.in consti.intentionis, col.4.versi.tertiò quæro, cum ibi allegatis, & Hyp. in sua pract.crim.§.pro complemento, col.secunda.Ias.in §.ex maleficijs.col. septima,
24 cum concordan. in d.locis.¶ Et est sciendum † ꝙ portatio armorum & vsus armorum prohibetur. Primò de iure ffo
25 rum, de quo habetur.ff.ad leg.Iul. de vi pub.† quo iure videtur statutum, ꝙ si quis vult portare arma extra ciuitatẽ eũdo per itinera potest, sed si vult portare per ciuitatem, vel in loco, vbi fit adunatio gentium, vel in foro iudicii, & non potest.l.j.§.j. & l.qui dolo.§.j. ff.de vi pub. Secundum fuit ius.C.quo iure indistinctè est prohibita delatio armorum, nisi principis licentia interueniat: vt C.vt armo.vsus.
26 lib. 10. ¶ † Tertium fuit ius autenticorum, quo plus disponitur, videlicet: vt non liceat etiam portare arma defensibilia, vt in §.pen.in authen.de armis. Quartum fuit ius magis nouum, de quo loquitur. §. si quis rusticus. de pace te-
27 nenda, in vsi.feud.quo iure statutum est, † quòd itinerantibus licitum est deferre arma debito modo ad se defendendum a prædonibus, non autem ad nocendum aliis, & ibi prohibet rusticis portare arma, vt ibi videre poteris, & ad prædicta vide And.Barba.in dicto tract. de præstan. Cardi.
28 in vlt.quæstione columna antepenul.¶ † Quintum fuit ius in regno, in consti.intentionis. per quam generaliter prohibetur portatio armorum, etiam defendibilium, nisi in casi-
29 bus vt ibi. ¶ † Sextum fuit ius per capitu.regni plectantur. cum cap sequen.supra nume. 153. vbi prohibetur portare cultellum feritorium, & quòd percutiens cum ronca manaria, accetta, vel cultello puniatur eadem pœna, ac si cum armis percussisset, vt in capit. qui cum ronca. 154. &
30 quæ in d. locis dixi. ¶ † Septimum est ius inductum per istud capit. nostrum, vbi similiter generaliter prohibetur
31 portatio armorum.¶ † Octauò est ius canonicum, quo iureetiam clericis inter dicitur vsus armorum cap. clerici, extra de vita & hone.cler.& clemen. 1.eod. titulo cap. clerici, & quasi per totum 23. quæstione 8. de quo etiam per
32 Hippo.in dicto §.pro complemento.in prin. ¶ † Supradicta autẽ regula, quòd non est licitum portare arma, limitatur multis modis, & vide Matth. de Affli. in dicte consti. regni intentionis, vbi ponit viginti limitationes, & multas alias limitationes vide per Pari.in tract. sind.in verbo tortura.§.mandauit Rex columna 1. & 2.& Hippo. in dicta sua pract.crimi.§.pro complemento, & multas alias vide per doct.in d. §. si quis rusticus. de pace tenen. in vsi. feu. per Bald.in l.nam salutem.§.aut enim.& §.sciendum. ff.de offi.præfe.vig. & per And. Barba. in dicto tract. de præstan. Cardi.in vlt.quæstione, in vlt. carta, & in dictis locis vide, quia multas inuenies limitationes, & Soci. in regula. 336. incipiente, prohibitum est regulariter arma portare &c.

ADDITIO noua. Et uide Bartol.in l. 1.in prin. col. 2.ff.ad leg.iul.de ui pub.ubi dicit, quòd iura, quæ prohibent portationem armorum, non habent locum in gladiis paruulis, qui non sunt in usu nocendi, & quibus quis in prælio non utitur, sed sunt ad incidendum panem, uel ad temperandum calamum, & similia, ut ibi per eum, cum concor.ibi allegatis per And. Barba. in addi. quod tamen intelligit ibi Bartol.nisi aliquis maliciosè portaret ad offen
33 dendum, ut ibi latius per eum. ¶ † Quid autem si aliquis portaret unam mazam ferratam, uel aliquod lignum nodosum magistraliter fabricatum ad nocendum, ut uulgariter dicitur maglyoccola, uel si portaret securim seu accettam, certè iudex debet arbitrari qualitatem fustium & personæ, & poterit prohibere, ne talia portentur per aliquos, de quibus timetur scandalum, ita dicit And.Barba.in d.tra. de præstan.Cardi.in ult.q.col.fi.& si contrauenerit, poterit puniri rõe spreti mandati, per titulum si quis ius dicen. nõ obtemp.per ea quæ dicit Ias.in d.§.ex maleficiis, col. 18.in prin. Insti.de actio.& August.Ari.in addi.tra. malefi.in uerbo cum uno stocco de ferro, dum ponunt de portante cultellum ad incidendum panem, quia si in fraudem & animo offendendi illum portat, poterit prohiberi, & tenet Soci.in regula. 336. in ordine meo in quarta fall. & incipit illa regula, prohibitum est regulariter arma portare &c.
34 ¶ Ad unum etiam erit aduertendum, † quòd licet iudex, seu officialis cum causa possit dare licentiam portandi arma, & sine causa non posset, ut tenet Matth. de Afflic. in d.consti.intentionis.in rub.& idem Matth.in consti. castellanis.colum.fi.& Soci.in dictis fallentiis.d.regula. 336.

in fi.

35 in fi.† Tamen si aliquis haberet licentiam portandi arma, non poterit illa portare coram iudice, neque in congregatione & cetu hominum, neque in palatio principis, vel cetu consilij, secundùm Ang. in l. armato. ff. de vi publ. & Bal. in d. §. siquis rusticus. de pace tenenda. Socin. in d. regula, in fi. And. de Iser. in tit. de pace tenen. §. ad palacium. Ias. in d. §. ex maleficiis. col. 18. Insti. de actio. Mart. Lau. & alij
36 in d. §. siquis rusticus. cum concor. ¶† Quæro, an inuentus cum armis debeat perdere arma, gl. in d. §. siquis rusticus, de pace tenen. quam sequitur Bal. ibi, tenet, ꝙ vltra pœnam legis, vel statuti, debet etiam perdere arma, & sequitur Ias. in §. ex maleficiis. colum. 17. nume. 81. Insti. de act. & Hippo. in sua prac. cri. §. pro complemento. col. 2. num. 12. allegat etiam Ludo. Rom. in sing. vt ibi per eum, & tenet Andr. Barba. in d. trac. de præstan. Cardi. in vlti. quæst.
37 colum. pen. in princ. versic. & etiam pondera. ¶† An autem inuentus cum armis in porticu domus teneatur ad pœnã, vide Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de iniur. colum. 4. in
38 addi. inci. ita vulneratus. in fi. ¶† Qualiter autem puniatur, qui congregat gentem armatam, vide in quæstionibus par
39 la. Delfi. 437. incip. inter cęteras. cum concor. ibi. ¶† Quæro, an officialis, qui stat ad sindicatum, possit portare arma, ac si esset in officio, videtur ꝙ sic: quia licet deposuerit officium, tamen dicitur vetus officialis, & durant reliquiæ officij & dignitatis, vt dicit Bal. in l. obseruare. §. proficisci. col. 3. in septima quæstio. ff. de off. procon. Tamen in contrarium est veritas: quia officialis finito officio non dicitur officialis, vt tenet Bal. in loco præalle. & Bal. consi. 54. statuto cauetur. 2. vol. in specie concludit Paris in trac. sind. de modo & forma sind. §. officialis finito officio, col. 2. vbi tenet, ꝙ officialis, qui sindicatur, non potest portare arma, & tenet Matth. de Affl. in consti. regni intentionis. co
40 lum. 6. ver. decimò quęro, per multa ibi allegata. ¶† Sed pone, ꝙ officialis, qui sindicatur portat arma, an possit puniri, vel prohiberi per sindicatores, an verò p nouũ successorem officialem, videtur dicendum ꝙ per sindicatores puniri & prohiberi possit, quia adhuc durant reliquię officij & dignitatis, licet officium deposuerit, ar. l. 1. & fi. ff. de offi. proconf. & leg. Item quia nomine appellantur rectores post depositum officium durante sindicatũ. l. 1. C. vt omnes tam ciui. quàm mili. & appellatur vetus potestas. Vnde ratione dignitatis non debet coarctari, arg. l. diuo Marco. C. de quæstio. Et hoc nisi commisisset capitale, vel grauissimum crimen, arg. l. 1. & l. diuus. ff. de custo. reo. secundùm Fran. Accur. & tenet Par. in tra. sin. in rub. de offi. sindicato. §. an si potestas, col. 3. in princi. vers. an si potestas. Sed portatio armorum dicitur esse leue delictum, vt dicit Bar. in l. leuia. col. 2. ff. de accu. & istud etiàm ponit, licet non firmet Matth. de Affl. in d. consti. intentionis. col. 6. in 10. qõ. & similiter Par. vbi sup. non videtur omnino firmare. Contrariam opi. ꝙ immo officialis nouus successor possit punire officialem, qui stat ad sindicatum arma portantem & non sindicatores, tenuit Bal. in d. l. obseruare. §. proficisci.
41 in 2. q. ff. de off. procon. & leg. vbi dicit, † ꝙ si officialis finito officio delinquat, hoc non pertinet ad sindicatores sed ad potestatem, argu. ff. quod cuiusque vni. l. item eorum. §. si decurione. versi. sed si, & tenet Paris in trac. sindi. in rub.
42 de off. sind. §. iudices ad sindicatum, cum ibi allegatis.† Vbi intelligit hoc verum, nisi talis officialis delinqueret coram sindicatoribus, quia tunc ad eos pertinet punitio, argu. l. nullum. C. de testi. quę ibi dicunt doctores. ¶ Pro ista etiam
43 parte adducitur.† Quia sindicatores officialium non habent iurisdictionem contra officialem de gestis extra officium non contemplatione offici: quia in talibus non sortiuntur forum, vt tenet Guil. de Cun. in l. nulli. C. quo app. non recipi. & tenet Bald. in l. 2. C. vbi de ratioci. agi opor. & ibi etiam Saly. qui solet esse corruptus ibi, & Alber. Bru. in trac. de consu. decre. statu. &c. in verbo officialis, colum. 2. versicu. statutum dicit, quòd officiales, & Ias. in l. vnica. col. fi. ver. tertiò habetis. C. vt omnes iudi. tã ciuiles quàm milita. bene faciũt, quę dicit Ang. in l. 1. C. si rector prouin. vbi dicit, ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ potestas tenetur de familia & suis officialibus. Intelligitur pro eo, quod gesserunt
44 in officio, secus de his, quæ gesserunt extra officium.† Et dixit Ang. consi. 7. ꝙ iudex mercantiæ, qui potest exequi sententiam in causis mercantiæ, debet articulari, & constare, ꝙ illa causa est de mercantia, aliàs non poterit exequi sententiam, sic in casu nostro solùm sindicatores possunt cognoscere de gestis in officio, & contemplatione officii & non de aliis, & hoc etiam tenet Par. in d. §. iudices. col. secunda. & officialis finito officio non est officialis, vt dictum est, & portare arma est delictum, quia puniri potest, vt dictum est, cum ergo portando arma post depositum officium deliquit, extra officium non potest per sindicatores puniri, & hoc videtur velle Matth. in d. consti. intentio-
45 nis. col. 6. & est communis opi.† Nec obstat, quòd officialis deposito officio vocatur officialis vetus, & remanent reliquiæ: quia respondeo, ꝙ impropriè dicitur officialis, & reliquiæ dicuntur remanere de his, quæ sunt ratione præteriti officij, non autem quantum ad ea, quæ sunt facta post illud officium, vt dicit Bald. in d. §. proficisci col. 3. in 7. quæstione. ¶ Secundo modo respondetur, ꝙ licet nudo
46 nomine & impropriè vocetur officialis: † tamen quia lex debet esse imposita factis & non verbis. l. fi. & ibi Bal. C. de vsur. Specu. in titu. de procu. §. 4. ante versi. verum, ad propositum tractatur de puniendo portantem arma, non autẽ inspicitur, quomodo vocetur: quia si inspiceretur eius nomen, & non factũ, diceretur lex imposita verbis, & non factis, alia iura pro prima parte allegata nõ probant, quia in diuersis terminis loquuntur, & data instantia non procedit argumentum. l. Papinianus exuli. de mino. l. fin. ff. de calumn. Nec illa distinctio supra relata procedit, s. aut crimen est grauissimum, & nõ cognoscunt sindicatores, aut est leue, & cognoscunt, arg. l. 1. & l. diuus. ff. de custo. reor. quia illa iura loquuntur in diuersis terminis, loquuntur enim respectu carcerationis, non autem respectu iudi-
47 cis, scilicet quis possit cognoscere, vel non. ¶† Et tanto magis quia cognitio portationis armorum est de mero imperio, vt dicit Guid. Papę in quęstionib. parla. Delfi. q. 437. col. fin. Confirmantur prædicta ponderando regiam prag. quæ incipit, regię dignitati. ibi, de commissis & omissis in eorum officio, ergo de aliis cõmissis extra officium non potest cognoscere, argu. l. cum prætor. ff. de iudi. Et sic remanet vera conclusio & communis, ꝙ punitio spectat
48 ad officialem, non autem ad sindicatores. ¶† Et ex hoc refertur, quòd nouus officialis ex causa potest dare licẽtiam veteri officiali, qui stat ad sindicatum, vt possit portare arma, & sindicatores non poterunt de hoc se intromittere, vt dicit Matt. in d consti. intentionis. col. 6. ADDITIO noua. Quia aliàs officialis finito officio dum stat ad sindicatum, si arma portaret, posset puniri, vt dicit Par. in tracta. sindic. in rubr. de offi. sindi. §. officialis finito. col. 2. versicu. & adde. Aduertere tamen debet nouus officialis, vt subsit causa, & quòd euitetur fraus vel scandala, quia si viderit, quòd officialis, qui stat ad sindicatum, vult licentiam portandi arma ad incuciẽdum timorem querulantibus, vel timetur, ne aliquod scandalum committat, nõ debet talem licentiam dare, sed potius prohibere, ne portet arma per supra dicta. ADDITIO noua. Et per ea quæ dicit Lucas de Pen. in l. fin. C. vt armo. vsus. in fi. lib. 11. & Matth. de Affl. in constit. regni, Castellanis, in quarto nota. & faciunt, quæ dicit Bart. in l. 1. in prin. ff. ad leg. iul. de vi.
49 † Ad vnum tamen aduerte, ꝙ officialis non potest dare licentiam portandi arma etiam cum satisdatione de nõ offendendo, quia satisdatio propositum maleuolum nõ mutat, nisi sit iusta causa timoris, & non simulata, vt tenet Lucas de Pen. in d. l. fi. in fi. C. vt armo. vsus. li. 11. And. de Iser. & Mat. de Affl. in d. consti. regni. Castellanis. in quarto no. Et ibi etiam per illum tex. dicit, ꝙ solus Rex potest dare licentiam portandi arma, licet de consuetudine magister iustitiarius, vel iustitiarius, & capitanei locorũ ex iusta causa de consuetudine possunt talem licentiam dare, & talis con-

consuetudo debet probari, vt dicit ibi Matth.colum.fina. & ibi etiam latè ponit multa requisita in causæ cognitione, vt possit concedi talis licentia portandi arma, vide ibi latè per eum, ad prædicta etiam vide Matth.de Affl.in §.si
50 quis rusticus.de pace tenen.in vsi.feud. ¶† An autem portans gladium cũ vagina lacerata seu rupta dicatur in culpa, vide D.Aymo consi.97. Giugo grossi.1. volu. vbi dicit, quòd sic. Et ex hoc decidit, quòd cum duo colluctarent, & vnus habebat gladium cum vagina lacerata & rupta, & intulit damnum, & vulnus alteri, quòd ratione culpæ tenetur ciuiliter ad damna, vt ibi per eum, Et vide Fran.Are. consi.80.sicut decet.colum.3.vbi dicit, ꝙ cultellus breuis non computatur appellatione armorum, vt dicit gl.in authen.de armis.§.si & Azo in sum.C.vt armo.vsus, lib.11. & in sum.C.de fabri.lib.11.vnde Are.vbi sup.infert, quòd percutiens cum tali cultello breui non præsumitur habere animum occidendi, & occidens cum eo non punitur de occiso, nisi alia concurrant, vt ibi per eum. Et prædicta intellige nisi ille, qui portabat gladium paruum, vteretur illo gladio ad percutiendum: quia nihilominus puniretur, posito ꝙ ille gladius esset aptus ad incidendum panem; & ad illum finem regulariter fabricatus, ita dicit Andr. Barba.in trac.de præstan.Cardin.in vltima quæstione, colum.1.ante medium.
51 ¶†Nunquid autem credatur nuncio, seu familiari curiæ referenti se aliquem inuenisse cum armis, vide Pari.in tracta. sindi.in verbo nuncius.§. iudex.colum.prima.vbi videtur concludere, quòd vni soli non creditur, sed si essent plures, crederetur, vel si ipsum captum cum armis duceret ad iudicem cum armis: quia tunc ratione euidentiæ & notorietatis: quia est cum ar-
52 mis, crederetur, vt ibi latius per eum. ¶†Nunquid autem inuentus cum armis per familiam potestatis si vult dare idoneum fideiussorem de se præsentando coram Potestate, debeat relaxari. Dic quòd sic, & si non relaxant, tenentur actione iniuriarum, vt tenent Angel.Raph. Fulg. in l.si verò.§.pro rei qualitate, per illum text. ff.qui satisd. cogan.Bartol. Ias.& alii in l.prima.colum. prima.ff.siquis in ius vocat.non ierit, Matth.de Affl.in constit.regni, humanitate nobis.colum.quarta.ver.rursus, vbi ponit, quòd si magna curia vicariæ, misit quosdam alguzerios ad capiendum certos suspectos de robaria in strata publica, illi commissarii inuenerunt eos, & illi obtulerint fideiussores de stando iuri, tenentur recipere, aliàs tenentur actione iniuriarum, sed melius dixisset, si obtulerunt fideiussores de se præsentando coram Potestate, vt dictum est: quia Potestas postea poterit videre, si debent relaxari fideiussoribus de stando iuri nec ne. Et ad materiam portationis armorum, vide quæ dixi supra cap. plectantur. nume.153. cum sequenti capitu. quod incipit, qui cum ronca. Ioannes Antonius de Nigris de ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Monetam seu carlenos incidentes qualiter puniantur.*
2 *Monetam incidens an teneatur sicut de crimine læsæ maiestatis.*
3 *Monetam incidentes accusans quod præmium habere debet.*
4 *Monetam refutans qualiter puniatur. 6.*
5 *Monetã incidentes quibus probationibus conuinci possint.*
7 *Monetam falsam cudens, vel expendens, vel tondens qualiter puniatur.*
8 *Pœna personę & bonorum quid importat.*
9 *Pœnæ duæ quando imponuntur vna in persona, alia in rebus censeantur duæ sententiæ.*
10 *Monetam refutans qualiter puniatur.*
11 *Fama cum vno teste an faciat plenam probationem.*

DE DEMOLIENTIBVS, falsantibus & incidẽtibus liliatos carlenos. Rub.

CAROLVS TERTIVS DVX CALABRIÆ &c. Iustitiariis tam præsentibus, quàm futuris &c. CAP. CCXL.

IAM sæpe ad nos plurium murmuratio peruenit, ꝙ nulli ausu temerario, & ambitione ceca seducti, quin potius modica, licet parua vtilitate illecti, in diuersis regni partibus huiusmodi regalem monetam argenteam in eodem regno singulis vsualem demoliri conantes, eandem monetam, carlenos videlicet argenti liliatos, quos bonos vtique & approbatæ tenutæ, seu ligæ, formæque patentis regalis, cauta prouisio publicæ vtilitati prouidens, veterum carlonensium in quorum expensione ponderationis & alia difficultas varia præstabatur, cursu seu vsu in expendendo penitus interdicto, cudi voluit, & mandauit, & nunc cuduntur, & generaliter expenduntur, furtim, & dolosè in illorum giro incidunt, & minoris ponderis reddunt, in ipsius reipublicæ detrimentum, ex quo illud inducitur reprobũ, ꝙ quàm plures mercatores, campsores, & expensores alij, incisionis huiusmodi occasione prætensa, carlenos ipsos in eorum commertiis, atque cambiis, partim electos recipiunt, partimque refutant, & adeo iam talis refutatio inoleuit, ꝙ dicta nouorum carlonensium moneta absq; electionis, & exceptionis præpendio incursu haberi non potest generaliter, & expendi. Cumque inter cætera curis nostris inhærentia vtilitati publicæ pro futura, illud ad præsens occurrat perutile, vt dictorum incisorũ inuestigaremus, & tollamus nequitias, ac proinde refutationis dictorum carle-
1 norum materiam succidamus. ¶ †Fidelitati vestræ præcipimus, quatenus statim receptis pręsentibus, per terras & loca iurisdictionis vestræ bannire publicè faciatis, ꝙ nulli audeant, vel præsumant carlenos ipsos incidere, & minoris ponderis reddere, sub pœna personarum, & bonorum omniũ eorun-
2 dem, †Adiecto, ꝙ vltra id, qui contra præsumpserint, sicut de læsæ maiestatis crimine punientur.
3 † Et siquis talem, vel tales dictorum carlenorũ detulerit vel accusauerit incisores (illis conuictis de crimine) viginti lucrabitur augustales, eis super bonis & de bonis maleficorum ipsorum per curiam
4 exsoluendis. † Ita ꝙ nullus præsumat decætero dictos carlenos nouos renuere, seu quomodolibet refutare, dummodo sint argenti boni, & ligæ prædictæ, siue formæ. Sed eos quilibet, omni prorsus incisionis, vel minoris ponderis occasione sublatis, ad rõnem videlicet de granis auri decem pro quolibet, indifferenter, sine electione, seu exceptione qualibet recipiat & expendat sub pęna vnciarũ auri duarũ ab illo, vel illis, qui & quoties secus fecerint exigenda. Et deinde si aliquẽ, vel aliquos præsumptores inueneris, & prohibitionis hmõi forsitan transgressores, p̃dictos incisores inueniẽdos p-

ro-

5 vos, vel alios, vt p̄dicitur, deferendos. † Cōtra quos circa ipsius probationem criminis famę publicę & vni fide digno testi tantum stari, & adhiberi volumus plenam fidem, nullis probationibus aliis propterea requirendis, & ad nos & nostrā curiam sub fida custodia destinetis, prędicta pęna cum omni ri
6 gore iustitię puniendos. † Ab illis autem, qui prędictos carlenos refutauerint, vt prędicitur, prædictā pęnā vnciarum auri duarum pro qualibet irremissibiliter exigatis, toties quoties inciderint in eādē. Huius pœnæ quartam delatori, & reliquum fisco curabimus applicare. Data p magistros rationales.

ADDITIO.

7 IAM sæpæ. † Ad materiam huius ca. de cudentibus & expendentibus falsam monetam & de tondentibus, vide, quæ dixi sup. c. vt quæ ab excellentia, nume. 31. & c. Item ꝙ recipiatur. sup. nu. 34. cum alleg. in d. loc. ADDITIO noua. Et no-
8 ta, ibi, sub pœna personarum & bonorū omnium, † ꝙ ista verba important pœnam mortis, & publicationis bonorum, vt probat gl. quę reputatur sing. in auth. de armis, in verbo pecuniis, quam sequitur Ang. consi. 219. punctus, & consi. 139 visis, & Tho. Grā. decisi. 72. in fi. & est regia prag. edita tempore Don Raymundi de Cardona Proregis regni, per quam imponitur pęna mortis naturalis, & dixi in d. c. vt quæ ab excellentia, sup. 31. Et dicit Bald. consi. 426. Pręmittēdum. 1. vol. per d. gl. in auth. de armis, in verbo pe
9 cuniis. quam reputat valde sing. † ꝙ qn̄ imponuntur duæ pœnæ, vna in persona, alia in bonis per dictionē, &, repu-
10 tantur duæ sentētiæ, vt ibi per eū. ¶ Item no. † ꝙ refutās monetam punitur pœna duarū unciarum, dūmodo sint boni argenti & ligæ, de quo dixi in d. c. vt quæ ab eccellētia. ¶ In
11 tex. ibi (contra quos). † Nota casum, in quo fama cum vno teste fide digno facit plenam fidē, & dictū vnius testis cū fama coniunguntur ad plenā probationē, & ideo dicebat Bal. in rub. de contro. inuesti. ꝙ vnus testis de veritate, & duo de fama coadiuuant testimoniū, & idem Bal. in c. 1. §. cū autē. eo. ti. de cōtro. inuesti. in vlt. col. Et dicit Bal. in l. si quis. §. non cogitur. ff. de eden. ꝙ in causa ciuili vnus testis de veritate & duo de fama faciunt plenā probationē, & tenet gl. & Bal. in c. 1. ext. de app. & ibi Deci. & Matt. de Affl. deci. 337. in causa Dianoræ. col. 2. gl. in l. 3. ff. de testi. gl. in c. veniens. & ibi Are. & Cano. ext. de testi. Bar. in l. admonēdi. col. x. ver. aduerte, vbi dicit, ꝙ vnus testis & fama publica faciunt plenam probationem, & tenet Ias. ibi in repe. col. 95. & 96. nu. 249. & nu. 253. ff. de iureiur. Fran. de Are. consi. 61. in causa illorū, col. fi. ver. præterea. Immo plus dicit Matth. in d. decis. ꝙ si vnus testis deponit de veritate & de fama, & alius testis deponit de fama, probant, vt ibi per eū. Et dicit Bal. in d. c. 1. de app. ꝙ fama cū vno teste vel cū aliis adminiculis facit probationē, & dicit Bar. in d. l. admonēdi in loco sup. allegato, ꝙ duæ semiplenæ probationes, puta vnus testis de visu & confessio absente parte faciunt vnam plenā: quia cōfessio absente parte facit semiplenā, & si esset geminata, faceret plenā probationem, vt dicit Matt. in d. deci. 337. col. 2. Similiter si esset vna apoca, seu priuata scriptura sine subscriptione, sed approbata per testes ac comparationē litterarum tantū, quo casu faceret semiplenā probationem, ut dicit Bar. in d. l. admonendi. col. 5. circa fi. & Matth. de Affl. decis. 181. in fi. cum concor. ibi, & Tho. Gram. decis. 84. & 103. & esset vnus testis de uisu, uel confessio absente parte plenè probata, uel si esset geminata, faceret plenā probationē per prędicta, & dicit Fran. Cur. Senior cons. 77. super motiuis. col. 5. vers. 3. conclusio, ꝙ ex pluribus coniecturis resultat plena probatio, q̄ aliàs non resultaret per ibi allegata per eum. Et si causa esset ardua & magna, quo casu æquiparatur causæ criminali, tali casu si esset unus testis de uisu & fama, & concurrerent aliæ coniecturæ, sufficeret, ita tenet Deci. in d. c. 1. col. fin. nu. 18. uersi. secunda conclu. ext. de app. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Peccata tanto fiunt grauiora, quanto sunt diuturniora. 6.*
2 *Vniuersitas quando componitur, plerunque efficiuntur pœnæ participes, qui sunt culpæ penitus expertes. 8.*
3 *Vniuersitas an possit componi pro receptatione bannitorum 9.*
4 *Processus factus contra vniuersitatem de receptatione bannitorum an valeat. 17.*
5 *Puniri an possint facientes processum contra vniuersitatem de receptatione bannitorum.*
7 *Occasio mali tolli an debeat.*
10 *Componi an possint particulares pro receptatione bannitorum.*
11 *Compositio an fieri possit in delictis corporaliter puniendis.*

DE NON COMPONENDO SVPER receptatione bannitorum cum vniuersitate, seu personis singularibus. Rubr.

ROBERTVS &c. IVSTITIARIVS &c. CAP. CCXLI.

AD iniusta remouenda grauamina nostrorum fidelium, quorū statum intrinsecè diligimus, ad punienda crimina, quin potius patratores ipsorum, conseruandæ iustitiæ consideratione suasi, tria nuper edicta nos edidisse noueritis sub tenoribus infrascriptis. Robertus Dei gratia Rex &c. ¶ Vniuersis præsentis edicti seriem inspecturis tam
1 pręsentibus, quàm futuris. † Tanto fiunt grauiora peccata, quanto in diuturniori contumacia sunt commissa, tollenda igitur est causa mali, nec cui non opportunè resistitur, approbari error improbè videatur. Sanè dictas iam (sicut assertione fide digna comperimus) in abusu compositiones pecuniarias factas per prouinciarum præsides, ac alios officiales regni nostri Siciliæ, qui fuerunt pro tempore, cum certis vniuersitatibus, specialibusque personis, de receptationibus bannitorum, nec immerito detestantes eos, cum videantur obuiare iustitię, subiectisque fidelibus onera grauia generare, prouidimus nuper de certa nostra scientia nullatenus decetero faciendas, ea præsertim conside-
2 ratione suasi. † ꝙ dum ad soluendas compositiones huiusmodi tota vniuersitas compellitur, hi nonnunquam efficiuntur pœnę participes, qui culpæ penitus sunt expertes. Huius itaque ordinationis edicto perpetuo valituro præscribimus, de certa nostra mera scientia districtius inhibentes, vt si quando aliquæ, vel aliqua ex vniuersitatibus terrarum & locorum quorumlibet dicti regni, seu speciales personæ bannitos receptasse forsitan arguatur, præsides, officialesque prædicti (quantum ad vnumquemque ipsorum pertinet) iuxta formam capituli super hoc editi, contra receptatores ipsorum bannitorum ad inflictionem pęnę meritæ generaliter, vel specialiter, prout in-

gens

gens casus exegerit procedere prçuia iuris contem-
3 pti † cum dictis vniuersitatibus seu personis, tales
compositiones ex nunc in antea propterea facere
4 quomodolibet non præsumant. † Nos enim om-
nem processum, quē contra præsentis edicti men-
tem & seriem fecerint, forsitan in prædictis ex
nunc prout ex tunc irritum fore decernimus, &
5 inanem. † Et facientes eundem ipso facto pœnæ
asperitate plectendos, qua puniuntur edictorum
regalium transgressores. Vt autem præsens edi-
ctum in communem deueniat notitiam singulorum, cartas, siue membranas seriem continentes illius, sub pendentis maiestatis nostræ sigillo portis maioris ecclesiæ Neapolitanæ, & Castri nostri noui de Neapoli affigi fecimus, quæ tenorem edicti præfati suo quasi sonoro præconio, & patulo inditio publicabunt, & nihilominus in maioris cautelæ suffragium, Iustitiariis & aliis magistratibus nostris iniungimus, vt edictum ipsum per decretas eis prouincias diuulgent publicè ac diuulgari de more faciant, illudque studeant tenaciter obseruare. Data Neapoli per manus Io. Grilli de Salerno iuris ciuilis professoris, Vicegerentis Prothonotarij Regni Siciliæ, Anno Domini. M.CCCXXX. Die vltimo Maij XII. Indictionis. Regnorum nostrorum. Anno XXII.

ADDITIO.

AD iniusta. ¶ In tex. ibi (tãto fiũt grauiora &c.)
6 † Nota, ꝙ tanto grauiora sunt peccata, quan-
to diutius infelicem animam detinent alli-
gatam, vt hic & c. fi. in prin. extra de consue.
7 ¶ In tex. ibi (tollendi igitur.) † Nota, quòd tol-
li debet occasio mali, facit tex. in l. ęquissimum. ff. de vsufr.
& dixi supra cap. vt in er. 239. ¶ In tex. ibi (tota vniuersitas
8 compeilitur &c.) † Nota, ꝙ quando vniuersitas componi-
tur pro receptatione bannitorum, hi plerunque efficiun-
tur pęnæ participes, qui culpę penitus sunt expertes, quod
esse non debet: cum pœna suos debeat tenere auctores.
l. sancimus. C. de pœni. & §. quoniam verò. in auth. vt nul-
li iudi cum similibus. ¶ In text. ibi (cum dictis vniuersita-
9 tibus seu personis &c.) † Nota, quòd pro receptatione ban-
nitorum non debet fieri compositio cum vniuersitatibus:
quia punirentur illi, qui sunt innocentes, vt hic & infra c.
Iem quòd prædicti officiales, numero 278. & per ista iu-
ra videtur correctum. cap. licet contra. supra 210 in quan-
10 tum loquitur de compositione vniuersitatis. † Et similiter
non debent componi particulares, idest qui sunt maiores
in vniuersitate, prout erat in dicto ca. licet. quia hic istud
prohibetur, bene tum ipsi receptatores puniri debent, vt
11 dixi in dicto capitu. licet. vbi vide quæ ibi dixi. ¶ † Simili-
ter etiam prohibetur compositio in delictis corporaliter
puniendis, vt infra capitu. ne peruerso. nume. 244. & cap.
ne quis. infra nume. 251. de quo vide supra capit. exercere
volentes. nume. 221. & quæ ibi dixi.

ADDITIO noua. Ad prædicta etiam facit text. §. quoniam verò. in authen. vt nulli iudi. & ibi glo. in verbo viris, quæ dicit, nota contra potestatem, qui punit contratam pro aliquo delinquente. ¶ In text. ibi (nos. n. &c.)
12 † Nota, quòd processus factus contra vniuersitatem su-
per receptatione bannitorum est irritus & inanis, vt hic.
Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Via delictorum præcludi debet.*
2 *Maleficia plurima perpatrantur, & tamen malefactores non apparent.*
3 *Delicta impunita remanere non debent.*
4 *Clandestina maleficia & disrobationes si committantur in terris, vel territorio an vniuersitates teneantur.*
5 *Malefactores capere an liceat vniuersitatibus, vel eorum dominis & officialibus.*
6 *Vniuersitas an teneatur ad emendationem damni clandestini commissi intus ciuitatem.*
7 *Barones an teneantur pro medietate ad damnum clandestinum.*

DE DAMNIS EMENDANDIS per vniuersitatem. Rubrica.

Tenor secundi edicti.

ROBERTVS &c. VNIVERSIS præsentis edicti seriem inspecturis tam præsentibus, quàm futuris. CAP. CCXLII.

1 PRÆSIDENTIS † incumbit
officio viam delictis præclude-
re, sicque illam coercere proui-
se, vt per aptum remedium refre-
netur iniuria, & dãna passis emẽ-
2 dentur illata. † Sanè contin-
git interdum maleficia plurima in terris & locis
regni nostri Siciliæ, seu ipsorum territoriis perpa-
trari, nec tamen apparent maleficiorum hmõi pa-
3 tratores. † Ne igitur crimina impunita pertran-
seant, ob quæ pœnas persolui magna ratio persua-
det, huius nostræ ordinationis edicto vsque ad
nostrum beneplacitum valituro, perscribimus.
4 † Vt si quando committi in ciuitatibus, castris, ter-
ris casalibus, & locis aliis dicti regni, siue sint de
nostro demanio, siue Sanciæ Hierusalem, & Sici-
liæ Reginæ consortis nostræ, necnon spectabilium
Tarenti & Achaiæ principum fratrum nostrorũ,
siue ẽt prælatorum, comitum, & baronum, cuius-
cunque dignitatis, status & conditionis existant,
seu earundem terrarum territoriis disrobationes
aliquas, deprędationes, aut damnificationes per
quospiam, quoquomodo contingerit, nec vniuer-
sitates dictarum ciuitatum, terrarum, castrorũ, ca-
salium, aliorumq́; locorum, seu domini eorum ex
illis, qui de dicto nostro demanio nõ existunt, aut
officiales eorum malefactores tales capere & ad
prouinciarum præsides recepturos pro meritis ca-
ptiuos destinare curauerint, vniuersitates eædem
ad satisfaciendum integrè damna passis, de disroba-
tionibus, deprędationibus, aut damnificationibus
prędistinctis per prçsides ipsos, prout iustum fue-
rit (summariè tamen) exinde suis vicibus, fide prę-
sumpta, districtius compescãtur, ꝙ si forsitan com-
mittãtur in illis, circa puniẽdos patratores eorum,
cõstitutiones, & capitula regni iam dicti, super his
ædita volumus tenaciter & inuiolabiliter obseruari.
5 † De maleficis autem capiendis eisdem prçfatis
vniuersitatibus singulis, siue per eas statuendis ad
id nec non dominis aliorum ex eis, ipsorumq́; of-
ficialibus

ficialibus memoratis, ex nunc opportunam & liberam auctoritate præsentis edicti cōcedimus potestatem. Vt autem præsens edictum in communem deueniat notitiam singulorum, cartas, siue membranas seriem continentem illius, sub pēdenti maiestatis nostræ sigillo valuis maioris ecclesiæ Neapolitanæ, & Castri noui de Neapoli affigi fecimus, quem tenorem edicti pręfati suo quasi sonoro pręconio & patulo iudicio publicabunt. Et nihilominus in maioris cautelæ suffragiū Iustitiariis & aliis magistratibus nostris iniungimus, vt edictum ipsum per decretas eis prouincias diuulgent publicè, ac diuulgari de more faciant, illudq; studeant tenaciter obseruare. Data Neapoli per manus Io. Grilli de Salerno iuris ciuilis professoris Viceregētis Prothonotarij regni Siciliæ, Anno Domini M.CCCXXX. Die vltimo Maij. XIII. Indictionis, regnorum nostrorum Anno XXII.

ADDITIO.

4 PRAESIDENTIS. ¶ In tex. ibi (in ciuitatibus, castris &c.)† Nota, ꝙ vniuersitas tenetur ad emendationem damni clandestini commissi intus ciuitatem, vel eius territoriū, vt in isto versic. & in vers. ibi, seu earum terrarum territoriis &c. Et sic facit pro opi. And. de Iser. de qua feci mētionem supra c. frequens. 7. in fi & istud tanquam ius nouissimū debet attendi. Item istud c. videtur contra ea, quæ dixi sup. c. clandestinis. nu. 26. contra illud c. ibi descriptum, quod incipit. incumbit, & est Regis Roberti, vbi probatur, †ꝙ barones tenētur pro medietate ad emendationem damni clandestini, vt ibi dixi, hic videtur contrarium, vt vniuersitas teneatur in totum. Sed dic, ꝙ istud c. corrigitur per illud, quia istud fuit primò factum, vt patet ex data: quia istud fuit factum in anno 1330. regnorum anno xxij. Illud autem fuit factum anno 1334. regnorum anno xxvj. & in illo c. etiam facit mentionem de isto c. ibi, dudum ordinationem edidimus &c. & sic illud tanquam posterius seruari debet, & vide, quæ ibi plenius ad materiam dixi. ¶ In tex. ibi (constitutionem &c.) vt in constit. super incisionibus, cum seq. & d. c. clandestinis. Io. Ant. de Ngiris.

SVMMARIVM.

1 *Reformari an debeant, quæ sunt in dispendium subiectorū.*
2 *Iustitiarii et præsides an debeant habere certum numerum seruientium.*
3 *Officialis an possit tenere maleficos pro famulis & seruitoribus, & contrafaciens an puniatur.* 5.
4 *Vniuersitas an debeat eligere personas idoneas ad capiendos malefactores.*
6 *Famulorum officialium conditio an sit praua & auara.*
7 *Officialis an teneatur pro sua familia.*

DE FAMILIA OFFICIALIUM qualiter esse debeat. Rub.

Tenor tertii edicti.

ROBERTVS &c. VNIVERSIS &c. CAP. CCXLIII.

1 REMEDIA † studiosè perquirimus, & cura meditamur assidua, vt reformentur, quę sunt in subiectorum dispendium, & offensam iustitiæ deformata. † Sa-
2 nè de ordinatione curiæ nostræ seruata procedit, ꝙ cum pręsidibus regni nostri Siciliæ vt fauorabilius administrent officia, quæ & ipsis persæpe committimus, ad distincta & competentia gagia certus deputatur numerus seruientiū. Sunt inde nonnulli ex eisdem pręsidibus, qui sicut ad nostram de nouo notitiam, non sine admiratione, ac cum animi merore, peruenit ad aures, vitio cupiditatis inducti, ipsa gagia eorum cupiditatibus lucro cedunt, hominesque male conditionis & vitę, nec minus plurium excessuum criminosos seruientes familiares recipiunt, & sine vllis gagiis retinent secum. Ex quo illud absurdum prouenire didicimus, ꝙ ipsi malefici, sub fauore familiaritatis huiusmodi, crescente in ipsis audacia malignādi mala peioribus aggregant, contra fideles ipsos extorsiones committūt illicitas, & ex hoc vigori iustitiæ innumerosæ detrahitur, dū ipsis officiis nō debitè seruitur. Censentes igitur hęc forte plectibilia non ferenda, nec decet maleficos apud illos fauoris inuenire pręsidiū, qui ex commissis eis officij debito habent ad vindictam intēdere peruersorū. Huius nostrę ordinationis edicto perpetuò valituro de certa nostra scīa pręscribimus. †Vt nullus
3 Iustitiarius, capitaneus, vel officialis alius quocunque vocabulo nūcupet, tales viros tali notatos infamia, in seruientes, seu familiares eorum recipere decętero, aut retinere præsumāt. quinimmo eos recipiāt, secumq; retineāt, qui sint bonę cōuersationis & famæ, & cū fidelitate deseruiant. Quod si cōtra factum fuerit, cōtra facientes amissionis pœna gagiorum vnius anni plectendos ipso facto decernimus, & aliàs iuxta nostrum arbitrium pro temeritatis audacia puniēdos. Vt aūt pręsens edictū in cōem deueniāt notitiā singulorū, vt supra vsq; ad finē. Quocirca volumus & fidelitati vestrę, sub obtemptu gratiæ nostræ, de certa ipsa sciētia districtè præcipiēdo mandamus, quatenus statim receptis præsentibus, edicta præfata per vniuersas terras & loca decretæ tibi prouinciæ famosas pręsertim (ēt si Capitaneos habeant) diuulges publicè, ac ex more per competētia officia facias in omni eorū substantia & effectu (quantum ad vos pertinet) curetis seruare tenaciter, & facere ab aliis officij vestri tem-
4 poribus inuiolabiliter obseruari. † Mandantes nihilominus vniuersitatibus ipsis, vt ad capiendos pdictos maleficos eligant de seipsis personas idoneas, pro quibus teneātur, ipsorumq; nomina vobis suis vicibus dent in scriptis, daturi vobis alterutrum in pendenti. Data Neapoli per eundē Io. Grilli &c. Anno Domini M. CCC. XXX. Die primo Iunij XIII. Indictionis, Regnorū nostrorū Anno XXII.

ADDITIO.

5 REMEDIA. † Nota ex isto tex. ꝙ officialis debet tenere famulos & seruientes viros bonę opinionis, non autem viros criminosos, infames, & maleficos, & contrafaciens punitur, vt hic, & te-
6 net Par. in tra. sindi. in verbo familiaris, in prin. col. 3. circa fi. ver. tñ de iure, vbi plus dicit, †ꝙ conditio istorum famulorum, officialium, & birroariorū & executorum semp est praua, & sunt voraces & fraudulenti. l. 1. C. de num. lib. xij. Immo conditio eorum est praua: quia sunt voraces & fraudulenti, & est pertinax & auara proteruitas eorum, ut
7 ibi latius per eum. † Et de materia familiæ officialium, & an

an dominus, seu officialis pro sua familia teneatur, uide latissime per Par. ubi sup. per totum. Io. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Pœna corporalis tolli per pecuniariam an dicatur contra iuris dispositionem.*
2 *Compositio pecuniaria an fieri possit pro famosis latronibus & aliis malefactoribus.*
3 *Compositio pecuniaria pro criminibus an inducat materiam delinquendi.*
4 *Processus & compositio facta pro criminibus in pecuniariam pœnam an sit nullus & nulla.*
5 *Officialis commutans pœnam, quam commutare non debet, qualiter puniatur.*
6 *Officialis an debeat admittere ad compositionem pecuniariam famosos latrones & alios malefactores.*
Statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio an valeat ibidem.
7 *Compositio an possit fieri parte non concordata.*
8 *Magna curia vicariæ an possit componere pro homicidiis, quando pars est concordata.*
Pœnam commutare an possit regius officialis, ibidem.

DE NON COMPONENDO super crimine capitali. Rubrica.

ROBERTVS &c. IVSTITIARIJS &c. tam præsentibus, quàm futuris. CAP. CCXLIIII.

1 NE peruerso † iudicio contra iuris edictum tollatur per pęnam pecuniariā corporalis: cum in plectendis criminibus nonnunquam peccent crudeliter, & misericorditer puniantur. † Volu-
2 mus & fidelitati vestræ de certa nostra scientia, sub obtemptu gratiæ nostræ, districtè præsentium auctoritate præcipimus, quatenus latrones famosos aliosque maleficos grauium scelerum labe respersos penes vos existētes in carcere, seu futuros, quibus cōmissorum per eos excessuum qualitas mortifere pęnales aculeos suaserit infligendos, procedentes rigorosè in suis casibus ad vindictā, eos ad compositiones pecuniarias aliquas super illis officiorū vestrorum tēporibus nullatenus admittatis.
3 † Etenim per cōpositionem hmōi, sicut certa re experientia docente didicimus, dilatatur nocua delinquendi materia & pro peccato pęna merita nō
4 infertur. † Quòd si contrafeceritis vestrum omnē in hac parte processum ex nunc prout ex tunc nul
5 lius momēti vel roboris fore decernimus. † Vosq; statutis pœnis aduersus præuaricatores iussionum regaliū subiacere volumus ipso facto. Pręsentes autem litteras alterutrum vobis in pendenti dari pręcipimus, vim & vigorem in perpetuum habituras. Data Neapoli vt supra.

ADDITIO.

6 NE peruerso. † Nota ex isto c. ꝙ officialis non debet admittere ad compositionem pecuniariā famosos latrones, & alios malefactores grauiorum scelerum, & uide infra c. ne quis, nu. 251. & uide Par. in trac. sindi. in uerbo compositio, & uide quæ dixi sup. c. ad iniusta. 241. & in ca. exercere uolentes, supra, nume. 221. & quæ ibi dixi, & sunt regiæ pragm. ut ibi dixi.

ADDITIO no. Nota ex uersiculo (etenim) ꝙ qn̄ pro crimine, pro quo imponi debebat pęna corporalis, imponitur pœna pecuniaria, pstatur occasio delinquendi, licet pęna in totū non tollatur, quia imponit̄ pęna pecuniaria, pro hoc bonus tex. in l. operis. C. de pęnis, & tenet Deci. in c. cognoscemus. in prin. ext. de constit. qui etiam adducit, ꝙ secundùm communem opi. † non ualet statutum imponens pœnam pecuniariā pro homicidio, quia daretur occasio delinquendi. Hosti. Abb. & alij in c. fi. de consue. Albe. de Ros. in secunda parte statu. q. 122. Item quęro. Ioā.
7 de Ana. & Mod. in rub. extra de homi. ¶ † Et an compositio possit fieri parte nō concordata, sunt diuersi ritus magnæ curiæ Vicariæ, unus est, ꝙ curia non componit accusatum, uel denunciatum nisi parte concordata, ut in ritu, qui incipit. Item, quòd ubi proceditur, sub rubrica, quòd curia ipsa nunquam componit, &c. nume. xx. in ordine meo, & in ritu, item quòd dictus locumtenens. num. xxvj. in ordine meo. Sed est alius ritus, qui incipit. Item curia ipsa componit, nume. ccxij. in ordine meo, ubi dicitur, ꝙ curia componit de quolibet maleficio saluo iure partis, excepto crimine hæresis, & læsæ maiestatis. Sed magis seruatur primum, ut non fiat compositio nisi concordata parte, prout etiam dicitur iu alio ritu, qui incipit. Item sernat ipsa curia nullum, sub rubrica, practica super compositionibus. nu. 194. & Pari. in d. uerbo compositio, col. ij. & 3. Tamen aliquando fit, saluo iure partis, & ad prædicta etiam uide
8 Matth. de Affli. decisio. 287. Illustrissimus, ubi etiam † ponit, quòd magna curia potest componere in homicidiis ex causa, parte concordata, sed hodie est mutatum per regiam prag. Cæs. Maiest. Caroli Quinti, ut in pragm. quæ incipit, & ne sperata, & hoc in officialibus regis, qui non possunt pœnas commutare sine licentia Viceregis, uide supra cap. exercere. ccxxj. & cap. ad peruersorum. cclvij. Ioann. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiarius prouinciæ an possit curiam regere in terris baronum sibi non subiectis.* 2.
2 *Iustitiarius an possit in quocunque loco ius reddere pro suo arbitrio voluntatis.*
3 *Episcopus an possit in quocunque loco suæ dięcesis ius dicere.*

QVOD POSSIT REGI CVria in terris non iurisdictionis. Rubr.

ROBERTVS &c. BARASSIO DE BArassio genetali, capitaneis, & Iustitiariis de Capitaneatis. CAP. CCXLV.

VT exercitiū per te in ea, qua pręes prouincia reddendæ iustitiæ obstantis impedimenti dispēdium ex causa contingente nō sentiat, & alicuius protractionis incommoda pręiudicialiter non incur-
1 rat. † Præsentium tibi tenore concedimus, vt si quando te dictam ambulando prouinciam tuæ iurisdictioni commissam, ad terras & loca, in quibus iustitiarii & capitanei per nostram regalem curiā sunt statuti, & terras etiam Sanciç Reginæ consortis nostrę charissimæ, ac Ducissæ filiæ nostræ, fratrumque nostrorum declinare contigerit, non obstante ꝙ tuæ iurisdictioni non subsunt, curiam ordinatē

dinarè regere valeas, & in ſingulis tuæ iuriſdictioni ſubiectis miniſtrare iuſtitiam, prout ad tuũ officium dignoſcitur pertinere, dummodo pręſens noſtra conceſſio non trahatur ad protractionis indebitæ vexationes illicitas ſubiectorum. Data Neapoli vt ſupra.

ADDITIO NOVA.

VT exercitium. Nota caſum, in quo Iuſtitiarius ſuã iuriſdictionem exercet extra iuriſdictionem & territorium, adde in cap. diu iam & pluries, ſupra 234.

ADDITIO.

2 VT exercitium. † Nota ex iſto cap. ꝙ iuſtitiarius
prouinciæ poteſt regere curiam in terris nõ ſuę
iuriſdictionis, & ſic in terris baronum, poteſt
enim iuſtitiarius pro arbitrio voluntatis in quo
cunque loco ſuæ prouinciæ ius reddere. l. ſi vt proponis. la
3 2. C. quomo. & quan. iud. † Sicut epiſcopus poteſt in quocunque loco ſuæ diœceſis ius dicere. c. cum epiſcopus. de offi. ord. lib. 6. Hoſt. in ſum. de feud. §. apud quem. ver. nam is. & Fely. in c. paſtoralis. col. 4. verſ. octauò limita, extra de offic. ordi. & dictam quæſtionem in terminis ponit Matth. de Afflict. in conſtit. regni, iudices vbique. col. fin. 11. notab.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Auaritia an ſit radix & mater omnium malorum. 10.*
2 *Auari abundantes an ſemper egere dicantur.*
3 *Auarus ob curam & ſtimulum diuitiarum, an quietem a ſomno repellat. 11.*
4 *Officiales, gabelloti & alii adminiſtrantes pecuniam fiſcalem infra quantum tempus debent illam fiſco aſſignare.*
5 *Officiales gabelloti, & alii non aſſignantes pecuniam in tempore qualiter puniantur. 7. 12.*
6 *Pęnæ quæ fiſco applicantur propter pecuniam fiſcalem non conſignatam an ſummariè, & ſine ordine iudiciario exigatur.*
8 *Pęnam an poſſit remittere officialis ſine conſcientia, vel mandato regio. 15.*
9 *Edicta & leges condere nihil prodeſſet, niſi debita executio ſequatur. 16.*
13 *Pecuniam publicam retinens, qualiter puniatur.*
14 *Prouentus fraudantes qualiter puniantur.*
15 *Barones an poſſint facere gratiam de pęna vitæ.*

DE POENA FISCALI NON TENENda per officiales poſt amotionẽ ab officio. Rub.

ROBERTVS &c. Iuſtitiariis Capitinatæ præſentibus & futuris. CAP. CCXLVI.

SCIRE vos volumus, ꝙ edictum
nuper fecimus continentiæ per
omnia ſubſequentia. ROBERTVS DEI GRATIA REX &c.
Vniuerſis præſentis edicti ſeriem
inſpecturis tam præſentibus, quã
1 futuris. § † Radix malorum omnium auaritiæ vitium quæſita tenaciter poſſidet, ſicque nexu nõ fa-

D. Ioan. Anto. de Nigris.

2 cilè ſolubili arctat & ſtringit. † Vt abundantes aua-
ri ſemper ſe arbitrentur egere, amanteſq; diuitias
fructus ex eis non percipiant, dum cupiditate nimia
ceci, non ſolum quæ ſua ſunt, auarè poſſideãt,
ſed vt augeant eorum ſubſtantiam, aliena ambitio-
3 sè perquirant. † Suarum nempe diuitiarum ſecuri
tas ſic eos curis aſſiduis torquet, ſic ſolicitè ſtimulat, vt quietem etiam a ſomno repellat. Hoc igitur eo deteſtabilius abhorrentes, quòd nedum proximo nociuum, verum etiam fiſco comperitur eſſe damnoſum. Detecto nobis nouiter inſinuatione fideli, quòd nonnulli Iuſtitiarij Capitinatæ, magiſtri portulani, dohanerij, ſecreti, & alij gabelloti, procuratores, & officiales noſtræ curiæ reprobi eius alumni de fiſcali pecunia, quam recipiunt, & ex commiſſis, conceſſis & creditis eis officiis, gabellis, procurationibus, & ſeruitiis aliis curiæ ſupradictæ, certas ſibi poſt depoſitionem, ſeu ceſſationem eorum ab officiis, gabellis, procurationibus, & ſeruitiis ipſis, intrepidè procurationum & ſeruitiorũ huiuſmodi eas iuxta ipſorum voluntatis arbitriũ, prout vtile ſibi reputant in vſus proprios conuertendo, non ſine dictæ noſtræ curiæ graui præiudi-
4 cio & iactura. † Præſenti edicto perpetuò valituro
ſtatuimus, quòd ſinguli Iuſtitiarij Capitinatę, magiſtri portulani, procuratores, ac officiales alij dictę curiæ, & quicunque perceptores dictę pecunię fiſcalis, quocunque titulo, ſeu vocabulo nuncupentur, infra dies viginti, dohanerij verò, atq; ſecreti, & alij gabelloti infra menſem vnum ad tardius poſt amotionem, ſeu ceſſationem eorum ab officiis, gabellis, procurationibus, & ſeruitiis memoratis totam fiſcalem pecuniam, cuiuſcunq; ſpeciei fuerit, penes eos reſiduam, teneantur & debeãt regię camerę noſtris theſaurariis integraliter aſſi-
5 gnare. † Siquis autem contrafecerit, pœnam tare-
norum auri duorum, ponderis generalis, pro qualibet vice, quam ſibi poſt lapſum dictorum terminorum taliter retinebit, ipſo facto, ſine ademptione cuiuslibet cõdemnamus. Eos verò, quos poſt lapſum viginti dierum terminos ipſos immediatè ſequentium in retinendo ſibi dictam fiſcalem pecuniam transgreſſio ipſa notauerit, ad pęnam tarenorum quatuor pro qualibet vice, quę de dicta fiſcali pecunia ſic retenta fuerit, condemnamus, cũ creſcẽ-
6 te contumacia, pœna debeat adaugeri. § † Quas qui
dem pœnas decernimus & volumus, ſucciſis moribus, anfractibus, & ſolennitatibus iudiciarij ordi-
7 nis fiſci noſtri commodis applicari. † At ſi quis te-
merarius prędictarum pœnarum cõtemptor vltra ſequentes immediatè viginti dies alios, quarũ triũ dilationum numerus, gabellotis bimeſtris, & decemnij, ſed aliis bimeſtris temporis tantùm ſpacio limitatur, ſolutionem dictæ fiſcalis pecuniæ penes eos reſiduæ faciendam præfatis theſaurariis in dicta regia camera differre pręſumpſerit, non ſolùm quatuor tarenorum pro qualibet vice, cuius ſolutio tunc vſque dilatata eſt, pœnam incurrat, ſed etiam de contractatione furtiua dictę fiſcalis pecunię tenaciter, ſicut fur exinde condemnandus.
8 † Nec liceat alicui magiſtratui quacũq; polleat di-

gnitate, sine conscientia, & mandato nostro prædictas pœnas remittere, vel super eis quomodolibet dispensare. In cuius rei testimonium præsentis edicti scriptum fieri, & pendenti maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri, per omnes magistratus
9 regni Siciliæ patulè diuulgandum. † Quia igitur nihil prodesset edicta condere, nisi debita illorum exequutio sequeretur, fidelitati vestrę præsentium auctoritate præcipimus, quatenus prędictam ordinationem nostrã seruetis efficaciter, & faciatis ab aliis intransgressibiliter obseruari, quam tu præsens iustitiarius receptis præsentibus diuulges publicè, vel diuulgari ex more per competentia officia facias per terras, & loca decretæ tibi prouinciæ (etiam si Capitaneos habeant) de quibus videris expedire, præsentes autem literas amotionis vestrę tempore per vos alterutrũ alteri dari præcipimus singulis vicibus in pendenti. Data Neapoli per eũdem Io. Grillum, Anno Domini M.CCC.XXXV. 26. Ianua. 3. Indict. regno nostro anno 26.

ADDITIO.

10 SCIRE nos volumus. ¶ In text. ibi (radix malorum omnium &c.) † Nota, quòd auaritia est radix & mater omnium malorum, vt hic, & in auth. vt iudic. sine quoquo suffr. §. est hoc sacrorum. 49. dist. ca. hinc etenim. Et multa de auaritia vide per Lucam de Pen. in l. professio. col. 1. C. de mune. patr. lib. 10. & semper auarus eget, vt hic, & per Luc. de Pen. vbi supra. ¶ In tex. ibi (suarum nempe,
11 &c.) † Nota, ꝙ diuitiarum securitas assiduè torquet, & stimulat, vt quietem a somno repellat. ¶ In tex. ibi (detecto
12 nobis nouiter &c.) † Nota, ꝙ officiales, gabelloti & alij capientes pecuniam fiscalem, & infra terminum hic statutũ non restituentes puniuntur, vt in hoc tex. & vide, quæ latè dicit Par. in tract. sind. in rub. de modo & forma sindi. §. sindicantur etiam officiales de subtractis, vbi etiam ponit,
13 † qualiter puniatur ille, qui pecuniam publicam acceptã in aliquem vsum retinuit, & non errogauit. Et quid de sub
14 trahentibus bona fiscalia. † Et quid de fraudantibus prouentis, & de multis aliis, vide Pari. vbi supra. ¶ In tex. ibi (nec
15 liceat &c.) † Nota, ꝙ non est licitum officiali remittere pęnas illis, qui capiunt pecuniam fiscalem absque conscientia Regis. ADDITIO noua. Et dicit Bald. in l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi, ꝙ nullus iudex potest facere gratiam ad pęnam mitiorem, nisi princeps, licet barones seruent contrarium secundùm Cyn. vt ibi per eum, quod intelligit verum ipsemet Bald. in l. data opera. col. 2. in princ. C. qui accus. non poss. quòd potest facere gratiam non vitæ, sed leuioris mortis, prout dictauerit sibi ęquitas arbitrij, secundùm dignitatem, secundùm ætatem, secundùm merita prioris vitæ. l. quid ergo. §. pœna grauior. & ibi glo. & doct. ff. de his qui nota. infam. l. & si seuerior. & ibi glo. & doct. C. ex quibus causis infa. irrog. & ponit exempla Bal. vbi supra, si aliquis poterat suspendi, potest decapitari, vel si poterat comburi, poterit decapitari, vt ibi latius per eũ.
16 ¶ In tex. ibi (quia igitur.) † Nota, quòd nihil prodest leges & edicta condere, nisi debita exequutio subsequatur, de quo vide supra cap. 1. in rub. de portula. & quæ ibi dixi.
Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

DE NON RECIPIENDIS VASALLIS demanij in terris baronum. Rubrica.

ROBERTVS &c. Vniuersis præsentis edicti literis inspecturis. CAP. CCXLVII.

1 CVM † ex nostri cura regiminis expediat fraudibus obuiare, quas humanæ corruptionis conditio gignit, & reipublicæ obstare præiudiciis, quæ innata quorundam malitia iniquitatis suffragiũ adinuenit. Sicque nonnulli nostri demanij ad conceptę nequitiæ suæ protectum non sufficere conspiciũt,
2 se vasallos nobis coniunctorum, aut forsitan ecclesiarum, comitum, vel baronum, efficiunt, & in causis suis talis vasallagij, ob noui & singularis fauoris augmentum, coram nostris officialibus literas
3 testimoniales producunt. † Nos volentes talibus dominicè prouidere, districtè iubemus sub nostræ grauis indignationis pœna, & alia nostro arbitrio infligenda, quòd nullus quantumcunque nobis attineat, cuiuscunque status, aut conditionis existat, tales debeat recipere, aliis autem omnium bonorum, quę in regno nostro tenent amissionis pœna, quòd a talibus, & similibus caueant, & resileant,
4 seu renuncient illibatè. † Iniungentes nihilominus nostris officialibus ante factis per fidelitatis sacramentum, quo nobis astringuntur, quatenus in hoc nedum tales nullatenus admittant, sed ad regię nostrę conscientię hoc producere notitiam non postponant, quatenus secundùm antescripta super his puidere possimus de remedio oportuno. In cuius rei testimonium præsentes nostras literas triplicatas exinde sub nostro maiestatis sigillo fieri, & portis maioris ecclesiæ Castri Maris de stabia, & palatij nostri prope ipsum Castrum maris, ac curiæ Vicarię Regni Neapolis pręsentialiter Pręsidentis affligi iussimus, ad notitiam singulorum.

ADDITIO.

5 CVM ex nostri. Ad materiam huius cap. † An vasallus demanij possit habitare in terra baronis, vide, quę dixi supra capitu. prædecessorum. 8. cum ibi allegatis.
Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

QVOD CLERICI CONIVGATI SOLuant collectas regias. Rubrica.

ROBERTVS &c. IVSTITIARIIS &c. CAP. CCXLVIII.

NON exigit agendo nos vrgentium numerosa perplexitas, quę quam solutionibus debitis generalium subuentionum, & collectarum fiscaliũ onerum eximi.
1 † Nec libertas etiam clericalis exposcit coniugatos clericos ab illorum præstationibus liberari. Nuper sanè ad nostram deuenit notitiã, ꝙ clerici coniugati de prædicta regimini nostro commissa prouincia, conferre in præmissis negligunt, tuque præsens ad solutionem illarum eos cogere desinis, & negligens non sine notabili, & damnabili culpa manes, credens forsitan huiusmodi clericos ad solutionem illorum nõ debere compelli, ex illo, quo funguntur aliàs priuilegio clericali. Nos in his dispendia nostræ reipublicæ vitare volẽtes, fidelitati vestræ præsentium serie iubemus
2 expressè, † sub pœna contemptus iussionis præsentis nostræ, ac dupli nihilominus illius quantitatis pecuniæ, quæ coniugatos clericos rationabiliter posset inde contingere supradictos, quatenus tam tu idem præsens, quàm vos alij futuri iustitiarij dictę prouinciæ singuli clericos coniugatos eosdem, ꝙ in præmissis omnibus contribuant, vt tenentur, pro rata videlicet eorum quemlibet contingente, rationabiliter exinde studeatis cogere, prout indẽnitati prædictæ reipublicæ videbitur expedire. Ita
3 que † coniugati clerici, & laici in nullo alio differant, nisi ꝙ pro commissis ab eis excessibus, vel delictis, trahi non possint criminaliter, vel ciuiliter conueniri in curia seculari. Has autem literas, vt debitum & realem cõsequantur effectum, dari per vos alterutrum alteri amotionum vestrarum temporibus præcipimus in pendenti.

ADDITIO.

4 NOn exigit. Ad materiã huius c. † ꝙ clericus cõiugatus teneat soluere collectas, vide in c. vnico, extra de cle. coniu. in 6. & ibi doct. vbi probatur
5 † ꝙ tales clerici coniugati solũ in duob. gaudẽt priuilegio. l. priuilegio canonis si quis suadente. 17. q. 4. & priuilegio fori in criminalibus, & vide etiam tex. & ibi Ab. in c. ex parte. extra de cler. coniug. Et est prag. Regis Ferdinandi sub rub. ꝙ clerici cõiugati contribuant in collectis. Et latè ad materiam vide, quæ dixi in clem. extrauag. cõtra clericos non incedentes in habitu & tonsura, in rub. de vi. & ho. cler. in glo. in verbo priuilegio, in antep. car. nu. 152. cum aliis seq. & ibi habes, quæ requirantur, an gaudeat priuilegio, vide ibi latè. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Armatas facere an expediat. 5.*
2 *Hastas lancearum & aliorum armorum an liceat extra regnum extrahere per mare, vel per terras. 6.*
3 *Lignamina extrahere de Regno an liceat. 6.*
4 *Lignamina extrahentes de regno qualiter puniantur.*
7 *Lignorum appellatione quæ veniant.*
8 *Pali & perticæ an veniant appellatione lignorum.*

D. Ioan. Anto. de Nigris.

QVOD NON EXTRAHANTVR LIgnamina extra regnum. Rubrica.

ROBERTVS &c. Vniuersis præsentis edicti seriem inspecturis tam præsentibus, quã futuris. CAP. CCXLIX.

AGENDORVM nostrorũ com
1 moditatibus, † & pręsertim armatis nostris, quas expedit nos cõtinuo facere contra hostes, volẽtes oportunè prospicere, cõsulta nuper ordinatione præhabita, huius edicti seriem de certa nostra sciẽtia expresè du
2 ximus ordinandum. † Vt nullus cuiuscunq; status, ordinationis, aut cõditionis, siue regnicola fuerit, siue aliunde originem habeat, hastas ligneas lãcearum, dardorum, balistarum tabellorum, aut quo
3 rumlibet aliorum armorum, † vel quæuis alia lignamina per mare, & per terram per se, vel per alium, publicè, vel occultè, quauis occasione, vel cau
4 sa, de regno præsumat extrahere memorato. † Trãsgressores illius amissionis pœna omnium lignaminum, quæ sic de regno ipso forsitan extrahere tentauerit, & vnciarum auri decem, ex nunc prout ex tunc plectendos, ipso facto decernimus, illamque fisci nostri commodis applicari, quam per officiales nostros, de quorum, seu de cuius iurisdictione extractio ipsa fiet, exigi irremissibiliter volumus, & ad curiam nostram mitti. Et nihilominus violatores ipsos pœnis aliis subiacere volumus, & decernimus, quas iura sanciunt aduersus edictorum regalium transgressores. Vt autem præsens edictum ad communem deueniat notitiam &c.

ADDITIO.

5 AGendorum. ¶ In tex. ibi (armatis &c. † Nota, ꝙ vtile est facere armatam contra hostes, & hoc maximè expedit facere armatam maritimã con
6 tra piratas. ¶ In tex. ibi (hastas &c.) † No. ꝙ est prohibitum extrare a regno hastas lancearum, dardorum & similium, & etiam est prohibitum extrahere alia lignamina per mare, vel per terram extra regnum, & contrafa
7 ciens punitur vt hic. † Et quæ veniant appellatione lignorum. Et an veniant ligna incisa parata causa comburendi. Et an etiam sarmenta veniant, vide in l. ligni. & ibi Bar. & Ray. ff. de leg. 3. & Fel. in c. significauerunt. col. 5. in fi. extra
8 de iudi. † Et an pali & perticæ veniant appellatione lignorum, vide in l. pali. & d. l. ligni. ff. de lega. 3. & tex. in l. pali. ff. de verb. sign. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia an possit extrahi extra regnum. 6.*
2 *Pecuniam extrahens de regno an debeat illam perdere, & aliter puniatur.*
3 *Pecuniam clandestinè de regno extrahens, ad quid teneatur.*
4 *Custodes poni an debeant pro explorando extrahentes pecuniam a regno.*
5 *Mercatores exteri, qui merces vendiderunt in regno, an possint pecuniam extrahere a regno. 7.*

DE PROHIBITA EXTRACTIONE carlenorum argenti de Regno. Rubrica.

ROBERTVS &c. Iustitiario Capitinatæ. CAP. CCL.

PERPENSA deliberatione, pro bono statu fideliū Regni nostri Siciliæ nuper ordinandum prouidimus,
1 † vt argentea pecunia per regnum nostrum percurrés, extra illud vsque ad nostrum beneplacitum, per mare, vel per terram nullatenus
2 extrahatur, † ꝙ si aliquis præsentis ordinationis nostræ transgressor extiterit, ipso facto perdat pecuniam, quam contra huiusmodi prohibitionem nostram extraxerit, vel probabiliter conuictus destinauerit extrahendam, quam fisci nostri compendiis volumus applicari, sic equidem, quòd si cótingat aliquos reperiri, qui per latentis præsumptionis astutiam aliquam extraxerit pecuniæ quantitatem, ad quam intercipiendam manus iniectio haberi non possit, statim super bonis & rebus eorundem extrahentium tantundem pro curia nostra capi debeat ipsius curiæ compendiis applicandum. Quocirca fidelitati tuæ mandamus expresè, quatenus statim receptis præsentibus, per totam tibi decretam prouinciam, etiam per terras & loca ipsius prouinciæ, in quibus Capitanei sunt statuti, huiusmodi ordinationem, & iniunctionem nostram, vt ad singulorum veniat notitiam, mandes & facias voce preconia publicè diuulgari, & si post bānum emissum aliquem eiusdem prohibitionis nostrę inuenies transgressorem, qui, sicut prædicitur, huiusmodi pecuniam de regno per mare, vel terram extraxerit, vel conuictus probabitur extrahere destinasse, pecuniam ipsam exigas, & exigi facias incunctanter, dicti fisci nostri compendiis applicādam.
3 † Quòd si fortè contingeret aliquem, vel aliquos callida præsuptione clam, vt præmittitur, huiusmodi pecuniam extraxisse, ad cuius interceptionem nequiuerit haberi propterea manus iniectio, statim eo comperto, tantundem de bonis, & in bonis extrahentis, seu extrahentium eorundem pro præfata curia nostra capere studeas, & ipsius curiæ
4 commodis applicare † ordinans & statuens statim aliquos custodes exploratores sufficientes & aptos in locis, in quibus expedire videris, qui solicitè vacent, vigilent & intendant in intercipiendis huiusmodi pecuniam extrahentibus, quatenus ordinatio nostra præmissa diligenter obseruetur, & vt auctoritate ipsius intentionis nostræ districtio exterorum, qui in regno merces exercent iniustum nó re
5 fultet dispendium, vel afferatur detrimentum. † Subiungendo præcipimus, vt exteros mercatores huiusmodi, qui merces eorum in regnū immiserint, & vendiderint in eodem, de quo volumus tibi clarè constare, dictorum carlenorum pecuniam ex earundem immissarum mercium venditione perceptam, de regno ipso extrahere liberè permittas, nó enim volumus, vt in hoc casu ipsa nostra ordinatio extendatur. Esset namque incongruum, vt dictis mercatoribus, quibus est in idem regnum licita mercium prædictarum immisso, pretij earum ab inde deberet interdici transuectio, per quod non sine prædictorum fidelium incommodo mercatoribus aliis præberetur occasio ab immissione deinceps earundem mercium abstinere. Data Neapoli per Ioan. Grillum &c. Anno Domini M.CCC. XXXVII. die I. Octobris XV. Indictionis. Regnorum nostrorum anno XXIII.

ADDITIO.

6 PErpensa. † Nota ex isto ca. quòd est prohibitum extrahere pecuniam argenteam a regno per mare & per terram, & contrafaciens punitur
7 vt hic; † hoc tamen fallit in mercatore extero, qui merces conduxit in regno, & illas vendidit: quia ipsi permittitur pecuniam extrahere, vt hic dr, & ista prohibitio fit pro bono statu fidelium, vt pecunia remaneat in regno. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Gloriari de sua malitia quis non debet.* 5.
2 *Pœna corporalis an possit in pecuniariam commutari.* 4.
3 *Glorians de delicto an puniatur.*

DE NON COMPONENDO IN DELIctis corporaliter puniendis. Rubrica.

ROBERTVS &c. Iustitiariis Capitinatæ, ac iudicibus, & actorum dotariis cum eisdem præsentibus & futuris gratiam suam, & bonam voluntatem. CAP. CCLI.

1 NE † quis de sua malitia glorietur, & crimina remaneant impunita, per quod ex diminutione pęnæ locus crassantibus relinquatur exemplo, vestræ fidelitati mandamus sub pęna priuationis & amotionis ab eodem officio, quam statim, si contra feceritis, ipso facto incurratis, & alia nostro arbitrio reser-
2 uata. † Quatenus cum nullo captiuo, vel alio, qui propter suos excessus personaliter per vos foret plectendus, componatis pecunialiter quoquo modo. Sed contra eum, vel eos procedatis, & de suis demeritis ipsos debita pœna plectatis. Præsentes autem literas per vos dari volumus vestris successoribus alterutrum in pendenti. Data Neapoli per Io. Grillum &c. Anno Domini M.CCC.XXXIIII. die XXII. Mensis Augusti. II. Indictionis, regnorum nostrorum anno XXVI.

ADDITIO.

NE quis. ¶ In tex. ibi (de sua malitia glorietur,
3 &c.) † Nota, quòd quis non debet gloriari de
4 sua malitia. † Immo de delicto se glorians puniri debet extraordinariè arbitrio iudicis capquàm sit graue. extra de excessi. prælato. & Hyppo. in sua pract. crimin. §. diligenter. num. 78. & Aegid. Bellem. decisio. 721. incipiente licet confessio. in fine. in titulo de con-
5 fess. ¶ In tex. ibi (quatenus cum nullo &c.) † Nota, quòd pro delicto, pro quo venit quis corporaliter puniendus, non debet pœna commutari in pecuniariam, vt hic, & in

& in cap. ne peruerso, supra nume. 244. & quæ ibi dixi. & vide supra cap. exercere volentes, nume. 221. cum ibi allegatis. Hoc tamen intellige, nisi ex causa, vt dicam in capit. sequenti, quod incipit ad peruersorum.

Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Pœna corporalis an possit in pecuniariam commutari.*
2 *Pœna corporalis an possit in pecuniariam commutari, quando delinquens non est malæ famæ, nec est vulnus letale, nec mors sequuta.* 5.
3 *Pœnam corporalem non commutare fit ad refrenandam audaciam peruersorum.*
Pœna vnius est metus multorum, ibid.
4 *Pœna corporalis regulariter an possit commutari.*
6 *Pœna vt possit commutari, an debeat esse pars concordata.*
7 *Pœnam commutare an possit iudex ex causa, etiam parte non concordata.*
Pœnarum genera quot sunt.
8 *Episcopus an possit dispensare cum accusato, etiam inuito accusatore, ibid.*
Pœna quando debet commutari, an debeat in pecuniariam commutari.
10 *Pœnam corporalem in pecuniariam an possint ex causa officiales regi commutare, an verò debeant ad triremes condemnare. Et quid in baronibus.*
11 *Pœna an debeat commensurari delicto.*
12 *Galea, iudex an solùm in subsidium debeat ad triremes condemnare.*
13 *Pœna arbitraria quando imponitur, quæ sint consideranda.*
14 *Pœna carceris an in subsidium imponatur.*
15 *Membri appellatione quæ veniant.*
16 *Membrum esse deturpatum, vel debilitatum an differant.*
17 *Membrum inutile incidens an dicatur debilitasse.*
18 *Deformitatem quomodo iudex debeat arbitrari.*
19 *Operarum æxtimatio an fieri debeat in membro debilitato.*
20 *Verbum videtur, an importet arbitrium boni viri.*
21 *Appellari an possit, si iudex ex causa non vult pœnam commutare.*
22 *Barones si habent causas criminales, & alter habet pœnas pecuniarias, si pœna fuerit commutata, ad quem spectabit illa pecuniaria pœna.*
23 *Vulnus mortale quod dicatur.*
24 *Bonus an quilibet præsumatur.*
25 *Homicidium non dolosè commissum, an pœna mortis puniatur.*
26 *Pœna an minoretur, quando quis condemnatur ex præsumptionibus.*
27 *Mandatum an excuset in delictis.*
28 *Homicidium commissum calore iracundiæ, an mitius puniatur.*
Iracundiæ calor quando excuset, ibid.
29 *Pœna an minoretur, si causa, propter quam est commissum delictum, esset dedecus adire iudicem.* 47.
Pœna an minoretur, si aliquis præstitit multa seruitia Regi, ibid.
30 *Testis falsum deponens non super facto principali qualiter puniatur.*
31 *Homicidium commissum in rixa non dolosè qualiter puniatur.*
32 *Venenum dans alicui, si mors non sit sequuta, qualiter puniatur.*
33 *Homicidium commissum à fratribus occisi qualiter puniatur.*
34 *Homicidium commissum longo tempore qualiter puniatur.*
35 *Percutiens cum lapide morte sequuta qualiter puniatur.*
36 *Venenans carceratum consanguineum, qualiter puniatur.*
37 *Homicidium commissum absque animo occidendi qualiter puniatur.*
38 *Homicidium commissum per pupillum, minorem, vel senem qualiter puniatur.*
39 *Delictum commissum per imprudentiam, qualiter puniatur.*
40 *Vulneratus si insequitur vulnerantem & eum occidit, qualiter puniatur.*
41 *Bannitum offendens qualiter puniatur.*
42 *Mortis causam præstans per latam culpam qualiter puniatur.*
43 *Filios plures habens, si ei debet abscidi manus, an pœna commutetur.*
44 *Assassinus non sequuto homicidio qualiter puniatur.*
45 *Mandatum iudicis an excuset.*
46 *Consuetudo an excuset notarios à pœna falsi.*
47 *Delictum commissum pro causa, pro qua erat cecus adire iudicem, qualiter puniatur.* 29.
48 *Mulier, quæ accipit medicinas, vt non impregnaretur, qualiter puniatur.*
49 *Occidens existentem in vtero qualiter puniatur.*
50 *Abortum fieri faciens qualiter puniatur.*
51 *Pœnam mitigare an possit iudex lata sententia.*
52 *Relegatus an possit ad patriam reduci ex causa.*
53 *Iustitiam administrans, an debeat esse atrox, vel remissus.*
54 *Compositio vt possit fieri pro vulnere, quot requirantur.*
55 *Vulneratus qui statim, vel infra paucos dies moritur, an dicatur ex vulnere mortuus.*
56 *Vulneratus si spasmus, vel febris superuenit, an punitur vulnerans de occiso.*
57 *Vulneratus si non adhibuit medicos, vel se non custodiuit, an vulnerans puniatur de occiso.*
58 *Vulnus mortale quando dicatur.*
59 *Vulneratus mortuus ex longo interuallo an præsumatur mortuus ex vulnere.*
60 *Medicis an credatur, si dicunt, vulnus non fuisse mortale.*
61 *Vulnus quando est dubium, an sit mortale, quid præsumatur.*
62 *Vulnus quid sit.*
63 *Vulnus esse mortale, vel periculosum, an idem sit.*
64 *Procedi an possit ex officio, si vulnus non fuit mortale, nec fuit membrum mutilatum, nec vulnerans erat malæ famæ.*
65 *Inquisitus pro vulnere, si sequitur mors, an possit sequi condemnatio.*
66 *Percussio facta in rixa, an dicatur dolosè facta.*

D. Ioan. Anto. de Nigris.

DE DECLARATIONE CONSTITVtionis prohibentis compositionem in criminalibus. Rubrica.

ROBERTVS &c. Iustitiariis Capitinatæ &c.
CAP. CCLII.

AD peruersorum refrenãdam audaciam, & cohibenda delicta, quę ex frequenti affluentia abundarunt, pridem ordinatio nostra
1 processit, † quòd nullus ex officialibus regni cum aliquo captiuo, vel alio, si propter suos excessus plectendus per sonaliter foret, componere pecuniariè quoquo modo præsumeret, sed eorum quilibet cõtra eum de suis demeritis ad pœnalem vltionem illi procederet inferendam. Sed quia ordinatio ipsa (sicut aliquorum ex officialibus nostris facta nobis insinuatio patefecit) asperitatem quandam iustitiæ videbatur continere proculdubio & rigorem, eo ꝙ bonos & malos pariter includebat, ipsisq; officialibus in huiusmodi casibus noscebatur fore pecuniaria compositio interdicta, distinctione non habita personarum, petitum fuit a nobis, vt in hoc nostrum declarare beneplacitum curaremus. Nos igitur, qui ministrationem iustitiæ disponimus sic moderata regula seruare publicæ disciplinæ, quòd terminos atrocitatis excessum non habeat, & remissionem nimiam, qua vilesceret, non includat, insinuationi huiusmodi respondentes præmissam ordinationem nostram de certa nostra scientia harũ serie duximus declarandam, cui declarationi prædictam nostram ordinationem obsistere volumus.
2 Videlicet † ꝙ si persona aliqua non malè conditionis & famæ quemquam offenderat, vel percusserit, nec lætale vulnus intulerit, & ex offensione, vel percussione huiusmodi offensi, seu percussi mors, aut membri mutilatio non sequatur, ad compositionem pecuniariam admittatur, si quidem officiali nostro, in cuius iurisdictione id patrari contigerit, cum consilio iudicis, & actorum notarij, quos habet a nostra curia, visum fuerit. In personis autẽ malæ conditionis, & famæ, primam ordinationem nostram præcipimus tenaciter obseruari, daturus illam in pendenti post tuam amotionem tuo in eodem officio successori, per quem, aliosque successores suos volumus illam similiter obseruari. Data Neapoli per Io. Grillũ &c. M.CCC.XXXIII. die vltimo Octobris III. Indictionis. Regnorum nostrorum Anno XXVI. &c.

ADDITIO.

AD peruersorum. ADDITIO noua. Adde pro materia huius ca. ea, quæ dicit Lucas de Pen. in l. j. in fi. C. de his qui ex publ. ratio. li. 10. vbi dicit, ꝙ secundùm Tullium octo sunt genera pęnarum. s. damnum, verbera, vincula, talio, ignominia, exilium, seruitus, mors, his namq; pęnis vindicatur omne peccatum, hodie autem reiecta iustitia, & scripta lege calcata, pęnæ commutatio nimis inualuit, & non nisi ad pecuniæ quæstum, cui obediunt omnia, & in qua reposita est spes principium integritate mentis intenditur. ¶ In tex. ibi
3 (refrenandam audaciam) † No. ꝙ non commutare pœnã corporalem in pecuniariam hoc fit ad reseruandam audaciam peruersorum: quia oderunt peccare mali formidine pęnæ, & pęna vnius est metus multorum, vt C. ad leg. Iul. repe. l. 1. tex. & ibi glo. in l. 1. ff. de iust. & iure. ¶ In tex. ibi (ordinatio nostra processit) vt supra c. ne peruerso. num. 244. & supra c. prox. & quæ in dictis locis dixi. ¶ In tex. ibi (ꝙ si
4 persona &c.) † No. ꝙ licet regulariter pęna corporalis nõ possit commutari in pecuniariam, vt in hoc c. in princ. & And. de Isen. quæ sint rega. §. & bona, col. 3. in prin. & Ant. Cap. deci. 27. col. 5. & supra c. prox. cum concor. sup. alleg.
5 † Hoc tamen fallit, quando ille, qui offendit aliquem nõ est malæ conditionis, & famæ, nec vulnus lætale intulerit, & ex offensione, seu percussione mors, aut membri mutilatio non sequatur: quia tunc ad compositionem pecuniariam admittetur vt hic, & debent omnia ista tria prænarrata interuenire, ꝙ non sit malæ conditionis & famæ, ꝙ vulnus non sit lætale, & ꝙ non fuerit sequuta mors, aut membri mutilatio, & ꝙ tali casu pœna possit commutari in pecuniariam, tenet etiam Pari. in tract. sindi. in verbo compositio, in prin. col. 2. & 3. & Matth. de Affli. in const. si quis aliquem, col. 6. in fi. cum seq. & Tho. Gram. in voto 20. in causa magistri Leonardi, num. 10. & Matth. de Affl. in consti. si damna clandestina, col. 15. nu. 38. vers. quæ autem, & Matth. de Afflict. in prooe. constit. §. nos autem, col. fin. Et ratio est: quia pro vno delicto est magis expectandus, quàm puniendus, vt dicit Par. in d. verbo compositio, & ex qualitate personæ diuersum ius statuitur in vno, quàm in alio, vt dicit Matth. in d. constitu. si damna, in loco supra allegalo, nimirum ergo si ille, qui non est solitus delinquere concurrentibus aliis, de quibus supra, admittitur ad compositionem, & solitus delinquere, vel homo malæ conditionis &
6 famæ non admittitur. ¶ † Dicit tamen Paris in d. verbo cõpositio, col. 2. cum seq. ꝙ illud, quod dicitur in isto cap. vt possit pœna commutari, intelligitur parte concordata, vt ibi per eum, & Matth. de Afflict. in d. const. si quis aliquem. col. 6. in fi. pro hoc facit: quia consentiente accusatore iudex est facilior ad commutandum pœnam, & dispensandum, q̃ accusatore contradicente. l. si quis dicat. ff. de manumis. & Bal. in c. at si clerici. col. pen. in fi. extra de iud. pro hoc facit etiam: quia compositio non debet fieri, nisi parte concordata, vt dicit Par. vbi supra, & dixi supra c. ne peruerso. 244. & est nouella pragm. quæ incipit, & ne sperata.
7 ¶ † Sed quid si pars noluerit se concordare, sed petit iustitiam, an poterit iudex nihilominus commutare pęnam iuxta dispositionem huius c. Matth. de Affli. in d. consti. si quis aliquem. col. 6. in fi. cũ seq. dicit, ꝙ hoc casu si pars requisita renuit se concordare, poterit iudex ad diffinitiuam procedere, & attentis supradictis qualitatibus poterit per sententiam commutare pęnam corporalem in pecuniariam, per l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de infa. & sic sententiando pęna pecuniaria succedit in locum pęnæ corporalis, & sic erit satisfactum iustitiæ partis. Confirmatur ista opi. q̃a ex quo per istud c. est specialiter & expresè concessum, vt possit pęna commutari, licet alias nõ esset permissum, põt nihilominus pœnã commutare per ea, quæ dicit Card. in cle. j. col. pe. vers. 26. de off. vica. vbi dicit, ꝙ inferior ẽpo nõ potest dispensare, nisi in casibus, in quibus reperitur a iure concessum. Pro ista ẽt opi. adducitur illud, ꝙ tenuit Laud. Io. de Fan. Arch. Domi. & D. Præpo. in c. si quis presbyter.
8 10. dist. vbi dicunt, † ꝙ ẽps potest dispensare cum accusato ẽt inuito accusatore, etiam si suam iniuriam prosequatur: q̃a iudex hoc casu de iure hoc facere potest vigore huius c. & non vr̃ iniuriam facere, qui suo iure vtitur. c. cum ecclesia Vulterana. extra de elect. Sed prædictis vr̃ obstare d. nouella prag. Cæs. Maiest. quæ incipit, & ne sperata, vbi expresè dr̃, ꝙ debeat remissio partis accedere, qñ pęna commutatur ex causa, nisi dicas, ꝙ illa loquitur in officialibus regiis: quia nõ est derogatum priuilegiis baronum, qui habent literas arbitrarias, aliàs illa prag. prædicta destrueret.

ADDI-

ADDITIO noua. Vel aliter dici potest, quod d. pragma. loquitur, quando fieret per viam compositionis, tunc debet interuenire partis concordia, sed quando per sententiam ex causa iusta minoratur pœna tunc est satisfa ctum iustitiæ, & non curatur de partis concordia, per supradicta, & ista est melior responsio, & vide in c. exercere volentes. Circa illud, quod dicitur in hoc c. quòd commu
9 tatur in pœnam pecuniariam, adde † quòd etiam de iure communi hoc procedit: quia quando pro delicto venit imponenda pœna mortis, vel pœna corporis afflictiua, & ex aliqua causa receditur a principali pœna capitali ipsius delicti, tunc non imponitur minor pœna corporalis, sed transmutatur, & conuertitur in pœnam pecuniariam, vt concludit Hippo. in sua pra. cri. §. quoniam. colum. 7. versi. item etiam scias, nume. 95. & in l. de minore. in prin. col. 11. versi. & an. ff. de quæstio. & in consi. 24. nume. 36. & consil. 25. & consil. 30. numero 19. & consil. 39. numero 58. & consil. 47. numero 13. & consi. 131. nume. 29. cum concor. in dictis locis, & vide Thom. Gram. decisio. 23. & Roccum de Curte in c. fi. colum. 2. de consuetu. Sed ad hoc dictum Hippo. aduerte: quia non videtur indistinctè verum. Immo tex. per eum allegatus in l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. probat, quòd ille, qui debebat ad mortem condemnari, si ex aliqua causa minoratur pœna. si est humilis, potest in opus perpetuum tradi. si est honestior, potest in insulam relegari, vt ibi dicitur in tex. Et ideo distinguerem, quòd aut imponi debet alia pœna, quàm pœna mortis, & tūc potest commutari in pecuniariam, vt in isto cap. nostro. Aut erat puniendus pœna mortis, & tunc si minoratur ex aliqua causa, poterit relegari, vel aliter puniri habita distinctione personarum & causæ, tanta enim potest esse causa, vt solùm pecunialiter puniatur, vt dicit Hippo. Sed si causa non fuerit vrgens, & magna, poterit relegari, & si fuerit vilis ad opus perpetuum damnari, vt d. §. Imperatores, ad prædicta vide Tho. Gram. d. decisio. 23.

ADDITIO noua. Et dicit tex. in l. lex iulia. ff. ad legem. iul. repe. quòd quando pœna mortis minoratur, deportari potest, & l. 1. §. fin. ff. de extraordi. crimi. Ad prædicta facit: quia quando pœna est arbitraria, non determinata a iure, non potest excedere pœnam exilii temporarii, vt
10 dicit Alb. in l. 1. §. expilatores. ff. de effra. & ibi etiam in rub. ¶ † Ad vnum tamen aduerte in ista materia, quia illud, quod dicitur in isto cap. vt ex causa possit pœna commutari in pecuniariam, hoc procedit in baronibus & eorum officialibus. Sed officiales Regii quando ex aliqua causa iusta pœnam minorare volunt, tunc liceat Proregi, & consilio pęnam commutare, cuius loco succedat condemnatio ad remigandum in triremibus Regiæ curiæ in perpetuum, vt est d. Regia pragma. Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit. Et ne sperata, in prin. Et dicta pragma. est nimis rigorosa: quia pari pœna punitur ille, cui forte debuisset pęna manus imponi pro vulnere, iuxta constitu. regni, si quis aliquem, sicut punitur ille, qui pro homicidio tenebatur pęna mortis, iuxta constitu. terminum vitæ cum similibus, quia quando pœna minoratur debet damnari in perpetuum ad triremes iuxta d. pragma. vidi tamen seruari, quòd quando damnatur ad triremes pro vulnere damnatur ad tempus & non in perpe-
11 tuum, & sic de facto mitigatur rigor illius prag. † quia pęna debet commensurari delicto l. respiciendum de pęnis, auten. omnes peregrini. C. com. de success.

ADDITIO noua. Et quanto maius & grauius est delictum, tanto maior pœna imponitur: quia maioritas pœnæ arguit maioritatem delicti, gl. in c. meliore 27. quæstione prima. Barto. in l. leuia. in princ. ff. de accusa. Decius in ca. at si clerici. columna secunda, de iudi. sic ergo quandoque ad vitam, quandoque ad tempus damnatur ad triremes secundùm delicti qualitatem, & atrocitatem, argu. l. lege Cornelia. §. 1. ff. de sica. & l. lex iulia. §. fi. ff. ad leg. iul.
12 repet. ¶ Ad prædicta etiam adducitur, quod dicit D. Aymo consil. 14. colum. penul. in fin. vbi dicit, † quòd iudex non debet damnare ad triremes, nisi in subsidium, quando alia pœna imponi non potest, allegat, quæ dicit Bald. con-
13 si. 443. Ceccus 3. vol. † vbi ponit, quæ sint consideranda in
14 pęna arbitraria, & dicit in fine † quòd vbi alia pęna non cadit, in subsidium imponitur pęna carceris, vt ibi per eum.

ADDITIO noua. Intellige prædicta habita consideratione delicti, quando. s. pro eo delicto non haberet locum alia pęna, quam damnatio ad triremes, aliàs simpliciter intelligendo, nunquam imponi posset pęna damnationis ad triremes, sed ista damnatio ad triremes successit loco pęnæ damnationis in metallum, vt dixi supra cap. item prædicti ammirati 81. & sic vbi potest de iure communi damnari in metallum, potest hodie damnari ad triremes, & in hoc est aduertendum: quia multoties inconsideratè damnantur ad triremes illi, qui debent relegari.
15 ¶ In text. ibi (membri mutilatio &c.) † Quid veniat appellatione membrorum, vide Bar. in l. 2. ff. de publi. iudi. & ibi Ange. Imo. & Alexan. in additio. & per Fely. in cap. cum illorum. extra de senten. excommu. & latè Firma in suo reperto. in verbo membrum, cum concord. ibi & Bald. in authen. sed nouo iure. C. de seru. fugi. & Alb. Brun. in tract. de constitutio. decre. &c. in verbo membrum.

ADDITIO noua. Et vide Ioan. Anto. Alexan. consilio 83. viso statuto, vbi dicit, quòd statutum puniens aliquem pro membro debilitato non habet locum in eo, qui debilitat digitum: quia debilitando digitum, non dicitur debilitare membrum: quia digitus non est membrum, sed officium membri. l. non sunt liberi. vbi Iacob. de Are. Mart. Sil. Cyn. & Bal. ff. de statu ho. An autem si fuerit truncatus digitur, dicatur debilitata manus, vide Ioan. Anto. Alexan. vbi supra, qui tenet quòd sic, ad prædicta, an digitus dicatur membrum, vide Abb. & Felyn. in capi. cum illorum. de
16 sent. excom. vbi multa alia ponunt. ¶ † Similiter est sciendum, quòd est differentia, an membrum dicatur deturpatum, vel debilitatum: quia in hoc est differentia: quia membrum deturpatum non dicitur debilitatum, vt dicit Ange. in l. non solùm. ff. de rei vend. & Andr. Barba. in additio. ad Bald. in l. si fugitiui. colum. penul. versi. vltimò nota, in litera K. C. de ser. fugi. & ibi Decius colum. 2. & vide Abb. in c. accusasti. in fin. extra de accusa. vbi ponit, quomodo intel
17 ligitur membrum debilitatum, vel amputatum. ¶ † Et quid si quis abscinderet membrum inutile, an dicatur debilitas
18 se, vide Bald. in l. 1. in fin. C. de ædi. actio. ¶ † Quomodo autem iudex extimabit deformitatem, vide Matth. de Affli.
19 in constitutio. hac edictali. in fin. ¶ † Et an fiat æxtimatio operarum. Et quid si aliàs erat inutilis, vide Matth. in constitu. in pecuniariis. in 12. nota. nume. 43. ¶ In text. ibi (vi-
20 sum fuerit.) † Adde, quòd verbum videtur, importat arbitrium boni viri, vt tenet Barto. in extrauag. ad repri. in ver-
21 bo videbitur. ¶ † Et ex hoc infertur, quòd si in terminis huius capi. iudex denegaret facere commutationem pęnæ posset appellari, licèt aliàs ab his, quæ dependent a iudicis potestate, non appelletur, vt dicit Spec. in titu. de offi. om. iud. §. impedit. versicu. quid si iudex, quia intelligitur, nisi reponatur arbitrio iudicis tanquam bono viro: quia tunc posset appellari, vt per Felyn. in capi. exceptionem. colum. 2. extra de excep. & ibi per alios, & vide Bald. in l. quid ergo. §. pęna grauior. colum. 7. ff. de his qui nota. infam. Abb. & Decium in capi. cum sit Romana col. 5. extra de appel.

ADDITIO noua. Et dicit Bald. in l. vbicunque. in prima lectu. ff. de interroga. actio. quòd illud dictum Spe. vbi supra, intelligitur, quando aliquid essent repositum in mero iudicis officio, seu potestate, & non tangeret ius partis, sed quando non residet in mera potestate iudicis, & tangit ius partis, & imploratur illud iudicis officium, si denegatur, potest appellari. Ad prædicta adducitur, quia iudex ex causa cogitur minorare pęnam, vt per Thom. Grammati. decisio. 23. vbi dicit, hanc esse communem opinio. de quo dixi supra de furtis capit. ad hoc 10. nume. 100. Et dicit Philip. Decius in l. si fugitiui. colum. 4. numero 63. C. de ser. fugi. quòd illud, quod dicitur, ꝙ iudex non necessi-

tatur

tatur mitigare poenam, est verum, nisi esset talis causa, per quam delictum minoratur: vt quia minor ætas, vel si cessat dolus: quia tunc iudex tenetur dispensare, allegat Alexan. in addi. ad Barto. in l. & si seuerior. colum. fi. ff. ex quib. cau. infam. irrog. vt ibi latius per Decium. Similiter etiam in senibus poena mitigatur, vt per Decium vbi supra colum. 4. numero 76. Sic etiam dispensatur, vbi agitur de interesse publico, vel quando delictum non esset consumatum: quia poena mitigatur, vt tenet Decius in d. si fugitiui, colum. 3. Similiter si non interuenit dolus in occidendo, vt quia non habuit animum occidendi, vel esset commissum homicidium ex causa defensionis, tunc poena mitigatur, vt dicit Decius vbi supra, colum. 4. cum concord. ibi;

22 & vide, quæ dixi supra cap. exercere volentes. 221. ¶ † Sed pone in aliqua terra baroni sunt reseruatæ causæ criminales, pro quibus debet inferri pęna mortis, aut mutilationis membri, vel exilii, seu mortis ciuilis, & alteri baroni, vel vniuersitati debetur poena pecuniaria, si officialis, vel dominus commutat poenam corporalem in pecuniariam, cui debetur ista poena, an baroni, qui habet criminales causas, an verò habenti causas, seu prouentus pecuniarios? Et videtur, quòd ista poena applicetur illi, ad quem spectant pęnæ pecuniariæ, per ea quæ dicit Ioan. Andr. in cap. fi. colum. 3. extra de homicid. in 6. & ibi Gemi. §. cùm igitur. colum. secunda & Philip. Franc. ibi colum. 1. in 2. nota. vbi dicunt, quòd quando iudex cognitor non potest in reum animaduertere, si velit pęna pecuniaria punire, debet illam infligi facere per iudicem competentem, qui aliàs potuisset illam imponere, allegat capit. 2. extra de maledi. & ca. postulasti extra de iudi. Anto. Capi. decisio. 27. in causa reuerendi. colum. 4. cum sequen. ponit istam quæstionem, & nihil clarè firmat. Sed videtur distinguere, quòd aut commutatio pęnæ fit ex voluntate: vt quia de iure reus debet ad mortem condemnari, & baro ex mera voluntate vellet pęnam commutare in pecuniariam, & hoc non posset: quia solum ad regem spectat, vt per Andr. in d. titu. quæ sint rega. §. & bona. colum. 3. & 4. Bal. in l. 2. C. de vsur. rei iudi. Innocen. in capi. licet. extra de pęn. Intellige hoc, nisi baroni permitteretur vigore litterarum arbitralium sibi concessarum iuxta dispositionem ca. exercere volentes. supra. numero 221. & sic videtur sentire, quòd hoc casu debet attendi rigor iuris & delictum, & sic pęna non erit illius, qui habet pęnas pecuniarias, quia de iure illa pęna pecuniaria imponi non debet, sed pęna corporalis. Si verò commutatio pęnæ fieret ex necessitate, puta: quia ex aliqua causa pœna debet minorari iuxta terminos huius capit. & tunc tenet, quòd pęna erit illius, qui habet causas criminales: quia talis pęna & condemnationes sunt fructus iurisdictionis, vt per Barto. in l. fin. ff. solu. matri. & Bald. in cap. 1. §. e contrario, de inuest. de re alie. fa. Ange. & Alexan. in l. diuortio. §. si vir. ff. solu. matri. cum concord. Ad contraria responde, vt ibi per Anto. Capi. colum. 6. vbi vide, & dixi supra in

23 pragma. de causis ciuilibus & criminalibus. ¶ † Quæro iuxta materiam huius capitu. quòd dicatur vulnus mortale, vide Bald. in c. 1. quibus mod. feu. amit. Et an sit consulendus medicus, vide quæ habentur in capi. significasti. extra

24 de homi. vbi vide per docto. ¶ † Item aduerte ad aliud, quod dicitur in hoc capitu. quòd vt possit fieri talis commutatio poenæ, sufficit; quòd non sit malæ conditionis & famæ, licet non probetur de bona fama, quia in dubio quilibet præsumitur bonus l. merito. ff. pro socio.

ADDITIO noua. Ratio quare semel bonus semper præsumitur bonus est; quia vita hominum non facile mutatur, vt probat text. in §. sancimus. in authen. de monacis. ¶ Illud autem, quod supra dictum est, quòd ex causa minoratur, & mitigatur pęna, ex hoc multa correlaria infe-

25 runtur. † Quia si homicidium non est dolosè commissum, sed culpa, non punitur pęna mortis, sed pęna relegationis, vel alia pęna arbitraria. Ange. consi. 27. quidam Victor. colum. 3. Franc. Aret. consil. 146. visa consultatione. colum. fi. D. Aymo consilio 2. in fin. & bonus est tex. in l. lex Cornelia. §. 1. ff. ad leg. Corn. de sica. Thom. Gramma. voto 11. in causa inquisitionis. numero 10. cum aliis sequen. Flo. in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. aquil. vbi dicit, quòd eo casu debet imponi pęna pecuniaria, vel relegatio ad tempus, & Azo in sum. C. ad leg. Corn. de sica. ¶ Similiter

26 & † si aliquis condemnatur ex præsumptionibus & indiciis indubitatis, poena minoratur, & non punitur ordinaria poena delicti, vt tenet Gandi. in trac. malefi. in rubr. de præsump. & indi. indubi. columna fina. Thom. Gram. decisio. 8. colum. 3. & decisio. 41. colum. 3. & colum. penulti. & decisio. 56. numero 22. & 25. Hippo. in l. repeti. in princip. numero 18. cum sequen. ff. de quæstio. Thom. Gramma. decisio. 48. & decisio. 96. numero 4. Hippol. consil. 7. num. 36. Matth. de Afflict. in constitutio. regni terminum vitæ. co-

27 lumna 8. cum concordan. in dictis locis. ¶ † Similiter excusatur filius, vel seruus, qui aliquid facit de mandato patris, vel domini, quod intellige in delictis leuibus, quę non habent atrocitatem, secus est in grauibus delictis, in quibus non excusatur, licet tamen hoc vltimo casu non excusetur, tamen poena minorari debet l. seruos. & ibi Bald. & Saly. C. ad leg. iul. de vi pub. & ad prædicta vide glo. & Decium hoc ponentem in l. velle non creditur. ff. de reg. iur. & Decium in l. is damnum. §. eius verò. eo. titu. & Iaco. nouellum in sua pract. crimi. in trac. ad defensam, numero 67. versicu. metus. car. 24. cum sequen. secundum paruam impressionem, & Thom. Gramma. consi. 36. numero 4. cum sequen. & dicit Saly. c. in allegata l. seruos. quòd alleuiatur poena: quia si tenebatur poena mortis naturalis, punietur poena mortis ciuilis, ut ibi per eum, & vide, quæ dixi supra capi. subditorum 6. numero 131. ¶ Similiter etiam si aliquis homo potens, puta aliquis dominus mandauit alicui, ut aliquem interficiat, aliàs occidet eum, erit excusatus quando aliter uitam saluare non poterat. Bal. in capit. 1. §. iniuria. colum. fina. uersic. sed pone, de pace iura. firman. & Decius in d. l. is damnum. §. eius uerò. ff. de regu. iur. cum

28 aliis supra proximè allegatis. ¶ Similiter etiam † quando homicidium ex commissum calore iracundiæ: ut quia concitatus ab offenso, mitius punitur. Decius in l. quicquid calore. ff. de reg. iur. Thom. Gramma. in uoto 19. numero 14. & decisio. 98. cum ibi allegatis, & Hippol. in sua prac. crimi. §. quoniam. columna 14. cum sequenti. & Abb. in capo si rixari. extra de iniur. cum infinitis concordan. in dictis locis. Et prædicta intellige, quando initium & causa furoris habuit initium a iusta defensione, tunc non punitur pro toto, sed pro tanto. Franc. Aret. consilio 80. in fin. de quo per Hippo. in sua pract. §. quoniam. numero 65. Fran. Aret. consilio 34. Thom. Gramma. decisio. 5. Aduerte tamen, quòd ad hoc ut calor iracundiæ excuset, & mitius puniatur, debet probari, quod talis fuerit iracundia, quæ ipsum delinquentem a mente alienauerit, aliàs nullam haberet excusationem, sed poena ordinaria puniretur. Abb. in capi. 1. extra de his qui filios occi. & in capit. dudum. de conuersi. coniug. & Decius in d. l. quicquid calore. colum. 1. nume. 2. & colum. 2. uersus finem, ubi dicit, difficile esse probare talem iracundiam. Item prædicta intellige, quando est factum incontinenti, tunc calor iracundiæ excusaret, ut latè per Nico. Boerium decisio. 168. cum ibi allegatis. Est etiam diligenter inquirendum, si furor iracundiæ fuerit dissimulatus nec ne l. diuus. ff. de offic. præsid. Et hoc casu si concurrerent alia indicia & adminicula, puta si pręcesserat inimicitia, uel aliæ circunstantiæ & adminicula, poterit eum iudex torquere, ut confiteatur, si calore iracundiæ, uel animo occidendi propter præcedentem inimicitiam talem percussisset, & occidisset, per ea quæ dicit Bald. in l. 1. colum. 10. C. de confe. ubi ponit, an confessus commisisse homicidium ad sui defensionem possit torqueri, & per ea quæ dicit Carrerius in sua prac. §. homicidii. numero 34. nam licet in his, quæ pendent ex animo, stetur iuramento partis, tamen fallit, si habet præsumptionem contra se, ut in homicidio, ut dicit Hippo. consi. 7. colum. 2. cum ibi allegatis, unde si constaret de delicto, & delinquens diceret

uel

vel probaret, fecisse calore iracundiæ, posset etiam ex indi
ciis indubitatis adhiberi tortura Hippo. in l. repeti. colum.
7. numero 17. ff. de quæstio. vt confiteatur, si calore iracun
diæ, vel appensatè commiserat homicidium, & hoc habui
29 in facto, & sic per prædicta fuit iudicatum. † Similiter etiā
minoratur pœna, si causa, propter quam est factum deli-
ctum, esset dedecus pro ea adire iudicem: quia tunc mitius
punitur, vt dicit Thom. Gramma. decisio. 23. vel si multa
seruitia præstitisset regi, seu regiæ curię, vt dicit Thom.
Gramma. vbi supra, & glo. in §. sed quod principi. versicu.
planè, vt glo. in verbo, ob meritum. Institutio. de iusti. & iu-
30 re. ¶ † Similiter etiam si testis deposuit falsum non super
facto principali, sed super appendiciis, non punitur pœna
ordinaria delicti, sed mitius pœna extraordinaria, Hippol.
in l. 1. §. præterea. colum. 5. ff. ad leg. Corne. de fica. Thom.
31 Gramma. decisio. 43. cum ibi allegatis. ¶ † Similiter si ho-
micidium est commissum in rixa non dolosè, non punitur
pœna ordinaria, sed pœna exilii, vel relegationis, latè
32 Thom. Grammat. decisio. 17. nume. 4. ¶ † Similiter si ali-
quis dedit venenum alicui, & mors non est sequuta non
punitur pœna mortis, sed mitiori. Thom. Grammat. decis.
2. licet aliter teneat Ange. in trac. malefic. in verbo. & ex in-
teruallo, colum. penulti. Et ad materiam vide Alexand.
consilio 19. in fin. 7. volu. vbi ponit, an ex causa iudex pos-
sit minorare pœnam. De consultore, qui condemnauit
quendam ad mortem, & non constabat de delicto, vide
ibi, & vide text. in l. lex iulia. §. fin. ff. ad leg. iul. repe. ¶ Si-
militer etiam ex prædictis Thom. Gramm. decisio. 5. in cau
33 sa Pauli. ponit quæstionem † quòd quidam occiderat fra-
trem quorundam, & postea minabatur uelle interficere il-
los alios fratres interfecti, & illi fratres tali dolore & metu
commoti interfecerunt illum homicidam, postea capti,
fuit eis minorata pœna, vt ibi latè per eum, & ad prædi-
cta bene faciunt dicta per Alexan. consi. 76. col. 2. primo
volu. & dicit Thom. Gramma. in d. decisio. quòd licet sit in
potestate iudicis condemnare homicidam ad mortem: ta-
men si fuit iusto dolore commotus, est in potestate iudicis
eum non condemnare ad mortem, allegat Ludo. Roma.
in l. cum mulier. columna 31. ff. solu. matri. & Felyn. in ca.
dilecti. colum. 8. versicu. secunda declaratio, de exceptio.
Hippo. in sua pract. §. quoniam. colum. 17. versiculo & te-
34 neas, & in l. 1. in princ. numero 21. ff. de fica. ¶ † Similiter
etiam si a tempore commissi delicti est elapsum diuturnū
tempus decem annorum, & illud delictum fuit ignoratum
vel si fuit scitum, querela in iudicio siluit, & non fuit pro-
sequuta, debet pœna alleuiari & mitigari l. qui diutino. &
ibi glo. & docto. ff. de pœnis. Saly. in l. seruos. colum. fi. ver
sicu. nec his obstat. cum sequen. C. ad leg. iul. de vi publ. &
Matth. de Afflic. decisio. 287. Illustrissimus, vbi ex hoc di-
cit, quòd magna curia vicariæ in tali casu potest compo-
nere inquisitum etiam sine licentia Proregis, licet cautius
sit & consulto Vicerege fiat secundum dispositionem no-
uellæ pragm. & supra dictam ēt opinio. tenet Decius con
35 silio 535. in fin. 4. vol. ¶ † Similiter si aliquis percutit cum
lapide, & non habuit animum occidendi, sequuta morte
mitius punitur l. non omnes. §. siquis commilitonem. ff. de
re mili. Maria. Soci. in cap. de his. de accusa. de quo vide la-
tius per Fely. in capitu. significasti. lo 2. colum. 4 cum seq.
36 extra de homicid. † Similiter si aliquis de parentela vene
nat suum consanguineum carceratum, qui morte ignomi
nosa erat moriturus, talis non punitur pęna mortis, sed de
bet relegari. Et similiter parentes, qui dant venenum fi-
liabus propter honorem, non tenerentur pœna mortis, sed
relegari debent, ita tenet Iaco. de Bel. in sua pra. crimina.
in rubr. de quæstio. colum. 31. quod est notabile dictum.
37 ¶ † Similiter si homicidium est commissum absque ani-
mo occidendi, puta de ludentibus ad bracchium, vel ad
battaliolas, vel cum calce, non punitur pœna homicidii:
vt latè per Bartho. Cæpol. consi. 11. & Decium consi. 9. pri
mo volu. Petr. de Ancha. consi. 283. Hippo. consilio 90. Ias.
in l. singularia. colum. penul. ff. si cer. peta. Augu. Ari. in ad-
di. in trac. malefic. in verbo, scienter dolosè, colum. 6. in ad
di. tu autem. quia consuetudo taliter ludendi excusat, vt ibi
per eos. Et quòd occidens cum pede non animo occiden-
di non tenetur de occiso, est tex. in l. eum qui. & ibi Ludo.
38 & Saly. C. de fica. Bal. & Saly. in l. 1. C. de emend. ser. ¶ † Si-
militer si pupillus etiam doli capax, vel minor, vel senex
committeret homicidium, mitius punitur. Decius in l. ferè
in omnibus. ff. de reg. iur. & in l. si fugitiui. colum. 4. C. de
39 seru. fugiti. ¶ † Similiter etiam si delictum esset commis-
sum per imprudentiam & inaduertentiam, vel per lasci-
uiam, vel impetu, pœna minoratur, vt tenet Decius in d. l.
40 ferè in omnibus. ff. de regu. iur. ¶ † Similiter etiam si per-
cussus & vulneratus insequatur vulnerantem, & eum occi
dat, non tenetur de occiso: quia est potius in culpa, quàm
in dolo, & mitius puniri debet, vt dicit Iaco. de Are. quem
refert & sequitur Anto. de Butri. in capitu. olim. el primo,
ad fin. de restitu. spoliato. & ibi Abb. columna 10. vbi di-
cunt, quòd licet occidens aggressorem non se defenden-
do, sed aliter, non excusetur, tamen mitius punitur, & se-
quitur Franc. Aret. consilio 34. visis diligenter in fi. & con-
lio 80. sicut decet. in fin. Ange. in trac. malefic. in verbo, &
dictus Titius se defendendo, colum. penulti. & ibi versicu.
quæritur, Titius vulnerauit. Fely. in capi. dilecti. colum. 8.
de exceptio. Hippol. consilio 7. in præsenti consultatione.
colum. 8. in fin. numero 41. & in l. 1. in princi. numero 14.
versiculo quinimmo. ff. ad leg. Corn. de fica. Thom. Gram-
mati. voto 8. & 19. & Hippol. in sua prac. §. quoniam. nu-
mero 64. & 66. cum sequen. & Iacob. nouellus in sua pra.
in tra. ad defensam. car. 25. colum. 2. vbi dicit, quòd est in
potestate iudicis condemnare, vel non condemnare ad
mortem eum, qui alium occidit ex iracundia aliter, quàm
41 ex facto suo. ¶ † Similiter si aliquis offendit bannitum,
qui poterat vigore statuti impune offendi, qui bannitus po
stea fuerat per reformationem liberatus a banno, si ille of-
fendens ignorabat reformationem, & ignoranter illum of
fendit, dicitur fuisse in culpa: quia debuit magis diligenter
inuestigare, si ille bannitus erat liberatus a banno, & pro-
pterea puniri debet: non tamen pœna corporali sed extra-
ordinaria pœna, vt dicit Bald. consilio 142. hęc quęstio. co
lum. 2. 4. volu. ¶ Et dicit Fran. Aret. consilio 146. visa con
42 sultatione. in fin. † quòd ille, qui per latam culpam præsti-
tit causam morti, non tenetur pęna mortis, sed pęna rele-
gationis temporalis, vel alia pęna conuenienti arbitraria,
vt ibi per eū, & ad pdicta vide Hip. in l. in lege Cor. ff. ad l.
43 Cor. de fica. ¶ † Similiter si alicui deberet abscindi manus,
& haberet plures filios & filias infantes, ne illi filii famę
pereant, pęna deberet mitigari, & nō truncaretur manus,
& poterit relegari, ita tenet Hippol. singul. 602. incipiente
ex delicto, & Par. in trac. sind. in verbo pęna. §. quinque. co
44 lum. 2. ¶ † Similiter etiam in assassinio, si aliquis dat pecu
niam alicui, vt aliquem occidat, & non est sequutum ho-
micidium, licet sint opin. diuersæ. Vna, quòd punitur pęna
mortis etiam homicidio non sequuto capi. 1. §. fin. de ho-
micid. in 6. Corn. consilio 249. licet primo vol. cum con-
cord. Tamen communis opin. est in contrarium, quòd non
punitur pęna mortis, sed alia pęna extraordinaria, etiam si
mandatarius assasinus ad aliquem actum proximum de-
uenerit. Ita tenent Dyn. & Ange. in l. item apud. §. si curaue
rit. ff. de iniur. Gandi. in tract. malefi. in rubr. de homicid. &
eorum pęnis, columna 4. Ange. in consi. 14. incipiente, nos
Carolus. vbi dicit, quòd licet de rigore, quando peruenit
ad actum proximum, debeat decapitari. Tamen si delictū
non est consumatum, quia mors non est sequuta, bene fa
ciet princeps, si pęnam illam corporalem mandantis com
mutet in pecuniariam, istam etiam opinio. tenuit Hippol.
consilio 105. in prin. vbi dicit hanc esse communem opin.
& Augu. Ari. in trac. malefic. in verbo. Sempronium man-
datorem. colum. 4. Thom. Gramma. decisio. 2. colum. 6. nu
mero 25. allegat etiam ita tenere Amode. Iusti. in trac. sin-
di. in fin. & dicit ita pluries fuisse iudicatum, & Thom.
Gramma. decisio. 74. numero 14. cum sequen. vbi dicit ita
millies

millies fuisse iudicatū,& Tho.Gram.in voto.8.in fi.& voto 9.in fi.& ita etiā obtinui in facto in regia audiētia,& euasi quendam a morte,licet in assasinio mandatario distingua tur:vt per Thom.Gramma.in voto 19.& 20.& in d.voto 8. & 9.in fi.& per Carre.in sua pra.§.circa. numero 8. car.63. & numero 80.car.68.& Hippol.dicto consilio 105.respon det ad capi.1.de homicid.in 6.quia ibi dicit, quòd excommunicatur:sed mors naturalis est vltimum terribilium,&
45 maior pęna, vt ibi per eum. ¶ † Similiter etiam propter mandatum iudicis excusatur. Et propterea dixit Guil. de Cunio.in l.extat.ff.quod met.cauf.& sequitur Alexan.consilio 39. visis & consideratis. 3. volu quòd si aliquis iudex habens iurisdictionem aliquam in territorio iussit tibi, quòd deberes auferre librum tuum Titio,& ita fecisti,quāuis ille iudex non esset iudex inter te & Titium in illa causa,tamen propter iustum & mandatum excusatur a pęna, de qua loquitur d.l.extat. ¶ Et plus dicit Alexand.in dicto
46 consil. † quòd consuetudo excusat notarios & alios scribentes a pœna falsi,allegat nota.per Hostien.Ioan.And.&
47 Anto.de Butri.in capitu.2.de fid. instrumen. ¶ † Similiter etiam si pro aliquo delicto esset dedecus & ignominia adire iudicem,puta si aliquis attentabat pudicitiam vxoris alicuius licitum est marito ordinare suæ vxori, vt fingat se præbere aures tali attentāti eius pudicitiam, & dare locū & tempus & se præparare & congregare fratres & consanguineos & expectare illic venientem & eum verberare, ex quo sine magna verecundia non poterant tales iniurias pati sub silentio,& sic eis parcendum erat: quia de talibus iniuriis non solet querela proponi coram iudice, nisi per viles homines & impotentes,qui de verecundia penes homines & vulgum non curant, sed reputantur viles & cornuti,qui de talibus propriis manibus non vindicant,ita tenet Paul.de Castr. consilio 277. in causa carceratorum.2. volu.& Thom.Gramma.decisio. 23. & sic si homicidium
48 committerent,mitius punirentur per prædicta. ¶ † Similiter etiam mulier, quæ accepit aliquas medicinas,vel aliquid aliud fecit, vt non efficieretur prægnans, nec posset concipere,si sponte sua hoc fecit,vt homicida punitur,& si aliquis ei dederit talia medicamenta punitur eodem modo vt homicida capi.si aliquis.extra de homi.& ibi docto. Tamen licet puniatur vt homicida,mitius punietur,& nō pœna mortis, vt tenet Hippol.in l.si mulierem.colum.2.ff. ad leg.Corne.de sica.allegat Bald.in capi.non nulli.§.sunt & alii.extra de rescri.vbi dicit,quòd si statutum dicit,quòd aliquis puniatur per aliquo delicto tamquam falsarius,nō debet puniri pœna legis Corneliæ de falsis,sed alia mitiori arbitrio iudicis,quod dicit esse nota,& sequitur Fely.ibi colum.9.& in capi.solitæ.colum.2.de maio.& obedien.&
49 Hippoli.singu.236. incipiente, dictio tanquam. ¶ † Similiter etiam occidens existentem in vtero nō punitur vt homicida pœna mortis, etiam si est animatus: quia existens in vtero,donec est in vtero,non est homo,sed speratur esse homo l.cum inter veteres.C.de fideicom. lib. & ita per illum text. tenet ibi Bald. vide Bald. in l.quod dicitur. & ibi Pau.de Castr. & Alexand.ff. de libe.& posthum. qui dicit, istam partem esse veriorem,hanc etiam opinio.tenet Hippol.in l.si mulierem.ff.ad leg.Corne.de sica.& Decius consilio 535.col.2.4.vol. qui similiter dicit, hanc partem esse veriorem de iure: quia contraria opinio non videtur iure probari,& Ioan.de Ana.in capitulo sicut.lo 2.de homic.Et pro ista prima opin.adducitur text. in dicta l. si mulierem. vbi dicitur, si mulierem visceribus suis vim intulisse, quo partum abigeret,constiterit,eam in exilium præses prouinciæ exiget,& tex.in l.diuus.ff.de extraordi.crimi.vbi dicit iurisconsultus, quòd diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt,eam,quæ data opera abegerit partum,a præside in tēporale exilium dandam,idem probatur in l.Cicero.in fin. ff.de pœnis,vbi mulier, quæ post diuortium cum prægnās esset,sibi vim intulerit, ne iam inimico marito filium procrearet,vt temporali exilio coerceatur ab optimis Imperatoribus nostris rescriptum est,Contrariam opin.tenet Cæpol.consilio 36.in casu isto.columna 2.versiculo ad idem & Matth. de Affli. in constitu. regni amatoria pocula. col 2.in secundo nota.vbi dicit,quòd illa,quæ sumpto poculo facit abortiuum, tenetur de occiso l. siquis aliquid.§. qui abortionis.ff.de pœnis, vbi est tex.clarus, & tenet Ioan.de Ana.consilio primo,colum.fina. per d.§. qui abortionis.& ille tex.videtur destruere opin.Bal.Alexan.& aliorum primò relatam,& opin.Decii in dicto consilio 535. qui dicit, quòd ista opin.non probatur iure:quia immo probatur clarè in dicto §.qui abortionis. vbi dicit text. qui abortionis, aut amatorium poculum dant, si dolo non faciunt: quia res est mali exempli,humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur, quòd si ex eo mulier,aut homo perierit, summo supplicio afficiantur. Sed Magnificus & peritissimus iuuenis V.I.D. Dominus Berlingerius Bernalia gener meus, qui habet Magnificam Dominam Lucretiam de Nigris meam charissimam, & amantissimam filiam primogenitam, quos Deus vsque ad æuum ambos in prosperitate conseruet,& est de patriciis, & nobilibus ciuitatis, & habet Magnificū Dominum Nicolaum de Bernalia eius fratrem doctorem prastantissimum in medicina: Qui quidem gener meus confabulando insimul de huiusmodi quæstione volens defendere opi.Bal.& Alexan.in d.l.quod dicitur,respondebat ad text. in dicto §. qui abortionis, quòd ibi ponuntur duo casus, vnus de fieri faciente abortum, alius de dante poculum, & pœna mortis imponitur danti poculum, ex quo est sequuta mors, & iste intellectus ad illum text.posuit etiam Decius in dicto consilio 535. columna fi. dum respondet ad illum text. in versicu. similiter 4. volumi. & sic habuit conformitatem intellectus cum Decio, & opi. Bald.Alexan.& aliorum est æqua, alia verò opin. Ioan. de Ana.Cæpol.& Matth.de Afflict.est rigorosa.Tu verò adhęrendo communi opin.dicas: Quòd fieri faciens abortum. Aut partus erat formatus & animatus, & punitur pœna mortis, & procedit opinio.Ioan. de Anan. Matth.& aliorum.Aut non erat formatus, seu animatus, & punitur extraordinariè, & pœna exilii, & procedat opin.Bald. Alex. & aliorum.Ita tenet glo.in l.diuus.ff.de variis & extraordi. cogni.& ibi Barto.capi.quod vero.& capitu.Moyses,& ibi glo.32.quæstio.2.gloss.in capit.consuluisti 2.quæstio.4.Hostien.in sum.de homicid.§. quid sit homicidium.glo.in capitu.si aliquis.& ibi Felyn.extra de homicid. & capi.sicut. lo 2.& ibi Abb.& Fely.& alii.eod.tit. Saly.in l.penul.C.ad leg.Corne.de sica.Albe. de Rosa. in quæstio.statu.in tertia parte quæstio.59.vbi latissimè Ange in trac.malefic.in verbo,& ex interuallo.colum.4.& ibi August.Ari.in additio. Matth.de Afflic.in constitu. regni terminum vitæ in 14.no
50 ta.numero 28.Hippol.in dicta l.si mulierem.¶ † Illud autem,quod dictum est, quòd faciens fieri abortum, quando non est animatus, non punitur pœna mortis,limitatur nō procedere, quando per pecuniam mulier fecisset abortū: quia tunc tenetur pœna mortis l.Cicero.ff.de pœnis.Bar. in dicta l.diuus de extraordi.crim.Augu.Ari.in d.trac.malefic.in verbo & ex interuallo,colum.4.Matth. de Afflic.in dicta constitu.terminum vitæ.in 14.nota.Abb in d.capi.sicut.lo 2.in fin.de homicid.Hippo.in dicta l.si mulierem.ff. ad leg.Corne.de sica.Et dicitur partus animatus in masculo post quadraginta dies, in fœmina post octuaginta dies. Barto.in dicta l.diuus.Ange.in d.l.si mulierem. Augu.Ari. in dicto verbo,& ex interuallo.colum.4.Felyn.in d.capi.si aliquis. de homicid.gloss. in clemen.1. in verbo ciuitas.de sum. Trin. Et prædicta intellige, quando ille, qui fieri fecit abortum, sciebat mulierem esse prægnantem, aliàs secus, Augu. Ari. vbi supra, allegat docto.in l. penulti.C.ad leg.Corne. de sica. Item si pater, vel mater occideret partum, teneretur de paricidio,nisi inuenisset filiam, vel vxorem adulterantem, vt plenè per Ang.Aret.in dicto tracta. malefic.in verbo,& ex interuallo.colum.4.cum ibi allegatis. Similiter etiam mulier, quæ iudicio medicorum occidit partum, vt saluetur mulier prægnans, non punitur,vt

tenent

tenent Marian. Socin. & Felyn. in d. ca. si aliquis. de homic.
Item si aliquis non dolosè fieri fecit abortum: quia uolens
percutere mulierem non tamen vt abortum faceret, si per-
cutiendo fecit abortum, pœna extraordinaria tenetur, vt
per Decium in d. consi. 535. & Carre. in sua prac. cri. §. ho-
51 micidium. col. fi. cum concor. in d. locis. ¶ † Quæro, dictum
est supra, quod iudex ex causa potest mitigare & minorare
pœnam. Et condemnauit aliquem puta ad triremes, vel in
exilium, an post talem diffinitiuam sententiã possit facere
gratiam de pœna in totũ, vel in partẽ? Et regulariter est di
cendum quod non: quia est functus officio suo l. iudex postea-
quam. & ibi glo. & docto. ff. de re iudi. & etiam quia verti-
tur interesse partis, vt dicunt docto. in l. 2. C. de in ius uoc.
Par. in trac. sindi. in verbo pęna. §. iusta. col. 1. cum concor-
dan. ibi, pro hoc bene facit tex. in l. quæ acta. §. fi. & ibi Iac.
de Aret. & alii. ff. de re iudi. & l. diui fratres. in prin. ff. de pœ
nis, & Iacobi. in tra. feu. in verbo cum mixto imperio. col.
2. in fin. vbi tenet, quòd barones inuestiti de feudo post la-
tam sententiam in causa capitali non poterunt facere gra-
tiam condemnato, sed debet rescribere principi d. l. diui
fratres. & d. l. quæ acta. & l. 1. §. 1. ff. de quæstio. & doct. in d.
locis, limita prædicta procedere, quando sententia condẽ-
natoria fuisset valida, secus si fuisset nulla: quia tunc ipse-
met iudex posset reuocare, vt tenet glo. in d. l. diui fratres.
in prin. in verbo fieri. limita 2. non procedere in principe,
quia princeps bene posset facere gratiam d. l. diui fratres,
& d. l. quæ acta, & ibi docto. Limita tertiò, quando non in-
teresset alicuius, sed solùm verteretur interesse baronis, &
eius fisci: quia tunc posset remittere pœnam sibi debitam,
vt dicunt docto. in d. l. 2. de in ius vocan. & Paris vbi supra.
52 ¶ † Et nota, quod si aliquis est relegatus, seu missus in exilium,
nemo potest dare licentiam redeundi, nisi princeps ex cau
sa l. relegato. in fin. ff. de pęnis, & iusta causa est voluntas
principis: vt ibi per glo. & Bar. Et iudex ex iusta causa pos
set etiam dare licentiam redeundi secundùm Bar. ibi. ¶ In
53 tex. ibi (nos igitur &c.) † Nota, quòd iustitiam administrãs
non debet esse ita atrox, vt ad crudelitatem excedat. Nec
ita remissus, vt eius vilescat auctoritas. Nã omnibus igno-
scere vilitas est, & nulli parcere, crudelitas est, vt dicit Lu-
cas de Pen. in l. 1. colum. 15. versi. tertio quæritur. circa me-
dium. C. de deserto. lib. 12. Et ideo ad beneficium composi
tionis omnes admittendi non sunt, ne exemplum ad rui-
nam cæteris facere incipiant 27. q. 1. ca. nec aliqua. in fi. de
pœni, distin. 4. c. adhuc instant. & dist. 1. ca. voluissent, licet
quamplurimi iudices non quærant vindictam scælerum,
sed vt fiscus impleatur ex sanguine peremptorum, nec eis
est vlla cura de viciis extirpandis, sed de marsupiis euacuã
dis, vt dicit Bernar. super canti. sermo. 77. & Lucas vbi su-
54 pra. ¶ In tex. ibi (quòd si personam &c) † Nota quòd ad
hoc vt possit fieri compositio in pecunia, & commutatio
pœnæ, tria requiruntur. s. quòd persona delinquens non sit
malæ conditionis & famæ, & quòd vulnus illarum non sit
lętale, & quòd ex percussione mors, aut membri mutilatio
non sit sequuta. Et sic vnusquisque debet cauere ab infa-
mia; quia non solùm in eo, in quo est infamatus; sed etiam
in aliis eius opinio grauatur, extra de reg. iur. c. defleat pec-
cator. & nota. in l. 2. C. qui testa. fa. pos. sed bona fama, quã
multi populi amant, est thesaurus hominis inextimabilis
& iucundus, & sicut litium dat suauitatem odoris, vt dicit.
Bald. in l. 1. colum. 5. in fin. C. de confes. Et fama bona mul
tum operatur ad excludendum indicia, vt latè per Hippo.
in sua prac. crimi. §. diligenter. numero 195. cum multis se
quen. Et dicit Raph. Cuma. in consil. 135. incipiente ad pri
mum. colum. 2. quòd inquisitio corruit, si probatur de bo-
na fama inquisiti, de quo per Hippo. in d. pra. §. constante.
numero 17. ¶ In tex. ibi (nec lætale vulnus &c.) Quęro
pro declaratione materiæ quando dicatur vulnus lætale,
seu mortale? Super quo doctores hincinde diuersa dicunt,
& Bald. in suis consiliis in ista materia fuit melius cæteris
loquutus. Et ideo procedendo per veras conclusiones fa-
55 cias infrascriptas conclusiones. † Primma conclusio est.
Quando vulneratus statim, vel infra triduum moritur, vul
nus dicitur mortale: quia euentus mortis ostendit vulnus
fuisse mortale, argu. l. aut facta. § euentus. ff. de pœnis, vt di
cit Bal. in cap. 1. versic. sextò quæritur quib. mod. feu. amit.
Soci. consilio 178. primo aspectu. in princip. 2. volu. Et vul
nerans tali casu tenetur de occiso: quia occidit: quia ani-
mam a corpore separauit. ff. ad leg. aquil. l. ita vulneratus.
§. nec mixtum. & l. huic scripturæ, not. per glo. & alios in
l. 1. C. de emend. seruo. & ff. ad leg. Corne. de sica. per totum,
& C eo. & in constitut. regni, terminum vitæ. & ibi scrib.
Bald. consil. 237. in princi. 2. uolu. & consi. 328. 2. volu. vbi
dicit, quòd si percussus illico, vel infra triduum moritur,
ipsa natura quodammodo ostendit, ipsum esse mortuum
ex vulnere, nisi ex euidentibus rationibus probaretur con
trarium, puta fuisse mortuum ex inguine, vel ex peste mor
talitatis, vt ibi per Bald. & idem Bald. consilio 136. colum.
1. versicu. ex morte. 2. volu. quia exitus acta probat, & And.
Iser. in d. constitu. regni, terminum vitæ. colum. 2. vbi dicit,
quòd si vulneratus decessit infra tres dies, vel infra breue
tempus, pręsumitur mortuus ex vulnere, secus si post octo
menses, vel post longum tempus: quia tunc non præsumi-
tur ex eo vulnere mortuus: quia multę solent occasiones
mortis accidere, vt ibi per eum. Et ibi etiam dicit Andr. de
Isern. quòd si post percussionem die sequenti fuerit mor-
tuus, potest percutiẽs probare, quòd vulnus non fuit mor-
tale, & quòd ex negligentia mortuus fuit, puta quia habuit
malum regimen in bibendo, vel cum vxore iuuene concu
buit, & se immiscuit. ¶ Amplia dictam conclusionem
procedere, non solùm quando vulneratus moritur infra
tres dies, sed etiam si moritur infra quinque vel octo dies,
præsumitur mortuus ex vulnere cap. 2. de cler. percus. Bar.
in l. finali in fin. ff. ad leg. Corn. de sica. & in l. vnica. C. de
emend. ser. & ibi Saly. & Ang. & Soci. consi. 178. colum. 2.
versi. tertio 2. volu. vbi dicit, quòd qui decedit infra pau-
cos dies, præsumitur mortuus ex vulnere, allegat bonum
text. in l. ait lex. versic. quòd si mortiferè. ff. ad leg. aquil. vbi
probatur, quòd licet mortiferè vulneratus decesserit post
longum interuallum, non propterea tolletur pręsumptio,
quin presumatur mortuus ex vulnere, vt ibi per eum, &
Andr. de Iser. & Matth. in d. constitutio. terminum vitæ. Et
dicit Bald. in dicto consilio 237. in prin. 2. uol. quòd si vul-
neratus moritur infra quinque dies, uel plures, tenetur de
occiso, si constat uulnus fuisse lætale, de quo standum est
iudicio medicorum l. semel. C. de re mil. lib. 12. quia exper
tis in arte sua est credendum, ut not. in l. 1. ff. de vent. inspi.
¶ Amplia secundò dictam conclusionem procedere, etiã
si uulneratus decedat ante quadraginta dies: quia præsumi
tur mortuus ex uulnere, & ista est regula medicinæ, ut per
Barto. in d. l. fina. ff. ad leg. Corne. de sica. & d. l. unica. C. de
emend. ser. & ibi Saly. & Ange. & bonus tex. in capit. 2. de
cleri. percu. ubi quòd si ante octo menses moritur, præsu-
mitur mortuus ex vulnere, secus si post octo menses; quia
tunc non præsumitur mortuus ex uulnere, ut ibi dicit text.
¶ † Sic ergo, ut ex prædictis apparet, super tempore. s. infra
quantum tempus uulneratus dicatur ex uulnere mortuus
& sic uulnerans teneatur de occiso, uario modo iura lo-
quuntur, nam d. gloss. in d. l. 1. C. de emend. seruo. quam su
pra allegati sequuntur, dicit, quòd si uulneratus post tri-
duum fuit uisus deambulare cum baculo, non præsume-
tur mortuus ex uulnere, sed potius ex negligentia, & ma-
lo regimine, de quo etiam per Corne. consilio 273. uisa in-
quisitione. columna 4. in litera L. 3. uolu. & consilio 282. in
hac. columna 5. in litera N. uersiculo facit 3. uolu. & alia
iura loquuntur de quinque, alia de octo diebus, alia de
quadraginta diebus, alia de octo mensibus, ut supra dixi,
& Cæpol. consi. 40. numero 19. cum concordan. & Hippo.
in sua prac. §. & quia. numero 16. columna 3. in fin. Quare
in tanta uarietate Socin. d. consilio. 178. columna 3. 2. uolu.
dicit, quod hoc est in arbitrio iudicis arbitrari infra quan-
tum tempus præsumatur mortuus ex uulnere, uel ex negli
gentia, allegat Barto. in d. l. fin. ff. ad leg. Corn. de sica. Ioan.

Andr.& Moder.in dicto capi.presbiterum. Abb.in capi.2. de cler.percu. Flo.in l.ait lex.ff.ad leg.aqui. Ang. Are.in tra. malefi.in verbo,& ex interuallo. Albe.de Rola.in quæstio. statu.in 2.par.quæstio.120.Gandi.in trac.malefi.in rubr.de homici.& eorum pœnis, circa fin. & sic iudex, qui habet hoc arbitrari, debet consulere medicos, & secundum eorum iudicium arbitrari d.l.semel.C.de re mili.lib.12.& ita residet Socin.in dicto consi.178.columna 3.in secundo volu. ¶ Tu verò in tanta doctorum & iurium varietate concludе, quòd si vulneratus infra tres vel paucos dies moritur, dicitur ex vulnere mortuus, vt dicit gloss.in d.l.1.C.de emend.ser.& in hoc omnes concordant,& Andr.& Matt. in dicta consti. terminum vitæ.colum. 10. in quinta quæstio.Nisi probaretur, quod ex peste, vel ex alia causa, puta quia cognouit vxorem, vel aliam mulierem,& alia vrgenti causa, & tali casu vulnerans tenetur de occiso, per superius allegata. Similiter si vulneratus a die illati vulneris semper processit de malo in peius, & nunquam reconualuit, & fuit adhibita diligentia in curando, adhibendo peritos medicos, & alia necessaria faciendo, & hoc casu non est facienda vis spatio temporis: quia tali casu non solùm si moriatur infra octo menses, sed etiam si post octo menses moriatur, præsumitur ex illo vulnere mortuus, vt dicit Abb.in d.ca.2.de cleri.percuss.& And. de Iser.in dicta constitu.terminum vitæ.& ibi Matth.de Afflic.colum.4. circa medium versicu.cui adde.numero 17.& Hippol. consilio 7.columna 5. Et sic ad probandum vulnus fuisse mortale, probari potest, quod post percussionem infra paucos dies fuit mortuus, vt supra est dictum. Item quòd vulneratus a die illati vulneris semper de malo in peius processit. Itē quòd adhibuit peritos medicos in curando. Item ꝙ fuit adhibita diligentia in curando,& quòd stetit in domo suo nō ambulans per ventum. Item quòd erat fama publica & communis per ciuitatem, quòd vulnus erat mortale: quia ista onerant percussorem, ita ꝙ tenetur de occiso, nisi ex aduerso probetur vulnus non fuisse mortale. Item quia cecidit ex percussione. Item quod sibi spasmus superuenit. Itē ꝙ percussio fuit magna seu magnum vulnus, vt per And. in d.consti.terminum vitę.colum.3.cum sequen.& ibi Mat. de Affli. Item quod fuit vulneratus in capite cum magno lapide, vel cum magno ligno, vel fuste, vel cum ense, vel partisana in capite, vt dicit Matth.in d.constitu. terminum vitæ in quinta quæstione. Item si fuit vulneratus in corde: quia de eo non speratur salus. Item si habebat caput percussum & cerebrum fractum, uel si erat uulneratus in pectore,& uulnus erat penetrans, nam istis casibus uulnus dicitur mortale, licet aliquando nō moriatur, tamen ut plurimum est mortale, ut dicunt doctores medicinæ inferius allegandi. & quando uulnus est in cerebro, ex quo cerebrum est unum de principalibus membris corporis, in quo est principium sensus & motus, & est principium omnium neruorum, unde ad uulnus ipsius sequitur compati omnes neruos corporis, & per consequens totum corpus spasmari, & sic est mortale. Item spasmus in uulnere est mortale. Similiter uulnus in uesica, in renis, in intestinis minutis in epate, in pulmone, in omnibus istis locis uulnus dicitur mortale, ut tenet Auicenna in quarta senten. in tracta.de uulneribus in membris. cap.2. & ibi Vgo Senensis. col.2. Et similiter uulnus in gula dicitur mortale, ut ibi per eos, & dicit Bald consil. 328.2.uolum.quod argumenta ad probandum uulnus esse mortale, sumūtur ab experientia, experimur autem, quod locus est mortalis in cerebro, in gula, in pectore, in intestinis & similibus, & tūc uulneratus in talibus si moritur, dicitur mortuus ex uulnere, secundùm Bald. ubi supra. ¶ Similiter etiam uulnus dicitur mortale, quando uulnerato apparet aliquod accidens, uel signum mortale tempore illati uulneris, uel infra aliquos paucos dies: quia signa maximè conferunt ad cognoscendum, quicquid sit,& signa quasi causam demonstrant ad oculum, ut dicit Cæpol. consilio 42. columna 5. & Hippo.consilio 7.colum.6.num.30.Et uulnus ex qualitate loci, in quo fuit quis uulneratus, iudicatur mortale, vel non mortale: quia vulnera in capite a communiter accidentibus sunt magis lætifera, quam in alia parte corporis. Et percutiens in capite cum bastono præsumitur habuisse animum occidendi, secus si in alia parte corporis, glo.& docto.in capi.sicut dignum.de homi. Bar.in l.1.§.diuus.ff.ad leg.Cor.de sica.Bal.in capitu.1. versicu. & nota, quib.mo.feu.amit. Et quando vulnus est in loco periculoso, probatio negatiuæ, quòd non fuit mortuus ex vulnere, est valde difficilis, vt per Bald.vbi supra.& Socin. d. cons. 178.columna 1.2.volu. & Decius consilio 415.columna 1.3.uolu. ¶ † Et notā, quod non ualet consequentia, uulneratus non est mortuus, ergo uulnus non fuit mortale: quia multi mortiferè uulnerati non moriuntur, ut dicit Auicenna & Vgo.in d.quarta sen.tra.primo, de uulneribus in membris capi.2.& probat tex.in l.1.§.fin.ff. ad Sille.ubi loquitur de mortiferè uulnerato, & tamen dicit ibi tex. ꝙ superuixit,& tenet Iaf.in l.si ab hostibus.§.si uir.columa fi. ff.solu.matri.& ibi etiam hoc notat Bald.ubi dicit, nota, ꝙ uulnus dicitur mortale, quod uidebatur esse mortale, licet mors non sit sequuta,& Matth.de Afflic.in constitu.terminum uitæ.columna 10.in quinta quęstione, ubi dicit, quod ex percussione in uentre, etiam quòd intestina exierint foras, multi sanantur. Et similiter e contra, non ualet consequentia, uulneratus est mortuus, ergo uulnus fuit mortale: quia potuit esse, ꝙ culpa medici, uel infirmi sit mortuus ut dicit Bald. d. consilio 136. 2. uolu. ¶ † Similiter etiam uulnus dicitur mortale, quando secundùm regulas medicinę infirmus non potest euadere, uel cum magna difficultate. Sed quando de leui potest curari, non dicitur mortale uulnus, secundum Bald.in c.1.in prin.columna 1.ex quib. cau.feu.amit.& Cæpol.d.consilio 42.columna 5.& Hipp. d.consil. 7. columna 6.numero 31. ¶ † Similiter etiam si medici attestarentur, uulnus fuisse mortale, & uulneratum fuisse mortuum ex uulnere, eis credendum esset l.semel.C.de re mili.lib.12.quia peritis in arte est credendum ut ibi,& l.1.ff.de uentre inspi. l. comparationes.C. de fide instrumen.capi.significasti, lo 2.extra de homici.& faciunt dicta per Bar.in l.fina.ff.ad leg.Corn.de sica. ¶ † Nunquid autem alii quam medici possint testificari & dicere, ꝙ uulnus fuit mortale, uel non mortale, ponit Andr.de Iser.in d.constitu.terminum uitæ.columna 4.& videtur tenere ꝙ non: quia non possunt reddere sufficientem rationem & causam scientiæ, cum non sint experti, ut ibi per eum,& ibi etiam Matth.de Affli.& Corne. consi. 383.colum.3.in tertio uolu. Hoc tamen intelligo verum, nisi testis per sensum corporeum deponeret puta quia uidit uulneratum in corde, uel in cerebro,& erat fractum cerebrum, & sic de similibus, ut supra dictum est: nam tali casu, ex quo redderet sufficientem causam scientiæ, probaret: quia iudex in teste debet considerare causam scientiæ, ut dicit Bald.in l. testium.columna 2.in fin.uersicu. uenio ad secundum. C. de testib. ¶ Et ex parte rei uulnerantis ad probandum, ꝙ uulnus non fuit lætale, poterit probari, quod uulnus fuit leue, & de se non inducebat mortem, & ꝙ non est mortuus ex percussione sed alio modo, puta quia cecidit, uel ictu alterius,& fregit sibi caput, uel quod ex negligentia & malo regimine fuit mortuus, ut dicit Andr.de Iser.in dicta constitu.terminum uitæ. columna 4. Et ꝙ ex interuallo a tempore uulneris mortuus est, ut per Andr.in d. consti.terminum uitæ.& ibi Matth. columna 11. in fine sextæ quæstionis. Item ꝙ post uulnus conualuit & surrexit accedendo cum baculo, quia tunc non pręsumitur mortuus ex uulnere, nec tenetur de occiso, gl.in d.l.1.C. de emend.seruo. Corn.consi.233 colum.pen.3.uol.& Hippo. in sua pra.cri. §.et quia.col.4.cum concord. ibi. Item si probatur de mala et in ordinata uita ulnerati, quia tunc non præsumitur ex uulnere mortuus, ut dicit Saly.in d.l.1.C. de emend.ser.et docto.in d.cap.2.de cleri. percu.et Socin.d.consil. 178.colum.3.uersus fin.2.uolu. Et negligentia probatur, si medicum non adhibuit, uel si cum esset uulneratus in capite, iuit

iuit exeundo absque licentia medici, quando clausus stare debebat, & maximè de nocte, vt dicit Ange.in trac. malefi.in verbo & ex interuallo, Fely.in rub.de homi.in fine. Item si malè & inordinatè vixit. Item si interuenit negligẽtia medici curatoris. Item si decessit propter mala medicamenta. Bal.in c.1.§.item qui domini, quæ fuit prima cau. benefi.ami. Item si fuit curatus per incantationes, & moritur vulnerans, non tenetur de occiso, nec de morte: quia vulneratus dicitur in culpa, ex quo incantator non dicitur medicus, vt dicit Ioan.de Ana.in rubr.de magi. & Soci.d. consi.178.col.fi.ij.vol.& Hip.in sua pra.cri.§.sed quia.col. 5.vers.item teneas.num.xxi.& Cor. consi.273.col.4.3.vol. quia quando vulnus non curatur a medico, mors non est imputanda vulneranti, sed ei, qui debuit medicum adhibere.l.quod si nolit.§.culpam.ff.de ædi.edi.l.qui occidit.§.fi. ff.ad leg.aquil.l.si ex plagiis.in prin.eo.tit. Et dicit Bal.in d. l.quod si nolit.§.mancipium, ꝙ si vulnus est factum mortale propter imperitiam medici, non agitur de occiso, & sequitur Cor.vbi sup.& ibi etiam dicit, ꝙ si vulneratus nõ obtemperauit medicis præsumitur in culpa, vt ibi per eũ, & idem Cor.consi.283.in prin.iij.vol. Similiter etiam, qui malum medicum adhibuit, dicitur in culpa, adeo ꝙ tunc mors culpæ ascribenda est d.l.quod si nolit.§.culpam, & Cor.d.consi.283.col.ij.gl.& Ias.in l.si ab hostibus. col. pe. ff.sol.matri. Fely.in c.presbyterum.de homi. Hip.in prac. cri.§.sed quia.col.4. Item vulnus non dicitur mortale, quãdo non subsistunt aliqua accidentia mala, quæ accidere solẽt in mortaliter vulnerato, vt febris, & alia, vt dicit Cepo.d. consi.40.& 61.& Hipp.d.consi.7.colum.6.nu.31. Similiter etiam si probatur, quòd vulneratus exiuit domũ post vulnus illatum per sex, vel octo dies post vulnus. Et ꝙ vixit per triginta sex dies post vulnus illatum, ista arguunt vulneratum non decessisse ex vulnere. Cor.d.consi.273.col. 4.iij.volu. ¶Similiter si vulneratus concubuit cum vxore, vel alia muliere, vel comedit res sibi nociuas, dicitur fuisse in culpa. Fely.in d.c.presbyterum, & Hipp.in d.prac.§.sed quia.col.5. Et dicit Bal.in addi.Spec.in rub.de homi. quòd si constat de inordinata vita infirmi, mors superueniẽs sibi imputabitur & non vulneranti. Et hoc intellige, quando talis inordinata vita & inobedientia medici fuisset talis, ꝙ propter illam fuisset mortuus, secus si fuisset minima causa, quæ non poterat esse causa mortis, vt dicit Hip.in d.§. sed quia.col.5.nu. xx. ¶Item prædicta intellige procedere in dubio, quando vulnus poterat se habere ad vitam & ad mortem, secus si fuisset certum eum omnino moriturum, etiam si diligentem medicum adhibuisset, ex quo vulnus erat omnino lætale & mortiferum, quia tunc propter mala regimina, vel non adhibendo medicum peritum, non excusaretur reus per ea, quæ dicit Bal.in d.l.si ab hostibus. §.si vir.ff.solu.matri.& ibi Alex.colum.ij. & Ias.ibidem.§. fin.colum.pen.benefaciunt, quæ dicit Barto.in d.l.fin.ff.ad leg.Corn.de sica.vbi dicit, ꝙ quando est certum, vulneratum esse mortuum ex vulnere, tunc standum esset certo, & non opus esset recurrere ad coniecturas. Ad prædicta faciunt dicta per Bal. in l.ita vulneratus.in prima lectu.ff.ad leg.aqui.vbi dicit, ꝙ mortiferè vulneratus ab vno, si ab alio occidatur in totum, ille primus tenetur de occiso, quando hoc esset certum, quòd primum vulnus esset mortale, secus si esset dubium, vt ibi per eum, vbi per hoc reprobat cautelam cuiusdam iniqui aduocati, qui dum quidam esset mortiferè vulneratus, & ille percussor erat captus, cõsuluit consanguineis percussoris, vt illum maturius & totaliter occiderent, & ita ille primus percussor captus pœnam mortis euaderet, & teneretur solum de vulnerato, quia Bal.ibi hoc reprobat, quando erat certum vulnus esse lætale, & dicit, ꝙ dicto aduocato pro tali consilio præmium, quod deberetur, deberet esse, vt laqueo suspenderetur, & sequitur Ias.in d.l.si ab hostibus.§.si.col. penul.ff. sol.matri.& Hip.in sua prac.§.sed quia.col.6.num. 26. Fel. in d.c.decetero.de homic. Et dicit Fely. in d.c. significasti. col.ij. quòd in dubio præsumitur mortuus ex primo vulnere, licet alii postea percusserint, cum limitatione vt per eũ. Ad prædicta etiam adducitur, quia quãdo certum est vulnus esse mortale, & ex eo sequitur mors, vulnerans tenetur de occiso.l.ait lex.vers.quod si mortiferè.ff.ad leg.aqui. l.si ex plagis.in prin.eo.ti.& ita loquitur tex. in l.huic scripturæ.§.si seruus.secundum gl.& doct. ibi ff.ad leg.aquil. ita tenet Bal.in c.1.versi.septimò quæritur. quib.mod.feu. ami.& hoc casu standum est certo, vt dicit Bart.in d.l.fi.ff. ad leg.Cor.de sica.& Saly.in l.vnica.C.de emen.ser. Albe. de Ro.in l.item Mela.§.Celsus.aliàs incipit, si alius, & in d.l.huic scripturæ.ff.ad leg.aqui.& ita communiter tenent vbique doctores, vt dicit Soci.d.consi.178.col.ij.in ij.volu. Et hoc casu, vt dictum est, non defenderetur ex eo, quòd nullus fuit adhibitus medicus, vel fuit adhibitus imperitus, neq; propter aliquam culpam commissam ab infirmo vulnerato; quia licet propter hoc mors fuisset accelerata, tamen vulnerans tenetur de homicidio.l. ita vulneratus.circa prin.ff.ad leg.aqui & tenent gl.& Alb.in d.l.huic scripturæ.§.si seruus.& Soci. d.consi.178.col.ij.ij.volu. Sed quando certum est, ꝙ vulnus non erat lætale, tunc si moritur non ex vulnere, sed ex negligentia mori dicitur, & non tenetur de occiso, sed de vulnere tantùm, casus est, & ibi no.in l.qui occidit.§.fi.ff.ad leg. aquil.& ibi hoc tenet Bal. & doc.in locis præallegatis, & Soci.d.consi.178.colum.ij. in fi. ¶Similiter etiam vulnus factum cum baculo, vel ligno, vel cum gladio in spatula a communiter accidentibus non dicitur mortale, ita tenet Raph.Cuma.consi.134. visis.in fi.ij.col.& Cepo.consi.42.col.5.& Hipp.con.7.col. 6.in fi. Et dicit Fel.in c.significasti.lo ij.colum.4.per illum text. ꝙ ratione instrumenti cognoscitur vulnus mortale, & animus percutientis.l.1.§.si claua.ff. de sicar.l.1.C.de emend.ser. Et percutiens cum baculo non tenetur de vulnere mortali secundùm Bald.in proœ.fforum. col.iij.nisi esset percussio in capite: quia ratione loci percussi cognoscitur animus occidendi secundùm Ang. in d.l.1.§.si claua.ff.de sica.& Fely.d.c.significasti.colum.4. Et si magister percutit discipulum cum instrumento apto ad mortem, tenetur de occiso.Bal. in l.sed & si quacunque.§.sed nunquid.ff.ad leg. aqui. Immo testis dicens percussionem factam animo occidendi in causa scientiæ, quia fuit facta percussio cum instrumento apto ad mortem, talis ratio est bona ratio, vt dicit Bal.l.solam.col.5.C.de testi.& Fely.vbi sup. Similiter vulnerans cum sagitta, balista, vel lãcea, præsumitur animus occidendi, nisi mitteret hastam absque ferro secundùm Bald.in c.1.de præsumpt. & Fely. vbi supra. Aduerte tamen, quòd si vulneratus moriens dicit se mori culpa medici, non propter hoc iuuat percussorem, si aliter hoc non appareat. Pet.de Ancha. in c.fi.de succ.ab intest. Fely.in c.litteras.col. pen.de præsumpt. Hipp. singu. xxii.confessio offensi, & in sua prac.§.sed quia. col. 5. in fi.
56 vers.scias etiam. ¶†Secunda conclusio. Quando vulnus & mors habent se ut causa & effectus mediatus; puta si aliquis fuit vulneratus, & post multos dies superuenit spasmus, & deinde sequitur mors, tali casu vulnerans tenetur de occiso, quia quando duæ sunt causæ, & vna subordinatur alteri, totum attribuitur primæ causæ, vt legitur & no.in l.maritus.ff.loca, & l.damni.§. Sabino. ff.de dam. infe.ita dicit Bal.con.237.2.vol. Sed quando duæ causę nõ sunt eiusdẽ rationis, nec una influit in aliam, tunc uulnerans non tenetur de occiso, sed solùm de uulnerato, exemplũ, si aliquis est uulneratus in pede, & mortuus est ex apostemate sub ascella; quia tali casu uulnus non influit aliq̃ in apostemate, nõ tenetur de occiso, sed de uulnerato, secundũ Bal.ubi sup.sed quando est uulneratus in locis neruosis, & superuenit spasmus, dr̃ ex uulnere mortuus, ideo tenetur de occiso, ut dicit Bal.consi.328.2.uol. Et dicit Bal. in d.cõs.237.quòd si aliquis est uulneratus in manu, & superuenit squinantia, & morbus in gutture; quia morbus gutturis nihil habet cõe cũ uulnere manus, si uulneratus moritur, nõ punitur uulnerans de occiso, ut ibi per eũ. Et dicit Cor.consi.283.col.4.3.uol.in littera G. ꝙ secundùm

regulas medicinæ pro vulnere in brachio illato non sequitur necessariò mors,& sic vulnus non dicitur mortale, & si moritur,potius ex mala cura & negligentia præsumi decessisse,vt ibi per eum.Hoc tamen intellige, nisi fuisset vulneratus in lacerto & locis neruosis: quia ex eo sequitur spasmus,& teneretur, vt proximè dictum est. Et dicit Cor.in d.consi.283.col.4.3.vol.versus fi. quòd si fuit incisa vena,adeo ꝙ semper exiuit sanguis, & non fuit adhibitum remedium ferri igniti, si fuit debilitatus propter sanguinem & mortuus,dicitur esse mortuus ex mala cura, & non tenetur de occiso.¶Quæro iuxta prædicta,quidā vulnerauit aliquem non mortiferè, ita ꝙ omnes medici attestabantur,ꝙ ex illo vulnere non esset moriturus,deinde superuenit febris,quæ tenuit eum vsque ad mortem, an vulnerans teneatur de homicidio & de occiso. Tancredus de Corneto in sua compendiosa,in 13.tractatu,quęstione 19. dicit,ꝙ excusatur vulnerans, si post vulnus superuenit febris,& mortuus est interueniente negligentia in curando arg.l.qui occidit.§.fin.ff.ad leg.Aquil.& refert Soc.d.consi. 178.col.4.versic.confirmantur etiam.2. volu. & Matth.de Affl.in consti.terminum vitæ.nu.18.se remittit. In contrarium adducitur: nam non est dubium,ꝙ vulnerando præstitit causam homicidio,licet febris superuenerit,& sequuta fuerit mors, vt dicit Inno.in c. presbyterum. in verbo percussus,extra de homi.ergo videtur, ꝙ de morte sequuta tenetur, quia quantum ad pœnam legis corneliæ de sicariis, ita tenetur ille, qui præbet causam mortis, sicut si interfecisset.l.nihil interest.ff.ad leg. Cor.de sica. Et quādo culpa præcedit casum,qui tenetur de casu postea sequuto. l.si obstetrix,& l.qui occidit.§.qua actione.ff.ad leg. aquil. l.prætor.in fi.ff.vi bon.rapt.& refert Soci.d.consi.178.col. j.versi.quartò.ij.volu.licet istam partem non firmet, quando post vulnus interuenit negligentia in curando. Pro ista etiam parte,quòd vulnerans teneatur de homicidio,adducitur illud,quod in simili tenet Bald.consi.328.ij.volu.vbi dicit. Quòd si aliquis est vulneratus,& supuenit spasmus, & mortuus est,tenetur vulnerās de occiso. Aduerte in ista quæstione, quia sunt variæ opi. & quæstio ista disputatur ad partes per Bar.in trac.de percussionibus, in vlti.q.Spec. in tit.de homi. col.1. versi. de facto quæritur, Alb.de Ros. in quæst.statu.quæst.36.incipiente.Item si aliquis, in secunda parte,late Gandi.in trac.malefi.in rub. de homi. & eorum pœnis.col.9.cum seq.versi.quæstio etiam dubitabilis, & Bonif.in trac.malefi.sub rub.quid sit accusatio,ver. forma accusationis porrectæ per sindicū,col.xvj.ver.sed quid & longum esset omnes referre opiniones & argumentū pro & contra.Et adhærendo veritati dico, prout dicit Bal. in addi.Spe.in tit.de hom.ver.An mortuus ex febre, qui facit tres casus.¶Primus casus est, quando fuit illatum vulnus mortale & in loco periculoso & postea superuenit febris, quæ infirmum non dereliquit vsque ad mortem, & isto casu vulnerans tenetur de occiso, ita tenet Bal.in addi.Spec.vbi supra,vbi dicit,ꝙ quando constat, ꝙ ex molestia vulneris est mortuus,tenetur de occiso,& ita procedit illud, quod ibi tenet Spe.& ita procedant omnia iura pro ista parte allegata per Bar.in d.trac.de percussionibus, in vlt.quæst.& Gand.in d.tit.de hom.& eorum pęnis, in loco præallegato,& Alb.in d.q.37.2.par.in quæstio.statu. & ita procedant,quæ dicit Bonifa.in loco præallegato in primo casu; quia si febris a principio superuenit,& eum non dereliquit vsque ad mortem,vel si alia accidentia superuenerunt, & signa mortalia,vt dicit Cępo. consi.61. nu.4.cum seq.& numc.xiij. & num.xxx.& hoc etiam tenet Franc.de Capite listæ in consi.posito inter consilia Cępo.consil.40. num. 18. cum seq. Et si vulneratus semper de malo in pejus processisset,diceretur ex vulnere mortuus,& teneretur de homicidio.Abb.in c.ij.de cleri.percus.Fely.in c.presbyterum.col.i.de homi.¶Secundus casus est, quādo apparet vulnus non fuisse mortale, nec periculosum, sed modicū & leue, & ꝙ febris non superuenit ex vulnere, sed ex alia causa, puta propter humores corruptos, & aliunde peruenit, & non ex vulnere,& tali casu non tenetur de occiso,quia non dicitur mortuus ex vulnere, & tenetur solum de vulnerato non de occiso, vt tenet Hosti. & ibi sequitur Card.Flo.in d.c.presbyteri.de homi.& Cępo.d. consi. 40. nu.xx.& per totum,& consi.61.cū ibi allegatis, & ita procedunt alia iura pro ista parte allegata,& quæ dicit Tancredus de Corneto vbi supra,& Socin.d. consi.178. cum aliis concord. Tertius casus est, quando est dubium, si vulnus fuit mortale necne,& si febris superuenit ex causa vulneris, vel ex alia causa, & isto casu vulnerans licet teneatur de occiso: tamen non punitur de occiso, sed mitiori pęna,& ita procedit illud,quod dicit Barto.in d.trac. de percuss.in fi.& Gand.in d.trac. malefi. in rub.de homi.& eorum pęnis, col.9. cum sequen. qui dicit ita tenuisse Vber. de Bobio,& quam plures alios doctores, istam opin.Bart. tenet etiam Decius consi.415.colum.fin.3.volu.Et poterit isto casu damnari ad triremes in perpetuum iuxta regiam pragmaticam,quę incipit,& ne sperata,vel ad tempus,vel relegari pro modo culpæ, & conditione personarum, & qualitate delicti,& si habuit animum occidendi,vel non, vt per Gandi. vbi supra, & ita procedunt pro ista parte allegata per doctores,vbi supra.¶Ad prædicta faciunt, quia quando est dubium, an uulnus sit mortale,& agitur de vita hominis.Iudex debet inclinare in mitiorem partem, Cor. consi.194.col.ij.in ij.volu.& Deci.d.consil.415.3. volu. & hoc casu variantibus medicis opi.illorum, qui dicunt,vulnus non fuisse mortale,præualet,sed quando fuisset uulneratus in loco periculoso,in quo mors sequi solet, tunc ꝙ non sit mortuus ex vulnere, est difficilis probatio. Decius vbi supra,& Cępo.consi.xxviij.col.fin. & ad prædicta vide Fely.in d. c.presbyteri.col.j.in fi.de homi.Cœpo.conf.62. magnifice,col.fi.de quo vide Hipp.in sua prac.§.sed quia. col.4.nu.xvij.¶Quid autem si vulnerato superuenit febris, & mortuus est, & medicus fecit relationē, ꝙ est mortuus propter illud vulnus, & accusatus vulnerans petit exhumari corpus mortuum, & ꝙ inspiciatur vulnera per alios medicos peritiores,ex quo vulnus non erat mortale,& sic nō tenetur de occiso,an hoc fieri debeat.Io. And.in addi. Spe.in tit.de homi.§.j.Ant.de But.Ino. & alii in c. proposuisti.de proba.& Matt.de Affl.in d.consti.terminum vitæ. col.xij. cum seq. in 9. quæst. concludunt communem esse opi.ꝙ debet exhumari corpus mortuū, & si iudicio aliorum medicorum peritorū apparet vulnus non fuisse mortale, retractatur sententia lata ex iudicio chirurgi dicentis vulnus fuisse mortale,tāquam lata ex falsis testibus, ut ibi per eos,& Alex.in l.si ab hostibus.col.3.ff.so.ma.vbi dicit, ꝙ si imperitus medicus testificatur, & iudex secundū eius testimonium fert sententiam, a qua non fuit appellatum, & postea peritorum medicorum iudicio apparet contrarium, reuocabitur sententia,ac si lata esset ex falsis probationibus vt ibi.¶†Tertia conclusio,si vulneratus non adhibuit medicos,vel adhibuit malos medicos, uel se non custodiuit a mortiferis, tunc vulnerans non tenetur de occiso,sed punitur solùm pro vulnere, quia fuit in culpa.ff.ad leg.Aquil.l.qui occidit.§.fi.Bal.consi.237.ij.vol. quia uulnus non mortale efficitur mortale, si non curatur xxix. distin.c.necesse, & tenet Bald.consi.136.col.j.ij.uol.Alexan. & alij in l.si ab hostibus.col.ij.ff.sol.mat.Cęp.consi.61.nu. 31.ubi dicit,quòd infirmus est in culpa, si obedire noluit medicis,& se flobotomare,& ad prædicta uide,quæ supra dixi in prima conclusione,& doct.in ca.significasti.de homici. ¶Sed prædicta intellige,quando illa causa superueniens & inobedientia medici esset habilis ad inducendam mortem, aliàs secus, ita multum notanter dicit Anto. de Butr.in c.ad audientiam.de homic.& sequitur Cępo. consilio 40.nume.21.quod est ualde notandum. ¶Item intellige,quando uulnus non esset mortale sine illa inobedientia,& negligentia infirmi,sed si sine illa fuisset moriturus, tunc non curatur de negligentia & non adhibitione medici, ut dixi supra in prima conclusione. ¶†Quarta conclusio, quando lex expresè dicit, uulnus esse mortale, uel

(margin: 57 beside "tionibus vt ibi.¶†Tertia conclusio"; 58 beside "dici, ut dixi supra in prima conclusione. ¶†Quarta con-")

vel quando est percussus in loco mortali: tunc vulnus iudicatur mortale, nec hoc casu requiritur iudicium medicorum, ex quo iudicio legis est expressum vulnus dici mortale, vt est quando aliquis vulneratur in capite, quia tunc vulnus iudicatur mortale. c. significasti. lo ij. versus finem, extra de homi. quia qui percutitur in capite, rarò liberatur vt dicit Ioan. And. in d. c. significasti. col. 3. versus fi. & tenet Abb. in d. c. significasti. in 2. not. vbi dicit, quod quando insurgit probabile dubium, quod iure non potest decidi, tūc iudex assumit iudicium peritorum, sed quando percussio est in capite a iure iudicatur vulnus mortale, & non adhibentur medici, vt ibi per eum, & tenet Bald. d. consi. 237. 2. volu. & consi. 136. 2. vol. ¶ Intellige prædicta, quando vulnus illatum in capite, vel alio loco periculoso non esset leue vulnus, quia si fuisset leue vulnusculum, non diceretur mortale vulnus, vt tenet Auicēna & Vgo Senensis in quarta fen. in primo tracta. de vulneribus in membris. c. 2. quia leue vulnusculum non dicitur vulnus, vt dicit gl. in consti. regni, si quis aliquem. & ibi And. & Matth. de Affli. colum. penul. num. 18. & Alex. consi. 100. 6. volu. & modicum vulnusculum nullum habet in se delictum. l. 1. §. vitium quidem ff. de ædil. edi. & ibi Bal. & Bal. in l. fi. col. 1. C. de ædil. actio. Ang. & Lud. Rom. in l. 1. §. excusantur. vbi bonus tex. ff. ad sille. Ang. in l. extat. ff. quod met. cau. Hipp. in sua practi. §. sed quia. colum. 1. cum sequen. cum concor. in d. locis, Cor. consi. 38. colum. i. versi. & inter parum. primo vol. Alexan. consi. 185. col. 1. 7. volu. Alber. Bru. in trac. de constitu. decre. in verbo vulnerare, col. 1. in fi. & colum. 2. in fi.

59 ¶ † Quinta conclusio, quando vulneratus moritur post longa temporum interualla, non præsumitur mortuus ex vulnere: quia, quæ ex longo interuallo fiunt, non videntur inesse, nisi apertè probaretur, quod ex vulnere est mortuus: vt quia fuit percussus cum sagitta venenata, quæ non potuit curari, vt dicit Bal. consi. 328. 2. volu. & ideo contemplari oportet, quod sunt quædam vulnera, quæ in se habent moras vitæ, vt dicit Bald. consi. 136. col. 2. secundo volu. ¶ Intellige etiam prędicta, nisi vulneratus semper de malo in peius processisset: quia tunc etiam si post octo menses moriatur, dicitur ex vulnere mortuus. Abb. in c. 2. de cleri. percu. Fely. in c. presbyterum. colum. 1. de homic. & supra tetigi.

60 ¶ † Sexta conclusio, si medici periti in arte cum iuramento testantur vulnus non fuisse mortale, eis creditur. Bald. d. consi. 328. ij. volu. doct. vbi Fely. in c. significasti. lo ij. de homi. Hip. consil. 7. nu. xxviij. cum concor. in d. loc. Io. de Pla. in l. semel. C. de re mili. lib. xij. Hip. in sua prac. §. sed quia. col. 5. nu. xx. ¶ Intellige prædicta, quādo locus, in quo erat vulneratus, de se non erat mortalis, & esset probata culpa vulnerati. Sed si vulnus fuisset illatum in loco mortali, in quo lex dicit esset mortale, non staretur dicto medicorū, vt dicit Bald. dicto consilio 328. & dixi supra in quarta conclusione. ¶ Et in supradicto casu, quando medici dicunt vulnus non esse mortale, cautus debet esse aduocatus vulnerantis, vt de ordine iudicis faciat ordinari medicis, vt vadant ad videdum infirmum vulneratum, & postea eos examinet, & scribi faciat relationes medicorum. Bartol. & Ange. in l. semel. C. de re milit. lib. xij. Angel. in l. hac edictali. §. illud. C. de secun. nup. Io. de Ana. in cap. significasti. lo ij. de homi. Bal. in c. proposuisti. & ibi Fel. col. 3. de proba. Cor. consi. 273. col. 4. versus fin. 3. vol. Matt. de Affl. in consti. regni terminum vitæ. col. x. in 5. q. cum concor. in d. loc. Et an isto casu requirantur plures medici, vide Bal. cons. 136. col. j. ij. vol. Ang. Are. in trac. malef. in verbo cicatrix. Bar. in l. fi. ff. ad leg. Cor. de sica. Alex. in d. l. si ab hostib. col. 3. in fine. ff. solu. matri. Matth. de Affl. in d. consti. terminum vitæ. col. 9. in 4. quæst. Hipp. in sua prac. §. sed quia. col. 3. in fi. Fely. in d. c. significasti.

61 ¶ † Septima conclusio quando sumus in dubio, an vulnus fuerit mortale necne, & non constat de aliqua negligentia infirmi in curando, & mors est sequuta, in dubio vulnerans tenetur de occiso: quia vulnus præsumitur fuisse lætale, & mors fuit sequuta, & exitus acta probat, ita tenet Bald. in cap. 1. quib. mod. feu. amit. qui enim negligentiam allegat, illam probare debet, arg. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. ita tenet Flo. in l. qui occidit. §. fi. ff. ad leg. aquil. tex. in l. si ex plagis. in prin. eo. tit. Alb. in l. item Mela. §. Celsus. ff. ad leg. Aquil. Sal. in l. 1. C. de emen. ser. Gand. in tra. malefi. in rub. de homi. & eorum pęnis, circa finem. Anto. de Butri. & Abb. in ca. ij. de cler. percu. cum concor. & supra dixi. Et hoc casu oportet iudicem cuncta rimari, & considerare ictum, si erat ordinatus ad periculum mortis. Item considerare instrumētum, cum quo percussit. d. c. significasti. lo ij. de homi. l. 1. §. sed si claua. ff. ad leg. Corn. de sica. Item considerare vulneris magnitudinem, si erat leue vulnusculū, vel magnum. Et si erat in loco periculoso, & ex istis poterit iudicare, si vulnus erat mortale, & ordinatum ad periculum mortis, vt per Bald. vbi supra, & per Bald. consi. 136. col. j. in princi. ij. vol. Et dicenti aliquem mortiferè vulneratum, incumbit probatio, nisi aliqua prę sumptio esset cōtra vulnerantem, quòd vulnus esset mortale, quia tunc transfert onus in aduersarium. And. de Iser. in d. constit. terminum vitæ. col. ij. circa finem. Et ex prædictis supra relatis datur intellectus ad c. nostrum, quādo dicatur vulnus lætale seu

62 mortale, & quando non. ¶ † Et quia in isto cap. nostro fit mentio de vulnere lætali, est sciendum, quòd uulnus est scissura, vel separatio carnis in aliquo corpore, & hoc propriè dicitur vulnus, vt probat text. & ibi Barto. & Bal. in l. si seruus seruum. §. rupisse. ff. ad leg. aquil. Bar. in l. prætor. §. rem atrocem. ff. de iniur. Et appellatione vulneris venit etiam tumefactio, seu inflatio facta in corpore propter percussionem, quando talis tumefactio, seu inflatio aperta fuit ex necessitate, aliàs non: vt quia fecerat saniem, vt dicit Bart. in d. §. rem atrocē. & Hip. in sua prac. §. sed quia. col. 1. & Bal. d. §. rupisse. Et aliud dicitur vulnus magnum, aliud paruum. l. vulneris magnitudo. & ibi Ang. ff. de iniu. Ange. in l. 1. §. potuisse. in fi. ff. ad sille. l. 1. §. verum quidem. ff. de ædil. edi. vbi dicit text. quòd vulnusculum nullum habet in se delictum, & ibi Bald. & supra tetigi. An autē vulnerans aliquem dicatur vilis persona ex eo quod uulnerauit, dic quòd non, ut tenet Petr. Phil. Cor. consil. 176. in causa querelæ. col. 4. versi. præterea. 4. uol. ¶ Quid si formatus est processus de uulnere & morte ex longo interuallo postea sequuta, & non est probatum, si uulnus erat mortale, nec leue, & facta est publicatio, & quia nō apparet in processu, quòd uulnus fuerat mortale, nec aliquæ præsumptiones apparent, uulnus fuisse mortale, quo casu non punitur de occiso sed de uulnere, ut dicit And. de Iser. & Matthę. de Affl. in consti. terminum uitę. col. 10. cum seq. in sexta quæstio. in fi. an hoc casu iudex possit testes repetere, uel alios examinare, & probare, quod uulnus fuit mortale. Istam quæstionem latè examinat Matt. de Affli. ubi supra, & concludit, quod iudex ex officio potest illos testes interrogare, & nouos examinare pro inuenienda ueritate, ne de-

63 lictam remaneant impunita, ut ibi per eum. ¶ † Item pro declaratione materiæ est sciendum, quod idem est dicere uulnus mortale, lætale, & periculosum, quasi uelit dicere, uulnus ad mortem sæpius terminantem, non tanquā ex necessitate & semper mortem afferentē, sed tanquā crebro & sæpius mortem afferentem, ita dicit Gale. in Aphorismo Hippocr. lib. 5. aphor. 2. Immo dicendo uulnus malum, idē est dicere, quod lætale, sed solùm in hoc uidetur importare: quia dicendo lætale, maius periculum uidetur significare, quā dicendo malum, ut dicit Galenus ubi supra, aphor. 3. & licitum est allegare medicos. l. septimo mense. & ibi doc. ff. de statu homi. Et sic habemus uulnus mortale, lętale, periculosum, & malū, & sunt quodammodo sinonima. ¶ Quæro, quæ pœna imponatur pro uulnere facto cum armis, qn̄ non est sequuta mors? Dicas, quod de iure cōi punitur pęna legis Iuliæ de ui publica, si est cum armis, si non est factum cū armis, tenetur de ui priuata, ut uidetur uelle Alb. de Ros. in quæst. statu. in ij. par. q. xxj. Et quæ sit talis pęna, ponitur in §. Item lex Iulia. Insti. de pub. iu. & gl. in l. ij. C. ad leg. Iul. de ui publ. Et dicit Gandi. in tract. male-

lefi.in rubr. de transac.& pactis in malefi.col 5.in fi.ver 55. aliud eum accusatur.cum seq.vbi dicit, quòd de consuetudine Lombardiæ & Italiæ pro vulnere est pœna pecuniaria,& non est accusatio publica, sed priuata, nisi mors sequatur: quia tunc tenetur de occiso,vt ibi per eum. De iure verò feudorum pro vulnere imponitur pœna manus. c.1.§.siquis.& ibi And.de Iser.de pace tenenda, in vsi.feu. sed ille tex.loquitur de vulnerante infra edictum & tempore pacis: quia magis peccat frangendo pacem. De iure vero constitutionis regni punitur pœna manus, vt in consti. regni, siquis aliquem, nisi ex causa commutetur, vt in isto cap.nostro. ¶De iure canonico clericus percussor prohibetur ordinari.45.dist.quasi per totum,& si sæpius percusserit, & mors sequuta non fuerit, & monitus se non correxit, deponitur.c.1.de cleri percuss.45.dist.c.1.& c.fi. Host. in sum.de cleri.percuss.§.quæ pœna. ¶De iure verò Longobardo pro feritis & plagis fit compositio in pecunia, vt in Longob.in tit. de his qui insidiando, est aliàs,de feritis liberorum hominum,& in titulo de plagis & compositionibus liberorum hominum. ¶Si quis verò percutit imaginem,aut tabulam,in qua est imago Dei,vel beatissimę Virginis Mariæ, vel sanctorum pœna mortis punitur, vt l.ex Senatus.ff.ad leg.Cor.de fica.Hyp.in sua pract.§ sed quia. col.5.in fi.cum seq.num.21.allegat bonum tex.in c.2. §.fi. de offi.ordin.in 6.

64 ¶†Iuxta materiam huius cap.quæro, an pro vulnere non mortali possit ex officio procedi? Videtur ꝙ non, ex quo pœna commutatur,per tex.huius cap.& sic non punitur pœna mutilationis membri, & consequenter non proceditur ex officio, vt cap.vt delatas.supra 235. In contrarium est veritas: quia regulariter pro vulnere in regno est pœna manus, vt in constit.regni.si quis aliquem.& supra dixi, & sic in procedendo curia habet intentionem fundatam. Si postea ex probationibus apparebit, pœnam esse commutandam nec ne,hoc pendet ex futuro euentu, & declarabitur in sententia, faciunt, quæ in simili dicit Alex.in l.2.col.5.num.19.ff.siquis in ius voc. non ierit. Non obstat,ꝙ pœna potest commutari: quia minoratio pœnæ non facit delictum non esse delictum, vt dicit Bald. in l.si ab hostibus,§ si vir.col.fin.ff.sol.matr. Et ad minorandum pœnam non sufficit solum vulnus non esse mortale, sed vulnerans non debet esse malæ famæ, & ista omnia veniunt discutienda in meritis causæ; igitur procedi potest.

65 ¶† Nunquid autem ex processu facto super vulnere possit sequi condemnatio mortis sequutæ pendente processu. Vide Bar.& alios in l.damni.§. Sabini.ff.de dam.infec. vbi tenet ꝙ non, nisi libellans in suo libello dixisset,eum condemnari etiam de morte, quam constat esse sequuturam, de quo vide Felyn.in cap.significasti. lo 2.col.2.in fi.de homic.cum concor.ibi, vbi etiam ponit,ꝙ quis habetur pro interfecto, eo ipso ꝙ est mortiferè vulneratus, & ex hoc facit multas illationes. Tamen hoc non procedit,vt possit vt homicida puniri ante mortem sequutam, sed opus est expectare mortem,vt latè Ias.in d.l.damni.§.Sabini.ff.de dã. infe.& Fely.vbi supra cum concor.in d.locis. ¶Et aduerte, ꝙ vtrum vulnus sit mortale necne,non statur dicto partis, sed statur iudicio peritorum, vt dicit Fely.in d.c.significasti.col.2.in fi.& probatur aliis modis, vt sup.latè dictũ est.

66 ¶†An autem & quãdo percutiens videatur percussisse animo occidendi,vel non,& quomodo cognoscitur, vide late Fran.de Are.cons.80.incipiente sicut,& Fel.in d.c.significasti.lo secundo. de homici.cum ibi latè dictis per eos. Ioannes Antonius de Nigris Campanus V. I. Doctor Excellentissimus.

SVMMARIVM.

1 *Rex defendit iura fidelium iustitia.*

2 *Demanialia bona occupata an sit indignum perquirere.*

3 *Demanialia bona multa sunt occupata in regno.*

4 *Demanialia bona occupata an reipublicæ intersit exquirere.*

5 *Demanialia bona occupata detinentes an debeant sub pœna infra certum terminum reuelare.*

6 *Demanialia bona occupantes an puniantur.*

DE REVOCATIONE OCCVPATOrum demanij Regij ad ipsum demanium spectantium. Rubrica.

ROBERTVS &c. IVSTItiariis Capitinatæ, vniuersis & singulis præsentis edicti seriem inspecturis. CAP. CCLIII.

1 EX commissi†nobis regiminis nostrorum iura fidelium iustitiæ censura defendimus.

2 † Non indignũ ergo fore conspicitur, si deperdita fisci nostri patrimonia perquiramus.

3 † Quoniam in terris & locis nostri demanij regni Siciliæ, præcipuè autẽ in ciuitatibus Neapoli, Salerni, Capuę, Auersæ, & partiũ earundẽ q̃ plura bona, vasalli, possessiones, & iura, quorum quędam de iure pertinẽt ad ipsum nostrũ demanium ex antiquo, aliqua verò variis successibus tẽporum sunt ad illud ex causis legitimis deuoluta, vsurpata sunt temere, ac ab eodẽ subtracta & abdicata demanio, ꝑ nonnullos ex hoĩbus ciuitatum, terrarumq; dictarũ, necnon & personas alias regni p̃fati occupata in graue nostrũ & curiæ

4 nostrę dispendium illicitè detinentur.†Et quidem parum prudenter attenditur, ꝙ reipublicæ nostro regimini commissæ non expedit, occupationem & detentionem demanij, aut rerum hmõi præterire silentio, quin potius ratio nos multipliciter admonet, & impellit debitum regalis officij nobisque incumbentium grandium agendorum necessitas intermissa perurget, modos & vias decentes exquirere, congruaq; remedia, quibus opus fore noscitur, prematurius adhibere, per q̃ ad demanium ipsum spectãtia occupata recuperare vtiliter, & similibus occupationibus ac vsurpationibus imposterũ

5 obuiare.†Huius igitur edicti tenore prescribimus & publicè diuulgamus, omnibus & singulis talibus occupatoribus (siqui sunt)& detentoribus cuiuscunq; conditionis existant, dignitatis etiam, siue status, sub pœna vnciarũ auri mille de certa nostra scientia districtius iniungentes, vt ipsi omnes & singuli, quęcunq; bona, vasallos, possessiones, ac earũ partium, siqua sunt, ad ipsum nostrum demanium ex quauis causa de iure pertinentia quoquomodo, quæ forte occupata, vt premittitur detinentur, infra duos menses a die datæ præsentis edicti computandos in antea, manifestè renuntient, & restituant realiter fisco nostro, quod si non fecerint, in prescriptã pęnã sine vlteriori sup hoc habẽdo pro-

6 cessu, vel ferenda snĩa, se nouerint incursuros.† Ad cuius exequutionem tales occupatores, & detentores sic renitẽtes, improbos, & quemlibet eorũ præhabita informatione de ipsorũ nominibus ꝑ inquisitiones iã factas, vel faciendas in antea, irremissibiliter in hoc casu ꝑ nostra curia ꝓcedi mãdabimus, & ꝑ illius executione nõ minus ad reuocationẽ occupa-

cupatorum faciendam, quę possident, vbi pecunia forsitan pro solutione pœnę non habeatur hmõi, & nihilominus in cõtumaciam eorundem alia remedia curabimus consequenter apponere, quæ ad recuperationem occupatorũ hmõi videbimus expedire. Vt autem pręsens edictum in cõem deueniãt notitiam singulorum, cartas, siue membranas illius seriem cõtinentes, pendentiq; maiestatis nostræ sigillo munitas portis Castri noui Neapolis, & domus, in qua regitur curia vicarię, appendi fecimus, seu affigi, quæ tenorem edicti pręfati suo quasi sonoro pręconio, & patulo iudicio publicabunt: cum sit verisimile nullius latere notitiã, sed ad omnium notitiã peruenisse, quod tam patenter in omniũ oculis diuulgatur. Et in plenioris cautelæ suffragium iustitiariis dicti regni & earundẽ capitaneis ciuitatum damus per alias nostras litteras in mandatis, vt edictũ ipsum per decretas eis prouincias diuulgent publicè, & per cõpetentia faciãt officia diuulgari. Volumus igitur, & fidelitati tuæ de ipsa certa scĩa nostra districtè pręcipimus tenore pręsentiũ, quatenus statim receptis pręsentibus, pręscripti ędicti tenorem per totã decretã tibi prouinciã diuulges, & ex more publicè diuulgari per competentia officia facias, remota qualibet tarditate. Præscriptũ aũt bimestre quò ad occupatores, & detentores eosdem in tua iurisdictione sistẽtes, eo q in locis noscitur magis hinc distãtibus dignius prouideri, & præscripto nostrę serenitatis edicto, ad eorum sic cito notitiã nequeat peruenire, a die præsentationis præsentium volumus computari. Data Neapoli per Ioann. Grillum. Anno Domini. M.CCCXXXV. Die xvj. Ianuarij iij. Indictionis, Regnorum nostrorum Anno xxvj.

ADDITIO.

EX commissi. Ad materiam huius c. vide sup. c. prædecessorum. nu. 7. & c. item prædicti. sup. nu. 88. & c. item statuimus. sup. nu. 120. & quę in dictis locis dixi. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio capitulorum. 3.*
2 *Adiectio plenitudini an pro cautela conferatur.*
3 *Capitula an sint confirmata.*
4 *Officialis non seruans capitula regni qualiter puniatur. 6.*
5 *Successor an debeat statuta prædecessorum custodire. 5.*
6 *Iudices hodierni, qui sunt exteri a regno, ignorant capitula regni, & propterea illa non seruant.*

De confirmatione capitulorum.

HOC CAPITVLVM EST AD CONfirmationem capitulorum factorum per Regem Carolum. Rubrica.

ROBERTVS &c. CAP. CCLIIII.

SALVBREM statum & prosperum fidelium regni nostri Siciliæ plenis desideriis affectãtes.
1 † Capitula, siue constitutiones editas per clarę memorię pro genitores nostros, pro commoditate & tranquillitate status eorundem fidelium confirmamus nostra ex certa scientia sub serie subsequenti. ROBERTVS Dei Gratia &c. ¶ Ad perpetuam rei memoriam & firmitatem.
2 ¶ Frequenter ex abundãti robur adijcitur. † Et adiectio plenitudini pluries p cautela cõfertur, exuberãs quidẽ cautionis suffragium rei, quę geritur, vallũ mansurę stabilitatis adiicit, & perplicationẽ actus effectum beneuolum prouisè confertur, qui eo se potius realiter exhibet, quo vehementius fames illum dilectionis adauget, licet ibi auus & genitor nostrę memoriæ recolendæ pro tranquillitate status & commoditate fidelium regni nostri Siciliæ, capitula varia, seu constitutiones cõdiderint, quæ ipsorum auctoritate condentium, & cõis boni suadente censura, robur efficax obtinent firmitatis, vt tñ nostri vigore pręsidij accedat illis abũdãs cautela securior, & erga subiectos nostros regni p̃fati, quos apud sinũ nostrę gratiæ lustrat fidei claritas deuotionis integritas approbat, obsequiorũ per grandiũ crescens promptitudo comẽdet nostræ serenitatis effectũ, sicut concurrerit ad præsens in lucem vicissim procedant, & actualiter demonstrentur.
3 † Capitula, seu constitutiones iã dictas integraliter & in oĩbus suis partibus cõfirmamus de certa
4 nostra scĩa, & in perpetuũ valituras. † Mandantes, & iubentes expresse omnibus officialibus regni nostri Sicilię, q capitula, & constitutiones easdẽ seruent, & tenaciter faciant obseruari, sub pęnis in dictis capitulis & constitutionib. cõprehensis, & aliis infligendis eis p nostrũ arbitriũ, illaq; pręcipuè, q̃ in contemptores iussionũ nostrarũ, sicut in sacrilegiis est indicta. Data Neapoli per Bartholomęum de Capua. Anno Dñi &c. Quocirca fidelitati tuæ præsentiũ auctoritate mandamus, quatenus prædicta capitula & cõstitutiones sub certarũ interminatione pęnarum nostris successiuè temporibus seruentur, & faciatis ab aliis obseruari, prout ad vestrũ spectat officiũ inuiolabiliter, vt tantorum edẽtium statuta seruentur illæsa, & per eorum obseruantiam cultu seruato iustitiæ, succedat per consuetudines pax amena. Daturi præsentes litteras in pendenti. Data per Bartholomęũ de Capua &c.

SALVBREM. Litera huius c. sumpta est ex ca. si omnia. 6. q. 1. ¶ In tex. ibi (confirmamus) sic. C. de curia. vrb. ro. l. 2. lib. xij. in prin. & 25. q. 2. cap. quæcunque. † Decet enim successorem statuta
5 prædecessorũ suorum iustè & legitimè custodire, ea. q. ca.
6 prædecessorum. ¶ In tex. ibi (sicut sacrilegis &c.) † Nota cõtra non seruantes capitula huius regni: quia vt sacrilegi tenentur: nam secundum canones anathema est, quicunque legem Regis putauerit violandam. 25. q. 1. c. generali.
7 † Et no. tex. huius c. contra iudices hodiernos, qui propterea quia Tusci & Perusini sunt, & iura regni penitus ignorant, ea seruare negligunt. Sebast. de Neap.

ADDITIO.

SALVBREM. Istud c. est duplicatum supra c. salubrem. 212. ad ibi dicta me remitto. Io. Anto. de Nigris de ciuitate Campaniæ I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Fiscales functiones quare soluuntur. 17.*
2 *Forma quæ seruari debet in impositione taxæ.*
3 *Vniuersitas an debeat eligere taxatores & collectores de*

D. Ioan. Anto. de Nigris.

melioribus, & ditioribus hominibus. 18.
4 *Vniuersitas an debeat mittere quaternum electionis & taxæ cum nominibus & cognominibus singulorum ad regiam curiam.*
5 *Quaterni taxæ an debeant esse sigillati sigillo baiulorum, & iudicum.*
6 *Vniuersitas an teneatur, si taxatores fuerint minus idonei.* 20.
7 *Taxatores an debeant iurare de non deferendo, nec opprimendo aliquos.* 21.
8 *Taxatores an debeant considerare facultates, prouentus, & familiam, & expensas.*
9 *Onera alter alterius supportare non debet.* 22.
Nullus a solutione subuentionis eximi debet, nisi habeat speciale priuilegium, ibidem.
10 *Quaterni quatuor an fieri debeant de taxa distribuendi, vt in isto. c.* 23.
11 *Quaternus penes probum virum depositus an debeat gratis ostendi, quoties opus erit.* 24.
12 *Quaternus vnus an debeat transmitti magistris rationalibus regiæ cameræ.* 19.
13 *Taxari an debeant omnia loca.*
14 *Taxa an fieri debeat pro numero foculariorum.*
15 *Solui an aliquid debeat de pecunia taxæ sine mãdato.* 25.
16 *Apodissa an fieri debeat a thesaurariis de recepto, et quid continere debeat.* 26.
23 *Negociorum gestor an gerat sine mandato.*
24 *Editio actorum an gratis fieri debeat.*
25 *Actio mandati directa, vel contraria cui competat.*
Actio negociorum gestorum contraria cui competat, ibid.

DE APPRETIO ET MODO APPRETIJ faciendi in terris & locis regni. Rub.

ROBERTVS &c. CAP. CCLV.

1 FISCALIVM † functionum exactioni congruę, per quas reipublicæ curam gerimus, & onera supportamus, opportuno tempore prospicere cupientes, generalem subuentionem pro anno instanti secundæ indictionis per singulas terras & loca dicti regni prouidimus imponendam, de cuius impositione proportionali qualitate pensata, contingunt decretam tibi prouinciam pro solita taxatione, vncias tot, tarenos tot, grana tot, ꝓut hæc in cedula, quæ tibi sub magno sigillo no-
2 stro transmittitur, plenius continetur. † Quo circa fidelitati tuæ mandamus expresse, quatenus super impositione prædictarum vnciarum tarenorum & granorum solitorũ imponi in decreta tibi prouincia pro generali subuentione formam serues te
3 naciter infrascriptam. † Videlicet, vniuersitatibus singularum terrarum, & locorũ iurisdictionis tuæ sub certa pœna præcipias, vt instanter sub ipsarum vniuersitatum periculo taxatores, & collectores de melioribus, ditioribus & sufficientioribus hominibus terrarum, & locorum ipsorum, pro taxanda & recolligenda particulariter subuentione prædicta secundùm qualitatem terrarum & locorum ipsorum eligant in numero consueto, & eis honesto.
4 † Electionis & approbationis earum, ac quaternis, in quibus continentur nomina & cognomina singulorum hominum, locorum, & terrarum, & aliorum possidentium ibi bona, siue ibi, siue alibi habeant incolatum ad præsentiam tuam mittant.
5 † In quibus quaternis apponantur sigilla baiulorũ, & iudicum earundem terrarum, & eorum subscriptionibus roborẽtur, vt in vniuerso eos electos ap-
6 pareat. † Itaque si taxatores, & collectores ipsi minus idonei fuerint, vel nõ bene se gesserint, de omnium eorum defectu curiæ ad vniuersitates ipsas
7 liberè licitè sit recursus. † A quorũ singulis tactis sacrosanctis euangeliis recipias sacramentum, vt ipsi & eorum singuli pro quantitate pecuniæ subuentio ipsa singulis terris & locis decretæ tibi prouinciæ, vel per curiam impositam, & taxatam iuxta tenorẽ cedulæ, quam de taxatione eiusdem subuentionis factæ in eadem curia de terris & locis eisdẽ sub sigillo nostro transmittimus, nemini deferentes prece, vel pretio, timore, gratia, vel amore, nec
8 opprimentes aliquos vltra æquum. † Attentis facultatibus, prouentibus, & familiis, ex quibus onera, vel vtilitatem reportant, ac expensis etiam singulorum ęqualiter, & cum omni prouisione particulariter ipsos taxent. Ita quòd quilibet pro modo facultatum suarum taxetur, omnibus prædictis attentis. † Et alter alterius indebita onera non repor-
9 tet. † Sic ꝙ nullus a taxatione & solutione subuentionis ipsius, nisi aliquod priuilegium speciale indulgeat, eximatur. † De prædicta verò particulari 10
taxatione subuentionis ipsius in singulis terris, & locis decretæ tibi prouinciæ fieri facias quatuor quaternos consimiles, quorum vnum tibi retineas, alium collectoribus & taxatoribus ipsis sub tuo sigillo dimittas. Tertium in ęde sacra deponi facias, vel apud aliquem idoneum virũ & fidelem in qualibet terrarum & locorum ipsorum eligendum, & approbandum, ad hoc per vniuersitatem loci, &
11 terræ cuiuslibet tuo sigillatum sigillo. † Ostendendum gratis, nihil inde recepto, singulis de terra ipse scire volentibus quantitatem pecuniæ sibi impositam de subuẽtione prædicta, quoties opus erit.
12 † Et quartum magistris rationalibus magnæ curiæ nostræ dilectis cõsiliariis, familiaribus & fidelibus nostris infra mensem vnum & medium post receptionem præsentium sigillatũ sigillo tuo sine qualibet distinctione transmittas. Et vt quantitati per curiam impositæ de subuentione prædicta in singulis terris & locis ipsis nihil addatur cõtra intentionis nostræ propositum, & dispendium subiectorum. Vniuersis & singulis vniuersitatibus terrarum & locorum ipsorum per tuas significes litteras totam quantitatem pecuniæ eis de subuentione huiusmodi contingentem, secundum tenorem cedulæ supradictæ, ita quòd de significatione tua habeas a singulis vniuersitatibus ipsis idoneas litteras responsales simul cum dictis quaternis ad cu-
13 riam transmittendas. † Et insuper eandem subuentionem imponens secundum tenorem cedulæ supradictæ, diligenter inquiras, si qua loca dimissa sunt a cedula taxationis eiusdem, & ea secundum facul-

facultates eorum habito respectu ad taxationem vicinorum locorum, taxes in tanta quantitate, quam videris competere pro certo. Quod si huiusmodi loca dimissa non taxaueris, vt est dictum, a te totum id, in quo taxari debuissent, cum pœna dupli faciemus pro curia de tuo proprio extorqueri. Cæterùm vt æqualis sit causa omnium, cum in cedula ipsa, quam tibi sub prædicto sigillo trasmisimus, plures terræ scriptę sint, quæ propter incertitudinem facultatum ipsarum commodè taxari
14 nequiuerũt.† Placet nobis & volumus, vt ipsas pro focularioru m numero, & modo facultatum ipsarum taxari facias, modo & forma, quibus in aliis
15 terris & locis superius declaratis.† Sicut autem subuentionem ipsam recolligi facies, successiuè sic ipsam recipias, & nihil inde retento, vel alicui exoluto, nisi ad mandata nostra tibi propterea dirigenda in quibus cõtineatur datum in camera nostra quæ sigillatas sint vtroque sigillo nostro, magno. s. & paruo, ad exhibitionem pecuniæ deputatæ, prout successiuè habueris, ad cameram nostram mittas
16 nostris inibi thesaurariis assignandam. † a quibus exinde habere studeas suis vicibus apodissam, & a nostra curia acceptatorias literas competentes, quãtitatem verò, quam de subuentione recollegeris, cum ad prædictam cameram transmiseris, vel aliquibus de mandato nostro persolueris, quibus, quantum, & pro qua causa, successiuè sicut eam miseris, vel solueris nobis, tuis literis significare procures. Datum Neapoli per eosdem magistros rationales magnæ curiæ &c. Anno domini. M. cccxxxiii. die 7. Augusti primę Indictionis, Regnorum nostrorum anno. 25.

ADDITIO.

17 FISCALIVM functionum.¶ In tex. ibi (per quas reipublicæ &c. († Nota, quòd functiones fiscales soluuntur Regi propter curam & onera quæ rex supportat pro regno, tributa enim soluuntur pro communi vtilitate. l. 2. in fin. C. de exa. trib. lib. 10. & propter bella necessariò soluuntur stipendia. 24. q. 1. quid culpatur. & Lucas de Pen. in l. omnes omnino. C. de anno. & tri. lib. 10. & And. de Iser. in consti. si damna clandestina, col. 1. in fi. & col. fi. ¶ In tex. ibi (taxatores & colle-
18 ctores de melioribus &c.)† Nota, quòd taxatores & collectores debent esse de melioribus, ditioribus, & sufficientioribus hominibus terrarum, & locorum vt hic. Sed in c. porrecta. supra nu. 199. de modo, & forma apprețij, dicitur quòd in appretio faciendo debent eligi duo de maioribus duo de mediocribus, & duo de minoribus, & sic videtur contrariari huic c. Sed dic potest, quòd hic loquitur etiam de collectoribus, & exactoribus taxæ, qui habent recipere pecuniam, propterea voluit, quòd essent de melioribus & ditioribus, ibi verò solum tractatur de faciendo appretio, non autem de exigenda pecunia. Ideo ne pauperes opprimerentur a diuitibus, est statutum vt ibi.¶ In tex. ibi (ac qua
19 ternis &c.) † Nota, quòd quaterni, in quibus continentur nomina & cognomina singulorum possidentium, debent mitti ad regiam curiam cum sigillis baiulorum & iudicũ. Similiter etiam dicitur in quaternis appretii, vt in d. c. porrecta, & in Regia pragma. Regis Ferdinandi. ¶ In tex. ibi
20 (itaque si taxatores &c.)† Nota, quòd si taxatores & collectores sunt minus idonei, vel non bene se gesserint, potest haberi recursus contra vniuersitatem, quæ eos elegit, bene facit. l. exactores. C. de suscep. & ibi Lucas de Pen. lib. 10. & idem Lucas in l. agentes col. pen. C. de agen. in reb. lib. 12.
21 cum concor. ibi, ¶ In tex. ibi (a quorum singulis &c.)† Nota, quòd taxatores & collectores debent iurare, quòd neminem grauabunt, vel releuabunt, prece, pretio, timore, gratia, vel amore, facit c. cum æterni, extra de sen. & re iudi. in 6. cum concor. ibi & in d. prag. Sed taxam facere debent attentis facultatibus, prouentibus & familiis, ex quibus onera vel vtilitatem reportant, ac etiam cõsideratis expensis, & omnia ista sunt consideranda in taxa & appretio, vt hic & d. c. porrecta. & ibi Seb. de Nea. & clemen. 1. & ibi Card. de magi. & in d. prag ¶ In tex. ibi (alter alterius &c.)
22 † Nota, quòd alter alterius onera in debita portare non debet, vt hic & d. c. porrecta, bene facit regula, non debet alteri. cum concor. ibi in glo. ff. de reg. iur. & ibi doct. ¶ In tex.
23 ibi (de prædicta verò &c.) † Nota, quòd de taxa debent fieri quatuor quaterni consimiles, & vnus debet retineri per prouincialem Iustitiarium, alius debet esse penes collectores & taxatores, alius debet poni ad conseruandum in æde sacra, vel penes aliquem idoneum virum & fidelem, quartus debet assignari magistris rationalibus regiæ cameræ sũ
24 mariæ, vt hic.¶ In tex. ibi (ostendẽdum gratis) † Nota quòd ille vir fidelis, qui tenet quaternum, debet gratis & sine salario ostendere singulis scire volentibus quantitatem sibi impositam, quoties opus erit, & sic licet aliàs quando fit editio, debet solui merces, vt per Bald. in l. 2. C. de eden. & in l. argentarius. in prin. ff. de eden. Et fieri debet editio, quoties partes volunt sibi edi, vt per Pau. de Ca. in l. veluti. §. hæc vox ff. de eden. Tamen in casu huius ca. gratis fieri debet, vt dictum est.¶ In tex. ibi (nisi ad mandata nostra &c.)
25 † Nota, quòd non debet aliquid solui alieno nomine sine mandato, vt hic, & solutio facta interueniente mandato bene valet. Et domino, qui mandauit competit directa actio mandati. Contraria verò actio mandati datur ipsi mandatario, si quid de suo impendit, vt possit a domino repetere, vt plenè declarat Io. in arbore actionum, in actione mandati versi. mandati directa, vel contraria. nu. 151. Siquis verò sine mandato soluit pro alio, & aliquid de suo impendit necessariò, vel vtiliter, ad illud repetendum compe it actio negotiorum gestorum contraria. l. 2. in fin. ff. de neg. gest. de quo latius vide Io. in arbo. actio. in versi. negotiorum gestorum. nu. 27. & per Spe. in titu. de instru. edi. §. nunc verò. col. 31. versi. ad primum. & ibi Io. And. in addi.¶ In tex. ibi
26 (a quibus exinde habere studeas &c.)† Nota, quòd qui soluit pecuniam thesaurariis Regiis, debet habere apocam, seu apodissam de eo, quod soluit, vt hic, & l. plures apocis & ibi doct. C. de fid. instr. l. cum aquiliana. & ibi Barto. ff. de transf. Ang. Are. in §. Item per acceptilationem. col. 2. Inst. quib. mo. tolli. oblig. cum concor. in dictis locis, & in c. nouis morbis. infra nu. 257.¶ De materia autem appretii, de quo fit mentio in ista rub. vide supra in c. in Calendis Maii. 167. in rub. de appre. & latè in d. c. porrecta, supra nu. 199. in rub. de modo & forma appretii, & c. in singulis. in rub. de offi. collectorum, supra nume. 194. & c. Item quòd iustíciarius & officialis quilibet, infra nume. 275. & quæ in dictis locis dixi. Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Feudatario decedente hæres eius infra quantum tempus debet petere inuestituram.* 25.
Feudatarii mors infra quantum tempus debet nunciari regi, ibidem. 25.
2 *Feudatarii hæres, si non præsentauerit se infra annum & diem coram domino superiore an cadat a iure suo.*
3 *Sententia declaratoria an requiratur, quòd hæres feudatarii cecidit a iure suo propter non petitam inuestituram infra annum & diem.*
4 *Pupillus si non petiit inuestituram infra annum & diem an cadat a feudo.*
5 *Pupillus si habeat balium, an de medietate fructuum feudi*

debeat

QVID FIET MORTVO BARONE. Rubrica.

EX CONSILIO GENERALI. C.CCLVI.

IN nomine Dei æterni, die octauo &c. Apud Fogiam prouisum est per iudices magnæ curiç, & infrascriptos iurisperitos, qui consilio interfuerunt, & post plenam examinationem acceptam
1 & finitam, per totum consilium regni &c. † Quòd si decedat ille, qui ad certum seruitium a domino Rege feudalia quæcunque tenebit in regno, successor quicunque sit, qui tamen eidem possit iure succedere, consideratis super hoc per mixtim constitutionibus regni & imperii, & eiusdem regni Siciliæ consuetudine longissimis temporibus approbatis, infra annum & diem necesse habeat se domini Regis conspectui, vel eo absente de regno ei, qui locũ suum tenebit in regno, personaliter præsentare, significaturus mortem eius, cui intendit succedere, & præstiturus domino Regi, vel hæredibus suis fidelitatem, & ligii homagii iuramentum, inter viuẽtes iure francorum maior natu, & inter viuentes iure longobardorũ oẽs, qui de iure possunt ad ipsius successionem admitti, quo subsequuto assecuretur de mandato Regio a vasallis eorum, iuxta ipsius regni consuetudinem approbatam, quod non tantũ successoribus mortuorum in regno prædicto præsentibus, sed in quacunque parte, vel loco extra re-
2 gnum morentur, tenacitere obseruetur. † Et si post prædicti anni tẽpus, & diem elapsum, non præsentauerint se domino Regi, vel eo absente ipsius locũ tenenti, cadant ab omni iure, quod habent, vel habere poterãt in feudalibus, quç defunctus tenebat.
3 † Ita ꝙ super hoc sequatur simplex declaratio, quæ possit absentibus non citatis his procedere, qui ius habere intendebant, & liceat domino Regi de feu-
4 dalibus ipsis pro sua voluntate disponere. † Et hoc si pdicti successores, vel successor, excesserint quartumdecimũ annum. Si verò ex illo tpe exiuerint ad præstandum iuramentum secundùm iura commu-
5 nia sufficientes & habiles deputentur. † Si verò infra quartumdecimum annum consistant, & sunt in regno pręsentes, dominus idem, qui ipsorum baliatum debet habere, eisdẽ pupillis de medietate fructuum, & obuentionum prouenientium ex feuda-

libus quę defunctus tenuerat prouideat pro expen
sis,de reliqua medietate pro cultura fructuũ, & ser
6 uitiis ex ipsis feudalibus iure debito ipsi curię.† Sin
verò nõ sint in regno cui, vel quibus dicta prouisio
fieri dẽat,fructus ipsi, & obuẽtiones pro dictis one
ribus apud curiã cum integritate remaneant. ¶ Itẽ
prouiderunt,& post plenam examinationem habi-
tam acceptatum est per totum consilium, & confir
7 matum . † Quòd si minor quatuordecim annis fa-
ctus maior, statim quòd quatuordecim annos ex-
cessit,infra annum,vt quilibet maior tempore mor
tis defuncti, qui in feudalibus intendit succedere,
infra annum & diem non præsentauerit se domi-
no Regi, vel, vt supra est dictum, ipsius locum in
regno tenenti,super hoc impedimentum,vel infir-
mitatem, vel aliam iustam causam euidentem &
probabilem excusationis allegans, ita demum au-
diatur, si infra dictum tempus anni prædicta hu-
iusmodi excusatio per excusatorem legitimè ordi-
natum fuerit allegata, & tempore competenti pro-
bata,cum periculosum in talibus tempus protrahi
tur,& pro necessaria defensa terræ, & pro seruitio,
quod curiæ domini Regis pro feudalibus ipsis de-
8 betur. † Et si præposita excusatio probata fuerit,
cessante impedimento,cum primum potuerit, ve-
niat ad dominum Regem præstaturus sacramen-
tum fidelitatis,& ligii,& homagii,& recepturus in
uestituram feudalem, & ab hominibus secundùm
regni nostri consuetudinem iuramentum, fructus
tamen medio tempore pro curia percepti, & obuẽ
tiones omnes ad opus curiæ nostræ remaneant, tũ
pro necessaria cultura,tum pro seruitio,in quo ces-
9 satum est.† Et quia iura ante inuestituram,& ante-
quam uasalli sibi de mandato domini Regis iurent
ille,qui succedere intendit,in dominium, vel quasi
dominium in feudalibus ipsis non habuerit,& sua
aliquatenus non fuerunt,nõ est ei fructuum & ob-
uentionum ex feudalibus ipsis prouenietium pro
dicto tempore per curiam receptorum restitutio fa
cienda. ¶ Insuper prouiderunt, & post plenam exa
minationem habitam acceptatum est per totum
10 consilium & firmatum.† Quòd si ille, in quem li-
beralitas dicti temporis collata est, iuxta formam
ad seruitium decesserit pluribus filiis minoribus
derelictis,& existentibus extra tempora pubertatis
absentibus extra regnum, inter eosdem per litteras
prælati pendenti sigillo munitas, & literis nobi-
lium vicinorum minoribus ipsis per scripturas pu-
blicas domino Regi significare procuret, cuius ęta
tis sit,& ipsius statura,& forma,& quo nomine vo
cetur. Nisi minoritas omnino resistat, ad præsen-
tiam domini Regis se conferat, vt primum poterit,
& propter ipsius absentiam locus mulis fraudibus
relinquatur. Datum &c.

21 IN Nomine Dei.† Quidam superstitiosè dice-
re voluerunt, quòd hæc non sit constitutio,&
sine causa,quia in ea non est seruata forma cõ
dendi leges,quæ seruari debet.C.de legi.l.hu-
manum.nec habet auctorem.Immo qui eam allegat debet
l.cor.de fal.puniri,vt dicit.ff.ad l.cor.de fal.l. fi. Alii dicunt
contra,nam postquàm recepta & scripta est, & inuenitur
inter capitula,eam vt capitulũ producere & allegare pos-
sumus & debemus, extra de fid.instrumen.ca.pastoralis &
hoc ibi no, Item vide de succes.bo.feu.Caroli II. Reg.An-
no,6.c.Considerãtes præterea.grandia,supra nu. 188. ¶ In
tex.ibi(constitutionibus regni)Quæ ponuntur in consti.re-
gni libro tertio,de iure competenti curiæ post mortem co
mitis,vel baronis.l.comite,vel barone,& l.seq.quæ incipit
post mortem.quibus cauetur, debere denuntiare mortem
12 Sed non dicit quando,limitando tempus.† Sed antequam
recipiat a vasallo sacramentum assecurationis obtenta li-
centia curiæ aliàs bona publicantur,vt ibi.¶ In tex.ibi(im-
perii)Quæ ponitur.10.coll.quo tempore miles.l.sancimus
quæ lex, & quinque aliæ præcedentes sunt constitutiones
Imperatoris Lottarii,quas condidit ante ianuam Beati Pe-
tri in ciuitate Romana,vt ibi in 4.præcedenti. rubrica pa-
tet,Et etiam Corradus super hoc condidit suam. l.vt sequi
tur in libro de capitulis Conradi.¶ In tex.ibi(consuetudi-
ne)Quæ ponitur in lib.feu.hic finitur lex dein.incipiunt cõ
suetudines regni,in c.de consuetudine Regni. ¶ In tex. ibi
13 (infra annum & diem) † Numerandum a tempore scien-
tiæ,nam si haberet is probabilem ignorantiam , non cur-
reret sibi tempus,sed esset excusatus,& posset propterea iu
stificari. 1. q. 1. si quis a scismaticis,& extra qui matrimo.
14 accus.possunt c. cum in tua † Triplex est enim ignorantia.
s.simplex,probabilis,& crassa,seu supina. Ignorantia sim-
plex est vera & non simulata,in qua peccantibus est parcẽ
dum. 11.q.3.excellentissimus & c.seq.26.q.2.c. vltimo. C.
de his qui latrones.l.1.Probabilis similiter excusatur,vt su
15 pra,Supina nequaquã.¶ In tex.ibi(Quo subsequuto)† Ho-
die non fit assecurationis litera,nisi soluto releuio, Comi-
tes autem vsurparunt, & faciunt literas assecurationis eo-
16 rum feudatariis.¶ † In tex.ibi(præsentauerint). 1.volerint
præsentare,sic est enim de consuetudine regni,vt supra ibi
regni consuetudinem &c. & tunc non est inconueniens,
quòd taliter contumax damnetur, seu declaretur propter
talem inobedientiam & tanti temporis contumaciam ca
17 dere ab omni iure bonorum feudalium,vt subditur.† Et ni
si hoc infantia,vel inimicitia,vel aliqua iusta causa ipsum
excuset,vt in 10.coll.quo tẽpore miles c. 1.& de cap.Conr.
c.1.a quibus legibus forte habuit ortum hoc capitulum,
& sic istud capitulum concordat cum dictis legibus. Nec
est mirandum de tam magna pœna .s. bonorum omnium
feudalium.Nam & similis pœna ponitur secundùm consti
tutionem regni,vt in constitutione, quæ incipit, Comite
vel barone de iure competente curiæ post mortem comi-
18 tis vel baronis † Sic etiam de iure communi ponitur pœ-
na omnium bonorum vocato ad munus publicum si perti
naci animo latitaret,omnes enim, qui munera publicorũ
munerum declinare tentauerint, simili conditione teneri
19 oportet.C.de decu.l.si ad magistratus.lib.10.† Et alibi, qui
pro obsequiis suis liberalitatẽ domini prouocauit, ad feu-
dum dandum non est dignus eum retinere, cum cœperit
obsequia negligere,ar.C.de reuo.don.l.1.& no.Iaco.in se-
cundo titu. si vasallus non fecerit id, pro quo feudum est
ei datum c,item si vasallus. Satis enim videtur esse iustum
ad obsequium fidelitatis,denuntiare mortem domino ge-
nerali,a quo feuda tenentur siue mediate, siue in capite ab
aliquo comite, vel barone, vt in constitutione regni, post
mortem,in titulo de morte comitis, vel baronis nuntian-
20 da &c.† Aliàs autem si non nuntiaret : non impeditus, ex
causa videtur velle non cognoscere dominum, quod est
contra fidelitatis obsequium. præsertim contra honestum
& vtile,in 10.coll.de forma fidelitatis,in epistola prohibẽ-
ti episcopo. &c. §. 1. Item de pœna huius capituli non est
mirandum. Nam in lege dei legitur, quòd vox emissa est
in Iudea Herusalem omnibus filiis transmigrationis, vt
congregarentur in Hierusalem,& omnibus,qui non vene
rint in tribus diebus, iuxta consilium principum & senio-
rum auferetur omnis substantia eius &c.vt in primo Esdrę
21 decimo capitulo,& tertio similiter Esdrę.23. c.in fi,† Nam
pater occidit filium, & frater fratrem in virtute obedien-
tiæ.Ex

riæ. Exodi 33. capit.videns ergo Moyſes.in fi.& in tertio ca
pitulo,melior eſt enim obedientia,quàm victima,& aſcul
tare magis,quàm offerre adipem arietum & ſpem lachry-
mandi.Et Abraam propter præceptum domini obtulit fi-
22 lium Iſaac in holocauſtum,Gene.22.c. †Sic & Adam pro
pter inobedientiam perdidit Paradiſum , vt Genenſis 3. c.
& propterea dicit lex,omnes obediant legi,& ſubcumben
tes orreant ſanctioni, in aut. vt omnes obed. iudi. prouin-
23 cia.circa finem per vnam colum.ſexta.† obedientia ſola fi
dei meritum poſſidet, ſine qua quiſque fidelis conuenie-
tur,etiam ſi fidelis eſſe videatur 6. quæſt. 1.ſciendum.in fi.
24 † Conſiſtit autem obedientia in tribus , in reuerentia exi-
benda,mandato ſuſcipiẽdo,& iudicio ſubeundo,vt 93.diſ.
in glo.ſummæ,quæ omnia videntur offenſa per prædictũ
contumacem,ſi non venerit infra annum & diem , vt hic,
cum ſit hoc præceptum huius capituli, nec mirum , quia
ſic,& in c.vt quæ ab excellentia noſtra.ſupra.nu.31.contra
falſarios monetæ ponitur ſimilis pœna.Seba. de Ndapoli.

ADDITIO

IN nomine Dei æterni.¶ In tex.ibi (infra annũ,
25 & diem)† Nota, quòd ſi feudatarius , qui tenet
feudum a Rege,decedit , hæres eius infra annũ
& diem debet ſe præſentare Regi, vel eius pro-
regi , & ſignificare mortem illius feudatarii defuncti , &
præſtare iuramentum fidelitatis . Et ſic infra annum & diẽ
debet petere inueſtituram , ideſt confirmationem veteris
inueſtituræ,& polliceri,& offerre & promittere fidelitatẽ,
aliàs feudum amittit.c.1.quo tempo.mil. Io.de Ana.conſi.
32.c.1.in prin.quæ ſit prima cau.benefi.ami.& ibi And.de
Iſer.& alii,& c.1.de capi.Corrad.& c.Imperialem.§ prçte
rea.de prohi.feu.alie.per Fede.Matth.de Affli.in conſti. du
ram conſuetudinem,in 2.nota.& Matth. de Affli. in conſt.
26 poſt mortem,col.2.in 2 nota.† Sed miles habet annum &
menſem c.j.quo temp.miles,quod an hodie procedat, vi-
de And.de Iſer.in c.ſancimus,quo tempore miles.& Matt.
vbi ſupra,& vide And. de Iſer.in titu. de feu.cogni. in fin.
ADDITIO noua . Aduerte etiam ad vnum pro de
claratione materiæ, quòd hodie in regno non requiritur
alia inueſtitura, quàm priuilegium,vt dicit And. de Iſer.in
c.1.quib.mo.feu.conſti.po.& Bald .in proæ. feu.& Paris in
tract.de reinteg.feu.cap.ſequitur qualiter.ſub rub.rem eſſe
feudalem &c.colum.pen.in fi.nu.14.car.49.¶ Item eſt ad
uertendum,quòd licet de iure communi feudorum vaſal-
lus,qui non petit inueſtituram infra annum & diem , per-
dat feudum c. 1.per quos fiat inueſti.c.1.de capi. Corra. c.
Imperialem.§ præterea ſiquis.de prohi.feu. alie. per Fed.
Tamen in regno hodie licet ſit elapſum tempus petendi in
ueſtituram,non amittit feudum ,vt dicit And. de Iſer. in c.
1.col. 1.quo tempo.mil.& And.in d.c.Imperialem. §. ſcri-
ba.col.2.verſi.in regno Siciliæ,& And.in titu.qui feu. dare
po.§.fi.Sed ſi non petierit inueſtituram infra annum & diẽ
vaſallus,ſoluit duplicatum releuium, vt dicit Tho. Gram.
deciſi.103.nu.224.¶ Limita prædicta non procedere,quã-
do non eſt contemptu : ſed ex aliqua iuſta cauſa excuſare-
tur,puta quia ignorauit tale feudum ſibi competere,& pro
pterea non petiit inueſtituram : quia tunc non puniretur,
nec tenetur ad duplicatum releuium,quia excuſatur ratio
ne ignorantiæ, vt tenet glo.Marti.Laud.& alii in cap.1 quo
tempo.miles,Pet.de Ancha.conſi.174. dominus Lazarius.
ad fi.in prin.& Thom.Gram.deciſio.52.nume.9.cum con-
cor.ibi.Et hoc ĩtellige,niſi eſſet ſupina & craſſa ignorãtia,
quę non excuſat,puta ſi ignorauit illud,quod omnes de ci
uitate ſciebant,vt dicit glo.in d.c.1.in prin.quo tempo.mil.
& ibi Mar.Lau.col.2.¶ Limita ſecundò niſi dominus , vel
vaſallus eſſet infans,& non haberet tutorem,quia tunc nõ
petendo inueſtituram excuſaretur.Iac.de Bel.& Alua.in d.
c.1.quo tempo.mil.Iacobi.in tra.feu.in verbo,qui quidem
inueſtiti.colum. 14.verſi.nunc videndum,cum concor.ibi.
¶ Limita tertiò non procedere in minore quatuordecim
annis,quia non petendo iuueſtituram excuſatur ca.Impe-
rialem.§.præterea ſiquis.& ibi ſcrib.de prohi. feu.alie. per
Fed.Iacobi. vbi ſupra,& probatur in iſto ca. noſtro.Minor
autem non excuſatur , ſed habet in integrum reſtitutionẽ,
glo.in d.§.præterea.& Iacobi. vbi ſup. ¶ Limita quartò nõ
procedere,quando eſſet orta inimicitia capitalis inter do-
minum & vaſallum : quia tunc vaſallus excuſaretur non
petendo inueſtituram.d.c.1.& ibi doct.quo temp.miles, &
Iacobi. vbi ſupra , & hoc quando inimicitia eſt orta ſine
culpa vaſalli,& eſt inimicitia capitalis, vt dicit Iacobi. vbi
ſupra,& doct.in d.c.1.quo tempo.mil.¶ Limita qnintò nõ
procedere,quando vaſallus fuiſſet abſens cauſa reipublicę
vel alia iuſta cauſa: quia tunc non petendo inueſtituram
non puniretur.d.c.1.quo tempo.mil.& ibi doct. ſed ſi fuiſ-
ſet abſens cauſa voluntaria,non excuſaretur , vt per Iaco-
bi.in d.tra.feu.in verbo,qui quidem inueſtiti.colum. 15.Si
verò dominus fuiſſet abſens,ſiue fuiſſet iuſta , ſiue iniuſta
abſentia,vaſallus excuſaretur.Bal.& alii in d.c. 1.& Iacobi.
vbi ſupra,& Marti.Lau.d.ca. 1. colum. 2.¶ † Limita ſextò,
non procedere,qñ interueniſſet aliquod aliud iuſtũ impe-
dimentũ, puta infirmitatis, vel captiuitatis,uel aliud iuſtũ
impedimẽtũ:quia tũc vaſallus excuſaretur,ſi non petiit in-
ueſtituram infra annum & diem,vt in iſto c.noſtro.¶ Limi
ta ſeptimò,quando dominus eſſet bannitus ab Imperatore
vel Rege ſuo,vel eſſet excommunicatus:quia tali caſu va-
ſallus ſi non petiit inueſtituram a tali domino,eſſet excuſa
tus,vt per glo,in d.c. 1.quo temp.mil.& ibi Mart. Lau. col.
3.& alii ſcribentes,& Iacobi.in d. tra. feu. in loco præalle-
gato,col.15.& quæ dicit Thom.Gram.d.deciſi. 52. colum.
pen.nu.9.cum ſeq.¶ Limita octauò non procedere, quan-
do vaſallus fuiſſet ignorans ,ſibi fuiſſe delatum hæreditatẽ,
vel quia feudatarius erat mortuus in longinquis partibus,
& nõ habuiſſet notittiam de eius morte, & hæreditas non
erat adita,quia iſta pœna, vt ſoluat duplicatum releuium,
vel quòd perdat feudum,prout erat de iure feudorum, ta-
lis pœna eſt poſita in contemptu & contumacia,& ille,qui
ignorat , non eſt contumax , ergo non punitur , quia dicit
lex,ſcientiam non ignorantiam volumus obligari.l genera
liter.C.de tab.lib. 10.ita tenet Bal.conſi.361.incipiente,di-
cit tex.3.vol.& Bal.in c.1.de cap. Corra. Guido Papæ quæ
ſtione 165.¶ Limita nonò,quando eſſet peſtis in loco , vel
hoſtilitas,quia tunc excuſaretur vaſallus.Marti. Lau.in ca.
1.colum. 1.quo tempo.mil. Card.Zab.conſi.128 colum. 2.
Signo. de Homode. conſi. 132.Iaſ. conſi.64.3.volum.vbi
ponit multa requiſita ad hoc, vt vaſallus amittat feudum,
quando non eſt petita inueſtitura,vtile tamen eſſet hoc ca
ſu proteſtari,vt dicit Mart.Lau.in cap. 1. colum. fina. quo
27 tem.mi. ¶ † Limita decimò non procedere,quando vaſal-
lus non poſſideret feudum, quia ſi nõ petiit renouationem
inueſtituræ, non propterea perdit feudum , nec punitur.
And.de Iſer.in cap.1.in prin.quæ ſit prima cau. benef.ami.
Bald.Saly.& Pau.de Ca.in l.ſolennibus. C.de rei vend. Ia-
co.Alua.in d.cap. 1.quæ ſit prima cau.benef.ami.Iacob. in
tra.feu.in verbo , qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramẽ
tum fidelitatis, colum.9.in fin.Soci.conſil. 66. columna 8.
3.volum.Bald.conſi. 429.& conſi. 466.primo volum. Pet.
de Ancha.conſi.74.Bertran.conſi.104. 2.volum.cum con-
cor.in d.locis.Et in prædictis caſibus vaſallus, qui non pe-
tiit inueſtituram infra annum & diem, excuſatur a pœna,
quia non amittit feudum . Nec hodie punitur in duplicato
releuio , quæ pœna ſucceſſit loco amiſſionis feudi , vt di-
ctum eſt,quia ſubrogatum ſapit naturam eius, cuius loco
ſubrogatur.l. ſi eum. §. qui iniuriarum. & ibi gloſſ. ff. ſi
28 quis cautio . ¶ † An autem vaſallus, qui infra anuum &
diem non petiit inueſtituram,poſſit moram purgare, vide
Iacobi.vbi ſupra colum. 11.Et quid in fœmina, ponit ibi,
29 colum. 14.¶ †Ex quibus cauſis vaſallus excuſetur , ſi non
petiit inueſtituram , vide latè Iacobi. vbi ſupra colum. 5.
cum ſequen. & tex.& Sebaſt.hic,& And.in d.capitu.1.quo
30 tempo. mil. & dixi ſupra.¶ † Quid autem ſi vaſallus non
petiit inueſtituram infra annum & diem , ſi dominus re-
cepit

recepit uasallum ad obedientiam, vel recepit ab eo seruitiū feudale, an videatur remissa pœna, vide Alexan. consi. 14. colum. penul. 2. volum. & Iacobi. in tract. feu. in verbo, qui quidem inuestiti præstiterunt, colum. 12. & And. in d. cap.
31 1. colum. 5. in fin. quo temp. mil. ¶ † Multas alias limitationes de pupillo & aliis vide Iacobi. vbi supra colum. 7. cum sequen. & glo. & alios in d. cap. 1. quæ sit prima cau. bene. ami. & in d. cap. 1. quo temp. miles. Et aduerte ad vnum notabile verbum, quod dicit And. de Iser. in d. cap. sancimus.
32 colum. 1. quo tempo. miles, vbi dicit † quòd in regno Siciliæ consueuerunt remitti istæ pœnæ, nedum militibus sed etiam aliis, dummodo ex contemptu non petierint inuestituram, vt ibi per eum. ¶ In quantum tangit Seb. † quòd
33 hodie non fit litera assecurationis, nisi soluto releuio, vt
34 hic per eum. † Adde, quid sit releuium, vide glo. in constit. post mortem. & ibi And. & Matth. de Affli. in fin. & And. de
35 Iser. in titu. per quos fiat inuesti. cap. 1. §. sed & res. ¶ † Et releuium debet solui a possessore feudi. Et ideo si ei non est tradita possessio feudi, non tenetur soluere releuium, vt dicit Matth. de Affli. in d. constitu. post mortem. colum. 5. ver
36 si. vtrum excusetur. † Et soluitur istud releuium pro feudo quaternato & non quaternato, vt dicit And. de Iser. in d. consti. post mortem, colum. fina. versi. Item hoc releuium. Et dicit And. de Iser. in cap. 1. §. similiter. colum. 1. de capi.
37 Corra. † Quod releuia sunt, quæ dant hæredes vasalli dominis, & est medietas fructuum illius anni, & de isto releuio nihil inuenitur scriptum de iure communi, ut ibi per And. & idem And. in cap. 1. §. sed & plures. per quos fiat inuesti. Ad prædicta vide etiam Matth. de Afflic. in constitu. si
38 quando. in quinto nota. ¶ † An autem hoc releuium præstetur ab emptore, vel a muliere, cum assecuratur de dotario, vel pro prima inuestitura quando de nouo conceditur. And. in d. cap. 1. §. similiter. de capi. Corrad. dicit quòd non, sed concludit, quòd seruari debet consuetudo, vt si sit consuetum præstare, præstetur, aliàs non, vt ibi, de quo vide And. de Iser. in d. constitu. post mortem. colum. fina. & Matth. de Affli. decisio. 148. colum. 7. versi. nec obstat, vbi etiam dicit, quòd vsus curiæ est, quòd pro legato feudi cū regio assensu soluitur releuium. Et a quo debet solui releuium, an qui succedit de nouo. Et qui emit, & qui ex donatione recipit, & quod pro noua concessione facienda per regem. Et quid in ecclesia, an teneatur soluere releuium. Et an mulier pro dotario. Et ad quam summam ascendit releuium. Et an si non constat de quātitate soluenda pro releuio sit attendenda consuetudo, de omnibus vide And. de Iser. in d. consti. post mortem. versi. suscepto aliquo, in d. §. similiter. de capi. Corra. & in c. 1. §. sed & plures, per quos fiat inuesti. & in tit. de ali. feu. pat. §. si mihi. & in dictis locis multa inuenies de ista materia, & vide, quæ dixit Iacobi. in
39 d. verbo, qui quidem inuesti. præsti. col. 18. † Et hodie inoleuit practica, quòd si ille, qui tenetur soluere releuium, nō soluit, tenetur ad duplicatum releuiū, vt supra dixi, ab ista tn̄ pœna excusaretur pupillus & alii, vt in simili dixi in c. volumus. supra nume. 208. in rub. ꝙ barones, vel feuda tenētes non priuentur feudo &c. vbi posui multos casus, ex quibus excusatur, & Iacobi. in tra. feu. in verbo, qui quidem inuestiti præstiterunt iuramētum fidelitatis. col. 15. cum sequen. & supra posui decem limitationes. ADDITIO noua. Item aduerte, ꝙ licet feudum quaternatum spectet ad collationem regis tantum, etiam si sit in comitatu, tn̄ illud feudū dicitur teneri a barone; eo quia est in districtu comitatus, vel baroniæ, & ei debetur releuiū, vt per Matt.
40 de Affli. in d. consti. post mortem. col. 1. in 1. nota. ¶ † Et vidi dubitari, si dominus petit a vasallo possessore feudi releuiū duplicatum asserendo, ꝙ illud non soluit ob contumaciā, & sic tenetur reddere duplicatum, vasallus replicet, ꝙ ex quo ipse possidet feudum, & fuit sibi facta inuestitura & priuilegium, & præstitit seruitium impositum, ꝙ eo casu præsumitur solutum releuium, quia aliàs non fuisset inuestitus, nec admissus ad præstationem seruitii, & omnia præsumuntur solemniter acta. & ad hoc multa adduci possent quæ ponit Pari. in tract. de reinteg. feud. c. pone, ꝙ est quæ. car. 32. cum sequen. vsque ad finem, quæ breuitatis causa omitto. & dicerem, ꝙ ex cursu longi temporis domino sciente & patiente & præcedente inuestitura & præstatione seruitii, ꝙ præsumitur solutū releuium, tanto magis quia hodie non fit assecurationis litera, nisi soluto releuio, vt dicit Seb. hic ADDITIO noua. Ad prædicta adducitur: quia dominuus admittendo vasallum ad seruitium, & eū inuestiendo, præsumitur remisisse caducitatem, & consequenter duplicatum releuium, arg. eorum, quæ dicit gl. in c. 1. in vltima glo. quo temp. miles, & cum sit facta inuestitura, præsumitur solutum releuium, quod soluitur ante inuestituram, quia quando cōsequens probatur, videtur probari antecedens. l. quicunque. C. de apo. pub. lib. 10. l. illud ff. de acqui. hære. l. ad rem mobilem. de procura. & ex quo habet possessionem feudi, præsumitur de iure habere par.
41 in d. c. pone, nu. 14. car. 33. ¶ † An autem vasallus priuetur feudo propter non præstationem seruitii, vide supra c. 108.
42 volumus. & quæ ibi dixi. ADDITIO noua. ¶ † Nunquid autem pro adiuuamentis & subuentionibus, quæ fiūt per vasallos eorum dominis in casibus notatis in consti. regni, quam plurimum, debeat solui releuium. Matt. de Affli. in d. const. quàm plurimum. col. 8. nu. 17. versi. cui adde, tenet quòd non debet solui releuium, quia veniunt extra rē,
43 & præstantur ex charitate, vt ibi per eum. ¶ † Quid si vno anno contingat solui releuium, quod est medietas fructuū & eodem anno imponitur adhoa, quæ soluitur de medietate fructuum illius anni, & sic integri fructus illius anni, & sic integri fructus illius anni venient ad fiscum, & nihil remanebit feudatario de fructibus illius anni, quid erit agendum? Vide Matt. de Affli. in const. si quando aliquē. 5. nota. in 2. lib. vbi concludit, quòd unica tantùm præstatio fieri debet, & soluere illud ius, quod primò fuit debitum, vnde si primò fuit imposita adhoa pro illo anno, illam pręstabit, & non releuium, si primò fuit mors feudatarii, soluet releuium & non adhoam, nec tenetur vno anno soluere releuium, & alio adhoam, vel e contra, sed in vno confundi-
44 tur aliud, vt ibi per eum. ¶ Et in quantum supra fuit facta mentio de litera assecurationis vasallorum. † Quis sit ordo impetrandi dictas literas assecurationis a Rege, & de materia assecurationis, vide in consti. domini a vasallis, & in consti. comite vel barone, & And. & Matt. in d. locis, Par. in tra. de reinteg. feu. c. nunc videndum. sub rub. exteri, incolę &c. car. 135. Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Nouis morbis nouis remediis occurri debet.*
Officialium auara proteruitas non veretur subditos & etiā superiorum iura offendere, ibidem.
2 *Committentes in legem an puniri debeant.*
Princeps est lex animata in terris, ibidem.
Officiales omnes & auctuarii an debeant facere quaternum omnium actorum.
4 *Quaternum introitus & exitus an debeāt facere officiales.*
5 *Apodissas de recepto facere an debeant officiales soluētib.*
6 *Officiales an debeant facere quaternum mandatorum et de commissionibus & inquisitionibus.*
7 *Quaternum de residuis actis & mandatis pendentibus an debeant facere officiales.*
8 *Suspicione fraudis non caret, si id, quod fieri debet de recenti, protelatur in prolixum tempus, vt de eis memoria non habeatur.*
9 *Notarii actorum an debeant facere quaternos de omnibus actis, excusationibus, mādatis et aliis ad acta spectātibus.*
10 *Notarii cameræ an debeant facere quaternos.*
11 *Secreti & magistri portulani an debeant facere quaternos de omnibus, vt ad eorum spectat officium.*

Officia-

12 *Officiales an post depositum officium debeant infra quindecim die comparere cum pecunia,quaternis, & scripturis ad reddendum rationem, & iurandum de legaliter ponēdo rationem.*
13 *Officialis an possit comparere per procuratorem sufficienter instructum ad redendum rationem.*
14 *Officialis,seu eius procurator an debeat integrè satisfacere de liquido.*
15 *Officialis ante redditam & completam rationē an possit recedere absque licentia,& cōtrafaciens qualiter puniatur.*
16 *Officialis an teneatur facere quaternū quotidiani introitus & exitus & singulis tribus mēsibus ad archiuū mittere.*
17 *Officialis an debeat rescribere Regiæ curiæ cum inserta forma mandati sibi directi,& quod illud recepit.*
18 *Officialis si fuerit in discordia cum notario actorum vel iudice in scribendo ad regiam curiam quid fieri debeat.*
19 *Discordia inter officialem actorum, notarium & iudicem si fuerit calumniosè orta,an pœnam mercatur.*
20 *Officialis infra quantum tempus debet suo successori assignare acta & alia munimenta.*
21 *Successor officialis,qui habuit acta & alia prædecessore an debeat transumptum ad regiam curiam transmittere.*
22 *Iusticiarius prouincie an debeat intimare diem sui ingressus regi.*
23 *Secreti & magistri iurium fiscalium an debeant regiæ curiæ nuntiare locationes gabellarum cum quantitatibus pecuniarum & aliis.*
24 *Secreti & magistri iurium fiscalium an debeant nuntiare Regiæ curiæ,quando non possunt vendi, vel locari gabellæ,& sunt datæ in credentiam.*
25 *Gabella regiæ curiæ si potest vendi,seu locari,non debet dari ad credentiam.*
26 *Gabellæ plures simul vendi an debeant,an verò separatim.*
27 *Gabella an possit vendi filiis,vel consanguineis.*
28 *Colludium an præsumatur in dubio.*
29 *Pactum,vel conuentio facta per officiales regios, vt gabella minus,vel plus exigatur, an valeat, quando redundat in detrimentum curiæ.*
30 *Præsumptio iuris & de iure an sit gabellam augmentatam in fraudem fisci,vt mercatores contra pactum integraliter soluere teneantur.*
31 *Ritus & obseruantiæ Regiæ cameræ an seruari debeant.*
32 *Actorum magistri an debeant annotare omnia acta, banna & compositiones in quaterno.*
33 *Iusticiarius prouinciæ an debeat nuntiare Regi suum ingressum in prouincia.*
34 *Notarii actorum an debeant conficere quinternos de actis ordinariis & extraordinariis.*
35 *Actuarii an possint scribere acta in cartulis,& medio fol. Scriptura in carta vili & maculata an sit suspecta, ibidem.*

DE COMPILATIONE ET COMPOSITIONE RATIONUM OFFICIALIUM. Rubrica

ROBERTVS &c. CAP. CCLVII.

1 NOVIS † morbis nouis occurri remediis expedit,vt præcipuè aliquorum officialium auara proteruitas, fideles, & nos in iuribus eorum,& nostris non verens offendere, in suis prauis elidatur conatibus,
2 † & qui quotidie in leges committunt,pœnis continuis legis,seu principis animatæ legis in terris iuxta sanctiones legitimè puniantur. Idcirco non derogando constitutionibus, statutis quibuscunque, ordinationibus, bonis ritibus, & consuetudibus hucusque seruatis, nisi quantum in his repetirentur aduersæ,nec eas minuendo, sed illis addendo, in sua vt pote remanentibus firmitate, infrascripta
3 duximus statuenda,videlicet, † quòd officiales regni nostri Iusticiarii singuli, Capitanei quoq;, Stratigoti habentes merum & mixtum imperium, imposterum videlicet præsentes & futuri,eorum quilibet iudex & actorum notarius,per curiam sibi dati & notarius cameræ, prout ad eorum cuiuslibet spectat officium, vt infra distinguuntur. Quaternū actorum omnium ordinariorum & extraordinario
4 rum. † Quaternum quotidiani introitus & exitus cuiuscunque pecuniæ, siue rerum tam collectarū, quàm prouētuum,cum expressione dierum. Quaternum quoque vbi sunt conscripti tenores apodissarum,quas fecerunt de receptione rerum & pecuniæ prædictarum, cum velimus, vt de receptione huiusmodi prouentuum,& aliarum rerum,faciant
5 † apodissas soluentibus,remoto errore,seu consuetudine praua abolita. Quas equidē apodissas si omiserint facere, sicut si subtraxerint illa, quæ receperint, & de quibus apodissas sicut præcipimus non
6 fecerint,in nonuplum teneantur.† Quaternū mandatorum publicorum, & priuatorum ipsorum et exequutionum factarum per ipsos. Quaternum de commissionibus,& mandatis factis per eos, personis & commissariis quibuscunque, aut sui officii, vel mandatorum curię. Quaternum inquisitionū & processuum ex officio faciendorum per eū in iurisdictione sua,vt de eis fiat collatio debita cū quaterno introitus,si a notatis in ipsa inquisitione re
7 cepit aliquid ad opus curiæ.† Quaternum de residuis actis,& mandatis pendentibus,etiam assignatis sibi a prædecessoribus suis,dum sunt in officio, & officii administratione durante conscribāt, componant,seu conficiant,conscribi, seu componi, & & confici faciant, sicut successiuè negotia habent præmanibus,de quibus fieri habent & debent quaterni prædicti, & quaternos eosdem conficere, seu conscribere & componere post eorum depositionē
8 officii non expectent.† hoc quidem est ab experto compertum, cum fraudis suspicione non careat, si id,quod habetur in recēti memoria,in prolixum tēpus faciendum per præsumptuosam malitiam proteletur, dum contingit persepe, demi, aut defalcari iura subiectorum,& curiæ frequenter etiam occul
9 tari.† Notarii actorum de actis ordinariis & extraordinariis, de tenoribus apodissarum cuiuscunque pecuniæ, siue rerum, quas scripserint, de exequutionibus quorumcunque mandatorum curiæ, vel aliorum quocunque modo acta respicientibus, vel ad acta spectantibns, Inquisitionum etiam, & processuum faciendorum ex officio, sicut prædicitur, qua
10 ternos conficiant & conscribant. † Quaternos cœteros prædistinctos notarii cameræ, vel alii,qui ad hoc per iustitiarios, capitaneos, stratigotos, & officiales alios statuuntur componant,quia sic specta-
re ad

11 re ad eorum officialium declaramus. † Idem præcipimus obseruari per secretos, magistros portulanos, & officiales alios, quocunque nomine censeantur, de quaternis, apodisis, cautelis, munimentis quibuslibet, quæ fieri debent per eos & eorum singulos, prout ad officium vniuscuiusque spectat eo
12 rum. † Post depositum autem officium, debitam rationem cum pecunia, rebusque aliis, residuis penes eum, quaternis prædictis, & aliis scripturis, & cautelis debitis, infra dies quindecim a die ingressus successoris, vel finiti temporis numerandos, nō expectato fine temporis sindicationis eorum, coram nobis per procuratores idoneos, sub sigillo eorum in archiuis præsentatis, de ratione ipsa ponenda legaliter, vt est moris, finito suæ sindicationis tempore, personaliter compareant in archiuo iam dicto, ad præstandum in forma debita consuetum de ra-
13 tione ipsa ponenda legaliter, vt est moris, † aut per procuratorem sufficienter instructum, si fuerint iusto impedimento detenti, inter alia potestatem habentes, in animam eius sacramentum præstandi, & computandi, primò in camera nostra, & deinde finaliter coram nobis, ac satisfaciendo de omnibus, in quibus per rationem ipsam debitor apparebit.
14 † Et ꝙ officialis seu procurator missus huiusmodi, aut ordinatus & factus, integram satisfationem de liquido inueniendo per rationem ipsam in came-
15 ra nostra faciat, † & ante rationem ipsam completam, disputatam, & positam, absque speciali ipsius curiæ licentia non recedat. Quod si secus fieret, pœnam vnciarum auri quinquaginta a iustitiariis, a capitaneis & stratigotis triginta, a iudice vigintiquinque, ab actorum notariis quindecim, & totidem a notariis cameræ curiæ nostræ, si & quoties secus fieret applicandam, & si quoties deficient in præmissis, aut aliquo pręmissorum, quod ad cuiuslibet eorum spectabit officium, infra quindecim dies alios, ab illo vel illis, qui in eā inciderint, per vos volumus protinus & irremisibiliter extorqueri, & ratio ipsa pro non posita, & non assignata in eius dispendium habeatur, pœna vnciarum vigintiquinque similiter puniatur, qui durante officio cum ratione ordinaria semestris temporis infra primos quindecim dies sequentis Septimi mensis procuratorem sufficientem non miserit, vel cum missus non compleuerit componere, aut sine prædicta licētia de archiuo recesserit, infra alios quindecim dies exigenda per vos, sicut in proximo est expressum, & pro non missa, nec assignata ipsa ra-
16 tio in sui præiudicium habeatur. † Quaternum quotidiani introitus, & exitus, quarumcunque pecuniæ, siue rerum, collectarum, compositionum, atque prouentuum, sicut prædicitur, nobis ad archiuum mittere singulis tribus mensibus teneantur, videlicet infra dies primos qnindecim quarti mensis sequentis, sub pœna prædicta, infra alios dies sequentes quindecim exigenda, sicut præfertur, toties quoties fuerit contrauentum, vbi verò tempore amotionis ab officio trimestre tempus nō esset completum, mittat similiter vt supra pro eo tempore, pro quo fuerit in officio commutatus, &

si aliquod mandatū fiscale in quaterno mandatorū omiserit scribere pro quolibet mandato omisso pœnam vnciarum auri duarum ab omittente exigere protinns studeatis, grauiora pœna seruata in eos ratione mandati omissi, si mandatum omissum de re magna & nō leui esset, vel aliàs in omittendo mandatū huiusmodi fraudulenter processerint, iuxta nostrum arbitrium infligenda, & exigenda ab eis.
17 † Volumus etiā, ꝙ de receptione cuiuscunque mādati fiscalis per curiam sibi directi, officialis quicunque cū inserta forma mādati rescribere debeat, ad pęnam vnciarū duarum exigendā vt supra, & si negauerit facere responsales de assignatione mādati sibi facti, credatur nuncio iurato, qui portauit
18 mandatū, & ipsa pœna protinus exigatur. † Porrò si forsitan in pręparatione, scriptione, ordinatione, sigillatione, & assignatione actorum, & quaternorum, inter iustitiarios, vel capitaneos, seu stratigotos, & iudicem ac actorum vel camere notarios, eueniret discordia, durante eorū officio, sub pœna prædicta vnciarū auri quinquaginta iustitiariis, capitaneis vel stratigotis, triginta, iudicibus vigintiquinque, actorum notariis quindecim, & totidem notariis cameræ, causam discordiæ infra dies quindecim post ipsam exortā discordiam nobis debeāt intimare, vt secundū terminationē, quam inde feceritis, & rescripseritis, sint concordes. Si verò orta fuerit post eorū amotionē, aut super actorum, aut quaternorum eorundē amissione discordes exstiterint, teneantur nihilominus iustitiarii, capitanei, seu stratigoti sub sigillo suo, ac sigillo eorū alterius secum ad ipsam concordiam, aut si vterque discors fuerit sub suo tantum sigillo acta eadem, & quaternos, prout sunt tunc, præsentare, & nobis in rationum auditorio assignare. Sed si iudex, & actorum notarius concordes fuerint in præmissis solo iustitiario, capitaneo, vel stratigoto discordante protestentur publicè coram eo, quomodo per ipsos non remanet, & protestationem huiusmodi nobis infra idem tempus significent, & si in posterum apparet, discordiam ipsam ex causa, vel causis rationabilibus processisse, vos audita ea, vel eis, faciatis exinde
19 quod est iustum. † Si verò eam calumniosam reperietis, motor talis discordiæ pœnæ subiaceat supra contentę, ac maiori pro nostro arbitrio infligendę, ab eo infra dies quindecim, sicut in simili prænar-
20 ratur exigendæ. † Officialis amotus ordinationem huiusmodi cum aliis mandatis, actis pendentibus, residuis, captiuis, & causis detentionis eorum, per speciale scriptum sub sigillo suo infra dies quindecim, postquā successor ingressus fuerit prouinciā officium ministrando assignare procuret suo in officio successori, sub eadem pœna exigenda, vt su-
21 pra. † Et successor transumptum sub sigillo suo infra primos octo sequētes dies ad tardius, sub simili pœna similiter exigenda exhibeat superiori, protestatione præmissa per præcessorē amotum (si forsitasse successor recipere nollet ea) per quam constet per eum non stetisse successori assignare præmissa, de qua protestatione, & requisitione confici faciat publicum instrumentum, & in archi-

uo infra prædictos dies quindecim assignandum.
22 † Adiicimus insuper, vt idem successor ad eandem pœnam exigendam vt supra, diem ingressus sui ad officium in prouincia sibi decreta nobis infra quindecim dies per suas literas speciales studeat intimare, & vtrum infra ipsum tempus, vel ne, successor eius assignauerit ei residua, & pendentia, vt est dictum.
23 † Secreti quoque magistri procuratores iurium nostrorum, locationes, seu venditiones omnium gabellarum, & iurium, infra duos menses ad tardius, anni cuiuslibet, a die primo Septembris in antea numerandos, aut si infra annum, post ipsos menses duos locari, aut vendi, seu licitari contingerit, infra dies quidecim, diem venditionis ipsius immediate sequentes dilucidè, & distinctè cũ quantitatibus pecuniarum, & rerum, contentis nominibus & cognominibus gabellotorum, & fideiussorum propterea positorũ additibus factis in vnaquaque gabellarum ipsarum, per quos, qualiter, & quando, pactis, conditionibus, a ritu dohanæ non discordantibus factis per eos gabellotis eisdem,
24 † vel si locatæ non fuerint subastatione præmissa, & aliis solemnitatibus obseruatis, cui, vel quibus, & qualiter datæ sint in credentiam procurãda, in scriptis nobis sub eorum sigillis ad archiuum transmittant, sub pœna vnciarum auri vigintiquinque per eos ab eis, vel ab eo, qui in illam inciderint, infra sequentes quindecim dies protinus exigenda, & ad omne damnum & interesse, quod propterea curiæ nostræ eueniret, districtè compellatis eosdẽ.
25 † Præterea volumus & mandamus, quòd nullam gabellam, nullaque iura nostra (si apparet, qui competenti pretio vellet emere) procurandas committant, nullaque iura sibi retineant.
26 † Nec plures gabellas insimul vni vendant, sed quamlibet earum per se debita solemnitate.
27 † Nec filiis, aut consanguineis, aut coniunctis vendant collusiosè.
28 † Quod quidẽ collusiũ præsumi volumus, eo ipso, si non contrarium demostrabunt, vt libera sit facultas demostrantibus & augmentantibus iura nostra in melius promouere, sub simili pœna, damnisque, & interesse, per vos, sicut supra prædicitur proximè, exigenda.
29 † Et cum sit prohibitum ab antiquo vt de minus exigendo, vel plus, ratione nostrorum iurium, quàm est consuetum, & debitum, ac etiam obseruatum, vt pactum, & conuentionem officiales ipsi non inhiant, sed iura nostra integraliter exigant, non minuendo exactionem ipsam in aliquo, vel augendo, pactis, & conuentionibus talibus, pœnis & iuramento vallatis, tanquã nullis & inualidis non obstantibus quoquo modo, vt dum ipsa iura (sicut præcipitur) exiguntur, detur & datur materia licitantibus, & augmentantibus commoda nostra, & vtilitates fiscales, contra vetitum promissum, & iuramentum per eos curię nostræ proinde præstitum, contrarium faciendi, & maximè cum mercatoribus exteris ignorantibus plerunque nostras ordinationes iam dictas, quos quidem decipiunt paciscendo cum eis de certa parte non integra debiti nostri soluenda per eos, prætendentes deinde pactum, & conuentionem inualidam, & contra pactum eorum debitè exigendo. Et dum pactum seruant, aliquando in nostrum redundat incommodum, licitantibus via præclusa. Idcirco eorum fraudibus obuiando hoc tantum adiicimus, vt pacto, & conuentione huiusmodi nullo & inualido in nostrum & gabellæ nostrę pręiudicium permanente, pactum ipsum illicitum liget in eorum præiudicium paciscentes, si soluendo fuerint, vt de eorum proprio quicquid vltra pactũ exactum fuerit vsque ad solidum & debitum, deceptis mercatoribus sarciatur, si paciscentes ipsi per licitationem amoti fuerint, si verò remaneant in gabella, pœnis legitimis, quia contrafecerunt in suo robore remanentibus contra eos.
30 † Augmentata quoque gabella ipsa per alios, si reperiatur amotum, seu amotos gabellotos per augmentum iam dictum partem habere, vel tenere in augmentata gabella prefata, sit pręsumptio, cõtra quã nequeas in contrarium probari, ꝙ in fraudem curiæ facta fuerit augmentatio supradicta, ad hoc vt mercatores contra pactũ inhitum integraliter soluere compellantur, & eo casu in eorũ præiudicium seruare pactũ illicitum teneantur, licitatione ipsa in suo nihilominus robore pro vtilitate curię remanente, ita ꝙ si forsitan ab eis fuerit gabella per augmentũ aliarum aliqualiter reuocata, teneantur successoribus respondere, & de eorum proprio computare sicut si totum ius debitũ pacto non inito exegissent, contra paciscentes de soluendo iure non integro sociis suis gabellã licitãtibus (vt prefertur) præcipuè si forsan dixerint, se pactũ inhitũ ignorasse, omni iure seruato, vt cõtra gabellotos eosdẽ, q̃ socii gabellę reperiũtur, cũ eis ad sarciendũ ipsis dãnũ, quod incurrerant, propterea possit ꝓcedere, ac totũ interesse suũ ab illis petere, & habere electionem, quam habet amotus emptor vel creditor nostrorum iurium suo successori, pro tempore quo exercuit ad excaleum, vel ad credentiam vendendi vbi infra triduum sic amotus non habeat sicut pro ipso triduo de promisso propter incantum aliquid non lucratur, sed de perceptis infra triduum teneatur ad credentiam respondere.
31 † Volumus igitur, & vobis expresse mandamus, vt cum præmissis quoque omnes ordinationes, ritus, & statuta alia quælibet super manutenendis iuribus nostris, & officialium nostrorum malitiis compescendis ab olim edita, quæ in archiuo nostro seruantur tenaciter, & in transgressibiliter obseruetis. Data Neapoli anno Domini millesimo tricentesimo decimoseptimo, die tertio Iulii, quintedecimę indictionis, regnorum nostrorũ anno 9. ¶ Volentes itaque ꝙ pręscriptę nostrę ordinationes, capitula, seu statuta tenaciter obseruẽtur, & vt circa eorũ obseruãtiã nullã possitis ignorãtiã, vel supinã excusationẽ prętẽdere, illa vobis denotãda, & aperienda, ꝓuidimus, vt superius cõtinetur, & fidelitati vestrę mãdamus expressè, quatenus ordinationes, capitula, seu statuta nr̃a p̃dicta, prout & inquãtũ in his tãgimini, & ad vos spectat quęlibet. s. sui officii tp̃e efficaciter obseruare curetis, ac faciatis p iudices actorũ, camereq; notarios vobiscũ per curiã in prædicto officio pro tempore

tempore deputandos, de quibus capitulis & statutis eisdem, vt illorum etiam ignorantiam forte prętendere possint copiam faciatis tenaciter & inuiolabiliter obseruari. Scituri pro certo, ꝙ ille, seu illi vestrum, dictorumque iudicum, & notariorum, qui præmissa, quatenus. s. ad eorum quemlibet (vt prædicitur) pertinent, obseruare contempserint, statutis pœnis huiusmodi subiacebunt, quas ab eis si in illis inciderint ex nunc, prout ex tunc mandamus, & volumus absque remissionis gratia extorqueri. Pręsentes autem literas statim post amotionem tuam ab eodem officio, successori tuo dare studeas in pendenti, deinde ad successores alios successiuis traditionibus alterutrum deriuandas, & per eos efficaciter obseruandas. Data Neapoli per magistros rationales magnæ curiæ nostræ. Anno Domini. MCCCXVII. Die 20. Septem. primę Indictionis, Regnorum nostrorum anno 9.

ADDITIO.

NOVIS morbis. Totum istud c. ita prolixum est factum ad euitandum fraudes circa prouentus & gabellas regiæ curiæ, & multæ nouellæ pragmaticæ sunt etiam editæ per Cæsaream maiestatem Caroli Quinti, vt est regia pragma. quæ incipit, cũ Reges cum pluribus sequen. vide ibi, & in titulo. C. de exacto. trib. lib. 10. & in multis aliis titulis, in quibus tractatur de iuribus curiæ, ut ibi uidere poteris.

ADDITIO noua. Et ad materiam huius c. vide ritum magnę curię vicarię, qui incipit. Item ꝙ magistri acto
32 rum. num. 33. in ordine meo, † vbi disponitur, ꝙ actorum magistri debent annotare in quaterno omnia acta, banna, & compositiones, & alia vt ibi, & in multis aliis ritibus se
33 quentibus. Item ex versi. adiicimus. nota † quòd iustitiarius prouinciæ debet infra quindecim dies nunciare Regi diẽ sui ingressus in prouincia, aliàs punitur vt hic. Similiter & suo prędecessori debet nunciare diem sui aduentus in prouincia l. obseruare. §. antequam. ff. de offi. proconsf. Item ex
34 versi. (notariis actorum.) Nota, † ꝙ notarii actorum, seu actuarii debent conficere quinternos de actis ordinariis &
35 extraordinariis, & exequutionibus mandatorum. † Et hoc facit contra actuarios, qui scribunt acta in quibusdam cartulis, & medio folio: quia scriptura in carta vili & macula ta redditur suspecta. Bald. in l. contractus. col. 3. versi. & adde, ꝙ non solùm. C. de fid. instru. Alex. in l. prætor. §. si initium. col. 1. ff. de eden. Io. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Procedi ex officio in quibus casibus possit.* 14.
2 *Officialis durante officio an & in quibus casibus possit conueniri & sindicari.* 16.
3 *Iustitiarius an possit de causis ciuilibus cognoscere* 22.
4 *Iustitiarius an possit stante negligentia comminare, vt infra certum terminum causa expediatur sub auocatione causæ.*
5 *Causæ, in quibus apparent instrumenta legitima, an debeant summariè expediri.* 25.
6 *Causæ feudales coram quo iudice agitati debent.*
7 *Ecclesiæ, pupilli & viduæ & miserabiles personæ an sint sub protectione iustitiarii.*
8 *Causæ pupillorum, viduarum ecclesiarum & miserabilium personarum an debeant summariè expediri.*
9 *Causæ an debeant iuris ordine agitari.*
D. Ioan. Anto. de Nigris.
10 *Compositio in causis ciuilibus defensarum & pœnarum an fieri possit.*
11 *Causæ inter vasallos & dominos coram quo agitari possint.* 28.
12 *Appellatio a sententia magistri iustitiarii ad quem fieri debeat.*
13 *Accusatus an possit suum accusatorem accusare.* 29.
15 *Procedi an possit ex officio in delictis commissis tempore guerrarum.*
17 *Officialis an possit conueniri durante officio de mandato principis.*
18 *Officialis an possit conueniri durante officio pro debitis ante contractis.*
19 *Officialis perpetuus an possit durante officio conueniri.*
20 *Officialis ad beneplacitum an possit durante officio conueniri.*
21 *Officialis habens dignitatem sine administratione an possit durante officio conueniri.*
23 *Iustitiarius in primis causis an habeat iurisdictionem cumulatiuè cum dominis terrarum.*
24 *Vasalli baronum pro primis causis an possint conueniri extra domicilium.*
Iurisdictio competens iudici inferiori an competat priuatiuè, vel cumulatiuè. ibidem.
26 *Instrumenta liquida an habeant executionem paratam.*
27 *Causæ omnes in regno an sint summariæ.*

DE QVIBVS CAVSIS IVSTITIARIVS cognoscere possit.

LITERÆ DOMINI DVCIS AD MAGIstrum iustitiarium, & iudices magnæ curiæ de prædictis capitulis. Rubrica.

ROBERTVS &c. NOBILI VIRO ERmengano de Salabrano Ariani comiti regni Siciliæ magistro iustitiario dilecto consanguineo cõsiliario & familiari paterno ac suo, & eius locũtenenti, ac iudicibus magnæ curiæ deuotis suis salutem & dilectionẽ sincerã. C. CCLVIII.

INIVNXIT nobis inter alia Reuerẽdus Dominus & genitor noster charissimus, qui quasdam literas suas vt capitula regulantia & distinguentia regimen curiæ suæ, cui pręerat dominus Theobaldus de Malobuffone, balistariorum regni magister, & prouisor Castrorum, quę idẽ dominus genitor noster cassauit, illa originalia. s. missa pridem Domino Nicolao de Iamuilla, qui tunc curiam regebat eandem sub sigillo misimus vobis in scriptis, & ea per vos vsque ad prædicti genitoris nostri beneplacitũ seruari tenaciter faceremus. Verũ quia, prout prædictus dominus Theobaldus asserit, originalia ipsa capitula haberi nequeunt, eo ꝙ illa dictus dom. Nicolaus de Iamuilla sibi retinens apud acta ipsius curiæ minimè assignauit eadem, licet in actis ipsis redacta fuerint. Ecce capitula eadẽ ex ꝑdictis actis assumpta de verbo ad verbũ pręsentibus

inserta vobis duximus transmittenda. Quorum ca-
pitulorum tenor per omnia talis est. ¶ CARO. II.
Dei gratia Rex Ierusalem & Siciliæ, Ducatus Apu
liæ, & Principatus Capuę, Prouinciæ & Forchal-
querii, ac Pedis montis comes Nicolao de Iamuil-
la militi regiam curiam nostram iustitiæ regenti di
lecto consiliario & familiari nostro fideli gratiam
nostram & bonam voluntatem. ¶ De statu nostro-
rum fidelium prouehendo in melius mentanea cu
ra solliciti. Ecce capitula de ipsius administratione
officii, quæ condependentia commissione de dicto
officio tibi facta in scriptis redacta tibi serie sub pē
dēti sigillo nostro transmittimus, quæ tempore tui
1 regiminis serues, & facias ab aliis obseruari. ¶ † In
primis cognosces de omnibus violentiis, iniuriis,
grauaminibus, atque criminibus, de quibus maie-
stas nostra, vel Robertus Primogenitus noster Dux
Calabriæ, atque vicarius noster generalis posset adi
ri. Nec non de omnibus defensis, vel iniustè imposi
tis, etiam de pœnis legalibus, atque aliis, quæ per
priuatos quoscunque clericos, vel laicos nostros
nomine imponuntur, & contemptæ fuerint, præci
puè pro violentiis, iniuriis, & grauaminibus illatis
& inferendis per comites, aut barones, vel alios
quoslibet vasallis, vel vicinis eorum, aut aliis per
officiales nostros, vel quosuis alios subiectis nostris
2 vel aliis quibuscunque. † Ita tamen ꝙ officialis me
rum habens imperium, durante officio, nec de cau
sa ciuili, nec de criminali, nisi de speciali nostro mā
dato reuocari per te valeat, vel etiam coerceri.
3 ¶ † Item cognosces de omnibus causis ciuilibus ex
cedētibus summam illam vsque ad quam ipsarum
causarum cognitio ad baiulos, & pedaneos terrarū
iudices, seu speciales dominos eorundem spectare
dignoscitur. Nam de causis ad præmissorum cogni
tionem spectantibus, te nullatenus intromittes.
4 † nisi prædicti iudices & alii celerem iustitiam mi-
nistrare differrent, quo casu, si ad mādatum tuum
prædicti iudices infra competētem terminum pro
causarum, & personarum qualitate statuēdum per
te conquerentibus expeditam iustitiam facere re-
tardabunt, earundem causarum, seu quęstionum
cognitio, quarum decisionem, vt præmittitur, pręli
bati iudices dolo, vel negligentia distulerint, ad te
5 liberè deuoluatur. ¶ † Item in dictis causis ciuili-
bus, in quibus appareant instrumēta legitima, quę
non sint abrasa, sed in proprii sui figura, omni vitio
& suspitione carentia, summariè & de plano proce
6 dat. ¶ † De causis verò feudorum & quorumcunq;
bonorum stabilium ad fiscum nostrum spectantiū,
quę ad magistrum iustitiarium regni, iustitiarios re
gionum secundum distinctos ordines pertinere no
scuntur, nisi per viam appellationis, vt subditur,
7 nullatenus intromittas. ¶ † Item habebit sub cura
& protectione tua ecclesias, & personas ecclesiasti-
cas, pupillos, orphanos, & viduas, omnesq; misera
biles personas, & eas ab omnibus indebitis graua-
minibus & molestiis per cōuenientia remedia pro-
tegas, & defendas, possisq;, si oppressio, vel graua-
men contingat, criminis causam exinde inquirere
per te, vel alium ex officio, vel per specialē inquisi-
tionem, etiam contra speciales personas, sicut &
nos possimus in hoc casu specialem inquisitionem
committere constitutionis regni non obstante vi-
gore, ac pęnam debitam secundum iustitiam irro-
8 gare. ¶ † Si verò ipsa oppressione, vel grauamine ci
uilis causa tangatur, in prædictis specialibus causis
procedes, & procedi facias summariè, & de plano,
sine strepitu, & figura iudicii, ordine iuditiario prę
9 termisso. † In aliis autem causis & cognitionibus
ad te pertinentibus cum rato iure & iudicii ordine
10 iustitiam obseruabis. ¶ † Permittimus insuper tibi,
ꝙ de causis ciuilibus defensarum, seu quarumcun-
que pęnarum in eadem curia agitandis in dubio, si
partes petierint, possis cum partibus ipsis (dum ta
men non excedat summam viginti vnciarū) cōpo-
nere cum consilio iudicū personarū cōditione pen
11 sata. ¶ † Præterea vasallis querelā exponentibus de
grauaminibus eis illatis per dominos eorundem
possis per te, vel per alium idoneum, quē ad id ele-
geris, inquisitionem inde ex officio facere specialē
(constitutione vel lege aliqua minimè obsistente.)
12 ¶ † Item audias causas omnes appellationum in-
teriectas a sententiis ferendis in curia magistri iu-
stitiarii, easque secundùm iustitiam examines & de
cidas. ¶ Hoc verò capitulū tunc locum habebit, cū
de causis eisdē in curia dicti magistri iustitiarii prin
cipaliter cognitū fuerit. Vbi autē non principaliter
in curia dicti magistri iustitiarii fuerint ventilatæ,
sed per appellationis remediū ab inferioribus iudi
cibus ad eandē curiā deuolutę, tunc si a sententia la-
ta in præfata curia magistri iustitiarii appellari cō-
tingat, causa appellationis eiusdem corā iudice ap-
pellationū nostrę curiæ ventiletur, & suo marte di-
scurrat, vt corā dicto appellationū iudice statutus
a iure ad appellandū numerus debitū finē recipiat.
¶ A snījs verò latis in curia nostra penes te statuta,
super causis per appellationem a curia magistri iu-
stitiarii deuolutis ad ipsam, ad appellationum iudi
cem recurratur. Et versa vice possit appellari ad ma
gistrum iustitiariū a sententiis latis in dicta curia
nostra, & deinde appelletur ad iudicē appellatio-
13 num. ¶ † Item accusator, qui primū curiam ipsam
adierit, non possit accusatione ipsa pendente, in
aliqua curia de aliquo crimine, in quo non potest
interuenire procurator, accusari, vel denunciari,
dum tamen sit paratus in curia ipsa respōdere pro
accusationibus vel denunciationibus quibuscunq;
sua accusatione durante. Et nihilominus fideiusso-
ria cautione cauere, ꝙ accusatione, facta responde-
bit accusationibus, vel denunciationibus ipsis co-
ram quocunque iudice competenti. ¶ In pręmis-
sis autem omnibus reseruamus nobis potestatem
addendi, minuendi & corrigendi, prout & quando
videbitur nobis expedire. Mandamus igitur vobis,
vt prędicta capitula iuxta dicti domini patris no-
stri iussum, eorumque seriem in dicta curia magna
vsque ad ipsum paternum beneplacitū tenaciter ob
seruetis. Quòd si vos omnes iudices non fueritis in
his, in quibus vigore prędictorum capitulorum
in dicta magna curia procedi continget, interdum
forte præsentes, ille vel illi ex vobis, qui præsen-
tes

ees fuerint, etiam si vnus, uel plures uestrum in illis procedere ceperint, procedant in eos, aliorum, vel alterius absentia non obstante. Data Neapoli per Dominum Bartholomęum de Capua. Anno Domini MCCCVII. die 12. Decembris 11. Indictionis, regnorum nostrorum anno 22.

ADDITIO.

INIVXIT nobis. ¶ In tex. ibi (in primis
14 cognosces &c.) † Nota in quibus casibus
pôt ex officio procedi, de qua materia vide,
quæ latè dixi supra in ca. vt delatas. numero
235. cum duobus cap. sequen. Et istud c. fuit
factum ante c. vt delatas. & ante ca. si temporum alternata
conditio. vt patet ex data: quia istud fuit factum anno Do-
mini 1307. & c. vt delatas. fuit factum anno 1324. & ca. si
temporum alternata. fuit factum anno 1329. & sic licet
15 istud sit postpositum, tamen fuit ante factum. ¶ † An au-
tem in delictis commissis tempore guerrarum possit ex of
ficio procedi, vide Par. in tra. sindi. in verbo inquisitio. §. &
aduerte. colum. 2. in princip. vbi dicit, ꝙ tempore guerræ
quoddam c. regni, quod non reperitur impressum, prohi-
16 bet ex officio inquiri. ¶ In tex. ibi (ita tamen.) † Nota, ꝙ
officialis durante officio non potest conueniri, nisi de spe-
ciali mandato regio, concordat l. pars literarum. ff. de iudi.
& quod dicit Bart. in l. 2. ff. ad leg. iuli. repe. Cyn. in l. si præ-
ses. C. de epis. audi. Paris latè in trac. sindi. in verbo durante
officio. §. officialis durante officio. colum. 1. cum concord.
17 ibi. ¶ † Fallit, nisi aliter fuerit per principem ordinatum
vt hic: quia quando principi placuerit, possunt officiales
sindicari etiam durante officio, vt dicit Bald. in l. obserua-
18 re. §. proficisci. ff. de offic. procon. & Par. vbi supra. ¶ † Fal
lit secundò, nisi officialis conueniretur pro debitis ante
contractis: quia tunc etiam durante officio posset conue
niri d. l. pars literarum. & Ang. in l. 2. ff. de admi. tut. & Pari.
19 in dicto verbo durante in prin. ¶ † Fallit tertiò, nisi esset
officialis perpetuus: quia posset conueniri durante officio,
vt l. nisi. §. si. ff. de tute. & ratio distrah. & Par. in d. trac. sind.
20 in verbo officialis perpetuus, cum concord. ibi. ¶ † Fallit
quartò, quando esset officialis ad beneplacitum, quia ęqui
paratur perpetuò, & potest conueniri durante officio. Par.
21 in d. verbo durante officio, in prin. cum ibi allegatis. † Fal-
lit quintò in officialibus habentibus dignitatem tantum si
ne administratione, vt sunt comites, barones & priores
arcium: quia possunt conueniri durante officio. Bar. in l.
nec magistratus. ff. de iureiu. & in d. l. pars literarum, quod
intellige, vt per Pari. vbi supra. Et ibi etiam ponit, an pro
furto, robaria & barattaria possit conueniri durante offi-
cio, vide ibi per eum. ¶ In tex. ibi (Item cognosces &c.)
22 † Nota, ꝙ iustitiarius nô pôt cognoscere de causis spectâ-
bus ad baiulos & pedaneos iudices terrarum, seu ad spe-
ciales dominos eorundem, nisi per viam denegatæ, vel
neglectæ iustitiæ, quo casu potest facere comminationem,
vt causam infra terminum duorum mensium expediat,
aliàs poterit causam ad se aduocare, de quo vide, quæ dixi
23 supra c. quorundam, nume. 183. ¶ † Et sic iste tex. est con
tra prouinciales auditores, qui dicũt, ꝙ ĩ primis causis ha
bent iurisdictionem cumulatiuè cum dominis terrarum,
ex quo hic prohibentur iustitiarius cognoscere, & sic pri-
uatiuè, & est regia pragma. Regis Ferdinandi, quæ incipit.
Ferdinandus &c. Illustrissimo huius regni &c. sub rubr.
24 pragm. super primis causis, vbi disponitur, † ꝙ pro primis
causis non possint extrahi extra districtum proprii incola
tus, vt ibi. ADDITIO noua. Et ad materiam vide-
licet quando iurisdictio competens iudici inferiori dica-
tur competere priuatiuè, vel cumulatiuè ad superiorem, vi
de latè Felyn. in c. pastoralis. de offic. ordina. & aliquid per
Matth. de Afflic. in consti. regni statuimus. in vndecimo no
ta. rub. 37. & in constit. iustitiarii nomen. numero 31. Tho.
Gramma. decis. 37. Inno. & Abb. in c. cum ab ecclesiarum
colum. penul. de offic. ordi. & c. quanto. eod. tit. Ludo. Ro-
ma. consi. 393. colum. 2. versicu. decimò, Fran. Aret. consil.
101. colum. 2. sed latius ponit Felyn. vbi supra, qui ponit re
gulam & fallentias. ¶ In tex. ibi (Item in dictis causis &c.)
25 † Nota, quòd in causis, vbi sunt instrumenta legitima, pro-
ceditur summariè: vt hic, & hodie est ritus magnæ curiæ
vicariæ, qui incipit. Item siqui debitores, numero 61. in or-
26 dine meo, quo disponitur, † ꝙ instrumenta liquida habent
27 executionem paratam. † Et hodie in regno omnes causæ
ciuiles sunt summarię, vt extat capi. regni detestantes, posi
tum inter ritus magnæ curiæ, & est regia pragma. dispen-
dia litium. prima in ordine. In tex. ibi (item habebis &c.)
vide supra cap. de violentiis. numero 150. ¶ In tex. ibi (prę
28 terea &c.) † Nota, ꝙ quando vasalli volunt exponere que
relam contra eorum dominos, possunt adire iustitiarium,
& magnam curiam vicariæ. ¶ In text. ibi (Item accusa-
29 tor &c. † Nota, quòd accusatus non potest suum accusato-
rem accusare pendente prima accusatione in aliqua cu-
ria, sed debet fideiussoriam cautionem præstare, quòd fini
ta accusatione respondebit accusationi, vel denunciationi
vt hic, de quo vide Archid. in cap. neganda 3. q. 11. & Fed.
de Senis consilio 93. Maria. Socin. in capi. ex literis. col. 28.
cum sequen. extra de mutu. peti. Bal. in l. 1. colum. 4. C. qui
accus. non po. Bar. in l. is qui reus. colum. 3. ff. de publ. iudi.
Ang. in tra. malefi. in verbo nec non ad querelam. colum.
7. & colum. 26. Gandi. in trac. malefi. in rubr. de filiofa. &
vtrum poss. accus. columna 2. & in consti. regni, si ciuiliter
agens. & ibi And. & Matth. de Afflic. & cum isto c. concor-
dat ritus magnæ curiæ vicariæ, qui incipit. Item seruat ipsa
curia, quòd accusator, numero 180. in ordine meo sub rub.
de eo qui prius curiam adiuit, & est alius ritus magnæ cu-
riæ vicariæ, incipit. Item siquis, vel siqua accusauerit, nu-
mero 69. in ordine meo, in quo disponitur, quòd accusans vel denuncians, nec eius pater, mater, filii, fratres, sorores, nepotes, & neptes carnales ipsius accusatoris, vel denuntiatoris accusari, vel denuntiari non possunt per primò accusatum, vel denuntiatum. Nisi accusatio, vel denunciatio fieret eadem die, qua fuit facta alia accusatio. Vel nisi accusatio fieret ex nouo delicto: quia his duobus casibus accusatus potest suum accusatorem accusare, vt ibi, & de hoc etiam est capit. Reginæ Ioannæ positum inter ritus magnæ curiæ, & est in fine rituum, in quo prædicta etiam disponuntur, quod accusatus, nec eius coniũx, liberi, parentes, aut fratres vtrinque coniuncti insimul habitantes de alio crimine quantuncunque maiori non possunt accusare suum accusatorem, nec eius vxorem, liberos, parentes, fratres in eadem habitatione manentes vtrinque coniunctos, nisi quia accusatus, vel denunciatus præstat fideiussoriam cautionem de stando iuri prima accusatione finita. Hoc intellige, nisi de nouo crimine etiam minori, quia si vult suam iniuriam prosequi, potest non obstante quod pendeat prima accusatio, & in vtraque proceditur, ne detur materia delinquentibus fugiendi & delinquendi, ut ibi dicitur in text. Et sic habes regulam negatiuam, quod accusatus non potest suum accusatorem accusare pendente prima, nisi eodem die, vel nisi de nouo crimine. Et per dictos ritus est sopita longa quęstio, quæ est de iure communi inter doctores de huiusmodi quæstione, vt in locis supra allegatis, & vide dominum meum Robertum Marantam in suo tracta. intitulato, speculum aureum, in sexta distinctio. principali, in secunda quæstione principali, colum. 12. cum pluribus sequen. versicu. sextò quæro, vsque in finem. numero 38. cum pluribns sequen. car 24. cum sequen. Et vide Thom. Gramma. decisio. 53. & ibi etiam ponit, an possit ex officio procedi, si uirtute accusationis procedi non possit, & ibi etiam ponit unam limitationem ad supradictam regulam, ut non procedat, quando ex eodem fonte procederet, ut ibi per Ioannes Antonius de Nigris.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Crimina publica olim qui tenebantur nunciare.*
2 *Magistri iurati officium an successit in loco illorum, qui tenebantur crimina nunciare.7.*
3 *Crimina vndecunque clarverint, sunt punienda.*
4 *Magistri iurati officium quod sit, & quid ad eum pertineat.9.*
5 *Magistri iurati officium an possint barones in eorum terris exercere.*
7 *Curiosi & stationarii qui dicantur.*
8 *Baro in terris suis an fungatur vice defensoris, vel præsidis 11.*
10 *Magister iuratus an debeat homines vt filios tractare.*
12 *Defensores ciuitatum de quibus possint cognoscere.*
13 *Baiulus. A sententiis baiulorum ad quem possit appellari.*
14 *Appellari an possit a sententiis baiulorum ad capitaneum baronis.*
15 *Magister iuratus, qui tenetur denunciare crimina, si habebat quatuor dies ad denunciandum, & fuit remotus, quis debeat denunciare.*
16 *Denunciare se an teneatur magister iuratus.*
17 *Denunciare an teneatur maleficia impunibilia.*
18 *Fama an excuset a falsa accusatione.*
19 *Denuncians maleficium si non est motus iustis rationibus an puniatur.*

DE OFFICIO MAGISTRI iurati.

VT COMITES ET BARONES IN EORUM terris officium magistri iurati per eos & eorum officiales exercere valeant. Rubrica.

ROBERTVS &c. TALI COMMVNItati vel baroni. CAP. CCLIX.

1 AD quietem.† publicam & crimina nuncianda superiori potestati per ciuitates & loca antiquitatis discreta prouisio curiosos, &
2 stationarios ordinauit.† In quorum vice moderna nouitas magistri iurati subrogauit officium, naturam obtinēs officialium eorundem, qui ex communis interpretationis obtentu in terris demanii regii tantum eligitur, & per regalis curiæ suffragium approbatur.
3 †Sed quia crimina punienda sunt, vndecunque cla-
4 ruerint. † Et ad magistri iurati prædicti spectat officium superioribus nunciare crimina, & ad ipsos mittere conuictos reos, in terris baronum ipsos, vel eorum officia sine officii titulo ipsius effectum cō-
5 sueuerunt realiter obtinere. † Sed quia petiisti tibi pro cautela concedi, vt in castris & terris tuis idem magistri iurati officium effectualiter per te, & officiales tuos exercere valeas, ipsius officii titulo non expresso, tuis supplicationibus īclinati, ꝓ vtilitate communi, tuique cautelæ præsidio, dummodo per te, & officiales tuos fideliter ac solerter exerceas, plenam tibi de hoc auctoritate præsentium concedimus potestatem, vnde reipublicę, cuius interest punire scelera, salutis medela proueniat, & tuo statui cautela securitatis accedat.

AD quietem, hoc c. sumptum est ex l. quicunque residentibus. C. de episc. & cler. ¶ In tex. ibi (curioso.)
7 †Qui dicuntur curiosi, & qui stationarii, vide notata in l. 3. §. qui stationis. ff. de re mili. & C. de curia. & cohar. l. 1. lib. 12. ¶ In text. ibi (naturam.) † Natura verò ipsius officii est crimina nunciandi & sibi probationis necessitatem incumbere, vt d. l. 1. Et hoc verum, quando nunciat occulta, secus quando notoria, vt l. ea quidem. C. de accusa. & l. diuus. ff. de custo. reo. Item dic necessitatem, videlicet duntaxat exhibitis 2. q. 7. c. quapropter. ¶ In tex. ibi (pro caute-
8 la) nam hoc poterat. † Cum enim baro fungatur vice defensoris in terris suis, & defensor in ciuitate sua suppleat vicem præsidis, vt in §. deinde. in aucten. de defen. ciui. & §. nos igitur. sicut posset defensor hoc facere absente præside l. defensores. C. de defen. ciui. ita ipse baro.

Sebastianus de Neapol.

ADDITIO.

9 AD quietem. Ad materiam huius c. † & de officio magistri iurati, vide in cap. circunspecta. quod non reperitur impressum, & ibi Seba. de Neap. vbi ponitur de excubiis faciendis post sonum tertiæ campanę, & contra raptores virginum, tabernarios blaspheantes Deum & beatam Virginem, & Sanctos, & contra hæreticos, bannitos, foriudicatos, lusores, & alios maleficos, & omnia denunciandum officiali. Et vide multa per Seba. supra in ca. frequens. 7. vbi ponit multas quæstiones ad hanc materiam,
10 dicit etiam Seb. in d. ca. circumspecta. in fine† quòd magister iuratus debet tractare homines suę ciuitatis vt filios, & vicem parentis exhibere plebi, & rusticos tueri, vt non patiatur illos affligi insolentiis officialium & aliis, de quibus in l. in defensoribus. C. de defen. ciui. ¶ Item inquan-
11 tum Seba. hic dicit, † ꝙ baro fungitur vice defensoris in terris suis, hoc dictum non videtur de iure verum, † quia defensores ciuitatum, vel locorum, & magistratus municipales sunt infirmi iudices, & non possunt cognoscere vltra summam tercentum solidorum, vt in aucten. de defen. ciui. §. audient, & non possunt cognoscere nisi de paruis, & non habent merū imperium, vt dicit Spec. in titu. de iur. omn. iudi. col. 2. cum ibi allegatis. Immo dicit Matt. de Affli. in constit. regni, pœnam horum, col. 8. in fi. cum seq. versi. tertiò licet, ꝙ barones, qui habent merum imperium in terris suis, ęquiparantur iustitiariis, vt ibi latius per eum & sic non videtur verum, ꝙ barones ęquiparentur defensoribus ciuitatum, nisi dicas illud dictum procedere in baronibus habentibus solum cognitionem causarum ciuilium, & hoc etiam non procedere absque dubio, cum defensores ciuitatum non possint cognoscere vltra summam trecentorum aureorum d. §. audient, & barones habētes ciuilem iurisdictionem possunt cognoscere de quacunque causa & summa pecuniaria.

ADDITIO noua. ¶ Et dicit Matth. de Afflict. in constitu. regni, magnæ curiæ nostræ col. 2. in quinto nota.
13 versi. quid autem, vbi ponit † ꝙ a sententiis baiulorum in terris demanii appellatur ad camerarium, seu secretum, seu ad iustitiarium, vt ibi per eum, & per And. & Matth. in consti. officiorum. col. 3. cum seq. & in constitu. iustitiarii per prouincias. col. 4. Et in terris baronum a sententiis baiulorum appellatur ad iustitiarium, vt dicit And. in d. constitu. iustitiarii per prouincias, & Matth. in d. constitu. magnæ curiæ: vbi dicit, quòd hodie barones, qui sunt iustitiarii in terris eorum ex priuilegiis cognoscunt de appellationibus a sententiis baiulorum, & ipsi barones puniunt baiulos delinquentes per istud ca. ad quietem. Neapoli verò seruatur, ꝙ a sentētiis baiulorum appellatur ad magistros rationa-

rationales regiæ ficlæ, & ab illis ad cameram summariæ.
14 ¶ Sed vidi dubitari, † an a sententiis baiulorum in terris baronum possit appellari ad Capitaneum baronis, qui videtur repræsentare baronem? Dic quod non: quia appellatur ad baronem, qui dedit, seu ordinauit baiulum, l. 1. ff. quis & a quo appell. & videtur de mente And. & Matth. in d. constit. officiorum, & si baro non habet secundas causas, esset maius dubium: quia ab oppressionibus & grauaminibus omnium inferiorum iudicum appellatur ad iustitiarium, vt in constit. magister iustitiarius, & a sententiis latis per officiales comitum, & baronum debet appellari ad Magnam Curiam Vicariæ, vt dicit Matth. in constit. capitaneorum. columna 4. in quinto notab. versic. item quæro, & hoc quando non habent secundas causas ex priuilegio: quia tunc appellaretur ad baronem, qui eum dedit, vt dictum est. ¶ Circa illud, quod dicit hic Sebast. ꝙ magi-
15 ster iuratus tenetur crimina denunciare. † Pone, ꝙ iste magister iuratus, seu sindicus habebat quatuor dies ad denunciandum, & interim fuit remotus, an succedens in officio teneatur denunciare, vide Bald. in rubr. extra de constitut. columna 3. in fi. cum sequ. vbi dicit, ꝙ si primus est mortuus, nullus tenetur denunciare, sed si viuit primus, tene-
16 tur denunciare, & non secundus, vt ibi per eum. ¶ † Quid, si ex forma statuti sindicus tenetur denunciare maleficia, prout tenetur magister iuratus ex dispositione huius cap. & communis opinio est, ꝙ ipse sindicus commisit maleficium, vt teneatur denunciare se ipsum. Vide latè per Alexan. in l. cum quidam. §. quod dicitur. columna penul. ff. de acquir. hæred. vbi videtur tenere. ꝙ non teneatur denunciare seipsum. Et ibi etiam ponit, ꝙ si esset communis opinio, quod Titius commiserat delictum, & ipse sciebat, ꝙ
17 in veritate non deliquerat, non tenetur denunciare. † Ponit etiam Alexan. vbi supra, ꝙ talis sindicus tenetur denunciare maleficia etiam impunibilia, allegat Bart. in l. si quis
18 in graui. §. si maritus. ff. ad Sille. ¶ † Item est sciendum, ꝙ licet alias fama excuset a falsa accusatione, tamen fallit, quando accusatio fuisset instituta ad alterius instantiam: quia tunc fama, seu communis opinio non excusat, vt per Bald. in l. qui non probasse. C. de calumn. Alex. in d. l. cum quidam. §. quod dicitur. col. 1. Similiter fallit, quando talis accusatio esset instituta de eo, quod pendet a facto pro-
19 prio ipsius accusatoris, vt per eosdem in dictis locis. ¶ † Aduerte etiam, quòd talis sindicus, seu magister iuratus denuncians maleficium non motus iustis rationibus puniri debet, vt per Bart. & Alexan. in d. §. quod dicitur. colum. 1.

Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Fama vulgaris attendi an debeat.*
2 *Forma procedendi contra officiales in sindicatu. 6.*
3 *Officialis pecuniam fiscalem subtrahens qualiter puniatur.*
4 *Officialis, qui pecuniam a priuatis exegit, qualiter teneatur. 9.*
Probationum facultas an sit angustanda. 18.
5 *Probatio de his, quæ clam & occultè fiunt, an difficulter haberi possit, ibid.*
7 *Copia nominum, & dictorum an debeat dari officiali in sindicatu.*
Officialis an & quando possit condemnari de extortis, & quæ probationes requirantur, ibidem.
8 *Officialis, contra quem apparent indicia, an debeat se purgare per sacramentum.*
10 *Malitiis hominum an sit indulgendum.*
Pœnæ contra maleficos an sint differendæ, ibid.
11 *Appellare an possit officialis in sindicatu, vel supplicare. 2.*
Supplicatio an impediat executionem, ibid.
12 *Vulgus an imponat nomina rebus.*
13 *Ciuitas quælibet habet suum loquendi modum.*
14 *Concutere quid sit.*
15 *Negocii appellatione an sit verbum generale.*
16 *Testis, qui alias repellitur, an admittatur propter dilatandam facultatem probandi.*
17 *Adulterium an probetur per præsumptionem violentam cum fama.*
19 *Inimici an repellantur a testimonio, & mentiri præsumantur. 26.*
20 *Testis, qui non debet admitti, an habeatur, ac si non esset inductus.*
21 *Testis an esse valeat inhonesta persona.*
Honestas an requiratur in teste, ibid.
22 *Iuramento conquerentis & furtum passi an stetur.*
23 *Officialis quando inquiritur in sindicatu de baractaria, & extorsionibus, quæ debent considerari circa probationes.*
24 *Probationes in sindicatu quæ requirantur.*
25 *Capitulum, vulgaris famæ proloquium, an hodie seruetur.*
Beneplacitum an extinguatur morte, ibid.
Officialis pro corruptela qualiter puniatur, ibid.
26 *Inimicus vt repellatur a testimonio, an debeat esse capitalis.*
27 *Inimici capitalis dictum, an faciat indicium ad torturam.*
Testis inimicus an torqueatur, vt ei credatur, ibid.
28 *Testis inimicus an repellatur etiam in criminibus exceptis.*
29 *Testis vnus de visu vt faciat indicium, an debeat esse omni exceptione maior. 39.*
30 *Testes repulsi an faciant indicium ad torturam. num. 40. & 41.*
Testis inimicus non capitalis an faciat indicium, ibidem.
31 *Testes infames si non sunt habiles ad condemnationem, an sufficiant ad inquirendum.*
32 *Testium numerus an suppleat defectum. 38.*
33 *Testes duo non integri an habeantur loco vnius.*
34 *Quæ non prosunt singula, multa iuuant.*
35 *Probationes diuersi generis, an coniungantur in criminalibus.*
36 *Testes repulsati an habeantur, ac si non essent examinati.*
38 *Testes criminosi an admittantur, quando veritas aliter haberi non potest.*
43 *Testes duo an sufficiant.*
44 *Testis vnus vt faciat semiplenam probationem an debeat esse omni exceptione maior.*
45 *Testes duo non omni exceptione maiores an habeantur loco vnius.*
46 *Testes duo domestici, & vnus inimicus an faciant semiplenam probationem.*
47 *Testibus credere an sit in arbitrio iudicis.*
48 *Testes omni exceptione maiores qui dicantur.*
49 *Testis vnius dictum an suppleatur per alium.*
50 *Malitiis hominum an sit indulgendum.*
51 *Malè meritus pœnam, an præmium debeat reportare.*

DE

DE SINDICATV OFFICIALIUM. Rubrica.

ROBERTVS &c. VNIVERSIS &c. CAP. CCLX.

1 VVLGARIS † famæ proloquiũ,
nostrorumq; fidelium murmur,
& strepitus, clamosaque insinua
tio in auribus continua frequen
tius processus illicitos officialiũ
regni nostri Siciliæ, immo po-
tius excessus informes, quodam notorio diuulgan
te, nuper moribus nostris rationabiliter suaserunt,
vt de his diligens indagatio procederet, quæ & si
generaliter vobis sit commissa per nos, de specialis
tamen conscientiæ nostræ gremio, sicut specialiter
contra iniqua patrantes cum exacta deliberatione
processit, hoc attento precipuè, quòd prædictis op
pressis, fatigatisque non modicum, tenuioribus, &
debilibus maximè, sine onere laboris, & sumptus,
prosequutionisq; periculo remediũ nostrę proui-
sionis assistere, & pœnas ob maleficia solui, ꝙ ma-
gna suadet ratio, eueniret. Vt igitur circa pecunia
riam condemnationem officialium eorundem pro
pter subitationum anfractus, qui posset in hoc no-
bis materiam difficultatis afferre, cautius procede
2 re valeatis. ¶ † Ecce modus & forma, quã in his
obseruare vos volumus, & tenere, pręsentibus an-
3 nectuntur. ¶ † Si officialis fiscalem pecuniam sur-
ripuerit, seu subtraxerit, nonuplum fisco nostro
componat, arbitrio tamen nostro eius minoratio-
4 ne seruata. † Si autem a priuatis superexegerit illi-
citè, si violenter, quadruplum, non accedente vio
lentia, duplum, tamen in omni casu simplex fiat re
stitutio læso. Si verò recipiat a sponte soluente, si
præcedat concussio, plectetur quadruplo, de quo
simplum concusso reddatur, vt in hoc casu hæc pe
cuniaria coerctio, quæ ex faciliori exactione plus
exemplum timoris adducit, ex certa nostra sciẽtia
loco extraordinariæ coerctionis accedat. Concus-
sione verò cessante, vbi datum fuerit pro faciendo,
vel non faciendo negocio, triplum fiscus noster ac
cipiat, parti hoc articulo simpli restitutione nega-
ta. Nisi pro redemptione sui sanguinis fuerit facta
solutio, vbi restitutionem simpli fieri rationabilis
5 çquitas persuadet. † Et quia probationum non est
angustanda facultas, maximè vt crimina clareant,
& ea quæ fiunt, consueueruntque fieri clanculo
vulgarem probationem, & lucida communiter ha-
bere non possunt, propter eorum tamen crassantiã
illa puniri expedit, vt sit locus exemplo. ¶ Circa in-
dagationem excessuum hæc forma vobis describi-
6 tur. † Quòd de fama prius officialium inquiratur,
post quod, siquidem per duos, aut tres testes con-
ditionis electæ huiusmodi probetur excessus. Si
7 bonæ famæ fuerit. † Data sibi copia nominum te-
stium, & dictorum, si non aliquid rationabile, &
inductiuum pro eius absolutione probauerit, sed
solum frustratorias dilationes opponat, ad cõdem-
nationem procedatis ipsius. Si verò fuerit malę fa-
mæ repertus, nulla sibi inquisitionis copia præsti-
ta condemnetur. ¶ Vt tamen circumspectio vestra
attentè prouideat, inuestiget, & diligenter inqui-
ras, nec inimici ex probabilibus causis per vos ad-
mittantur in testes. Et si fortè per errorem, vel igno
rantiam recepti fuerint, ex ipsorum testium testi-
monio nulla condemnatio subsequatur. Et breui-
ter sic vos in hoc circumspectè, & attentè ex officio
vestro procedere volumus, tam in personis testiũ,
quàm in omnibus circunstantiis aliis. Et speciali-
ter quid sit zelus deferentis, vel instruentis inqui-
sitionem, aut quæ causa ipsum ad deferendum, vel
instruendum induxit, vt omnibus ex officio ipso
suppletis, ei, contra quem inquiritur, ignorantia
nocere nõ possit. Si verò per vnum testem tantum-
modo bonæ opinionis, & vitæ contra delatũ pro-
betur, & deferens, aut inquisitionem instruens ei-
dem delato dedisse se iurer, maximè si data quanti-
tas non sit magna, & dans sit honesta persona, in-
dubitanter sequi condemnatio poterit. Sed vbi per
testem, aut testes nulla potest de datione pecuniæ,
vel alterius speciei interuenire probatio. Si delatus
sit malæ famæ compertus, & aliqua contra eũ mo-
uentia rationabiliter, seu præsumptiuè probetur, vt
pote, dantis captio, & absolutio sine causa, vel tra-
ctatus, seu pactiones cum officiali habitæ pro libe
ratione, vel condemnationis cessatione concussi,
vel quòd fama probetur, concussum, seu impressio
ne vexatum, captum illicitè, & calumniosè pro re-
demptionis commercio fatigatum, vel quòd res cõ
cussi, aut reddentis, vt pote, equus, fundus, & his si
milia inueniantur visibiliter apud ipsum, vel quòd
aliæ verisimiles contra eum coniecturæ probẽtur,
quas potestis ex motu vestro prudenter & distinctè
colligere, cum non possit præsens declaratio expli
care, maximè vbi est honesta persona, qui dedisse se
dicit, & res, vel quantitas non est magna, per sacra-
mentum dantis poterit vestra religio condemnare.
At si officialis fuerit bonę famæ & approbatæ opi-
nionis inuentus, quantumcunque probentur præ-
sumptiones, vel indicia contra eum, præcipuè, vbi
deferens. vel inquisitionem instruens leuis compe
ritur esse persona, ad condemnationem partis non
sufficiat sacramentum. Sed si fortè deferens & in-
quisitionem instruens sit honesta, & approbata ꝑ-
sona, & contra delatum violenta probentur indi-
cia, quantumcunque sit bonæ famæ repertus, ma-
ximè vbi res, quæ data dicitur, non est magna, dela
8 tus proculdubio condemnatione plectetur. † Vbi-
cunque autem propter defectum probationis, vt
præscribitur, cõdemnatio interuenire non potest,
arguitur tamen de corruptela delatus, probatis in-
diciis contra eum, vel sacramento partis præstito,
se per iurisiurandi religionem purgare debebit. Et
9 † quia non est indulgẽdum malitiis hominum, nec
differendæ sunt pœnæ contra maleficos, qui imme
mores salutis ęternæ fideles nostros guerrarum tur
binibus, bellorum dissidiis fatigatos admodum, &
multis impulsionibus tempestatis oppressos, cõtra
Deum, apertam iustitiam, sacramẽtum per eos prę-
stitum maiestatem nostram per eorum excessus, in

fide

fide ſinceres ad deuium deducendo, licentia laxa-
ta criminibus excogitatis afflixerunt moleſtiis, &
10 angariauerũt præſſuris. † His nefandis officialibus
taliter condemnatis tollimus ex certa noſtra ſcien-
tia appellationis remedium, ſupplicationis tantũ
eis refugium reſeruamus. Ita quòd ipſa ſupplicatio
non ſuſpendat exequutionis effectum, niſi quouſq;
fuerit noſtro conſpectui præſentata. Huius autem
noſtræ ordinationis edictum, quod pro exacerban
dis pœnis eorundem officialium, & ipſorum punië
dis flag tiis plenis dolis & homicidiis periculis, &
in conſuetudinem propter defectum impunitatis
adductis conſultè fecimus rationabilis conſilii te-
nore perpenſo, vſque ad noſtrum beneplacitum tẽ
poraliter præuidimus duraturum. Vt cum mor-
bi cauſa ceſſauerit, deſinere poſſit langoris afflictio
ſicque lex ex cauſa ſtatuatur in tempore, quòd eius
aſperitas delinquendi conſuetudinem auferens
purgationem criminum faciat, & ſi res exegerit, in
nullo gratiam amabilitatis admittat. Data Neapoli
per Bartholomęum de Capua. Anno Domini.
MCCCXXVI. Die 3. Februarii 1. indictionis.
Regnorum noſtrorum anno 9.

11 VVLGARIS famæ proloquium. † Nota, quòd
12 vulgus imponit nomina rebus, vnde eſt, ꝙ † quæli-
bet ciuitas habet ſuum loquendi modum l. Labeo. §. 1. ff.
de ſuppel. lex. ff. de leg. 3. l. legatis. §. fi. & extra de iniur. c. 1.
lib. 6. ſunt enim quædam verba vulgaria. ff. de variis cogni.
l. 1. §. medicos. quæ loquendi vſus effudit. C. de lega. l. in le-
gatis per regiones, in auctẽn, de mand. prin. §. coges & vul
gi conſuetudine. C. de tabul. l. vltima. lib. 10. ¶ In text. ibi
(non eueniret) vt ff. de pecul. lega. l. bona fides & ff. de fide
13 iuſſ. l. ſi a reo. §. fin. in tex. ibi (præcedat concusſio.) † Con.
currere eſt aliquid dignitatis ratione præmere, not. in l. 1.
ff. de concusſio. vel concurrere eſt aliquid per oppresſionẽ
minaſque exigere 33. q. 1. paratus, ad fin. ¶ In tex. ibi (vel
14 non faciendo negotio † quod eſt verbum generale, vnde
etiam cauſæ criminales negotii appellatione continen-
tur. C. de dignitati. l. quoties. lib. 12. ¶ In tex. ibi (reſtitutio-
ne negata &c.) ad hoc eſt. ff. de condi. ob turp. cau. l. 2. §. 1.
& C. de pęn. iud. qui malè iudi. l. 2. ¶ In text. ibi (æquitas
perſuadet) ad hoc. ff. de bo. eo. qui ante tẽp. mor. ſibi cõſci.
15 l. 1. ¶ In text. ibi † probationum facultas non eſt angu-
16 ſtanda, ut l. quoniam in fi. C. de hære. † vnde propter ipſam
dilatandam teſtis, qui aliàs repelleretur admittitur. ff. de te
ſti. l. ſerui 14. q. 2. quamquàm. extra de iureiur. c. & ſi Chri-
ſtus. in fi. ¶ In tex. ibi (habere non poſſunt &c.) facit. C.
de repud. l. conſenſu. §. ſeruus. cum concor. 14. q. 1. dixit. &
in auctẽn. vt liceat matri & auię. §. hoc quoque. & §. quia
verò. per quæ iura dicit Imo. extra de teſtib. capi. præterea.
17 † Speciale ſecundùm quoſdam eſſe in crimine adulterii, vt
per præſumptionem violentam cum fama probetur. ¶ In
text. ibi (ne inimici ex probabilibus cauſis admittantur in
18 teſtes &c.) † Nam inimici de facili mentiuntur. ff. de quæ-
ſtio. l. 1. §. præterea, & facit 5. q. 5. qui ambulat. potisſime cõ
tra iudices, qui ſi delicta puniant, & tributa uehementer
exigant, plurimo habentur odio a ſubiectis, vt in auctẽn. vt
iudi. ſine quoquo ſuffra. §. illud, ad idem extra de accuſa. c.
qualiter & quando. lo 2. §. licet. vbi patet, idem eſſe in omni
qui vindictam iuris exequitur, & ideo hic nimis fuit rigor.
¶ In tex. ibi (ex ipſorum reſtium teſtimonio &c.). ſ. inimi-
19 corum † Nam teſtis, qui non debet admitti, perinde haben
dus eſt, ac ſi non eſſet inductus, vt in conſti. contra comi.
& baro. proſequentes. ¶ In text. ibi (& dans ſit honeſta
20 perſona) hic non repetas maximè. † Nam inhoneſta per-
ſona etiam in aliena cauſa non eſt admittenda in teſtem,
vt extra de teſtib. capitulo in literis. & extra de probatio. ca
21 pit. licet. † Sed honeſta requiritur in teſte. ff. de ędil. edi. l.
quæro. §. vltimo, & de fidei. lib. l. ſi pater. §. vltimo, in princ.
& in l. 3. in prin. & §. lege iulia. ff. de teſti. ¶ In tex. ibi (per
ſacramentum dantis &c.) facit in auctẽn. de colla. §. ſuper
22 hoc. vbi patet † quòd ſtatur ſacramento conquerentis &
furtum paſſi a magiſtratu, qui fugerat a loco, in quo gesſit
officium ſindicationis tempore non impleto & idem not.
in auctẽn vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. necesſitatem. ¶ In
tex. ibi (purgare debebit &c.) vide ſupra ca. item quod in
omni, nume. 46. in rub. ꝙ ſtetur ſacramento officialis &c.
cum concor. ibi. Lucas de Penna.

ADDITIO.

23 VVLGARIS famæ proloquium. † Nota ex
iſto capi. quòd quando contra officialem in
ſindicatu inquiritur & proceditur de barat-
taria & extorſionibus, circa probationem de
bet conſiderari & diſtingui qualitas officia-
lis ac fama, & etiam fama & conditio eius, qui dicitur de-
diſſe aliquid officiali, & inditia, quæ eſſent contra officialẽ,
qui dicitur aliquid accepiſſe, vt hic vides, & Paris in loco
24 proximè allegando. ¶ † Quæ autem probationes requiran
tur in ſindicatu officialium, vide Pari. in trac. ſind. in verbo
probatio. §. contra officiales. per totum, & ibi in columna
2. facit mentionem de iſto capi. noſtro, vt ibi latius per eũ,
& per eundem in verbo barattaria. & Matth. in conſtitu. re
25 gni, corruptelæ. ¶ † Dubitatur etiam, an iſtud capitu. ho
die ſeruetur, an verò ſit expiratum, ex quo fuit factum ad
beneplacitum Regis Roberti, vt hic in fin. dicitur, ꝙ per
eius mortem fuit extinctum capitu. ſi gratiosè. extra de re-
ſcri. in 6. Bar. in l. centeſimis. ff. de verbo. obliga. Bald. in l. 1.
C. de poſtu. cum ſimi. Et licet iſtud capit. dicatur finitum &
extinctum extincto beneplacito, tamen in regno fuit ſem-
per obſeruatum, & habet magnam rationem, & eſt quaſi
iuri communi conforme, & incorporatum in libro capitu
lorum, & eſt in viridi obſeruantia, & communiter pro le-
ge ſeruatur, ita tenet Pari. in d. trac. ſindi. in verbo probatio.
§. contra officiales. col. 2. & Pari. in d. trac. in verbo corru-
ptio, col. 1. & Par. in d. tra. in verbo teſtis. §. fi. col. pen. & fin.
ADDITIO noua. Adducitur etiam: quia iſta ca-
pitula fuerunt confirmata per Reginam Ioannam, vt in
capit. item quòd prædicti, infra 288. Et ad prædicta vide
Thom. Gramma. conſi. 35. in cauſa magnifici. numero 53.
cum aliis ſequen. vbi etiam ponit, quæ pœna imponatur
contra officialem pro corruptela de iure communi, & quę
per conſtitu. regni, & quæ ſit pœna per iſtud capitu. Et quę
probationes requirantur in crimine corruptelæ. Et an ſuffi
ciat, ſi ſit promiſſa pecunia, & quando liberatur fideiuſſo-
ribus, de omnibus vide Thom. Gramma. vbi ſupra. Et quid
quando ob corruptelam cõdemnaſſet innocentem, vel ab-
ſoluiſſet nocentem, tunc imponitur pœna deportationis l.
lex iulia. §. fin. ff. ad leg. iul. repe. de cuius legis materia vide
Felyn. in capi. dilecti. columna 7. numero 12. de exceptio.
Hippo. in l. 1. §. diuus columna 2. in fi. verſicu. & facit etiã.
ff. ad leg. Corn. de ſica. Thom. Gramma. deciſio. 99. & in d.
conſi. 35. numero 54. Pari. in trac. ſindi. in verbo condem-
natio, maximè in §. quidam iudex. Et an in crimine corru-
ptelæ habeat locum tortura, vide Thom. Gramma. d. con-
26 ſilio 35. ¶ Circa aliud, quod tangitur in iſto capitu. † An
posſit appellari a ſententia ſindicatorum, vltra iſtum text.
vide regiam pragma. quæ incipit, regiæ dignitati. circa fin,
& Par. in trac. ſindi. in verbo appellatio, columna 5. cum ſe
quen. & vide, quæ dixi ſupra in cap. item ſtatuimus 132. cũ
concordan. ibi. ¶ In text. ibi (ne inimici ex probabilibus
27 cauſis &c.) † Nota, quòd inimicus repellitur, a teſtimo-
nio, & non ſtatur dicto inimici, quia inimici de facili men
tiuntur l. 1. §. præterea. ff. de quæſtio. & ibi Hippo. & alii, &
Lucas de Penna hic, facit tex. in capitu. repellantur. & in ca
pitu. cum P. & in capi. cum oporteat. & in ca. meminimus.
extra

extra de accuf.& in dictis locis per Fran.Are.& alios,& ha
betur in c.fi teftes.4.q.3. & in l. liberi. C.de inofti. tefta. Et
amplia prædicta multis modis,vt per Hippo.vbi fupra.

ADDITIO noua. Et vide glo.in c.illi qui.5.q.6.vbi
ponit,quòd inimici & infideles non admittũtur iu teftem.
¶ An autem teftis inimicus debeat torqueri, vt admittatur
in teftem,vide glo.fi.in d.c.illi qui.& ibi Præp.qui tenet cõ-
tra glo.ibi,quòd non torqueatur,fed ei non creditur.¶ † Et
28 intellige prædicta de inimico capitali,vt per Inno.in d. c.
cum oporteat.& Saly.in auten.fi vero dicatur.C.de tefti. &
Hippo.in d.§.præterea.col.2.verfi.& fcias. cum concor.in
29 dictis locis.† Et in tantum prædicta funt vera, quòd dictũ
inimici capitalis non facit indicium ad torturam. l. mari-
tus.& ibi Bar.ff.de quæftio. Bal.conf.138.vnius teftimonio.
3.vol.Hippo.confi.20.maturè igitur.col.6.nu.24. & in l.1.
§.præterea.col.fi.ff.de quæftio.& Bald.in l.teftium.in prin.
30 ff.de tefti.¶ † Quinimmo inimicus capitalis non folùm in
caufa homicidii repellitur , fed etiam in criminibus exce-
ptis,vt in crimine hærefis,læfæ maieftatis,& fymoniæ cap.
per tuas,extra de fymo.Bart.in l.in quæftionibus. ff.ad leg.
iul.maie.Spe.in tit.de accufatione,§.1.in fi. Lud. Ro.in l.fi
verò.§.de viro.ff.fol.mat.Hip.d con.20.col. 6. & in d.l.1.§.
prçterea.col.1.ff.de quçft.& confilio 65.nume. xx. Thom.
Gram.confi.iii.nu.xiii.cum feq.& D.Aymo.confi.9 col.2.
& Fran.de Are.c.teftimonium.col.6.verfi. fecundò limita-
tur,extra de tefti.vbi plus dicit,quòd in crimine læfæ maie
ftatis, quando tales criminofi & fimiles recipiuntur , non
admittuntur,fine tormentis,vt ibi per eum,& faciunt dicta
per Bar.in l.ex libero.§.1. ff. de quæftio. An autem dictum
inimici non capitalis faciat indicium , ponit Hyppo. in d.
l.1.§.præterea.col.fi. ff. de queftio. vbi dicit effe arbitrariũ.
31 ¶ † Sed iuxta prædicta quæro, vnus teftis de vifu ad hoc vt
faciat indicium ad torturam , debet effe omni exceptione
maior,vt per doct.in l.fi.ff.de quæftio.& l.vnius §. teftes &
l.maritus.eo.titu.Alexan.confi.11. circa primum.col. 1. 1.
vol.& Hipp.confi.88.in caufa inquifitionis. col. pen. cum
concor.ibi.Et inimicus,vel aliter infamis & repulfatus nõ
dicitur integer teftis,ita quòd non facit indicium ad tortu-
32 ram,vt proximè dictum eft.† Pone modò, quòd funt duo,
vel plures teftes inimici capitales,vel aliter non admitten-
di,an faciant indicium fufficens ad torturam.ifta eft dubia
& quotidiana quæftio. Et pro parte affirmatiua, quòd te-
ftes repulfati,& non integri licet non fufficiant ad cõdem-
nationem,faciunt tamen indicium ad torturam,hoc tenet
Felyn. in terminis in c.cum dilecti. col.9.extra de accuf.&
Tho.Gram.confi. 22.in caufa mota.col.pen.verfi. nunc au
tem.nu.14.allegat Bal.in l.cunctos populos.co.5.in fi.ver.
fed eft alia infamia.C.de fum.tri.& ibi hoc tenet Old.& Sa
ly.in fi.& tenet Lud.Ro.confi.4.fi quædam mulier,& tenet
Paris in tra.findi.in verbo teftes.§.fui femel rogatus.col.3.
circa medium,num.16.& tangit idem Par.in verbo tortu-
ra.§.an teftes reprobari.hoc etiam tenet Alb.Maleta in tra.
de tefti.§.fupereft, in rubricella quando teftes repelluntur
ratione domefticitatis.col.5.verfi.aliud remedium. vbi po-
nit,quòd quidam furore ductus in carcere interfecit famu
lum:& quia per carceratos alios non potuit probari crimẽ
quia non erant idonei teftes,& fic condemnari nõ poterat,
dicit ibi,quòd poterat tamen poni ad torturam , vt ibi per
eum. Idem tenet in eo.tra.in §.confequenter.in rubricella,
quando teftes repelluntur ratione criminis , vel infamiæ,
33 col.3.in fi.verfi.fubiicit tamen. vbi dicit † quòd licet infa-
mes infamia iuris,vel facti nõ fint habiles in criminalibus
pro fententia proferenda,erunt tamen habiles quantũ ad
inftructionem & inquifitionem formandam,& fic quantũ
ad tormenta,vt ibi per eum,faciunt,quæ dicit Hippo. fing.
34 198.teftis qui non debet. ¶ † Pro ifta etiam parte adduci-
tur,quia numerus teftium fupplet defectum perfonarum,
vt tenet glo.Ray.& ibi Iacob. Butri.in l.3.§.1.ff. de tefti.&
Nic.de Neap.in l.excufantur.in prin.ff.de excuf.tuto.Alex.
confi.57.in caufa & lite.col.6.num.14. tertio vol.& confi.
119.nu.5.& confi.177.nu.5.& confi.181.nu.7.eo.vol.cum
concor.& Ang.conf.1.vifis fupradictis.& Bal.in l.fi quis ex
argentariis.§.1.ff.de eden. Fran.Cur.in trac.de tefti. in pri-
ma conclufione,cum concor.in dictis locis.Et dicit Bal.in
c.1.in verbo inftrumentum. de notis feu. quòd vnus teftis
35 fuffragatur alteri, & alter alteri.¶ † Pro hoc etiam adduci-
tur: quia duo teftes non integri, & non omni exceptione
maiores faltim habentur loco vnius teftis , vt dicit Imo.in
l.qui teftamento.in prin. de tefta. vbi refert Iaco. Butri. ita
tenere,& tenet Lau.Calca.confi.109.quia caufa.col.ii.ver.
36 prçterea duo. ¶ † Adducitur etiam illud,quod dicitur,quç
non profunt fingula , multa iuuant.ca. cum caufam. cum
ibi nota.extra de proba. refert Alexã. confi.x.fentio in du-
bium.in prin.iiii.vol. & Fely. in rub.extra de proba.col.ii.
fic ergo ad propofitum, licet unus teftis de vifu repulfatus
non fufficeret ad torturam,fi tamen funt plures de uifu li-
cet repulfati, faciunt indicium ad torturam per fupra alle
gata.Ad prçdicta etiam adducitur,quod dicit Iaf.in repe.
l.admonendi.col.99. num.257.verfi. & propterea iufta.ff.
37 de iureiu.vbi dicit † ꝙ licet in criminalibus teftes & pro-
bationes diuerfi generis non coniungantur quantum ad
faciendam plenam probationem , vt ibi per eum, & per
Alex.d.confi.x.quarto uol.& Fel.in d. rub. extra de proba.
col.2.Tamen bene fufficiunt quò ad faciendum indicium
ad torturam,vt dicit Iaf.vbi fupra,allegat Saly. in l.ea qui
dem.col.penul.verfi. fed tunc oritur dubium.C.de accufa.
Quod tamen intelligitur, quando vnaquçque femiplena
probatio effet in fua fpetie perfecta,vt ibi per Iaf.& Alexã.
in d.confi.Et fic concluditur, ꝙ plures teftes licet repulfa-
ti,licet non fufficiant ad condemnationem , fufficiunt ta-
38 men ad indicium ad torquendum . ¶ † Contrariam opin.ꝙ
teftes repulfati non faciant indicium ad torturam, licet
fint plures, adducitur, quia teftis repulfatus,contra quem
fuit facta proteftatio de repulfando , examinatus nullum
facit indicium,fed perinde habetur,ac fi nunquam fuiffet
examinatus.§.fi verò dicatur.in prin.in aucten.de tefti.vbi
videtur cafus de hoc,ita tenet in terminis Fran. de Are.in
c.ex parte.A.col.6.verfi.tu autem,num.21. extra de teftib.
& tangit in c.teftimonium.col.6.verfi.tu autem ibi,& hoc
ego crederem,eo.titu.idem tenet And.de Ifer.in conftitu.
regni,vfurariorum nequitiam,& in conftitu.peffima.& in
cap.1.qui teftes fint neceff.ad probã. nouam inueftituram.
in vfi.feu. Matth.de Affl.in confti. regni profequentes.col.
7.in vndecimo notabili,vbi dicit,quòd paria funt,nullum
teftem inducere,vel producere teftes,qui legitimè funt re
pulfati,& Decius con.cxxxiii.vifo proceffu. col.iii.in prin.
num.iiii.& Hypp.in fing.cixviii. teftis, qui non debet, col.
fi.Et hoc intellige,quando fuit facta proteftatio contra te-
ftes,aliàs eius perfona videtur approbata , vt dicit Ang. in
d.§.fi verò dicatur.in aucten.de tefti.Fran.Are.vbi fupra,&
Hippo.in d.fing. cum concor. ADDITIO noua . Ad
prædicta bene faciũt,quia etiam fi effemus in cafu, in quo
aliter veritas haberi non poffet, nifi per participes crimi-
nis,tamen tales criminofi non probarẽt,ita tenet And.Bar-
ba.confi.65.fapienter col.4.in 4.vol.& Soci.confi. 118.vi-
fa,col.antepen.primo vol.verfi.poftremò.Thom.Gram.cõ
fi.1.poft decifiones nu. 62. ¶ Et tenendo iftam partem re-
39 fponderi poteft ad illud,quod dicitur † quòd numerus te-
ftium fupplet defectum : quia non habet locum in caufa
graui & criminali:vt tenet Decius conf.133.col.3.& col.4.
in fi.cũ feq.1.vol.allegat Bal. in c.ad noftram.extra de pro.
vbi dicit,quòd fi effent plurimi teftes infames etiam de fa-
cto,non probant,vt d.c.licet caufam. & hoc etiam de plu-
ribus teftibus tenet Pet.de Ancha.confi.246. in caufa agi-
tata,vbi dicit, quòd qua ratione vnus teftis fingularis non
probat,fimiliter vnus infamis,vel domefticus reprobatur,
eadem,ratione,fi funt plures,omnes repellãtur . Alio mo-
do etiam refpondet Decius in d.confi. col.3. quòd tunc di
ctum vnius teftis fuppletur per alium , quando alter teftis
effet omni exceptione maior , ita quòd eius fides multum
exuberat,& tenet etiam Fran.Cur. in tra. de tefti.in prima
conclufione,& D.Aymo.confi.9.colum.2.cum fequẽ.Sed
quando

quando omnes ſunt repulſati, non poteſt dici, ꝙ ſint omni exceptione maiores, nec ineſt exuberantia fidei, ergo vnius dictum non ſuppletur per alium. Sed ad hoc poſſet reſponderi, quòd procedit reſpectu plenæ probationis, nõ autem quò ad indicium, vt dicit Iaſ. in d.l. admonendi, vt ſup. dixi. Alio etiam modo reſpondet D. Aymo in d. conſi. & Fran. Cur. vbi ſupra, ꝙ tũc procedit, quando dictum teſtis non tolleretur ex toto per repulſam, vt eſt in repulſa ex capite inimicitiæ: quia dictum inimici ex toto tollitur, ergo eius dictum non ſuppletur, vt dicit D. Aymo vbi ſup. & Fran. Cur. vbi ſup. allegat Cor. conſ. 42. col. fi. 1. vol. & conſi. 172. col. pen. nu. xxij. vol. & ſic iſta quæſtio eſt multum dubia. ¶ Quid igitur dicendum? Conclude infraſcriptos

40 caſus. † Primus caſus eſt, quãdo teſtis, qui deponit. puta de viſu, eſt ſingularis, & eſt repulſatus: & tunc quia non dicitur omni exceptione maior, nõ facit ipſe ſolus indicium ad torturam, vt per doct. in d.l. fi. de quæſtio. cum concor.

41 ſupra in prin. quæſtionis allegatis. ¶ † Secundus caſus eſt, quando ſunt plures teſtes deponentes de viſu, & ſunt repulſati ex aliquo defectu, qui nõ totaliter repellit teſtem, ſed facit, vt minus ei credatur. puta, ſi eſt repulſatus, quia eſt amicus aduerſarij, & amicitia non omnino repellit teſtem a teſtimonio, ſed minus ei creditur, vt dicit Ange. in authen. de mona. §. cogitandum, vel ſi repulſatur: quia eſt inimicus, leui tamen inimicitia, quæ non omnino repellit teſtem, ſed ei minus creditur, vt dicunt doct. in cap. cum P. Manconella, & in c. cum oporteat. extra de accuſ. cum ſimilibus, & ſimiliter quando repulſatur ex aliis cauſis, quæ non in totum repellunt a teſtimonio, ſed faciunt, vt minus credatur, & iſto caſu quando ſunt plures conteſtes de viſu, licet non ſint integri quò ad condemnationẽ, tamen faciunt indicium ad torturam, & ita procedat opi. Fely. Bal. & aliorum, qui tenent, ꝙ teſtes repulſati faciunt

42 indicium per rationes ſuperius allegatas. ¶ † Tertius caſus eſt, quando teſtes ſunt repulſati ex capite inimicitiæ grauis, & capitalis, vel conſpirationis, iuxta ca. per tuas, extra de ſymo. & iuxta ea quæ habentur in d.c. cum P. & in cap. cum oporteat. & in cap. repellantur. extra de accuſa. & doctor. in d.l. locis & iſto caſu, ex quo eorum dicta & depoſitiones ex toto tolluntur, vt d. locis & tenet D. Aymo in d. conſi. 9. col. ij. & tali caſu teſtes taliter repulſati non faciũt inditium ſufficiens ad torturam; quia inimicus ſemper præſumitur mentiri. l. 1. §. præterea. ff. de quæſt. bene facit text. in §. ſi verò quis dicat. in auth. de teſti. & ita procedat opi. And. de Iſer. & Fran. de Are. & aliorum ſupra relatorum, ſed faciunt quale quale indicium, vt dicit glo. in ca. cum I. & A. extra de ſen. & re iudi. & Par. in d. verbo tortura. §. an teſtes reprobati. & Hippo. d. ſing. 192. teſtis qui nõ debet. in princi. cum ibi allegatis, ſed depoſitiones talium inimicorum deponentium de viſu iunctæ cum aliis adminiculis facerent indicium ad torturam, vt concludit Lud. Roma. d. conſi. 251. cum ibi allegatis, & maximè ſi illi teſtes inimici aliàs eſſent bonæ vitæ & famæ per ea, quæ dicit Bar. in l. deſertorem. §. ſed ſi ex improuiſo. ff. de re mili. cum ſimilib. quæ nota: quia non inuenies forte alibi ita declarata. ADDITIO noua. Adde etiam iuxta præ-

43 dicta † ꝙ licet regulariter duo teſtes ſufficiant. l. vbi numerus. ff. de teſti. c. licet vniuerſis. ext. de teſti. quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. c. nouit ille. de iudi. Tamen teſtimonium duorũ non ſufficit indiſtinctè, ſed oportet, vt illi teſtes ſint omni exceptione maiores, probatæ vitæ & fidelis conuerſationis, vt nulla exceptione poſſint re-

44 pelli, vt dicit Abb. in d.c. licet vniuerſis. † Et dicit Bar. in l. admonendi. colum. 8. verſi. venio ad tertium. ff. de iureiur. quòd ad hoc vt vnus teſtis faciat ſemiplenam probationem, debet eſſe omni exceptione maior, ſecus ſi propter aliquod eius fides in aliquo vacillaret. puta: quia eſt conſanguineus, vel nimium amicus: quia tunc non faceret ſemiplenam probationem, vt ibi per eum, quem ſequun-

45 tur ibi doct. & Iaſ. ibi col. 67. in princi. † Et duo teſtes non omni exceptione maiores habentur loco vnius teſtis, vt dicit Imo. in l. qui teſtamento. in prin. de teſta. & refert Iaco. Butr. ita tenere, & tenet Laur. Calca. conſil. 109. quia cauſa, colum. ij. verſ. præterea duo. Immo Ang. conſi. 128. in facto proponitur. videtur velle, ꝙ duo teſtes non omni exceptione maiores non habentur loco vnius, pro quo facit, quod dicit Pet. de Ancha. conſi. 246. in cauſa agitata.

46 col. fi. verſ. ex his, vbi tenet, † quòd duo domeſtici & vnus inimicus non faciunt ſemiplenam probationem, ad prædicta facit: quia teſtes repulſati habentur, ac ſi nunquam fuiſſent examinati. And. de Iſer. in conſti. vſurariorum nequitiam, cum aliis ſupra allegatis. Et ꝙ teſtes duo nõ omni exceptione maiores non probent plenè, tenet Alexan. conſi. 131. perſpectis his. 6. volu. & Fran. Are. & Fely. in d. c. licet vniuerſis. dicunt tamen Are. & Fely. ibi, hoc eſſe in

47 arbitrio iudicis. l. 3. §. tu magis. ff. de teſti. † tamen aduerte, ꝙ licet ſit in arbitrio iudicis: nihilominus quando non ſunt integri teſtes, iudex non debet arbitrari, quòd teſtes ſufficiant, ut dicit Cor. conſil. 55. videtur in hac. in fi. 4. vol.

48 † Et teſtes dicuntur omni exceptione maiores, quãdo contra eos nulla exceptio opponi poteſt, glo. in §. item verborum. Inſtit. de inutil. ſtipu. glo. & doct. in cap. 1. de conſan.

49 & affi. † Et illud, quod dicitur, ꝙ dictum vnius teſtis ſuppletur per alium, procedit, quando alter eſſet multum fide dignus & integerrimę fidei & omni exceptione maior, aliàs ſecus, vt dicit Fran. Cur. in trac. de teſti. in prima concluſione. Item intellige, quando ille teſtis inhabilis non eſt in totum inhabilis, adeo quòd etiam non faceret iudicium: quia tali caſu ſi teſtis taliter inhabilis cõcurrit cum valdę habili, tum non probat, ita tenet Hipp. ſin. 654. memini. allegat Alexan. in l. ſæpe. col. xxj. in fi. cum ſeq. num. 71. ff. de re iudi. allegat Ang. ut ibi per eum. Ad ſupradicta uide quæ latè dicit Iaſ. in l. prætor. ait. §. cogentur. colum. 2. cum ſeq. ff. de eden. & Alex. conſi. 120. viſo puncto. num. xxiij. 4. volu. & Franc. Cur. in d. trac. de teſti. in prima con-

50 clu. ¶ Vltimo nota ex iſto tex. in verſ. (& quia,) † ꝙ maliciis hominum non eſt indulgendum, nec malitia debet remanere impunita. l. ſi longius. §. ſi filius. & ibi Barto. ff. de iudi. nec eſt aperienda via maliciis hominum, ſed potius obuiandum. l. cum hi. §. ſed cum lis. ff. de tranſac. l. in fundo. de rei vendi. Specu. in titu. de off. omn. iud. §. 6. verſi. fi. quippe criminoſum non dignitas, ſed pęna debet comitari. C.

51 de decu. l. ne quis. † Et malè meritus publicam pœnam nõ præmium conſequi debet, vt ſit aliis exemplo ad maleficia deterrenda, vt ff. depoſi. l. bona fides, & Azo in ſum. C. de infami. lib. 10. Ioan. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Alienata res an tranſeat cum ſua cauſa.*

2 *Frater primogenitus alienando feudum in quo debetur vita militia fratri minori, an præiudicet minori fratri in vita militia. 6.*

3 *Nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quàm ipſe habeat.*

4 *Vita militia an dicatur onus & præſtatio realis. 6. 7.*

Vitæ militiæ onus an tranſeat in emptorem feudi, de quo debetur vita militia, ibidem.

5 *Vitæ militiæ materia vbi tractatur. 17. 19.*

8 *Vita militia ſic appellatur de conſuetudine.*

9 *Vita militia an tranſeat ad filium fratris.*

10 *Vita militia an æquiparetur alimentis.*

Vita & militia an debeatur fratri, qui fuit rebellis, & poſtea fuit factum indultum, ibidem.

11 *Vita militia an de ea ſoluatur adoha.*

12 *Vita militia an æquiparetur vſufructuario.*

13 *Vita militia quanta ſit.*

14 *Vita militia an conſtituatur ex fructibus & commoditatibus feudi.*

Expenſa facta per primogenitum cauſa colligendorum fructuum an minuat vitam & militiam, ibidem.
15 *Vita militia quo iure petatur.*
16 *Vita militia an debeatur presbytero.*
17 *Vita militia an debeatur fratri minori, qui ſe alimentauit.*
Vita militia an debeatur fratri naturali, ibidem.
18 *Vitæ militiæ cauſa an debeat compromitti, & au requiratur regius aſſenſus.*
20 *Vita militia quare datur fratri minori.*
21 *Tranſactio facta ſuper vita & militia an valeat ſine aſſenſu regio.*
22 *Feudum, pro quo præſtatur vita & militia, an ſit tacitè obligatum, & ſi alienatur, tranſeat cum onere ſuo.*
Feudum pro dote ſororis an ſit tacitè obligatum, ibidem.
Feudum ſi deuoluitur ad regiam curiam, an trãſeat in onere ſuo, ibidem.
23 *Bona deuoluta ad feudum an ſpectent ad proprietatem, an ad eum, qui habet vitam & militiam.*

DE VITA ET MILITIA. Rub.

NON EST CAPITVLVM, ſed littera declarationis iuris ambiguitatem, & prudentium altercationem in regno noſtro, & communiter non habetur inter capitula regni, & eſt notandum.

ROBERTVS &c. CAP. CCLXI.

1 ALIENATIONIS † actus quocunq; procedat titulo, cum cauſę tranſit eſſentia, vt in recipiẽtem ius transferat, vel translationis affectum per obicẽ impeditionis auertat. Sanè Ioannotti de Andria familiaris & fidelis noſter oblata noſtræ cel-
2 ſitudini petitio continebat, † quòd Franciſcus primogenitus frater eius ad ſupplicantem ipſum fraternum non habens charitatis affectum, circa bona feudalia in caſalibus. M. & N. De prouincia terræ Idronti poſita, quæ a noſtra regia curia ex ſucceſſione debita communis patris eorum ſub ſeruitio tenebat in feudum, in quibus idem ſupplicans ſecundùm regni conſtitutiones, moreſque probatos, vitam & militiam eſt habiturus, & dicta feuda Ioãni de Floriaco militi familiari & fideli noſtro pro certo pretio vendidit, alienauit, & tradidit, nihilo reſeruato ſibi pro vita militiaq; prẹdictis, in eius præiuditium & diſpendiũ manifeſtum. Supplicauit itaque præfatus Ioannottus, vt circa ſatisfactionem, & reſtaurationem prẹmiſſi diſpendij atq; damni prouidere ſibi cauſa iuſtitiæ quàm promptè de regalis auctoritatis præſidio dignaremur. Cuius ſupplicationibus inclinari
3 benignè. † Quia dictus Franciſcus venditor plus iuris in emptorem prædictum tranſtulit, q̃ ipſe de cẽſura rationis haberet, nec ius alterius in ipſa vita & militia potuit abſorbere. Fidelitati veſtræ præſentium tenore committimus, quatenus ſi veritas ſuffragatur aſſertis, dictuſque ſupplicans non prẹ-
4 fatam vitam & militiam eſt aſſecutus: † cum ipſorum præſtatio realis ſit ratione cenſenda, & tanquam realis tranſire debeat in emptorem, præfatũ Io. ad prẹſtãdum dicto Ioannotto petenti in bonis & ſuper bonis eiuſdem vitam & militiam ſecundũ formam & regulam, ac conſuetudinem approbatã dilatione ceſſante, arctis iuris remediis compellatis, vt prẹfatus emptor atq; poſſeſſor exoluat debitum, & idem ſupplicans ſuæ iuſtitiæ conſequatur effectum, prædicto feudali ſeruitio pro dictis bonis noſtrę curiæ debito, & maiori, ſi maius propterea ipſi curiæ debetur in aliquo non mutilãdo propterea noſtris aliis, & cuiuslibet alterius iuribus ſemper ſaluis. Data Neapol. per Barthol. de Capua &c. Anno Domini. M. CCCXXVI. Die V. Decembris X. Indictionis Regnorum noſtrorũ Anno XVIII.

ADDITIO.

ALIENATIONIS actus. ¶ In tex. ibi (regni conſtitutiones) vt in conſtitu. comitibus
5 † vbi loquitur de iſta vita & militia, & ibi vide And. & Matth. de Affl. ¶ In tex. ibi (nec ius alterius in vita & militia potuit abſorbe-
6 re &c.) † Nota, q̃ frater maior natu non poteſt abſorbere vitam & militiam debitam fratri ſuper bonis feudalibus, & ideo frater maior natu & primogenitus vendendo bona feudalia non poteſt præiudicare ſecundogenito, cui debetur vita & militia, quia vita & militia eſt præſtatio & obligatio realis, & tranſit ad emptorem cum onere ſuo, & ſic frater ſecundogenitus poterit agere contra poſſidentẽ bona feudalia, ex quibus vita militia debetur, vt in tex. noſtro, & tenet Matth. de Affli. deciſi. 162. pater reliquit. circa prin. & in conſtitu. regni in aliquibus, col. 10. verſi. ſex-
7 tò quæritur, nu. 14. † Et quòd vita militia ſit onus feudi, & ſic reale, vide in d. conſtitu. comitibus. & ibi docto. & Paris in trac. de reintegra. feud. c. nunc videndum. col. ij. car.
8 179. nume. 7. ¶ † Et iſta vita militia ſic appellatur de conſuetudine, vt dicit Par. vbi ſupra. col. 5. in princi. car. 177.
9 † Et ſunt alimenta, quæ ad filium fratris non tranſeunt, vt ibi per eum, & in d. conſtit. comitibus. & ibi latè And. de Iſer. & Matt. de Affli. & idem Matth. deciſio. 252. magnifi-
10 cus. vbi dicit † quòd vita & militia æquiparatur alimentis.

ADDITIO noua. Aduerte tamen, quòd quando eſt factum legatum pro alimentis, illi, qui recipiunt alimenta, non tenentur ſoluere adoham, nec releuium, vt dicit Matth. de Affl. d. deciſio. 252. colum. j. & ij. Quid ſi frater ſecundogenitus, cui debetur vita & militia fuit rebellus, ſi poſtea fuit factum indultum rebellionis, an poſſit petere vitam & militiam pro tempore præterito & futuro, vide Matth. de Afflic. in conſtitu. comitibus. in quarta quæſtione, vbi tenet, quòd non, quia ex quo rebellis fuit mortuus ciuiliter, & vita & militia rediit ad fratrem primogenitum, per indultum non fuit præiudicatum iuri illius primogeniti, ſecus ſi per principem fuiſſet reſtitutus ad priſtinum; quia tunc poterit petere pro præterito & fu-
11 turo, vt per Matth. vbi ſupra. ¶ † An autem de vita militia ſoluatur adoha, vide Pari. in tract. de reintegra. feudi. c. nunc videndum. ſub rubri. vitam militiam &c. colum. quarta. num. 17. car. 177. tenet, quòd ſecundogenitus contribuit in regno in adoha pro illa rata de vita & militia, & videtur etiam velle Matth. de Affli. in cap. Imperialem. §. prẹterea ducatus. de prohi. feu. alie. per Fed. Contrarium tenet Matth. de Afflic. per multa argumenta deciſio. 252. colum. ij. cum ſeq. & ibi colum. fin. dicit, quòd quæſtio iſta non fuit deciſa, quia non reperitur tacta, & fuit reſeruata melior deliberatio, ſed, vt dictum eſt, quæſtio iſta eſt tacta vbi ſupra, & licet opin. Matth. in dicta deciſio. ſit æqua: tamen alia opin. eſt magis iuri conſona: quia ſi primoge-

primogenitus vult soluere adhoam pro portione spectante ad fratrem secundogenitum non videtur iustum. Et ista vita, & militia finitur cum persona, & non transmittitur ad filios, glo. & And. in consti. comitibus. & Paris in dicto tract. de reinteg. feu. in loco proximè allegato, & Matth.
12 in dicta decisio. 252. & ibi Matth. columna 3. ponit. † An
13 vita militia aequiparetur vsufructuario. ¶ † Quanta autem sit ista vita militia, non est determinatum a iure, vt dicit Matth. de Affli. dicta decisio. 252. colum. fina. sed in dicta consti. comitibus. columna 2. in secunda quaestione ponit istam quaestionem, & dicit, quòd est quantum est legitima: refert tamen ibi plures opiniones, vt ibi videre poteris. Et debetur istá vita militia secundum facultatem feudi d. consti comitibus. & ibi glo. & doct. & Par. in dicto tract. de re-
14 inte. feu. cap. nunc videndum colum. 2. car. 176. ¶ † Et talis vita militia constituitur ex fructibus & commoditatibus feudi, vt dicit Paris in d. tract. de reinteg. feu. cap. nunc uidendum. colum. 2. car. 177. & Matth. dicta constit. comitibus. colum. 5. nume. 9. ADDITIO noua. ¶ Sed nunquid expensa facta per primogenitum causa colligendorũ fructuum minuat vitam militiam? Dic quòd sic, quia vita militia debetur ex fructibus, & fructus dicuntur deductis impensis nota. in l. fructus. ff. sol. matrim. sed expensae factae extrinsecus, puta pro recuperatione castri & ad perpetuã rei vtilitatem pertinet ad proprietarium nõ ad vsufructuarium. l. diuortio. §. impendia. ff. sol. matri. & sic pertinet ad
15 dominum proprietatis, & non ad fructuarium. ¶ † Quo autem iure debetur ista vita militia, dicit Par. vbi supra colum. 5. quòd debetur iure actionis, vel condictione ex di-
16 cta consti. comitibus. ¶ † Nunquid autem praesbiter debe-
17 at habere istam vitam militiam? Dic quòd sic. † Et quòd si frater minor se alimentauit, potest petere vitam militiam. † Et quid in fratere naturali, & de multis aliis quaestionibus de vita militia vide Par. in dicto tract. de reinteg. feu. in loco praeallegato. And. de Iser. & Matth. de Affli. in d. consti. comitibus, vbi plenè, & vide quendam tra. de vita mi-
18 litia, & Matth. de Affli. in d. decisio. 252. ¶ † Et an causa de vita militia debeat compromitti inter fratres, vide Matth. de Affli. decisio. 43. Et an requiratur regius assenssus, vide
19 eundem decisio. 138. ¶ † Et multa alia ad materiam vide per eundem Matth. decisione 162. dicunt in dictis locis. ¶ † Et quare datur vita militia fratri minori, vide Pari. vbi supra, & doct. in dicti constitutio. comitibus.

ADDITIO noua. ¶ † Nunquid autem valeat transactio facta super vita & militia debita fratri secundogenito sine regio assensu, ponit Matth. de Affli. in consti. regni constitutionem diuae memoriae. colum. 11. in fin. cum seq. in vndecimo nota. versi. sed an transactio, & in c. Imperialem. §. praeterea ducatus. in sexta car. de prohi. feu. alie. per Fed. & distinguit. Aut est quaestio inter fratres, an vita & militia debeatur, & tunc non valet transactio sine regio assensu. Aut est quaestio inter fratres quantum sit ipsa vita & militia, & tunc valet transactio sine regio assensu, & ita procedat, quod dicit And. de Iser. in consti. regni comitibus. qui dicit, quòd partes solent se concordare super ista vita & militia, & tenet Matth. de Affli. d. decisio. 138. stante consti-
22 tutione. cum ibi allegatis. ¶ Adde etiam † quod quando feudum, pro praestari debet vita militia secundogenito alienatur, transit cum suo onere praestandi uitam & militiam, & sic feudum est tacitè obligatum pro vita & militia, vt in isto c. & tenet Matth. de Affli. in consti. regni fratribus. col. 5. versi. sed quaero, vtrum, vbi etiam tenet, quòd feudum est tacitè obligatum pro dote sororis, vt ibi per eum. Et an si tale feudum deuoluatur ad regiam curiam, an trãseat cum
23 dicto onere & obligatione, vide And. vbi supra. ¶ † Quid autem si secundogenitus pro vita & militia habet castrum vel vxor habet dotarium in terra feudali, & aliquis habet bona particularia in illo feudo, quae sunt redditiia, & non soluit redditum, propter quo bona inciderunt in commissum, dubitatur, cui applicentur dicta bona domino castri proprietario, an ei qui habet vitam & militiam, vide Par. in d. tra. de reinteg. feu. car. 54. cap. filius secundogenitus, sub rub. bona si incidunt in commissum &c. vbi tenet, quod spectant ad istum secundogenitum, qui habet vitam & militiam, vt ibi latè per eum. Io. Antonius de Nigris.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium quare fuit institutum.*
2 *Iuuenes Neapolitani capti amore puellarum nonnũquam eas incautas & simplices rapiunt.*
3 *Obsculantur persepe puellas iuuenes Neapolitani vt contrahant matrimonium.*
4 *Matrimonium antequam contrahatur, an debeat interuenire consensus parentum. 28. 46. 49*
5 *Matrimonium antequàm contrahatur, quae praecedere debent.*
6 *Matrimonio celebrato & factis solemnitatibus, & praecedente sacerdotali benedictione an sponsi postea debeant se in thoro coniugali conuenire. 31.*
7 *Raptus crimen est execrabile, & violentum. 22.*
8 *Rex maleficia salua conscientia tolerare non potest.*
9 *Lex quando fit, an debeant proceres ciuitatis conuocari. 37.*
10 *Rapere virgines, vel alias mulieres an liceat.*
11 *Procedi an possit ex officio contra raptorem virginum & mulierum. 70.*
12 *Raptor si comparet in iudicio & conuincitur, condemnari debet.*
13 *Raptor contumax foriudicari debet infra sex menses non expectato anno. 71.*
14 *Raptor an puniatur etiam publicatione bonorum. 45.*
15 *Raptor si est filiusfamilias an priuetur successione paterna.*
16 *Raptorum complices & fautores qualiter puniantur.*
17 *Mulieres sepius materiam se amandi nutibus & actibus dare solent.*
18 *Mulier consentiens se rapi, vel deoscolari, qualiter puniatur. Et an perdat dotes & successionem.*
19 *Raptor, pro raptore nullus intercedere debet, aliàs punitur.*
20 *Raptor an admittatur ad compositionem pecuniariam.*
21 *Raptor foriudicatus si fuerit restitutus, an solum quò ad famam, an verò etiam quò ad bona restitutus censeatur.*
22 *Nomina particularium Neapolitanorum, qui interfuerunt in condendo capitulum contra raptores.*
23 *Humana infirmitas prona est ad coitum.*
24 *Continens nemo potest esse, nisi Deus.*
25 *Amantes quae incommoda patiantur.*
26 *Amor quae vitia habet.*
27 *Rapiens sponsam suam an puniatur. Et an nuptiis iniuriã inferre dicatur.*
28 *Nuptiis an cõsentire debeant consanguinei.*
29 *Vxor an sit accipienda promissis dotibus.*
30 *Matrimonio contrahendo an consilium peritorum interuenire debeat.*
31 *Sponsi ea nocte, qua benedicuntur, an debeant in virginitate permanere. 6.*
33 *Matrimonia clandestina an prohibeantur. Et eis sacerdos an interuenire debeat.*
34 *Vxor quae habenda est, qualis esse debeat.*
35 *Nuptiae impares & sine testibus & patre non consentiente factae an dicantur legitimae.*

36 *Vxor legitimè desponsata an illico sit viro tradenda.*
38 *Libertas & licentia immoderata an plura præsumat.*
39 *Matrimonium ex quibus causis fuit institutum.*
40 *Matrimonium quo iure dicatur institutum.*
41 *Matrimonium an possit separari.*
Quos Deus coniunxit homo non seperet, ibidem.
42 *Matrimonium ex quibus causis possit separari.*
43 *Separatio thori an succedat loco diuortii.*
44 *Matrimonium consumatum an possit ex dispensatione Papæ dissolui.*
45 *Papa quando dispensat, an in eo præsumatur causa.*
Amoris furore nil vehementius, ibidem.
47 *Raptor qualiter puniatur.* 14.
Pœna contra contumaces an possit imponi vltra statutam per consti. regni, ibidem.
48 *Matrimonium an possit contrahi sine consensu patris.* 4
49 *Matrimonium an iudicetur lege poli.*
50 *Filia nupta sine consensu patris an debeat habere dotem.*
Filia an possit exhæredari: quia nupsit sine consensu patris, ibidem.
51 *Filii nati ex matrimonio, in quo non interuenit sacerdotalis benedictio, an dicantur legitimi.*
Matrimonium sine sacerdotali benedictione an valeat, ibidem.
52 *Filia nubens sine consensu patris indigno, an amittat dotem.*
53 *Filia nubens sine consensu patris dote non promissa, an possit petere dotem.*
54 *Raptor mulieris quis dicatur.*
55 *Raptor qualiter puniatur.* 47.
56 *Pœna imposita per statutum an tollat pœnam iuris communis.*
57 *Rapiens vxorem an puniatur.*
58 *Deflorans minorem duodecim annis qualiter puniatur.*
59 *Stuprum commissum per viduam, vel puellam qualiter puniatur.*
60 *Sponsus rapiens sponsam an puniatur.*
61 *Raptor, qui non coiuit, an puniatur pœna mortis.*
62 *Stuprans virginem inmaturam qualiter puniatur.*
63 *Stuprans, qui ingressus fuit domum per vim, sed cognouit mulierem eius voluntate, qualiter puniatur.*
64 *Rapiens mulierem inhonestam an puniatur.*
65 *Adulterium committens cum inhonesta muliere qualiter puniatur.*
66 *Maritus copulans cum vxore sua an peccet.*
67 *Osculum an maculet decorem virginalem.*
68 *Sponsalia an debeant publicè fieri.*
69 *Rapere virgines maritatas, vel viduas an liceat.*
70 *Procedi an possit ex officio contra osculantes, vel rapientes virgines.* 11.
71 *Foriudicari an possit raptor mulierum elapsis sex mensibus.* 13.
72 *Rapiens, vel osculans mulieres qualiter puniatur.*
73 *Mulier, quæ consentit se rapi, qualiter puniatur.*
74 *Raptor, pro raptore an quis loqui possit.*
75 *Indicia in adulterio quæ sint.*
76 *Mulieres sepe materiam se amandi dare solent.*
77 *Scalas ponens in domo honestæ mulieris pro attentanda pudicitia qualiter puniatur.*

STATVTVM CONTRA NEAPOLItanos maleficos rapientes virgines sub colore matrimonii. Rubrica.

DE RAPTORIBVS VIRGInum sub colore matrimonii.

ROBERTVS &c. VNIVERSIS PRÆsentis edicti seriè inspecturis tam præsentibus quàm futuris. CAP. CCLXII.

1 VT sine † mortalis peccati discri
mine copularetur caro carni, ac
honestis & fidelibus incremen-
tis humanum genus excresceret,
vt multiplicaretur in terris a di-
uina prouidentia fuisse noscitur
institutum, vt ordinatis accessibus diuino timore
non quidē in desiderii morbo filii Dei filiabus ho-
minum iungerētur, sed in matrimoniis contrahen
dis ad inuicem prouida cœterùm sanctione intro-
ductus certus ordo, modusque statutus, qui eum
approbati sint tamquàm dignè colendi circa talia
vbilibet obtinent, seruantque communiter culto-
2 res nostræ fidei Christianæ. ¶ † In hac autem ciui-
tate nostra Neapoli (quod profecto implacita reci-
tatione referimus) apud quosdam enormes, ille pe
riculosus ac pestilens retrolapsis longè temporibus
inuoleuit abusus, immo verius detestandaque &
abhominabilis corruptela, quòd dum aliqui lasci-
ui, & insolentes iuuenes de ciuitate ipsa, quamuis
virginum puellarum corde vulnerantur amori-
bus, feruentis libidinis igne accensi, & carnalis vo
luptatis impetu superati, nonnumquam eas incau-
tas & simplices inhonestis & impudicis ante pun-
ctas aspectibus, & dolosis aliis actibus ac suasio-
nibus eis cnnuentas, nunc voluntarias, nunc inui-
tas de parentum domibus clandestinè rapiunt eas-
dem velut aues in aucupatorium venacula inciden
tes, aliò secum pro libito asportant, & detinent,
illisque interdum parentibus ipsis inuitis nefan-
3 do & sceletato concubitu se commiscent. ¶ † Fre-
quenter verò cum ad raptus properandos huius-
modi aperta eis se non præbet habilitas, omni
prorsus abiecto pudore, ad deosculandas ipso-
rum tales amasias, siue in ecclesiis, siue in plateis
publicis, vbi vident commodius præcipites illa-
buntur, per quæ virginalis pudoris maculato de-
core, peruertuntur improuide, ac inordinatè
pernimium, matrimoniorumque contractus,
& perfectiones vltimas præcedere solita sunt, &
4 debentur iuxta ordinem prænotatum. † Pręire
namque solet in talibus parentum ac aliorum con
sanguineorum vtriusque partis præmatura & con
sulta prouisio. Estque in contrahentium condi-
tionibus æqualitatis, seu paritatis, vel quasi com-
5 pensatio & comparatio facienda. † Postque requi
ri & haberi consueuit & debet a legum peritis con
silium omni studio & maturitate digestum, & con
uentiones, & pacta, inter eos proinde mutuò ineun-
da, vt

da, vt quæ sint facti iuris colore fulciantur, quibus
initis & firmatis, sequi debet inter sponsum & spõ-
sam patenter, & coram amicorum communium
multitudine autentica, & solemnia sponsalia in fa-
cie ecclesiæ, deinde secundum quòd Christiana re-
ligio exigit, & approbata pariter obseruatio cele-
6 branda. † Demum taliter desponsati, & a Sacerdo-
te, vt moris est, in ecclesia benedicti, debent in casto
coniugali thoro, prout tanti sacramenti requirit
honestas, & celebritas fugerit, pariter conuenire.
7 † Cumque igitur hæc omnia per huiusmodi rap-
tus actum præcipitem violentum & execrabilem
toti mundo, quem & nos detestantes penitus exer
cramur, nedum peruertant, sicut superius dictum
est immo non absque animarum pernitie, & Nea-
politanorum omnium nostrorum fidelium scan-
dalo diuidantur, maiestatis offensa, & regiæ aucto-
ritatis nostræ contemptu confundantur sepe tota-
8 liter, & tollantur. † Nosque talem abusum quem
dissimulantes hucusque per tempora, quòd emen
daretur, seu attētari desineret, sperabamus, tolerare
salua conscientia nequentes vlterius, vel conuiuen
tibus oculis sine offensa Dei & iustitiæ pertransire.
9 † Conuocatis prius ad præsentiam nostram, seu no-
stri consilii de infrascriptis plateis de ipsa ciuitate
Neapolis viris probis, & de negociis vtique ciuita-
tis eiusdem habentibus experientiam quotidianam
ac peritiam, & habita vnà cum eis, aliisque nostris
consiliariis diligenter & spetialiter super his cogni
tione matura, & plena cum deliberatione consilii,
abusum eundem ne inualescat in grauius, & pericu
losius inculcetur, tollendum fore penitus & cassan
dum auctoritate præsentis edicti de certa nr̃a sñia
10 decernentes, districtius iubemus. ¶ † Vt nullus de-
cœtero cuiuscunque status & conditionis existat,
virgines & puellas easdem, aut quasuis alias mulie
res maritatas, aut viduas cuiuscunque sint conditio
nis & status rapere, seu furari, aut deosculari taliter
die, vel nocte publicè, vel occultè, quoquo modo
præsumat, quòd siquis tantæ temeritatis aut præ-
sumptionis extiterit, qui nostrum præsens edictũ
transgredi, vel violare non veritus, talia perpatrari
non trepidus, deinceps attentabit, in eum vltrices
pœnarum aculeos æxtimet irremissibiliter seuitu-
11 ros. ¶ † Volumus etenim, & ex nunc prout ex tunc
iubemus expressius contra delinquentem in huius
modi casibus per nostros præsides, ad quos spectat,
etiam si nullus accusator, vel denunciator appareat
ad punitionem condignam & debitam pro tam
graui delicto ex officio cum ea, qua expedit rigidi-
12 tate, procedi. † Sic equidem quòd si comparuerit
in iudicio euocatus, & conuictus fuerit probatio-
13 ne legitima, digna sententia condemnetur. † Si au-
tem contumaciter sic perduraret, ad foriudicatio-
nis sententiam infra semestris temporis spatium,
non expectato anni circulo, seu decursu, prout in
huiusmodi casibus fieri solet, cum nos ritum om-
nem obseruatum in talibus & regni constitutionē
super hoc editā exigente ipsius enormitate delicti,
tollendos omnino duxerimus, & quãtum ad præ-
14 sentem casum iuribus & efficacia vacuandos. ¶ † Et

si fuerit paterfamilias hic delinquens bona omnia
tam mobilia, quam immobilia vbicunque ac in
quibusdunque consistant, quæ ipsius delicti com-
missionis tempore habere compertus extiterit, fi-
sci nostri commodis protinus applicentur, legiti-
ma tamquàm iuris naturæ debita eius filiis (si quos
habet) prout ex beneficio constitutionum regni
procedere in bonis, & de bonis eiusdem sine dimi
15 nutione seruata. † Si verò fuerit filiusfamilias in
parentum potestate consistens, eum priuandum fo-
re decernimus successionis cuiuscunque compen-
dio, tam paternæ scilicet, quàm maternę. Ita qui-
dem quòd vbi haberet fratres forsitan, vel sorores,
portio, quæ de paternis, aut maternis bonis quibus-
libet deferri deberet ad ipsum, ad eosdem fratres
& sorores eius, eo vt præfertur, excluso penitus
deuoluatur, quòd si vnicus parentibus ipsis fortas-
se existeret, non habentibus illis alium filium nisi
ipsum, dictos parentes bona eorum, vel ad pias
causas pro animarum salute suarum erogare, & di-
stribuere volumus, vel si magis elegerint alium in
16 illis quem voluerint instituere successorem. † Ip-
sius quoque complices ad præmissa, & receptato-
res eorum eadem pœna per omnia plectendos esse
decernimus, vt fiant non dissimilis pœnæ parti-
cipes, cum videantur in culpa quodammodo fore
17 pares. ¶ † Et quia mulieres sepius amandi mate-
riam se amantibus suis, nutu, & actibus dare sol-
lent, cum nullus unquam credatur esse adeo im-
pudicus amator, vt amare non desinat eam, quæ
18 recusat amari. † Adiicimus decernentes vt supra,
quòd si mulier rapta modo præmisso, seu furto
subtracta, seu deosculata, suo huiusmodi raptui
subtractioni, seu deosculationi consenserit, oscu-
lari se patiens, aut fugiens voluntariè cum rapto-
re, perdat penitus ipso facto dotes omnes, si
quas habet, vel habitura esset, & a paterna, ma-
ternaque successione pariter expulsa omni eius
compendio & commoditate remaneat irrecupera-
19 biliter spoliata. ¶ † Pro his autem omnibus, vel
aliquo eorundem nullus apud nos intercedere,
aut interuenire præsumat, nostramque erga eos gra
tiam, seu clementiam implorando, quòd si fece-
rit a suis petitionibus repellendum, indignatio-
nemque nostri culminis se nouerit incursurum,
nihilominus soluturum nostræ curiæ pœnæ nomi
ne, ac pro pœna, siquidem fuerit vniuersitas vn-
cias ducentas, comes centum, baro quinquaginta,
miles viginti, burgensis decem, quas ab eis pro ip
sa nostra curiæ irremisibiliter exigi volumus, & iu-
bemus. Si verò fuerit de nostro consilio suppli-
cans pro prædictis, ab ipso consilio penitus repella
tur. Et si fuerit officialis nostræ curiæ gagiorum
20 suorum vnius anni priuatione mulctetur. † Super
his insuper cũ prædictis, vel aliquo prædictorum
nullus officialium nostrorum compositionem ali-
quam facere audeat, cum velimus exigentes pro bo
no publico, & prospero statu ciuitatis eiusdem, qđ
vnusquisque ipsorum circa præmissa gessit in ope-
21 re, in corpore suo luat. ¶ † Quod si successu
temporis rigori iuris, benigna præponderante cle-

mentia, foriudicatum seu foriudicatos taliter pro
præmissis contingeret per nos fortasse restitui. De-
claramus ex nunc, prout ex tunc, debere intelligi,
eos ad honorem dignitatis, & famam restitutos es-
se tantummodo, non ad bona. Ita quòd in nullo ca
su impune se talia commisisse gaudeant. Sed perdi-
22 tionis substantiæ propriæ perpetuo dignæ perma-
neant. ¶ † Nomina verò Neapolitanorum, ac etiam
platearum, sunt hæc. videlicet. Thimus piscitel-
lus, Ioannes Fazipecorus, Mattheus Tortellus, Io-
annes parilis, Nicolaus Caraciolus, & Ligorius de
Mastaro. Milites de platea capuanæ. Ligorius Zo-
zus, Bartholomeus de Oserio, Ludouicus Dentece
Bartholmeus de Carafla, & Berardus Caraciolus.
Milites de platea Nidi. Mattheus de Cõstantio, Ni-
colaus Mormilis, ac Thimus Coppula, & Gulie-
mus Archamonus. De platea Portæ Nouæ, Lando-
nus de Mustono, & Iudex Petrus de Atrano, De
platea Mercati. Martutius Isalla, Mattheus de Grif
fis, Cataldus Macidonus, Pandulfus Mancus, Ioan
nes Ferrillus, & Iacobus Florẽtinus. De platea por-
tus, Gualterius Siripandi miles, Iacobus Porra, &
Iudex Marcus de Rocco. De summa platea. Ricco-
magnus Maza de salito, & iudex Bartholomeus Pu
dericus. De arcu, Iudex Iacobus Planula. De Forcil-
la, Iudex Corradus Capuanus de Sancto Arcange-
lo. ¶ Vt autem præsens edictum ad notitiam per-
ueniat singulorum, cartas siue membranas illius
seriem continentes, pendenti maiestatis nostræ si-
gillo munitas, maiori ecclesiæ Neapolitanæ, Ca-
strorum noui, & Capuanæ portis, Ianuisque domo
rum in quibus curia Vicariæ regni, & Capitanei
Neapolis nunc reguntur appendi fecimus, seu affi-
gi, cum non sit verisimile, vniuersalem latere noti-
tiam, quod tam patenter omnibus diuulgatur. Mã-
dantes nihilominus edicti auctoritate præfati Re-
genti dictam curiam Vicariæ, eiusque Iudicibus &
eidem Capitaneo, tam præsentibus quàm futuris,
vt redacta in scriptis pariter eiusdem edicti forma
in actis curiarum ipsarum ad certitudinem & me-
moriam in futurum exequantur illud, iuxta sui cõ-
tinentiam, prout ad eos pertinet diligenter, seruẽt-
que tenaciter. Dictiq; Capitanei tradant sibimet-
ipsis adinuicem amotionum suarum temporibus
alterutrum in pendenti. Data Neapoli per manus
Ioannis Grilli de Salerno Iuris ciuilis professoris,
viceprothonotarii regni Siciliæ. Anno domini.
M.cccxxxii. Die xxxi. Octobris primæ indictionis.
Regnorum nostrorum anno xiiii.

VT sine mortalis. ¶ In tex. ibi (feruentis libidi-
nis) Sumptum est ex auc. quibus modis nat. ef-
fi. legi. §. illud, & facit. C. vbi sena. vel clar. l. 1.
23 & in auc. de mona. §. si verò his quidem. † No-
stra quidem infirmitas in ruinam turpitudinis, idest coi-
tus prona est xxxij. quæstio. 2. capit. sicut non omnis. §. his
ita. Vnde difficile est continere. xxxiii. quæstio. 5. tunc salu-
24 briter & cap. sequenti. † Nemo enim potest esse continens,
nisi Deus det, & hoc istud scire est sapientiæ, cuius donũ
Dei est, vt dicitur Sapientiæ octauo, & inde dicitur aptis-
25 sima vita continentiæ. xxviii. distin. cap. de his. † Et not. hic
vnum ex incommodis, quæ tales sequuntur amantes, vide
licet quia interdum furent; prout hic, & in prædictis con-
cordantiis. Vnde & quidam sapiens ait. Cum amas non sa
pies. Cum sapies non amabis. Secundum, quia semper ti-
met, vnde Ouidus. Res est solliciti plena timoris amor.
Tertium cecitatem incurrunt. Ouidius in Epistolis. Quid
deceat, non videt vllus amans. Quartum. Indesinens rei
familiaris damnum. Seneca. Semper in amore causa dam-
ni sequitur. Quintum. Frequens periculorum incursio.
Fulgentius in libro mericulogiorum. Amor cum pericu-
lo sepe concordat, & dum solum vacat ad id, quod diligit,
non potest videre, quod expedit, & videtur tali quòd amo
re ligatus, parum dormit, minus edit, & omnis eius actus
in amantis cogitatione finitur. Nil beatum credit, quod
illi sit odiosum. Nil sibi negare audeat, sine solatiis eius,
vndique mestus pallescet, dilecta præsentia in repentina,
quæ ipsius visione tremescet, indefensisque vinculis ne-
xus. Amantiæ in sui visione tenebitur. Hoc etiam Bernar-
dus ad Abbatem Fusanæ. Mens quam semel affecerit cha
ritas, sui iuris esse non desinit, metuitque ne sic dolet,
quod non oportet, sollicitatur plus, quàm voluerit, &
vnde voluerit compatitur, volens misereatur in vita præ-
26 clara. † Et Terentius in Eunucho sic dicit. Quæ res in se ne
que consilium, neque modum habet vllum, eam consilio
regere non potes in amore, hæc omnia insunt vitia iniu-
riæ, suspiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax, rur-
sum incerta. Hæc si tu postulas ratione certa facere nihil
opus agat, etiam si des operam, ne cum ratione insaniam.
27 ¶ In tex. ibi (Maculato decore) † Licet enim quis sponsam
suam rapiat, & ex hoc sit impunis secundùm canones, ta-
men dicitur nuptiis iniuram inferre. 36. quæstio. 2. siquis
28 virginem. cum ibi notatis. ¶ † In tex. ibi (Consanguineo-
rum) facit. C. de nup. l. prima, & l. viduæ, & in l. in con-
uentione. 36. quæstio. secunda, nullus. vbi legitur. & not.
quòd paria sunt & pariter punienda, puellam rapere, &
Regis beneficio postulare. Immo de iure ciuili non sunt
nuptiæ. nisi consentiant illi, qui coeunt, & illi, in quorum
sunt potestate. ff. de ritu nup. l. 2. ¶ In tex. ibi (Conuentio-
nes) super dote. 30. quæstio. 5. nostrates, sine qua non est cõ
29 iugium contrahendum. 30. quæst. 5. nullum. † Vxor enim
accipienda est promissis dotibus coram testibus secundũ
legem & ritum, quo nuptiæ celebrari solent. 31. quæstio. 2.
30 Lotarius. post prin. ¶ In tex. ibi (a legum peritis) † Nota cõ-
silium iurisperitorum in matrimoniis adhibendum, sunt
enim sacerdotes. ff. de iust. & iur. l. 1. a quorum sententia
pendet causæ prouerbium. ¶ In tex. ibi (Benedicti.) Ad hoc
ext. de secund. nup. c. 1. & c. 3. & quod not. in eis. & 30. quæ-
31 stio. quinta, cap. sponsus, vbi etiam dicitur, † quòd eadem
nocte, qua benedicuntur, pro reuerentia benedictionis de
bent ambo in virginitate permanere. Item quòd nuptiæ
sint benedicendæ, patet, 2. quæstio. 4. consanguineorum.
32 xxvij. q. ij. de coniugali. 35. q. 3. nulli. ¶ † In tex. ibi (Detestan
tes.) Ab immanitate tanti sceleris est ab omnibus detestan-
da. 36. quæstio. prima, raptores. ¶ In tex. ibi in facie eccle-
33 siæ. Facit extra de cland. despon. cap. cum inhibitio. † Vn-
de clandestina coniugia prohibentur, & nullus sacerdos
interesse debet eisdem, vt ibi ad idem facit in constitutio-
34 ne de matrimonio publicè contrahendo, sancimus. † Il-
la enim, quæ secundum leges habenda est vxor, debet es
se virgo, casta, & desponsata in virginitate, & dotata le-
gitimè, & a parentibus tradita sponso, & a paranymphis
accipienda, & ita secundùm legem, & Euangelium publi-
catis nuptiis liquidè sumenda 30. quæstio. 5. qualis, aliter
enim nõ dicebatur legitimum coniugium, nisi ab his, qui
super ipsam fœminam dominationem habere videntur, &
quibus custoditur, vxor petatur, & a proximioribus pa-
rentibus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore
35 &c. eadem quæst. aliter. † Impares enim nuptiæ, & præte
rea in villa sine testibus & patre non consentiente factæ le
gitimæ non possunt videri, dicit Apuleius 6. Metamorfa-
36 sis. † Quinimmo etiam ea, quæ legitimè desponsata est,
non illico tradenda est viro, ne vilem habeat maritus datã

quam

quam suspirauerit sponsus dilatam.27.q.2.institutum. Sed saltim vsque ad duos menses non est viro tradenda, extra de conuer.coniu.c.ex publico,& not. in d.c. constitutum.
37 ¶ In tex.ibi(Conuocatis.)† No.prudentiam Regis, qui ad condendam legem vocat etiam priuatos & ciues,& in hoc imitatus est Iustinianum,qui ad legis constitutionem con silium eorum sequitur, qui tanguntur,vt in auth. constitu.
38 quæ ex ascripti.§.fi.in fine.¶ In tex.ibi(inculcetur.)† Plura enim libertas negligens & licentia immoderata præsumit,quæ religiosæ iustitiæ censura castigat.76.distin.igitur Lucas de Pen.

ADDITIO.

39 VT fine.† Nota ex principio huius c.causas,quare fuit matrimonium institutum, scilicet ad euitandum peccatum fornicationis, & ad seruandam honestatem,& ad sobolem procreandam, de quo etiam habetur per S.Thoma.in 4.senten.distin. 26. & 32.q.2.c.sicut §.his ita.per Sil. & alios summi. in verbo matrimonium,in secunda quæstione, & per Lucā de Pen.
40 in l.fi.col.pen.C.de incolis.lib. 10. † Et fuit matrimonium diuina ordinatione primitus constitutum in Paradiso Terrestri,postquam Deus creauit Adam in statu innocentiæ, causa procreandæ prolis,vt dicit tex.in cap.vnico.extra de voto,in 6.& Gen.c.2.in fi.& habetur in c.lex diuinæ.27.q. 2.& tex.in d.§.his ita.Postea verò fuit & secunda institutio matrimonii similiter de iure diuino causa euitandi fornica tionem,vt per glo.in c.1.32.q.2.& in §.his ita.eod. ca.& q. Deinde verò de iuregentium primeuo,quo primum gentes esse cœperunt,fuit incognitum matrimonium:quia sine legibus & moribus viuebant,& ideo ex quacunque mu liere nati legitimi dicebantur,vt in aucten. quibus mo. natu.effi.sui,in prin.& §.& licet.A principio enim generis humani Adam & Eua habuerunt filios, & illi filii & filiæ, & sic fratres adinuicem copulabant,& filios procreabant, vt habetur Gen.c.4.&5.& hoc erat,ne genus humanum deleretur,cum aliæ mulieres non essent in mundo,nisi filii & filiæ Adam & Euæ. Postea verò iuregentium secundario propter euitādum fornicationem & scandalorum materiā fuit introductum,sicut in cœteris rebus sic in matrimoniis vt vnusquisque cognosceret suam,ar.l.ex hoc iure.ff.de iu sti.& iure. Nec in contrarium obstat tex.in l. 1. §.ius naturale.ff.de iusti.& iure & Inst.de iure natu. in prin.vbi videtur probari matrimonium esse de iure naturali primeuo, quia ille tex.intelligitur, quòd coniunctio maris & fœminæ est de iure naturali,quæ tamen si fiat secūdùm diuinas leges,appellatur matrimonium, ita videtur de mente Bal. in l.ius ciuile.ff.de iusti.& iure. Vel exponitur alio modo secundum Bal.nouellum in tra.de dote, in tertia parte,col. 1. quòd coniunctio maris & fœminæ est de iure naturali respectu coitus,qui sicut in brutis est licitus, ita & in hominibus,si fiat secundùm modum approbatum, quem matri monium appellamus. Et tanto fœdere diuina lex humana matrimonia colligauit, quòd de duobus effecit vnam carnem,iuxta illud, & erunt duo in carne vna c. sanè & c. nullum.35.q.3.Et ad prædicta, quo iure matrimoniū fuit introductum,vide gl.in verbo appellamus.Inst.de iure natu.in prin.& D.Præpo.in rub.extra de spon.vbi vide,& Io. fab.Insti.de iur.natu.in prin.& doct.in d.c. vnico.extra de
41 voto,in 6.† Et matrimonium continet indiuiduam vitæ societatem.Inst.de patri.pote.in principio, & est indissolubile:quia dum viuunt maritus & vxor,matrimonium separari non potest.d.c.vnico.extra devoto,quia quos Deus côiūxit,homo non separet,vt habetur Matth.19.& Marci.c.10. & in c.quanto, extra de transla.præla 33.q.2.. quos Deus.
42 ¶ † Et licet matrimonium regulariter non separetur, nisi morte,tamen in aliquibus casibus fit separatio thori,quos ponit Matth.de Affli.in consti.regni,repudium.

ADDITIO noua. Et ista separatio thori est, quia maritus absoluitur a cohabitatione vxoris,& seruitute mu tua,vt dicit Hosti.in sum.in tit.de diuor.§.quot modis,col.

D.Ioan. Anto.de Nigris.

2.in prin.vbi ponit formam libelli in hoc,& col.7.versi.effectus. Et ibi etiam ponit quot modis & quibus ex causis fit separatio thori.Et ponit plures casus, in quibus mulier potest se defendere, maximè in 4.colum. vbi ponit quàm plures casus, in quibus mulier potest excipere contra uirum accusantem vxorem de adulterio,vel petentem separationem thori. Et talis separatio thori fit ex pluribus causis.¶ Primo propter fornicationem & adulterium,vt plenè not.in ca. ex literis & c.significasti. extra de diuor. Et super ista fornicatione ad separationem thori requiritur sententia iudicis ecclesiastici.c.porrò.extra de diuor.c.laudabilē. vt lit.pen.8.q.4.c.non ne.Abb.in c.tua nos.col.2.de iureiu rān.hoc fallit,nisi ambo fuissent adulterati, vt dicit Abb.in cap.fina.extra de adul.¶ Limita prædicta, nisi postquàm maritus ex causa expulisset, postea reconciliauit eam sibi, vel scienter eam retinuit,vel eam cognouit:quia tunc eam expellere non posset,nec accusare,vt per Hosti. in sum. de adul.§.qualiter.col.2.versi.repellit. ¶ Secundò fit separatio thori,quando vxor insidiatur vitæ mariti,de quo vide,quæ habentur in c.literas.extra de resti.spo.& Hosti. & Præpo. in c.1.in fin.extra de diuor.Hosti.in d.summa. de diuor.§. fina.¶ Tertiò, quando alter coniux conaretur coniugem trahere ad infidelitatem c. gaudemus.extra de diuor.Abb. in c.quanto,eo.titu.Hosti.d.§.quot modis.col pen.¶ Quartò si maritus exerceret sodomiam cum masculis. Io. Cal. Anto.de But.& Abb.in c.maritis.extra de adul.Archi.in c. omnes.32.q.7.& Matth.de Affli.vbi supra. licet aliter sentiat Inno.in c.1.de adul.quia communis opi.est, quòd potest ex ista causa fieri separatio thori, de quo etiam vide Io.And.in d.cap. maritis. & Bona guid.in sum.in titulo de spons.col. pen. in fin. ¶ Et idem est dicendum, si maritus vellet vxorem ad vicium sodomiticum trahere, vt tenet Matth.vbi supra per ibi allegata. & Decius in l. siqua mulier.nu.8.C.de secund.nup.Et ad materiam vide multas cotas allegatas per Ang.Are.insti.de patri.pote.in prin.col.3. versi.in glo.indiuiduam.¶ Quid autem si maritus carebat testiculis,& contraxit matrimonium,an possit separari,vi
43 de Præpo.in c.nerui.colum.2.13.distin.¶ †Et ista separatio thori succedit loco diuortii,vt dicit Ias.in l.1.col.1.in 4.fal lentia.C.vnde vir & vxor.& vide Pet.de Ancha.consi.239. ¶ Quintò modo quando propter frigiditatem naturæ, vel alium defectum naturæ datur impossibilitas coeundi c. 1. 2.& 3.& ca. fraternitatis.extra de frig.& malefi.tunc enim separatur matrimonium, vt in d.locis. ¶ Sextò separatur matrimonium, quando coniuges coniungi non possunt per maleficas,seu sorciarias artes cap.laudabilem.de frigi. & malefi.33.quæstio.1.cap.si per sorciarias. de quo tamen vide Ioan.And.& alios in cap.fina.extra de frig. & malefi. ¶ Septimò separatur matrimonium, quando alter coniugum est effectus hæreticus cap.de illa.extra de diuor.& in c.quæsisti eo.titul.Abb.in d.c. de illa. ¶ An autem ista fint solùm quò ad separationem thori,vide in d.capit.quæsisti. & ibi docto.¶ Octauo separatur matrimonium contractū per verba de præsenti non sequuta copula carnali,quando alter coniugum intraret religionem cap. ex publico extra de conuer.coniug. ADDITIO noua. Nonò separatur matrimonium propter seruandam continentiam a côiugibus,quod qualiter procedat,vide Abb.in d.ca.tua nos de iureiur. Et ex quibus causis matrimonium dissoluatur vide Ias.in addi.ad Christoso.Por. insti.de patri. pote.col. 1.Aduerte etiam ꝙ qn̄ fit separatio thori propter seuitiam vel culpam viri,dos debet statim restitui mulieri c.1.& ibi hoc notat Bal.col.2.extra vt lit.non conte.versi. itē nota.& & in eadem col.circa medium dicit, ꝙ vir tenetur non solùm restituere dotem, sed etiam donationem propter nuptias,vt ibi per eum,& intellige prædicta,quādo culpa mariti fieret separatio,sed si culpa vxoris.puta: quia commisit adulterium,tunc secus,quia amittit dotem,& donationem propter nuptias c.plerunque,& ibi doct.extra de do. inter virū & vxo.& dixi supra c. mulier dotarium.vide ibi. ¶ Et ad materiam prædictorum, vide latè Astens.in sum li.

octauo,titulo.34.vbi ponit de accusatione matrimonii propter consanguinitatem,vel affinitatem, & propter fornicationem,& propter impotentiam coeundi,& quomodo debeant fieri probationes,& proferri sententia, de omnibus vide ibi latè per multas cartas.¶ Aduerte etiam circa prædicta, quòd si maritus insidietur vitæ vxoris, nihilominus vxor est relinquenda marito.hoc intelligitur verum, si potest prouideri aduersus insidias, aliàs non tenetur se exponere periculo mortis c.literas.in fi.de resti.spo.Abb.in ca. quemadmodum.in fi.versi.secundò nota.extra de iureiura. qui dicit ita debere intelligi notata per doc in c.1.& c.gaudemus.de diuor. licet aliter dixerit glo. in c.quicquid mu-
44 lier.32.q.5.¶ † An autem Papa possit dispensare & dissoluere matrimonium copula carnali consumatum, vide gl. in d.c.ex publico.Præp.in c.præterea.lo 1.col.2. circa fin. extra de spons.Io.And.in c.actus legitimi.extra de reg.iur. in 6.Hosti.Abb.& alios in d.c.ex publico.Bal.in l.Deo nobis.C.de epi.& cler.& in l.si filio.ff.de adop.Pet.de Ancha. consi.366.reuocatur in dubium,& in c.1.de spo. in 6. Maria.Soci.cons.26.1.vol.& doct.in c.ad dissoluendum.de despon.impub.Ant.de But.Imo.& Felyn. in c. quæ in ecclesiarum.col.7.in prin.extra de const.Lud.Goza.consi.2.incipiente,illustrissimus.col.1.cum seque.Angel. Are.& ibi Christof. Por.col.2.insti.de patri.pote.in prin.col.3.& magis vera & communis conclusio doctorum est, quòd Papa ex magna causa potest dispensare & dissoluere matrimonium consumatum & non aliter, sed non consuma-
45 tum potest dissoluere.¶ † Et aduertatur quòd licet in Papa dispensante præsumatur causa,vt per Iaco.Butri.in l. fi.C. si contra ius vel vtili.pub. Pau.de Ca. & Moder.in rub. C. de preci.impera.offe.Ant.de But.in c.cũ inter. extra de renunci.Alex.consi.2.col.3. 1.vol.Ias.in repe. l. quominus.ff. de flu.cum concor.tamen quando dispensatur contra ius diuinum,causa debet esse expressa,vt per Inno.in c. quantæ.extra de consue.Abb.& Moder.in d. ca. quæ in ecclesiarum.Et aduertatur, vt re uera subsit magna causa, aliàs in foro conscientiæ non esset tutus,vt dicit Abb.in c.dudum. extra de electio.facit glo.in c. non est extra de voto, cum similibus.¶ In tex.ibi(libidinis igne accensi &c.)adde:quia nil vehementius furore amoris,vt in aut. quib.mod.natu. effi.legi.in prin.And.de Iser.in titu.quæ sint rega. in verbo contrahentium incestas nuptias, colũ. 5. In tex.ibi(dolosis actibus ac suasionibus &c.)vide And.de Iser.in loco proximè allegato.¶ In tex.ibi(& a parentibus tradita &c.) con-
46 cordat cum isto c,tex.in c.2.30.q.5.† Aduerte tamẽ, quòd matrimonium etiam sine consensu patris contrahi potest per filiam de iure canonico cap. tuæ. & ibi docto. extra de spon.glo.in l.Paulus.ff.de statu homi.Cy. in l. si vt proponis.C.de de nup.32.q.2.c.fi.Sed tamen de honestate requiritur patris consensus,& ad hoc ne præsumatur matrimonium clandestinum,requiruntur ista,de quibus in isto c.& in d.c.2.30.q.5. cum concord. ADDITIO noua. Et dicit Bal.in l.vnica,colum.2.in fi.C.de rap. virg.quòd ille, qui vult aliquam in vxorem,debet requirere parentes eius tam de iure,quàm de consuetudine,& sic præstat argumentum contra desponsantem puellam clandestinè: quia præsumitur factum ad incommodum puellæ, vt ibi per Bald. ¶ De materia autem huius c. contra raptores virginum & aliarum mulierum,vide And.de Iser.& Matth. de Affli. in consti.regni,siquis rapere,latè per Hyppo.in l.vnica. C.de rap.virg.cum infinitis concor.ibi allegatis,vbi late de materia.† Et qualiter raptor puniatur,ibi vide, & vide Thom. Gram.voto. 4. vbi ponit † de eo, qui cognouit virginem, vel viduam sine violentia & sine armis qualiter puniatur, & And.de Iser. in tit.quæ sint reg.in verbo contrahentium
47 incestas nuptias,col.4.versi multis videtur.† Et qualiter puniatur osculans mulierem.Et istud c.est locale,vide quę dicit Matth.de Affli.in d.consti.siquis rapere col.3.versi.quid autem.& in decisio. 276. serenissimus Rex.

ADDITIO noua. In ista quæstione qualiter puniatur osculans virginem inuitam,& eam amplectens in platea publica,vel in via, vel in ecclesia. Et in ista quæstione in ciuitate Neapolis est pœna publicationis bonorum, si est paterfamilias. Si est filiusfamilias priuatur successione paterna,vt in isto c.nostro.Sed extra Neapolim punitur extraordinariè, pœna relegationis & ad pœnam pecuniariã ut late per Matth.de Affli.decisio.276.serenissimus.vbi ad partes arguit,& ita concludit,& ibi etiam ponit de eo, qui prostrauit virginem in terram,vt eam cognosceret,non tamen cognouit, quòd punitur pœna extraordinaria, vt ibi per eum,& tenet Decius in l.si fugitiui.nu.45.C.de ser.fugi.& Firma. in reperto. in verbo osculum, versi. osculans vxorem, Ad prædicta etiam vide glo.in l. 1.ff. de extraordi. crim.& Aug.Ari.in addi.in trã. mal.Ang. in verbo,che hai adulterato la mia donna.col. 12. in prin.in addi.quæ incipit,tu autem in hac materia,in illa quæstione qualiter probetur adulterium.Et est sciendum,quòd osculum aliquãdo potest esse signum amoris,aliquando non c.non osculatur.& ibi Præpo.5.q.6.Similiter adulterium non consumatum non punitur vt adulterium.Bald.consi. 20. viso.& consi.33.præsuppositis 4. volum.¶ Circa quæstionem su-
48 pra tactam † an matrimonium possit contrahi per filium, vel filiamfamilias sine consensu patris, vel aui, qui habet filium,vel neptem in potestate.Et de iure ciuili filiusfamilias,vel filiafamilias non potest contrahere matrimonium sine consensu patris. Insti.de nup.in prin.& 30.q.5.ca.2.& probatur in isto c.nostro. Immo non solùm debet interuenire consensus patris,sed palam & publicè coram amicis & aliis contrahi debet,aliàs diceretur matrimonium clandestinum c.2.de cland.despon.& in consti. regni sancimus & in isto c.nostro. Immo in d.consti.sancimus.disponitur, quòd etiam debeat interuenire sacerdotalis benedictio,aliàs filii eis non succedunt. vt ibi, & in isto c.nostro dicitur etiam de sacerdotali benedictione in ecclesia, non tamen imponitur pœna filiis natis ex tali matrimonio,prout dici-
49 tur in d.consti.† Aduerte tamen:quia matrimonium iudicatur lege poli & non lege fori. 2.q.3.§.hinc colligitur, & de iure canonico in matrimoniis solus consensus sufficit c.cum locum.de spons.& potest contrahi etiam sine consensu patris,& valet & tenet matrimonium, & filii nati ex tali matrimonio sunt legitimi ca.sanctũ.& ibi glo.& doct. 31 q.2.glo.in c.de raptoribus 36.q.1.glo.in l. Paulus. ff. de
50 statu homi.† Et filia nupta etiam sine consensu patris debet habere dotem,vt latè per Alex.in l.1.col.8.ff.sol.matri. Cano.in c.cum causa.extra de rapto.Ias.in l.2.§. 1.col.6. ff.sol.matri.Et pro dicta causa filia non posset exheredari,
51 vt per Alexan.vbi supra.† Vnde Rex in d.consti.sancimus. non potuit priuare filios successione bonorum patris pro dicta causa,quòd non interuenit sacerdotalis benedictio, dummodo probetur matrimonium fuisse contractum, vt tenet Io.And.in c.statutum.el 1.de hære. in 6. vbi dicit, quòd lex principis secularis addẽs aliquam solennitatem in matrimonio adiiciendo pœnam, talis pœnæ impositio non valet quia impeditur libertas matrimonii, & opi. Io. And. communiter approbatur,vt dicit Felyn.in c. 1.col. 6. cum sequen.de spons.& And.de Iser.& Matth.in d.consti.sancimus.col.4.nu.13.versi.vtrum autem.cum concor.ibi,licet ibi Matth.multa in contrarium alleget.Et licet opi.q̃ interueniat patris consensus & sacerdotalis benedictio sit multum honesta 32.q.3.in sum.27.q.2.c. sufficiat. & latè Vin. Her.in disputa.incipiente.perusinus in tertio dubio, col.1. in fi.cũ se. Tñ pœnæ impositio respectu filiorũ,qui nõ peccauerunt, est rigida:bñ tñ sunt notanda ad præsumendum matrimoniũ fuisse clandestinũ & si matrimoniũ fuerit clãdestinũ in gradu prohibito, filii inde suscepti illegitimi re-
52 putãtur c. cum inhibitio. de clã. desp. ¶† Illud autẽ,quod dictum est, quòd filia nubens sine cõsensu patris debet habere dotem.Limita non procedere, quando filia nupsisset indigno sine patris consensu: quia tunc pater posset ei denegare dotem.l.3.§.si emancipatus.ff.de bo.poss.cõtra tab. glo.in d.c.de raptoribus.36.q.1.Ant.de Butri.in c.accedẽs. de procura. Alex.in d.l.1.col.9.ff.sol.matri.Ias.in d. l. 2.§. 1. col.6.

53 col.6.ff.sol.mat.¶†Limita secundò, nisi quando illa filia se
nuptui tradit sine consensu patris, non promisisset dotem
marito, quia tali casu pater non cogitur ad dandum do-
tem pro filia, Bar.in auth.res quæ. C.com.de leg. Abb.con
si. 12. ¶Quæro iuxta materiam huius ca. in quo loquitur
54 de raptoribus virginum & aliarum mulierum.†Quis dica
tur raptor mulieris. vide Hosti.in sum.de rapto.§.1.& do-
cto.in rub.C.de rap.virg. Et raptor mulieris non dicitur il-
le, qui per vim eam cognoscit, sed ille, qui per vim eam
abducit de loco ad locum, & eam carnaliter cognoscit, ita
tenuit consulendo Raph.Cu.cons.95.Christoforus, refert
& sequitur Hipp.sing.65 statuto cauetur, vbi et dicit, ꝙ si
per vim virgo capiatur, & carnaliter cognoscatur, & non
rapiatur, tunc dicitur stuprum & non raptus, vt ibi latius
per eum, allegat Alb.de Rosa.in quæst.stat.in iiij.par.q.31.
incip.Item pone quæstionem, & vide Fir.in reper.in verbo
rapt.col.2.ver.3.& ver.5.& dicit Host.in sum.de pęn. rapt.
corporũ.col.1.ꝙ raptor propriè dr̃, cum puella de domo
patris abducitur violenter, vt corrupta in vxorem habea-
tur, siue vis inferatur puellæ tantùm, siue parentibus, siue
vtrisq;.36.q.1.§.cũ ergo. Et no. ꝙ aliud est fornicatio, aliud
stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus, &
horũ omnium pessimum est, quod contra naturam com-
mittitur, quod execrabiliter fit in meretrice, sed execrabi-
lius in vxore.32.q.c.adulterii, sed excedit hæc omnia, cum
vir nubit in fœminã.C.de adul.l.cum vir ita dicit Host.in
sum.de pęn.rapt.corpor.col.1.ver.illud. Ad prædicta ẽt vi-
de Bal.cons.171.quæritur.4.vol.vbi dicit, ꝙ adulteriũ dif-
fert a raptu: quia raptus fit cũ violẽtia, adulterium pôt esse
55 sine violentia.¶† Pœna aũt raptus virginum, vel viduarũ,
siue nuptarũ, si sunt honestæ mulieres, est pœna capitalis.
l.raptores.& ibi gl.Bal.& doc.C.de epi.& cler.& l.vnica.
& ibi gl.& doc.C.de rap.vir.& Host.in sum.de pęn.rapto.
corp.col.1.in prin.vbi dicit, ꝙ ita demum punitur talis ra-
ptor tali pęna, si mulier erat honesta, secus si inhonesta, pu
ta meretrix.& l.verum.ff.de fur.& vide Hip.in l.vnica.C.
de rap.virg.col.42.nu.210.& vide Ang.Are.in trac.malefi.
in verbo, che hai adulterato la mia donna, col.14. Et si di-
ctus raptor fuerit repertus in fragranti, poterit impune oc-
cidi a parentibus, cõsanguineis, & tutoribus & curatorib.
illius mulieris.d.l.raptores.& ibi doc.& in d.l.vnica.& ibi
doc.C.de rap.virg.& Host.vbi sup.col.1.ver.hoc delictũ.
Et eadem pœna punientur comitantes & præstantes auxi-
liũ raptori, vt in dictis locis. Et per istud.c.pœna mortis, q̃
de iure cõi imponitur raptori, vr̃ mitigata in ciuitate Nea-
polis: quia si est paterfamilias, punitur publicatione bo-
norum, si verò fuerit filiusfamilias, priuatur cõmodo suc-
cessionis, vt in isto c.& est locale: vt dicit Matt.de constit.
siquis rapere.col.3.versi.quid autem. ¶Et sic circa hoc re-
56 sultat vna difficultas. † An per pœnam impositam ꝑ istud
c.contra raptores mulierum & osculantes censeatur esse
recessum a pœna iuris cõis? In hoc sunt variæ opin. quia
Spe.in tit.de accus.§.1.incipit, qualiter.in prin.tenet, ꝙ nõ
censentur sublatæ pœnæ legis antiquę, nisi expresse dicat,
& tenet Bar.in l.1.ff.vi bo.rap.Bar.in l.cã.C.de fur.Abb.in
c.de causis.de off.dele.Gemi.in c.ij.de consti. Phi.Fran. in
c.fœlicis.§.per hoc.vers.secundò limita, de pœn.in 6.alle-
ga.l.qui sepulchra.C.de sepul.uiol.& l.quoties.in prin.ff.
de act.& obl.Roff.& Dy.in d.l.qui sepulchra, & dicit Alb.
de Ros.in d.l.qui sepulchra, ꝙ doctores antiqui cõiter te-
nent istã opi.ꝙ per pęnam nouæ legis non censetur reces-
sum à pęna iuris cõis, vt dicit Matt.de Affl.in addi.in prę-
lud.consti.q.7.in fi.& tenet Cęp.consi.14.nu.6.& ista opi.
est verior in puncto iuris, & istam opi.tenet ẽt Spe.in ti.de
pœna temere liti.in fi.quia illam opi.vltimò recitat, hanc
ẽt opi.tenet Ang.in tra.malefi.in verbo, & ibi caput a spa-
tulis.col.1.cum seq.vbi dicit, ꝙ ipse in facto seruauit istam
opi,& tenet Old.cons.94.col.5.circa med. uers.nam quo-
ties, qui omnes tenent, ꝙ q̃n expresse, vel tacitè non appa
ret esse recessum a pœna legis antiquæ, illa imponi debet.
Multi alij doc.tangunt istam q̃onem, & non decidunt, vt
est Ias.in §.quadrupli.col.7.num.59.instit.de act. Matt.de
Affl.in consti.siquis aliquem, quæ est vlt.consti.col.iij.ver.
an autem, & in consti. multæ leges.col.3.ver.sed iuxta.nu.
5.cum seq.& nihil firmant. Bal.in c.1.in fi.de off.ord.tan-
git & nõ firmat.& Bal.in l.cunctos pop.col.6.ver.vlterius.
C.de sum.Trini.ponit longam distinctionem, & Ang.Are.
in §.quadrupli.col.7.insti.de act. Contrariam opi.ꝙ in du-
bio a pęna legis antiquæ censetur recessum, & censeatur
recessum a pœna iuris cõis per impositionẽ nouæ pœnæ
impositæ per legem nouã, tenet Bal.in l.data opera, col.5.
in fi.ver.Item notandum.C.qui accu.non pos.vbi dicit, ꝙ
fatuus esset iudex, qui omitteret pœnã statuti, & impone-
ret pœnam iuris cõis, eandẽ opi.tenet Sal.in d.l.qui sepul-
chra.col.3.ver.quæro tunc secundò, vbi dicit, omnes tene-
re, ꝙ quò ad executionem censetur esse recessum a pœna
iuris communis per pœnam statutariam, & dicit esse pe-
riculosum assessoribus aliter facere, eandẽ opi.tenuit Frã.
Are.cons.58.diligenter.col.6.post med. Gand.in suo trac.
malefi.disputat hanc quæstionẽ in rubr.de aliquibus quæ-
stio.variis in malef.col.1.in fi.cum seq.ver.quid de q̃one,
quæ quotidie, & dicit secundum illam partem fuisse per
collegium iudicatum, & tenet Bal.in l.non est nouum ff.
de legi.vbi relatis multis opi.concludit indistinctè iudicẽ
debere sequi pœnam statutariam, & ipsam imponere, &
non pęnam iuris communis, maximè quia iurauit serua-
re statuta, ut ibi dicit Bal.& Gandi.vbi sup.& Sal.vbi sup.
hanc etiam opi.tenet Io.And.in addi.Spe.in tit.de pęna
temere litigantiũ, in addi.quæ incipit, vers.primo vbi dicit
Vber.de Bobio dixisse, hanc quæstionem fuisse Ianuæ, &
habito consilio peritorum diuersarum ciuitatum fuisse
pro ista parte obtentum, istam partem ẽt tenet Bal.in ad-
di.Spec.vbi supra, & dicit, ꝙ statutum legi contrariũ dero-
gat ei; quia est posterius. Hanc opi.tenuit Alb.de Ros.in
quęst.statu.in 1.par.q.8.vbi latè disputat, & tandem tenet
istam partem, & dicit, ꝙ cõiter totus mundus hoc seruat,
ꝙ per pęnam statuti tollitur in totum pęna iuris cõis, hanc
opi.etiã tenuit Iac.de Belu.in quadam sua quæstione di-
sputata, quam posuit in l.1.C.de requi.reis.ver.in tertia q.
istam opi.tenuit etiã Pet.de Anch.in c.canonum statuta.de
consti.in materia pęnali, q̃n tractat de statutis punientibus
delicta, vers.quęro etiam.hanc ẽt opi.tenet Ang.Ar.in ad-
di.in tra.malefi.in verbo, & ibi caput a spatulis.col.3.cum
seq.& multa allegat, & Bal.in l.fi.C.de ædi.priua.vbi dixit,
ꝙ vbi per legem antiquam imponitur pęna grauis, & per
legem nouam imponitur pęna minor, per istam minorẽ
intelligitur derogatum & recessum a maiori, eãdem opi.
tenet Matt.de Affl.in consti.regni patarenorum, col.9.cũ
seq.uers.septimò fallit, vbi dicit, ꝙ ista opi.seruatur de cõ-
suetudine. hanc etiam opi.tenet Ang.in auth.de sanctissi-
mis epi.§.fi.vbi dicit, ꝙ q̃n pro maleficio per legem nouã
imponitur alia pęna, quàm per legem antiquam, tunc di-
citur tolli pęna antiqua pro maleficiis post legem nouam
commissi, vt ibi per eum.eandem opi.tenet Cuma.consi.
154.Cor.consi.114.licet primo aspectu.j.vol.& istam par
tem tenet Pau.de Ca.in l.j.§.dixerit aliquis ff.de publ.qui
dicit, ꝙ ita seruatur in practica & sequitur Phi.Deci.in c.
de causis.col.9.uer.in fi.gl.nu.28.& tanto magis: quia Po-
testas iurat seruare statuta, & iurat seruare constitutiones
& capitula regni, ut in capitulo Reginæ Ioannæ item ꝙ
omnes, inf.285.& ista pars est magis cõis & consuetudine
approbata, & quãtum ad hoc c.est locale in ciuitate Nea-
po.in aliis locis seruatur ius commune, vt dicit Matt.in d.
57 consti.siquis rapere, col.3.uer.quid autem. ¶†An autẽ ra-
piens vxorem puniatur pęna raptus. Guil.de Cun.& Bal.
in d.l.raptores.in fi.C.de epi.& cler.tenent, ꝙ non punitur
pęna raptus, secus in eo, qui rapit sponsam nondum tradu
ctam ad domũ, vt ibi per eos. Et ibi etiã ponit, q̃n mulier
rapit virum, an puniatur pęna mortis, ad prædicta vide
Abb.in c.cum causa.primo not.ext.de rapt.qui in sponsa
tenet contrarium, & vide Sal.& Bal.in l.1.C.de rap.virgi.
58 Cor.consi.8.placet.2.vol.¶†Qualiter autem puniatur de-
florans

florans minorē duodecim annis,vide tex.in l.siquis aliud.
§.qui non dum ff.de pœnis,vbi dicit,ꝙ humiliores in me
tallū damnantur,honestiores in insulam relegantur,vel in
exilium mittuntur, facit. ff.de adul.l.si vxor §.si minor,&
hoc ēt tenet Guil. de Cunio in l. siquis non dicam rapere.
C.de epis. & cle.Sed Bal. ibi in fine dicit, ꝙ si ipse haberet
talem præ manibus faceret eum decapitare , de quo vide
Guid.Papæ in decisio.Delphi.q.555.& Hippo.in l.1.circa
fi.C.de rap.uirg.Et dictum Bal.intelligitur, qn̄ interuenis-
set violentia,de quo vide latè Tho.Gram.decisio. 22.vbi di
cit fuisse talem condemnatū ad triremes per septennium,
59 vt ibi latius . ¶ † Quā autem pœnam incurrat vidua , vel
puella ob stuprum,quando agitur criminaliter,vide Sil.nu
ptia.lib.2.col.150.in paruo volu.de quo vide glo.in l.pen.
C.de adul.& Saly.in l.eum qui duas.col.1. eo.tit. vbi ꝙ de
iure ciuili punitur, ac si adulterium commisisset , & Silua
nupt.vbi supra dicit, ꝙ mulier verberata & detonsa detru
detur in monasterio ad agendam pęnitentiam,vt latius ibi
per eum. ¶ Nunquid autem si sponsa fornicetur,possit di
mitti a sponso,vide Abb.in c.quemadmodum.§.illud.col.
60 2.nu.13.de iureiur. ¶ † An sponso liceat rapere sponsam,
vltra supra proximè dicta,& vltra dicta per Luc. de Pen.in
isto c.dic.ꝙ non est licitū rapere: quia in ea non habet ma
nus iniectionem,nec quasi possessionem,vt dicit Bal. in d.
l.vnica.col.2.C.de rap.virg.in 7.nota.Bal. in l.in ambigua.
ff.de leg.Ioan.Andr.in regula quæ contra. de reg.iur.in 6.
61 ¶ † Quid si raptor rapuit mulierem non causa libidinis,
sed ex alia causa,an puniatur pœna d.l.1.C.de rap.virg.vi
de Dec.consi.234.col.fi 2.vol.vbi dicit, ꝙ pęna d.l.1.C.de
rap.vir.habet locū solum, quando rapitur causa libidinis.
Adde etiam ,ꝙ si raptor rapiat mulierem, & non coeat cū
rapta,non punietur morte,vt tenet Io. de Ana.in c.cū cau
sa.de rapto.vbi dicit,ita vidisse consultū,& iudicatū Bono
niæ.& sequitur Cæp.consi.57.super querela.& Tho.Gram.
decis.2.nu.29. Contrariū tn̄ tenet Matth.de Affli.in consti.
siquis raptor. col. 3.in 2. q.vbi dicit, ꝙ per solum raptum
etiam sine corruptione virginalitatis est pœna mortis,alle
gat d.l.siquis rapere.& And.de Iser.in c.1.§. fi. de capi. qui
curi.vendi.& And.in d. constitu. si quis rapere , cum aliis
concor.& loquitur in rapiente monialem,& opin. Matth.
est verior de iure , sed opin. alia est æquior & humanior.
62 ¶ † De stuprante virginem immaturam dixi supra proxi-
63 mè.¶ † Quid si aliquis introiuit domum virginis sine eius
voluntate,& sic per vim , sed postquam domum ingressus
fuit eam eius voluntate. stuprauit, an dicatur per uim stu-
prata,& sic inspiciatur principium , vt acrius puniatur,an
verò non inspiciatur principium , sed eius voluntas, vide
And.de Iser.in tit.quæ sint reg.in verbo contrahentium in
cestas nupt.col.4.in fi.cum seq. Et ibi etiam ponit, quid si
eam interpellasset,vel solicitasset, vel odiosis actibus eam
circumuenisset,an dicatur per vim rapta , vide ibi per eū.
64 † Et aduerte: qa illud,quod dicitur, ꝙ rapiens mulierē pu
nitur.Intelligitur de muliere honesta, secus de meretrice
& alia inhonestæ vitæ.vt dicit glo.in d.l.1. C. de rap. virg.
& ibi Hipp.col.42.nu.210.cum concor.ibi. Sicut dicimus
in committente adulterium:quia de iure communi pœna
adulterii in masculo est pœna mortis,fœmina verò claudi
tur in monasterio,& alia patitur, de quibus in authen. sed
hodie.C.de adul.plenè Ang.in tra. male. in verbo,che hai
adulterato la mia donna,colum. 12.versi. quæro , quæ sit
pęna, de iure verò consti. regni. in masculo adulterio non
est mutata pœna:quia punitur pœna mortis,fœmina verò
adultera punitur truncatione nasi, si maritus voluerit, sin
autē publicè fustigabitur,vt in const.regni,legū asperitate,
& ibi And.de Iser.& Matth.de Affli.& Tho Gram.decisio.
31.vbi ponit,q̄ sit pęna adulterii,& an possit ex officio pro
cedi.Et quid si adulteriū non fuit cōsumatū, qnomodo pu
65 nietur.Tho. Gram. decis.2.nu. 4.24. † Tamen prædicta li-
mita,nisi masculus committeret adulterium cū aliqua mu
liere,quæ minus honestè viueret , & esset cognita a pluri-
bus:quia licet ipsa mulier maritata non excusetur a pœna
adulterii:tn̄ adulter non potest puniri de adulterio,quia vi
litas inhonestæ vitæ illius mulieris. quæ se supposuit pluri
bus, excusat adulterū a pœna adulterii, vt tenet Matth. de
Affli.in d.consti.legū asperitate,col.2.versi. & scias. allegat
Ang.in d.l.1.C.de rap.virg.& tenet Bar. in l.quæ adulteriū.
& ibi Ang.C.de adul.per illū tex.& per l.verū.ff.de fur.l.si
vxor.circa prin.& ibi Bar.ff.de adul.Ang.in l.si ita ea.C.de
adul.ubi dicit,ꝙ ita seruat consuetudo.Saly. in d.l.si ea.re-
ferens Dyn.ita consuluisse,Bal.& Saly.in l.si mulier. C.de
adul.Bonifa.in tra.malefi.in tit. quid sit accusatio.col.pen.
& in tit.de adul.incest.& sodo.col.1.Alex.consi.99.visa in-
quisitione.col.fi.6.vol.& consi.13.attentis his 7.volu.Talis
enim coitus non debet esse punibilis,nec accusabilis secū-
dùm leges ciuiles propter uilitatem personæ.Et propterea
dixit Ang.in d.l.si uxor.hoc esse notandum pro scolaribus,
qui uadunt ad istas fantolastras: quia talis coitus non dici-
tur punibilis,nec accusabilis,& sequitur Aug. Ari. in trac.
malefi.in addi.in uerbo, che hai adulterato la mia donna.
col.12.cū seq.& Alex.d.consi.13.Soc.cons.144.memini.co
lum.3.1.vol.allegat ita tenere Io.de Montesperello, ut ibi
per eum,& Soci.in l.Gallus.§.quidam. col.3. ff. de libe.&
posth.& Bal.nouellus in subscriptione d.consi.col.pen.&
Lud.Goza.consi.21.col.ii.in fi.Et hoc procedit ēt in uidua
& maritata,ut in dictis locis,& supra dixi.Intellige prædi-
cta,nisi interuenisset adulteriū cum incestu, quia tunc pu-
niretur pro incestu,ut dicit Saly.in d.l. quæ adulterium.Se
cundò intellige , nisi per uim cognosceret talem mulierē
inhonestam,quia tunc puniretur.Mathesil.nota.101.Alex.
in addi,ad Bar.in d. l. si uxor. & est consti. regni oēs.& ibi
scrib.de uiolentia meretricibus illata, cum concor.in d.lo
cis.Item ad materiā adde,quæ dicit Tho.Gram.consi.4.co
lum.3.in fi.uersi.ultimò dicit, ubi referendo Guil. de Cu-
nio in l.raptores.col.ii.C.de epi.& cler. dicit, ꝙ siquis co-
gnouit uirginem,uel uiduam sine uiolentia & sine armis,
non habet locum pœna raptus,sed si est nobilis,amittit di
midiam partem bonorum,si est uilis,corporaliter punitur
non tamen ut moriatur , & habet locum , etiam si mulier
honesta,uolens cognita fuerit,quia præsumitur seducta bo
nis uerbis l.1.§.1.C.de rap.uirg.& tenet And.de Iser.in titu.
quæ sint rega.in uerbo,contrahentium incestas nuptias,co
66 lū.4. uersi. multis uidetur,& alii in locis prçallegatis.¶ † In
text. in princ.ibi (ut sine mortalis peccati discrimine &c.)
Nota ex isto tex. † ꝙ quando maritus copulatur uxori suæ,
non committit peccatum mortale. Et de hoc an & quan-
do maritus reddens debitum uxori suæ peccet uel non,ui-
de latè Astens.in sum.lib.8.tit.x.ca.sequitur uidere de quar
to,per totum,& uide Fely.in rubr.de sponsa. colum. 5. &
latè per Sil.in sum.in uerbo debitum coniugale,cum con-
cordan.in dictis locis. ¶ In tex.ibi (frequenter uero &c.)
67 Nota ex isto tex.† ꝙ propter osculum maculatur decor uir
ginalis pudoris,& dicit Seb.de Neap.in consuetu. Neapo.
quæ incipit,quartam.de iure quartæ,in glo.in uerbo a quō
dam uiro,colum. 4.nume.29.quòd pro osculo pro medie-
tate dicitur caro corrupta. ¶ In tex.ibi (pręire &c.) Nota,
quòd in contrahendis matrimoniis debet præcedere con-
sensus parentum & consanguineorum . In tex.ibi (in fa-
68 cie &c.) † Nota,quòd suspensalia contrahi debent publi-
cè coram multitudine amicorum communium,& non de
bet esse clandestina,& debet fieri in facie ecclesię,& debet
interuenire sacerdotalis benedictio in ecclesia , ut hic, &
concordat consti.regni sancimus , in titu.de matrimo.pu-
69 blicè contrahendis . ¶ In tex. ibi (ut nullus &c.) † Nota,
quòd nullus debet rapere uirgines , aut maritatas, aut ui-
duas,aliàs punit ut hic.¶ In tex.ibi (uolumus etenim &c.)
70 † Nota,quòd contra raptorem uirginis, uel maritatæ, uel
uiduæ.Et similiter contra osculantem uirginem maritatā ,
uel uiduam procedi potest ex officio sine accusatore , uel
denunciatore.Et istud c.est factum post c. ut delatas.supra
235.ut patet ex data,nā illud fuit factum anno Dom.1324.
Et istud fuit factū anno Domini 1332.& sic est posterius,&
sic non obstat d.c.ut delatas.¶ In tex.ibi (si autem contuma

citer

71 citer &c.)†Nota, ꝙ contra rapientem & contra osculantem virgines, vel maritatas, vel viduas contumacẽ potest procedi ad foriudicationem, & non expectatur annus, sed elapsis sex mensibus potest foriudicari, & est propter delicti quantitatem, licet in aliis expectetur annus, vt in consti. regni, pęnam eorum. ¶In tex. ibi (& regni constitutionem &c.) Loquitur de consti. pęnam eorum, in qua ponitur, qualiter cõtumax punitur in criminalibus, & quõ procedatur ad foriudicationem, de quo ibi latè per Matth. de Affl. de quo ẽt vide, quæ dicit And. de Iser. in titu. quæ sint rega. in verbo contrahentium incestas nupt. col. 6. Et ibi ẽt ponit, ꝙ iudex in citatione nõ põt imponere pęnam omnium bonorum in regno: quia per cõstitutiones regni est data forma puniendi contumaces, qñ non comparent, vt ibi per eum. Et qualiter contumax puniatur in ciuilibus, vide in consti. pęnam nouem vnciarum, & sunt multi ritus magnæ curiæ vicariæ.
72 ¶In tex. ibi (& si fuerit &c.)† Nota, ꝙ rapiens, vel osculans virgines, vel maritatas, vel viduas, si est paterfamilias, qui habet bona, omnia eius bona publicantur & fisco applicantur dempta legitima filiorũ. Si verò fuerit filiusfa. priuatur successione parentũ. Et eadẽ pęna puniũtur cõplices & receptatores eorum. ¶In tex.
73 ibi (& quia &c.)†Nota, ꝙ mulier, si patitur, & consentit se rapi, vel osculari, perdit dotes, & priuatur successione pa-
74 rentum. ¶In tex. ibi (pro his autem.)†Nota, ꝙ nemo debet loqui, vel intercedere pro raptore & deosculatore virginum maritatarum, vel viduarum, & contrafaciens puni-
75 tur. ¶†Adde ad materiam, ꝙ indicia pro adulterio sunt deosculatio, tactus mamillarum, apparatus, conuiuia, & alia similia præparatoria, gl. in l. quod ait lex. ff. de adult. & in c. præterea. & ibi doct. extra de testi. & vide Marc. Ant. Blan. in repet. l. fi. nu. 69. ff. de quæst. vbi etiam refert Bud. volens rem veneream esse, quando pudenda in pudẽdis, & obscena in obscenis sunt posita, vt ibi latius per eum, refert ẽt illud, quod dicit Bald. in c. tuæ. de procu. vbi dicit, ꝙ ita punitur mulier, quæ osculum luxuriosum dat, quemadmodum pro adulterio, sed intellige respectu indiciorum ad probandum adulterium, non autẽ quò ad punitionẽ: vt dicit Deci. in rub. C. de eden. in prin. & in rub. extra de prob. & in c. cum super. col. 1. de off. dele. & Mar. Anto. Blan. vbi sup. & vide Hosti. in sum. in tit. de diuor. §. quot modis, col. 4. & col. 7. vt quia vidit nudum cum nuda in eodem lecto iacentes, & se agitantes, & ꝙ erant ætatis aptæ ad illud exercendum, vel vidit commisceri, vel de nocte cameram intrare & alia, vt ibi per eum, & Matt. de Affl. in consti. in quæstionibus, nu. 12. Et an colluctans cũ muliere acclamante possit torqueri, vide Matt. de Affl. in consti. in quæstionib. col. 4. nu. 11. qui tenet, ꝙ facit indiciũ
76 ad torturam. ¶In text. ibi (& quia mulieres &c.)†Nota, ꝙ mulieres sępius materiã se amandi nutibus & actibus dare solent, & dicit Cy. in l. j. C. de rap. vir. quem refert Ias. in addi. ad Christoph. Porc. in §. apium quoq;. col. ij. Insti. de re. diui. ꝙ non est vir ita senex, ita edoctus, qui nõ amet fœtus ẽt vilissimæ mulieris, si ipsum illa deprehendit, vnde licet vir ẽt hoc casu si rapuerit mulierem volentẽ punietur, vt in isto c. tñ dicitur minus deliquisse, & ideo mitius punitur, vt dicit Ias. vbi sup. vbi dicit, ꝙ scolaris minus deliquit, qui cognoscit mulierem ad se venientem, q̃ si ad eã vadat, quia qñ quis incitatur a re, vel persona, cũ qua, vel sup. quam deliquit, minus delinquere dr, vt dicit Ias. vbi sup. Et propterea infert, ꝙ ille, qui habet copulam cum formosa muliere, minus delinquit, q̃ ille, qui habet copulã cum turpi, quia priori casu magis incitatur a natura ꝑꝑ pulchritudinẽ & libidinem, & citius se absoluit ab actu veneris, ita tenet gl. in l. fi. in gl. fi. 14. q. 6. & Ias. vbi supra, & Idẽ Ias. in §. ex maleficiis. col. 2. nu. 13. Instit. de act. & Gand. in tra. malef. in rub. de multis quæst. variis in malefi. col. 6. circa med. & Io. de terra Rubea in tra. contra rebelles, in art. 8. tertij tractatus, col. 16. car. 79. secundũ meã
77 impressionem. ¶†Qualiter autem puniatur ponens scalas ad muros, vel fenestras alicuius mulieris cã violandæ castitatis. Dic, ꝙ punitur pęna mortis. Bal. in l. fi. in 1. lect. ff. de rer. diui. & hoc in muliere casta, sed si non fuisset mulier casta, sed meretrix punitur extraordinaria pœna arbitraria, vt dicit Bal. vbi sup. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Tempus labitur more fluentis aquæ.*
Humana sagacitas astucias et tortuosas vias inuenit, ibid.
2 *Patens hostium forti præsidio muniri debet.*
3 *Feuda tenentes solebant dare pecuniam & iocalia nõ pro dote, sed pro honorabili vita ducẽda, ad hoc vt filiæ a successione non excluderentur.*
4 *Mulier, quæ habuit bona licet non nomine dotis, sed pro honorabili vita ducenda, an tanquam dotata repellatur a successione. 9.*
5 *Dotis naturam an assumant res datæ pro honorabili vita ducenda.*
6 *Regi datum est ex alto regere regna & subditos, & leges condere populis.*
7 *Mulier, quæ habuit bona pro honorabili vita ducenda, an excludatur a successione feudalium, & fiscus admittatur. 8.*
8 *Pacta, quæ fiunt, vt mulier admittatur ad feuda, & quòd bona habuit pro honorabili vita ducenda, & non pro dote, an valeant, & fieri possint.*
10 *Mulier, quæ habuit bona pro honorabili vita ducendã, an possit petere supplementum paragii, si non habuit integrum paragium.*
11 *Soror maritata a fratre an & quando excludatur a successione bonorum feudalium fratris.*
12 *Soror maritata & dotata an excludatur a successione feudorum.*
13 *Paragium. Ius petendi paragium & legitimam an transmittatur ad hæredes.*
14 *Filiæ si fuerit legatum pro dote, & decessit, antequam esset maritata, an transmittat tale ius ad hæredes.*
15 *Filia an possit agere contra tertios possessores pro paragio sibi debito de bonis paternis.*
16 *Honorabilem vitam ducere quis dicatur.*
Miles & baro si non viuit militariter cum equis & armis, an gaudeat priuilegio, ibidem.

DE TOLLENDA CAVTELA DE BOnis datis pro honorabili vita ducenda.

EDICTVM CONTRA CAVTELAM de honorabili vita ducenda in feudis. Rub.

CAROLVS TERTIVS DEI GRATIA Rex Hierusalem & Siciliæ, Prouinciæ & Forqualquerij, ac Pedis Mõtis comes. Vniuersis pręsentis ordinationis nostræ seriem inspecturis tã præsentibus, quàm futuris. CAP. CCLXIII.

IMERGENTIVM rerũ confusa varietas. †
1 Et temporum labentium vicissitudo, more labentis aquæ, sine prouidẽtia defluẽs, & tacitis gressibus sine prouisione transcurrens, produxit hactenus multa incõmoda regno nostro, & iura nostrę curiæ per exquisitas astutias, & tortuosas vias, quas sibi

sibi sæpe adinuenit humana sagacitas, multipliciter vsurpauit, ad quod dum intendimus affectu dominico ad augmentum regni, & ad fisci nostri compendia, quibus vniuersalis & particularis status ipsius regni aperta ratione concernitur, metimurq; singula, & animum nostrũ in diuersa porrigimus, accessum sibi fecit consideratio nostræ mentis, idque repetito & deliberato examine dirigentes & adductis in medium & discussis quæstionibus, & argumentis ad reprobationem peruersæ intentionis humanæ, & ad iustificationem nostræ deliberationis consultæ, æquum, & congruum fore præuidimus, damnosas hmõi claudere semitas.
2 † Et patẽs hucusq; hostium forti & irreuocabili vallare præsidio, domare appetitum, qui rationi non subiacet, & sic prouidere in talibus consulta rescripta & statuta edendo in populis, vt præsidentis in solio honor debitus seruetur & gloria, conculcetur ambitiosa rapacitas, quę suis iuribus sit contenta, & quę de iure ad fiscum nostrũ perueniunt, deiecto quouis obiice, prætiosoque disputandi certamine iusto defensionis clipeo infallibiliter acquiratur.

3 ¶ † Sanè vt huius rei breui sermonis cõpendio materia enarretur, cõsueuerunt per quendã abusum nonnulli magnates, comites, barones, & alij proceres, & nobiles regni, tam mares, q̃ fęminæ in contractis seu contrahendis matrimoniis cum eorum viris dare amplas pecuniarum quantitates ipsis viris, iocalia, terras, & aurum, & alia bona mobilia, & fixa, seseq; mouentia, & vt a successione bonorũ feudalium, in quibus aliàs ex successione auita, paterna, materna, & fraterna, & aliter quocunq; modo maritatæ ipsæ mulieres, & indotatæ in causis emergentibus de iure succederent, non dederunt, & assignauerunt, nec dant, & assignant pecuniam, iocalia, & bona alia in dotem & dotis nomine. Sed pro honorabili vita ducenda iocalibus, & ornamentis, aut oneribus matrimonij supportandis, & super hoc fecerunt & fieri faciunt publica instrumenta, cum reseruatione regij beneplaciti, & assensus, quod fit, & factum esse videtur in diminutionem & fraudem fisci nostri, qui quotidie insupportabilia onera sustinet, & nostræ curiæ supradictæ, quando præsertim pecuniæ, iocalia, & res tantæ sunt, quæ paragium mulieris maritatæ concernãt, & censeri possunt dotes rationabiliter competentes in casu, quo nulli debet esse dubium,
4 † quòd mulier maritata de sororibus & aliis hic loquendo quæ maritatæ & dotatæ per regni constitutiones a successione fraterna & aliis successionibus repelluntur, licet videatur esse non dotata, venit a successione prędicta rationabiliter repellenda, & curia nostra tam de iure, q̃ regni constitutione, consuetudine, & obseruãtia, successioni bonorum feudalium sano iuditio præferenda, in quo etiã aliud est pro fortificatione causæ ipsius fisci & nostræ curiæ attendendum,
5 † quòd per stipulationis de cõseruandis ipsis rebus & restituendis in casu dissoluti matrimonij, & per cõstitutiones dotariorum, seu tertiariarum, pro qualitate & quantitate rerũ ipsarum datarum, pro honorabili vita ducẽda sit, & videatur esse vna eademque natura, sicut & dos. Vnde licet pro temporibus retrolapsis per quandã inaduertentiam, seu negligentiam, & propter modicam, seu nullam prouisionem adhibitam in talibus, fiscus noster damnificatus sit pariter atque læsus, & potissimè vbi in talibus prædictis conuentionibus & conditionibus de successione futura modo iam dicto interuenit regnantis auctoritas, seu illius, qui potuit confirmatio, beneplacitum, &
6 assensus. † Nos, quos diuina prouidentia ad regale fastigium produxit, & quibus ex alto datum est regere regna, & subditos, leges, & statuta condere, & dare populis, atque iura diligenti examini subiecimus istam materiam per repetitas vices discussam per doctores vtriusque iuris pariter & digestam, & percepto in plena cõcordia & deliberatione ipsorum,
7 † quòd in hmõi casibus non fœminę, vel ipsarum hæredes, sed fiscus noster quantuncũque appareant, & producentur instrumenta de futura successione iam dicta, cum stipulationibus, promissionibus, cessionibus, pęnis, refutationibus, iuramentorum præstationibus, & clausulis roborata, est rationabiliter successurus, dignum duximus, ne talis detestandus abusus in regno nostro amplius crescat, sed ꝙ penitus & totaliter deleatur, & vt iura ac debita nostræ curiæ procuremus in talibus prouisè disponere & prospicere opportunè.

8 † Propterea hac edictali ordinatione sancimus ꝑpetuò valitura, & de certa nostra scientia declaramus, ꝙ tales conuentiones, promissiones, & pacta de successione futura habenda, in casu & modo prædicto, denuo non fiant, nec fieri debeant in regno, & factæ hactenus, & decætero forsitan faciendæ, quæ non fulciantur confirmatione regia, & assensu, nullum mulieribus ipsis quantuncunque dicantur, & reputentur maritatæ, & non dotatæ, quæ aliàs dotatæ, & maritatæ de iure & regni constitutionibus a successione bonorum feudaliũ, auitorum, paternorum, maternorum, vel fraternorũ, seu alterius cuiuscunque adminiculũ afferat, præsidiũ, & iuuamen, sed pro maritatis, & dotatis habeant, censeatur, & reputentur, & tanquã maritatę & dotatę, a successione bonorũ feudalium in casu, prout iura, cõstitutiones, & capitula regni dictãt, penitus & infallibiliter repellantur, & curia, seu fiscus noster in bonis ipsis singulis vicibus succedat, succedere valeat, debeat, ac possit, quæstione, lite, causa, controuersia, obstaculo, & anfractu sublatis, sopitis penitus, & rescissis.
9 † Ipsasque fœminas, quæ sine nomine dotium maritantur, & traduntur uiris earum, quæ iam assignantur, seu pro ipsarum nomine, atque parte assignata iam fuerint eius vitis, bona in pecunia, vel rebus quibuscunq; pro honorabili vita ducenda, & pro iocalibus & ornamentis ipsius mulieris, vel sub alia quacunque appellatione, vel vocabulo, sub spe futuræ successionis prædictæ, ex nunc prout ex tunc, de dicta nostra certa scientia decernimus, iudicamus, reputamus, tenemus, & censemus fuisse & fore dotatas de conuenienti paragio, & pro maritatis & dotatis haberi, teneri, censeri ipsas, ac etiam reputari,

tati, & sic prout iura mandant, a successione bono-
10 rum feudalium totaliter excludendæ. † Et quia in casibus prędictis occurrentibus successionis prædictæ possent aliquæ mulieres, quæ præmisso modo absque nomine dotiũ reperirentur maritatę, & prætenderent, vel forte allegarent, aut hæredes ipsarum res assignatas per eas viris earum non æqui pollere dotibus de paragio, & per hoc inuenirent & dicerent, (seu allegarent, se velle & posse succedere in bonis ipsis feudalibus, vt claudamus fixuras, & extinguamus omnem materiam concertandi, declaramus, & declarando censemus de dicta nostra certa scientia, quòd per hoc fisco & curiæ nostræ quo ad successionem in bonis ipsis nullũ pręiuditium generetur, sed apertum & liberum habeat aditum & ingressum ad successionem eandẽ, anfractu, obiice, & obstaculo penitus procul pulso, ipsisque mulieribus, siue eorum hæredibus via petendi successionem prædictam, seu intentandi proinde iuditium, sit sublata totaliter & præclusa, de quadam tamen humanitate volumus, ꝙ in eo casu curia nostra de bonis successionis adeptę teneatur, & debeat ipsis mulieribus tantum, ꝙ computatis aliis bonis, quæ reperiuntur, vt prędicitur assignata, censeri dos de paragio & rationabiliter dici possit. Vt autem præsens edictalis ordinatio nostra in notitiam &c.

ADDITIO.

11 EMERGENTIVM. Ad materiam, † an & quando soror maritata a fratre excludatur a successione bonorum feudalium fratris, vide latè Matth. de Affl. in consti. regni, vt de successionibus, & in consti. in aliquibus, ad ibi dicta me remitto.

ADDITIO noua. Pro intelligentia huius capi. est
12 sciendum, † ꝙ soror maritata & dotata de bonis communis patris, vel a fratre excluditur a successione patris, vel fratris in feudalibus, vt in constit. regni, vt de successionibus. §. coniugatæ, & ibi gl. & doct. vnde si talis frater moriebatur sine filiis, soror excluditur & succedebat fiscus. Vnde ad excludendum fiscum fuerat inuenta cautela, ꝙ qñ cõis pater, vel frater maritabat sororem, dabat ei bona mobilia & stabilia, & non dabat loco dotis, sed dabat illa bona, vt posset honorabiliter vitam ducere, & sic non dicebatur dotata, & non excludebatur a successione, & hoc erat contra fiscum; quia si frater moriebatur sine filiis, non succedebat fiscus in feudalibus, sed illa soror, quæ non erat dotata. Vnde Rex Carolus III. volẽs super hoc prouidere statuit in isto c. vt illa bona data pro honorabili vita ducenda censeantur esse pro dote, ut sic excludatur a successione tanquam dotata. ¶ In text. in §. (& quia) ibi (aut hæredes ipsarum &c.) & ibi (ipsis mulieribus, seu eo-
13 rum hæredibus &c.) facit iste tex. ad illam quęstionẽ. † An paragium, seu debitum bonorum subsidium debitũ mulieri iuxta dispositionem cõstitutionis regni in aliquibus, transmittatur ad hæredes, & iste tex. facit ꝙ sic, de qua qõne vide Saly. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. & Bal. in auth. res quæ. versi. sed pone, ꝙ ista filia. C. com. de lega. & Decium cons. 331. & Tho. Gram. decis. 57. col. ij. cum seq. & tenent, ꝙ transmittitur ad hæredes, & in regno videtur sublata ista quæstio per istum tex. vt ibi latius per eum. Similiter ẽt legitima, vel supplementum legitimæ quamuis debet peti in vita per filiam naturalem & legitimam; tamen etiam si non petierit transmittit ad hæredes, vt concludit Saly. in l. scimus. in princi. C. de inoff. testa. & ibi Ias. col. ij. Bal. in l. ij. in vlti. qõne, C. de lib. pręte. Ias. in l. 1. col. 7. ver. quintò facit. ff. de adopt. & in l. emancipata. col. ij. C. qui admi. Pet. Phil. Cor. cons. 32. licet 4. vol. & consi. 40. circa col. pen. in littera O. 3. vol. & tenet Guil. Bened. in repe. c. Raynaldus. de testa. in verbo mortuo itaque testatore. lo ij. car. 43. num. 110. vbi etiam tenet, ꝙ legitimam licet non
14 agnitam transmittit ad hæredem. † Immo plus dicit, ꝙ si filiæ fuerit relictum, quando nupserit, vel pro dote, quo casu relictum peti non potest, donec nubat, vt plenè per Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonst. si talis filia moritur, antequam nubat, transmittit ad hęredes etiam transuersales illud relictum a patre, saltem quatenus legitimam concernit, secundum Alexan. consi. 197. col. 4. ij. vol. & consi. 131. transmissum. j. volu. Et idem in facultate se dotandi de bonis paternis restitutioni subiectis; quia trãsmittit illam facultatem se dotandi secundũ Pau. de Cast. sing. in d. auth. res quæ. & Alex. vbi sup. & Guil. in
15 d. c. Raynut. vbi sup. ¶ † An autem filia pro paragio & dote possit agere contra tertios possessores bonorum alienatorum post mortem patris. Et quid in legitima. Et quid si pater dedit immensam dotem filiæ, an filius possit reuocare pro sua legitima, de omnibus vide Tho. Gram. decisio. 90. insurrexit, & Matth. de Affl. decis. 162. ¶ In tex. ibi (pro
16 honorabili vita ducenda.) Quæro, quando † quis dicitur honorabilem vitam ducere. Dic, ꝙ si est baro, vel miles, debet militariter & honorificè viuere, & honorem dignitatis militaris & onus decenter obseruare in equis & armis & aliis militaribus signis, quibus barones & milites condecet decorari, vt probatur in consti. regni prosequentes. §. in omnibus, aliàs non gaudent priuilegio militum & baronis, vt dicit Luc. de Pen. in l. super. C. de manc. & colo. col. 2. & ij. lib. xij. & Luc. de Pen. in l. pen. de vetera, & l. ij. col. 4. C. de curiosis, lib. xj. Milites. n. prohibent se immiscere vilibus negociis & rusticis. l. milites, & l. militares. C. de re mil. lib. xij. & Luc. de Pen. in d. loc. Io. Ant. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Iurgia, & dissidia tollere ad quem spectat.*
2 *Conseruatorium an concedatur, quando aliquis molestatur super possessione alicuius rei stabilis.*
3 *Conseruari an debeat in possessione ille, qui possidet, & super ea molestatur.*
4 *Pecuniaria pœna, quæ imponitur per conseruatorem, an fisco regio assignari debeat.*

CONSERVATORIVM IN forma solemni pro laico contra laicum. Rub.

IOANNA &c. IVSTITIARIIS prouinciæ Aprutiæ citra flumen Piscariæ, præsentibus & futuris, ipsorumq; locumtenentibus fidelibus nostris, gratiam suam & bonam voluntatem. CAP. CCLXIIII.

1 AD præsidentis † spectat officiũ, iurgia tollere, dissidia dissipare, sicque prudenter agere suæ iurisdictionis oportuno remedio, quòd dum facultas contendendi de facto tollitur, concer-
2 tandi noxia materia sopiatur. † Sanè pro parte Mariæ de Casali Pastiue &c. fidelis nostræ fuit Maiestati nostræ expositum reuerenter, ꝙ quamquam exponens ipsa habuerit tenuerit, & possiderit, ac habeat, teneat, & possideat nunc ad præsens per se aut alios eius nomine tenentis & possiden-

dentes, iustè, ac rationabiliter, ac pleno iure in dicto casali domum vnam sitam &c. iuxta &c. percipiendo & percipi faciendo ex ea iura, fructus, redditus, & prouentus, prouenientes, & prouenientia ex eadem. Conqueritur tamen memorata exponens, quòd talis de tali loco, iuribus suis non contentus, perperam agens, præfatam exponentem super possessione ipsius domus indebitè vexat, & multipliciter inquietat, non permittens exponentem ipsam, seu alium, vel alios suo nomine, ipsius domus pacifica possessione gaudere. Et alios fructus, & redditus ipsius domus pacificè percipere & habere, in iuris iniuriam, & ipsius exponentis præiudicium satis graue. Quapter eadem exponens ipsi nostræ maiestati supplicauit attentius, vt super præmissis prouidere nostra serenitas charitate dominica dignaretur. ¶ Nos autem nolentes quemquam ex nostris fidelibus in suis iuribus opprimi, seu vexari, Fidelitati vestræ harum serie de certa nostra scientia
3 mandamus expressè. † Quatenus tu tam pręsens, quàm vos alii futuri Iustitiarii prouintiæ supradictæ (si ita est, vt exponitur) supplicantem ipsam in possessione dictæ domus, in qua est, & ipsam esse inueneritis, quamdiu possessionis ipsius iuxta causa durauerit, vestrorum officiorum temporibus, iusti fauoris præsidio manuteneatis, ac etiam defendatis, non permittentes eam super possessione ipsa, & fructuum perceptione, & redituum eorundem quomodolibet minus debitè molestari. Ipsumque talem & quosuis alios turbatores illicitos, quòd desistant ab inde per grauium impositiones pœnarum, & exactiones earum, si commissæ fuerint, aliaque iuris remedia, quæ expedire videritis arctius cohibendo, ita quòd vlterior ad nos inde querela non veniat. Et super hoc exinde vobis rescribere non coga-
4 mur. † Pecuniam verò totam, quam ex dictarum exactione pœnarum recipere forsitan continget, ad cametam nostram integrè suis vicibus destinare curetis, nobisque processum totum describere, quem in præmissis habueritis, seriosè, particulariter, & distinctè, præsentibus post opportunam &c. Data Neapoli, &c.

ADDITIO.

AD præsidentis. Ad materiam conseruatorij, & huius c. vide, quæ dixi supra ca. ad regale fastigium. nume. 413. Ioannes Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Proximi diligunt propter affectum charitatis.*
2 *Conseruatorium an concedi debeat laico contra clericum.*
3 *Sequestrum an fieri possit in fructibus.*
4 *Fructus sequestrati an restitui debeant.*
5 *Conseruatorium concedi an possit confratribus contra clericum.*

CONSERVATORIVM pro laico contra clericum. Rubrica.

ROBERTVS &c. IVSTITIARIIS Aprucij vltra flumen Piscariæ, præsentibus & futuris &c. CAP. CCLXV.

1 CHARITATIS affectus † qua propter proximi Deum diligūt, ad omnes generaliter se extendit, illosque præcipuè, quos magis coniunctio proxima, & oppressionis iniuria tediosè fati-
2 gat. † Sanè pro parte viri nobilis Rogerij Celani comitis, consiliarij, familiaris, fideles nostri dilecti fuit nobis nouiter conquerendo monstratum, ꝙ eum tenentem & possidentem iustè, & rationabiliter a nostra curia castrū Castuli de iurisdictione tua cum tenimento ipsius, nec non homines dicti Castri Castuli vasallos suos ab vna parte, cuius coniungitur territorio Castri Viti, & ab alia parte coniungitur territorio Castri Iohæ, & si qui sunt alij confines. Venerabilis igitur & religiosus vir Abbas & conuentus monasterij Sanctæ Mariæ de Victoria, & conuentus monachorum ipsius monasterij eorum iuribus non contenti, sed confisi de priuilegio clericali, quo gaudent, nec non fauore vniuersitatis hominium Castri Licij, & homines vniuersitatis ipsius, super possessione dicti territorij quandoq; per se, quandoq; per submissas personas eorum & dicti monasterij nomine turbant indebitè, & multipliciter inquietant & molestant, non permittentes eundem exponentem, & alios eius nomine pacifica possessione dictæ terræ gaudere, ac fructus, redditus, & prouentus prouenientes ex Castro ipso quietè percipere, & habere. Quinimmo minantur pro parte castrum ipsum cape-
3 re, & commodis eorum applicare. † Amplius ad petitionis instantiam dictorum Abbatis & conuentus certa frumenti quātitas ex iuribus dicti Castri proueniens de mandato tui Iustitiarij præsentis fuisse ponitur arrestata, in ipsius comitis graue pręiuditium & iacturam. Super quo subueniri sibi potestatis vestrę pręsidio suppliciter postulauit. Quia igitur fideles nostros regni Siciliæ, quos specialis nobis coniungit charitas, & naturalis amplexus, quibus fauorabilius libenter prosequimur, ab iniuriis per nostræ protectionis aperte suffragiū defendamus. Fidelitati vestræ harū serie de certa nostra scientia, pręcipiendo mandamus expressè (quatenus si ita est, vt exponitur) tam tu præsens Iustitiariç, q̄ vos alij successiuè futuri, præfato supplicanti, seu personæ legitimè pro eodem molestato taliter, vel turbato, assistatis efficaciter per officij vestri partes, ꝙ super possessione dicti Castri, territorij, ac perceptione pacifica & quieta iurium, redituū, & prouentuum, ac fructuū prouenientium ex eodem, nil indebitum per dictos Abbatem & cōuentum, seu alios pro eis quomodolibet inferatur aduersus iniurias, molestationes, & oppressiones iam dictas, seu eis, & aliis ipsorū dictę ecclesiæ nomine pręsidialiter taliter astituri, ꝙ defensio repellat iniuriam

iuriã, & vis vim licitè ac ꝑ oportunũ obstaculũ pro
4 pulset. † Restituturus tu pſens iustitiarie dicto exponẽti dictũ frumẽtũ penes te existẽt, si illud dicto modo arrestaueris, seu ex iurib. dicti Castri ꝓueuerit, ꝓut iuri & iustitię videris expedire. Pręsentes
5 aũt literas &c. Data &c. † Et notãdũ, ꝙ similis litera pôt fieri pro confratrib. cuiusdã ecclesię molestatis per clericũ super possessione ecclesiæ confratantiæ eorũ, & in casu, quo fructus nõ essent per officialẽ arrestati nõ ponatur dicta clausula restituturus &c.

ADDITIO.

CHARITATIS affectus. Ad materiam conseruatorii vide, quæ dixi supra c. ad Regale fastigium, numero 2. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Charitas an operetur ad omnes maximè ad domesticos fidei.*
2 *Subueniri an debeat non solùm coniunctis & subditis, sed etiam ignotis & exteris.*
3 *Clericus possidens beneficium si in eo molestatur a clerico, an possit conseruari in possessione per iudicem laicum.*
4 *Iniuriam qui potest repellere, si nõ repellit, an sit in culpa.*
5 *Conseruatorium concedi an debeat clerico contra clericum.*
6 *Conseruatorium quando conceditur, an debeat ordinaria causæ cognitio adhiberi, an verò extraordinariè.*
7 *Conseruatorium quando conceditur, an debeat fieri citatio generalis per edictum, vt quicunque sua putauerit interesse, compareat.*
8 *Rex an sit dominus personarum.*
9 *Clericus spoliatus beneficio ab alio clerico an possit a iudice laico conseruari & reponi in sua possessione.*

CONSERVATORIVM PRO CLERICO contra clericum. Rubrica.

ROBERTVS &c. IVSTITIARIO VALlis gratis & terræ Iordanæ &c. præsenti & futuris fidelibus suis &c. CAP. CCLVVI.

1 FINIS præcepti † Charitas bonum operatur ad omnes, sed ad domesticos fidei maximè se conuertit. †
2 Quo fit, vt non solum coniunctis & subditis humanitas nostra subueniat. Sed ignotis
3 & exteris pręsidiũ prõptæ charitatis assistat. ¶ † Sanè Ioãnis tabolacii de Castro Villaro canonici Cusentini fidelis nostri oblata culmini nostro petitio cõtinebat. Quòd ipse auctoritate quarundam literarum apostolicæ sedis iustè & rationabiliter in diœcesi Cusentina in pertinentiis. s. Monticini, & Marzhorani, quãdã præbendam, quę vulgari vocabulo, de Caporzano, dicitur cum tenimẽto vocato albu, aliisq; terris cultis & incultis, iuribus, redditibus, prouentibus suis omnibus possidet atque tenet. Queritur tñ, ꝙ Gulielmus pſona, & Oliuerius eiusdẽ cognominis clerici de Rossano, vnà cũ certis eorũ consanguineis atque sequacibus, exponentem ipsum, seu procuratores eius super perceptione vel quasi perceptione dictorũ fructuũ, aliorũque iurium præfatę præbendę turbant indebitè, & multipliciter inquietant. Super quo dictus possessor clericus, ad tollendam inquietudinis & molestationis iniuriã, nostræ auctoritatis pręsidiũ implorauit. Nos igitur prouida & intrinseca pariter discussione pensantes, ꝙ se charitas extendit ad omnes, vt in depellenda iniuria, & non inferenda, lex
4 virtutis assumitur. † Et qui potest iniuriã ab alio repellere, si non faciat, de culpa notatur, sicut in Sancto Moyse patẽter apparuit, qui cũ vidisset hebreũ ab egiptio iniuriã patientẽ defendit, ita vt egiptiũ
5 prosterneret, & absconderet in arena. ¶ † Fidelitati vestræ pręsentiũ tenore mandamus, quatenus exponenti pręfato, & molestato, pariter vestræ iurisdictionis in his patenti suffragio assistatis, non solùm per iuris oportuna remedia, sed per aptæ defensio-
6 nis pręsidalia iuuamenta. † Non exigentes in istis cognitionalia ordinariè certamina, quæ in ecclesiarum personas atq; negotia nõ possetis cõmuni censura rationabiliter exercere. Sed facta vobis de molestatione pręfata informatione summaria, per facti notorium, vel rei euidentiã, famamue publicã, aut inquisitionem aliã attestantem commissam molestationis iniuriã præmissa efficaciter cõpellat ue-
7 stræ diligentiæ promptitudo. ¶ † In cuius probatione sufficiat uobis edictum generale proponere, ꝙ quicunque sua interesse putauerit, uisurus accedat producendorũ in causa prædicta testium iuramenta, & oppositurus, quæ circa huiusmodi rei substantiam pro se uoluerit allegare, hęc quippe mentibus nostris pręmissæ rationes insinuant, dominicæ charitatis affectus, & mentalis compassio, signãter nos excitant, & exempla laudabilia imitanda cõfirmãt,
8 ¶ † Cũ enim sumus in nostro regno Siciliæ domini personarũ, sic tenemur grauatis & oppressis assistere, quod per brachii nostri potentiã se ualeãt defensare. Nam omnis gemens a Saule uexatus dum a facie per sequẽtis impellitur, Regi Dauid tuto præsidio pręsentatur. Vosq; alii iustitiarii successiuè futuri sic dicto supplicanti præsidialiter astituri per officii uestri partes, ꝙ tã super possessione, seu quasi canonicatus prędicti, quã perceptione fructuũ, & obuentionũ prouenientiũ ex eisdẽ, per eosdẽ Gulielmum Oliueriũ, & quosuis alios turbatores illicitos, molestia aliqua minus debitè nullatenus inferatur. Præsentes autẽ literas post oportunã inspectionem earum remanere uolumus præsentanti efficaciter in perpetuum ualituras. Data &c.

ADDITIO.

FINIS præcepti. Ad materiam huius ca. & ad materiam conseruatorii uide quæ dixi supra c. ad regale fastigium. nume. 213.

ADDITIO noua. ¶ † An autem istud c. habeat locum, quando vnus clericus spoliauit aliũ clericũ possessione seu quasi alicuius beneficii, uel dignitatis, puta primiceriatus, uel alio beneficio, uide latè Matth. de Affli. deci. 24. quidã clericus, qui disputat ad partes, & concludit, ꝙ habet locũ, & ꝙ sacrũ consiliũ potest de iure clerico querulanti de spolio beneficii ecclesiastici facto per clericũ succurrere, & nõ consentire oppressioni, seu spolio pędicto, & debet procedere nõ per modũ iudiciariæ auctoritatis, sed prouidere notoriè & euiden-

D. Ioan. Anto. de Nigris.

SS ter

ter oppresso & spoliato, q sibi fiat restitutio, ita q talis restitutio potius sit defensio extraiudicialis, quàm iudicialis. Et data supplicatione sacrum consilium facta citatione per edictum contra quoscunque interesse putantes ad dicēdū & allegandum quicquid uoluerint, & ad uidendum testium producēdorum iuramenta & super notorium facti, & euidentiam rei apparebit querulantem iniuriatum siue spoliatum fuisse, præstetur præsidiali officio defensio ipsi spoliato, vt recuperet suam possessionem, & ista talis præstatio defensionis præstita præsidiali officio non per modū cognitionis iudiciariæ est permissa ibi de de iure, ut latius per Matt. vbi supra. Io. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Violenta prædatio & inuasio, an sit iuri naturali contraria.*

2 *Lex naturæ læditur & iustitia impugnatur per violentiā.*

3 *Spoliatus a clerico an ei debeat concedi per laicum iudicem conseruatorium & assistentia ad recuperandum possessionem.*

4 *Conseruatorium vt concedi possit an debeat procedere citatio generalis, si aliquis sua putauerit interesse, compareat ad videndum testium iuramenta.*

5 *Defendi an debeat laicus a iudice laico, ne opprimatur & molestetur a clerico.*

6 *Fisci interest assistere laicis, ne opprimantur, quia soluunt fiscales functiones.*

DE SPOLIATIS PRO LAICO contra clericum. Rubrica.

ROBERTVS &c. REGENTI CVRIÆ Vicariæ regni Siciliæ Iudicibus eiusdem curiæ consiliariis, familiaribus & fidelibus gratiam suam &c. CAP. CCLXVII.

1 OMNIS † prædatio, & inuasio quælibet violenta iuri sunt naturali contrariæ, & a præclaræ iustitiæ regulis reprobatæ. Displicent hæc nobis, & meritò, quia potius pungunt intrinsecus men-
2 tem nostram † per quæ natutæ lex læditur, Impugnatur iustitia, in contemptu maioris domini committitur damnanda præsumptio, & inter fideles nostros exoritur scandalum ciuilis belli discri-
3 minum productiuum. † Sanè Perottus scalēsis de Neapoli fidelis noster nuper in auditorio nostro grauiter est conquestus, quòd cū ipse teneret, & possideret qaandam petiam terræ sitam in pertinētiis ciuitatis Capuę subiectis loco & finibus designatū. Vicarius venerabilis patris I. Dei gratia Capuani Archiepiscopi regni Siciliæ cancellarii dilecti, consiliarii, familiaris, & fidelis nostri de mandato eiusdem archiepiscopi Perottū ipsum possessione terrę prædictę violenter auctoritate propria spoliauit non minus in contemptum nostri nominis, & honoris, quàm dicti Perotti præiudicium euidens, & iacturam, propter quod præfatus Perottus maiestati nostræ supplicauit attentius, vt super hoc ei de oportuno remedio prouidere dignaremur. Nos autem hæc (si vera sint) nec immerito abborrentes, Fidelitati vestræ præsentium tenore committimus, & mdamus, quatenus receptis præsentibus, factaque vobis exinde informatione summaria per facti notorium, aut rei euidentiam, famamue publicam aut alias non per cognitionalem indaginem, quam in clericorum personas atque negotia non possetis censura communi rationabiliter exercere.
4 † Antea quoque per vos edicto prępositio, quòd si sua interesse putauerit, corā vobis comparere debeat, visurus producendorum super hoc testium iuramenta, memorato supplicanti ex iniuria dictæ spoliationis offenso, circa recuperationem possessionis eiusdem (si non admittatur ad eam) efficaciter curetis assistere, auxiliis, consiliis, & fauoribus oportunis, vt recuperata in statum reducta pristinum possessione iam dicta, cesset iniuria, rapina, & violentia re-
5 frenetur. † Manutenentes nihilominus & defendentes eundem in dicta possessione postquam recu-
6 perata extiterit, vestri præsidii potestate. † Interest quidem nostra, præcipuè fidelibus nostris, in huiusmodi casibus patenter assistere, qui pro eorum bonis & possessionibus fiscalia munera cotidie subeūt & nostris necessitatibus sicut cotidiana experientia comprobat, promptitudine deuotæ exibitionis assistunt, prædicta verò terra sita est (vt ponitur) in tali loco. Pręsentes autem literas &c. Data &c.

ADDITIO.

OMNIS prædatio. Ad materiam huius ca. uide quę dixi supra in cap. ad regale fastigium. numero 213. Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Scientia irradiat, nobilitat & illustrat homines & per eam homines reformantur in melius.* 13.

2 *Studii Neapolitani priuilegium.*

3 *Studii fructus, quia regni decus extollitur, vtilitas subiectorum procuratur, & gloria Regia ad remotas partes diffunditur.*

4 *Scolares coram quo conueniri debent.*

Doctores, scriptores, & alii, qui ratione scholarium morantur, an eodem gaudeant priuilegio, quo scholares, ibidem.

5 *Iustitiarius quantum salarium habere debet.* 12.

Iustitiarius quomodo eligi debet per scholares, ibidem.

6 *Assisia rerum vænalium per quem poni debeat.*

7 *Hospitia scolarium quantum sunt taxanda.* 17.

8 *Scolares an debeant soluere gabellam, seu pedagia, & ius fundici.* 16.

10 *Scholaribus an debeat esse liber accessus ad studium.*

11 *Studentes in propria patria an gaudeant priuilegio.* 15.

14 *Scolaris an teneatur soluere gabellam pro libris.*

15 *Sholares an debeant portare literas testimoniales, quòd sunt scholares.*

17 *Assisia per quem poni debeat.*

18 *Scholares non intrantes ad audiendum an gaudeant priuilegio.*

19 *Scholaris inhonestè viuens an gaudeat priuilegio.*

20 *Scholares studentes in studio adulterino an gaudeant priuilegio.*

21 *Scholares debent esse morigerati.*

Sapientia non intrabit in animam maleuolam, ibidem.

22 *Scholares, qui volunt venire ad perfectionem, quid facere debent.*

Scho-

23 *Scholaris vagus non efficitur magister.*
24 *Scholaris debet esse attentus ad audiendum, nec numerare tegulas, nec castrametari in aere.*
26 *Scholares quando sunt in studio habent amicos, & postea in patria dicunt non noui vos.*
Scholares diuites dicunt pauperibus, non noui vos, nec eis loqui volunt, ibidem.
27 *Scholaris, qui vadit de nocte, & dormit extra domum, nunquam addiscit.*
Scholares licet omnimodo non deserant libros, si vagantur, dicuntur vagantes & errantes, & non habent præmium, ibidem.
28 *Scholaris, qui parum studet, parum scit.*
Scholaris non sufficit stare in studio, sed debet studere, ibidem.
29 *Scholaris satur non bene discit, sicut ieiunus.*
Scholares lurcones non bene discunt, ibidem.
30 *Scholares, qui sepius faciunt mascaras, nunquam bene addiscunt.*

PRIVILEGIVM COLLEGII Nepolitani studii. Rubrica.

ROBERTVS &c. VNIVERSIS PRÆsens priuilegium inspecturis tam præsentibus, quàm futuris. CAP CCLXIX.

INTER virtutum dona nobilium, quas humanis sensibus indidit patris æterni sapientia, secularis scientiæ bonitas tamquam a suo toto forma specifica, primũ nec immerito, locum tenens nõ
1 solum mentes, quibus infunditur, † sed & loca studentium in eadem decenter irradiat, nobilitat, & illustrat, ex hac enim homines ipsi reformantur in melius, & perspicacius inter vtrunque rectum vbicunque discernitur, salutaria consilia prodeunt status vrbium in pace dirigitur, & iustitiç copia ministratur. Hæc itaque tantorum bonorum priuilegiis extollenda, vt dum se plenioribus fulcitam libertatibus exhibet, gratius ad se filios scientes alliciat, regentes in scientiæ exortantibus ad se trahat
2 per hoc. † Sanè grande fuit, & non sine causa misterium, quòd per bonæ memoriæ dominum patrem nostrum in ciuitate Neapolis, vt pote, ab adiacẽtia situs, & oportunitatibus aliis, ac commoda studio & studentibus oportuna literalis scientiæ studium extitit reformatum, cœterisque illud libertatibus & immunitatum largitionibus gratiosè peruẽtum speciali suo, quod infra de verbo ad verbum distinctè subnectitur, priuilegio inde facto continentiæ talis. ¶ Carolus Primus &c. Circa reformationem & incrementum cõtinuum studii generalis, quod in ciuitate nostra Neapolis, prout nostra serenitas reformandum eo libenter intendimus, & ad nostrũ
3 ad hoc præsidium impartimur, † quo per effectũ subsequentem & fructuum eiusdẽ studii Regni nostri decus extollitur, & subiectorũ procuratur vtilitas, & gloria nostri nominis propagata diffunditur ad remotas partes & exteras nationes. Qua propter præsentis priuilegii serie notum fieri volumus vniuersis, & singulis tam præsentibus, quàm futuris, ꝙ nos attendentes diligenter & sollicitè circa statum doctorum & scholarium omnium in tranquillitate placida confouendum, qui sub regiminis nostri prçceptione præcipuæ in dicta ciuitate Neapolis sco-
4 lasticæ sunt militiæ deputandi. † Volumus, decernimus, & mandamus, quòd in omnibus quæstionibus, tam ciuilibus, q̃ criminalibus coram iusticiario suo siue conueniantur, siue conueniãt alios, vel scolares vel ciues, tam doctores, quàm scholares & scriptores eorum apothecarii ac cœteri, qui ibidẽ ratione scholarium morãtur, audiri & trahi dẽant eorum causæ quælibet coram eo secundùm quod iustum fuerit terminentur, reseruata tamen electione scholaribus ipsis iuxta legitimas sãctiones, si causam ipsam maluerit coram archiepiscopo ciuitatis
5 ipsius, vel suo doctore potius ventilari. † Qui si quidem iusticiarius creandus & statuendus per vos, si Neapolitanus fuerit, viginti, si verò extraneus triginta vncias auri scholarium de officii sui prouentibus annuatim habebit, tribus sibi in ministranda iusticia communiter assessoribus adhibendis, vno vltramontano, videlicet, quem scholares illarum partium elegerint, altero Italico eligendo per scholares Italiæ, & tertio regnicola per scholares, eligendo regnicolas, qui de tribus in tribus mensibus, iu-
6 giter mutabuntur. ¶ † Et quia circa forum rerum venalium studentium status, & studii cõseruatio, in magna parte subsistit, ordinamus & volumus per quod eundem Iusticiarum cum assessorum cõsilio & doctorum, ac magistrorum scholarium in rebus venalibus certa constituatur assisia, quæ inter fines modestiæ constituta, nec emptoribus, nec venditoribus sit iniqua, inuiolabiter obseruetur, certa & competẽti pçna ipsis transgressoribus imponenda, quæ exacta & extorta vt cõuenit, ab eis qui in eã inciderint, nostri fisci cõmodis applicetur, deducto tamen ex his, aliisque prouentibus officii prædicti
7 Iusticiarii salario ipsi Iusticiario constituto. † Constituantur etiam per eundem Iusticiarium & doctores cum assensu scholarium probi viri ad taxandũ hospitiorũ loeria, a scholaribus cõducenda, ad quã taxationem faciendam tres scholares, & tres ciues ad id idonei ordinentur, qui taxent hospitia quælibet, quæ scholares voluerint, mansione ipsarum dominis congrua reseruata, ita quòd nullum hospitium vltra duas vncias taxetur per annum, circa quantitatem ipsam, prout vniuscuiusque qualitati & conditioni conuenit æxtimentur. ¶ Et vt philosophiæ studio, ad quam laboratur, in otio liberius & quietius dicti scholares intendant, expressa & in
8 uiolabili iussione mandamus. † Quòd nullus officialis curiæ nostræ, vel ciuis terrç eiusdem, & stationarii ac scriptores eorum, & quoslibet alios ibidẽ commorantes, scholarem trahat ad angariam, uel ad exactionem aliquam, seu seruiciũ personale pro seruiciis nostræ curiç, uel ciuitatis ipsius, nec de rebus, aut mercibus, quæ remittuntur scholaribus, & pro eorũ necessitatibus tantũ eisdem scholares per stationarios suos ius aliquod pedagii, fundici, & dohanæ, soluere compellat, baiulis & offi-

cialibus ciuitatis ipsius nullam iurisdictionem habentibus super scholaribus & prædictis personis aliis propter scholas ibidem morantibus, nec de eis & eorum causis se intromittētibus vllo modo.
10 † Et vt ad studium, ad quod gratius inuitamus vniuersos scholares de partibus vniuersis, exceptis Romanæ Ecclesiæ ac nostris hostibus securus accessus, & liber habeatur recessus fertile regni gremiū & tranquillum vndecunque scholaribus & accedentibus omnibus cum rebus, pecunia, & supellectilibus eorundem ex omnibus ingressibus tā benignè, q̃ liberaliter aperimus fauoris nostrę pręsidiū, pollicentes eis. Præsentis igitur priuilegij nostri auctoritate mandamus oībus officialibus & personis aliis regni nostri, ꝙ contra prædicta, vel aliquod p̄dictorum quæ accurata volumus diligentia penitus obseruari, temerariis ausibus nullus penitus audeat, vel venire pręsumat. Quòd qui contra fecerit tanquam sacrę ordinationis nostrę transgressor indignationem perpetuam se nostri culminis incursurum. Vt autē pędicta omnia inconcussa maneāt illibata seruentur, præsens priuilegium exinde fieri &c. Data &c.

INTER virtutum. ¶ In text. ibi (scholarium
11 omnium &c.) patet hic apertè † quòd etiam studētes in propria patria, vt scholares Neapolitani gaudent immunitate & priuilegio auth. habita. C. ne filius pro patre. Et hoc secundùm ius nouum huius c. secus verò de iure ciuili: quia non gaudēt. d. auth.
12 & ibi Bal. in ij. not. ¶ In tex. ibi (viginti &c.) † Nota bene tu miser Neapolitanę, quantam prouisionē debet habere iustitiarius scholarium. Hodie Neapolitanorum exigētibus demeritis dictum officium redditur plus offerenti, per q̄d Iustitiarius extorquet subtili ingenio, ac variis & diuersis modis in dicto officio, vltra vncias mille annuatim, quæ omnes effectualiter extrahuntur a medullis & visceribus Neapolitanorum, qui propter eorum immensa peccata ac innatam superbiam loqui non audent & merito, secundum Ioan. Arcamonum. Sebast. de Neapoli.

ADDITIO.

13 INTER virtutum. ¶ † In tex. ibi (irradiat &c.) concordat tex. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. Et ibi per Bal. & alios ponuntur multa priuilegia cōcessa scholaribus, & inter alia ponitur ē,
14 † ꝙ scholaris non tenetur soluere gabellam pro libris. l. fi. §. diuus. vbi per Bart. ff. de publ. & Bal. in d. auth. habita. in
15 4. not. & Fir. in trac. de gab. in 7. par. prin. q. 29. † Et dicit Saly. in d. auth. habita. col. 1. ꝙ scholares debent portare secum literas testimoniales, per quas appareat eos esse scho
16 lares, ad hoc vt de eius bonis non dubitetur. † Et scholaris etiam non tenetur soluere gabellam, vt in hoc tex. ver. & vt philosophiæ. ¶ In tex. ibi (ita ꝙ nullum hospitiū &c.)
17 † Nota, ꝙ est taxatum, vt nullum hospitiū scholariū possit excedere pro salario duas vncias, & hoc etiam tenet Matthę. de Affli. in constitu. per vniuersas. in fine.

ADDITIO noua. In tex. ibi (& quia). Nota, quomodo debet poni assisia in rebus venalibus, & per quos, de quo vide etiam And. de Iser. in tit. de pace tenenda. §. post natale, & ibi dicit, ꝙ ponere precia, seu assisiam in rebus vtensilibus pertinet ad præfectum vrbis. ff. de offi. præfęc. vrb. l. 1. §. cura carnis. Et dicit ibi And. quòd pro communi vtilitate statuunt rectores vniuersitatum singularum, & debet poni assisia in iusto pretio, vt ibi per eum, hodie eliguntur catapani, qui ponunt assisias in rebus comestibili-
18 bus. ¶ Aduerte tamen, † ꝙ scholares, qui non intrant ad audiendum, non gaudent priuilegiis scholarium: vt tenet Fely. in c. clerici. col. 1. extra de iudi. & in rubr. extra de
19 magist. col. 2. in prin. vbi etiam dicit, † quòd scholares, qui inhonestè viuunt, debent amittere priuilegia scholarium. Et tenet Cardi. in prooe. clem. in prin. allegat. l. per id tem
20 pus. C. de decurio. & stationa. lib. xij. † Similiter scholares studentes in studio adulterino non gaudent priuilegio scho-
21 larium. Spe. & ibi Io. And. in addi. in titu. de magi. ¶ † Debent denique scholares esse morigerati: quia in animam maleuolam non intrabit sapientia, cum primò animam, deinde linguam oportet fieri eruditam, vt in prooem.
22 fforum. §. pen. & Ange. Aret. Institu. in prooe. §. fina. † Et scholares, qui volunt venire ad perfectionem, debent summa ope & solertia, ac cum corporis labore nocte & die studere, vt dicit Ange. in dicto §. fina. quia noctu die-
23 que studet, si vis addiscere leges. † Et scholaris vagus nunquam efficitur magister, vt dicit glo. in l. prima. C. de tiro. libro duodecimo. & ibi Barto. & Alexand. in addit. & Cępo. in l. quis sit fugitiuus. §. erronem. colum. secunda.
24 versicu. quibus adde. † Et debet scholaris esse attentus ad audiendum, & non castramentari in aere, vel in mari, nec numerare tegulas domus, vt dicit glo. in l. vnica. in fine. C. de stud. lib. vrb. Rom. libro vndecimo, & not. Cardi. in proęm. clemen. in princip. & dicit glos. in capitu. odi. xxiiij. quæstio. prima. quòd ibi est argu. contra scholares, qui vadunt ad ecclesiam, vt videant dominas; quia ibi potius attendunt causam suam, quàm Dei. Et multa de scholaribus vide per Firm. in reperto. in verbo scholares. ¶ Circa quæstionem positam hic per Ioann. Arcamo. &
25 Seba. † quòd studentes in propria patria non gaudent immunitate, idem tenet etiam Saly. in dicta authen. habita, colum. prima. cum concord. ibi, intellige vt hic per Sebast. cum allegatis per eum. ADDITIO noua. Vlterius
26 nota † contra scholares illud, quod dicit glo. fina. in cap. prophetauit. prima quæstione prima. vbi dicit contra scholares, qui quando sunt in studio, habent amicos, & præterea in patria dicunt non noui vos, vel quando sunt diuites, dicunt pauperibus, non noui vos, vel quod peius est, nolunt loqui cum eis, vt ibi per glo. Et dicit Cępo. in l. quis sit fugitiuus. §. idem ait. colum. quinta nume. 13. ff. de
27 ædil. edi. † quòd scholaris, qui vadit de nocte, & dormit extra domum, nunquam adiscit vnā literam regulariter, ideo tu nunquam uades dicit idem Cępol. in d. l. §. erronem. illum tex. esse notandum secundùm Riccar. Malum. & Rapha. contra scholares, qui licet omnimodo non deserant libros, si tamen frequenter vagantur, & serius ad libros reuertantur, tales dicuntur vagantes & errantes, &
28 non habent præmium, quod debent habere studentes. † Et scholaris, qui parum studet, parum scit, vt dicit glo. in l. vnicuique. C. de proxi. sacro. scr. lib. xij. Nec sufficit diu studuisse, sed bene studisse, vt dicit dicta glo. Et non sufficit stare in studio, sed oportet studere, vt dicit Cæpo. vbi su-
29 pra, & facit tex. in l. si quis antea. ff. de acquir. poss. † Similiter scholaris saturus nō ita bene adiscit, sicut ieiunus, gl. in §. iucundum quoque. in auth. de nup. quod nota contra
30 scholares lurcones, † Similiter scholares, qui sępius & frequenter faciunt mascaras seu laruas nunquam bene addiscūt, quod notatu scholaris, qui vis addiscere & effici magister & doctor, vt dicit Cęp. vbi sup. Io. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

lernitano,& in ciuitate Campaniæ.
7 *Campaniæ ciuitas an habeat priuilegium ſtudii.*
8 *Studium in quibus locis teneri poſſit.*
Iura in quibus locis ſunt docenda,ibidem.

DE REFORMATIONE STVDII NEApolitani, & interdicendo particulares ſcholas in vtroque iure vbilibet infra regnum. Rub.

ROBERTVS &c. IVSTICIARIIS ET officialibus aliis per regnum noſtrum Siciliæ conſtitutis &c. CAP. CCLXIX.

GRANDE fuit & non ſine cau
ſa miniſterium, diuis regni Sici-
liæ Regibus de ſubiectorum cō-
modis cogitando. Statuerunt
1 † quòd in ciuitate Neapolis lite
ralis ſcientiæ ſtudium ſuis conti
nuatis temporibus ſiſteret, vt quia inter cœtera vir
tutum inſignia literalis ſcientia corda nobilitat, re
gni gubernacula regit,& dirigit, non fieret ei de re
motis, quærendo neceſſitas quòd congruè poterat
a proximo poſſidere. Hanc profecto & nos proui-
ſionem tam vtilem imitantes, paternis deſideriis in
herendo, præfati ſtudii promptuaria ex hoc in il-
lud vberius locupletari diſponimus, & eius iudicē
in ſurculos ac in fructu propagines & de propitio
augmentare. Et ne prout increuiſſe didicimus ſtu-
dium ipſum deductum informiter per loca diffu-
ſius diminutionem, aut nullatenus alterius damna
fleat. Expediens verò fecimus decretum, quòd ſtu-
dium ipſum in vtriuſque præſertim iuris ſcientia
in prædicta ciuitate Neapolis vigeat, & continuis
2 ſucceſſibus perſeueret. † In cœteris regni locis &
partibus ſcholis particularibus, & ſtudio in prædi
cti iuris vtriuſque dogmatibus interdictis, excepto
ſtudio medicinæ Salerni, quod ibi exerceri conſue
tudo diuturna teſtatur, hoc enim, & iuris ſcripti
ſanctio admonet, & ipſorum regum traditio con-
ſtitutionis inducit vſque quaque tenaciter obſer-
3 uari. † Quapropter fidelitati veſtræ præcipiendo
mandamus, quatenus receptis præſentibus per ter
ras & ſiogula loca iuriſdictionis veſtræ ſub certa,
& formidabili pœna ſtudium, & particulares ſcho
las in ipſius iuris vtriuſque ſcientia faciatis in teſti
monio publico interdici,& deinde attentius proui
ſuri, quòd ſi ſecus fuerit in ipſarum aliqua quomo
libet attentatum, pœna huius tam ab vniuerſitate
loci, quæ ſtudium ipſum permiſerit, quàm a do-
ctore, qui huic noſtro beneplacito præſumpſerit
contrariare pro parte curiæ irremiſibiliter exiga-
tur. Taliter &c. Hoc noſtræ voluntatis impleri de
cretum, quòd non detur ex defectu veſtro negle-
ctui, quòd ex inde iam decreta & ſtabilis noſtra
opinio tenet, ſi pœnam ſimilem a nobis cupitis
non auferri. Data &c.

ADDITIO.

4 GRANDE fuit.¶ In tex.ibi (expediēs verò &c.) † No
ta, quòd ſtudium in vtroque iure debet eſſe in ciuita
te Neapolis, & non in aliis ciuitatibus regni, immo ſi in
D. Ioan. Anto. de Nigris.

alia Ciuitate regni fuerit, punitur doctor, qui legit, & vni-
5 uerſitas, quæ patiaur ibi legi, vt in hoc c. verſus fin. † Hoc
tamē fallit in ſtudio medicinæ in ciuitate Salerni: quia ibi
eſt antiquiſſimum ſtudium in medicina, vt in conſt. vtilita-
ti. & in conſt. in terra, Matt. de Affli. in dictis locis, & in hoc
c. ſtudium etiam in dicta Ciuitate Salerni eſt præſcriptum
quia ſemper in ea floruit ſtudium in vtroque iure, & non
eſt memoria in contrarium, ita ꝙ habet vim cōſtituti. l. hoc
6 iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quo. & eſti. † Et ego in Saler
nitano ſtudio vt plurimum ſtudui ſub diſciplina recolen-
dæ memoriæ Domini patris & præceptoris mei Ioan-
cole de Vicariis de Salerno tempeſtate ſua primarii, & flo
ridiſſimi, cuius anima requieſcat in pace. Et in ciuitate Cā
paniæ mea patria in publico ſtudio dum eſſem ſcolaris ſtu
7 dui. † Quia habet priuilegium a Pontifice vt poſſit ibi regi
ſtudium. ADDITIO noua. Quæro iuxta prædicta
in quibus locis ſunt iura docenda, glo. in cap. epiſcopi. 80.
diſtin. dicit, quòd in magnis Ciuitatibus, & regalibus ſunt
iura & leges docendæ, non autem in Villis, vel Caſtris, &
tenet glo. in cap. ſtatutum. in prin. in verbo ciuitatibus, de
reſcri. in 6. gloſ. in cap. tuæ. in verbo ad villas de cleri. non
reſid. & ibi Abb. & alii. Et tenet Azo in ſum. C. de ſtud. libe-
ra. vrb. ro. in fin. & tenet Iaco. de Are. in proæ. ff. orum, col.
4. & ibi Bartol. in prima conſti. §. fina. quæſtiones, tenent,
quòd in magnis, & regalibus ciuitattbus iura & lege doce-
ri debent, niſi aliqua Ciuitas haberet de hoc priuilegium,
vel eſſet vetuſtiſſima conſuetudo, quæ vim habet priuile-
gii, vt concludunt præallegati docto. Dicit tamen Azo in
ſumma in d. titu. de ſtudi. lib. vrb. ro. in fin. quòd iura & le-
ges cœperunt in quo vis loco tradi, & tenet Ricard. Mal.
quem refert Bartol. in d. prima conſti. ff. orum. §. fina. col.
penul. qui ſimiliter tenet, quòd hodie iura poſſunt doceri
in qualibet Ciuitate, vel Caſtro, cum ceſſet ratio prohibi-
tionis propter copiam peritorum, vt ibi per eum, tamen
Bartol. tenet contrarium vbi ſupra, & Abb. in d. cap. tuæ ſi-
militer dicit, quòd communis opi. eſt in cōtrarium. ſ. quòd
nō poſſunt iura doceri niſi in magnis & regiis Ciuitatibus,
niſi ex priuilegio, vel antiqua conſuetudine, vt dictum eſt,
nec poſſunt ibi doctorari, niſi habeant ex priuilegio, vel an
tiquiſſima conſuetudine, vt dicit Abb. vbi ſupra. Et in re-
gno iura docentur in Ciuitate Neapolis, vbi florent ſtudia
in vtroque iure. & in medicina & aliis artibus, & ibi docto
rantur. Et in ciuitate Salerni ſimiliter ex inueterata conſue-
tudine iura docentur, & florent in medicina, & in medici-
na poſſunt ibi doctorari, non tamen doctorari poſſunt in
iure ciuili, nec canonico. Et Ciuitas Campaniæ mea pa-
tria habet ſedem Epiſcopalem, & priuilegium a Romano
Pontifice, vt in ea poſſint iura publicè doceri, & eſt præ-
ſtantiſſima & præclara Ciuitas fertiliſſima & abundantiſ-
ſima maximè oleo, & vino, diſtans a Ciuitate Neapolis
per quinquaginta miliaria, & a Ciuitate Salerni per vigin-
ti miliaria, & ſemper floruit viris litteratis, & doctoribus
in vtroque iure & doctoribus in medicina, & aliis artibus
liberalibus. Et ego dum eram iuuenculus annorum qua-
tuordecim ætatis meæ acceſſi ad legale ſtudium in Ciui-
tatem Salerni, & pro maiori parte in dicto ſtudio Salerni-
tano vacaui in legali & canonica ſcientia, & quandoque in
Ciuitate Neapolis ſub diſciplina recolendæ memoriæ do-
mini Ioancolæ de Vicariis de Salerno ſua tempeſtate pri-
marii, ac ſub diſciplina Roberti Marante Venuſini ſimi-
liter mei præceptoris in legibus, & fuit peritiſſimus doctor
& multa compoſuit. Et in canonibus ſub diſciplina Ioan-
nis de Arnono de Sancto Angelo Faſanelle, qui fuit ma-
gus canoniſta, & multa ſcripſit. Et in tertio anno audiui le-
cturas ordinarias in Ciuitate Campaniæ mea patria ſub
diſciplina Domini Antonii de Tronulo, & domini Ioan-
nes Benedicti Tercaſii conciuium meorum, & fuerunt
valētiſſimi doctores in ciuitate Neapolis, audiui dominū
meū Ioanculam de Vicariis & dominum Antoniū de Ve
nafro virum vtique integerrimū & profundæ ſciētię, & ſtu
dui octo annis, & cōpleto ſtudio in anno ſeq. gradū docto-

ratus Deo Duce aſſumpſi in Ciuitate Neapolis, & fui doctoratus viua voce nemine diſcrepante in 23. anno ætatis meæ de menſe Maii. 1524. Et tempore Papę Iulii III. fui militaribus inſignis decoratus,& numero & conſortio militum aggregatus in anno Domini 1551. de menſe Decembris decimæ indi. Io. Anto. de Nigris de Ciuitnte Campaniæ I. V. Doctor, & miles.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius an probetur per famam & depoſitionem trium fidedignorum deponentium in eos exercuiſſe vſuras. 2.*

2 *Vſura eſt contra naturam, et vtroque teſtamēto reprobata. Vſuraria pecunia morſui aſpidis aſſimilatur, ibidem.*

3 *Teſtis idoneus an ſit ille, qui dicit in eum exercuiſſe uſuras.*

4 *Teſtes ſingulares & fama an ſufficiant ad probandum vſuram.*

5 *Teſtes, qui deponunt, quòd in eos exercuit vſuras, an debeant ſe proteſtari, ꝙ non intendunt repetere vſuras.*

6 *Procedere an poſſit iudex ex officio in crimine vſurarum. 7. 17.*

8 *Vſurariū denūciare an quis poſſit, an verò debeat accuſare.*

9 *Procurator curiæ an poſſit proſequi cauſam in crimine vſurarum.*

10 *Querela vſurarum an debeat continere ſolemnia legis libellorum.*

11 *Accuſare an poſſit de vſura ſi non obligat ſe de probando.*

13 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur.*

14 *Vſurarius manifeſtus an probetur per famam & teſtes ſingulares.*

15 *Accuſatore deſiſtente an curia poſſit procedere in crimine vſurarum.*

16 *Præſcriptio an currat in cauſa vſuraria.*

17 *Teſtes eſſe fidedignos in cauſa vſuraria an probari debeat.*

18 *Tortura an habeat locum in cauſa vſuraria.*

19 *Accuſans aliquem vſurarium an poſſit eſſe accuſator & teſtis.*

20 *Vſurarius an dicatur cōtractus, qui in regione frequentatur.*

21 *Vſurarius qualiter puniatur.*

22 *Teſtamentum factum ab vſurario manifeſto an valeat.*

23 *Vſura an dicatur, ſi emptor fundi habuit dilationem ad ſoluendum, & percipit fructus, & aliquid ſoluit venditori.*

24 *Ruſticus an excuſetur a præſumpta fraude vſurarum.*

25 *Vſurarius an dicatur contractus ad decem pro centenario.*

26 *Pactum de reuendendo cenſum infra certum terminum an elapſo termino cogatur reuendere.*

27 *Pactum de reuendendo cum modicitate precii an faciat præſumi contractum pignoratitium & vſurarium, an requiratur etiam, quòd ſolitus ſit facere illicitos contractus.*

DE VSVRIS.

LITERA REGIS ET REGINÆ CONTRA vſurarios. Rubrica.

LVDOVICVS ET IOANNA &c. REgenti curiam Vicariæ regni, & iudicibus ipſius curiæ. CAP. CCLXX.

NOVITER noſtræ maieſtati relatum eſt præpendium nodoſæ nobis dubitationis oriri &c. Condemnationem fęneratoribus delatis inferendam, eo ꝙ prauitatis huius criminis probatio difficilis cenſeatur, nobis harum ſerie noſtræ ſuper hoc perpenſa deliberatione conſilii, prouiſionis beneplacitum accepimus, & volumus, quo minus exigente immanitate prædicta, de certa noſtra ſcientia,
1 concedimus & mandamus. † Quatenus vbi contra aliquem de huiuſmodi illicito crimine publica fama concurrit. Si tres teſtes fidedigni iurati teſtificantur criminatum ipſum in eos exercuiſſe huiuſmodi vſurariam prauitatem, nō obſtante quòd in eodem teſtimonio ſint ſingulares, & in eorum cauſis propriis quodammodo depoſuiſſe cognoſcantur, habeatur, ac ſi probatum eſſet legitimè crimen, exinde merita condemnatio ſubſequatur. Et illos iuris præſidia non defendant, qui ſpretis ſanctorum patrum decretis in charitatis opprobrium, & proximi perniciem minimè delinquere formidauerunt. Vobis nihilominus de ipſa certa ſcientia addicendo mandantes expreſſius, quatenus in proceſſibus per vos habitis & habendis contra fęneratores huiuſmodi, & exinde ferendis ſententiis prædictis beneplaciti noſtri mentem & ſeriem ſtudeatis tenaciter obſeruare. Lege, conſuetudine qualibet non obſtante in contrarium edita. Datum Neapoli ſub anulis noſtris ſecretis die 17. Iunij Septimæ indictionis.

ADDITIO.

NOVITER. Iſtud c. eſt duplicatum de verbo ad verbum cum regia pragmatica, quæ incipit Ludouicus & Ioanna &c. & ſimiliter eſt duplicatum in ritu. 323. in ordine meo & incipit Ioāna Dei gratia &c. ADDITIO noua. Et eſt indu-
2 ctum in odium vſurariorum † quia vſura eſt contra naturam, & vtroque teſtamento prohibetur, vt plenè per Inno. in rub. de vſur. & Luc. de Pen. in l. apud eos. col. 1. C. de debi. ciui. lib. 11. Et vſuraria pecunia morſui, aſpidis aſſimilatur, vt dicit Ioan. Chriſtopho. ſuper Matth. c. 5. & per Luc. de Pen. vbi ſupra. ¶ In text. ibi (quatenus vbi contra aliquem &c.) Nota, ꝙ vſurarius condemnari poteſt, ſi contra eum conſtat de fama publica, & ſi tres teſtes fidedigni cum iuramento deponant, ꝙ cum eis exercuit vſuras, licet ſint ſingulares, & in eorum cauſis propriis depoſuiſſe videantur, nihilominus probant, & ſequi poteſt condemnatio, vt in iſto text. & hoc eſt in odium vſurariorum, & propter difficultatem probationis, aliàs iſtud c. diceretur iniuſtum, vt dicit dominus meus in canonibus Io. de Arnono de Sancto Angelo Faſanellæ in ſoliloquio. 36. inci-
3 piente capitulum regni. † Quia de iure communi ille, qui habuit a Titio ſub vſuris, non eſt idoneus teſtis contra Titium ad probandum illum eſſe vſurarium: quia eſſet teſtis in cauſa propria, & ſi conuinceretur vt vſurarius, ipſe teſtis poſſet repetere vſuras ab eo extortas, toto tit. ff. & C. & extra de vſur. ita tenet Bal. in l. dictantibus. C. de teſta. & Fede. de Senis conſi. 64. pridie cum procuratore, col. 2. circa fin. verſi. præterea vbi ſunt, & Ang. in diſpu. ſua Aſtenſis miles, & Bal. in l. 1. col. 6. C. de teſta. & Lud. ſing. 156. & ſingu. 360. & Alex. conſi. 72. Inſpectis diligenter. col. 7. primo volu. & conſi. 100. ſuper primo, col. 9. 1. volu. & conſi. 107. in cauſa & lite. eo. vol. & D. Aymo conſi. 6. plures. col. 22. verſic. ſed quicquid, primo vol. And. de Iſer. & Matth. de Affli. in conſti. regni vſurariorum, col. 6. in fi. cum ſeq. vbi etiam
4 facit mentionem de iſto c. † Sed ſaluando tex. noſtrum dici poteſt, ꝙ in caſu iſto non ſolum interueniunt teſtes, ſed etiam fama, & fama cum adminiculis probat quem vſurarium, vt tenet Fed. de Sen. in d. conſi. 64. col. ii. verſi. præterea fama per iura vt ibi per eum, & dicit Lanfran. in clem. diſpendioſam. §. punctus quæſtionis, col. 4. verſi. tertia conclusio,

clusio,extra de iudi. ꝙ in causa vsurarum admittuntur te-
stes singulares ad prædicta,vide quæ dicit Corn. consi.34.
circa principale.col.3.in ii.vol.& cum ista decisione huius
c.tenet etiam Matth.de Affli.in consti. statuimus, la prima
col.i.in fi. ADDITIO noua. Et latè D.Aymo con
sil.73.col.8.cum seq & col.10.versi. secundò illud, primo
vol. Et ad prædicta vide consi.Ang.de Castelliono positum
inter consilia Bal.consi.10.ego Angelus 3.vol.vbi dicit, ꝙ
testis,qui dicit, ꝙ cum eo exercuit vsuras, probat pro eo:
quia commodum vel incommodum principaliter ad eũ
non spectat,quia licet pronuncietur vsurarius,tamen non
potest ipse testis consequi vsuras,nisi probet usuras soluis-
se,& alia,de quibus habetur per docto.in c.ex literis.de iu
reiur.& per Inno.in ca.3.de testib. & prædicta etiam tenet
Bal.consi.465.nisi 4.vol.& ibi etiam tenet,ꝙ testis cum fa
ma,dummodo fama sit vehemens,probant,quem esse vsu
5 rarium.†Bonum tamen esset consilium ad euitandas obie
ctiones vti cautela,quam ponit Bald.in d.l.dictantibus.C.
de testa.vbi dicit,ꝙ quando testis deponit,ꝙ cum eo exer-
cuit usuras,debet protestari,ꝙ ex hoc non intendit usuras
repetere,ut ibi per eum. ADDITIO noua. De quo
etiam per Alex.consi.72.col.4.primo uol.& consi.175.col.
4.ii.uol.Fely.in c.personas.in fi.de testi.Cor. consi.34.col.
3.ii.uol.Ripa lib.ii.responsorum c.7. per Tho. Ferratium
cautela 45.Decius consi.342.col. 3. uersi. accedit etiam 3.
uol.Ias.consi.78.col.3.in tertio uol.D.Aymo consi.73.col.
8.in prin.uersi.non obstat,ꝙ illi testes,primo uol. qui om-
nes sequuntur Bal.in d.l.dictantibus.ad prædicta etiam ui-
de Pet.de Ancha.consi.189.tribus de causis. col. fin. & ibi
etiam disputat,an usurarius debeat carere ecclesiastica se-
pultura,& cum Bal.tenet etiam Ang. Aret.in §. legatariis.
6 col.fi.Insti.de testa.¶ † Nunquid autem in crimine vsura-
rum possit iudex ex officio procedere ad priuatam vtilita-
tem,vt restituantur vsuræ exactæ,vel ꝙ vsuræ non exigan-
tur,vide Abb.in c.tuas.extra de vsur.& in c.ad nostram. el
1.col.ii.extra de iureiur.& ibi etiam ponit,an possit ex offi
cio procedere ad pœnam imponendam, uide ibi. Et vide
Par.in trac.sindi.in verbo inquisitio,in prin.col.ii.in fi.Sed
7 in regno ista quæstio est sopita. † ꝙ officialis non potest
procedere ex officio contra vsurarios,nisi via ordinaria ac
cusentur,vt est c.regni.Item, ꝙ prædicti, infra nume.179.
in fi. Et aduerte ad vnam difficultatem: quia est quædam
regia prag.quę incipit.Ferdinandus &c.magnifico viro Be
rardo &c.vbi dicitur,ꝙ contra vsurarios possit procedi ad
denunciationem,vel querelam quorumcunque, etiam ex
officio simplici,vel per inquisitionem vt ibi. Sed esto cau-
tus: quia illa non est pragmatica in vim legis, cum non ha
beat aliquod signum,ex quo cognoscatur,ꝙ sit lex genera
lis iuxta l.leges.C.de legi. Sed est quædam commissio spe
cialis facta illi commissario deputato. Et aduerte, ꝙ in re-
gno crimen vsurarum ponitur inter publica crimina, vt
quilibet admittatur ad accusandum,vt in consti. vsurario-
rum,quod intellige vt infra.Et est ritus magnæ curiæ vica
riæ,qui incipit.Item ꝙ nullus admittatur.nu.15.in rubr.de
8 vsuraria prauitate,in ordine meo. vbi dicitur, † ꝙ nullus
admitti debet ad denunciandum aliquem de vsuraria pra
uitate,sed admittitur ad accusandum, agendo via ordina-
ria,& est alius ritus dictæ magnæ curiæ vicariæ nu.133.in
ordine meo,quæ incipit. Item ꝙ procurator, vbi dicitur,
9 † ꝙ procurator curiæ potest causam vsurarum prosequi
10 nullo alio iudicio præcedente. † Et in tali querela vsurarũ
requirũtur solemnia l.libellorum.ff.de accus.ut dicit alius
ritus nu.131.in ordine meo, qui incipit. Item ꝙ in huius-
modi.Et est alius ritus,qui incipit.Item ꝙ nullus admitta-
tur.nu.152.in ordine meo sub rub. non potest quis accusa
11 re aliquem &c.in quo disponitur,† ꝙ nullus admitti debet
ad accusandum aliquem de vsuraria prauitate, uel ad de-
nunciandum,nisi cum obligatione de probando, ad præ-
dicta uide Matth.de Affli.in d.consti.usurariorum,col.pen.
12 num. 36.& col.7. in 11.nota. † Et hodie est nouella prag.
Cęsareæ Maiestatis Caroli Quinti de Austria, quæ incipit,
usurarum etiam. in qua disponitur, ꝙ contra manifestos
usurarios possit ex officio etiam sine partis instantia pro-
cedi, & contra non manifestos non proceditur ex officio,
de quo etiam per Rober. Maran. in suo Spec.in uerbo in-
quisitio,nu.94.car. 50.secundum primam impressionem,
& nu.104.car. 51. ubi concludit, ꝙ in crimine usurarum
non proceditur ex officio sine accusatore, qui suam, uel
suorum iniuriam prosequatur iuxta ritum magnæ curię
13 uicariæ,ut ibi latius per eum.¶ † Quis autem dicatur usu-
rarius manifestus,uide Abb.in c.quia in omnibus.in fi.ex-
tra de usu. ADDITIO noua. Et ibi Io.And.& alii.
Hostien. in sum. extra de usur.§.quæ pœna.col.1.glo.in c.
quamquam.in prin.de usur.in 6.& ibi Phi. Fran.& in eo-
dem c.§.& quia,Sil.in sum.in uerbo usura.9.in prin.& cõ-
cludunt,ꝙ usurarius notorius, seu manifestus de iure dici
tur,qui est in iudicio sponte confessus, uel conuictus, uel
condemnatus, uel qui de facto est notorius usurarius,pu-
ta:quia tenet mensam paratam, uel mutuat in camera om
nibus uolentibus ad usuram, uel quando quis coram sa-
cerdote & testibus in articulo mortis est confessus se fuis-
se usurarium,& mandauit restitui usuras, & libros resigna
uit,uel quando publicè fuit publicatus pro usurario,ut de
clarant docto.ubi supra maximè Sil.& Hosti.& Cald.con-
sil.15.qualiter.in titu.de usur. ubi latè & Bald. consi.10.3.
14 uol.& consi.465.4.uol.¶ † Aduertas tamen,quia per proba
tionem,de qua in isto ca.nostro.§.de fama & per tres testes
singulares &c.non dicitur probatum esse usurarium mani
festum,ut dicit Pet.de Ancha.d.consi.189.colum.fi.& ma-
ximè si ille,qui impetitur,probat se esse bonæ famę & non
15 usurarium,ut ibi per eum. ¶ † An autem desistente accu
satore possit curia procedere in crimine usurarum, uide
And.de Iser.& Matth.de Affli.in constit usurariorum.col.
pen.in fi.cum seq.& quæ dixi in c. ad consultationem. su-
16 pra.nume.220.¶ † An autem in causa usuraria currat præ-
scriptio,uide Ioan.de Arnono in problemate. 35.incipien
te,ad constitutionem.ubi tenet,ꝙ non, allegat Alex.consi.
46.circa præsentis consilii materiã col.1.& ii.3.uol.¶ † Nun
quid autem isti tres testes fide digni, de quibus fit mentio
in isto c.præsumantur in dubio fide digni,an uerò probari
debeat illos esse fidedignos, uide dominum meum Io.de
Arnono in epito.14.incipiente in tractatu, ubi concludit,
ꝙ debet articulari & probari, tales testes esse fidedignos
per ea,quæ dicit Alex.consi.323.col.1.primo uol.& consi.
44.quarto uol.& Fran.Cur.in tra.de testi.conclu.35. cum
concordantiis in dictis locis. ADDITIO noua. Hip
po.consi.96.col. 2. Et prædicta uidentur contra ea,quæ di-
cit Ange.de Castellione inter consilia Bald. consi.13. uol.
ubi tenet,ꝙ etiam consanguinei sunt idonei ad probandũ
aliquem usurarium,& tamen hoc non procedit, cum de-
18 beant esse fidedigni & probatæ uitæ. † An autem in crimi
ne usurarum habeat locum tortura, uide Rob. Maran.in
suo Speculo aduocatorum in rub. de tortura in quartode-
cimo actu,col.ii.uersi.an autem.nume.4.car.76.secundum
primam impressionem,ubi tenet, ꝙ in crimine usurarum
potest irrogari tortura,allegat ita tenere Socin.consi.219.
in fine ii.uol.& Io.de Ana.in c.quia in omnibus,colum.19.
de usur. Contrarium tamen ꝙ in regno in crimine usura-
rum non habeat locum tortura,tenet idem Rober. Maran.
sibi contrarius in d.suo Spe.in uerbo inquisitio.nu.105.car.
51. quia ex quo pro crimine usurarum imponitur pœna
publicationis bonorum per consti. regni usurariorum. &
talis pœna publicationis bonorum non excedit pœnam
relegationis, quia quælibet pęna corporalis est maior qua
cunque pecuniaria l.in seruorum, de pœnis, & tormenta
non adhibentur,nisi ubi uenit imponenda pœna ultra rele
gationem,ut in c.regni tormenta.supra 144.& in causa pe
cuniaria non habet locum tortura,ut tenet Par.in tra.sindi.
in uerbo tortura.§.an in causa pecuniaria,& istam opin.te
net etiam Ang.in disputatione Astensis miles. columna 4.
uersi.sed ad & istam etiam opinio. tenet idem Rober.Ma-
ran.in sua disputatione quinta fiscales,in fine, & ista opi.
est

est verior & tenenda. ¶ Aduerte etiam pro declaratione
19 prædictorum † ꝙ accusans aliquem vsurarium non po-
test ipse accusator esse testis, quia esset accusator & testis,
quod esse non debet, vt tenet Spe. in titu. de teste. §. opponi
tur. col. 28. versi. Item ꝙ ipse est testis & accusator, & Fir-
ma. in reperto. in verbo testis, versi. testes qui esse possunt.
col. 18. nu. 139. versi. testis esse non potest. Item esset testis
in causa sua, quod esse non debet. C. de testi. l. omnibus. ff.
de testi. l. nullus. 4. q. 3. versi. nullus in re. & versicu. omni-
bus. Spec. vbi supra col. 27. versi. Item ꝙ est testis. docto. in
d. l. dictantibus. C. de testa. An autem testes legitimè repul-
sati in crimine vsurarum probent, vide Andr. de Isern. &
Matth. de Affli. in d. consti. usurariorum. col. 6. versic. Item
20 quærit. ¶ † Quid si in regione aliquis contractus multum
frequentatur inter bonos & apud mercatores, an censea-
tur permissus & non fœneratitius. Dic quòd sic, Bald. in l.
vnica, colum. 8. uersicu. & hoc facit. C. de his quæ pœnæ
no. quia consuetudo excusat in delictis, vide quæ dixi su-
pra c. pro publici 238. sub rubri. de non emendo victualia
ante tempus, & de vsuris, & Ludo. Goza. consil. 51. nu. 11.
21 ¶ † Qualiter autem puniatur vsurarius. Et de iure ciuili ex
quo vsuræ sunt permissæ non imponitur aliqua pœna: quia
quod fit lege permittente pœnam non meretur. l. Graccus.
ff. de adul. latè per Philip. Decium consi. 170. primo volu.
Bald. & Saly. in l. improbum. C. de his qui notantur infam.
Io. de Ana. in c. quam perniciosum. colum. 4. de vsur. De
iure verò Canonico sunt introductæ plures pœnæ contra
vsurarium, quia priuatur communione altaris, nec debet
stare in Ecclesia, quando diuina celebrantur, nec debet in
Ecclesia sepelliri, nec admittitur ad oblationes faciendas,
vt in c. quia in omnibus. & ibi Abb. Io. de Ana. & alii extra
de vsur. Et compelli potest ad restitutionem vsurarum, &
si non restituit potest excommunicari. Abb. in c. præterea.
de vsur. Hostien. latè in sum. de vsur. § quæ pœna. colum. 2.
cum sequen. & hoc fit exigente contumacia, vt ibi per eos.
Dicit etiam Pet. Phi. Corn. consi. 19. 3. vol. quòd vsurarius
poterit puniri criminaliter pœna extraordinaria arbitra-
ria, vt ibi latè per eum, & sequitur per multa argumenta
Rober. Maran. in suo Spec. in verbo inquisitio. nu. 95. cum
aliis sequen. car. 50. secundum primam impressionem, quę
argumenta breuitatis causa non refero. Contrarium ta-
men tenet Decius d. consi. 170. 1. vol. cum multis ibi allega
tis, & ista opin. videtur verior: quia de iure canonico sunt
impositæ pœnæ, & non reperitur talis pœna imposita. Et
pœna non imponitur, nisi vbi a lege reperitur imposita.
Bald. in l. 3. C. de sacrosan. eccle. Et dicta per Cor. & Rob.
Maran. procedere possent, quando vsurarius monitus vt de
sistat ab vsuris, nollet desistere, & persisteret in contuma-
cia, tunc posset procedere dictum ipsorum, nec dici pos-
set, ꝙ delictum esset impunitum: quia sunt alię pœnæ im-
positæ a canone, & pœnæ cum sint odiosæ, non debent au
geri & imponi vltra pœnas a lege statutas: quia non est li-
citum leges transgredi, nisi ex causa, doct. in c. 1. de consti.
Ad prædicta facit, quia quando pœna reperitur a lege de-
terminata, illa est imponenda, sed vbi non reperitur a le-
ge determinata, tunc est arbitraria. Bald. in l. non dubium.
col. 1. C. de legi. sed in casu isto per canones pœna reperi-
tur imposita, ergo illa est imponenda, & non arbitraria.
22 ¶ † Similiter etiam testamentum factum ab vsurario ma-
nifesto est nullum c. quamquam. in fin. de vsur. in 6. & ibi
docto. Abb. in rub. extra de testa. Phil. Fran. in rubr. de testa.
in 6. Abb. in c. ad nostram. de emp. & vend. Matth. de Afflic.
in consti. vsurariorum. nume. 18. & vide Pet. de Anch. con-
sil. 376. 425. & 429. Pœna verò contra vsurarios in regno
est publicatio bonorum, vt in d. consti. vsurariorum, & ibi
23 scrib. ¶ † Quid si emptor alicuius fundi habuit dilationem
ad soluendum, & percipit fructus, & ipse quolibet anno
soluit aliquam pensionem, donec precium soluitur, an di
catur vsura, vide Lud. Goza. consi. 55. nume. 11. vbi tenet, ꝙ
24 non, cum concor. ibi. ¶ † Nunquid autem rusticus excu-
setur a præsumpta fraude vsurarum propter ignorantiam
iuris, glo. in l. cum allegas. & ibi Bald. in quarta oppo. C. de
vsur. tenet quòd sic. Et per hoc infert ibi Fulg. quòd si rusti
cus emit fundum cum pacto de retrouendendo, non cen-
sebitur pactus vsurarius, & sequitur Ias. in l. si quis id quod.
col. 7. in quinto nota. ff. de iurisdi. omn. iudi. & Ias. in l. iu-
ris. colum. 1. C. qui admi. & dicit hoc esse notandum pro
limitatione eorum, quæ habentur in c. ad nostrā. de empt.
& vend. & in c. illo vos. de pign. Quod forte potest limitari
non haberet locum in rustico sagaci, vt per Ias. in d. l. si-
25 quis id quod, in loco præallegato. ¶ † Vtrum autem con-
tractus ad decem pro centenario sit licitus, vel vsurarius,
26 uide, quæ latè dixi supra c. pro publici. 238. ¶ † Sed pone,
quidam vendidit annuum censum ducatorum decem su-
per bonis suis pro ducatis centum ad rationem decem pro
centenario, & fecit pactum de reuendendo infra certum
tempus, vel vsque ad certum tempus, & elapso tempore
petit, ꝙ sibi fiat reuenditio per emptorem non obstante
lapsu temporis, replicat emptori, ꝙ elapso tempore non te
netur vlterius retrouendere, quid iuris? Istam quæstionem
tetigi supra in c. pro publici. 238. & ibi tenuit, ꝙ non ob-
stante lapsu temporis cogitur retrouendere per iura & ra-
tiones ibi allegatas; quia nòn interuenit iustum precium,
ex quo census perpetui emuntur ad tres & quatuor aut
quinque pro centenario, vt experientia docet, vnde habe-
re decem pro centenario est iniustum & modicum pre-
cium, cum nihil expendatur pro cultura vel alio, & tali
casu fructus per emptorem percepti sunt restituendi, vel in
sortem computandi, ita Hosti. in sum. de vsur. §. an aliquo
casu. versi. nonò si vendo. tenuit etiam Iacob. in l. 2. in prin.
ff. si cer. pet. Bertran. consi. 88. circa fi. primo vol. Cassaneus
consil. 11. colum. 14. nume. 40. & est communis opinio. vt
tenent etiam quidam Moder. vt testatur Cagno. in l. 2. C.
de pact. inter emp. & vend. nume. 65. in secunda limitatio-
ne. Et ibi Cagno. impugnat istam opinio. quia pactum de
reuendendo est licitum, & in precio vsque ad dimidiam iu
sti precii est licitū contrahentibus se decipere c. 3. de emp.
27 & vend. nota. in l. 2. C. de rescin. vendi. † Et ad iudicandum
contractum illicitum tria requiruntur, modicitas precii,
pactum de reuendendo incontinenti appositum, & quòd
emptor sit solitus fœnerari, vel tales illicitos contractus fa-
cere, vt tenet ibi Cagno. & ꝙ ista tria requirantur ad præ-
sumendum contractum vsurarium, tenuit etiam Cor. con
sil 224. quamquam. primo volu. vbi dicit esse communem
opin. & Boeri. decisio. 102. col. ii. cum seq. versi. tertia fuit
opin. vbi multos allegat tenere hanc partem, vt ibi videre
poteris: quia breuitatis causa omitto. Contrariam opin. ꝙ
ad præsumendum contractum vsurarium &, fœneratitium
duo sufficiant, scilicet, modicitas precii & pactum de re-
uendendo, tenuit glo. in c. conquestus. de vsur. & ibi Io. de
Ana. & sentit glo. in c. ad nostram. de empt. & vend. & ibi
Inno. Hosti. Imo. Anto. de Butri. & Abb. & Anto. de Butr. in
c. illo vos. de pig. Goffr. in sum. de pig. in fine, Spe. in titu. de
usur. uersi. primo, glo. & Archi. in c. plerique. 14. q. 3. Abb. in
consi. 76. ex ord. ne. primo uol. vbi dicit hanc esse commu
nem opin. Alex. consi. 46. 3. uolu. Io. de Ana. consi. 58. hanc
opin. dicit esse communem Abb. in d. capi. ad nostram. de
emp. & uendi. Bald. Albe. Pau. de Cast. & Fulg. in l. emptio-
ne. C. plus ualere, quod agi. & ibi Alb. dicit istam esse com
munem. Idem ꝙ ista sit communis, tenuit Fulg. in d. l. em-
ptione Bertr. consi. 3. in tertio uol. qui dicit istam esse com-
munem D. Aymo consi. 156. dicit istam esse communem.
Thom. Ferra. cautela 17. dicit istam esse communem. Cas-
sa. in consuetu. Burgun. car. 203. dicit istam esse commu-
nem, & ita iudicauit consilium Mediolani secundum eū,
& ita iudicauit consilium Papiense & parlamentum Pari-
siense, ut refert Cassa. ubi supra, ita etiam fuit iudicatum
per sacrum consilium Neapo. ut tenet Matth. decisio. 65. &
hanc dicit esse communem & secundum eam iudicatum
tenet Thom. Gramma. decisio. 76. colum. penul. cum infi-
nitis concor. ibi per eum allegatis, & per D. Aymo ubi su-
pra, ubi infinitos doctores allegat, & sic communis opin.
est

est contra Cagno. ꝙ duo sufficiant ad præsumendum contractum simulatum & pignoratitium, videlicet modicitas precii & pactum de reuendendo. Et in casu proposito non solùm est modicitas precii, sed est læsio vltra dimidiam iusti precii: quia habet decem pro centenario sine aliqua expensa, & (vt dictum est) emuntur tales perpetui census ad tria & quatuor vel ad summum quinque pro centenario, & isti qui dant ad decem pro centenario, vt plurimum faciunt plures contractus huiusmodi, quando habent pecunias, vt experientia docet. Immo ipsemet Cagno. vbi supra tenet, ꝙ quando esset excessus valde immoderatus, ex eo argueretur dolos, & cogitur reuendere etiam elapso tempore. Nec hoc casu istud remedium diceretur superfluum, ex quo competeret remedium l. 2. C de rescin. vendi. quia ex quo sunt diuersa remedia, non dicuntur esse superflua, vt ibi dicit Cagno. Et fructus percept. computantur in sortem vt ibi per eum, & sic conclude, ꝙ in supradicto casu secundum communem opin. etiam elapso tempore dato ad redimendum potest agere, vt census retrouendatur.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Communio territorii de aquis & herbis &c. an valeat sine assensu regio. 3.*

2 *Communio territorii inter duas ciuitates an dissoluatur, si vna efficitur inhabitata. 5.*

4 *Communio territoriorum per quãtum tempus præscribatur.*

Possidens longo tempore iure communionis an pendente lite possit spoliari, ibidem.

6 *Compromitti an debeat quæstio de territorio vniuersitatum.*

7 *Maleficium clandestinum commissum in territorio vnius ciuitatus, quæ habet communionem cum alia ciuitate an omnes contribuant in pœna.*

8 *Communionem habens cum alia villa an possit ligna & arbores incidere pro ædificiis suis.*

9 *Ciuili modo vti quomodo intelligitur.*

10 *Affidare an teneatur animalia, qui est solitus affidare, si territorium non sufficit pro animalibus ciuium.*

11 *Officialis vnius villæ, quæ habet communionem cum alia, an possit gaudere immunitate, sicut alii ciues.*

12 *Vniuersitas, quæ vult se fundare in præsciptione, quid probare debeat.*

13 *Præscribi quanto tempore possit ius affidandi.*

14 *Ciuitas vnita an debeat Regi propriis statutis.*

Ciuitas an debeat supportare debita ciuitatis vnitæ, ibid.

15 *Si duo castra habent communionem, & vnus dedit damnum, coram quo debet conueniri.*

16 *Communio si est inter duas ciuitates, an vnus particularis possit agere.*

DE COMMVNIONE TERRITORIOrum. Rubrica.

Litera Reginæ Ioannæ Secundæ.

IOANNA &c. CAP. CCLXXI.

PONDVS æquum, voluntas domini, & qualitas oneris, debita proportione neglecta se obiicit æquitati. Sane pro parte T. fidelis nostri oblata in nostro auditorio petitio continebat, quòd cum ipse T. teneret & possideret in ipso iustitiariatu pro parte suæ vxoris Castrum Petræ Pizulæ ex habitatum ab olim & ab incolis derelictum. Et quamquam territorium castri prædicti limitatum sit & diuisum a territoriis talis Castri, & talis, tamen contiguum & vicinum, Domini & homines dictorum Castrorum in ipso territorio Petræ Pizulæ asserentes territorium Petræ Pizulæ cum territorio dictorum Castrorum fore commune, sumunt pascua, & incidunt ligna in eius præiudicium & grauamen. Quia igitur præfatus T. super his prouideri per auctoritatis nostræ præsidium implorauit. Propterea fidelitati vestræ tenore præsentium de certa nostra scientia committimus & mandamus expresse, quatenus tu præsens iustitiariæ de communione præfata, quæ ponitur, diligenter inquiras.
1 † Et siquidem ipsam minus legitimè, sine auctoritate eius, qui potuit, factam fore compereris, cum talis communio alienationis speciem continere noscatur, quę in feudalibus sine superioris licentia, est penitus interdicta, inhibeas dominis, seu patronis & hominibus dictorũ Castrorum, quòd in ipsa terra pascua sumere, vel ligna incidere, vel aliter vti eius territorio sine voluntate eiusdem T. non præsumant.
2 † Et si fortasse inueneris communionem prædictam præcessisse legitimè inter eosdem homines eorundem Castrorum, & habitatores, seu morantes in dicta terra, tempore initæ inter eos communionis eiusdem, & nunc ipsam terram exhabitatam fore, & ab incolis totaliter derelictam. Quia personis deficientibus terræ præfatæ, & ab eius habitatione cessantibus, ipsa cessasse communio probabiliter iam videtur, cum ius vtendi communiter præfatis territoriis ex defectu, & recessu hominum terræ sit sublum, & quòd alterna communitas extabat ęqualiter. Altera tamen pręsumptio facit inequales eosdem dominos patronos & homines dictorum Castrorum in sumendis pascuis, & incidendis lignis in dicto territorio per pœnarum indictiones, & exactionem illarum (si in eas inciderint) & alia debita & stricta iuris remedia personaliter arceas & compellas. Quę omnia vos etiam, & successiuè futuri iustitiarii, & officiales alii supradicti (si opus exegerit) efficaciter obseruetis. Vt ęqualitatis causa sublata, inequale onus prouisa ratione tollatur. Et quod in vsu pręd icto claudicat, ad rectum ęquitas ordinata producat. Pręsentes &c.

ADDITIO.

3 PONDVS æquum. ¶ In tex. (minus legitimè sine aucten. &c) Nota ex isto text. † ꝙ si inter duo castra, seu inter duas ciuitates est contracta communio super aquis, herbis, pascuis, & lignis, & sic est contracta communio territoriorum, talis communio non valet, si non interuenit regius assensus: quia talis communio continet speciem alienationis, quæ in feudalibus est prohibita absque superioris licentia: ut in consti. constitutionem & c. Imperiatem. de prohi. feu. alie. per Fede. Et ideo si una pars non uult stare in communione, potest recedere. Secus si interuenisset regius assensus, ut probatur in isto c. & tenet Matth. de Affli.

4 de Afflic.decisio.254. sæpe fuit. cum concordan. ibi.† Et propterea infert ibi, quòd ex quo talis communio fuit ipso iure nulla sine regio assensu,quòd non currit præscriptio, etiam si stetissent per octuaginta annos in communione,non præsumitur assensus regius,nec currit præscriptio, nisi centum annorum,vel tãti temporis, cuius inimici memoria hominum non existat,vt ibi latius per eum.

ADDITIO noua. Ad prædicta etiam vide Ludo. Roma.consi.275.quò ad primum. vbi dicit, ꝙ in tali vnione territoriorum requiritur consensus superioris. Et vnio licet minus legitimè facta tribuit ius præscribendi per lapsum annorum quadraginta,allegat c.cum personæ.de priuil.in 6.& quod habetur in c. cum dilecti.de consue.ca.1. de præscrip. in 6. Sed circa hoc vltimum de præscriptione non sufficit præscriptio quadraginta annorum,sed tanti temporis, cuius initii memoria in contrarium non existat, vt dictum est.Confirmantur prædicta ex dictis per Io. Andr. in c.qui contra.de reg.iur.in 6.in mercurialibus, vbi dixit. quòd ad inducendum vnionem duorum beneficiorum curam animarum habentium est necessaria præscriptio tanti temporis, cuius initii memoria in contrarium non existat, & ibi plures rationes adducit, & Hostien. in sum. de supple.negli.præla.§.quot modis,Alexan.consi.70.in causa vertente.colum.1.3.vol.Io.Fran.Balb.in trac.de præscri. in prima parte quintę partis principa.quæstione 19. ¶Limita tamen respectu inducendæ præsumptionis, quia si probatur,quòd diu fuerunt possessæ vt vnitæ,dicitur præsumpt iuè probata vnio. Ioan.And.vbi supra,& in d.tra.de præscri.in loco præallegato,& Alex.vbi supra. Fely. in ca. causam quæ.colum.1.versi.limita dupliciter,de præscri.& isto casu posset procedere, quod dicit Ludo. Roma. in d. consilio.proximè allegato.Et hoc prodest, quia si villa,vel castrum reperitur in possessione communionis territoriorum per quadraginta annos,uel plus,& in dubio præsumitur pro communione,vt dictum est, illa villa non poterit lite pendente spoliari de facto possessione dictæ communionis,cum habeat præsumptionem pro se, & lite pendente nihil est innouandum,toto tit. extra vt lite penden.nihil

5 inno. ¶† Sed quid si interuenisset regius assensus in tali communione, uel possessio & præscriptio centenaria,& postea vnum ex dictis castris est effectum inhabitatum,an dominus illius castri inhabitati possit dicere,quòd nõ vult stare in communione, & sic illa communio cesset, & sit resoluta,istam quæstionem ponit Matth.de Affli.in consti. cum per partes Apuliæ.colum.4.in fi.cum sequen.in quarta quæstione,tandem per istum tex. concludit, quòd sit resoluta & finita communio ad hoc, vt æqualitas seruetur, vt in tex.nostro,& ponit etiam Matth. in d. decisio. 254.in fin.Et hoc intellige,quando castrum esset destructum sine spe reædificandi tunc amittit iura. Sed si fuerit reædificatum retinet iura,vt dicit Alex.conf.43.de celerrima,primo

6 volu. ¶† An autem quando est quæstio de territorio,possit compromitti maximè cum assensu regio & superioris, vide Bald.consi.142.dominantibus magnificis,primo vol. Et vigore regiæ pragmaticæ inter coniunctos quæstio feudalis non compromitteretur,vt in pagma.odia.in fin.in casu tamen posito per Bald.vide ibi dicta per eum.

ADDITIO noua.Quid tenet,quòd cum consensu superioris potest fieri compromissum, aliàs non. Et ibi etiam ponit,quod compromissum factum per metum superioris inter duas ciuitates de differentia territorii non valet,nisi subesset timor scandali, vt ibi latius, vbi etiam ponit infra quantum tempus potest dici de tali nullitate,& vide Corn. consil. 293. multa. 3. volu. vbi dicit de quodam compromisso facto inter duo castra de territorio super seruitute iuris pascendi & incidendi ligna, & dicit, ꝙ si arbitri pronunciauerunt vltra contenta in compromisso,vel si illi, qui fecerunt compromissum, compromiserunt, vltra contenta in eorum mandato,non valet, etiam si longo tē-

7 pore fuisset seruatum,vt ibi per eum. ¶† Sed quid si inter duas ciuitates est communio territoriorum, & in territorio vnius est commissum maleficium clandestinum,an altera Ciuitas teneatur contribuere,vide Matth. de Afflic.in consti.regni,si damna clandestina.col. 7.in 7.quæstio.

8 ADDITIO no. ¶† Quid autem si villa habet cõmunionem herbarum & lignorum cum alia villa,an possit incidere ligna & arbores, & ramos arborum pro ædificiis eorum.Istam quæstionem format Pari.in trac.feu.c.& reperitur sæpius, versic. an si vna.car. 96.nume. 10.allegat tex.in l.hactenus.§.si.cum sequen.& ibi glo.ff.de vsufruct.

9 vbi probatur quòd sic. ¶† Intellige tamen prædicta,ꝙ ille,qui habet ius ius incidendi ligna,& arbores debet vti ciuili modo l.si cui.in prin.ff.de serui.& arbitrio boni viri c. veniens.& ibi glo.in verbo præsciuisset,extra de iureiur.& Pet.de Ancha.consi.17.circa fi. Ang.Aret. Insti.de serui.in princ.colum.2.versicu.in glo.continet,vbi dicit,ꝙ habens seruitutem debet ciuiliter facere & vti, & quod fructus fundi seruientis non offendat. Et intelligitur ciuili modo, idest secundùm iuris dispositionem,vt dicit Pet.de Ancha. in d. consi. 17. circa finem. Et ciuiliter fieri intelligitur, idest sine fraude: vt dicit Bald.in c.1.colum.2. versicu.illa bailia.extra de arbi. & sic non posset fraudulenter incidere arbores pro deuastãdis nemoribus,vel vltra, quam eius necessitas exigat, & dicit Bald.consi.241.& videtur 2.vol. quòd si aliquis id quod est commune,vel publicum sic assiduè vtatur,ut aliorum usum assumat,poterit cogi, vt vta-

10 tur pro rata, vt ibi per eum. ¶† Sed quid si uniuersitas & homines unius Castri sunt soliti se affidare pro animalib. eorum per annos triginta & plus,uel per tantum tempus, quòd non sit memoria in contrarium,ita quòd præscriptũ est ius affidandi. Dominus illius Castri non uult ulterius eos affidare, sed uult uti territorio pro suis animalibus & uasallorum, dicens ne forte non sufficiat nobis & uobis, ite ad uendentes & emite uobis,dubitatur,an cogatur affidare,uide Matth. de Affli. in constit. regni cum per partes Apuliæ. colum.4. & eundem Matth.decisio.290. quidam baro,ubi dicit fuisse decisum in sacro regio Consilio, ꝙ si non sufficit pro animalibus domini & uasallorum,non cogitur affidare,etiam si esset facta præscriptio,quòd non extaret memoria in contrarium: quia prima charitas incipit a seipso, ut ibi latius per eum. Et idem dici potest, si esset inter eos communio territoriorum aquandi & pascendi,si non sufficit pro omnibus,debent preferri ciues & domini illius territorii l.uenditor.§.si.ff. com. prædi. & faciunt ra-

11 tiones supra allegatæ. ¶† Sed pone, quòd est communio territoriorum inter duas Ciuitates,an officialis unius ex illis locis gaudeat immunitate,ut possit pasculare,& nõ soluere ius herbagii, sicut alii ciues,ex quo officialis dicitur primus ciuis,uide Pari.in trac.sindi.in uerbo ciuilitas.§.statutum,colum.1. ubi dicit, quòd officialis, seu Baro & dominus illius terræ debet gaudere immunitate herbagii in pasculando,sicut alii ciues, ut ibi per eum. ¶ Aduertendũ

12 tamen est† quòd quando uniuersitas uult se fundare in præscriptione iuris pascendi quo casu cum dicatur seruitus discontinua, uidetur requiri tantum tempus, ꝙ non extet memoria in contrarium, ut dicit Andr. de Isern.in constitu.regni,cum per partes Apuliæ,& l. seruitutes. la 2. ff.de serui.sed communis opi. uidetur refragari opi. Andr. quia allegatio tituli cum cursu decennii,& quòd fuit usus iure seruitutis,cum scientia,& patientia aduersarii,uidetur sufficere,ut per Alex.& communiter docto.in l.si certis annis.C.de pact.& l.cum de in rem uerso.C. de usur. Debet etiam probari, quòd uniuersitas immisit animalia communia ad pasculandum in illo nemore. Et non sufficit probare fuisse immissa animalia singulorum, nisi probetur, quòd nomine uniuersitatis immiserunt,& quòd uniuersitas postea ratum habuit, uel quod uniuersitas communicato consilio constituit Sindicum ad apprehendendum possessionem, & pasculandum, de quibus omnibus uide latè Cæpo.in trac.serui.in titu.de.serui. iuris pascendi,colum.2.cum seq.& Io.Fran.Balb.in trac.de præscri.in quarta parte principa.colum.19.uersi.tertia quæst.in prin.

Corn.consi.130.& consi.148.in fi.1.uol.& consi.299.uiso. col.2.cum sequen.primo uol.Abb.in c.dilecti.col.2.de arbi.Aliàs autem si non probetur, quòd uniuersitas communicato consilio acquisiuit possessionem,non dicitur possedisse,ut plenè per Socin.in l.1.§.municipes. colum.1.ff.de acquir.posses.& consequenter sine possessione præscriptio non procedit l.sine possessione.ff.de usuca. & c.sine possessione.de reg.iur.in 6.& in d.trac.de præscrip. in tertia parte tertiæ par.principa.colum.1. Quid autem sit in seruitute incidendi ligna,uide Cæpo.in d.trac. de serui.in tit.de mõtibus.colum.fi.¶ Vnum tamen diligenter nota,ꝙ quando quæritur,an uniuersitas aliqua, seu populus præscripserit, nunquam præscriptio incipit currere, donec uiuit aliquis ex his ciuibus,qui habent scientiam rei alienæ: quia semper illis uiuentibus dicitur durare mala fides, ita dicit Socin.consi.187.in controuersia.col.12.uersi. præterea ultra famam 2.uol.& Anto. Capi. decisio.4. in causa monasterii.col.6.num.17.cum concor.ibi.¶
13 † Quanto autem tempore præscribatur ius affidandi, bestias in pascuis & exigendi herbagium uide Io.Fran.Balb.in trac. de præscri.in 2.parte quintæ partis principalis,in 4.q.in fi.nu.28.car.53. & Fran.de Are.consi.154.col.fi.ubi dicit,ꝙ tale ius est personale,& præscribitur ad instar iuris pedagiandi,& sic triginta annis. ¶ Quid si alicui est concessum Castrum pleno iure,non censetur imposita seruitus iuris pascendi,arg. l.unicæ.C. de nudo iure quiri. toll. Et quomodo intelligitur nuda proprietas,uide in §.1.Insti. de usuca. & §.fin.Et quid importat, quando dicitur cum integro statu, uide in l.2.C.de bo.uacan.lib.10.Et quid si Papa,uel princeps dicit, assignamus tale Castrum cum plenitudine iuris, uide Ias. in l. 1.nume. 5.C.de rei uendi. Poteris etiam ponere quæstionem,si sunt duo, quorum unus possedit integrum feudum, alter probat exegisse fidam, quis obtinebit, uide Par.in tra.feu.c.si est quæstio. sub rubri. pascua & fida,car.
14 171.¶ † Quid autem si plures Ciuitates uniuntur,an Ciuitas unita debeat Regi propriis statutis, an illius,cui adiungitur.Et an Ciuitas debeat supportare debita Ciuitatis unitæ,uide Ludo.Roma.consi.275.Ias.in l.si eadem.in prin.ff.
15 de offi.assesso.cum concor. ¶ † Quid si duo Castra habent unionem territoriorum, & unus habet multa animalia, & uult immittere in territorio alterius Ciuitatis, & illa uniuersitas non uult, an ille possit agere cõtra uniuersitatem, uide Matth.de Afflict. in consti. cum per partes Apuliæ.in
16 6.q.nu.13. ¶ † Quæro, si est communio territoriorum,& unus dedit damnum in territorio alterius,coram quo iudice possit cõueniri,Matth.ubi sup. nume. 12.

Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Malefactori vno si applauditur,vt euadat,an toti vniuerso derogetur.*
2 *Viam peccandi aperit, qui potest prohibere delicta, & non prohibet.*
3 *Magna curia vicariæ an habeat præeminentiam procedendi contra latrones insignes & alios malefactores publicè diffamatos, & illos torquere ex processu informatiuo.*
4 *Præeminentia magnæ curiæ vt torqueat ex processu informatiuo an soli magnæ curiæ sit concessa.*
5 *Officiales inferiores torquentes ex processu informatiuo an puniantur.*
6 *Magna curia vicariæ contra quos vti possit præeminentia.*
7 *Præeminentia an vtatur contra homines bonæ famæ.*
8 *Præeminentia an vtatur magna curia contra Neapolitanos.*
9 *Præeminentia vt vti possit, an debent præcedere legitima indicia.*
10 *Tortura an possit repeti ex processu informatiuo vigore præeminentiæ.*
11 *Tortura regulariter non infertur, nisi lite contestata.*
12 *Præeminentia magnæ curiæ vicariæ vnde ortum habuit.*
13 *Leges transgredi ex causa an liceat.*
14 *Præeminentia an dicatur odiosa.23.*
15 *Defensio an possit tolli per principem.*
16 *Tortura, a tortura an sit incipiendum.*
Tortura an inferatur non data copia indiciorum, ibidem.
17 *Præeminentia an indifferenter iudices vti debeant.*
18 *Iudex non admittens defensiones an puniatur.*
19 *Torqueri an possit non præcedentibus indiciis 21.*
20 *Iudex habens arbitrium plenum an possit fulminare, vel statuere ius iniquum.*
21 *Iudex habens latissimum arbitrium an possit torquere sine indiciis.*
Arbitrium concessum alteri in criminalibus an intelligatur secundùm ius commune, ibidem.
22 *Iudicibus sæuientibus an debeat freni temperies adhiberi.*
Iudex sæueriter procedens in criminalibus an priuetur iurisdictione, ibidem.
24 *Præeminentia an sola magna curia vti possit.*
25 *Præeminentia vt locum habeat, an prius constare debeat, delictum esse commissum.*
25 *Præeminentia vt locum habeat, an debeat processus esse formatus per ipsam magnam curiam.*
27 *Audientia testium in criminalibus an committatur.*
28 *Præeminentia vt locum habeat, an debeant apparere legitima indicia.*
29 *Indicia quæ dicantur sufficientia, an relinquatur arbitrio iudicis, & quomodo eius arbitrium reguletur.*
30 *Indicia an debeant precedere torturam.*
31 *Indicia apparere an debeant in processu informatiuo, vt locum habeat præeminentia.*
32 *Præeminentia an solum habeat locum in maleficiis insignibus.*
33 *Præeminentia vt locum habeat, an reus debeat esse notatus infamia.*
34 *Testes ad probandum infamiam quales esse debent.*
35 *Præeminentia vt locum habeat, an reus debeat esse malæ famæ.*
36 *Præeminentia an habeat locum, quando aliquid est in fauorem rei.*
37 *Testis dictum an in totum scribi debeat pro vtraque parte.*
38 *Præeminentia vt locum habeat, an debeat torquendus esse leuis vitæ.*
39 *Præeminentia vt locum habeat, an reus debeat plura crimina commisisse.*
40 *Præeminentia vt locum habeat, an reus debeat esse infamatus de grauioribus criminibus.*
41 *Tortura an habeat locum, quando maleficium est probatum per veras probationes.*
42 *Præeminentia an habeat locum, quando reus offert incontinenti probare de innocentia.*
43 *Innocentiæ exceptio an censeatur sublata a statuto excludente omnes exceptiones.*
44 *Cautela aduocati quando timet, quòd reus torqueatur vigore præeminentiæ, vt appellet a futura tortura offerendo probare de innocentia.*

Præeminen-

DE PRÆEMINENTIA MAGNAE curiæ vicariæ. Rubrica.

ROBERTVS &c. IOANNI DE HAYA militi curiæ Vicariæ Regenti, Magisto Iusticiario Consiliario familiari, & fideli suo gratiam & bonam voluntatem. CAP. CCLXXII.

SI cũ sceleratis & reprobis, quos notabiliter fama grauat, vel crebra commissio criminum dat insignes, pro eorum tali commissione, seu meritis non agitur ad vindictam, consequens erit viros tales ex impunitate concrescere, & nostram rempublicam cum nostrorum nocumento fidelium grauia detrimenta sentire. Sicut igitur intellecto, ꝙ sicut casus accidunt, causæq; succedunt, multi de talibus delati, vel capti ad Vicariæ regni nostri, cui pręsides curiam producuntur, & iam aliqui peruenerunt, cõtra quos tum propter varios in suis opinionibus intellectus iudicium dictæ curiæ, tũ propter alia, quę per aduocatorum astutias ingeruntur prępedia & anfractus, nõ proceditur, prout decet, ad condignam & celerem vltionem. Mirari compellimur, & turbari, sic ipsis deferendo maleficis, de tam generali eiusdem reipublicę derogatione,
1 quę sequitur, non pensatur. † Ita ꝙ dum vni vel plu ribus de huiusmodi sceleratis, vt euadant, applaudi
2 tur, toti vniuerso quod læditur derogatur. † Verùm attento, quod scribitur, quia uiam peccandi aperit, qui cum possit cohibere, prætermittit, quod nobis
3 non immerito ualeret impingi. † Tibi, de cuius fide confidimus, de cuius zelo ad iustitiam, & odio ad scelera inesse speramus, de certa nostra scientia cõmittimus usque ad nostræ beneplacitum maiestatis. Vt tu solus contra quoslibet notatos, seu denunciatos, aut infamatos, ꝙ sint disrobatores stratarũ, aut homicidæ, fures, seu latrones insignes, uel aliorum grauaminum labefactos infamia, cum delatione, vel sine delatione quacunque, ad manus tuas quomodolibet uenientes, occasione grauiorum criminum generaliter & specialiter possit inquirere, & procedere contra eos, etiam iuris ordine nõ seruato, quia in talibus est ordo, ordinem non seruare, qui nullum iuris ordinem obseruarũt. Sic ut in promptu de criminosis personis & eorum criminibus tibi constiterit aliqua indicia, uocem, seu famã publicam, aut per aliquos testes, quos tantum ad tui informationem recipere te uolumus, parte nõ uocata, aut eorum appellationibus, seu defensionibus non admissis, iuxta tuum arbitrium, Deum tamen & iustitiam habendo præ oculis. Sic in promptu ad sciendum de ipsis criminibus ueritatem, eorumq; complices, & fautores, eos prout tibi videbitur, subiicere ualeas quæstioni, ipsosq; pro excessu, & criminum qualitate punias rigorosè, quod eis cedat ad pœnam, & alii terreãtur exemplo, legibus, & constitutionibus, ac capitulis quibuscumq; , his forte contrariis non obstantibus quoquo modo. In his enim tibi plenam potestatem meri & mixti imperii ac arbitrium competens duximus concedendum. Datum Neapoli An. Domini M. CCCXIII. Die 8. Iulii. 11. Indictionis. Regnorum nostrorum Anno quinto.

ADDITIO.

4 SI cũ sceleratis. ¶ In tex. ibi (vt tu solus &c.) † Nota, quòd ista præeminentia, de qua in isto tex. vt possit inferri tortura ex processu informatiuo, est concessa soli magnæ curiæ vicariæ, & sic nõ aliis, ar. l. cum prętor. ff. de iudi. & glo. in cap. non ne, extra de præsump. Thom. Gram. consi. 64. nume. 4. & 5.

ADDDITIO noua. Et in voto 3. nume. 37. cum sequen. versi. item processus, quod probatur in hoc tex. ibi, tu solus; quia propter hoc videtur aliis inferioribus ademptu potestas per ea, quæ dicit Ang. in l. 1. per illum tex. ibi, princeps enim solus. C. vbi & apud quem, & Decius consi. 3. in prin. primo volum. & Thom. Gram. consi. 2. post decisio. colum. 2. nume. 6. Et dicit Par. in tract. sindi. in verbo tortu
5 ra. §. & an siquis dixerit. colum. fina. † quòd licet magna curia Vicarię habeat talem pręeminentiam vt contra malefactores & latrones valdè diffamatos & in notoriis criminibus ex processu informatiuo possit procedere ad torturã. Tamen alii iudices inferiores debent ab hoc abstinere, ne torqueant ex processu informatiuo, aliàs tenerentur in sin
6 dicatu, vt ibi per eum. † Et quòd magna curia vicariæ non possit vti ista præeminentia, nisi contra latrones insignes, disrobatores stratarum, incẽdiarios, violentos raptores, & committentes grauia crimina, cõtra quos laborat infamia contra istos procedi potest iuris ordine non seruato, & sic ex processu informatiuo ad torturã procedere, quia propter terribiles casus licitum est leges transgredi, ita tenet, & concludit Matth. de Affli. decisio. 391. fuit dubitatum, & idem Matth. in consti. regni super incisionibus col. 7. & 8. & Tho. Gra. consi. 54. in causa honorabilium, & in d. voto
7 tertio, nu. 30. cum seq. † Et ideo magna curia vicariæ non poterit vti tali præeminentia contra homines bonæ famæ de aliquo delicto non notorio inquisitos, vt tenet Matth. de Affli. decisio. 391. in fin. & Matth. de Affli. in consti. Item du
8 ram & diram. in fin. & Tho. Gram. vbi supra. † Nec etiam magna curia potest uti tali præeminentia contra Neapolitanos, qui habent ex priuilegio, vt non possint torqueri, ni
9 si datis defensionibus. ¶ † Item est aduertendũ, ꝙ licet magna curia vicariæ habeat dictam præeminentiam & plenũ & li-

& liberum arbitrium in maleficiis. Tamen non poterit ali
quem torquere ,nisi in illo processu informatiuo concur-
rant legitima indicia,ex quibus si esset legitimatus proces-
sus, posset inferri tortura,ita in specie tenet Thom.Gram.
10 in d.consi.64.nume.2.vbi multa allegat. ¶ † Item ad aliud
est aduertendum, quòd licet tortura possit inferri ex pro-
cessu informatiuo vigore dictæ præeminentiæ. Tamen tor
tura non poterit repeti vigore dictæ præeminentiæ ex pro-
cessu informatiuo , vt dicit Thom.Gram.dicto consilio 64.
nume. 12.cum ibi allegatis. Et ad materiam huius cap. vi-
de supra cap.prouisa iuris sanctio.num.222.& capitu.iuris
censura.supra nume. 223. & quæ in dictis locis dixi. & in
capitulo diu iam.& pluries supra numero 234.

ADDITIO noua. Adde quoniam materia huius
cap.nostri,in quo tractatur de præeminentia, quam habet
magna curia vicariæ in torquendo reum ex processu infor
matiuo,est quotidiana,& sepius circa eam hesitatur. Ideo
11 eam plenius sub compendio ordinabo.† Sciendum est nã-
que,quòd tortura regulariter nõ infertur, nisi lite contesta
ta,& quòd sit nomen rei receptum iuter reos,vt dicit Bar.
in l.si adulterium.in prin.per illum tex. ff. de adul. & Hip-
po.in sua pra.§.nunc videndum.nume. 28.& in l. 1.in prin.
colum.4.versi.sexò requiritur.ff. de quæstio. & hoc de iu-
re communi & regulariter,sed in regno habet locum præ
12 eminentia in magna curia vicariæ.† Et talis præeminentia
ortum habuit ab isto.cap.nostro, & a cap. in accusatis. su-
pra.147.& a cap.tormentis.190. & a cap.pro visa iuris san
ctio.supra 222.& a cap. iuris censura.223.& a ca. diu iam
& pluries.234.vt etiam testatur Tho. Gram. in voto tertio,
nume.23. versi.nec respectu. Et de iure communi possunt
prædicta corroborari,quia contra insignes latrones,male-
factores,& homines malæ vitæ,conditionis,& famæ,& in
enormibus criminibus non requiruntur tantæ solemnita-
tes,quæ aliàs requirebantur,vt dicit Hippo.in l. 1. colum.
8.cum sequen.versi.& in quantum,& versi.secundo,& ver
13 si.tertio.ff.de quæstio.cum ibi allegatis.† Et ex magna cau-
sa licitum est iudici leges transgredi.l.si hominem.ff.man-
da.plenè per Felyn.& alios in cap.1.colum.17. versi.fallit
septimò,extra de constitu. Et quia in notoriis ordo est non
seruare ordinem cap.in nostra,el 3. extra de iureiura. quia
in notorio crimine omnis iuris solẽnitas remissa videtur,
vt dicit Ang.in l.si vacantia.versi. venio ad secundum arti-
culum.C. de bo. vacan.lib. 10. contra ergo insignes latro-
nes & malefactores notorios malæ conditionis & famæ iu
14 ris solemnitas non requiritur in torquendo . † Aduerten-
dum tamen est,quòd talis præeminentia, vt quis torquea-
tur non datis defensionibus, dicitur odiosa , cum defensio
sit de iure naturali,& tolli non potest.clem.pastoralis §.cę-
terum,extra de sen.& re iudi l.vt vim.ff.de iust.& iu. Et de-
fensio etiam diabolo non est deneganda , vt dicit Imo. in
clem.frequens.colum.4.de excessi.præla. & rota in nouis,
decisio.201.licet in causa.in rub.de proc.Hipp.in l. vnius.
§.coguiturum.colum.11.ff.de q. de quo etiam per Fely. in
c.ex parte.lo 2.col.3.versi.primò videndum,de offi. deleg.
15 Vbi ponit tres defensiones,& concludit † quòd defensio de
iure naturali non potest tolli etiam per principem , secus
in defensione iuris positiui,puta in exceptione præscriptio
nis,vt ibi latè per eum. Et quòd defensio introducta a iure
naturali a Papa,vel principe tolli non possit, tenet Hippo.
consi. 16.inclina cor meũ.col.6. & Hyp.in d.§. cognitururũ.
colum. 10.cum sequen. Et dicit Alexan.consi.65.habita su-
per contentis.col.1.1.vol.quod est duplicatum consi.41.2.
vol. quòd prætextu alicuius liberi & absoluti arbitrii non
potest iudex denegare defensiones reo , & sequitur Hipp.
in sua pra.§.constante.num.26.& est cap.regni, item quòd
p̃dicti iusticiarii occasione. supra nu.16. Et ꝙ talis præemi
16 nentia sit odiosa ,probatur etiam , quia † a tortura non est
incipiendum.l.1.in prin.& l.maritus,ff.de q.& l.milites.C.
eo. Immo de iure communi ad torturam nõ deuenitur ni-
si data copia repertorum seu indiciorum cum termino ad
purgandum indicia,vt per Alex.d.consi.65.& Hipp. consi.
95.col. 3. & debent præcedere legitima indicia , & testes
examinari citata parte,vt per Hypp.d.cons.95.& plenè per
Hippo.in d.l. 1.in prin.col.3.versi.3. Et quòd lis sit contesta
17 ta,vt ibi per eum col.4.versi.sextò.† Et ideo Iudices non in
differenter vti debent tali præeminentia, Immo magna cu
ria Vicariæ raró vtitur tali præeminentia,vt dicit Paris, in
tra.sind.in verbo tortura §.& an siquis.in fi.& Tho. Gram.
18 d.voto tertio,nu.23.in fin.† Quinimmo Iudex non admit-
tens defensiones iuris punitur sicut Iudex non admittens
defensiones veræ innocentiæ.l.1.§.fi.ff.ad leg.iul.pecu.Bal.
in l.presbiteri.la prima.C.de epi.& cleri.Hippo. in d.l.1.§.
19 fin.col.20.nu.92.in fi. ff. de quæstio. † Quia etiam si Iudex
haberet liberum arbitrium in criminalibus , non poterit
torquere aliquem non præcedentibus indiciis, aliàs tene-
retur in sindicatu,ita Pau.de Leaza.in c.grauis.extra de de
po.Hippo.in d.l.1.in prin.nu.36.Ias.in §.in bonęfidei. col.
6.in fi.nu.36.insti de actio.& Fran.Bru.in tract.de indi.car.
13.col.2.versi.aduerte,quòd multoties,& Hipp. in sua pra.
20 §. constante.nu. 26.cum concor. † Et Iudex habens arbi-
trium plenum non debet fulminare secundum Bal.in c. 1.
de pace tene.Ias.in d.§.in bonęfidei.col.5. Nec Iudex vigo
re talis arbitrii potest statuere ius iniquum.Bal. in l.milites
in vltima col.vers.tertiò ponamus.C.de testa.mil.& Ias.vbi
supra col.7.in prin.& Christofo.Por.insti.de testa. mili. in
21 prin.col.j.versi.ex hoc verbo. † Nec Iudex habens latissi-
mum arbitrium potest aliquem torquere sine indiciis,vt te
net Alb.de Ro.in quæstio. sta quæstione 37. 3.par. Immo
arbitrium cõcessum alicui in criminalibus intelligitur se-
cundum ius commune,vt dicit Alb.de Ro.in quæ.statu.q.
32.in 3.par.Solum quò ad modum procedendi & quò ad
22 aliqua leuia,vt ibi per eum. † Iudicibus enim sæuientibus
debet freni temperies adhiberi.l.2.C.de custo.reo.& Gan-
dy.in tract.malefi.in rub.de quæstio.& tormen.in prin.Im
mo Iudex seueriter procedens in criminalibus debet pri-
uari iurisdictione,ut dicit Fran.Bru.in tra. de indi. in octa-
ua car.col.3.versi.septimò aduertat,& Hippo.in sua pra.§.
expedita.nu.86. ubi multum inuehit contra istos crudeles
iudices dimittentes reos in tortura, donec confiteantur,
quia tales puniri possunt , quia nimia sæuicia attribuitur
23 culpæ, vt dicit Fran.Bru. in d.tract.car.9. colum.1.† Talis
itaque præeminentia tamquam odiosa est restringenda. l.
cum quidam. ff. de lib. & posthu. & in regula odia.de reg.
iur. in 6. & in specie tenet Tho.Gram.d.voto tertio,versus
finem in nona,& vltima limitatione . Et ideo vt dicta præ-
eminentia locum habeat , & ea Iudices vti possint , plura
concurrere debent. ¶ Primò itaque considerandum est
24 † quòd sola magna curia vicariæ habet talem præeminen-
tiam , vt possit torquere ex processu informatiuo , & non
alii iudices,vt probat tex.in isto cap.ibi,tu solus,& in mul-
tis aliis partibus huius capit. quia dicitur electa industria
personæ , vt patet in suprascriptione huius capitu.& tenet
Paris in tracta. sindi. in verbo tortura .§. & an siquis dixe-
rit. colum. fina. & Thom.Gram.consi.64. nume.4.& 5. &
in d.voto tertio nume.37.cum sequen. & dixi supra proxi-
mè, & dixi supra cap.prouisa iuris.222.nume.9. Et alii Iu-
dices inferiores non possunt vti tali præeminentia,aliàs pu
niuntur,ut dicit Paris vbi supra , nisi fuerit expresè & spe-
cialiter concessum a dicta magna curia. Et quando conce-
ditur,bene est aduertendum cui concedatur, vt sit circun-
specta persona,& non abutatur præeminentia , vt plerique
faciunt,quia,vt patet in suprascriptione huius cap.per Re-
gem Robertum fuit concessa Ioanni de Haya,qui erat mi-
les & regens magnam curiam Vicariæ & magister Iusti-
ciarius & fuit electa industria personę & habebat penes se
Iudices magnæ curiæ Vicariæ . Et cũ sit electa industria p
sonæ,non transit ad alios per ea,quæ dicit Bal.in c.fi.de of-
fi.dele.vbi dicit,ꝙ populus Florẽtinus dedit cuidã Ortoni
facultatẽ ingrẽdi cum fama, & sine fama talis facultas nõ
trãsit in successorem,quia vr̃ considerata eius industria, &
sequitur.Felyn. in ca. quoniam Abbas.col.1.de offi.deleg.
Credidit enim Rex , Iusticiarium & Iudices magnæ cu-

D.Ioan.Anto.de Nigris.

riæ vicariæ, qui explorata eorum industria ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter facturos & iudicaturos, quàm ipse Rex faceret, argu. l. vnicæ, in fi. ff. de offi. pręfe. præto. Et ꝙ dicatur electa industria personæ, patet in isto cap. ibi, tu solus, per ea, quæ dicit glo. & Abb. in ca. fin. de offi deleg. & Ias. in l. 1. colum. 7. in fi. nu. 29. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. & sic talis præeminentia soli magnæ curiæ vicariæ competit, quæ semper a tempore, quo non extat memoria in contrarium, vsa est tali præeminentia, licet fuisset a principio electa industria personæ. Et licet de iure talis præeminentia non posset delegari regulariter a magna curia Vicariæ: quia ex quo specialiter est commissa regenti ex dispositione huius c. & sic a lege, non debet posse delegari. l. 1. in princi. & ibi doct. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. glo. in cap. super quæstionum. §. porrò. de offi. deleg. l. nemo potest. de reg. iur. tanto magis quia est electa industria personę regentis, & concurrit grauitas causæ, & sic delegari non potest per ea, quæ dicit Decius in d. l. 1. in princi. in 2. nota. nume. 28. & nume. 32. ver. sed tamen, bene tamen delegari potest per principem, seu regem, penes quem omnes causæ sunt delegabiles, vt dicunt doct. in d. l. 1. in princi. Vel nisi delegaretur per generalem Proregem regni & collaterale consilium, argu. l. vnicæ. §. fina. C. qui pro sua iurisd. vel nisi in casu absentiæ iuxta dicta per Barto. in l. 1. colum. 1. & ibi per alios ff. de offi. eius. vbi Ias. col. penul. & ibi, quid in casu infirmitatis. Tamen quicquid sit de iure, dicta magna curia de consuetudine concedit pręeminentiam. Et optimum esset cōsilium, vt quando conceditur præeminentia, primò inspiceretur processus, & videre si sunt indicia, & si est de casibus, in quibus cōcedi posset dicta præeminentia. nec ne.

25 ¶ † Secundò vt locum habeat præeminentia & deueniri possit ad torturam, requiritur, vt prius constet delictū, de quo inquiritur, esse commissum, aliàs si de delicto nō constat, non potest procedi ad tortura, vt voluit Tancred. de Corne. in sua compendiosa, in 17. quæst. allegat text. in l. 1. §. illud autem. ff. ad Sille. & ibi hoc sentit Bar. & Lud. Rom. & Bart. in l. fin. col. 1. ff. de quæstio. & in l. si is qui rem. §. si tu Titium. ff. de fur. Ang. in trac. malef. in verbo fama publica. col. 42. ver. duodecimò tu iudex, & ibi Aug. Ari. in addi. Fran. Bru. in trac. de indi. car. 12 col. 1. Hipp. in l. 1. in prin. col. 2 ff. de quæst. & in sua prac. cri. in prin. col. ij. & consil. 8. in prin. cum concor. in d. locis. Et saltem debet constare de delicto per famam publicam, vt dicit Hipp. vbi sup. & Ang. Are. vbi sup. Ad prædicta etiā vide, quæ dicit Alexan. consi. 19. circa primū. 7. vol. vbi ponit quæstionem, si reus cōfitetur cōmisisse delictū in genere, vel in specie, an sufficiat, licet aliter non constet delictum esse commissum. Et hoc inducit ad quæstionem de quodam consultore, qui condemnauit reum ad mortem solum ex cōfessione non aliter constito de delicto, an & qualiter puniatur, vide ibi & in l. lex iulia. §. fi. ff. ad leg. iul. repet. Tho. Gram. deci. 99.

26 ¶ † Tertiò, vt habeat locum præeminentia, requiritur, vt processus sit formatus & fabricatus per ipsam magnā curiā vicariæ, ad hoc vt regens & iudices magnæ curiæ possint cognoscere testes, quomodo & qualiter deponant cōtra inquisitum, iuxta illud, tu magis scire potes, quanta fides sit testibus adhibēda. l. 3. §. 1. ff. de testi. cum talis pręeminentia soli magnæ curiæ sit concessa, & sic non sufficit si per alios officiales sit capta informatio & fabricatus ꝓcessus, ita tenet Tho. Gram. in d. voto tertio. nu. 37. cū seq. ver. Itē processus. bene faciunt, quę dicit Hip. in l. 1. in princi. col. 4. ver. septimò. ff. de quæst. cum ibi allegatis, bene facit, quod dicit Barto. in l. diuus. la ij. ff. de custo. reo. col. 1. vbi dicit, ꝙ si reus confessus fuit coram vno iudice, & postea fuit remissus ad alium iudicem, non potest condemnari ex confessione factam coram iudice remittente, sed debet iterum a iudice, cui remittitur, examinari, & Ange. Are. in §. sed si. col. 1. Insti. de suspe. tut. Confirmantur prædicta: quia examinatio testiū, quæ fit in criminalibus contra malefactores, & homines malæ vitæ in loco fieri debet personaliter per iustitiarium, iudices & actorum notarium, & non per alios, quibus forte iustitiarius committeret, & si alteri committeret, non valeret ipsa depositio testium, vt in cōsti. regni, inquisitiones generales, & ibi Math. de Affli. 2. no. quia ad hoc vt vigore testium receptorū iudex possit ponere reum ad torturam, non sufficit, quòd notarius testes examinauerit, sed debet iudex examinare, vt tenet Hipp. in sua pra. §. nunc videndum. nu. 30. quia in criminalibus non committitur audientia testium, nisi per Papam, vel principem. Spe. in tit. de teste. §. nunc tractādū. col. 1. Et audientia testium nō pōt committi notario actorum: quia fungeretur duplici officio, vt dicit Luc. de Pen. in l. ij. col. 1. in fi. C. de iu. fis. lib. x. Et dicit Dy. in l. ij. §. si publico. ff. de adul. ꝙ iudices debent per seipsos facere inquisitionem de malefactoribus committentibus crimen, vbi venit imponenda pęna mortis, & non per alios: quia commissio causarū criminaliū fieri non pōt, vt ibi per eum, & Matth. de Affl. in d. consti. inquisitiones generales. ij. no. & si fieret cōmissio testiū, depositiones nō probāt, nisi fieret parte præsente & non contradicente, vt tenet Ang. in auth. de testi. §. quoniā, qui dicit, ꝙ vidit condemnari quendam rectorem de Perusio: quia condemnauit quendam ex depositionibus testiū examinatorum per alium iudicē ex commissione alterius iudicis, & sequitur Matt. de Affl. in consti. regni iustitiarios. col. ij. in 5. no. & Andr. de Iser. in c. 1. in prin. col. ij. si de inuesti. inter do. & vas. lis oria. & Mat. de Affl. in consti. inquisitiones generales. col. ij. in ij.

27 no. † Et de materia, ꝙ regulariter in criminalibus nō committitur audientia testium, vide in l. iudices. & auth. apud eloquentissimum. C. de fi. instru. Alex. in l. hac consultissima. §. siquis autem. C. de testi. doc. in c. cum causam, extra de testi. Spe. in titu. de teste. §. nunc tractandum, notatur in cle. j. de offic. delega. glo. in c. testes. 3. q. 9. Matth. de Affli. in consti. regni in pecuniariis, col. 5. in tertio not. in prin. & in 5. qō. Anto. Capi. decis. 90. in fi. & sunt quam plures ritus magnæ curiæ vicariæ, vt in ritu item ꝙ curiæ. num. 24. in ordine meo, vbi dicitur, ꝙ non committitur audientia testium in criminalibus inf. dietam vnam legalem, nisi essent senes & valitudinarij, & honestæ mulieres, similesq́; personæ, & nisi de partium voluntate processerit, & in ritu. item seruat. sub rub. cōmittitur examinatio testium senium, & valetudinariorum. nu. 217. in ordine meo, & in ritu seq. posset etiam committi, quando testes non essent de iurisdictione iudicis, qui vult eos examinare, & tunc committitur ordinario illius loci, vt per Matth de Affl. in d. constitu. in pecuniariis, in iij. no. & in d. constit. Iustitiarios. in fi. & in consti. inquisitiones generales, colū. ij. in fi. cum seq. & Bal. in d. auth. apud eloquentissimum, licet Cy. & Saly. ibi tenent contrarium, tamen Odof. & Alb. tenent opi. Bal. & hoc maximè procedit in reo secundùm Sal. ibi

28 circa fi. ¶ † Quartò requiritur, vt habeat locum præeminentia, vt in processu formatiuo appareant legitima indicia, quasi processus esset legitimatus, sufficerent ad torturam per ea, quæ dicit Bal. in cap. 1. col. 1. ext. de off. ordi. & supra dixi, & tenet Tho. Gram. consi. 64. in causa honorabilium. nume. 2. Aliàs si non extarent indicia, non posset reus torqueri, quia etiam ille, qui habet arbitrium non potest torquere sine indiciis, vt proximè dixi, & tenet Alb. de Ros. in quæstio. statu. quæst. 37. 2. par. & latius dixi sup. cap. subditorum. 6. in rub. de violentiis. nu. 128. cum pluribus

29 sequen. † Et licet, quæ dicantur indicia sufficientia ad torturam, relinquatur arbitrio iudicis, ut habetur in l. quæstionis modum. ff. de quæstio. Ioan. Andr. in c. cum in contemplatione. ext. de reg. iur. cum concor. Tamen tale arbitrium debet esse iuri & æquitati congruum: quia si ex ceruice sua procederet, non valeret, quod ageret, vt per multa tenet Hip. consi. 15. magnifice ac generose. col. 8. nu. 17. & in sua prac. cri. §. diligenter. col. 6. nu. 24. & in d. l. qōnis modum. col. 5. nu. 70. vers. & teneas menti. Et ꝙ tale arbitriū debeat regulari secundū regulas iuris & statutorū, tenet Hipp. consi. 18. num. 37. & consi. 20. nu. 54. & consi. 42. nu. 3.

nu.3.& conſſ.65.num.16.Et arbitrium intelligitur de arbitrio boni viri.l.ſiquis arbitratu.& ibi doct. ff.de verbo. obli. & debet iuri & æquitati conuenire,quia arbitrium datur vt triaca contra venenum,vt dicit D.Aymo conſi.190. quod in præſenti.colum.2.in fine cum ſequen.nu.5.Debent etiã indicia ad torturam eſſe certa, probabilia, veriſimilia, & nõ leuia,nec perfunctoria,ſed debent eſſe luce clariora, vt tenet D.Aymo conſi.99.Ioannes filius.primo volum.cum concor.ibi.Et in arbitrariis Iudex debet inclinare animum ſuum in mitiorem partem,ſecundum Bal.in l. quicunque. C.de ſer.fug.Iaſ.in §.in bonęfidei,colum.8.nu.52.Inſti.de actio.Pro confirmatione prædictorum, quòd, vt poſſit vti præeminentia,requiruntur legitima indicia ſufficientia ad torturam,adducitur,quia ſi aliter diceremus,Iudex vigore talis præeminentiæ poſſet cum dolo,& malicia procedere & torquere reum,quod non eſt dicendum,quia ille,cui data eſt facultas faciendi,quoquo modo velit, non intelligitur ei data licentia,vt procedat cum dolo & malicia,arg.l. creditor.§.Lucius.ff.mand.de quo vide Cyn.in l.ſi ea.C.de dotis promi.& tenet Chriſtopho.Por.Inſti.de teſta. mili.in

30 prin.colum.1.in fin.¶ †Et aduerte,quòd indicia præcedere debent torturam,aliàs indicia ſuperuenientia poſt torturã non iuſtificant torturam, nec confeſſione inde ſequutam, glo.Bartol.& alii.in l.maritus.ff.de quæſtio.Bald. in l. fina. C. de quæſtio.doct.in l.penul.ff.de quæſtio.& in l. qui aliena.§.Celſus.ff.de acqui.hære.Hippo. in ſua pra.§. diligenter. numero 183.& §.ſecunda quæſtio.nume.3.Cor.conſi. 134.in cauſa.colum.2.4.volum.& Hyppo.in ſua pra.§.conſtante,in prin.& Decius in l.quod in initio.ff.de reg.iur.vbi dicit,quòd indiciis non præcedentibus non poteſt torqueri,aliàs confeſſio eſt nulla,& indiciis ſuperuenientibus poſtea non confirmabitur,vt ibi per eum.¶ Aduerte circa prędicta ad vnam contrarietatem Thom.Gram.quia,vt ſupra

31 dixi,Thom.Gram.conſi.64.nume. 2. tenet † in proceſſu informatiuo debent apparere indicia ſufficientia ad torturam,& eſt vera opi. vt ſupra dictum eſt, ſed idem Thom. Gram. ſibi contrarius deciſione 34. in præſenti. colum. 4. nume. 9. videtur velle, quòd magna curia Vicariæ poſſit, torquere etiam ſine indiciis,mouetur per c.in accuſatis.in fi.ſupra 147.vbi conceditur generali vicario, & ſic Proregi regni,vt poſſit citra & contra formam capitulorum adhibere tormenta,& magna curia vicariæ dicitur curia vicarii,& ſic proregis,ergo illud,quod poteſt prorex, poteſt magna curia ſecundum eum. Tamen hoc dictum non puto verum, & verior eſt opi. quam tenuit in dicto conſi.64. quia ea quæ dixit in dicta deciſione 34. dixit propter affectionem , quam habebat ad cauſam pro ſaluanda tortura per eum & alios indebitè illata, & ſic illa affectio fecit eum variare. Et quòd opi.quam tenuit in dicta deciſione, non ſit vera.patet:quia,vt ſupra dictum eſt,requiruntur indicia.Et illud,quod dicitur in d.c.in accuſatis. ibi, eſt electa induſtria perſonæ generalis proregis regni & eius fides & grauitas ad talis officii magnitudinem,& ꝙ pro ſua ſapientia ac luce dignitatis non ſit aliter iudicaturus, quàm eſſet rex iudicaturus, vt probat tex.in l.1.ff.de offi.præfe.ꝑto.& propter cauſæ magnitudinem,vnde cum ſit electa induſtria perſonæ,non extenditur, vt ſupra dictum eſt. Nec valet conſequentia,poteſt hoc facere Prorex, ergo poteſt magna curia vicariæ,quia hoc eſt falſum,cum magna curia ſit inferior,quàm Vicerex,vt patet euidenter,& eſt inferius tribunal,quàm tribunal collateralis conſilii, quod eſt ſupremum,& ſuper alia tribunalia,& ab aliis tribunalibus appellatur & ſupplicatur ad collaterale conſilium , ergo maius eſt: quia qñ appellatur,ſit appellatio a minori Iudice ad maiorem gl. in c.2. de cõſu.in 6.Phi.Frã.& alii in ru. extra de app. Vicerex. n.dat Iudices,ergo ipſe eſt maior,& ad eũ appellatur. l.1.ff. quis & a quo app & dicere,hoc põt facere vicerex regni,ergo põt facere magna curia, tale argumentũ nõ procedit, quia argumẽtũ de maiori ad minus affirmatiuè nõ procedit, Iaſ.in l. q̃ de legato.col.2.in prin. nu.4.ff.de leg.1. & ſumus in odioſis,& non ſit extenſio ca. odia.de reg.iur.in 6.cum concor.Nec eſt vera conſideratio Tho.Gra.in d.dec.dũ dicit,ꝙ curia magnæ curiæ ſunt duæ curiæ,vna,quæ dicitur magna curia, alia dicitur vicariæ, quia dicitur curia vicariæ & dr̃ magna reſpectu aliarũ curiarũ inferiorum,vt dicit Matth.de Affl.in conſ.ſtatuimus, la 2.col.pen.verſi.in gl.1.Præterea,iſta,quæ non ſunt de ordinaria poteſtate,ſed potius de ſuprema & abſoluta poteſtate,non competunt niſi ſolo Regi, vel eius vicario gñali,inferioribus autẽ non competunt niſi ex ſpeciali priuilegio vel delegatione,arg.eorum,quæ dicit Bal.conſ.267.ad euidentiam.col.2.1.vol.& D.Aymo conſi.135.col.2.in fi. 1.vol.torquere ergo ex proceſſu informatiuo & ſine indiciis non competit magnæ curiæ vicariæ. Immo Neapolitani habent ex priuilegio, vt non expediantur mandata regia de torquendo pro quouis delicto,niſi re communicata cum regentibus regiam cancellariam,& ſeruata forma cõſtitutionum & capitulorum regni ſublato quolibet abuſu, excepto crimine læſæ maieſtatis,vt patet in priuilegiis Neapolitanis,priuilegio 16. conceſſis per Cæſaream maieſtatẽ Caroli Quinti de Auſtria ſub data in oppido Bruſcellarum ducatus Brabantiæ die vltimo Decembris 1554.ex quibus patet collaterale conſilium eſſe ſupra magnam curiam vicariæ,& cõſequenter illud, quod eſt conceſſum proregi, non cenſetur conceſſum ipſi magnæ curiæ, vt poſſit ſine indiciis torquere.¶ Quintò dicta præeminentia non habet locum,niſi contra notatos,denunciatos,aut infamatos, ꝙ ſint diſrobatores ſtratarum,aut homicidæ,fures,ſeu latrones inſignes,grauium labefactos infamia vt dicitur in iſto

32 c.noſtro,& dixi ſup.c.prouiſa.222.num.8.† Et dicit Par.in tract.ſind.in verbo tortura.§.& an ſiquis.colum.fina.quòd præeminẽtia ſolùm habet locum in maleficiis inſignibus, & latronibus valde diffamatis,& in notoriis criminibus,cõcurrente leuitate vitæ torquendi,& tenet Matth. de Afflic. deciſio.391.& in conſti.ſi damna clandeſtina.col.13.verſi. aduerte,nu.31.in fin.& Tho.Gra.d voto 3.nu. 24. & 30.& in d.conſi.64.in cauſa honorabilis.Et pondera illud verbũ inſignes,quia inſignes latrones,ſeu malefactores dicuntur qui maiore audacia graſſantur, & ſuis facinoribus omnibus innotuerunt,& inter alios eminent,vt declarat Calepi. in verbo inſignis.Et qui dicantur famoſi & inſignes latrones,vide ſupra c.ad hoc.10.de furtis,nu.56.cum ſeq.an autem illud verbũ inſignes, referatur ad oĩa præcedentia & ſequentia,vide quæ habentur in l.talis ſcriptura. & ibi Iaſ. col.6.ff.de leg.1.& ibi per alios, vbi ponunt, an clauſula in fine,vel in medio poſita referatur ad oĩa præcedentia & ſequentia,& pondera dictũ Pari vbi ſupra,dũ dicit,in male-

33 ficiis inſignibus &c.¶ †Sextò, vt præeminentia vti poſſit, requiritur,vt reus,de quo torquendo tractatur, ſit notatus infamia,vt probatur in iſto c.in prin.ibi,infamatos, & ibi labefactos infamia,& in d.c. prouiſa iuris ſanctio. in prin. ibi,vulgari quodammodo notoria populi opinione grauatos & labefactos infamia, & ipſorum delictorum craſſantia facit quodammodo manifeſtos, & tenet Tho. Gram. d.uoto tertio,nume 30.& 31.in quarta & quinta limitatione.Et dicit And.de Iſer.in conſti.regni ſi damna clandeſtina,quòd requiritur leuitas vitæ torquendi. Et quòd requiratur diffamatio ſeu infamia de crimine,probatur in c.qualiter & quando.lo 2.extra de accuſ.& ibi doct. & late Hypp.

34 in ſua pra.§.conſtante.nume.12.cum ſequen.†Et ad probãdũ talẽ infamiã debent eſſe teſtes bonæ famæ, vt dicit Spe. in titu.de inquiſitio.§.viſo igitur.col.3.verſi.ſuper probatione.& ibi ẽt in verſi.ſeq.ponit,qũo debet teſtis deponere, & an debeat dicere,eſſe diffamatũ per viciniã.Et an debeat dicere,a qbus audiuit,de quo ẽt per Bar.ĩ l.de minore.§.plurimũ.col.5.in fi.cum ſeq.verſi.ſed quid ſi dixi. ff. de quæſt. & ibi latè per Hyppo.Aduerte tamen ad vnum in hac materia:quia dicit Tho.Gram.in d.voto tertio,nu. 35. in ſeptima limitatione,ꝙ ad ꝓbationẽ infamiæ nõ ſufficit, ꝙ ita dicatur,niſi ſit cõuictus & confeſſus in iudicio,vel condẽnatus ſententia Iudicis,allegat And.de Iſer.in titu.de pace tenend.& eius viol.verſicu.publici latrones,& Pet. de An-

D.Ioan.Anto.de Nigris. Tt 2 cha.

cha.consi.189.tribus de causis,colum.2.Hipp.in sua prac. §.aggredior.nume.111.cum concor.in d.locis,sed hoc videtur mihi dubiū:quia And.de Isern.& tex.ibi loquuntur, qñ tractatur de puniendo publicū latronē: quia vt puniatur,debet conuinci, & non sufficit, ꝙ sit solū famosus,sed debet conuinci,vt possit puniri.Et similiter alii docto.præallegati loquuntur, qñ dicatur infamis respectu aliorū effectuum resultantium ex infamia,non autem respectu torturæ: quia respectu torturæ sufficit diffamatio cum aliis indiciis sufficientibus ad torturam, aliàs vix posset quis torqueri, nisi quando esset conuictus, vel confessus. Immo etiam si non præcederet fama,seu diffamatio,& essent alia indicia sufficientia,posset etiam procedi ad inquisitionem secundum Bar.in l.congruit.ff.de offi.præsi. & Rober.Maran.in suo Spe.in 6.parte, in verbo inquisitio.col.5.versi.limita istud, cart. 45. secundum primam impressionem.

35 ¶† Septimò, vt habeat locū præeminentia, requiritur, ꝙ reus sit malæ famæ in eodem genere mali, vt per multa concludit Tho. Gram. d. voto 3.nu.33.cū seq. aliàs si esset homo bonæ famæ, etiam si contra reum esset indicium sufficiens ad torturam,non haberet locum præeminentia vt tenet,vt tenet Matth. in consti. item duram & diram.in in fi.Tho.d.voto ter.nu.27.in 3.limitatione,& dixi supra in isto c.bene faciunt,quæ dicit Bal. in l.fin. in vltima col.de proba. Alex.consi.90.viso themate antescripto. col. pen.3. col.Decius consi.189.lætatus sum,col.pen.1.vol. quia præsumptio delicti tollitur ex præsumptione bonæ famę,vt dicit Bal.in l.1.in fi.C.loca.Ad prædicta vide latè Hip. consil.74.col.4.1.vol.& latissimè in sua pra.§. diligenter.col. 39.nu.196.cum seq.& tenet D.Aymo consi.99.Ioannes.in fi.quia bona fama tollit suspiciones, quæ sunt contra reū, & debilitat indicia contra reū existentia,vt ex eis torqueri non possit,vt ibi per eū,& consi.151.neminem.col. 5.nu. 21.1.vol.cum concor.in d.l. ¶ Octauò ex prædictis infer-

36 tur † ꝙ præeminentia non habet locum, quando aliquid vrgeret in fauorem rei contra indicia existentia contra eū, seu quādo capta informatione aliqua indicia essent in fauorem rei,& indicia contra reū non essent vrgentiora: q̄a tunc nō haberet locū præeminentia, vt concludit Thom. Gram.d.voto 3.nu.22.cum ibi allegatis.¶ Et ex hoc infer-

37 tur † ꝙ male faciunt actuarii & iudices, qui quando capiunt informationem de delicto contra aliquem,non scribunt ea,quæ faciunt in fauorē inquisiti,nam tollunt defensionē:quia si omnia scriberent, forte essent elisa indicia,& non haberet locum tortura, & tali casu tales actuarii illaqueant eorū animas ad gehennā, quia testis debet dicere veritatē pro vtraq; parte,auth.sed iudex. C. de epis.& cler. & ibi no.& in auth.de testi. §.si verò, & ibi nota. Iaco.de Bel.in sua pra.cri.2.par.in titu.de cau. cri. criminaliter intentandis,col.6.Saly.in l.nimis graue.C.de testi.Bald. in l. presbiterum.col.2.C.de episc.& cler.& optimè fuit prouisum per Cęs.Maiest. Caroli V. de Austria in nouella prag. quæ incipit.Item quia,vbi expressè mandat, ꝙ dicta testiū indiminutè scribātur,& integrè recipiantur tam ea,quę faciunt cōtra inquisitū, quā ea, quæ faciūt pro inquisito, vt

38 ibi latius dr,& cōtrafaciens arbitrariè punitur vt ibi.¶†Nonò,vt locum habeat pręeminentia,requiritur, vt concurrat leuitas vitę & personæ torquendi,vt tenet And.de Iser. in consti.regni,si dāna clande.& ibi Matth.de Affli.col.15. in 10.no.& Par.in tra.sindi.in verbo tortura.§.& an siquis, col.fi.Tho.Gram.d.voto 3.nu.35.in 7.limitatione, & vide supra in c.tormenta 144.vbi hoc limitatur,nisi constet per

39 vnū idoneum testē de visu,vt ibi per Seb. ¶† Decimò requiritur,vt locū habeat præeminentia,ꝙ reus plura crimina cōmiserit, & sic locū habet pręeminentia cōtra reiteratores criminū,vt in isto c.in princ.ibi,crebra cōmissio criminum,& ibi,& eorū criminibus,& in d. c. iuris censura. in prin.ibi,quadam assiduitate dilacerant,& in d.c. crescit culpa.ibi,aggressiones ingemināt, & tenet in specie Tho. Gram.d.voto 3.nu.30.quia ob delictorum frequentiam & enormitatē magis punitur l.3.in fi.C.de epi.aud. & ex causa licitū est leges transgredi Inno.& alii in c.1. de constit.

40 Tho.Gram.decis.36.Solon. col.2. ¶† Vndecimò requiritur,ꝙ reus sit infamatus de grauioribus criminibus, non autē de leuibus,vt in isto c.ibi, grauiorū criminum,& d.c. prouisa iuris sanctio,in prin.ibi, maiorū scelerum,& d.c. iuris censura,& d.c.crescit culpa, bene faciunt, quæ dicit Iaco.de Bel.in sua pra.cri.in rub.de quæstio. col.14. versi. 7.allegat l.edictū.in prin.ff.de quæstio. Et quæ dicantur leuia,quæ grauia,& quæ grauissima delicta,vide Bar.in l.nō solū.§.si mandato meo.ff.de iniur. ¶ Duodecimò requiri-

41 tur † vt maleficium non sit liquidatū per veras probationes,quia si esset liquidatū,non haberet locum tortura l. diuus.ff.de quæstio.& iudex aliter faciendo teneretur in sindicatu,vt tenet Ang.in l.si certus.ff.ad Sille.Iaco. de Bel.in sua pra.cri.in rub.de quæstio col.13.Gandi.in trac.malefi. in rub.de quæstio.& tormen.in prin.Fran.Bru.in tra.de indi.car.9.col.3.versi.6.debet.And.de Iser.in consti. regni,si damna clandestina,col.7.Ang.Are. in tra. malefi. in verbo fama publica,col.34.versi.secundò quæro,& ibi Aug.Ari. in addi.Hippo.in sua pra.§.nunc videndū.col.6.& in l.1.in prin.col.3.versi.4.ff.de quæstio.& in d.pra. §.quoniam.nu. 41.Par.in tra.sindi.in verbo tortura.§.an stetur dicto torti, col.8.versi.a tormentis.cum seq. & Matth. de Afflict.in d. const.si damna clandestina.col.16.nu.42.& ibi ponit duas limitationes,videlicet.Limitat primò, nisi essemus ī casu, in quo posset de sociis interrogari iuxta ea, quæ habentur per glo.& docto.in l.si.C.de accus.Secundò limitat,nisi iudex eum torquere vellet ad effectū,vt confiteatur, ne possit appellare cum protestatione citra præiudicium probatorum,iuxta doctrinam Alb.de Ros. in l.edictum.& in rubri.ff.de quæstio.& in rub.C.eod.titu.col.3.sed isti iudices, qui talia faciunt,sunt crudeles iudices, & verior est opi.ꝙ conuictus non possit torqueri ad effectum, vt non possit appellare,vt dicit Fran. Brun. in d.tra. de indi.car.8.col.3. versi.Sed Bald.& Tho.Ferra.cautela 5.Si tamen reus conuictus torqueretur, & fuerit constans semper negando sunt debilitatæ illæ probationes, quę erant contra eum,ita ꝙ puniri non posset,vt dicit Alber.in d.l. edictum. vbi dicit,ꝙ totus mundus ita seruat, & Boeri.decisio.63.1.volu. & Cæpol.consi.32.nume.20.& Hippo.in d.§. quoniam.in loco præallegato,& dicunt prædicti doctores, ꝙ fatuus esset iudex, qui torqueret aliquem, contra quem est plenè probatum, quia si negaret,puniri non posset, quod intellige pœna ordinaria, sed mitiori, ita quòd si debet mori,cōdemnatur ad triremes ad tempus, vt dicit Thom. Grammа.decisio.8.in causa regii fisci.& decisio.96.Quod intellige, si talis est conuictus testibus l. qui sententiam. C. de pœn.Bald.in c.ad nostram.de proba.Thom.Gramm.d.decis.8.cum concor.Et vide,quæ dixi supra c.si iustè.146.ver

42 sic. decimo,numero 56. ¶† Tertiodecimò non habet locum præeminentia, quando reus offerret probare incontinenti per testes idoneos de eius innocentia,& purgare indicia, & allegaret talem defensionem, quæ si esset probata,cessaret tortura:quia tali casu differtur tortura, & auditur reus in sua defensione,ne subiecta innocentia feriatur, vt dicit tex.in l.si.C.de accus.quia si torqueretur,& postea appareret de defensione & innocentia, tortura non posset reparari, & indebitè reperiretur tortus, & tardè daretur defensio, si primò torqueretur, & negare defensiones, esset contra bonos mores, & contra naturalem æquitatem, ita tenet Pari. in tracta. sindic. in verbo tortura. §. & an siquis. columna secunda, uersiculo tamen debet, allegat dicta per Innocen. in cap. cum in tua,extra de spons.& notata per Hostien.in cap.cum oporteat.extra de accusa.& in specie tenet Tho. Gramm.voto tertio, nu. 23. & licet ipsi non dicant, hoc notabiliter tenuit Lamber. de Ramp. quem refert & sequitur Gandi.in suo trac. malefi. in rubri.de quæstio.& tormen.colum.5.versic.erit,vbi per multas rationes & bona iura tenet hanc partem, & Iaco. de Bel.in sua prac.crimi.in rubr.de quæstio. colum.7. versic.sed quid erit,& Augu.Ari.in addi.in tra. malefi.in uerbo

bo fama publica, colum. 12. in addi. quæ incipit, tu autem in hac materia adde vnam singularem, allegat etiam ita te nuisse Guid. de Suza. in trac. malefi. sub rubr. qualiter reus subiiciatur tormentis, versi. sed quæro. Et dicit D. Præpo. in d. c. cum in tua colum. 2. quòd cautela est ad eneruandũ effectum famæ, vt offeratur probatio, ꝙ veritas est in contrarium: quia cum veritas præualeat opinioni c. veritate 8. distin. & per totum, præualeret ista oblatio probationis, vt ibi per eum. Confirmantur prędicta: quia licet per præeminentiam tollantur exceptiones & defensiones contra malefactores insignes, tamen nunquam censetur exclusa & sublata exceptio innocentiæ † quia statutum tollẽs & excludens omnes exceptiones non excludit, nec tollit exceptionem innocentiæ, vt nota. dixit Bal. in l. edita. in repe. Padua. col. penul. vers. ex tribus. C. de eden. sequitur Ioan. de Ana. consi. 59. visa inquisitione. colum. 1. Alexan. consi. 113. viso themate. colum. 2. 5. vol. & Hippo. consi. 16. colum. 4. versi. 4. & Alexan. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. in addit. ad Bar. & Decius consi. 8. colum. 6. Alb. Bru. in trac. de consti. decre. &c. in verbo innocentia 3. volu. & ibidem in verbo excipere, colum. 7. versi. statutum tollens. Hippo. in sua pra. §. vltima quæstio. & ibi latissimè, Immo etiam sponte confesso non est deneganda facultas ad probandum de innocentia, vel excusatione sua: vt quia non fuit in dolo, vt dicit Cæpol. consi. 33. multa possent. in fi. Et similiter statutum tollens omnes exceptiones debet intelligi, nisi pars vellet incontinenti probare: quia tali casu debet admitti non obstante statuto: quia cessat ratio præsumptæ calumniæ, vt dicit Abb. in c. suscitata. col. pen. extra de in integr. resti. & in ca. super eo. in fi. extra de offi. deleg. Hip. d. consi. 16. colum. 5. versicu. quintò. & in d. prac. §. vltima quæstio. num. 16. cum multis concor. in d. locis, & Alb. Bru. in d. tra. de consti. decre. &c. in verbo excipere, colum. 4. versi. exceptio si tollatur, qui solet inueniri corruptus, bene faciunt dicta per docto. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. vbi licet exceptio nullitatis non impediat executionem sententiæ, tamen si potest incontinenti probari, impeditur executio. Nec obstat, quod dicit Alex. consi. 94. clarissime domine, colum. 2. 4. volu. versi. nec ob. no. glo. vbi dicit, ꝙ illud, quod proximè dictum est, ꝙ statutum tollens exceptiones non tollit exceptiones, quæ offeruntur incontinenti probari, ꝙ hoc procedit inspecto iure communi, sed si statutum excluderet tales exceptiones, etiam si offerret incontinenti probare, non admitteretur, vt ibi per eum. Quia respondeo primò, quòd præallegati docto. Hippo. & alii supra relati tenent contrarium. Et etiam si esset verum dictum Alexan. adhuc non obstat, & arguo prout in simili facit Imo. in clem. 1. colum. pen. in prin. de sen. & re iudi. & in hoc aduerte: quia aliud est dicere, ꝙ iustitiarius contra tales diffamatos disrobatores stratarum possit vti præeminentia etiam iuris ordine non seruato & ex processu informatiuo torquere, vt dicit tex. in isto c. nostro cum aliis supra allegatis, & hoc dictant ista capitula. Aliud est dicere, ꝙ volẽs incontinenti probare de innocentia, ꝙ non admittatur: quia hoc non dicitur in istis capitulis, & ideo cum ista capitula non excludant expresè probationem innocentiæ, quando offertur incontinenti probari, meritò dictum Alexan. non obstat, quia loquitur, quando statutum expressè tolleret tales exceptiones, sed ista capitula hoc non tollũt, ergo bene opponi potest, & audiri debet, quia si aliter voluisset legislator, hoc dixisset, si non dixit, cur stare prohibetur l. vnica. §. sin autem. C. de cadu. tollen. & si non mutatur, cur stare prohibetur, vt dicit Oldra. consi. 266. colum. 2. & 3. quia si hoc voluisset, dixisset, ca. ad audientiam. extra de decimis, cum ergo non expressit, ergo remanet in dispositione iuris cõis l. si cũ dotẽ. in prin. ff. sol. matri. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. Alex. consi. 77. col. fi. 1. vol. & tãto magis quia tollere defensionem innocentiæ, quando offertur incontinẽti probari, est magni præiudicii, & tractatur de actu irretractabili de tortura & de vita hominis, & in casu in quo loquitur Alex. loquitur de causa ciuili & sic

D. Ioan. Anto. de Nigris.

sic modici præiudicii, & hoc in simili considerat Imo. in d. cle. 1. col. pen. in fi. de sen. & re iudi. ¶ Præterea istud capitulũ & alia supra allegata loquentia de præeminentia intelliguntur, restringuntur & limitantur secundũ ius cõmune. Bal. in l. data opera. col. 4. C. qui accus. non po. Saly. in l. pen. C. ad leg. Cor. de sica. Io. de Ana. consi. 63. præsupposita, & lex noua restringitur & limitatur per legem antiquã, vt tenet Ludo. Bologn. in addi. in d. consi. Ioan. de Ana. 63. & dixi supra c. ad hoc 10. de furtis, nu. 161. versi. 19. vnde ista capitula debẽt intelligi, vt possit torqueri vigore prę-eminentiæ, nisi offerat incontinenti probare innocentiam per supra allegata. ¶ Nec obstat, si diceretur, ꝙ talis præeminentia nihil operaretur, quia quilibet posset dicere, ꝙ vult incontinenti probare de innocentia, & sic esset contra l. si qñ. in prin. ff. de leg. 1. & l. generali. §. 1. ff. de vsufru. leg. & ibi Bar. vbi probatur, ꝙ verba debent aliquid operari, & c. si Papa. de priui. in 6. & quod no. Bar. in l. 2. ff. de vsucap. & l. 4. §. prætor. ff. de dam. infe. versi. quæro, quid si statutum, Ant. de But. in c. causam. de dol. & contu. Abb. in ca. pastoralis. in prin. de app. Ale. d. cons. 93. col. pen. ver. & per hoc apparet, in fi. Quia respondeo, ꝙ talis præeminentia satis operatur in casu, qñ non offertur probatio innocentiæ incontinẽti, sed quando offertur probatio incontinẽti, melius est peccare in dilationibus, quã in sententiis, vt dicit glo. in consti. regni in pecuniariis, cum ibi allegatis, maximè quia si aliter diceremus, esset cõtra ius naturale & diuinũ tollere defensiones. cle. pastoralis. §. cęterũ. de sen. & re iudi. & cõtineret iniquitatẽ, quod non est dicendũ per ea, quæ dicit Hip. in d. consi. 16. col. 10. nu. 42. & Alex. d. consi. 113. col. 2. ¶ Nec obstat, ꝙ præsumitur calumniosè petere dilationem ad effugiendũ & dilatandum iudiciũ, quia talis præsumptio cessat, qñ quis offert incontinenti probare, vt dicit Abb. in d. c. suscitata. col. pen. de in integ. resti. & in d. c. super eo. in fi. & Hip. d. consi. 16. col. 5. nu. 12. & in d. pra.

44 §. vlti. q. col. 5. nu. 16. ¶ † Et ideo cautus debet esse aduocatus rei, vt quando timet de tortura vigore præeminentiæ ex processu informatiuo, quòd in iudicio alleget & offerat velle probare incontinenti de innocentia rei, specificando defensionis probationem, & talis debet esse, quæ si esset probata tolleret indicia in contrariũ existentia. Et petere, ꝙ differatur tortura, & audiatur in suis defensionibus ꝑ superius allegata. Et faciunt in simili, quæ habentur per Alex. & alios in l. Titia. col. 4. versi. vnũ tamen. ff. sol. matri. & Fely. in c. cũ sit Romana. col. 1. extra de app. vbi ponunt de eo, qui declinat iurisdictionem asserendo cõtractũ vsurarium, quia iudex poterit dicere, vt ostẽdat, quid vult probare coram ecclesiastico, vt possit videre, si ex eo probatur contractus vsurarius, vt ibi latius per eos. Sic in casu isto poterit dicere, vt videat, si illa eneruãt indicia nec ne. & si ex illis probatur innocentia. Et in tantum reus deberet audiri offerendo docere de innocentia vt supra, quòd si fuerit quæstionatus, antequam in suis defensionibus audiretur, non staretur eius confessioni factæ in tormentis, ita notanter tenet Iacob. de Belui. in sua prac. crimi. in rubr. de quæstionibus, colum. 14. versi. quartodecimo. allegat tex. in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæstio. & ibi ponit multos casus, in quibus non statur confessioni factæ in tormentis. Et dicit And. de Iser. in constit. regni si damna clandestina. §. personarum leuium. colum. 1. quòd si aliquis non debet interrogari cum quæstione. & adhibetur quæstio, & confitetur, talis confessio non valet, nec ei præiudicat. Et dicit Hippol. consil. 29. numero 9. quòd confessio rei minus legitimè facta non habet vires confessionis. Similiter etiam confessio facta post repetita tormenta, quæ repeti non debuerunt, non valet, vt tenet Hippol. in l. penul. colum. 5. versicu. & scias etiam. nume. 17. ff. de quæstio. & ad prædicta vide, quæ dixi supra capi. frequens. 7. de testimo. publico. disroba. numero 41. cum seq. & tenet Alexã. consil. 5. in casu inquisitionis, colum. 1. 1. volu. vbi similiter dicit, quòd si fuissent indicia sufficientia ad torturam, & non fuerunt adeo grauia, vt ex eis potuisset repeti tortura,

Tt 3 & fuit

& fuit repetita sine nouis indiciis, talis confessio sequuta non est sufficiens ad condemnandum. Et ibi etiam dicit, quòd vbi Iudex non præcedentibus sufficientibus & legitimis indiciis processit ad torturam, & reus in tortura confi eatur, quamuis postea ex post facto perseuerauerit in cõfessione extra tormentum, tamen nunquam ex tali confessione potest damnari, vt ibi latius per eum, qui multas con
45 cordantias allegat. ¶ † Quartodecimò non habet locum præeminentia, vt reus possit torqueri ex processu informatiuo, quando reus allegaret velle repulsare testes contra eum examinatos, & opponeret, quòd sunt eius inimici capitales, vel conspiratores, & causa inimicitiæ debet exprimi: quia inimicitia non debet in genere probari, sed in specie inimicitiæ & eius qualitates probari debent. Bald. in l. si quis testibus. in fin. C. de testi. Ias. in l. Titiæ textores. in prin. colum. 3. ff. de leg. primo, plenè Tho. Gram. consi. 12. nume. 10. cum sequen. & reus offerret in continenti probare de tali inimicitia; quia isto casu deberet audiri, & supersederetur in tortura. §. si verò quis dicit. in aut. de testi. Fely. in c. ex parte, vltima colum. extra de testit. And. de Iser. in consti. regni humanitate nobis. colum. penul. & tenet in specie Tho. Gram. in voto tertio, nume. 29. & decisio. 34. nume. 10. & clarius decisione 86. nobilis, bene faciunt, quæ dicit Par. in d. verbo tortura. §. & an si quis, colum. penul. & fin. Immo etiam in criminibus exceptis, vt in crimine læsæ Maiestatis, hæresis, & symoniæ differtur tortura, & admittitur repulsa ex capite inimicitiæ capitalis & conspirationis, & hoc ne innocentiæ puritas confusa succumbat vt dicit tex. in cap. per tuas. extra de symo. Bartol. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. iul. maie. Alexan. consi. 11. primo volum. Spe. in titu. de accus. §. 1. versi. finali, & Hippo. consilio 20. & consilio 65. Immo etiam inimicus præsumptus in criminibus exceptis & enormibus non admittitur in testem contra inimicum. Hippo. consi. 12. & consi. 29. & consilio
46 52. ¶ † Immo iudex, qui haberet latum arbitrium, non poterit admittere testes inimicos capitales, vel deportatos, vel infames, vt tenet Bartol. in l. filiusfam. in prin. colum. 2. ff. de dona. & ibi Imo. & alii, & Ias. in §. in bonæfidei, colum. 6. Insti. de actio. vbi etiam idem dicit de inimico reconsiliato secundum Imo. vbi supra, quia de inimico recõsiliato non confidas in æternum, vt dicit Io. de Ana. consi. 17. colum. 2. & ibi Bolog. in addi. colum. 3. & D. Aymo con si. 9. accusatur Titius. col. 2. Nec etiam Iudex poterit credere testi deponenti sine redditione causæ, vt per Ias. in d. §. in bonæfidei & Felyn. in cap. 1. colum. 22. in octaua fallen
47 tia, versi. & si dicatur, extra de consti. † Et inimicus non solum nõ est idoneus testis ad plenam probationem. Immo nec ad faciendum indicium, vt plenè per Hippo. consi. 2. 12. 15. 20. 29. 52. & 113. cum concor. in d. locis. Et qui dicatur capitales inimici, & ex quibus causis contrahitur inimicitia capitalis, vide latè Hippo. in l. 1. §. præterea. per totum maximè nume. 58. cum sequen. ff. de quæstio. Firma. in reperto. in verbo inimici. Felyn. in cap. accedens. lo 2. col. 1. extra vt lite non conte. Hippo. consi. 3. & consi. 8. & consi.
48 20. cum ibi allegatis. ¶ † Et quando probatio dicatur fieri incontinenti, vide glo. in d. §. si verò quis dicatur. in auth. de testi. Abb. in c. literas. colum. 2. in penul. nota. extra de resti. spo. vbi dicit, quòd non debet habere probationes secũ in promptu, sed satis est, quòd non petat longas dilationes & Imo. in clem. 1. colum. 5. de sen. & re iudi. Itaque reus in casu capitalis inimicitiæ audiretur superstessa tortura, & da
49 retur sibi repulsa. † Et dari debent nomina testium, vt sciat quos vult repulsare, arg. cap. regni subiungendo, supra 143. & tenet Augu. Ari. in addi. ad Ange. in tracta. malefi. in verbo fama publica, columna 12. in addi. quæ incipit, tu autem in hac materia adde vnam singularem, vbi dicit, quòd licet milies sit homo malæ famæ & uitæ, non dubito, quin dari debeat copia indiciorum, vt ibi latius per
50 eum. ¶ † Quintodecimò non habet locum repetitio torturæ vigore præeminentiæ ex processu informatiuo, vt dixi supra, & tenet Thom. Gram. consi. 64. nume. 12. & in d. voto tertio, colum. fina. per allegata per eum in dictis locis quia ex quo inferre torturam ex processu informatiuo nõ datis defensionibus est odiosum, ergo restringendum cap. odia. de reg. iur. in 6. bene facit tex. in l. boues. §. hoc sermone. & ibi Cæpo. ff. de verb. sig. vbi verba simpliciter prolata intelliguntur de primo actu. bene faciunt, quæ dicit Bald. & alii in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solu. matrim. vbi dicit, quòd si aliquis emit vuas viridarii, vel rosas, quæ fructiferant bis in anno, intelligitur de primis fructibus, & non de secundis, & sic non debet habere nisi primum fructum. sic ad propositum, si est concessum torqueri vigore præeminentiæ ex processu informatiuo, intelligitur de prima vice, non autem de repetitione, & sic de secunda vice. Et quando torquetur ex processu ordinario & confitetur in tortura, & postea in ratificatione negat, an possit repeti tortura, vide Par. in tract. sind. in verbo tortura. §. viso de repetitione. colum. 2 & Hippo. in l. repeti. in prin. columna tertia, cum aliis sequen. ff. de quæstio. & in sua pra. §. quoniam, columna secunda cum aliis sequen. Et quando potest repeti, non potest vltra tertiam vicem torqueri, vt in d. locis, & vide quæ dixi supra cap. frequens. 7. in rub. de re
51 stimo. publi. disro. ¶ † Sextodecimò non habet locum præeminentia, quando esset interposita appellatio a futura tortura expressa aliqua iusta causa, quia ex quo tractatur de actu irretractabili, debet supersederi tortura etiam non facta inhibitione, vt tenet Guido Papæ in quæstio. parla. Delphi. quæstione 74. bene faciunt dicta per Ias. in l. 1. in prin. columna 20. ff. de offi. eius cui mand. est iur. & in capit. regni si iustè. supra. 146. Confirmantur prædicta, quia reus potest ante torturam appellare, cum tractetur de præiudicio irreparabili, quo casu ante factum admittitur appellatio. l. 2. de app. recipi. Bald. in l. si quis prouocatione. C. de app Hippo. in l. 1. in prin. colum. 8. nume. 34. versi. sequeretur, ff. de quæstio. & Gandi. in suo tracta. malefi. in rub. de quæstio. & tormentis, columna quinta, in quæstione quæ incipit, quid erit. Et a pronunciatione de torquendo licitum est appellare. Iaco. de Bel. in sua pra. crimi. in rub. de
52 quæstio. colum. 6. & 7. ¶ † Et iudex debet esse cautus, potius supersedere in tortura, quàm procedere ad torquendum stante appellatione, & non debet exponere se periculo, quòd appellatio fuit iusta vel non iusta, vt dicit tex. in d. cap. regni si iustè, quia si iniustè torqueret, puniretur, vt d. cap. si iustè. de quo etiam per Hippo. in l. quæstionis modum, columna 7. uersi. successiuè quæri potest. ff. de quæstio. & in l. repeti columna 1. versicu. & dixit eod. titu. & in sua pra. crim. §. expedita, nume. 77. & Ange. Are. in tract. malefi. in verbo fama publica. colum. 39. uersicu. octauò quæ
53 ro, cum concor. in d. locis. ¶ † Reperiuntur tamen quidam immanissimi iudices, qui non iudices, sed canes curiarum, lupi rapaces, deuoratores hominum dici debent, & Lestrigones, qui vescuntur carnibus humanis, qui non obstante appellatione iure vel iniuria miserum reum torquendum faciunt vigilare per horas vigintiquatuor, & plus, & denegant cibum & potum, & postea faciunt ei clisteria cum aqua frigida, & demum eum cum corda torquent cum maximo pondere appenso in pedibus, & proiiciunt aquam frigidam super eum & faciunt fomentationes in naribus illius, qui pendet in tortura, & immittunt baculum inter nares illius miseri torti & percutiunt eum cum baculo in tibiis & capite dicendo confitearis, & faciũt per plures horas taliter eum pendere in corda, & sic pendẽtem dimittunt, & vadunt ad comedendũ & postea reuertũtur in loco torturæ, ubi est appensus miser tortus, & ista fieri de iure non debent: quia tormenta moderatè inferri debent. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & taliter tortura haberi opotet, vt reus saluus sit innocentiæ, vel supplicio. l. quæstionis modum. ff. de quæstio. & tot species tormenti insimul non debent inferri, quia denegando cibum & potum est vna species tormenti, vt tenet Iacobi. de Bel. in sua pra. cri. in titu. de quæstio. col. 10. & Fran. Bru. in tra. de indi. in quinta carta, col. 4. & Hyppo. in l. 1. in prin. col.

† 1.cum seq.ff.de quæstio. Anto. Capi. decisio. 145.in causa
cuiusdam. Similiter non permittere, vt dormiat, est species
torturæ, vt dicit Hip. vbi supra col. 12. & sic tot & variis tor
mentis insimul torquetur, & eo torto non contenti tales
immanissimi iudices iterum repetunt torturam absque
aliis nouis indiciis, quod fieri non debet, quando fuit suffi-
cienter tortus l. repeti.& ibi latè Hippo.ff.de quæstio.Par.
in tra.sindi. in verbo tortura.§. viso de repetitione, & non
habent Deum, nec iustitiam ante oculos, & ideo erube-
scant & confundantur tales iudices, vt dicit Iac. de Bel. in
sua prac.cri.in rub.de quæstio colum.13.in fi. Tales tamen
excessus & crudelitates non fiunt in magna curia Vica-
riæ, vbi seruatur verus ordo torquendi & indiciis legiti-
mis præcedentibus torquent cum corda moderatè. Immo
quando exceditur modus quęstionandi, non statur confes
sioni factæ per tortum in illis tormentis, vt tenet Iacob. de
Bel.in d. sua pra.cri.in rub.de quæstio.col.14.versi.octauo.
54 † Vnde ad propositum redeundo cautus debet esse aduo-
catus rei & solicitus, quando timet, ne reus torqueatur ex
processu informatiuo vigore pręeminentiæ, vt petat defen
siones dari, quia incontinenti offert probare de innocen-
tia, vt supra dictum est, & offerat repulsare testes ex capite
capitalis inimiciæ, specificando omnia, vt supra est dictū,
& appellet a futura comminata tortura & habeat recur-
sum ad superiores pro inhibitione: quia coram superiore
discutietur, si debent dari defensiones necne, & semper so
lent esse proniores in dandis defensionibus, quam in dene
gando: quia in ambiguis humaniorem partem sequi debe-
mus l.in ambiguis.ff.de reg.iur.l.fauorabiliores.eod.titu.l.
Arrianus.ff.de actio.& obli.nisi esset aliquis malefactor in-
signis, vt dictum est, quæ nota; quia agitur de vita hominis.
55 Decimoseptimò est aduertendum, † ꝙ magna curia vica-
riæ, seu iudex, cui est concessa præeminentia non cogitur
vti præeminentia, vt torqueat aliquem ex processu infor-
matiuo, sed remittitur arbitrio iudicis, si vult taliter extra-
ordinariè procedere, vel seruato iuris ordine: vt probat tex.
in isto c.nostro versus fi.ibi, prout tibi videbitur &c.& tex.
in alio c.iuris censura, versus fi.ibi, procedere sine trepida-
tione valeas &c. Et clarius in c.prouisa iuris sanctio versus
fi.ibi, arbitrio tuo laxamus, & hoc non importat necessita-
tem, quia non quicquid iudicis potestati committitur iu-
ris necessitati subiicitur l.non quicquid.in prin. ff.de iudi.
& est bonus tex.in l.1.C.quomodo & quando iudi.& cap.
56 consuluit, extra de offi.deleg.¶ † Decimooctauò est scien-
dum, quòd si contra aliquem est processum ordinariè &
sunt datæ defensiones, si postea in processu causæ, vel pro
nouis indiciis, vel alio modo iudex vellet extraordinariè
procedere, & vigore præeminentiæ vellet inferre torturā
non legitimato processu, nec completis defensionibus, &
seruatis seruandis, sed vellet vti præeminentia, iudex ma-
lefaceret & non posset vti præeminentia, quia ex quo iudi
cium fuit solenniter & ordinariè inchoatum, solenniter est
per sententiam finiendum, glo nota. quæ reputatur pro sin
gulari in l.proinde.§.fi.in fi.magnæ glo.ff.ad leg.aquil.quę
nota; quia vidi magnos iudices errare, & habui in facto in
regia audientia de quodam inquisito de falsa moneta, con
tra quem fuerat a principio ordinariè processum, & datæ
defensiones, postea superuenerunt noua indicia, & nolue
runt dare defensiones, sed vigore pręeminentiæ fuit adhi-
bita tortura, & confessus, & postea negauit, & fuit repetita
tortura, adeo ꝙ perstitit in confessione, & regia audientia
volebat eum morti tradere, opposui, ꝙ eius confessio ex-
torta metu tormentorum non nocebat, ex quo non pote-
rat vti pręeminentia, nec poterat tortura repeti vigore
præeminentiæ, & sic stantibus istis cum consensu collate-
ralis consilii fuit admissus ad pœnam pecuniariam, & de
57 bebat mori. ¶ † Aduerte tamen circa prædicta, quòd li-
cet aliquis sit tortus vigore præeminentiæ ex processu in-
formatiuo; tamen post torturam dari debent defensiones:
quia per pręeminentiam non dicitur sublata defensio, sed
variatur modus defensionis, quia sicut debebat se defende
re ante torturam, defendet se post torturam, arg. eorum,
quæ dicit Ang, & Imo.in l.si sic.ff.de leg.1.& refert Fely.in
c.ex parte.lo 2.colum.3.versi.septimò, de offi. deleg. aliàs
diceretur in totum tolli defensio, quæ est de iure naturali,
& tolli non potest, ut latè supra dixi, quia exceptio inno-
centiæ tolli non potest. Bald.in l.edita, colum. penul.versi.
ex tribus autem, C.de eden. Ioan. de Ana.in c.si aduersus.in
fi.de hære.& in consi.59.visa inquisitione, vbi etiam dicit,
ꝙ ad probandum innocentiam etiam testes inhabiles ad-
mittuntur, & sequitur Phi. Decius in d.c.ex parte. lo 2.co-
lum. 7. versicu. decimotertiò fallit, cum concordan. ibi.
58 † Et sic apparet de innocentia, licet fuisset confessus: tamē
deberet liberari, vt dicit Bald.consi. 479. tres sunt.5. volu.
59 ¶ † Item aduerte, quòd in partibus Lombardiæ alio mo-
do seruatur, quia testes tam super generali, quam speciali
inquisitione, vel accusatione examinantur parte non cita-
ta, & lis non contestatur in criminalibus. Sed primò exami
nantur testes, postea proceditur super accusatione, vel in-
quisitione, & accepto constituto rei, quod est loco conte-
stationis litis ex dictis testium prius examinatorū procedi
tur ad torturam sine publicatione processus, vt tenet Mar
cus Anto. Blancus in repe.l.fi. ff. de quæstio. in tertio præ-
misso.nume. 22.& 23. Sed melior & probabilior est practi
ca, quæ seruatur in regno, quia proceditur ordinariè & dā-
tur defensiones. Et in casibus, in quibus vtitur præeminen
tia, solùm vtitur in casibus specialibus, vt dictum est, &
non generaliter contra omnes, quæ nota: quia in practica
facient tibi honorem. Ioan. Anto. de Nigris de Ciuitate
Campaniæ V. I. Doctor, & Miles.

SVMMARIVM.

1 *Officiales debent esse homines fideles, Deum timentes, & honorem Regium diligentes, & mundas manus habentes, & soliti officia exercere.*
2 *Officiales non debent esse magno suffulti fauore.*
Officialis non debet habere respectum, nisi ad Deum, ad honorem Regium, & ad conscientiam.
4 *Iudices & notarii actorum debent esse sicut officiales.*
5 *Assessores an saltem per quinquennium studuisse debeant. 7.*
6 *Assessores antequam eis prouideatur de officio, an debeant esse examinati.*
8 *Assessor qualis esse debeat.*
9 *Officia emere an sit prohibitum.*

CAPITVLA ET ORDINATIONES

Reginę Ioannæ pro bono statu regni & cultu iustitiæ obseruando, nec regnicolæ regni indebitè ab officialibus vexentur.

DE OFFICIALIBVS ORDINANDIS. Rubrica.

IOANNA &c. CAP. CCLXXIII.

Vt status reipublicæ regni reformetur circa obseruationem iustitiæ, ante omnia aduertēdum est super creatione officialium. Vnde videtur, quòd domina Regina cum curiosa & maxima di-
1 ligentia prouideat, † quòd iustitiarii prouinciarū,
& Capitanei terrarum sint homines fideles, Deum
timen-

timentes, & honorem dominæ diligentes, qui seruent mundas manus, & soliti sint in officiis exercẽdis, actis retro temporibus, aliisque agendis, manus
2 mundas habere, & seruare.† Et sint homines conditionis talis, quòd magno non sint suffulti præsidio,
3 & fauore.† Et respectum non habeant, nisi ad Deũ Reginalemque honorem, & conscientiam eorum & ipsam non lædant. Sed penitus seruent illæsam.
4 † Et idem intelligatur de Iudicibus, & actorum notariis, secundùm eorum conditiones. ¶ Et nihilominus vt officialibus ipsis creãdis adsit materia bene regendi, & in iustitia gubernandi subiectos, vtque eis propter abusum præteritorum temporum præcessorum ipsorum fortassis imitantibus uestigia excedendi iustitiæ limites desit materia pariter & facultas, & ne ex iuris ignorantiæ nubilo excusationes prætendere valeant commissorum, frenique temperies in eorum processibus & excessibus adhibita videatur, condita sunt capitula infrascripta modica quasi nulla statuentia noua. Sed solùm rememorantia & reformantia iura antiqua, & capitula, quæ per abusum malorum officialium minimè fuerunt obseruata modernis temporibus, videlicet.
5 ¶ Quòd decœtero ordinentur Iudices & assessores, qui saltem studuerint per annos quinque
6 constitutiones & capitula regni.† Et antequam ipsis de officiis prouideatur, examinentur per prothonotarium, seu eius locumtenentem & aliquos de consilio. Et vbi reperiuntur sufficientes, prouideatur eis de officiis, vbi verò reperti fuerint non sufficientes, remittantur ad studium, vt cum erunt periti, prouidebitur eis de officiis. Et idem intelligatur de actorum notario attenta facultate ipsorũ.

ADDITIO.

7 Vt status.¶ † In tex. ibi (qui saltem studerint per annos quinque) hoc cap. sumptum fuit ex §. fin.
8 iuncta glo. Inst. in procœ.† Et ad materiam qualis debet esse assessor, & de eius officio, vide latè Pari. in tracta. sindica. in verbo assessor, Et ad materiam de officiali vide latè Pari. in d. tra. in verbo officialis, per totum, & latè Firma. in suo reperto. in verbo officialis, cum
9 conco. in d. locis.† Et vide nouellas pag. Cæsareæ Maiestatis, vna incipit, & inter alia, & alia incipit, & quia sepe, vbi prohibetur, ne officia emantur. vide ibi. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Extorsiones multæ committuntur per officiales contra vniuersitates.*
2 *Collectæ & functiones fiscales quo tempore solui debent. 3.*

QVO TEMPORE SOLVI DEBENT FUNCTIONES FISCALES.

IOANNA &c. CAP. CCLXXIV.

1 Item † vt tollatur materia extorsionum variarum & importabilium, quæ modernis temporibus consueuerunt fieri per officiales contra vniuersitates terrarum & locorum regni, colore quæsito,
2 † quòd collectas generalium subuẽtionum & aliarum fiscalium functionum non soluerunt infra tẽpus per eos statutum, qui adeo breue statuunt tempus cum adiectione pœnarum, quòd quasi impossibile est vniuersitaribus ipsis huiusmodi collectas soluere in terminis stabilitis. Et sic officiales ipsi habent materiam extorquendi pœnas, & ipsas vniuersitates depauperare videtur, quòd domina prouidet, quòd vbi vniuersitates ipsæ per totum mensem Decembris soluerint integras collectas, huiusmodi officiales non possint ante pœnam aliquam propterea exigere. Et vbi infra prædictum tempus non soluerint, pœna non imponatur vltra tertiam partem collectæ, nec imposita exigatur.

ADDITIO

3 Item vt tollatur.† Nota quo tempore debent solui per vniuersitates collectæ & functiones fiscales, quia si vniuersitates soluunt per mensem Decembrem tertiam natiuitatis Domini nõ tenentur ad pœnam, hodie verò secũdùm ordinem regiæ cameræ summariæ medietas tertiæ solui debet per mensem Decembris, & alia medietas per medietatem mensis Ianuarii. De iure verò communi quo tempore debet solui tributum, vide per Lucam de Pen. in l. pen. C. de erog. mili. anno lib. 12. Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM

1 *Vniuersitas an possit conueniri pro pœna pro apprecio non renouato.*
2 *Procedi an possit ex officio contra vniuersitates pro apprecio non renouato.*

DE NON PROCEDENDO CONTRA vniuersitates pro non renouato appretio. Rub.

IOANNA &c. CAP. CCLXXV.

1 Item † quòd Iusticiarius, & officialis quilibet, ad quos spectat, non procedant contra uniuersitates terrarum & locorum dicti regni super non renouato appretio, neque pœnam exigant pro causa prædicta, nisi tantummodo in casu, quo aliquis de vniuersitatibus ipsis, seu terris & locis cõquereret, & querelam exponeret super non renouato appretio prædicto, quo casu procedant secundùm formam eis traditam per capitula regni super his specialiter edita.

ADDITIO.

2 Item quòd Iusticiarius.† Nota, quòd non potest ex officio procedi contra vniuersitates pro apprecio non renouato, vide ad materiam, quæ dixi supra c. calendis Maii. nu. 167. & in c. porrecta, supra nu. 199. & c. fiscalium functionum. sup. nu. 251. & quæ in dictis locis dixi. Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officiales, assessores & actorum notarii an debeant de persona seruire, an possint etiam per substitutum. 3.*
2 *Officia vendere, aut emere an possint officiales assessores & notarii actorum.*
4 *Actorum notarii an possint alium substituere.*
5 *Subactuarii quales esse debeant, & an debeant esse approbati*

bati a rege, seu sacro consilio.
6 *Scriptores in criminalibus an debeant iurare de legaliter exercendo officium.*
7 *Acta, quæ possint scribi per subactuarios, & quæ per notarios.*
8 *Acta an debeant scribi per notarium publicum, vel per duos scriptores idoneos, vel per subactuarium approbatum a sacro consilio.*
9 *Acta scripta per priuatum coram quo ab vtraque parte fuerunt acta facta, an valeant, si non est persona publica*
10 *Ordo iudiciarius vt non seruetur, an partes facere possint.*
11 *Scriptura priuata vt probet sicut publica, an partes facere possint.* 13.
12 *Prorogatio an solum locum habeat in habente iurisdictionem.*
13 *Testi vno vt credatur, an partes facere possint.*

QVOD OFFICIALES SERVIANT de persona, nec possint vendere eorũ officia. Rub.

IOANNA &c. CAP. CCLXXVI.

1 ITEM, † quòd prædicti officiales, Iusticiarii videlicet, capitanei, & Iudices, & assessores, actorumque notarii in officiis ad quę sunt deputati, nequaquam faciant, seu facere possint eorum substitutos in officiis ipsis, neque per eorum substitutos seruiant in officiis memoratis. † Neque officia sibi cõmissa sub quocunque quæsito colore emant, aut vendant, nec vendere, aut emere præsumant, publicè, vel occultè, & proinde iuramentum præstent, singulique iurent secundùm formam capituli regni, quod incipit. Item recipiant iuramentum &c. eiusdemque capituli tenor in omnibus obseruetur.

2

ADDITIO.

3 ITEM quòd prædicti. Nota ex isto ca. † quòd officiales, assessores & actorum notarii non possunt substitutos facere in eorum officiis, nec possunt vendere officia sibi commissa, ad prædicta vide supra cap. quia de vicariis. nume. 19. & quæ ibi dixi. ¶ In tex. ibi (secundùm formam capituli &c.) vt supra cap. item recipi ant. num. 37. & cap. officiales. num. 14. & quæ in dictis locis dixi. ¶ † Et nota illud, quod dicitur in isto cap. quòd notarii actorum non possunt alium loco eorum substituere, hoc etiam probatur in regia prag. quæ incipit, numerum magistrorum actorum, sub rub. de magistris actorum versus fi. vbi dicit, quòd debent per se seruire & non per substitutum. † Et ibi etiam ponitur de subactuariis, qui debent esse probi & legales experti & boni scriptores approbati a Rege, vel a sacro regio consilio, vt ibi dicitur in tex. Et similiter dicitur in regia prag. quæ incipit, volumus. in rub. de scribis super criminalibus deputandis, & Thom. Gram. decisio. 276. colum. ij. vbi dicitur † Quòd in criminalibus debent deputari duo probi & boni scriptores examinati a sacro consilio, qui iurare debent eorum officium fideliter exercere ad certam pœnam vt ibi, & si talis scriba non iuratus & non approbatus officiũ exercuerit, punitur vt ibi. ad prædicta etiam vide Thom. Gram. decisio. 27. columna secunda. ¶ † Et dicitur in ritu. Item quòd in eisdem, nume. 33. in ordine meo, quòd notarius actorum scribit acta per scriptores suos, instrumenta uerò sententiarum debet scribere propria manu, & concordat de verbo ad verbum alius ritus. Item quòd in eadem, numero 126. in ordine meo. ADDITIO noua. Sed Azo in sum. C. de tabula. lib. 10. colum. 2. in fin, videtur velle, quòd sententia possit expediri etiam per ministrantes & sic per alium de iure. Et ibidem col. fi. dicit, ꝙ tabularii per se in contractibus & gestis inter esse debēt complementum dare, & non per alios, vt ibi, nec debet propter quęstum aliter facere, cum melius sit pauca agere cautè, quã multis interesse periculosè, vt ibi per eũ. ¶ Et ex prædictis infertur † ꝙ ille, qui scribit acta, debet esse notarius publicus, vt in locis præallegatis, & latè Matth. de Affli. in const. regni magistri camerarii. col. pen. in duodecimo notabili. & tex. in c. quuoniam contra, extra de proba. vel debent esse duo scriptores viri idonei, vt in illo tex. potest etiam subactuarius scribere acta, sed non sententiam, sed talis subactuarius debet esse approbatus a Rege, vel a sacro cõsilio & debet iurare, vt dictum est. ¶ Et ex hoc infertur, † quòd limitatio posita per D. meum Rober. Maran. in suo tra. intitulato speculum aureum, in decimo actu, col. 6. versic. 2. limita, nu. 14. car. 75. secundum primam impressionem nõ est vera, quia ibi tenet, quòd si duo litigauerunt coram iudice, vbi erat scriptor priuatus, si ambo produxerunt iura sua coram illo actuario, qui non erat persona publica, & nulla partium disceptauit, ex quo censetur ille scriptor & eius fides adprobata partibus, non poterunt postea acta impugnari, allegat dicta per Ias. in l. 1. §. editiones. col. pen. & fi. ff. de eden. vbi producens aliquam scripturam censetur illam approbare tam pro se, quàm contra se, nisi protestetur, quòd solum producit, quatenus pro se facit, allegat idẽ tenere Ias. in l. 1. in prin. col. 3. ff. quod quisque iur. & respõdendo ad contraria dicit, ꝙ partes non creant tabellionẽ, sed solũ dant fidem vni priuato, quod fieri potest p l. Theoponpus. & ibi Bar. ff. de dote præleg. cum aliis ibi per eũ allegatis. ¶ Sed cõtra dictam limitationem est tex. in d. c. quoniam contra, vbi probatur, ꝙ debet esse notarius publicus, vel duo scriptores, & sic vnus non sufficit. Item contra dictam limitationem est tex. in d. consti. magistri camerarii, & ibi Matth. in loco præallegato vbi patet, ꝙ debet esse notarius publicus ille, qui scribit acta in regno. Item contra dictam limitationem est ritus magnæ curiæ, qui incipit, itẽ quælibet fideiussio, vbi probatur, ꝙ acta debent scribi per notarium, vel duos scriptores, & faciunt pro ista parte alii ritus supra relati. Item contra dictam limitationem sunt dictæ regiæ pragmaticæ, vbi probatus quòd subactuarius, q scribit acta, debet esse approbatur a Rege, vel a sacro consilio, & sic non sufficit approbatio partis, & debet esse bonus, legalis & expertus, & debet iurare, vt in eis disponitur & sic quando vnus priuatus scribit non approbatus a consilio nec iuratus &c. non est satisfactum regiis pragmaticis & sic acta non valent, vt tenet etiam Thom. Gram. d. decisio. 27. colum. 2. † Pro ista etiam opi. cõtra dominum meũ adducitur, quia partes non possunt facere, quin ordo iudiciarius & eius solemnitas seruari debeat per ea, quæ latè dicit Alex. in l. quia tale. §. eleganter. col. 3. in fi. cum sequẽ. ff. sol. matri. † Item partes non possunt conuenire, vt scriptura priuati hominis probet sicut scriptura publica, quia hoc esset creare illum priuatum tabellionem, quod facere non possunt per ea, quæ voluit Inno. quem sequuntur cõmuniter doct. in c. cũ. P. tabellio. extra de fid. instru. & Alex. in l. 1. §. fina. colum. 1. & 2. ff. de verbo. obl. & ibi clarius Soci. & Claud. Pro ista parte etiam faciunt, quæ dicit Ias. in l. Barbarius. colum. 8. cum sequen. ff. de offi. præto. † Nec obstat, quòd videtur saltim tacitè prorogatum officium illius scriptoris, quia prorogatio habet locum solum in habente iurisdictionem, vt dicunt doct. in d. l. Barbarius. & Fely. in d. c. cum. P. tabellio. col. pen. in fi. † Nec obstat, quod dicit Bar. in d. l. Theompompus. quia respondeo, ꝙ licet de consensu partis possit fieri, vt credatur dicto vnius, tñ secus est in scriptura priuata, vt per Alex. & alios in d. l. 1. §. fi. ff. de verb. obl. & tanto magis, quia, vt dictum est, debet esse ap-

4

5

6

7

8

9

10

11

12

esse approbatus a sacro consilio, quod non est in casu nostro, & propterea acta per illum priuatū scripta tamquā a non habente legitimam personam scribendi non valent, nec probant per superius allegata, & sic limitatio prędicta de iure non procedit,& est contra communem opi.& propterea non est tenenda,posset tamen saluari limitatio domini mei vt procedat,quando partes expresse facerent pactū;vt credatur scripturæ priuatæ iam factæ, vel faciendæ, dummodo non redundaret in præiudicium alterius tertii per ea,quæ dicit Alex.consi.111.viso & diligenter.colum.3.4 volu.cum ibi allegatis,& Alex.in d.l.1.§.fin.col.2. in prin.ff.de verbo.obli. Ioan.Anto.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officiales an possint recipere munera ab vniuersitatibus, vel expensas,vel esculenta & poculenta.2.*

QVOD OFFICIALES NON RECIpiant munera. Rubrica.

IOANNA &c. CAP. CCLXXVI.

1 ITEM † q̄ prædicti officiales,iustitiarii scilicet, capitanei, iudices,actorumq; notarii,stipendiarii, & alii officiales eorum nulla recipiāt dona ab vniuersitatibus terrarum & locorum commissorum eis officiorum, nec etiam expensas, nec esculenta, nec poculenta, etiam a sponte dantibus, nec aliqui recipiant huiusmodi dona sub eo prætextu, q̄ non accedant ad terras & loca ipsorum,neque ēt recipiant a specialibus personis terrarum & locorum officiorū eorundē, nisi tātummodo esculēta, quatenus eis per constitutiones & capitula regni permittitur,& non vltra.

ADDITIO.

2 ITEM q̄ prædicti officiales.† Ad materiam,q̄ officialis non debeat recipere munera,prout est etiam nouella prag.vide,quæ latè,dixi supra c. hac edictali.nu.25. & ca. item q̄ iustitiarii.nu.28.& c. item nullus, supra nu.182.& hodie istud c. in fi. est correctum per nouellam prag. vt in dictis locis dixi. Ioan.Anto.de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an puniatur pro receptatione bannitorum & malefactorum.*

De non procedendo contra vniuersitates pro receptatione bannitorum.

QVOD OFFICIALES NON PROCEdant contra vniuersitates pro receptatione bannitorum. Rubrica.

IOANNA. &c. CAP. CCLXXVIII.

1 ITEM † q̄ prædicti officiales non procedant contra vniuersitates terrarum & locorum dicti regni de receptatione bannitorum, malēdrinorum, latronū,seu aliorū quorumcunq; malefactorū,neq; pro huiusmodi receptationibus pœnas aliquas exigāt, aut compositiones faciant sub prætextu quocumque,ea præsertim consideratione, q̄ dum ad soluēdum huiusmodi pœnas & compositiones tota vniuersitas indistinctè compellitur, hi nonnunquam efficiuntur pœnæ participes, qui culpæ penitus sunt expertes.

ADDITIO

ITEM quòd prædicti. Ad materiam huius ca. vide supra ca.ad iniusta.nu.242.& c.licet contra nume.210.& quæ in dictis locis dixi. Ioan.Anto.de Nigris.

SVMMARIVM

1 *Inquisitio generalis an sit prohibita.2.*

3 *Procedere an possit iudex ex officio in crimine vsurarum.*

QVOD NON FIANT GENERALES inquisitiones. Rubrica.

IOANNA &c. CAP. CCLXXIX.

1 ITEM † q̄ prædicti officiales nullatenus decętero audeant in terris & locis dicti regni generales inquisitiones facere de criminibus & delictis, etiam saltē semel in anno,sed contenti sint contra maleficos processus facere per ordinarias vias iuris,& ex officio,seu specialis inquisitionis indaginem in casibus a iure permissis. Cum sicut frequens est fama notoria officiales prędicti, qui pro temporibus retroactis fuerunt ad huiusmodi generales inquisitiones faciendas prodierunt,vt ex ipsarum inquisitionum processibus compositiones & exactiones & aceruos fecerunt pecuniarum, licet per capitula regni essent inhibitæ.Et non pro vigore iustitię, sed pro fine pecuniæ inquirebant. Nec etiam officiales iidem contra vsurarios procedere audeant,nisi via ordinaria accusentur.

ADDITIO.

2 ITEM quòd prædicti.† Nota, q̄ est prohibitū facere generales inquisitiones, vt hic, & per Pari.in tracta.sindi.in verbo inquisitio, in fine principii, de quā materia vide quę dixi supra c.generales inquisitiones.num.142. quia istud c.corrigit illud,vt ibi dixi.Et aduerte,q̄ occasione religionum & hæresum non licet pręsidi prouinciam commouere,vt in §.ne-
3 que.in auth.de man.princi.† Et ex fine huius c.nota,q̄ officialis non potest procedere ex officio cōtra vsurarios. Sed via ordinaria accusari debent.Quod limita,nisi esset vsurarius manifestus,vt est nouella pragm. Cæsa. Maie. de qua materia vide dixi supra c.nouiter.nu.270.Et ad materiam, q̄ generalis inquisitio sit prohibita in regno,vide,quæ dixi supra c.subiungendo.143.& supra c. vt delatas.235. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officiales an debeant aliquem capere sine consilio assessoris.4.*

3 *Acta iudiciaria fieri an debeant sine consilio assessoris.5.*

Assessor

3 *Assessor an teneatur resistere officiali iniustè exequenti.*
6 *Acta an valeant si non sunt scripta manu actuarii.*
Acta an probentur per testes, ibidem.
7 *Acta an possit scribere notarius alterius tribunalis, qui non est actuarius illius tribunalis, in quo scripsit acta.*
8 *Officialis an & quando possit scribere acta.*
9 *Acta scripta propria manu partis an probent.*

DE NON CAPIENDO ALIquem absque consilio iudicis. Rubrica.

IOANNA &c. CAP. CCLXXX.

1 ITEM † quòd prædicti iustitiarij, & Capitanei nullum audeant capere, neq; capi mandent, seu faciant de persona, nisi consilio iudicis & assessoris sibi per curiam
2 dati. † Neq; etiam aliquem actũ iudiciarium exercere attentent absq; consilio iudicis & assessoris sui, & in præsentia actorum notarij sibi per curiam dati, prout ad vnumquenque ipso-
3 rum spectat. † Et vbi iustitiarij & Capitanei prædicti hęc non seruauerint, iudices teneantur resistere eisdem, & si eis resistentibus nihilominus iusticiarij & capitanei contrafacient, ipsi iudices teneantur significare hæc dominæ Reginæ, & vltimæ ad præsentiam eius personaliter se conferre.

ADDITIO.

4 ITEM quòd prædicti. † Nota, q officialis nõ debet aliquem capere de persona, nisi cũ consilio assessoris, vt hic & sup. ca. statuimus. vt nullus. nu. 22. & c. quod nulli. sup. nu. 177. & quę in
5 d. locis dixi. ¶ † Secundò nota, q officialis non debet aliquem actum iudiciarium exercere sine consilio assessoris
6 & in præsentia actorum notarij † quia aliàs non valerent acta, nisi essent scripta manu actuarij: quia acta regulariter non probantur per testes, vt in c. quoniam cõtra. & ibi
7 gl. & doc. in fi. extra, de probatio. ¶ † Immo etiam notarius vnius tribunalis non potest conficere acta alterius tribunalis etiam ex partium prorogatione secundùm Guil. de Cu. & Bal. in l. repetit. C. de epis. & cler. & per Fely. in d. c. quoniam contra. col. 25. cum concor. ibi, nisi actuarius il-
8 lius curiæ esset impeditus, vt ibi per eum. † hoc tamen intellige procedere in officialibus ciuitatum & locorum, in quibus est copia literatorum, sed si esset in aliquo rure, vel infima terra, & non causa non esset, magna ẽt iudex, si esset notarius, posset scribere acta coram se facta, vt per Fely. in d. c. qm contra. col. 29. ver. octauò quæro, & Alb. Bru. in trac. de constit. decre. & c. in verbo officialis, col. ij. in fi. & Firma. in suo reperto. in verbo acta iudicij. nume. 25. & Abb. in c. 1. col. pen. extra de lib. obla. & ibi Fely. col. 4. & faciunt dicta per Ant. de But. consi. 33. incip. in quæsito. col. 1. in fi. vbi dicit, q in causis summariis non habet locum. c. quoniam contra, vt ibi per eum. Et ad materiam vide, quæ dicit Par. in tra. findi. in verbo officium. colum. ij.

ADDITIO noua. Et dicta sup. in isto c. & quæ dixi sup. c. item q prædicti officiales. 276. induxi ad quæstionẽ, reperiebatur quædã obligatio scripta penes acta, quæ non erat scripta manu publici notarij, sed cuiusdã priuati & sine collega, nec ille scriptor erat ordinarius actuarius curiæ, & hoc constabat ex depositione illius scriptoris in processu, & propterea ex quo erat obligatio nulla, & nullitas apparebat notoriè in processu, propterea obligatio exequi non debebat, nam licet aliàs exceptio nullitatis nõ impediat executionem, sed præstita cautione de restituendo in casu, quo fuerit declarata nulla, executioni mandatur, vt per Matth. de Affl. decis. 387. si vno. Tamen qñ incontinenti, vel notoriè apparet de nullitate, talis nullitas impedit exequutionem, vt per doc. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & Lud. Ro. consi. 51. attentis his, cum concor. in d.
9 loc. ¶ † Quid autẽ si pars manu propria scribit in actis suã responsionẽ, vel confessionem, an probet, vide Bal. in l. ne in arbitris. in 3. no. C. de arbi. & Ias. in repe. l. admonendi. in ij. lect. col. 40 ff. de iureiur. cum ibi allegatis, & vide sup. ca. in accusatis. 147. ADDITIO noua. Nota ex fine huius ca. q Assessores & iudices debent resistere officiali contra ius facienti, & scribere Regi, aliàs puniuntur, vt in c. item caueant. sup. 43. Immo etiam alij officiales debent resistere iudici male agenti. l. oẽs, & l. iudices. C. de decur. Cy. & Bar. in l. lege Iulia. §. 1. ff. ad leg. Iul repe. Par. in tra. sind. in verbo resistentia, col. ij. cum cõcor. ibi, & vide sup. c. in accusatis. 147. & talis resistentia debet fieri verbo, non autem manibus, vt ibi dixi. Et an iudici exequenti contra ius sit licitum de facto resistere, vide gl. & doc. in l. prohibitum. C. de iu. fis. li. x. Bal. in l. vt vim. col. ij. in 7. q. ff. de iusti. & iu. & in l. addictos. C. de epi. aud. Inn. in c. dilecto. ex. de sent. excõ. Fel. in c. si quando. circa fi. de offi. deleg. Par. in trac. sind. in verbo resistentia. Matt. de Affl. in cõsti. regni pacis cultum. col. pen. Rob. Maran. in sua 1. dispu. Bar. in l. contra. C. de exemp. & exa. lib. 12. vbi ponit, an baiuli deputati ad pignorandum aliquem si accipiunt pignus vltra debitum, an licitè possit eis resisti. vide ibi & Par. in d. verbo resistentia. §. fi. col. fi. & communis videtur conclusio, q si iudex contra tenorem suæ commissionis extraiudicialiter faceret alicui iniuriam, quia tũc dicitur facere nõ vt iudex, vel si iniustè vellet aliquem torquere, vel suspendere, vel alium actum irretractabilem facere, vel grauamen esset notoriè iniustum, his casibus licitum esset de facto resistere secundum Ias. in d. l. vt vim. col. 4. & ibi Dec. col. 6. aliàs secus. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiarius an teneatur discurrere prouinciam, & purgare illam malis hominibus.* 3.
2 *Iusticiarius an possit stare & commorari in terris comitum & baronum ad iustitiam ministrandam.* 4.

QVOD IVSTICIARIVS AN POSsint stare & commorari etiam in terris comitum & baronum ad iustitiam ministrandam. Rub.

IOANNA. &c. CAP. CCLXXXI.

1 ITEM † quia, sicut habetur per capitula regni, Iustitiarij tenẽtur discurrere prouincias, & per singula loca circuire illas ad purgãdum illas malis hominibus, & pro iustitia singulis ministranda. Et vt iusticiarij non habeant occasionem terras & loca demanij & ecclesiarum, prout consueuerunt, modernis temporibus durioribus extorsionibus, & oneribus aggrauandi. Prouidet domina tam pro honore suo, quàm pro debito iustitiæ cum effectu,
2 † quòd Iusticiarii & officiales cum eis deputati possint discurrere prouincias, & perambulare, stare, et cõmorari per terras, & in terris comitum, & baronum, aliorumque magnatum ad iustitiam ministrandam

ſtrandam in illis, prout tempore claræ memoriæ domini Regis Roberti extitit hactenus obſeruatũ. Et quòd poſſint in illis eorum officium exercere, ſicut in terris demanii & eccleſiarum. Salua iuriſdictione cauſarum ciuilium & aliis, quæ eiſdem comitibus, baronibus, eorumque officialibus competere dignoſcuntur.

ADDITIO.

3 ITEM quia. † Nota primò, ꝙ iuſtitiarii tenentur diſcurrere prouincias, & illas purgare malis hominibus l. congruit ff. de offi. præſi. c. hac edictali. ſupra nume. 25. & quæ ibi dixi. † Secundò nota, ꝙ iuſtitiarius prouinciæ
4 poteſt ſtare, & commorari in terris baronum & aliorum magnatum ad miniſtrandam iuſtitiam, & ibi ſuum officiũ exercere, dummodo ſe non intromittat in cauſis ſpectantibus ad barones. idem tenet Matth. de Afflic. in conſti. iudices vbique. col. fi. in 11. notabili, & idem Matth. in conſtit. capitaneorum. col. 5. in prin. verſi. ſecundo quia, cum concor. in dictis locis. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Citari an poſſint ad nouem.* 2.

2 *Citati ſi ſunt decem, an poſſint conſtituere procuratorem.*

DE NON CITANDO AD NOVEM. Rubrica.

IOANNA &c. CAP. CCLXXXII.

1 ITEM † ꝙ iuſtitiarii decetero non faciant vocari homines terrarum & locorum decretarum eis prouinciarum ad nouem, neque eos iubeant ſequi per prouincias, donec ſe redimant, tollaturque penitus abuſus, qui communiter in omnibus huiuſmodi officialibus hactenus inoleuit de vocando vt prædicitur homines terrarum & locorum ipſorum ad nouem, & de iubendo eos ſequi per prouincias, donec ſe redimant ab eiſdem.

ADDITIO.

2 ITEM quòd iuſtitiarii decætero. † Nota, ꝙ non debet citari ad nouem vt hic. Ratio eſt, quia videtur factum in fraudem, ex quo quando ſunt citati ad decem, poſſunt conſtituere procuratorem vt ſupra capitu. ſtudio proſequentes. nume. 20. & capi. ſtatuimus vt quoties. numero 211. & quæ in dictis locis dixi.
Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officiales aſſeſſores & actuarii an debeant eſſe annales.* 2.

3 *Officialis, qui mutat ſibi nomen officialis in fraudem an poſſit eſſe officialis.*

4 *Baiulus an dicatur officialis.*

QVOD OFFICIALES ET ACTVArii ſint annales. Rubrica.

IOANNA &c. CAP. CCLXXXIII.

1 ITEM † ꝙ prædicti officiales iuſtitiarii. ſ. & Capitanei, iudices, aſſeſſores, actorum, cameræque notarii, qui vno anno habuerint & exercuerint officia huiuſmodi, non poſſint, nec debeant in ſequenti anno officia ipſa obtinere & exercere in eadem prouincia ſeu terra, vel alia, ad hoc vt ſuper redendis rationibus officiorum ceſſet omnis confuſio, faciliusque haberi poſſit, & officiales iidẽ abſq; excuſatione aliqua valeant ſindicari.

ADDITIO.

2 ITEM ꝙ prædicti. † Nota, ꝙ officiales & actuarii, qui vno anno exercuerunt officium in vna terra, non poſſunt in eadem terra in ſequenti anno officium exercere, vt hic, de hoc hodie eſt regia nouella pragmatica Cæſareæ maieſtatis Caroli Quinti de Auſtria, vbi dicitur, ꝙ officiales debent eſſe annales, & incipit, volumus etiam, & vide quæ dixi ſupra c. item ſtatuimus 132. nu. 59. Similiter etiam ſuſceptoris officium eſt annuum, niſi conſuetudo ciuitatis, aut auctoritas ordinis per biennium eſſe compellat, vt dicit Azo in ſum. C. de
3 ſucceſ. lib. 10. † Quid autem ſi aliquis mutat ſibi nomen of
4 ficialis in fraudem, vide Bal. in l. fraus. ff. de legi. † An baiulus dicatur officialis, vt ſic non poſſit eſſe, niſi annalis, vide, quæ dicit Bar. in auth. de defenſo. ciui. §. cum defenſor. & quæ habentur in conſti. locorum baiuli. Aliam quæſtionem ad iſtam materiam vide per Bal. in l. omnes. in addi. 1. col. C. de epi. & cle. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Barones an poſſint exercere merum imperium, vel compoſitiones pro criminibus facere ſpectantibus ad regiam curiam.*

3 *Barones habentes merum imperium, an ſi eo malè vtantur, poſſint illo priuari.*

QVOD COMITES ET BARONES non exerceant merum imperium, nec compoſitiones faciant ſpectantes ad regiam curiam. Rubr.

IOANNA &c. CAP. CCLXXXIIII.

1 ITEM † ꝙ iuſtitiarii in principio ſuorum officiorum mandent comitibus, & baronib. dicti regni, ꝙ ipſi non debeant exercere merum & mixtum imperiũ in terris ipſorum, neque pro criminibus & delictis, quorum punitio ſpectat ad curiam reginalem aliquas compoſitiones facere, neque eorum vaſallos mulctare, & ab eis aliquas pœnas exigere in maiori quantitate, quam eis permittatur a iure, & per conſtitutiones, & capitula regni. Et ſi infra tempora officiorum ipſorum Iuſtitiarii ipſi ſenſerint, ad eorumque notitiam quoquo modo perueniret, quòd contrafactum fuerit in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum, ſtatim teneantur

&

& debeant singulis vicibus significare dominæ Reginæ prædictæ.

ADDITIO.

2 ITEM quod Iustitiarii.† Nota, quod barones non debent exercere in terris eorũ merum & mixtum imperiũ vt hic. Quod intellige, nisi eis a rege fuerit cõcessum, vel legitima præscriptione quęsitũ: vt in regia prag. Cęsareę Maiesta. Caroli V. de Austria, quæ incipit prohibemus ẽt, & vide, quæ dicit Matth. de Affli. in consti. fideliũ nostro-
3 rum. in octauo nota.† Et barones habentes merum & mixtum imperiũ nõ debẽt illo malle vti, aliàs possunt illo priuari, & Matth. de Affli. in consti. priuilegia. primo nota. & in const. ea quæ ad decus. 1. no. in fi & est prag. Cæsa. Maie. quæ incipit mandamus etiam. Io. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officiales, assessores & actorum notarii quæ debeant iurare, & permittere in principio sui officii. 2.*
3 *Officialis an debeat iurare seruare statuta, priuilegia & consuetudines.*
4 *Capitula & priuilegia an debeant ostendi in principio officiali. ibidem.*
5 *Officialis an debeat dare fideiussoriam cautionem de stando sindicatui.*

DE IVRAMENTO OFFICIALIS.

QVOD OFFICIALES IN PRINCIPIO officii debeãt iurare seruare fidelitatem regiã, ac capitula, & constitutiones regni. Rubrica.

IOANNA &c. C. CCLXXXV.

1 ITEM † quod omnes officiales in futurũ creandi, tam. s. Iustitiarii, & Capitanei, quã Iudices & assessores, actorũ camerę q; notarii, cũ iurant in manib. prothonotarii, vel locumtenentis ipsius fidelitatem reginali maiestati, & de officiis ipsis fideliter exercendis, inter cętera iurare teneãtur seruare pręsentia capitula, & alias quascunq; cõstitutiones, & capitula regni, quę eis in quantũ cõmodè fieri poterit, & specialiter p̃sentia exponãtur & legantur per prothonotariũ & locũtenentẽ prædictũ, vel aliũ dę mandato ipsius. Et nisi cõstiterit in summaria magno regni Siciliæ camerario, seu locatenẽtibus ipsius, & cãcellario, seu Locũtenenti eius de præstationibus iuramentorũ prædictorũ, ipsi non faciant liberari eis literas officiorum eorundem.

ADDITIO.

2 ITEM quod oẽs.† Nota ex isto c. quod officiales, assessores & notarii in prin. officii debent iurare fidelitatẽ Regiam, & de officia fideliter exercendo, & ẽt de seruãdo capitula & cõstitutiones regni, & alias quascũque cõstitutiones, vt hic, dicũt ẽt iurare oĩa secundũ legẽ agere, vt in auth. de defen ciui. §. decreto. ADDITIO noua. Et quod officiales debent iurare, probat tex. in auth. vt iud. sine quo quo suffra. §. iusiurandũ. Et quæ debet iurare, vide in auth. iureiur. quod præst. ab his, & ibi ẽt ponitur forma iuramẽti, quã debet præstare officialis, & in regia prag. infra allegãda, & vide latè supra c. item recipiant 37. & Par in tra. sind. in verbo iuramentum officialis. colum. 1. vbi dicit, quod debet iurare de officio bene exercẽdo, & quòd Deum & Iustitiam habebit prę oculis, & vnicuique conquerenti iustitiam ministrabit sine fraude, & quàm citius poterit litigantes expedire curabit, vt in consti. regni inter cœtera. & Paris vbi supra. Debet etiam iurare, quòd nihil dedit neque promisit pro huiusmodi officio habendo per se vel alium, neque in futurum dabit in aut. iusiura. quod pręsta. ab his. §. fi. & est nouella prag. Cæsareæ Maiestatis Caroli
3 Quinti de Austria, quæ incipit, & quia sepe.† debet etiam iurare seruare statuta, priuilegia, & consuetudines, vt dicit Paris in tra. sind. in rub. de modo & forma sindica. in prin.
4 col. fi.† Et cautela est, vt ostendantur capitula & priuilegia, vt postea non possit allegare ignorantiam, vt ibi per
5 eum cum ibi allegatis.† Et debet dare fideiussorem de stãdo sindicatui finito officio, vt per Lucã de Pen. in l. si quis decurio. C. de decu. lib. 11. & Paris in tra. sind. in verbo fideiussor. in prin. col. 2. ADDITIO noua. Et aduerte quod generaliter omnes officiales & consiliarii debent iurare, vt dicit Paris in d. verbo iuramentum officialis. Et si officiales non præstiterint iuramentum, non possunt officium exercere, vt in isto capitu. in fin. & d. capitu. item recipiant. 37. & quæ ibi dixi, Immo exercens antequàm iuret, tenetur ea pœna, qua tenetur, is qui propria auctoritate officium sibi vsurpat, & sic tenetur de vsurpata iurisdictione, & sic crimine læsæ maiestatis. d. cap. item recipiant, & d. prag. Cæs. Maiestatis. Et de pœna vsurpantis iurisdictionem vide in consti. regni duram & diram. ad prædicta vide Lucam de Pen. in l. vnicuique. C. de proxi. sacro. scri. & Par. in d. verbo iuramentum officialis, debent etiam officiales præstare cautionem de stando sindicatui finito officio, vt patet in reformatione regiæ cameræ, & incipit caueant etiam, nume. 37 car. 34. col. 1. & Paris in trac. sind. in verbo fideiussor officialium. Et o vtinam ista verè & realiter seruarentur, sed auaritia pestilẽs omnes curias inuasit quia officia precio comparantur, quid ergo faciunt leges, vbi sola pecunia regnat, aut vbi paupertas vincere nulla potest. Poli. lib. 5. cap. 9. hodie verò in regnis satis cupiditas abundat, quia aurum imperat, aurum iudicat, argentum remouet, passio promouet affectionem, silent leges & canones, ratio & æquitas proscribitur, & mendicat bonæ fidei literatus, abundat malefidei exaltatus, & nullus quantum meretur, sed quantum dare sufficiens est, & non Iusticia Dei colitur, sed magis pecuniæ venerantur, & nobilissima officia sordes reputantur, postquàm iuxta libitũ precio comparantur, vt latè dicit Par. in tra. sind. in verbo officium col. 1. Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Cedulæ concedi an debeant sigillatæ anulo secreto. 3.*
2 *Litteræ regiæ an debeant sigillari sigillo pendenti.*

DE CÆDVLIS, SEV LITTERIS sigillandis sigillo pendenti, & non anullo secreto. Rubrica.

IOANNA &c. CAP. CCLXXXVI.

1 ITEM † quòd ad petitionem Iustitiariorum, & Capitaneorum, & quoruncumque officialium dicti regni aliquę cedulæ non concedantur eisdem sub anulo secreto, etiam sub quibuscũque clausulis in
2 eisdem cedulis appositis, seu apponendis.† Sed tãtum fiant literæ sub sigillo pendenti sub datis prothonotarii, seu eius locumtenentis. Et quòd ipsæ etiam literæ sub sigillo pendenti non fiant, nisi secũdum tenorem capitulorum, & constitutionum regni. Et quòd factæ contra prædictam formam non valeant, nec teneant, nec aliquam habeant roboris firmitatem.

ADDITIO.

3 ITEM quòd ad petitionem. † Nota, quòd cedulæ non debent sigillari sigillo, seu anulo secreto, sed tam cedulæ quàm literæ debent sigillari sigillo Regio pendenti, vt hic, de quo vide in consti. qui literas, & ad materiam vide Sebast. de Neap. supra cap. in forma sigilli. nume. 132. & quæ ibi dixi. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Officiales an possint diminuere de pecunia fiscali. 3.*
2 *Officiales an debeant recipere antapocas de quantitate solutæ pecuniæ.*

QVOD OFFICIALES NON POSsint diminuere quantitates pæcuniæ, quas recipiunt. Rubrica.

IOANNA &c. CAP. CCLXXXVII.

1 ITEM † quòd dicti Iusticiarii, & Capitanei non possint de facili diminuere & defalcare quantitates pecuniæ, quas recipiunt, tam ab vniuersitatibus, quàm a singularibus personis, nec causas pro causis, & species pro speciebus solutionis ipsius pecu-
2 niæ commutare teneantur. † Et debeant a singulis vniuersitatibus, & personis aliis soluentibus fieri facere & recipere suis vicibus antapocas publicas, seu priuatas sub sigillis saltem ipsorum soluentium continentes quãtiatem solutæ pecuniæ, & causam seu causas solutionis pecuniarum ipsarum, quas antapocas tempore positionis rationis ipsorum cum cautelis eorum aliis producere teneantur.

ADDITIO.

3 ITEM quòd dicti Iusticiarii. † Nota, quòd officiales non debent diminuere & defalcare pecuniam quam recipiunt, & sic non debẽt fraudem committere, alias puniuntur, vt supra c. nouis morbis, nume. 257. de quo vide, quæ dicit Par. in tra. sind. in rub. de modo & forma sindica. §. sindicantur etiam officiales de subtractis. ¶ In tex. ibi (antapocas &c.) facit tex. in l. plures apocis C. de fid. instr. Io. Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones & capitula regni & bonæ obseruantiæ an debeant seruari. 2.*

VT SERVENTVR CONSTITVTIOnes, capitula & bonæ obseruantiæ regni. Rub.

IOANNA &c. CAP. CCLXXXVIII.

1 ITEM † quòd prædicti officiales obseruare teneantur constitutiones, & capitula, ac bonas obseruãtias regni. Neque præmissa capitula nouiter edita ipsis in aliquo derogẽt, sed rata & firma permaneant in omni parte ipsorum. Amen.

ADDITIO.

2 ITEM quòd prædicti. † Nota, quòd obseruari debent constitutiones, & capitula regni & bonæ obseruantiæ regni. Et ad materiam vide, quæ dixi supra in præludiis col. 5. cum sequentibus. Ioannes Antonius de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Notarii an incerto numero ordinari debeant.*
2 *Notarius an debeat esse de terra demanii.*
3 *Instrumenta an fieri debeant per notarios, quibus nulla possit esse causa timoris.*
4 *Instrumenta tangentia communites & barones & magnates an fieri debeant per notarios de demanio, aliàs non valeant. 6.*
5 *Officiales an debeant recipere instrumenta & scripturas factas contra formam huius c.*
6 *Notarius vasallus an possit conficere instrumenta baronis.*
7 *Notarius de terra baronis an possit conficere instrumenta inter duos barones non eius dominos.*
8 *Notarius an possit conficere instrumentum contra baronẽ.*

DE NON CONFICIENDO INSTRVmẽta per tabelliones subditos dominorũ. Rub.

LADISLAVS DEI GRATIA IERVSAlem & Siciliæ Rex &c. vniuersis præsentis edicti seriem inspecturis tam præsentibus, quàm futuris. CAP. CCLXXXIX.

NON sine prudentis prouisionis misterio statuerunt decreta, & principes stabilierunt leges, & sacrarum constitutionum codices ediderunt, quo vtique prudẽtium digesto consilio diuinitus inceperunt exordium, & catholicorum principum subsequenter roborati præsidiis cuncti iusserũt honesta quærere, & per limitatos ordines in partes distinguentes officia, numerum personarum in ordinibus ipsis omnes sistere voluerunt, & sub earundẽ sacrarum cõstitutionum viuere salubribus regulis & doctrinis. Sanè igitur intra nos metipsos assiduè reuoluentes ipsarum constitutionum effectus, inter alia earum prouida instituta reperimus.
1 ¶ † Quòd primus earum conditor de ordinandis notariis publicis curam habẽs illos in certo nume-
2 ro ordinarii statuit. † Et voluit, quòd nullus ex eis, nisi esset de demanio, vel homo demanialis, notarius publicus crearetur, quasdam constitutiones per reges illustres, progenitores nostros recolendæ memoriæ confirmantes, earum obseruationem indixere. Verum (sicut ad nostræ certitudinis deuenit auditum) non nulli ex nostris progenitoribus, & nos etiam ipsarum constitutionũ, in hac parte sanctioni prouidere, siue multis curis impliciti & ipsarum effectus minimè recordati plerunque contrauenientes creauerunt infra ipsorum regimus tẽpora, & nos etiam creauimus multos notarios publicos, non quidem demaniales, sed de terris comitũ, procerum, & baronum regni nostri Siciliæ oriundos, quorum aliqui, vt accepimus, coacti forsitan eorum vtiliter dominorum molestia, multa fecerunt hactenus instrumenta, & scripturas aliàs a veritatis essentia multipliciter deuiantes, per quos, seu quæ multorũ iura fuere deperdita, aliquorũ & signanter dominorũ terrarũ pdictarũ, inique causę penitus releuare, ob quę multorum coram nobis

persepe

persępe inualescente clamore aures verberarunt. Nos nolentes gesta per dictos genitores nostros & nos, omnino succidere. Sed volentes talium notariorum, & vtiliter dominorum eorum ineffrenatā
3 licentiam cohibere,† vt instrumēta illa fiant per illos ex dictis notariis publicis quibus nulla possit esse causa timoris, de certa nostra scientia, præsenti edictali ordinatione nostra firmiter valitura per-
4 scribimus, volumus, edicimus, & iubemus.† Vt ex nūc inantea omnia instrumēta, scripturæ, & cōtractus publici, qui sunt in formā publicā redigendi, tāgentia, & tangētes quoscūq; dicti regni magnates, proceres, comites, barones, & terrarū dominos, fiāt & fieri debeāt per notarios publicos homines vtiq; demaniales, & de dicto nostro demanio & nō per notarios publicos de terris dictorū magnatū, procerum, Comitū, & baronum ordinandos, vel in eis, aut ipsorū altera terra, siue alibi cōmorātes. Ex nūc prout ex tūc, & ex tūc prout ex nunc, de ipsa certa nostra sciētia, & regię potestatis plenitudine, oīa & singula instrumēta, scripturas, & cōtractus publicos, fiēda, fiēdas, & fiendos, ex nūc inantea per ipsos notarios publicos nō demaniales, quæ tāgere & tāgi poterūt dictos tātū magnates, comites, barones, & terrarū dominos, esse inania, & inanes, ac nullos, nullas, & nulla, nec vllā in iudiciis, vel extra obtinere deinceps roboris firmitatē. Quibuscunq; literis per dictos progenitores nostros, & nos, notariis ipsis cōcessis, quas quātū ad præmissa tollimus & efficacia vacuamus nō obstātibus quoquo modo. Ecce namq; magistro iustitiario, & magno camerario regni nostri Siciliæ, eorumque loca tenentibus ac Viceregentibus, Iustitiariis, Capitaneis, Baiulis, Iudicibus, & officialibus nostris aliis, quacunque distinctione notētur per dictū regnū nostrū Siciliæ cōstitutis, vel eorū loca tenētibus præsentib. & futuris damus ipsius nostri ꝑsentis edicti seriē districtius
5 in mādatis. † Quatenus ex nūc inantea huiusmodi īstrumēta, scripturas, & cōtractus publicos in iudiciis, vel extra iudicia nō recipiāt, audiāt, vel admittāt. Sed eos, eas, & ea recipere, audire, & acceptare penitus denegēt, & recusent. Aliis instrumētis, scripturis, & cōtractibus publicis, vel priuatis per dictos notarios publicos nō demaniales fiendis, quæ alias personas cōcernāt, quatenus tamē aliàs rite & prouidè, fient iuxta cōtrahentiū volūtates valituris firmiter atque in eorū robore & efficacia permāsuris. Et vt præsens edictum nostrū in notitiā perueniat singulorū, nec ipsius ignorantia a quacunque valeat allegari, cartas, siue membranas eius seriem continentes porticibus, seu valuis Castri Noui de Neapoli, & domorum, in quibus regitur magna nostra curia regni nostri Siciliæ appendi fecimus, & assignationem, illiusque tenorem cunctis patulo in iudicio publicarunt. Cum non sit verisimile apud alios remanere incognitum, quod tam patenter in oculis omnium diuulgatur. In cuius rei testimonium præsens edicti scriptum exinde fieri, & pendentis maiestatis nostræ sigilli iussimus appensione muniri. Datum Neapoli per manus viri nobilis Gentilis de morilinis de Sulmona, legum doctoris, magnæ nostrę curiæ magistri rationalis locumtenentis, logothetæ & Prothonota. Regni &c. Anno Domini. MCCCCIIII. Die 15. Ianuarii. 12. Indictio. Regnorum nostrorum anno 17.

D. Ioan. Anto. de Nigris.

ADDITIO.

NON fine. ¶ In tex. ibi (& voluit, ꝙ nullus ex eis &c.) vt in consti. sępe contingit. & in consti. in locis demanii, & in d. loc. per And. de Iser. & Matth. de Afflic. & vide, quæ dicit Matth. in cōsti. magistri camera. in 11. nota.
6 ¶ In tex. ibi (vt instrumenta illa fiant &c.) † Nota, ꝙ instrumēta debēt fieri per notarios, quibus nulla potest esse causa timoris, & sic notarius, vasallus comitis, vel baronis nō pōt cōficere instrumēta in causa comitis vel baronis pro-
7 pter cām timoris, vt hic. ¶ † Nūquid aūt notarius de terra baronis possit cōficere instrumenta inter duos alios barones nō habētes iurisdictionē in ipsum, vide Matth. de Affli.
8 in cōsti. in locis demanii, col. 4. † Et ibi etiam ponit, an possit conficere instrumentum contra baronem, vide ibi.

ADDITIO noua. Qui aūt dicantur tabelliones, q notarii, q scribę, q tabularii, & librarii, vide Azo. in sum. C. de tab. lib. 10. dicit tñ ibi circa prin. ꝙ indifferenter his vocabulis vtimur, & alterū pro altero plerunque ponitur. Et quot & q̄ debeat apponi in instrō per notarium, vide glo. in l. generali. C. de tab. li. 10. & Azo. in sum. C. eo. tit. col. fi. latè Matth. de Affli. in consti. regni baiulos omnes. Et an debeat poni signum notarii, vide Bald. in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de leg. 3. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta publica quare fuerunt inuenta.*
2 *Veritatis essentia perire non debet, & fides probationis decrescere non debet.*
3 *Citari an debeat pars ad videndum reassumptionem instrumenti. 14.*
4 *Instrumentum vt possit reassumi an debeat capi informatio de sceda scripta manu notarii, & quòd est inuenta in scriptis notarii mortui &c.*
5 *Testes an debeant deponere interfuisse contractui.*
6 *Instrumentum an reassumi possit solum, quia reperitur in sceda notarii.*
7 *Instrumentum sine subscriptione testium an probet.*
8 *Ius ciuile vigilantibus scriptum est.*
9 *Fructus negligentiæ est damnum.*
10 *Fraus an fieri possit in sceda notarii.*
11 *Scriptura propria sola an fidem faciat.*
12 *Instrumentum an & quando possit reassumi.*
13 *Instrumentum dotale mortuis notario, iudice & testibus an possit reassumi.*
15 *Instrumentum infra quantum tempus debeat reassumi.*

DE REASSVMPTIONE INSTRVMENTORUM. Rubrica.

CAROLVS TERTIVS VICARIVS Regni Camerariis & Iudicibus ciuitatis Teatinæ fidelibus paternis deuotisque nostris, gratiā & bonam voluntatem. C. CCLXC.

1 NE † personarum casu testificantium fides publica pereat, & veritatis essentia sub modo posita delitescat, rei gestæ memoria documentis publicis studio sè redigitur, & in præsentium notitiam cum cautela prouidè releuatur.

Sanè uenerabilis frater Reuerēdus Theatinus Episcopus cancellarius noster nuper exposuit, ꝙ tempore quo T. uen. ꝑdecessor eius in prędicta Theatina Ecclesia pro antistite pręsidebat, tunc Robertus Morellus nunc miles sponte confessus locationis titulo ab eadem maiori ecclesia Theatina medietatem pro indiuiso Castri Mucclæ de Aprucia ꝓuincia in cōtrata thetis maioris positi, nomine coniugis tenere, habere, & possidere, pro qua medietate ipse T. tunc Eps, ligij, homagij, & fidelitatis debitæ corporale præstitit iuramentum, præsentibus & uidentibus tunc C. de tali loco proiudice, & P. regia auctoritate talis loci prothonotario, & subscriptis testibus, uidelicet A. & B. &c. Et priusquā de prædicto contractu publicum fieret instrumentum, memorati iudex, notarius, & testes humanæ sortis debitum persoluerunt. Supplicauit itaq; nobis Pręsul idem, ut super hoc sibi prouidere ꝑstantius dignaremur. (Ne rei ueritas lateat) de auctori-
2 tatis nostrę pręsidio. † Nos autem cupientes integrè, ꝙ negotiorum ueritatis essentia pateat, & fides probationis publicæ non decrescat. Fidelitati uestræ, tenori pręsentium committimus & manda-
3 mus. † Quatenus uos camerariæ, & iudices, uel alter uestrum deinde dictum Dom. Robertum nunc de mandato nostro captiuum, proprerea interesse personaliter hmōi contractui nequeuntē, per speciales uestras litteras requiratis attentè, ꝙ ipse circa refectionem hmōi contractus pręstet & exibeat suum assensum, uel procuratorem constituat, qui sufficiēter instructus inter sit, ꝙ si forte post requisitionem eandem dictus R. refectionem eiusdē cōtractus refugeret, aut indurato, & repugnante for-
4 san animo recusaret. † Vos si de manu dicti notarij iam mortui, de contractu prędicto scedam seu notam fuisse conscriptam uobis constiterit, per alios iudices atq; notarios Theatinæ Ciuitatis eiusdem assumptos per uos in contumaciam dicti R. præfatis iudice, notario publico, & testibus alijs, qui se dicto cōtractui interfuisse non asserant, sed in scriptis memorent, pręmortui notarij scedam ipsam, seu notam inuenisse se dicant. Instrumentum publicum cum oportunis testibus secundùm formā constitutionis regni Siciliæ sine alterius dilationis & contradictionis anfractu refici faciat, eidem supplicanti Pręsuli, seu eius procuratori, uel nūtio postea assignandum, ut fides publica testificantium morte nō desinat, & ueritatis essentia sub latibulo posita præsidio reparante probationis exurgat.
Datū Neapoli per Bartholomęum de Capua &c. Anno Domi. M.CCCXXII. mensis Sept. VI. Indi.

De personarum casu. ¶ In tex. ibi (oportunis te-
5 stibus,) † qui. s. deponant se interfuisse contractui, vt dicit constitutio. baiulos, de off. baiu. † Et
6 aliàs sine ipsorū testificatione ex sola sceda pręmortui notarij non posset refici instrumentum, & hęc est forma constitutionis. Quidam verò praue intelligentes dixerunt ex his litteris assumi, ꝙ sine vlla testium, qui interfuerunt contractui testificatione, ad solam inspectionem, & approbationem scedæ, quæ. s. reperta sit inter alias scedas notarij, seu tabellionis pręmortui, quodq; manus eius nota sit alijs tabellionibus & iudicibus ciuitatis, & fuerat aliàs ipse bonæ opinionis & famæ, posset similiter refici
7 instrumentum. Sed ipsi manifestè censentur errare. † Nam per constitutionem, instrumentorum robur. de instru. cōficien. etiam instrumento in publicam formam redacto, & in membrana conscripto, sine subscriptione testiū debito numero, fides aliqua non daretur. minus ergo abbreuiatura sola fide iuuata testificatione duorum testium ad minus secundum formam constitutionis baiulos, poterit fidē facere. Cum forma huius rescripti reducenda sic ac interpretanda secundum formam constitutionis ipsarum, vt patet. ff. de vulg. & pup. subst. l. ex facto, & C. de inoff. testa. l. si quando. Item cum contrahentes, qui rogarunt fieri instrumentum, teneantur monere tabelliones, ac offerre & præstare salaria, vt conficiant instrumenta, vt in constitutione prædicta baiulos. §. 1. Si hoc non fecerint. Immo post eorū desidiā, tabelliones, Iudices, & testes obierint iam melioris conditionis erunt, q̃ forent, qui fuissent diligentes. Cum isti per solum prothocollum tabellionis fundēt eorum intentionem. Illis verò per maiorem numerum testium & scripturarum eorum intentionē probare necesse est. Cum aliàs inter desides & vigilantes debeat esse di-
8 stantia. C. de annal. excep. l. vt perfectius. in prin. † Ius ciuile vigilantibus scriptum est. ff. quæ ĩ. cred. l. pupillus. in fi. non negligētibus, in auth. quib. mo. nat. eff. sui. §. natura. col
9 la. 7. † Fructus quippe negligentiæ damnum est. C. de nau
10 fra. l. ij. lib. x. & l. fi. de erog. mili. anno. lib. xij. † Itē quia posset in hoc fraus fieri, & in fraudē procurari, vt sceda scripta mortuis tabellione & testibus inueniretur contra veritatem, quare non est eius probatio admittenda, ad hoc
11 extra vt lit. non contest. quoniam. §. sed & si actor. † Item scriptura propria cōtra scribentem maioris est efficacię, q̃ sceda sola. Sed illa non facit fidem contra producentē, nisi probetur scripta per eum, vt ff. de proba. l. cum de indebito. §. 1. aut. de instru. cau. §. 1. & §. si verò aliquid & §. seq. & quod no. in eis, ergo fidem non faciet sola sceda, nisi debitis probationibus fulciatur, & pro hoc satis apertè, quod not. in simili in d. constitutione instrumentorum robur. in verbo subscribat. Sceda quippe sola, nisi in publicam formā redacta fidem non facit, de leg. 3. l. fideicommissa. §. 1. cum ibi no. Nam scriptura imperfecta nulla est in se. aut. quib. mod. testa. infir. §. ex eo. Lucas de Penna.

ADDITIO.

12 De personarum. † De materia reassumptionis instrumenti. Et an & quando possit reassumi, & quo testes debent superuiuere, vide latè ꝑ Matt. de Affl. in constitu. regni, baiulos oēs, vbi me re-
13 mitto. † An autē instrumentū dotale possit in publicā formam reassumi a protocollo notarii mortui mortuis omnibus testibus & iudice, vide Anto. Capi. decis. 171. incip. Andriella. ¶ Et ad materiam de reassumptione instrumen-
14 ti vide etiam Pet. de Anch. cons. 242. ¶ † Et an quando reassumitur instrumētum, debeat interuenire requisitio partis, vide Matt. de Affl. in d. constit. baiulos omnes, col. 7. in
15 xj. not. ¶ † Et inf. quantum tempus debeat reassumi instrumentum, vide in regia prag. quæ incipit, constitutionē diui Federici. in rub. de instrumentis infra octo dies &c. Ioan. Anto. de Nigris.

SVMMARIVM.

1 *Ius congruam an debeat seruari in omni prouincia & in omni ciuitate.*
2 *Ius congrui an competat coniunctio ex parentela, qui habet rem communem diuisam, vel indiuisam.*
3 *Ius congrui, quo iure vocentur in iure congrui.*
4 *Ius congrui si pluribus competat, an omnibus sit denunciandum.*
5 *Iure congrui vti volens infra quantum tempus soluere debet pretium.*

6 Ius

6 *Ius congrui quibus personis non competat.*
7 *Ius congrui in quibus casibus locum non habeat.*
8 *Ius congrui prætendentes an possit exigere iuramentum à venditore & emptore, vtrum contractus sit verus, vel simulatus.*
9 *Fraudem committens in iure congrui an puniatur.*
10 *Venditio an sit irrita, si fraus fuit commissa in iure congrui.*
11 *Potentes an possint accipere a tenuioribus in præiudicium iuris congrui.*
12 *Potentes qui dicantur.*
13 *Ius congrui an locum habeat elapso decennio.*

DE IVRE PROTHOMISEOS. Rubri.

CONSTITVTIO DOMINI IMPERAtoris Federici super iure congrui non incorporata in Constitutionibus Regni.

FEDERICVS Imperator. CAP. CCXCI.

1 SANCIMVS, † amodo inantea, in omni prouincia, & in om-
2 ni ciuitate, † vt siquis forte ex parentela habeat communẽ agrum, vel domum, vel vineam, vel rem immobilem diuisam, vel indiuisam, aut ex communi emptione, vel ex aliquo alio hm̃oi titulo, vel aliquo alio modo, & coniunctus voluerit alienare prædictas res per venditionem, vel per emphyteusim, vel locationẽ, non aliter concedimus eis alienare, nisi prius denũtiet illis quos
3 vocamus per ordinem in iure prothomiseos.† Imprimis vocentur parentes, qui sunt coniuncti, postea socij, qui sunt similiter coniuncti, post hos illi qui sunt coniuncti tantum, etiam qui extranei sint, post omnes istos vocẽtur illi, qui sunt sub vno
4 seruitio, & sunt coniuncti ex aliqua parte.† Si autem plures sint, qui habeant ius prothomiseos, omnibus denuntietur: vt infra triginta dies soluendo iustum pretium sine mora, quem tamen verus emptor sine fraude dederit, vnusquisq; secundũ por-
5 tionem recipiat. ¶† Verum si infra statutum tẽpus iustum pretium non soluerit, decętero non habet ius prothomiseos, nisi forte quisquam eorũ in captiuitate erit, vel fuerit deportatus, vel in exilium missus, vel fuerit absens causa reipublicæ, vel ex propria cã sua, sine dolo & fraude. Aut si fuerit minor xxv. annis. Et licet isti fuerint absentes ex iusta causa, tamen tutores eorum, vel curatores, vel procuratores, vel defensores debent infra quatuor mẽses venire, & soluere iustum pretium cum legitimis vsuris & expensis necessarijs, & accipere ius prothomiseos, & extraneos emptores omnimodo expellere. Et si neglexerint hoc facere, resarciẽt de proprijs suis quicquid incommodi illi haberent.
6 ¶† Licet autem supra dixerimus, ꝙ omnes vocẽtur ad ius prothomiseos, tamen si probatum fuerit, ꝙ atroces iniurias, vel manus impias ex proposito vẽditori, vel eius familiæ intulerint, vel ipsius substãtiæ grauem iacturam moliti fuerint, vel contra vitam nixi sunt, vel etiã ei pecuniarium damnũ intulerint, omnes isti nullo modo sine voluntate ven-
7 ditoris ad ius prothomiseos veniant. ¶† Causa verò dotis, vel donationis propter nuptias, vel simplicis donationis, vel donationis causa mortis, uel ex testamento, uel ex permutatione, uel ex transactione, & parentes, & extranei omnes possunt alienare, nisi forte quis vendendo, uel locando, uel in emphyteusim dando, illis, qui non habent ius prothomiseos simulatè donauerint, aut per legatum dede-
8 rint &c. ¶† Ideoq; illi, qui habẽt ius ꝓthomiseos, possunt exigere iuramentum a uenditore & em-
9 ptore.† Si autem post iuramentum probatum fuerit cõtra constitutionem istam simulatè hoc fecisse, uenditor & emptor debent sustinere pœnã periurij. Et insuper uenditor rem amittat, & emptor pretium, & fisco applicabitur, fiscus autem uendat
10 rem illam illis, qui habent ius prothomiseos.† Sed si ante iuramentum probatum fuerit hoc fecisse, uenditio erit irrita, & uenditor cogetur inuitus uẽ-
11 dere illis, qui habent ius prothomiseos. ¶† Prohibemus insuper potentes personas accipere a tenũioribus sub p̃textu emptionis, seu donationis simplicis, uel causa mortis, uel ex testamẽto, uel ex usu tantum, uel sub prætextu defensionis, nisi sint pa-
12 rentes.† Potentes autem dicimus illos, qui non tãtum per se sunt potẽtes, sed etiam per propinquiores illis, per quos possunt inferre timorem alienatoribus, aut per promissionẽ beneficij. Si quidem aliquis ex potentioribus hoc præsumpserit facere, fit alienus ab illa re, & ęstimationem illius rei præ-
13 stet fisco. ¶† Transcurso autem decennio si nõ denunciauit nulla dcetero moueatur controuersia illis, qui possident ex aliquo contractu, uel ex donatione, uel ex testamento, nec ab illis, qui habent ius prothomiseos, nec etiam a fisco. Hic finitur constitutio Federici Imperatoris, sequitur sumptum ex Gręcorum legibus. ¶ Scriptum est. n. Gręcorum legibus de iure prothomiseos, ubi dicitur de termino, & fine eius, q ius ipsum habet, uidelicet. Quòd illi, qui in circuitu sunt confines secundũ illã propinquitatem, quam ipsi habent, sed prope sunt in uenditione coniuncti uictoriam ipsius uẽditionis habeant, in tali itaq; ordine, ut qui habent ipsam Prothomisim infra unius anni spacium, post annũ uero nullam prothomisim habent, si autem sint in ipsa terra, uel in ipso loco, habeant prothomiseos uictoriam usque ad quartum mensem, ita tamen, si fuerint à uẽditoribus solemniter requisiti, & nõ renũtiauerint emere rem de prothomisi. ¶ In alio gręcorum capitulo continetur. Vt qui habent ꝓthomisim a tribus partibus & illorũ potior sit uenditio, & una pars nihil ibi habeat, ꝙ si habet a duabus partibus collatione facta recipiant eam oẽs, sicut propinquitatem habẽt. Si autem domũ prope castrum habeat, ipse eam habeat, qui per Castrum habet, & nõ illi qui ipsam prothomisim per parietes habent. ¶ Est autem propriè generali consuetudine approbatum, quòd tria sunt, quæ prothomisim non habent, scilicet. Via publica, Ecclesia, & Curia. Finis.

ADDITIO.

ADDITIO.

SANCIMVS. De materia iuris congrui, quę tractatur in ista cōstit. Federici. vide hic latè per Matt. de Affl. qui facit vnum tractatum de iure prothomiseos & alium trac. facit Bald. de Perusio, & latissimè per Seba. de Neap. in consue. Neap. in titu. de iure congrui, per totum titulum & quidam Anton. de Caputis facit quandam repetitionem super ista constitu. quæ non est impressa in dictis locis, vide ad saturitatem.

ADDITIO noua. Ista constitutio fuit vltima Federici Imperatoris, & non fuit posita cū aliis consti. & ideo fuit posita in fine capitulorum, & est pœnalis vt in ea patet, & tenent hic Ant. Caputus in verbo sancimus, & Matth. hic in prin. in 1. no. & est correctoria iuris cōis: quia de iure communi nemo cogitur ad vendendum fundum vicino, nec eum requirere. l. dudum. C. de cōtrah. emp. cum concor. ibi in gl. & tenet Cor. cons. 151. col. j. iij. vol & Ludo. Ro. consi. 484. Et conditio, quæ datur ex ista constit. est actio in rem scripta, vt dicit Sebast. de Neap. in consuet. si quis emit. in gl. in verbo possidet, de iure congrui, & Cassa. in consue. Burg car. 344. ver. sed qua actione, & latius eo. tit. car. 331. versi. quæro qua actione, licet Matt. hic col. 13. §. vt infra triginta, videatur sentire, tamen prima est verior. Et quę sit differentia inter actiones personales & in rē scriptas, vide Ias. in §. omnium. in prin. Insti. de act. Et no. quia ius congrui non habet locum in multis casibus hic in tex. enumeratis. videlicet. Si coniunctus grauem iacturam molitus fuerit contra venditorem. Nec habet locum in causa dotis vel donationis propter nuptias, vel quando sit simplex donatio, vel donatio causa mortis, vel quando aliquid percipitur ex testamento, vel quando esset facta permutatio, vel transactio. Nec in diuisione. Nec in Ecclesia. Nec in via publica. Nec in curia, vt probantur in isto text. Nec habet locum ius congrui, quando aliquis esset missus in possessionem ex primo vel secundo decreto, vt tenet Seba. de Neap. in consue. si quis emit. col. 4. de iu. congrui. nu. 7. & Matth. hic. §. licet enim. col. 6. in prin. versi. & idem dicendum. Nec etiam habet locum in alienatione necessaria, quæ fieret propter famem, vel vt redimatur ab hostibus, vel si esset condemnatus per laudum, vel sententiam ad rem illam restituendam, ut tenet Ant. Capi. decis. 99. col. 2. & Matth. hic. §. licet. col. 2. versi. sed rursus. & §. vt inf. triginta. col. 7. & Bald. ibid. in fi. & Lud. Rom. consi. 267. & consi. 107. Item habet locum, quando coniunctus fuisset in mora soluendi denarium infra triginta dies, vt in tex. isto. §. vt infra in d. §. licet. & ibi Matth. col. 7. in 2. nota. nisi fuisset iusto impedimento impeditus, vt dicit Matt. in d. §. vt infra. col. 6. in fi. cum seq. Nec habet locum ius congrui, quando esset aliquis contractus innominatus: quia ius congrui solum locum habet in tribus contractibus, emptionis & venditionis, in contractu locationis, & conductionis, & in contractu emphyteutico, vt dicit text. hic. §. licet enim, & ibi tenet Matth. col. pen. Similiter etiā ius congrui non habet locum in contractu simulato & pignoratitio, vt tenet Matth. hic. §. licet. col. 7. ver. in contrarium tamen. Illud autem, quod posuit Matt. hic in prin. co lum. 4. quòd etiam in clerico habet locum ius congrui, licet non in Ecclesia ista est opi. communis. l. quòd ligat clericos, ut tenet hic Ant. Capu. in verbo ecclesia, & Seba. de Neap. in d. consue. si Ecclesia, in gl. 1. Anto. Capi. decis. 98. Rob. Mar. dispu. 8. licet aliter videatur velle Matt. hic in §. fi. col. 5. tamen prima opi. est communis. Aduerte pro declaratione tex. in fi. vbi dicitur, ꝙ qui habet domum prope Castrum, obtinet: quia castrum ponitur pro pariete de ligno, & vulgariter dicitur, lo parete, vt declarat hic Ant. Capu. in verbo Castrum, & talis paries de ligno, seu de tabulis solet fieri, quando domus diuiditur. Multa dici possent, sed quia, vt dictum est, hic scripsit latè Anto. Caputus de Melfitto, a quo tacito auctore Matth. de Affl. hic multa habuit, & Matt. hic facit vnum tractatum. Ideo his paucis contentus ero. Ioan. Antonius de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. D. & Miles.

LAVS DEO.

¶ Et per hæc cum laude omnipotentis Dei, eiusque matris Beatæ Virginis Mariæ impositus est finis huic operi per me Ioannem Antonium de Nigris de Ciuitate Campaniæ principatus circa I. V. D. licet immeritum. Fuitq; inchoatum in die Sancti Lucæ Euangelistæ xviij. Octobr. & finitum eodem Anno in Die Lunæ quinto mensis Iulij hora xxij. in Anno Domini 1546. Quartæ Indi. Et quoniam, vt in præludiis dixi, ista Capitula non fuerunt ordinatè posita per primum compositorem. Ideo non mihi sed primo compositori ascribatur.

Deo Opt. Max. Gratias.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo

Pp Qq Rr Sf Tt Vu.

Omnes sunt Terniones præter Vu, Duerniones.

INDEX RERVM MEMORABILIVM,

QVAE IN HIS COMMENTARIIS ad Capitula Regni præstantissimorum Iurisconsultorum,

IOANNIS ARCAMONI, NEAPODANI Sebastiani de Neapoli, Bartholomæi de Capua, Nicolai de Neapoli, Lucæ de Penna, ac Ioannis Antonij de Nigris Campani, continentur.

Ab ipsomet Nigreo congestus ac mirifico apparatu compilatus.

VT CVILIBET VEL MEDIOCRITER erudito facilis pateat aditus loca ipsa inueniendi.

His accessit Rub. ac Capitum ipsorum elencus.



Venetijs, Apud Ioannem Variscum, & Socios.
M D LXXXII.

RVBRICAE CAPITVLORVM
REGNI NEAPOLITANI.

INDEX CAPITVLORVM
REGNI PRO FACILIORI INVENTIONE
secundum ordinem Alphabeticum ordinatus.

item

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS
SIVE REPERTORIVM SVPER CAPITVLIS REGNI ET LECTVRIS AC ADDITIOnibus per Excellentiss. I. V. Doctorem
IOANNEM ANTONIVM DE NIGRIS de Ciuitate Campaniæ miro ordine compactum, & concinnè positum.

Accusatore

INDEX

Copia

Decimæ

Indul-

Iudæus

Offensa

onera

Ratifica,

Remedia

coram

Substi-

vena-

FINIS.

VENETIIS,

Apud Ioannem Variscum, & Socios.

M D LXXXII.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm